




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 E
6

SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI
I. C. Equitis S. Stephani, & Prothon. Apostol.

SVMMAE

Decretorum. } *Hæresum.*
Peccatorum. } *Virtutum.*

ex legato *Mi Cosini*

IN QVIBVS QVICQVID EST FERE' DE FIDE, Moribus, & Iudicijs in Decretalibus Pontificum, Decretis Conciliorum, & Monumentis Patrum, breui quodam compendio, per Communes conclusiones explicatur.

CVM SVMMARIIS, AC INDICE *locupletissimo in lucem edita.*

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam. M D LXXXVII.



BEATISSIMO PATRI, AC SANCTISSIMO D.N.

D. Sixto V. Pontifici Opt. Max.



VM Decreti summam diuturnis vigilijs à me collectam, aliquando tandem ad communem studiosorum vtilitatem in lucem edere constituissem, Sanctitati Vestræ ausus sum illam potissimum dicare, quandoquidem inter plurima, quæ in Ipso Decreto, de personis, de rebus, & actionibus ecclesiasticis pertractantur, Summi Pontificis auctoritas, atque potestas, vel maximè eminet; nec alio certè hoc opusculum signo præmunire, quàm Beatitudinis Vestræ nomine debui, quæ sedens in Puppi Ecclesiæ, & clauum tenens, omnia pericula circumspicit, & auertit, omnium salutem, ac vitam tuetur, denique impedimenta tollens, adhibens adiumenta, auctoritatem præstans, nihil eorum, quæ CHRISTI fidelibus conuenire possunt, aut prodesse, omittit. Hæc ipsa ferè sunt, quæ toto Decreti libro continentur, & quæ nunc in hoc compendium redegi, ijs præcipuè rem gratam me fecisse existimans, qui per temporis angustias grauesque occupationes, ipsum Decreti volumen assiduè versare minus possunt. Hanc verò summam percurrentes breui omnia cognoscent, atque ita sine magno labore assequentur, vt Sanctissimorum Pontificum grauissimorumque Doctorum exempla,


& pręcepta breui ſpatio comprehenſa intuentes, vitam, mores, gubernationesque ſuarum Eccleſiarum piè inſtituere. Reique publicæ munera prudenter adminiſtrare valeant. Quòd ſi vt ſpero euenerit, ſatis vberem fructum mearum me vigiliarum percepiſſe arbitrabor: vberrimum verò ſi hæc Sanctitatis Veſtræ iudicio probatæ fuerint, quàm Deus diu incolumen Eccleſiæ ſuæ conſeruet. Bononiæ Calend. Ian. M. D. LXXXVII.

Stratus ad pedes S.V.

Obſeruantiſsimus filius,

& Humillimus ſeruus

Sebaſt. Medices D.



INDEX EORVM, QVAE IN SVMMA DECRETI CONTINENTVR.

A



B

Hoſpi-

Nota-

N

O

P

R

S

T

V

FINIS.



DECRETI GRATIANI

NOVITER EMENDATI.

In qua ponitur concordia discordantium Canonum.

AVTHORE SEBASTIANO MEDICE FLORENTINO

Doctore Equite Sancti Stephani, & Prothonotario Apostolico.

Pars Prima.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.

PROOEMIVM.

OMNIS res, quæ deducitur in esse constare dicitur ex quatuor principalibus causis, materiali scilicet, efficienti. formali, & finali, de quibus dixi in tract. de leg. & stat. in proœmio nu. 13. Materia autem huius Decreti est bonum ciuilitatis Christianæ, secundum ordinem iusti et recti, secundum leges canonicas, et constitutiones per os sanctorum patrum promulgatas diuinitus, efficiens vero causa fuit Magister Gratianus, ut est testimonium omnium Doctorum iuris Canonici. Forma Decreti duplex dici potest, tractatus uidelicet, et modus tractãdi; Forma tractatus, est diuisio libri in partes Diuiditur autem totum decretum in partes tres principaliter, in quarum prima, quia omne ius, quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, seu etiam ad actiones. l. 1. ff. de stat. hominum, agit Magister de personis ecclesiasticis, & hæc continentur in Distinctionibus centum & vna. In secunda tractat de negocijs ipsarum, & secularium, in his, quæ pertinent ad salutem animæ, & hæc triginta sex causis terminantur. in 33. quæst. 3. agitur. de pænitentia. In tertia autem parte tractat de alijs ecclesiasticis sacramentis, & hæc quinque Distinctionibus consumatur. Prima pars, quæ appellatur distinctionum, in septem partes principales diuiditur. In quarum prima tractat de iure, & differentijs ipsius specierum ad inuicem. & hoc extenditur vsque ad vigesimamprimam Distinc. In secunda de officijs ecclesiasticis, & de examinatione eorum, qui promouentur ad ea, vsque ad §. nunc autem, Distin. vigesimaquinta. In tertia de ordine Episcopali, & quæ in Episcopo requiruntur, cuius gratia prosequitur 13. Capitula Apostolica reg. & vsque ad trigesimamquintam Distin. inseritur de continentia clericorum, & hæc durat usque ad 50. Distinct. In quarta quoniã lapsus in hæresim impedit promouendum, et deijcit iam promotum, nisi postmodum reparetur; ideo tractat de lapsis in hæresim, & quomodo valeant reparari, & in suis ordinibus remanere, & ad superiores ascendere. tractat etiam de alijs impedimentis ordinandorum, vsque ad 60. Distinct. In quinta pertractat de gradibus, a quibus, & ad quos clerici sint promouendi; & de electione ipsorum, & eorum ordinatione, vsque ad 81. Dist.

In sexta parte recapitulat, sub breui Compendio tredecim capitula Apostolicæ regulæ, vsque ad 93. Dist. In septima & vltima parte huius primæ partis principalis, quia inter ministros ecclesiasticos, alij sunt maiores, alij minores: cum valde congruum sit, minores debere obedientiam præstare maioribus, ideo tractat de obedientia præstanda, vsque ad tractatum causarum. Ita diuiditur Decretum per Tur. Crem. in Proœm. num. 25. Bellam. num. 10. Gemin. num. 4. & Archid. num. 9. Forma autem tractandi, siue modus agendi ordinatus a Gratiano, est quintuplex, sicut patet ex processu libri, videlicet diuisiuus, diffinitiuus, probatiuus, improbatiuus, & exemplorum positiuus. Quarta & vlt. causa dicitur finalis huius libri, quæ est duplex, videlicet finis intra, & finis extra, seu vtilitas proxima, & vtilitas remota; finis intra, siue utilitas proxima, est scire ecclesiastica negocia, canonice definire; finis extra, siue utilitas remota est, vt, cognitis, & seruatis sanctorum patrum, siue vniuersalis ecclesiæ Canonicis regulis, virtuosè & sanctè viuentes, immacrescibilem æternæ vitæ gloriam consequamur; secundum illud Prouerb. 1. Audi filij mi, disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo: ita Turr. Crem. in Proœm. num. 27. & tales dicuntur causæ Decreti. Sed qualis erit modus intelligendi illud? Resp. quod ad tollendam omnem dissonantiam, quæ inter Canones esse uidebatur, sunt septem regulæ, quarum prima, dicitur de persona, cuius causa Canon conditus est, qui personalis dicitur, nec tamen personam egreditur. c. non exemplo. 26. q. 2. Secunda, vocari potest de loco: nam quidam Canones intelligendi sunt ex loco, ut in orientalibus. c. aliter. 31. Dist. c. quoniam, de cler. coniug. Tertia regula, est de tempore, quæ docet, quod quidam canones intelligendi sunt, & exponendi ex tempore, sicut in matrimonio in tertio, & quarto gradibus contrahendo; quod ex causa cõcessum fuit ad tempus Anglicis. c. quod scripsi. 33. q. 4. Quarta, est de causa, quæ docet, quòd quidam Canones ex causa accipiendi sunt, sicut patet in promotione monachorum ad sacerdotium, & ad curam animarum; quæ ex causa, scilicet ex penuria factum fuit clericorum, tempore Gregorij, c. Priscis. 55. Dist. c. regula Dist. 29. Quinta docet, quod quidam Canones intelligendi sunt secundum rigorem, quidam secundum æquitatem, secundum rigorem, cum statutum fuit de criminoso post baptismum, etiam peracta pœnitentia, non ordinando. c. primum. 15. dist. c. quoniam. 48. dist. secundum uerò æquitatem, sunt canones, ut de criminosis post pœnitentiam tolerandis, & promouendis. c. ponderet. 50. dist. c. Domino. c. fraternitatis. 34. dist. Sexta reg. est de præcepto, & consilio, quidam enim canones accipiendi sunt per modum præcepti, siue affirmatiui, imperando, siue negatiui, prohibendo. quidam de consilio; quidam per modum indulgentiæ, & permissionis. Per modum præcepti, ut de debito coniugali reddendo. c. si dicat. 33. q. 5. per modum consilij, ut de uirginitate seruanda. c. integritas. 31. q. 1. Per modum permissionis, ut quando permittitur minus malum, ut euitetur maius. c. Nerui. 13. dist. Septima regula, est de lata, aut inferenda sententia, quæ docet quædam capitula canonis datæ sententiæ, quædam dandæ: Datæ sententiæ dicuntur, quæ insinuant transgressorem suum iam excommunicatum. c. si quis suadente. 17. q. 4. Dandæ quæ insinuant ipsum esse excommunicandum, ad similitudinem infamium, quorum quidam sunt infames, ipso iure, quidam per sententiam. Quibus autem modis cognoscatur Canon latæ sententiæ, & sententiæ ferendæ, dixi late in summa peccat. capit. par. 2. tit. 9. q. 42.

DISTINCTIO I.

Pro declaratione huius 1.dist. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum ius conuenienter diuidatur in naturale, & positiuum?

1 AD primum videtur dicendum, ꝙ non, illud.n.quòd est naturale est, immutabile, & idē apud omnes, non autem inuenitur in rebus humanis aliquid tale; quia omnes regulæ iuris humani in aliquibus casibus deficiunt, nec habent suam virtutem vbique, ergo non est aliquid naturale.

2 Pręterea, illud est ius positiuū, ꝙ ex voluntate humana procedit; sed non ideo aliquid est iustum, quia à voluntate humana procedit, alioqui voluntas hominis iniusta esse non posset; ergo cum iustum sit id, quod videtur ius; videtur, ꝙ nullum sit ius positiuum.

3 Præterea, ius diuinum non est naturale, nec positiuum; ergo inconuenienter diuiditur. facit, ꝙ habetur infra in c. omnes.ead.dist.

Sed contra est, ꝙ dicitur in c.humanum 1.dist. vbi humanum genus duobus regitur, scilicet naturali iure, & moribus.

Resp.dicendū, ꝙ ius, siue iustū dicit opus adæquatū alteri, secundū aliquem æqualitatis modū. Diuersimode aūt aliquid alicui homini potest esse adæquatū, vno quidem modo, ex ipsa natura rerū: puta cū aliquis tm̄ dat, vt tantūdem recipiat, & hoc vocatur ius naturale. Alio modo, est aliquid adæquatū, vel commensuratū alteri, ex condicto, siue ex quasi placito, qn̄.s. aliquis putat se contentum, si tm̄ accipiat; ꝙ quidem pōt fieri dupliciter; vno modo per aliqđ priuatum condictū; sicut, ꝙ firmatur aliquo pacto, inter aliquas personas. Alio modo ex condicto publico, puta, cum totus populus consentit, ꝙ aliqđ habeatur quasi adæquatū, & cōmensuratū alteri; vel cū hoc ordinat princeps, qui curā populi habet, & eius personam gerit: & hoc dicitur ius positiuū. S.Thom. 2.2.q. 57.art. 2.

Ad primū resp. ꝙ illud, qđ est naturale, habēs naturā immutabilē, oportet, ꝙ sit semper, & vbiq; tale. Natura āt hoīs est mutabilis: & ideo id, qđ naturale est homini, pōt aliqn̄ deficere; sicut naturalē æquitatem habet, vt deponēti depositū reddatur. & si ita esset, ꝙ natura humana semper esset recta, hoc esset semper seruandū; sed quia qn̄q; contingit, ꝙ voluntas hoīs deprauatur: est aliquis casus, in quo depositū non est reddendū, ne hō, peruersam voluntatē habens, male eo vtatur: vt puta si furiosus, vel hostis reip. arma deposita reposcat.

Ad 2m resp. dicendum, ꝙ voluntas humana, ex cōi condicto, potest aliquid facere iustum in his, q̄ 2m se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam; & in his habet locum ius positiuum; sed si aliquid de se repugnātiam habeat ad ius naturale, non potest voluntate humana fieri iustum; puta si statuatur, quòd liceat furari, vel adulterium committere; vnde Esa. 10. Veh, qui condūt leges iniquas.

Ad tertium resp. ꝙ ius diuinum, partim est de his, quæ sunt naturaliter iusta, partim de his, quæ sunt iusta, intentione diuina; vnde q̄dam sunt pręcepta, quia bona; & quædam prohibita, quia mala; quædam bona, quia præcepta; quædam mala quia prohibita.

ARTIC. II.

Vtrum ius sit obiectum iustitiæ.

1 AD secundum videtur dicendum, ꝙ ius non sit obiectum iustitiæ.

Primò, per l. 1. ff. de iusti. & iure, vbi dicitur, ꝙ ius est ars boni, & æqui; ars autē non est obiectum iustitiæ; sed per se virtus intellectualis.

Secundò, c. ius generale. 1.dist. vb dicitur, ꝙ lex est species iuris; lex autem non est obiectum iustitiæ; sed magis prudentiæ.

Tertiò, iustitia subbijcit hoīem Deo. Aug. lib. de morib. ecclesiæ: Ius aūt est lex humana. c. omnes. 1. dist. ergo non est obiectum iustitiæ.

Sed contra facit c. 2. distin. 1. vbi dicit, ꝙ ius dictū est, quia iustū est. Isido. eod. lib. c. 3. Sed iustum est obiectum iustitiæ. Aristo. 5. & hic dicit, ꝙ omnes talem habitū volūt dicere iustitiam, à quo opera iustorum sunt; ergo ius est obiectum iustitiæ.

Resp. dicendū, ꝙ iustum dicitur aliquid, quasi trahens rectitudinē iustitiæ, non considerato qualiter ab agente fiat; sed in alijs virtutib. non determinatur aliquid rectū, nisi 2m aliqualiter, ꝙ fit ab agente; & propter hoc specialiter iustitiæ, q̄ alijs virtutib. determinatur 2m suum obiectum, ꝙ vocatur iustum; & hoc quidem est ius, ꝙ est obiectū iustitiæ. S.Thom. 2.2.q. 57. art. 1.

Ad primū resp. ꝙ consuetum est, vt nomina à sua primęua impositione retorqueantur ad alia significanda; sicut nomen medicinæ impositum est primū ad significandum remedium, ꝙ præstatur infirmo ad sanādum; deinde tractum est ad significandum artem; in qua hoc fit; ita hoc nomen, ius, primò impositum est ad significandum rem iustā, & hoc modo accipitur d.c. 3. postmodum est ad significandum artem, qua cognoscitur, quid sit iustum. l. 1. ff. de iusti. & iure.

Ad 2m resp. ꝙ lex non est ipsum ius (propria loquendo) sed potius aliqualis ratio iuris, quæ dicitur quædam prudentiæ regula.

Ad tertium resp. ꝙ, propriè, non dicitur ius lex diuina; sed fas, quia videlicet sufficit Deo, vt impleamus, ꝙ possumus reddere Deo; iustitia tamen tendit ad hoc, vt homo quantum potest Deo recompenset, totaliter ei se subijciens.

ARTIC. III.

Vtrum definitio legis, quę dicit lex est constitutio scripta, sit bona.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd lex non sit constitutio scripta, constitutio

enim est, quod Rex, vel Imperator constituit. c. cõstitutio 2. Dist. lex autem potest esse non constitutio. c. lex. Dist. 2. vbi non à principe, sed à populo statuitur, ergo videtur mala definitio.

Sed cõtra dr. c. lex. j. Dist. ibi, lex est cõstõ scripta.

Resp. dicendum, quod sicut eorum, quę per artē exterius fiunt, quędã ratio in mente artificis præexistit, quę dr regula artis; ita etiã illius operis iusti, quod ratio determinat, quędã ratio præexistit in mente, quasi q̃dam prudentiæ regula; & hoc si in scriptis redigatur, vocatur lex d. c. lex Dist. 1.

Ad arg. resp. ꝙ nulla multitudo põt esse sine capite, quia oportet vni obedire; & necesse est, ꝙ ille sentiat hoc, qd iuris sapientes ad vtilitatem populi inuenerunt; & sic dicitur illius capitis sententiis, populi autem consentientus.

ARTIC. IIII.

Vtrum de essentia legis sit, quod sit scripta.

1 AD quartum videtur dicẽdu, quòd de essentia legis non sit, ꝙ sit scripta. quia lex æterna vera lex dicitur; tamen scripta non est.

2 Præterea, lex naturalis verè lex est, quæ tamen scripta non est.

3 Præterea, Hyer. 3 t. dabo leges meas in visceribus eorũ; ergo nõ est de essẽtia eius, qd sit scripta.

Sed cõtra dr. c. lex. j. Dist. ibi, lex est cõstõ scripta.

Resp. qd de essentia legis hic definitæ est, qd sit scripta, vñ lex à legẽdo dicta est, quia scripta est; & ad dr̃am consuetudinis, quæ est lex non scripta.

Ad primũ resp. negando assumptũ, ꝙ lex æterna nõ sit scripta, quia dr verbũ æternũ, in quo oĩa scripta retinent s̃m illud fons sapiẽtiæ verbũ Dei, in excelsis æternũ; nã scriptura libri vitæ æterna ẽ.

Ad secundum resp. quòd ius scriptum dicitur dupliciter, s. scriptũ digito Dei, & insitum cordi hominum; vel scriptũ studio hominis propter vtilitatem potestatis, hoc etiam modo conuenit legi naturali, quæ & si non in chartis, in cordibus tamẽ hominum scripta est, vnde Aug. lib. 2. de sermone Dñi in mõte, quis. n. scriptorũ in cordibus hoĩum legẽ naturalẽ scripsit, nisi Deus? de quo Apost. ad Ro. ij n. gentes, quæ legem non habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt.

Ad tertium resp. quòd loquitur de lege noua, q̃ quoad principale, qd inest, quod est gr̃a Spũs Sancti, est scripta in cordibus fideliũ, quæ licet sit lex indicta, secundariò tamen lex scripta.

ARTIC. V.

Vtrum mos, & consuetudo, sint idem.

1 AD quintũ vr dicendum, quòd sit idẽ mos, & consuetudo, cũ ipsa sit actus per tp̃s aliquod obseruatus. cũ Arist. 2. ethic. dicat habitũ virtutis nõ vnico actu, sed ex more generari.

Sed contra dicitur c. mos. 5. Dist. vbi mos definitur per consuetudinem, cum autem idem non cadat in definitione sui ipsius, mos, & consuetudo di ssere dicenda sunt.

Resp. dicendũ, ꝙ in hoc differunt, quia consuetudo generaliter est, quàm mos, cõsuetudo. n. se habet ad bona. Præterea, cõsuetudo dicitur altera natura, mos autem dicitur actus, per quem introducitur consuetudo.

Ad arg. resp. quod secũdum quod; est idẽ, qd cõsuetudo accipitur cum dicitur, mos est consuetudo longã; secundum autem quod significant actũ appetitiuæ virtutis, accipitur vbi sequitur in textu de moribus tracta.

ARTIC. VI.

Vtrum vni us actus sufficiat ad introducendum consuetudinem.

1 AD sextum videtur dicendum, quòd vnicus actus sufficiat ad consuetudinem per c. semel malus. de reg. iur. in 6.

2 Præterea, c. cũ, de præben. in 6. vbi vnicus actus continuatus consuetudinem inducit.

3 Præterea, quia si plures actus requiruntur, quęritur quot? sed non datur, neq; dari põt certus numerus, ideo probabilitas actuum non requiritur.

Sed cõtrarium dicitur c. mos. 1. Dist. ibi, mos est longa consuetudo, de moribus tantũmodo tracta.

Resp. dicendũ, quòd consuetudo non põt habere vim legis, nisi intelligatur ex voluntate, & rõnis iudicio procedere eor ũ, qui cõsuetudinẽ introducere volũt, sed volũtatis motus, & rõnis cõceptus p vnũ actũ exteriorẽ efficaciter declarari non põt, sed necesse est esse plures; quia cũ aliquid multoties fit, indicatur ex deliberato rationis iudicio prouenire; ergo cõclusio vera. S. Tho. 1. 2. q. 97. Art. 3. Præterea consuetudo dicitur ex communi vsu, nõ ergo ex vnico actu dicetur.

Ad primum resp. ꝙ aliud est præsumere, ꝙ aliquis faciat in futurũ, ꝙ semel antea gessit, aliud, ꝙ sit consuetus talem actum facere.

Ad secundum resp. ꝙ textus ille procedit in prę scriptione, non in consuetudine.

Ad tertium resp. negando cõsequentiã, quia relinquitur arbitrio iudicis, quot actus reqr̃utur ad consuetudinẽ inducendã. c. de causis de offi. deleg.

ARTIC. VII.

Vtrum ad consuetudinem inducẽdam requiratur tempus, cuius initij memoria non extet in contrarium.

1 AD septimũ vr dicẽdũ, ꝙ ad inducẽdã cõsuetudinẽ reqrat tp̃s, cuius initij memoria non extet ĩ cõtrariũ. l. 1. §. fi. ff. de aq. quot. & esti. seu ad minus tp̃s 40. annorũ. c. Auditis de præscr.

Sed contra facit, quia satis est tempus decẽ annorum, quia dicitur mos, & longa cõsuetudo. c. 4. dist. 1. longa aũt consuetudo, quæ obseruantia decem annorũ roboratur. l. 1. C. quæ sit lõga consue.

Ad arg. resp. ꝙ loquuntur illi textus, primo de consuetudine antiqua, secundò de ea, quæ est contra ius, & se extendit ad tollendũ ius alteri q̃sitũ.

ART.

ARTIC. VIII.

Vtrum consuetudo sit Ius.

1 AD octauũ videtur dicendum, quòd consuetudo nõ sit ius, sed facti, & in facto consistens. c. s. de consuet. lib. 6.

2 Praeterea, consuetudo distingu tur à iure, ergo non est ius.

Sed contra dicitur. c. consuetudo 1. Dist. ibi, consuetudo est ius quoddam moribus institutum.

Ad primum resp. quòd consuetudo põt dupliciter considerari, Vno modo, materialiter, s. pro actibus ipsorũ hominũ, ex quibus inducitur ipsa cõsuetudo, & hęc dicimus qd est facti, & in facto cõsistit; Secũdo modo, quasi formaliter. s. pro eo, qd elicitur ex ipso vsu actorũ, & cũ tale elicitũ appellatur, ius, rectè consuetudo, ius appellatur.

Ad secundum resp. quòd consuetudo strictè capta, distinguitur contra ius, non simpliciter, sed cõtra ius scriptum.

ARTIC. IX.

Vtrum sit lex omne, quod in ratione consistit.

1 AD nonum videtur dicendũ, quòd incõuenienter definiat lex cũ dicit, lex erit omne, qd in rõne cõstiterit, qa lex nõ ptinet ad rõnem; sed ad voluntatem cũ dicitur, quòd placuit principi legis habet vigorem. §. sed quod principi. Inst. de iure oati gent. & ciuil.

Sed contra dicitur. c. cõsuetudo. 1. Dist. ibi lex erit omne iam, quod & ratione constiterit.

Resp. dicendum, quod lex est quidam regula & mensura actuũ, secundũ quã inducitur aliquis ad agendũ, vel ab agendo retrahitur: dicitur à ligando, quia obligat ad agendum. regula autem, & mensura humanorũ actuũ est rõ, q̃ est primũ principiũ illorũ, rõnis. n. est ordinare ad finem, qui est primum principiũ in agẽdis. In vnoquoq; aũt genere illud, quod est principium, est mensura & regula illius generis, sicut vnitas in genere numeri, & motus primus in genere motuum. vnde sequitur quod lex sit aliquid ad rationem pertinens. s. Tho. 1. 2. q. 90. Artic. 1.

Ad arg. resp. quòd ratio habet vim mouẽdi à voluntate, ex hoc. o. quod rõ vult finem, rõ importat de his, quae sunt ad finem; sed voluntas de his, quae imperantur ad hoc, quod rationem legis habeat, oportet, quod sit aliqua ratione regulata, & hoc modo intelligitur, quod voluntas Principis habet vigorem legis, alioqui voluntas Principis magis esset iniqua, quàm lex.

ARTIC. X.

Vtrum diuisio iuris in naturale, gentium & ciuilis, sit bona.

1 AD decimum videtur dicendũ, quòd haec diuisio non sit bona, quia Arist. in 5. ethic. diuidit ius in naturale, & legale, & alij alias species iuris ponunt.

Sed contra dicitur. c. ius autem. 1. Dist. ibi ius autem naturale est, aut ciuile, aut gentium. Isid. lib. 5. ethim. c. 4.

Resp. dicendum, q̃ ius accipitur multipliciter; vno modo secundum absolutam sui consideratione, quod est cõe omnibus animalibus, à quo descẽdit ius gentium, commune hominibus tantum, qd etiam dicitur naturale homini: quod quidem vim habet ante omnem legem positam, ex quo oritur ius ciuile, siue consuetudo, quod ius legale dicitur apud philosophum, qui solum distinguit ius politicum competens hominibus, non autem ius vniuersaliter sumptum, prout hic.

ARTIC. XI.

Vtrum definitio iuris naturalis sit bona, hic posita.

1 AD vndecimum videtur dicendum, quòd inconuenienter definiatur ius naturale, quod sit commune omnium nationum, quia nec eodem modo, nec eisdem operibus videmus homines viuere, sicuti videmus ius politiuum, quod est conclusio iuris naturalis, non esse idem apud oẽs.

Sed contrarium dicitur. c. ius naturale. 1. Distin. ibi ius naturale est commune omnium nationum eo quod vbique instinctu naturae, non constitutione habetur aliqua.

Resp. dicendum, quòd definitio ista est bona; tã giturq. n. principium iuris naturalis, cũ ait, quod est cõe omnium nationum, tangitur efficiens cum ait, instinctu naturae, tangit etiam differentiam iuris naturalis a iure scripto, vel consuetudine, cum dicit, quod non edidit constitutio aliqua.

Non obstat ratio contraria, quia in illis non concurrunt tantum vniuersalia principia iuris, quae naturaliter sunt inserta, sed etiam ratio considerans particularia, quae cum varientur secundum statum loci, & temporis negotij, & personarum, quae sunt in particularibus, per hoc non sunt eadẽ apud oẽs, lex ergo naturalis nihil aliud est, quàm conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus proprijs, siue competat ei ex natura generis, vt generare, comedere, & huiusmodi, siue ex natura speciei, vt ratiocinari, & similia.

ARTIC. XII.

Vtrum conuenienter definiatur ciuile ius.

1 AD duodecimum videtur dicẽdum, quòd inconuenienter definiatur ius ciuile, dum dicitur. Ius ciuile est, quod quisque Populus vel ciuitas, sibi proprium humana, diuinaq; causa constituit: quia Arist. diuidit ius Politicum, quod est idem cum ciuili in naturale, & legale in 5. e. hic.

2 Praeterea, ius ciuile non solum constituitur à Populo, sed etiam à Rege, & ab Imperatore, vel à Pontifice.

Sed contra dicitur. c. ius ciuile. 1. Dist.

Resp. dicendũ, q̃ hec definitio est bona, constat. o. ex genere & differentijs, genus, cũ dicitur, est ius, differentia, cum dicitur, propriũ, & sic distinguitur à iure gentium; datur etiam per causas, nempe

efficiẽtem,cum dicitur,Populus, vel Ciuitas;datur per causam finalem,cum additur,diuina,humanaq; causa instituit;scilicet finis institutionis iuris est ad honorem diuinum,& humanum.

Ad primum resp.quòd aliter accipitur ius ciuile a philosopho,aliter à Iureconſ.

Ad secundum resp. quòd hæc definitio procedit secundum antiqua tempora;seu dicas,quòd hic ius ciuile definitur,prout est particulare ius alicuius Ciuitatis; Imperator autem, & Pontifex constituunt ius uniuersale;quæ definitio potest etiam conuenire iuri canonico, quia ecclesia sæpe Ciuitas, & Populus nominatur.

ARTIC. XIII.

Vtrum conuenienter definiatur ius gentium.

1 AD decimum tertium videtur dicendum, quod inconuenienter definiatur ius gentiũ, cum dicitur,quod sit occupatio sedium,ædificatio,munitio,bella,captiuitates,seruitutes,postliminia,fœdera pacis,induciæ legatorum non uiolandorum religio,connubia inter alienigenas prohibita;hoc inde ius gẽtium appellatur, quia eo iure omnès ferè gentes vtuntur. c. ius gentium. 1.dist.quia occupatio sedium,& rerum alterius est contra iustitiam,& per consequẽs non potest esse iuris gentiũ.

2 Præterea,bellum non videtur ortum de iure gentium,sed de iure diuino, vel naturali; quia bellum gerimus, vt pacem habeamus, vel iniuriam propulsemus.

3 Præterea,seruitus videtur dicendum, quòd non sit iuri gentium;quia Arist. 1. Polit.dicit,quod aliqui naturaliter sunt serui; & est orta per peccatum; non autem per ius gentium.

4 Præterea,prohibitio cõnubiorum cum alienigenis,non videtur de iure gentium; quia hoc videtur esse de iure diuino. Deut.7. Deus dicit non procurabis cum eis cõiugia,loquendo de infidelibus, & de alienigenis,& de iure canonico.c.non debet.de consang.& affini.

Sed contrarium dicitur.in c.ius gentiũ. 1.dist.

Resp.dicendum,quod occupatio sedium,quę fit bello iusto mediante,nõ est contra ius naturale,sed iuris gentium;si vero consyderemus bellum,est etiã iurisg.nam in eo tria sunt animaduertenda. Primũ est authoritas,& secundum hoc est de iure diuino; omnis enim potestas à Domino Deo est. Secũdum est primæua inclinatio,& quoad hanc partem videtur de iure naturali. Tertium consideratur forma iustitiæ,vt debito modo procedatur in eo,& secundũ hoc dicitur esse iurisgẽtium. est Præterea seruitus. de iure gẽtium,tanquam effectus belli. Pro qua notandum est,quòd seruitus est subiectio quædam(late extenso vocabulo,quæ capitur multis modis. Prima dicitur ad bonum diuinum,secundum quam viri sancti dicuntur serui Dei. Secunda dicitur ad malum,secundum quam homo peccato subditus dicitur seruus peccati. Ioan. 8. Tertia,prout minus perfecti subsunt perfectioribus;sicuti est ratio naturalis,vt viris seruiant fœminæ, quæ proprie non est seruitus. Quarta est subiectio, quæ proprie dicitur seruitus, quæ dicitur conditio suppositionis, qua persona secundum se, & sua, est in potestate superioris;quæ quidem seruitus introducta est per peccatum, tanquam pœna illius, in quam incurritur multis modis. Primo vi aduersæ potestatis. 2. Pet. 2. A quo qui superatus est, seruus eius est. Secundo ex electione propria, cum quis patitur venundari. §.serui Inst.de iur. person. Tertio ex malignitate aduersarij; sicuti Ioseph à fratribus fuit venditus. Quarto ex natiuitate,cum quis nascitur filius ancillæ. l.seruum.§.1.ff.de stat.hom. Quinto ex humanæ legis authoritate; cum libertus reuocatur in seruitutem,ob iniuriã illatam patrono. §. illud Auth.vt liberti de cętero. Sexto ob delictum; vt raptor mulieris efficitur seruus illius.c.de raptoribus. 36.q.1. Ex quibus colliguntur plures conclusiones. Prima, quod seruitus ad Deum,est de iure naturali, secundum quod vnumquodque tenetur subesse principio suo,idẽ est de omni seruitute,qua inferior subditur superiori. Secunda sit conclusio, quod seruitus peccati est introducta ex lege naturę humanæ corruptæ. Genes.6. corrupta est terra. Tertia est conclusio,quod seruitus eorum, qui in bello iusto capiuntur ab hostibus, est de iure gentium;quia hæc ratio dicta apud omnes gentes. Quarta sit conclusio,quòd seruitus,prout importat determinationẽ pœnæ,est de iure canonico,vel ciuili à naturali profectis. Præterea,fuit prohibitio de iure gentiũ,quia apud omnes gentes id seruatur tam fideles, quam infideles;consequentia nihilominus stat, quod aliquid sit de iure gentium per inuentionem; quo vero ad approbationem sit de iure diuino, & canonico. Et licet à sanctis patribus contractum sit quandoque cum alienigenis. Resp.potest,quòd tunc cõtraxerunt,quando alienigenæ conuersi fuerunt, secus autem vbi imminebat periculum fidei; sicuti habetur Deut. 7. & per hęc patet responsio ad obiecta.

ARTIC. XIIII.

Vtrum conuenienter ponatur ius militare species iuris Ciuilis.

1 AD decimum quartum videtur dicendum, quod ius militare non sit ponendum species iuris Ciuilis; quia contrariatur præcepto Christi dicentis. Math. 5. ego dico vobis nolite resistere malo.

2 Præterea,quia si poneretur species iuris Ciuilis, caderet sub prudentia: Militaris autem est quædam ars,& plurimum valet fortitudo in ea.

Sed in contrarium dicitur in c. ius militare. 1. distin.

Resp.dicendum, quòd prudentia militaris est in rep.necessaria;ea.n.quæ,secundum artem,& rationem aguntur,conformia esse oportet his, quę sunt secundum naturam, quæ à ratione diuina sunt instituta. Natura autem ad duo intendit, Primo quidem ad regendam vnamquamque rem in se ipsa. Secundo vero ad resistendum extrinsecis repugnãtibus,

tibus,& corruptiuis:& propter hoc data est concupiscibilis,qua mouetur homo ad ea,quę sunt saluti accommodata.& etiam irascibi lis,per quam homo resistit impugnātibus.Præterea, sicuti homo habet duas virtutes, vnam, per quam sequitur bonum & refugit malum,Aliam per quam aggreditur,& resistit prohibentibus;sic quælibet Ciuitas indiget duplici prudentia,videlicet legum positiua,& militari:vt per vnam proficua prosequatur,& fugiat nociua;per militarem vero resistat impugnantibus; vt habetur in procem.Inst.in prin. Quod autē ius militare sit species iuris ciuilis patet; quia quatenus tractat de ordine in bellando, de stipendijs militū, non est species iuris naturalis,nec minus iurisg.Cū hæc disciplina,non sit vna apud omnes;sed varia,secundum varietates regionum.

Ad primum resp.quòd talia præcepta sunt seruāda de præparatione animi; vt homo,si opus fuerit, sit paratus non resistere;sed quandoq; est aliter agēdum,dummodo fiat absq; odio, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Ad secundū resp.quod militaris pertinet ad prudentiam,secundum quod ordinatur ad bonum cōmune;licet circa aliquas regulas exercēdi arma possit habere rationem artis;& licet exequutio militaris pertineat ad fortitudinem;directio tamen, quæ est principalis,pertinet ad prudentiam; secundum quod est inductus exercitus.de quo in d.x.ius militare habetur.

DISTINCTIO II.

Continuari potest hoc pacto ad præcedentem. Dictum fuit proxime superius, quid sit ius Quiritum, siue Romanorum, Hic autem ponit, quæ sint eius species. Nec non tractat quasdam leges esse nominatas a conditoribus,ab effectu earum, & à loco vbi conditæ sunt.

DISTINCTIO II.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter ponatur Diuisio iuris positiui in cap. 1. dist. 2.

1 AD primum videtur dicendum, quòd inconueniēter ponatur species iuris; dum dicitur, cōstat autem ius Quiritum, ex legibus,& plebiscitis,& Senatus consultis,& cōstitutionibus principum,ex edictis Senatorum, siue responsis prudētum; Quia ea,quæ habent eandem vim, non videntur formaliter differre;sed solum materialiter; sed ista omnia habent eandem vim;ergo non differunā nisi materialiter;quæ distinctio in arte non est curāda,cum posset esse in infinitum;ergo inconuenienter talis diuisio ponitur.

2 Præterea,sicuti in ciuitate sunt sacerdotes,Principes,& milites;ita etiā sunt & alia officia,ergo debebant poni alia iura ad alia officia pertinentia.

Sed contra satis est authoritas Gratiani.c. 1. distin.2.superius adducta.

Resp.dicendum,quod vnumquodque potest per se diuidi secundum illud,quod in eius ratione continetur; sicut in ratione animalis continetur anima quæ est rationalis, vel irrationalis.Ideo animal per se propriè diuiditur,secundum rationale,& irrationale;non autem secundum album,& nigrum, quæ est diuisio præter rationem eius. Sunt autem multa de ratione legis humanæ, secūdum quorū quod libet lex humana propriè,& per se diuidi pōt. Est. n.primo de ratione legis humanæ,quod sit deriuatiua à lege naturæ; & secundum hoc diuiditur ius positiuum in ius gentium,& ius ciuile.Ad ius gentium pertinent ea, quæ deriuantur ex lege naturæ; sicuti conclusiones ex principijs; vt iustæ emptiones,& venditiones, & alia huiusmodi, sine quibus homines ad inuicem conueniri non possent; quod est de lege naturæ.Homo. n. natura est animal sociabile,quæ vero deriuantur à natura, per modum particularis determinationis,pertinent ad ius ciuile;secundum quod quælibet ciuitas aliquid sibi ad commodum determinat.Secundo est de ratione legis humanę,quod ordinetur ad bonum ciuitatis;& s̄m hoc lex humana diuidi pōt s̄m diuersitatē eorū,q̄ sp̄alr dāt operā ad bonū cōe; sicut principes populū gubernātes,& milites pro salute populi pugnantes.Et ideo istis hominibus quædam iura adaptantur.Tertio est de ratione legis humanæ, vt instituatur à gubernante communitas ciuilitatis; & secundum hoc distinguuntur leges secundum diuersa regimina ciuitatis quorum vnum,secundū Arist.in 3.Polit.est regimen; quādo scilicet ciuitas gubernatur ab vno & secundum hoc accipiūtur cōstitutiones principum.Aliud vero regimen est Aristocratia;idest principatus optimorum vel optima tum: & secundum hoc sumuntur responsa prudentum,& senatus consulta.Aliud regimen est oligarchia;idest principatus paucorū diuitum, & potentum;& secundum hoc sumitur ius prætoriū, quod etiam honorarium dicitur. Aliud regimen est populi, quod vocatur democratia; & secundum hoc sumūtur plebiscita.Aliud est tyrannicum,quod est omnino corruptum; vnde ex hoc non sumitur aliqua lex.Est etiam aliquod regimen ex istis commistum,quod est optimum; & secūdum hoc sumitur lex,quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt.c.lex est.& cap.seq.2.Dist.

Ad primum resp.dicendum,negando,quòd ista iura non distinguantur formaliter; quia distinguntur secundum diuersa regimina reipublicæ.

Ad secundum resp. quòd non est simile de istis officijs;quoniam ista specialiter dant operā ad bonum commune.Ideo istis adaptantur, quædam iura non autem alijs.

ARTIC. II.

Vtrum conuenienter deficiatur lex in c.lex 2. Dist.

1 AD secundum videtur dicendum,quod incōuenienter definiatur lex,dum dicitur,lex est constitutio populi. c. lex 2. Dist. quia vnius rei vna est definitio,sed aliter definitur supra c.lex. 1. Di. ergo aut illa,aut ista definitio, dicetur mala.

Præ-

2 Præterea, populus non poteſt condere legem; quia illa poteſtas tranſlata eſt in principem.l.digna uox.c.de legibus.

Sed contrariũ dicitur.c.lex 2.di.Iſid.li.5.ethim. cap.10.

Reſp. dicendum, quòd lex hic propriè non definitur; ſed magis deſcribitur .vnius autem & eiuſdem rei nõ eſt inconueniens plures eſſe reſcriptiones. & ſic patet reſp. ad primum.

Ad ſecundum reſp. quod definitio iſta eſt data pro tempore, quo populus Romanus monarchiã tenebat; ſed dicas licet quilibet populus non poſſit legem vniuerſalem condere; nihilominus, in his, in quibus adminiſtrationem habet, legem particularem condere poteſt.

ARTIC. III.

Vtrum aliquæ leges rectè ab auctoribus illarum denominentur?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd inconuenienter quędam leges ab auctoribus illarum denominentur; quia, quæ ſunt per accidens, ſunt prætermittenda; ſed accidit legi, vt ab hoc vel ab illo homine feratur; ergo inconuenienter ponitur diuiſio humanarum legum ex nominibus legiſlatorum.

Sed contrarium dicitur cap. quædam 2.Diſt.ibi quædam etiam leges dicuntur ab his, qui eas condiderunt; vt conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ &c. Iſid.lib.5.ethim.c.15.

Reſp. dicendum, quòd de ratione legis eſt, quod ſit directiua humanorum actuum; & ſecundum hoc, ſecundum diuerſa, de quibus leges feruntur, diſtinguuntur leges; quæ interdum ab auctoribus nominantur, non per auctores, ſed per partes, de quibus ſunt.

Ad arg. reſp. quod licet aliquæ leges ab auctoribus nominentur; diuiſio tamen arg. capitur principaliter penes res, de quibus ſunt.

DIST. III.

Continuari poteſt hæc tertia Diſtinctio ad ꝓxime præcedentem. Poſt quam ſuperius tractauerit magiſter de ſpeciebus ſecularium legum; ſequitur tractare de eccleſiaſticis cõſtitutionibus.

DISTINCTIO III.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter eccleſiaſtica conſtitutio nominetur Canon.

1 D primum videtur dicendum, quòd inconuenienter eccleſiaſtica conſtitutio nominatur Canon; quia conſtitutio eccleſiaſtica eſt Ius; ſed non omnis regula, quæ eſt interpretatio Canonis, eſt Ius.l. 1. ff.de reg. iur.ergo non omnis conſtitutio eſt canon.

2 Præterea, conſtitutiones aliquæ eccleſiaſticę videntur eſſe non rectę; vt cum puniuntur aliquem ſine culpa.c. miror 17. q. 4. non ergo eſt canon. i. regula, quæ rectè ducat.

Sed contrarium dicitur c.1. & ſeq.3.Diſt.ubi eccleſiaſtica conſtitutio nominata eſt canon. Iſid. lib. 6.ethimo.c.16.

Reſp. dicendum, quòd merito conſtitutio eccleſiaſtica dicatur regula, quia quemadmodum per regulam diſtorta diriguntur, & fiunt plana indirecta, & fiunt ſemitæ rectæ: ſic per conſtitutiones eccleſiaſticas diriguntur greſſus hominis per vias planas. ſimiliter ſicuti regula in ſcientijs docet artem ſciendi; ita per conſtitutiones eccleſiaſticas docentur homines rectè viuere.

Ad primum reſp. licet regula in omni ſua acceptione non ſit dicenda Ius; ſecundum tamen aliquam ſui acceptionem iuris, habet rationem. maximè cũ Ius dicatur, quod iuſtũ, & æquum eſt.

Ad ſecundum reſp. negando aſſumptum; ſicut .n.non eſt aliqua lex, quæ Iuſta non fuerit: ita quæ recta non fuerit. Et licet quandoque puniat aliquos ſine culpa, pœna temporali, & pœna damni, iuſta & recta eſt nihilominus; quia id ſine cauſa non facit, & licet canon quandoque videatur ſibi contrarius; non per hoc ſequitur, quin ſit rectus, ſi quilibet conſideretur pro loco, & tempore, & cauſa inſtitutionis ſuæ. c. regulæ Diſt. 29.

ARTIC. II.

Vtrum conueniens fuerit facta diuiſio Canonum; quod alij ſint decreta Pontificum; alij ſtatuta Conciliorum.

1 AD ſecundũ videtur dicendum, quod non ſufficienter ponantur iſtæ duæ ſpecies canonũ; quia multę ſunt aliæ ſpecies canonum, quæ ſub diuiſione iſta non comprehenduntur.c. ſi quis dogmata.25. q. 1.

2 Præterea, Concilia prouincialia non poſſunt facere canones. ergo male ſtatuta conciliorum appellantur canones.

Sed contrarium dicitur in c. regula. §. porro.3. Diſt. ibi, porro canonum, alij ſunt decreta Pontificum; alij ſtatuta conciliorum: vt inquit Gratianus ibidem.

Ad primum reſp. quòd ſpecies numeratæ, in d. c. ſi quis dogmata, comprehenduntur ſub hac diuiſione.

Ad ſecundum reſp, quod licet concilia prouincialia non poſſint facere de rebus magnis; de paruis tamen rectè facere poterunt ad ſuam prouinciam ſpectantibus. Canon ergo dupliciter capitur large, & ſtricte; in larga ſignificatione, omnis conſtitutio eccleſiaſtica dicetur canon; ſtricte autem ſumptus, capitur pro conſtitutione, quæ addita eſt concilio vniuerſali, aut prouinciali. De multiplici differentia canonis; concilij, decretalis conſtitutionis, dogmatis, & iſtorum, vide, quæ dixi in tract. de legibus, & ſtat.part.2.q.3.per totum.

ARTIC.

ARTIC. III.

Vtrum sufficienter concilia diuidantur, quod alia sint vniuersalia, alia prouincialia.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd inconuenienter sint positæ species conciliorum; videlicet vniuersalium, vel prouincialiũ; quia sunt etiam concilia episcopalia. §. episcoporum. Dist. 18.

Sed contrarium dicitur c. regula. § porro. 3. dist. ibi, conciliorum vero, alia sunt vniuersalia, alia particularia; vbi Gratian.

Resp. dicendum, quòd cum ratione canonum, diuisio conciliorum fuerit hic introducta; solum ea conciliorum genera debebat comprehendere, in quibus canones fiant; Cum ergo in istis concilijs canones instituantur; rationabiliter tantum illa duo genera conciliorum pro nunc posuit. & per hoc patet responsio ad argumenta.

ARTIC. IIII.

Vtrum conuenienter definiatur priuilegium, quod sit lex priuatorum.

1 AD quartum videtur dicendum, quòd inconuenienter definiatur priuilegium; cum dicitur priuilegia sunt leges priuatorum: quasi priuatæ leges. c. priuilegia. 3. dist. quia non solum priuatorum hominum sunt: sed etiam hominum in dignitate constitutorum.

2 Præterea, quia in priuilegio quandoque ponitur ius commune.

3 Præterea, nihil bene definitur per suum oppositum: oppositum autem priuilegij est lex: ergò malè dicitur, priuilegium est lex priuatorum.

4 Preterea, malè dicitur, quòd in priuato feratur: cum sæpe reip. detur priuilegium.

Sed contrarium dicitur. c. priuilegia. 3. dist. ibi, priuilegia sunt leges priuatorum; quasi priuatæ leges: nam priuilegium dictum est eo, quòd in priuato feratur. Isid. lib. 5. ethim. c. 18.

Resp. dicendum, quòd priuilegium potest tripliciter considerari. Primo ex parte eius, cui conceditur. Secundo ex parte communis iuris, quòd relaxatur. Tertio ex parte ordinis iudiciarij, qui in eius obseruatione, seu concessione non seruatur. Quantùm ad primum, rectè dicuntur priuatæ leges: quia semper priuilegia aliquibus singulariter conceduntur: licet concederetur quandoque generaliter: vt puta alicui ecclesiæ vel vniuersitati. Quantum vero ad secundum, dicitur quoque priuatæ leges. Non enim est priuilegium, nisi aliquod indulgeat speciale: vnde dicitur ius priuatum, contra ius commune indultum. Quantum vero ad tertium dicitur, quòd in priuato feratur. Non enim ab alijs datur, nisi sint supra legem, quos non oportet in priuilegio concedendo ordinem iudiciarium obseruare.

Ad primum resp. quòd nomine priuatorum, hoc in loco comprehenduntur omnes exempti à iure communi.

Ad secundum resp. quòd dato, quòd in priuilegio nihil exprimatur, nisi quòd est in iure communi, tamen censetur aliquod priuilegium, cum magis timeatur, quòd specialiter notatur, quàm quòd in genere comprehenditur.

Ad tertium resp. quòd nomen priuati accipitur in definitione pro singulari.

Ad quartum resp. quòd priuilegium non dicitur dari in priuato, respectu recipientis, sed ex parte dantis, seu dicas, quod etiam priuilegium concessum reip. dicitur datum priuato, vt dixi in resp. ad primum.

ARTIC. V.

Vtrum officia legum sufficienter assignentur in c. omnis. 3. dist.

1 AD quintum videtur dicendum, quòd insufficienter assignentur officia legum in d. c. omnis. quia omnis lex præceptũ commune est; sed idem est imperare, quòd præcipere ergo, alia quatuor superfluunt.

2 Præterea, effectus legis est, vt inducat ad bonũ; sed consilium est de meliori bono, quam præceptum. ergo magis pertinet ad legem consulere quam præcipere.

3 Præterea, homo non incitatur ad bonum per præmia, sicuti per pœnas. Ideo debebat poni præmiare, sicut punire. Quo casu, cum solo metu pœnarum quis faciat bonum, non est bonus, quia timor seruilis, non constituit bonum.

Sed contrarium dicitur. c. omnis. 3. dist. ibi, omnis lex, aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium; aut vetat, vt sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat; aut punit, vt qui cædem fecerit capite plectatur. eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana. diuina autem præcipit, vt diliges dominum Deum tuum. Isid. lib. ethim. c. 19. S. Thom. 1. 2. q. 92. art. 2.

Resp. dicendum, lex respicit actum rationalis creaturę. Aut ergo recipit actum, qui factus est, Aut qui faciendus est. Si actum, qui factus est, aut ille fuit bonus, aut malus; si bonus, sic retribuit; si malus, sic punit. Si respicit actum, qui faciendus est; aut respicit eum absolute, aut comparate; Si absolute, aut est actus ille bonus, aut malus; Si bonus, sic præcipit; si malus, sic prohibet; Si comparate aut ille actus est bonus, aut malus; si bonus, tunc respectu eius est consilium; quia consilium est melioris boni; si malus, sic est permissio, quę est respectu mali; vel propter hoc, quòd non fiat peius; aut propter hoc, quòd bonum fiat melius. Et sic non solum includuntur isti quatuor effectus legum; sed adduntur duo alij.

Ad primum resp. quòd sicut cessare à malo, habet quandam rationem pręcepti; & secundum hoc, large accipiendo, pręceptum vniuersaliter lex dicitur pręceptum.

Ad secundum resp. quòd consulere, non est proprie actum legis; licet quandoq; consulat. cap.

sic

fic.n.23.q.1. Sed potest etiam pertinere ad personam priuatam, cuius non est condere legem. vnde Apost. 1. Corinth. 7. cum consilium quoddam daret, dixit, ego dico, non dominus. & ideo non ponitur inter effectus legis.

Ad tertium resp. q etiam præmiare potest ad al terum pertinere; sed punire non pertinet, nisi ad ministrum legis; cuius auctoritate pœna infertur. & ideo præmiare non ponitur effectus legis; sed punire, per q homo assuefacit ad euitandum malum, & faciendum bonum; & propter metum pœnæ perducitur quandoq; ad hoc, quòd delectabiliter, & ex propria voluntate hoc faciat. & secundum hoc lex puniendo perducit ad hoc, quòd homines sint boni.

DIST. IIII.

Continuatur sic ad præcedentes. Superius Magister posuit species legum, & earum officium, Nunc consequenter subiungit de institutione earum.

Diuiditur in quinq; partes. In prima ponit causam institutionis legum. In secunda ponit conditiones qualitatum, quæ requiruntur in legibus ipsis, ad hoc, quòd bene instituantur. In tertia assignat causam, quare talia in condenda lege veniunt consideranda. In quarta ostendit, qñ leges instituuntur, siue confirmantur. In quinta ostēdit, quasdam ecclesiasticas leges esse abrogatas, propter contrariam consuetudinem.

DISTINCTIO IIII.

ARTIC. I.

Vtrum fuerit utile aliquas leges ab hominibus poni.

1 AD primum videtur dicendum, q non fuerit vtile hominibus poni aliquas leges; quia intentio legis est, vt per eam homines fiant boni, qui magis inducūtur ad ipsum volūtarij, quam coacti. Per leges ergo inutile fuit homini; onere leges.

Sed contra dicitur c.2.dist.4. ibi factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tuteq; sit inter improbos innocentia. Isido. lib. 5.ethim.c.2. S.Th. 1.2.q.95.ar.1.

Resp. dicendum, quòd homini naturaliter inest aptitudo ad virtutem; sed ipsa virtutis perfectio necesse est, vt homini adueniat per aliquam disciplinam, quæ fit per legem, qua virtutes amplectimur, & vitia expellimus.

1 Ad arg. resp. quòd homo bene dispositus melius inducitur ad virtutem monitionibus voluntarijs quam coertione. Sed quidam ècontra sunt ita male dispositi, vt non inducantur ad virtutem nisi cogantur. Ideo fuit necesse imponi leges, quæ etiam cogerent ad virtutem; & licet 1.Tim.1.dicat Apostolus, quòd iusto non est lex posita.

Resp. quòd iustus non indiget lege, vt est vinculum regens per pœnas ad opus virtutis, bene tñ, prout est regula & mensura agendi. & licet iustitia animata sit melior iustitia inanimata, nihilominus quia ipsa non inuenitur in multis iudicibus, & quia flexibilis est. Ideo necessarium fuit, vt lege terminaretur, q iudicandum esset; & paucissima arbitrio iudicis cōmitterentur, vt sunt quædam singularia, quæ non possunt legibus comprehendi.

ARTIC. II.

Vtrum conuenienter ponatur qualitas legis in c.erit 4 distinct.

1 AD secundum resp. dicendum, q inconuenienter ponatur qualitas legis in c. erit 4.distinct. quia lex scripta diuiditur contra consuetudinem; non debuit ergo poni sm consuetudinem patriæ.

2 Præterea, lex dirigit hominem ad agendum; sed actus humani sunt in particularibus; non ergo henè dicitur, q lex nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate hominum conscripta.

3 Præterea, legislator instituendo leges, non debet inspicere ad homines, ad loca, & tempora; quia legislator debet respicere ad ea, quæ sunt principia legis, vt homines, loca, & tempora non sunt huiusmodi, ex quib. lex rationem sumat; ergo &c.

4 Præterea, lex humana non prohibet omnia vitia; ergo non debet esse honesta, & iusta vt dicitur in texto.

Sed contra dicitur c.erit 4.distinct. ibi, erit autem lex honesta, iusta, possibilis sm naturam, & sm consuetudinem patriæ, loco temporiq; conueniens, necessaria, & vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in cautum captione contineatur, nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta & Isi.lib.ethim. S.Th. 1.2.q.95.ar.3.

Resp. dicendum, quòd cum lex humana non possit esse regula prima simpliciter, oportet quòd sit regula regulata, & mensurata, quadam alia regula superiori: Superior regula, quæ est mensura legis humanæ, est duplex scilicet lex diuina, & lex naturæ; Ad hoc igitur, quòd lex humana sit conformis legi diuinæ, debet esse honesta, id est conueniens religioni. Secundo requiritur, vt non discordet à lege naturæ, huiusmodi gratia redditur, quod sit iusta. Tertio requiritur, quòd fiat ab habente auctoritatem, & debet proportionari, & commensurari his, quibus imponitur; Nam alia lex imponitur uiris, alia pueris; Ideo additur tertia qualitas, scilicet quòd sit possibilis secundum naturam, tam facultati agentis, quam capacitati naturæ patientis. Quarto, quia cum animal politicum sit homo, non potest solus viuere; ideo oportet, quòd lex humana consuetudini, & morib. hominum conformetur, cum quibus viuere debeat, alias diuersitas studiorum causaret inter eos diuersitatem animorum.

Ideo

Ideo additur quarta conditio videlicet, quod sit secundum consuetudinem patriæ. Quinto, quia lex humana fundatur præcipue in bono publico, expediunt aliqua Reip. vno tempore, & vno loco, quæ non alio; vt ipsa rerum experientia demõstrat. Ideo requiritur, quod lex humana sit debitis circumstantijs vestita; & huiusmodi gratia additur quinta conditio, videlicet, quod sit loco, temporique conueniens. Sexto, quia lex humana reipublicæ, habet officium artis medicinalis, in corpore animalis, scilicet purgare malos humores, ad hoc vt lex humana sit licita, oportet, quod sit expediens Reip. Ideo additur sexto loco, quod sit expediens. Septimo, quia requiritur in ea vtilitas publica. ideo additur septima cõditio, scilicet quod sit vtilis. Octauo cum lex humana detur in directoriũ, & quasi lucerna. prouerb. 6. mandatum lucerna est, & lex, lux & via vitæ, necessario requiritur, quod sit manifesta, ne aliquis propter eius obscuritatem cadat in errorem, & huius gratia ponitur octaua conditio, quod sit manifesta. Vltimo quia lex ponitur ad bonũ cõmune, non debet ad commodum alicuius priuati, sed pro omnium communi vtilitate conscribi: aliter enim lex non potest esse recta & regularis. Ideo ponitur nona conditio, scilicet, quod nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate sit conscripta.

Ad primum Resp. negando cõsequentiam; licet enim ex hoc, quod distinguantur lex & consuetudo, non possit cadere in definitione legis rectò, tamen potest cadere in obliquo.

Ad secuodum Resp. quod illa particularia referri possunt ad bonum commune; non quidem communitate generis, vel speciei, sed cõmunitate causę, secũdum quod bonũ cõmune dicitur finis cõmunis.

Ad tertium Resp. quod lex oon sumit rationem ex fine absolutè; sed ex fine, prout est applicabilia hominibus, & licet legislator debeat principaliter respicere ad principia legis; nõ tamen absolute, sed in quadam proportione, ad homines regulandos: & sic necessario venit & conditio hominis, & locorum consideranda.

Ad quartum Resp. quod lex bumana præcipit actus omnium virtutum, licet non præcipiat omnes actus omnium virtutũ. Similiter uon prohibet omnes actus vitiosos, scilicet ad obligationẽ præcepti; sicuti nec præcipit omnes actus virtuosos: prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum; sicut & præcipit quosdam actus singularum virtutum.

A R T. III.

Vtrum sit semper secundum leges iudicandum?

1 AD tertium videtur dicendum, quod non sit semper secũdum leges scriptas iudicãdum; quia semper vitaodum est iniustum iudicium; sed quandoque leges scriptæ iniustitiam continent: secundum illud Esaiæ 10. væ qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitias scripserunt.

2 Præterea, iudicium oportet esse in singularibus, euentibus; sed nulla lex scripta potest omnes singulares euentus comprehendere, lege non possunt. ff. de legibus, ergo non semper secundum leges est iudicandum.

Sed contra dicitur c. in istis, 4. Dist. ibi in istis temporalibus legibus, quanquã de his homines iudiceot, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare; sed secundum ipsas. Aug. de vera religione cap. 31. S. Thom. 2. 2. q. 60. articul. 5. Resp. dicendum ex mente. S. Thom. 2. 2. q. 60. articul. 5. quod iudicium oihil aliud est, nisi quædam definitio, vel determinatio eius, quod iustum est. Fit autem aliquid iustum dupliciter, vno modo ex natura rei, quod dicitur ius naturale. Alio modo ex quodam condicto inter homines, quod dicitur ius positiuum, leges autem scribuntur ad vtriusque iuris declarationem, aliter tamen, & aliter. Nam legis scriptura ius quidem naturale continet, sed non instituit; Non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positiuum scriptura legis, & continet & instituit, donans ei authoritatis robur, & ideo necesse est, quod iudicium fiat secundum legis scripturam; alioqui iudicium deficeret, vel in iusto naturali, vel in iusto positiuo.

Ad primum Resp. quod lex scripta, sicut non dat robur iuri naturali, ita oec potest eius rubor minuere, vel auferre; quia nec voluntas hominis potest immutare naturam, & ideo si scriptura legis continet aliquid contra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi: vnde non potest dici lex, sed corruptio legis.

Ad secundum Resp. quod licet omnes casus legibus complecti non possint; tamen proceditur, de similibus ad similia, ex identitate rationis. d. l. non possuot. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

A R T. IIII.

Vtrum promulgatio sit de ratione legis?

1 AD quartum videtur dicẽdum, quod promulgatio oon sit de ratiooe legis; lex enim naturalis maxime habet legis rationem; sed ipsa non indiget promulgatione. ergo non est necessaria promulgatio.

2 Præterea, ad legem proprie pertinet obligare ad aliquid faciendum, sed non solum obligantur ad ipsam illi, coram quibus fit promulgatio, sed etiam etiam alij, tam præsentes, quam futuri.

Sed contra dicitur c. in istis. §. leges. 4. dist. ibi leges instituuntur, cum promulgantur; firmantur cum moribus vtentium approbantur, vt ibidem dicit Gratianus.

Resp. ex mente S. Tho. 2. 2. q. 90. art. 4. quod lex imponitur hominibus per modum regulæ, & mẽsurę. Regula autẽ, & mẽsura imponitur per hoc, quod applicatur his, quæ mensurãtur, & regulantur: vnde ad hoc, quod lex uirtutẽ obligandi habeat, quod est propriũ legis, oportet quod applicetur hominibus, qui secundũ eam regulari debent. Talis autem applicatio fit per hoc, quod in notitiam eorũ deducetur ex ipsa promulgatione; unde promulgatio ne-

cessaria

cessaria est ad hoc, quod lex suam habeat virtutem; vnde lex definitur, quod sit ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

Ad primum Resp. negando minorem; promulgatio enim legis naturæ est ex hoc, quod Deus eam mẽtibus hominũ inseruit, naturaliter cognoscendã.

Ad secundum Resp. quod illi, coram quibus lex nõ promulgatur, obligantur ad legem seruandam, in quantum ad eorum notitiam deuenit per alios, vel deuenire potest promulgatione facta, quæ extenditur ad futura, per firmationem scripturæ: vnde dicitur semper in viridi obseruantia. l. Arriani. Cod. de hæretic.

ART. V.

Vtrum lex dicatur firmari moribus vtentium?

AD quintum Resp. quod legum firmitas non dependet à moribus vtentium subditorum; quia lex robur suæ firmitatis accipit ab eo, cuius authoritate pendet, & emanat; sed huiusmodi est princeps. ergo non à moribus vtentium, sed à Principe accipit robur.

Sed contrarium dicitur. c. in istis, §. leges. 4. Dist. ibi, firmantur, cum moribus vtentium approbantur, vbi Gratianus.

Resp. quod dupliciter possumus, de firmitate legis loqui; aut de firmitate authoritatis aut stabilitatis, si de prima loquamur, istam habet lex ab instituente, si de secũda à comprobatione morum vtentium; vt dicitur c. erit 4. Dist. & per hæc patet responsio ad obiectum.

ART. VI.

Vtrum lex consuetudine populi tolli possit?

AD sextum videtur dicendum, quod per consuetudinem populi, lex tolli non posit; quia potestas condendi legem, & tollendi, videtur procedere à pari potestate: eius enim est tollere, cuius est cõdere. c. inter, de sent. excom. sed populus non potest condere legem; cum id pertineat ad Principem. c. significasti, de elect. §. sed quod principi inst. de iure nat. gent. & ciuili, ergo illam non potest tollere consuetudo.

Sed contra dicitur c. in istis. 4. Dist. ibi, sicut moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt; ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. Gratianus eodem in loco.

Resp. dicendum, quod lex aut est consilij, aut præcepti, si primo, tunc potest moribus non vtentium à principio reprobari; & ex post facto contrarijs moribus non vtentium tolli, seu contraria consuetudine, si vero lex contineat præceptum, tunc aut princeps contradicit, aut non. primo casu lex per consuetudinem non tollitur; secundo autem casu, aut est consona iuri diuino, aut non. Primo casu per consuetudinem nõ tollitur. Secundo autem casu, aut non fuit suscepta à principio, & tunc Principe tolerante, neminem ligat. si vero fuerit suscepta, & post processum temporis vniuersaliter non obseruabitur, si talis obseruatio est simplex abstinentia, non repugnans per contrarium actum legi, & Princeps hoc tolerat per longum tempus, non contradicens, tunc per consuetudinem tollitur lex, & not. quod lex per non vsum non tollitur; sed bene per contrarium vsum, Dixi ego in tract. de leg. & stat. p. 4. q. fin. in fine.

Distinct. V.

COntinuari potest ad præcedentem hoc pacto. Dictum est supra de officio & causa institutionis legum. Nunc incipit assignare differentiam inter ius naturale, & alia iura: ius enim naturale in quatuor differt ab alijs iuribus, scilicet in origine, dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore. In origine, quia incepit ab exordio rationalis creaturæ. Dignitate, quia nullam patitur mutationem. Amplitudine, quia est commune omnibus. Sententiæ rigore, quia aduersus illud nulla admittitur dispensatio.

Distinct. V.

ART. I.

Vtrum ius naturale inceperit ab exordio rationalis creaturæ?

1 AD primum videtur dicendum, quod lex naturalis non cœperit ab initio rationalis creaturæ: lex enim naturalis est æterna, secundum quam animæ rationales, de istis inferioribus indicãt, quod est proprium legis æternæ, secundum August. lib. de vera relig.

Sed contrarium dicitur cap. 1. dist. 5. ibi cœpit enim ab exordio naturalis creaturæ; vt dicit Gratianus in textu.

Resp. dicendum, quod ius naturale ab exordio rationalis creaturæ initium habuit; Nihil enim est æternum, quod non sit increatum; sed naturale ius non est quid increatum; quia non est ipse Deus; ergo non est æternum.

Ad arg. Resp. quod secundum legem æternam dicimus iudicare de istis inferioribus, & secundum etiam legem naturalem, sed differenter, quia cum dicitur, quod secundum legem æternam iudicandum, notatur causa formalis exemplaris, cum autem dicitur, secundum naturalem legem, notatur causa formalis exemplata: & ita cum differenter dicatur de istis, manifeste patet, quod non sunt idem.

ART. II.

Vtrum lex naturæ sit vna apud omnes?

1 AD secundum videtur dicendũ, quod lex naturæ, non sit vna apud omnes, quia ius naturale

rale est, quod in lege & euangelio continetur; sed hoc non est commune omnibus, dicitur enim a. Rom. non omnes obediunt euangelio. ergo etiam lex naturalis,non est vna apud omnes.

2 Praeterea nihil est tam iustum apud omnes, quin diuersificetur apud aliquos, ergo etiam l. naturalis non est vna apud omnes.

3 Praeterea, ad legem naturae pertinet id, ad quod homo secundum suam naturam inclinatur; sed diuersi homines naturaliter ad diuersa inclinantur; ergo non est vna apud omnes.

Sed contra dicitur.c.1.Dist.5.vbi dicit,quod ius naturale non variatur tempore; sed semper immutabile perseuerat;ergo sequitur,quod idem sit apud omnes.Gratianus,ibidem. S.Tho.1.2.q.94.art.4.

Resp.dicendum,quod lex naturalis,quantum ad prima principia, communis est apud omnes; quantum vero ad proprias conclusiones,rationis speculatiuę,est eadem apud omnes,non tamen aequaliter omnibus nota; quantum vero ad proprias conclusiones rationis practicę, nec est eadem rectitudo apud omnes, nec etiam apud quos est eadem, est aequaliter nota; Apud omnes enim hoc certum est & verum,vt secundum rationem agatur;ex hoc autem principio, sequitur conclusio, quod deposita sint reddenda, & hoc in pluribus verum est:potest tamen aliquando esse damnosum,& per consequēs irrationabile; si deposita reddantur ad impugnandum patriam,vel si redderetur gladius furioso.Dicendum est igitur, quod lex naturae, quantum ad prima principia cōmunia, est eadem apud omnes, & secundum rectitudinem,& secundum notitiam; sed vt in paucioribus potest deficere, & quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta; vel quantum ad notitiam, & hoc propter hoc, quod aliqui habeant deprauatam rationem ex passione, vel mala consuetudine, seu mala habitudine naturae.

Ad primum Resp.quod non omnia,quae sunt in lege, & euangelio, sunt de lege naturae; cum multa tradantur ibi supra naturam; sed quia ea, quae sunt de lege naturae,plenarie ibi traduntur.

Ad secundum Resp. quod illud intelligitur, de his, quae sunt naturaliter iusta, non sicut principia communia, sed sicut quaedam conclusiones ex his deriuatae, quae vt in pluribus rectitudinem habent, & in paucioribus deficiunt.

Ad tertium Resp. quod sicut ratio imperat alijs potentijs,ita oportet, quod omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur secundum rationem. Vnde apud omnes est vnū hoc, vt secundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes.

ART. III.

Vtrum ius naturale sit mutabile?

1 AD tertium videtur dicendum,quod lex naturae mutari possit,quia lex iustitiae deletur per culpam.gl. 2.ad Rom. sed lex iustitiae est lex naturae,ergo mutari potest.

2 Praeterea,lex gratiae est efficacior,quam lex naturae; sed lex gratiae deletur per culpam; ergo multo magis lex naturae.

3 Praeterea, cōmunis possessio est de iure naturae, at ista videtur mutata;ergo ius naturae mutatur.

4 Praeterea, ius naturae est quod in lege & euangelio continetur; sed multa iura cōtenta in lege videntur mutata; ergo ius naturae dicitur mutabile.

5 Praeterea contra legem naturae est occisio, adulterium, & furtum;& tamen mutata videntur à Deo cum praeceperit Abrahae,quod occideret filiū Gen. 22.& Iudaeis, vt surriperent vasa Exod.12.& Oseę vt vxorem fornicariam acciperet, vt habetur Oseae 1. ergo lex naturalis est mutabilis.

Sed cōtra dicitur. c.1.Dist.5.ibi ius naturale inuariabile & immutabile est,vt dicit Gratianus.

Resp. dicendum, quod lex naturalis dupliciter potest intelligi mutari: Vno modo per hoc, quod aliquid ei addatur,& sic nihil prohibet legem naturalem mutari. Alio modo per modum subtractionis, & quantum ad prima principia legis naturalis est omnino immutabilis, quantum vero ad secunda,quae sunt quaedam conclusiones propinquae primis principijs, non mutatur nisi in aliquo particulari, propter aliquas causas speciales impedientes obseruantiam praeceptorū eius.S.Tho.1.2.q.94.art.5.

Ad primū Resp. quod lex deletur per culpā nō quo ad essentiam,sed quo ad effectū illuminationis.

Ad secundum Resp.quod non est simile de lege gratiae & naturae, quia natura est essentialior hominum,& ideo magis permanens.

Ad tertium Resp. quod illud fuit ante peccatum; post peccatum vero secus est;

Secundo Resp.quod hoc non fuit inductū à natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humane vitae, & sic non est mutata lex naturae,nisi per additionem.

Ad quartum Resp. quod mutatio legis facta est, quantum ad cęremonialia, non autem quantum ad moralia.

Ad quintum Resp. quod non solum in rebus humanis quicquid à Deo mandatur,hoc ipso est debitū, sed etiam in rebus naturalibus, quicquid à Deo fit,est quodammodo naturale,cū sit Dominus vniuersorum vitae, & mortis & omnium rerum.

ART. IIII.

Vtrum lex vetus fuerit mutabilis?

1 AD quartum videtur dicendum quod lex vetus fuerit immutabilis dicitur Baruc.4. hię est liber mādatorum Dei,& lex quae est in ęternum omnes qui tenent eam inuenient vitam.

2 Praeterea, Deut.17.Custodite omne mandatum, quod praecipio vobis hodie, & maledictus omnis, qui non permansit in omnibus quae scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea.

3 Praeterea, lex in omni praecepto continet veritatem, vnde in psal. lex tua veritas; sed dicitur quod veritas Domini manet in aeternum: ergo lex vetus est immutabilis.

4 Praeterea, manente causa manet effectus;sed cęremoniae

remoniæ veteris legis, habent caufas in quantum ordinantur ad diuinum cultum, ergo non debent ceffare, cum diuinus cultus maneat in æternum.

Sed contra dicitur cap. 1. & feq. Dift. 5. ibi, quædam contraria his, quæ in lege ftatuta funt inueniuntur effe conceffa, vbi Gratian ?

Refp. dicendũ, quod lex vetus continet tria genera præceptorum, fcilicet moralia, cæremonialia, & iudicialia Deut. 6. moralia funt de dictamine legis naturæ, cæremonialia determinationes diuini cultus, iudicialia determinationes iuftitæ inter homines obferuandæ; vnde ad Rom. 7. mandatum eft iuftum, fanctum, & bonum, iuftum quidē quantum ad iudicialia, fanctum quantum ad cęremoniales, bonum autem quantum ad moralia; præcepta cęremonialia veteris legis, ad cultum Dei funt ordinata, exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui confiftit in fide, fpe, & charitate; vnde fecundum diuerfitatem interioris cultus, debuit diuerfificari cultus exterior, poteft autem duplex ftatus diftingui interioris cultus, vnus fecundum quem habetur fides, & fpes de cęleftibus bonis, ficut de quibufdam futuris, & de his, per quo introducuntur ad cęleftia, ficuti de præfentibus, vel præteritis, & ifte eft ftatus nouæ legis, ideo cęremoniæ primi ftatus caffari debuerunt, & debuerunt aliæ cęremoniæ indici, quæ conueniunt ftatui illis, in quo bene cęleftia funt futura beneficia, per quæ ad cæleftia introducuntur funt præfentia.

Ad primũ Refp. quod lex vetus eft in æternum, quoad moralia fimpliciter & abfolute; fed'm vero cęremonialia, quantũ ad veritatē per ea figuratam.

Ad fecundum Refp. quod precepta cæremonialia non fuerunt iuffa feruari, nifi vfque ad aduentum Chrifti. Deut. 18. prophetam de gēte tua, ficut me, fufcitabit tibi Deus, ipfum audies.

Ad tertium Refp. quod duplex eft veritas, promifsionis fcilicet, & exhibitionis, in cęremonialibus autem, feruata eft veritas promifsionis, in gratia vero Chrifti, quæ per illam figurabatur, & promittebatur, eft veritas exhibitionis, & ita dicitur, quod veritas maneat in æternum.

Ad quartum Refp. quod veniente eo, qui venturus erat, ille cultus ceffat, & omnes rationes ad ipfum ordinatæ, & fic negatur, quod femper maneat eadem caufa.

Diftinct. VI.

Continuatur per fe ipfam; cum in hac concluditur, quod præcepta legis moralia funt immutabilia.

ART. I.

Vtrum præcepta moralia fint mutabilia?

1 AD primũ videtur dicēdũ, quod moralia pręcepta fint mutabilia, quia pręceptũ de obferuatione fabbati, cõtinetur inter præcepta decalogi, quæ funt moralia, & tamen mutatum eft.

Sed contra dicitur c. fin. 6. dift. ibi moralia mandata ad naturale ius pertinent; atque ideo nullam mutabilitatem recepiffe monftrantur.

Refp. dicendũ, quod illud præceptum pártim eft morãle, & partim cęremoniale; morale enim, quantum ad hoc, quod homo tenetur vacare diuinis, ratio enim naturalis dictat, vt homo aliquo tempore contēplationi vacet, cęremoniale vero quantum ad taxationē, feu determinationem tpis, in quo vacandum fit diuinis; vnde cum hæc determinatio non fit de dictamine legis naturalis, non eft fecundum hoc præceptum morale, fed cęremoniale; requies enim fabbati, figurabat requiem Domini in fepulcro, in quo iacuit per totam diem naturalem fabbati, & quia cęremoniæ veteris legis ceffant aduenien te veritate, ideo in noua lege non obferuatur dies fabbathi, quantum ad illud, quod eft cęremoniale, fcilicet quantum ad terminationem temporis; fed loco eius obferuatur dies dominica.

Diftinct. VII.

Continuatur ita ad præcedentem. Poftquam dictum eft fupra in proxima præced. dift. de iure. Nunc in hac dicit, quando inceperit ius conftitutionis fcriptæ, diuinæ, vel humanæ.

ART. I.

Vtrũ ius legis diuinæ fcriptæ cęperit tempore Moyfi?

AD primum videtur dicendum, quod ius conftitutionis non inceperit à iuftificationibus Moyfi, quia ius pofitiuum ortum habuit à iure naturali, non ergo à iuftificationibus Moyfi.

2 Præterea, ante tempora moyfi leguntur effe data multa pręcepta hominibus, vt Adæ de ligno fciētiæ boni & mali. Gen. 2. & Hæbreis præceptum circumcifionis Gen. 17.

3 Præterea, ante tempora Moyfi fuerunt Reges, & Regna plura, & non eft dubium, quod vixerint aliquo iure conftitutionis.

Sed contra dicitur c. 1. & feq. 7. Dift. ibi, ius autem conftitutionis cepit à iuftificationibus, quas Dominus tradidit Moyfi: Ifid. lib. 5. Etim. c. 5.

Ad Primum Refp. quod hic loquitur, de principio temporis, quo explicari per fcripturam ceperit ius conftitutionis, nõ aũt de principio deriuationis.

Ad fecundum Refp. quod ante Moyfem erant quædam fingularia præcepta data homini, fed lex, quæ eft communis non eft data nifi Moyfi.

Ad tertium Refp. quod hic non loquitur de iure conftitutionis communiter fumpto, fed de iure conftitutionis Ecclefiafticæ dato populo in vnitate vnius veri Dei viuentis.

ART. II.

Vtrum fuerit neceffarium, legem diuinam hominibus literis explicari.

1 AD fecundum videtur dicendum, quod non fuerit neceffarium, diuinam legem fcriptura explicari. ea enim quæ funt naturaliter fcripta, in intellectu fpeculatiuo, nulla fcientia in fcripturam colligit, fed vtitur eis quantum indiget

get vnaquęque, sed decem pręcepta sunt scripta in intellectu practico vniuicuiusque; ergo non fuit necesse ea in scripturam redigere.

Præterea, scriptura inuenta videtur ad succurrendū labilitati memoriæ; sed præcepta iudicialia, & cęremonialia poterant facile obliuioni mandari, & non fuerunt scripta in tabulis lapideis; ergo nec etiam præcepta moralia.

Præterea, ea, quæ scripto tradūtur, ad plebem per sapientes perueniunt; sed hæc decem mandata ipsa plebs immediatè audiuit à Deo. Exod. 20. ergo non debebat in scripto redigi.

Præterea, non erat tradenda lex cum ipsa prohibendo augeat peccati cupiditatem. 1. Cor. 15.

Præterea, seruitia coacta sunt minus accepta Deo; Sed per legem fit coactio quædam, in quantum obligat; ergo non huiusmodi obligatoriam legē edere debuit. Sed contra dicit c. Moyses. 7. dist. vbi Moyses sacras leges literis explicauit, & hoc mandato Domini; ergo conuenienter factum est Isi. lib. 5. Ethim. c. 1.

Resp. dicendum sub duabus conclusionib. Prima necesse fuit hominib. à Deo dari legem, etiam de his, ad quę ratio naturalis inclinaret; non enim minor est cura Deo de rebus humanis, quam de reb. naturalibus, quas propter hominem fecit; sed rebus naturalib. certas leges posuit; ergo etiam rebus humanis aliquas leges ponere debuit.

Præterea, in quolibet regimine oportet, ꝙ voluntas Rectoris innotescat; Sed Dei voluntas nobis per præcepta legis innotescit inquantū est signū diuinæ volūtatis; ergo oportuit, quòd ab ipso, qui orbem regit præcepta mūdo ederentur. Secūda sit conclusio, quòd necesse fuit legem diuinam hominib. tradi in scriptis; quia per contrariam consuetudinē, qua multi in peccato præcipitant, iam apud multos ratio naturalis, in qua scripta erant, obtenebrata erat.

Pręterea, quia & si in aliquibus ratio vigebat; tamen amor boni in eis deficiebat; vnde per quandam coactionem legis obligatoriæ ad bonum inducendi erant. Tertio, vt ad opera veritatis non solum natura inclinaretur, sed etiam reuerentia diuini imperij. Quarto vt magis memoriæ tenerentur, & frequentius in cogitatione versarentur.

Ad primum resp. quòd passiones animæ non corrūpunt æstimationem speculatiuam, sed practicam; & ideo magis oportuit præcepta legis naturæ in scriptura, redigi quàm principia speculatiua.

Ad sm resp. negādo consequentiam, quia illa præcepta mutabilia erant, hęc autem non, in cuius signū in tabulis lapideis Deus ea scribi voluit.

Ad tertium resp. ꝙ Deus propter multos, qui sm passiones viuunt, vt per sapientiores, in quib. rationis iudiciū viget, in alijs cognitio horum præceptorum conseruaretur, & ideò ea scribi uoluit.

Ad quartum resp. ꝙ lex, quantum erat in se, nullo modo, nec occasio, neq; causa erat augendæ cupiditatis, sed propter corruptionem fomitis hoc contingebat occasione accepta ex lege ab ipsis peccantibus, non data ipsis à lege.

Ad quintum resp. quòd boni non operantur coacti à lege, sed ipsi sunt lex; unde non propter eos lex posita est; sed propter trangressores.

ARTIC. III.

Vtrum congruenter lex uetus inceperit à tempore Moysi?

AD tertium uidetur dicendum, ꝙ lex uetus non conuenienter data fuerit tempore Moysi; sed danda erat antea uel postea; ꝙ antea debuerit dari probatur sic, summus medicus dat non solum medicinam curatiuam, sed etiam præseruatiuam; si ergo lex est medicina ad peccatum, debuit et dari ante peccatum, ut præseruaret ab illo.

Præterea, quandiu est morbus tempus est medicinæ; sed statim post peccatum fuit morbus; ergo statim adhiberi debuit medicina.

Præterea, ꝙ postea debuerit dati probatur; quia debuit dari post Dauid, sicuti data fuit post Abrahā, nam uni facta promissio, alteri uero repromissio. 2. Regum 23.

Sed contra dicitur. capit. Moyses. 7. distinctio. ibi Moyses gentis, Hebrææ primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit Isido. libro 5. Ethim. can. primo.

Respon. dicendum, quòd oportebat huiusmodi auxilium quodam ordine dari, ut per imperfecta ad perfectionem manuduceretur; & ideo inter legem naturæ, & legem gratiæ oportuit legem ueterem dari. Sanctus Thomas secunda secundæ, quæstione 98. artic. 6.

Ad primum resp. dicendum, ꝙ lex naturalis sufficiebat ad præseruationem à peccato. Aug. in q. noui & uet. testam.

Ad secundum resp. quòd cum fuit morbus semper fuit aliqua medicina, quæ data fuit suo tempore; cum per humilitatem & contritionem spiritus sanetur.

Ad tertium resp. quòd statim post peccatum primi hominis non oportuit legem ueterem dari; tum quia non dum homo recognoscebat se ea indigere de sua ratione confisus; tum quia adhuc dictamen rationis naturæ non dum erat obtenebratum per consuetudinem peccati.

Ad quartum respon. quòd non solum illi, ex quibus Christus natus est, legem acceperunt, sed totus populus circuncisus ante Dauid & post Abraham collectus.

ARTIC. IIII.

Vtrum lex uetus soli populo Iudaico data fuerit?

AD quartum uidetur dicendum, quòd lex uetus non debuerit dari soli populo Iudaico; quia lex uetus disponebat ad salutem, quæ futura erat per Christum; sed salus illa futura erat omnibus gentibus; ergo solis Iudæis dari non debuit, sed omnibus.

Preterea. Act. Apost. 4. Non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, quæ timet Deum, & facit iustitiam, acceptus est illi.

Præterea, lex data est per Angelos ad Gal. 3. Sed ministeria Angelorū non solum Iudæis, sed omnib. genti-

gentibus semper exhibuit Eccle. 17. ergo lex omnibus gentibus dari debuit.

Preterea, Matt 5. Solem suum oriri facit super bonos & malos; ergo multo magis ministrabit lucem animatum, de qua Prouerb. 6. mandatum lucerna est.

Sed contra dicitur c. Moyses. 7. distin. ibi, Moyses gentis Hebreæ primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit Isid. li. 5. Ethi. c. 1.

Resp. dicendum, quòd conuenienter Iudaico populo lex data fuit; quia ille populus vnum Deum colens dignus erat cui eloquia Dei traderentur; dicitur enim Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus, & margaritas proijcere ante porcos; Alia ratio est, vt diceretur ille populus, ex quo filius Dei erat venturus; si autem quæris quare elegit hunc populum, vt ex illo nasceretur? audi Aug. super Ioan. quare hunc trahat, & illum non trahat, noli velle diiudicare, si non vis errare S. Th. 1. 2. q. 98. art. 4.

Ad primum resp. quòd quamuis salus per Christum facta sit omnibus gentibus; tamen oportebat ex vno populo Christum nasci, qui propter hoc præ alijs prærogatiuas habuit ad Rom. 9.

Ad secundum respon. quòd acceptio personarum locum habet in his, quæ ex debito dantur in his vero, quæ ex gratuita voluntate conferuntur acceptio personarum locum non habet; salutaria autem beneficia Deus humano generi confert ex sua gratia; vnde non est acceptator personarum si quibusdam præ alijs conferat.

Ad tertium resp. ꝙ delatio legis pertinet ad gratiam, ministerium Angeli ad naturam; beneficia gratiæ subtrahuntur homini propter culpam, beneficia autam naturalia non; inter quę sunt ministeria Angelorum, quæ ipse naturæ ordo requirit, vt. s. per media gubernentur infima.

Ad quartum resp. quòd sicut lex corporalis non lucet, nisi oculo disposito, quamuis omnibus diffundatur, ita indispositioni homini adscribendum est si lumen diuinæ gratie non suscipiat.

DISTIN. VIII.

Continuari potest ad præcedentes hoc pacto. Supra dictum est de duplici differentia iuris naturalis ad alia iura, videlicet in origine, & dignitate quoad immutabilitatem: Nunc prosequitur ad alias duas differentias. Primo amplitudine, vel quia sit commune omnibus animantibus, vel quia iure naturali omnia sunt communia; Secundo etiam quo ad hòc, quod si alia iura inueniuntur ei contraria vana & irrita iud. cantur.

ARTIC. I.

Vtrum sit naturalis homini possessio rerum exteriorum?

Ad primum videtur dicendum, quòd non sit naturalis homini possessio exteriorum rerum nullus enim debet sibi attribuere quòd Dei est; Sed dominium omnium creaturarum est proprium Dei, s in Psal. Domini est terra &c. ergo non est naturalis homini rerum possessio.

Præterea, Dominus est nomen potestatis; sed homo non habet potestatem super res exteriores; nihil enim potest circa earum naturam immutare; ergo possessio rerum exteriorum non est naturalis.

Sed contrarium dicitur c. j. distin. 6. ibi; Nam iure naturali omnia sunt communia omnibus, vt dicit ibidem Gratianus.

Resp. dicendum, quòd res exterior potest dupliciter considerari; Vno modo quantum ad eius naturã, quæ non subiacet humanæ potestati, sed solum diuinæ, cui omnia ad nutum obediunt. Alio modo quantum ad vsum ipsius rei, & sic homo habet naturale dominium exteriorum rerum ex necessitate vitæ, ex dignitate hominis, & ex actione naturæ; ex necessitate vitæ patet; ex dignitate hominis, cum sit ad imaginem Dei habet dominium super cæteras creaturas; ex actione naturæ: natura videtur cuncta fecisse propter hominem; semper enim imperfectiora sunt propter perfectiora.

Ad primum resp. ꝙ Deus habet principale dominium omnium rerum, ordinauit tamen res quasdam ad corporalem hominis sub entationem, propter quòd habet naturale rerum dominimm.

Ad secundum resp. quòd ratio illa procedit de dominio rerum exteriorum, quantum ad naturam ipsarum, ꝙ quidem dominium soli Deo conuenit, vt dictum est.

ARTIC. II.

Vtrum distinctio bonorum sit iure humano inuenta?

Ad secundum videtur dicendum, quòd distinctio bonorum non sit iure humano inuenta; quia omne, quòd est introductum iniquitata hominum, non est introductum aliquo iure; sed proprietas rerum videtur ex iniquitate hominum introducta. c. dilectissimus. 12. q. 1.

Præterea, hæc distinctio videtur facta à Deo vt habetur Iosue 13. & 14.

Sed contra dicitur c. quo iure 8. distin. ibi, Iure humano dicitur hæc villa est mea, hic seruus est meus, hæc domus est mea: August. tracta. 6. ad capit. 1. Ioannis.

Ad primum respon. dicendum, quòd pro pace & tranquillitate humanæ societatis facta est diuisio, & proprietas rerum ex iure humano, ad quòd iniquitas pręstitit actionem; quia cum in statu innocentiæ omnia fuissent communia, quòd post peccatum essa non potuit absque discordia.

Ad secundum respon. quòd nón tribuitur iuri diuino communitas rerum, quòd iure diuino nihil proprie fuerit possidendum; sed ideo iuri diuino communitas rerum adscribitur; quia diuisio, distinctio, ac forma, & modus acquirendi proprietatem in rebus, maxime introducta est iure humano. l. prima, & sequenti. ff. de acquirendo rerum dominio.

ARTIC. III.

Vtrum ius naturale praeferri debeat iuri positiuo?

AD tertium videtur dicendum, quòd ius naturale non praeualeat positiuo; quia de iure naturali omnia sunt communia, nulla est seruitus, & nullus locupletatur cum alterius iactura; contingit in praescriptione introducta à iure positiuo.

Sed contra dicitur cap. quo iure. §. dignitate. 8. distinct. ibi, cap. quaecunque enim vel moribus recepta sunt, vel scripturis comprehensa si naturali iuri fuerint aduersa, vana, & irrita habenda sunt; vt dicit ibidem Gratianus.

Respon. dicendum, quòd ius naturale, vel diuinum procedunt à rationali Dei voluntate; Ius autem positiuum ab humana; sed diuina voluntas, vt pote prima regula, quae nnnquam potest esse, nisi rectissima, praefertur humanae voluntati, quae saepe omnino peruersa est, & si quid rectitudinis habet hoc ex dono possidet diuinae gratiae; ergo lex naturalis, & diuina praeferri debet omni consuetudini, & iuri humano.

Ad contraria respon. quòd ius naturale aliqua dictat, vt debita, sicut illud, quòd tibi vis fieri, alteri feceris; & quòd tibi non vis fieri &c. & in hoc includuntur omnia praecepta, & prohibitiones iuris naturalis; quaedam dictat vt vtilia, quae conferunt ad finem, & hoc modo in statu naturae integrae dictat omnia esse communia, & libertatem. Quaedam dictat vt expedientia, sicut post peccatum aliquid esse proprium; quia alioquin in communitate rerum propter concupiscentiam otirentur discordiae; & in libertate constituti innuerent homines, nisi haberent, qui cohereret eos; ideo possessio bonorum, & seruitus expediens fuit induci, dictante quoque iure naturali, pro statu naturae lapsae. Et not. quòd communitas rerum sic est in casu necessitatis extremae, vt quaecunque ius positiuum constitueret contrarium abolendum esset. Ad illud de praescriptione.

Respon. quòd beneficio iuris expediens fuit introduci, ne bona diu stent in incerto. l. prima. ff. de vsucapion.

DISTINTIO. IX.

COntinuatur ita. Dictum est supra, quod ius naturale praeualet consuetudini. In hac dicitur, quod praeualet constitutioni.

Diuiditur in duas partes; In prima dicit, quod constitutiones seculares non valeot contra Deum. In secunda, quod opuscula sanctorum non praeiudicant scripturę canonicę; secunda ibi, noli meis.

DISTINTIO. X.

COntinuari potest ita ad praecedentem in superiori dictum est, quòd constitutio cedit iuri naturali. Hic dicitur, quòd constitutio ciuilis cedit ecclesiasticae.

Snmma ergo huius distinct. est, quòd si secularis constitutio inueniatur contraria ecclesiasticae, omnino secularis postponitur; si vero ei consonet omni reuerentia habenda est, & in adiutorium ecclesiae assumenda.

ARTIC. I.

Vtrum ecclesiasticae constitutiones praemineant, & praeferendae sint legibus ciuilibus?

AD primum videtur dicendum, quòd constitutiones ecclesiasticae non sint praeferendę legibus ciuilibus; quia habetur Prouerb. 8. vbi dicitur, per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, vbi habetur; quod leges seculares deriuantur à iustitia diuina; & per consequens non subsunt constitutioni ecclesiasticae.

Praeterea, facit c. nemo. 16. quaest. 3. vbi leges ciuiles sunt diuinitus per ora principum promulgatae; ergo non est dicendum, quòd lex aliqua humana eis praeferatur.

Preterea, Imperium in humanis pręsidet, sacerdotium in diuinis. Auth. quomodo oportet episcopos. in princ. col. 2. ergo saltem in humanis praeemineant ecclesiasticis.

Sed contra dicit c. leges. 10. distin. ibi, legibus Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controuersijs vtendum est, praesertim cum inueniantur euangelicae, ac catholicae sanctioni aliquoties obuiare; Item lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus; Nicol, Papa episcopis in concilio apud conuicinum congregatis.

Respon. dicendum, quòd constitutio ecclesiastica pręeminet ciuili primo arg. à maioritate instituentis. Aurum enim non tam pretiosius est plumbo, quàm regia potestate ordo sacerdotalis. c. duo. 96. distinct. Item, quia constituitur à maiori claritate, fecit enim Deus duo luminaria magna. c. 3. Genes. quorum maius Pontifici tribuitur, secundum allegoricum sensum c. solitę de maior. & obe. Tertio ex parte fundamenti. Ecclesiastica enim constitutio oritur fundamento scripturae sacrę; vnde Aug. contra Faustũ, qui non credit sacrae scripturae, nec Christianus est, nec sanus esse potest, quia, vt idem inquit in 4. de Trin. contra rationem nemo sobrius, contra ecclesiam nemo pacificus, contra scripturam nemo vnquam catholicus. Quarto ratione finis nam constitutio ecclesiastica dirigit in meliorem finem, non solum sm virtutes morales, sed etiam sm theologicas, & vt sint futuri concioes angelorum.

Ad primũ resp. quod omnes leges ciuiles, quae iustae sunt, participatione, & consonantia diuinae aequitati, iustę sunt, quae, ratione iustitiae & aequitatis contentae in ipsa lege, reuerenter suscipiuntur, non quia in rebus ecclesię vllam habeant iurisdictionem; sed per hoc non sequitur, quia pręmineat constitutio ecclesiastica; & ita resp. ad secundum.

Ad tertium respon. quòd Imperator non praesidet humanis vniuersaliter, cum Papa etiam in multis humanis praesideat, in quibus Imperator nullam habet iurisdictionem. Secundo respon. quòd etiam in

in alijs, quibus præsidet, si constitutio ciuilis sic apponeretur ecclesiasticæ, quòd verteretur in periculum animæ, præponenda esset ecclesiastica ciuili, immo in tali casu, Papa potest tollere constitutionem Imperatoris. c.nouit.de iudi.c.fi.de præscrip. c. pen.de sec.nupt.

ARTIC. II.

Vtrum diuina lege, Reges sacerdotibus subdantur?

AD secundum videtur dicendum, quòd diuina lege Reges sacerdoti non subdantur, dicit enim glo. Psal. 50.ver. Tibi soli peccaui, quòd Rex non habet hominem, qui eius facta diiudicet.

Præterea, potestas secularis, & ecclesiastica ex diuerso diuiduntur;ergo non est vna sub al tera.

Præterea, 1. Mach. 4. legitur, quòd Iudas Machabeus elegit sacerdotes sine macula, vt mundarent sancta; & ita sacerdotes,cum ex institutione principis constituantur, dicendi sunt magis subesse principibus,quàm præesse.

Sed contra dicitur cap. certum. 10. distinct. vbi Felix Papa ibi, certum est hoc rebus vestris esse salutare, vt, cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere,non præferre.

Respond. dicendum sub duabus conclusionibus; Prima potestas sacerdotalis, maior est dignitate potestate regali, sine seculari, probatur primo per cap. duo sunt.96.distinct. secundo, quia sicut se habet corpus ad animam, ita potestas temporalis ad spiritualem. Tertio à Deo primo sacerdotium est institutum,& per sacerdotium, iubente domino, regalis potestas. 1.Regum 10. Quarto,quia sacerdotalis dignitas benedicit regalem, Sed maior est, qui benedicit, quàm qui benedicitur;ergo est maior sacerdotalis potestas. Secunda sit conclusio regalis potestas in causis Dei debet obedire potestati sacerdotali.c. quis dubitet distinct.96.ibi,quis dubitet sacerdotes Christi Regum,& principum omniumque fidelium patres,& magistros censeri.

Ad primum respond. quòd spiritualis potestas non iudicat secundum hominem, sed in quantum gerit vicem Dei; vnde Matth.10. Qui vos audit me audit.Secundo resp.illud dictum procedere, quo ad corporalem pœnam.

Ad secundum respon. quòd non sunt istæ duæ potestates ita diuersæ, quin vna habeat ordinem ad aliam, sicut licet corpus & anima distinguantur substantijs, corpus tamen materialiter ordinatur ad animam; vnde potestas secularis subditur spirituali, sicut corpus animæ.

Ad tertium respon. negando consequentiam; licet enim Iudas Machabeus elegerit personas illas ad sacerdotium, quas ex fama populi potiores æstimauerit in vitæ puritate;& sanctimonia; non tamen sequitur, quòd ipse sacerdotium instituerit, q ante ipsum fuerat.

ARTIC. III.

Vtrum semper legibus derogetur per canones.

AD tertium videtur dicendum, quòd non per canones legibus derogetur, quia ius ciuile diuinitus datur per ora principum. capit.memo.16.quæstione tertia, & cap. ideo.25.quæstione prima ibi;Ideo quæ in legibus statuta sunt excedere non debemus.

Sed contra dicitur cap. constitutiones, ubi Felix Papa. 10. distin.ibi, constitutiones contra canonem & decreta præsulum Romanorum, uel bonos mores nullius sunt momenti.

Resp.dicendum, quod si lex ciuilis sit consona canonibus,& per canones derogari non potest; quia sicut verum vero consonat, ita iustum iusto; si vero fuerit contraria in pertinentibus ad fidem Christianam, non seruabitur lex ciuilis, in reliquis autem seruabitur ipsa in terris non subiectis ecclesiæ, quoad temporalia. cap. cum esses. cap. relatum.de testam. & per hæc patet responsio ad obiecta.

DISTIN. XI.

COntinuari potest hoc pacto. Supra dictum est, leges ciuiles cedere ecclesiasticis, si eis contradicere videantur; si vero consonæ sint venerari debent. Nunc dicitur, quòd consuetudo cedat legi, si ei contraria inueniatur; si vero sit ipsi consona ipsa seruanda est.

ARTIC. I.

Vtrum consuetudo semper legi cedere debeat.

AD primum videtur dicendum, quòd consuetudo semper legi cedere debeat; Facit cap. primo,& seq. 11.dist.cap. ad nostram.de consuetudine.

Præterea,lex humana deriuatur a lege naturæ, & a lege diuina, sed consuetudo non potest mutare tales leges;ergo nec etiam legem humanam.

Præterea, ex multis malis non potest fieri vnum bonum; sed ille, qui incipit primo contra legem agere, male facit; ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquod bonum; lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum; ergo per consuetudinem non potest lex remoueri, vt ipsa consuetudo vim legis obtineat.

Præterea, condere legem pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem; vnde priuatæ personæ legem facere non possunt; sed consuetudo inualescit per actus priuatarum personarum; ergo consuetudo non potest obtinere uim legis, per quam lex remoueatur.

Sed contra dicit. capitu. ecclesiasticarum. distinct.vndecima,vbi Basil. lib. de Spiritu Sancto. capitu. 27. dicitur quasdam vero consuetudine roboratas,approbauit vsus,quibus par ritus,& idem vtriusque pietatis debetur affectus.

Resp.

Resp. dicendum, quòd nulla consuetudo derogare potest iuri naturali, neque diuino; quia hæc iura immutabilia sunt; consuetudo autem rationabilis & præscripta derogat quandoque iuri positiuo; quia sicuti lex posterior soluit priorem; consuetudo autem habet vim legis, & per cōsequens, tollit legem s. Th. 1.2. q. 67. art. 3.

Ad primum resp. quòd ibi loquitur de mala consuetudine; non autem de rationabili & præscripta.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quoniam licet lex humana deriuetur à lege naturali & diuina; non tamen in omnibus sequitur perfectionem illarum; lex enim naturalis, & diuina procedit à voluntate diuina; vnde non potest mutari per conceptionem præcedentem à voluntate hominis; Sed solum per authoritatem diuinam mutari potest.

Ad tertium Resp. quòd leges humanæ in aliquibus casibus deficiunt; vnde possibile est quandoque agere in casu præter legem, in quo deficit ex, & tamen actus non erit malus; & cum tales casus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quòd lex vlterius vtilis non est, sicut manifestaretur, si lex contraria verbo promulgaretur; si autem ad huc manet eadem ratio legis non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi forte lex facta inutilis esset; quia non esset possibilis secundum consuetudinem patriæ.

Ad vltimum respon. quòd si multitudo sit libera potest introducere consuetudinem, sicuti sibi legem facere; si autem non est libera, tunc habebit vim legis, quando tolerabitur ab eo, ad quem pertinet multitudini lege imponere.

DISTIN. XII.

Continuatur ad præcedentem prosequens materiam, qua habetur, quod consuetudo præscripta, & rationalis sit seruanda. c. illud & ead. dist.

DISTIN. XIII.

Continuatur sic assignata differentia iuris naturalis ad alia iura in origine, dignitate, & amplitudine. Nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in sententiæ rigore; quia est indispensabile, nisi in casu euitandi maius malum capit. duo mala & sequenti eadem distinctione.

ARTIC. I.

Vtrum ea, quæ sunt iuris naturalis, recipiant dispensationem?

AD primum videtur dicendum, quòd ius naturale sit dispensabile; quia in humanis actibus propter eorum varietatem non potest vna regula reperiri, quam non oporteat in aliquibus casibus deficere; sed ea, quæ sunt præcepta iuris naturalis sunt mensura humanorum actuum. cap. humanum genus. 1. distinct. ergo ius naturale est dispensabile.

Præterea, ius naturale non est idem apud omnes; sed omnia præcepta, quæ non sunt ab omnibus obseruanda sunt dispensabilia; ergo ius naturale est dispensabile.

Præterea, Deus dispensauit contra ius naturale præcipiens Abrae, vt interficerit filium, quæ dispensatio cum à Deo sit facta non potest esse nisi iusta; occisio enim directe est contra illud primum præceptum naturale, quòd tibi non vis fieri alteri ne feceris. c. 1. dist. 1.

Sed contra dicitur. c. 1. dist. 13. ibi, aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; vt dicit ibi Gratianus.

Resp. dicendum, quòd ius naturale capitur in duplici differentia; Primo, quia quædam sunt sicut principia prima, sur communia præcepta, quæ absolutè natura considerata iusta sunt, vt pote quæ forma iustitiæ continent, & virtutis, quæ semper & vbique habent eandem potentiam & vigorem iustitiæ, sicut est medium tenere, rectitudinem seruare, & illud, alij facere, quòd sibi vult fieri, & alij non facere, quòd sibi nollet fieri, in quibus nulla cadit dispensatio; quia absolute iusta sunt; Secundo aliqua pertinent ad ius naturale, vt conclusiones elicitæ a prædictis communibus præceptis, & de talibus ponitur talis conclusio, quòd in pertinentibus ad ius naturale, hoc modo scilicet, vt conclusiones deriuantur à principijs cadit rationabiliter quandoque dispensatio, quòd patet; quia redditio depositæ rei est de iure naturali; & tamen in casu licite dispensatur, quòd non fiat, vt pote si sit reip. inimicus, vel reddatur gladius furioso.

Ad primum resp. quòd illud est de mente Aristo. 5. Ethi. qui loquitur de p[illegible] e[illegible]tis positiuis, & sic non facit ad propositum.

Ad secundum respond. quòd ius naturale est duplex; Primum quòd semper & vbique est iustum, & hoc est omnino immutabile: quoddam vero ex hoc proficiscitur, & in casu aliquo est dispensabile.

Ad tertium resp. quòd Deus est author uitæ & mortis; & sic sine iniuria potest subtrahere uitam innocentis ministerio naturæ, sicuti quotidie contingit, quòd naturali morte moriuntur omnes tam nocentes, quàm innocentes, & ad hoc posset uti ministerio hominis propter aliquod melius.

ARTIC. II.

Vtrum de duobus malis minus sit eligendum?

AD secundum videtur dicendum, quòd non semper de duobus malis minus sit eligendum; quia in capit. duo mala decima tertia distinctione dicitur, quòd potius eligi debet periurium, quam homicidium, & tamen periurium est grauius homicidio, cum cadat sub præcepto primæ tabulæ.

Præterea, vt dicit Aug. lib. 1. de ciui. Dei, quædam mulieres se interfuisse dicuntur tempore persecutionis, vt non ab alijs corrumperentur; & ita maius malum elegerunt sese interficientes.

Sed contra dicitur c. duo mala. 13. dist. Conc. Tolet. 8. c. 2. ibi, duo mala licèt cautissime sint cauenda; tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit, id debemus resoluere, quòd minori nexu noscitur obligari.

Respon. dicendum, quòd possibili existente casu, vt alterum malorum quis necessario compelleretur committere, minus malum esset eligendum; quia minus malum in comparatione maioris mali, vt videtur habere quodammodo rationem boni, & desinere esse peccatum; vnde August. de mendacio, illa desinent esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur; sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnum, quòd propter maius lucrum admittitur, sic & in rebus sanctis non vocatur peccatum, quod admittitur ne grauius admittatur.

Ad Primum resp. quòd textus non esserit, quòd venire contra iuramẽtum de non occidendo sit periurium; Præterea licet periurium dicatur grauius peccatum ex specie peccati simpliciter; homicidium tamen est grauius respectu maioris nocumenti.

Ad secundum Respon. quòd præfatæ fœminæ creduntur id fecisse inspiratione Spiritus sancti; sicuti Sanson, qui interfecit se Iud. 16. vt dicit Aug. 1. de ciui. Dei; & ideo cum non peccauerint ratio non procedit.

DISTINTIO. XIIII.

Continuati potest hoc pacto. Dictum est, quòd quando duo mala instant circa vnam & eandem personam, quòd minus malum est eligendum; Nunc vero quia posset aliquis dubitare vtrum etiam hoc obseruandum sit in diuersis personis, vt quis debeat committere minus malum, ne alius committat maius, siue grauius.

Resp. quod non c. quòd ait eadem. dist. dicitur etiam, quod quandoque consuetudinis & constitutionis rigor relaxatur.

DISTINTIO. XV.

Continuari potest hoc modo. Dictum est de iure naturali, & differentia eius ad cætera iura; Nunc incipit tractare de iure canonico assignans originem eius; & de opusculis Doctorum, quæ recipiantur ab ecclesia, & quæ non.

ARTIC. I.

Vtrum uniuersalia concilia & Canones inceperint à tempore Constantini Imperatoris?

Ad primum videtur dicendum, quòd non; quia, vt inquit glo. Act. Apost. 21. quatuor leguntur Synodi ab Apostolis celebratæ; Item multi etiam canones fuere ab Apostolis editi. c. canones. 16. dist. Præterea ante Constantinum fuerunt celebrata aliqua concilia cap. Clementis. 16. distinctio.

Sed contrarium dicitur c. Canones. 15. dist. Isido. lib. 6. c. 16. Ethim. ibi, Canones generalium Conciliorum à tempore Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas.

Resp. dicendum, quòd vniuersale concilium vno modo dicitur ab vniuersitate orbis, quando scilicet Papa, cum episcopis de toto orbe Christiano celebrat. Alio modo dicitur vniuersale, ab vniuersitate authoritatis; quia scilicet tantæ authoritatis est, vt de vniuersalibus rebus tractet, & omnes fideles, ad legum suarum obseruantiam adstringat, & hoc est quando Papa cum prælatis non totius orbis Concilium celebrat; si fiat sermo de Concilijs primo modo acceptis cœperunt tempore Constantini; si vero secundo modo cœperunt antea, & sic patet responsio ad obiectum.

ARTIC. II.

Vtrum celebratio conciliorum uniuersalium sit necessaria in ecclesia Dei?

Ad secundum videtur dicendum, quòd non; quia, quod fieri potest per Concilium, potest etiam per Apostolicam sedem sine Concilio, consequentia patet, & antecedens probatur, quia concilium generale accipit robur à sede Apostolica, c. significasti. de elec.

Sed contra dicitur c. Canones. 15. dist. Isid. lib. 6. c. 16. Ethim. vbi; Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quòd non erat episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tempore supradicti Imperatoris.

Respon. dicendum, quòd celebratio conciliorum est necessaria siue vtilis Prou. 11. ibi salus, vbi multa concilia, & hoc ad multa primo ad conseruandam Christianam Religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum est societatis Christianæ, secundo ad faciliorem & firmiorem illucidationem veritatis in dubijs. Tertiò vtilis est ad culturam agri dominici. Quarto ad Tyrannorum & infidelium superbiam humiliandam, & ad extinctionem scandalorum, quæ suscitantur in Ecclesia. Turrecrem. libro 3. cap. 10. in summa de Ecclesia.

Ad argumentum resp. negando consequentiam; quia licet absque sedis Apostolicæ authoritate fieri non possit concilium, & eadem sedes idem facere possit, quòd concilium generale; nihilominus tamen non in æquali concordia, & authoritate reputationis; quia, quòd fit per Romanum Pontificem in Concilio generali, iam vniuersali totius Ecclesiæ consensu est approbatum.

ARTIC. III.

Vtrum Papa possit immutare, aut tollere, aut ire contra Concilia generalia?

AD tertiũ videtur dicendum, quòd non, per cap. in istis 4. distinct. vbi quando leges fuerint institutæ, non licebit de istis iudicare, sed secundum ipsas.

Præterea, facit c. sicut 15. distinct. & cap. contra 25. quæst. 1. vbi contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huiusmodi quidem sedis potest authoritas.

Præterea, quia dicitur, quòd orbis authoritas maior est Vrbe. cap. Anastasius. 19. distinct. c. legimus. distinctione 93.

Sed contra dicitur eiusdem est destruere, amouere, & abrogare, cuius est condere, cap. cum venisset. de iudici. sed potestate Papæ conduntur Concilia; ergo & apud eum erit facultas ea amouendi.

Resp. dicendum, quòd quidam sunt canones instituti de iure diuino, sicuti sunt pertinentia ad articulos fidei, & ad essentiam sacramentorum, aut quę manifestam habent connexionem ad legem diuinam, & in talibus Papa dispensare non potest; quia isti efficaciam habent ex institutione diuina; quidam autem sunt de iure positiuo, & isti omnes sunt relicti dispositioni Pontificis, vt eos possit mutare ad libitum.

Ad primum resp. negando consequentiam; nam illud non intelligitur de summo iudice, scilicet Papa, aut principe; quia etiam post conditas leges possunt de his iudicare, & eas tollere.

Ad secundum, patet responsio ex dictis, loquitur enim ibi de his, quæ sunt diuini iuris.

Ad tertiũ resp. quòd orbis est maior Vrbe, in isto casu magnitudine molis non virtutis; item loquitur de consuetudine generali, quæ est maior speciali, nisi summus Pontifex vellet specialem æquare generali, ita d. c. legimus.

ARTIC. IIII.

Vtrum ad Romanum Pontificem spectet approbatio Conciliorum.

AD quartum videtur dicendum, quòd non; quia approbatio spectat ad superiorem, sed concilium est superius Pontifice, sicuti orbis est maior Vrbe c. legimus. disti 93.

Preterea, nihil conditum instinctu Spiritus sancti indiget approbatione humana; sed concilia conduntur dictante Spiritu sancto. c. violatores. 25. q. 1. Act. Aposto. 15. ibi, visum est Spiritui sancto, & nobis; ergo non veniunt approbanda per Pontificem.

Sed contra dicitur in cap. Sancta Romana Ecclesia 15. distinctio. vbi Gelasius in Concilio Romano &c.

Respon. dicendum, quòd approbatio est duplex; Vna est simplicitas commendationis, vt cum quis dicta aut facta approbat; Puta quòd consilium alicuius, quòd sit prudens & similia secundo dicitur approbatio authorizationis, scilicet quæ tribuit auctoritatem, & robur rebus approbatis, & talis semper est superioris, id est Principis. glo cap. frater. 17. quæst. 4. & talis authoritas requiritur in approbatione concilij, videlicet Pontificis; ad Principem enim cuiusque communitatis spectat approbatio gestorum per communitatem; cum lex non habeat virtutem coactiuam, nisi principis authoritate, siue ex eo, quo totius communitatis principatus est collocatus; sed Romanus Pontifex est, in quo Deus totius Ecclesiæ posuit principatum, cap. nolite 12. distinct. cap. Basilicas de consecra. distinc. 1. ergo ad ipsum spectabit approbatio Conciliorum. Præterea, cuius est approbatio Concilij, eius est reprobatio; Sed Papa reprobat Concilium; ergo & illud approbat; maior probatur secundo de Anima idem enim est iudex recti & obliqui; minor probatur, quia Damasus Papa damnauit & reprobauit Arimenense Concilium, & patet ex practica huc vsque obseruata, quia probatur concilia approbata fuisse & hoc exigit necessitas conseruandi vnitatem fidei in Ecclesia, in qua omnes fideles conuenire debent primo ad Corinth. 1. conuenit autem circa ea, quæ fidei sunt mouere quæstiones, per diuersitatem autem sententiarum diuideretur Ecclesia, nisi in vnitate per vnius approbantis, vel reprobantis sententiam conseruaretur; exigitur ergo ad vnitatem Ecclesiæ seruandam, quòd sit vnus qui toti ecclesiæ præsit, ad cuius authoritatem spectat approbatio sententiarum, & gestorum quorum cunque conciliorum.

Ad primum resp. negando minorem; Papa enim cum sit caput totius Ecclesiæ, superior est authoritate toto residuo corpore; ad cap legimus. resp. quòd ibi Hieronymus non loquitur de authoritate iurisdictionis orbis respectu Ecclesiæ Romanæ; sed de authoritate consuetudinis generalis per totum orbem, ad comparationem ad consuetudinem; quam tamen nec Apostolica sedes obseruat; nec obseruari mandat.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quoniam licet canones sanctorum patrum dicam instinctu Spiritus Sancti condiri, nihilominus ad hoc, quòd obligent ad sui obseruantiam necessarium est, vt authoritate superioris approbentur, firmentur, & roborentur, sicuti licet electio Canonica dicatur facta à Spiritu Sancto, nihilominus per eam, nec electus habet iurisdictionem, nec alij tenentur electo obedire, quousque à superiori electio, si superiorem habet approbetur, & confirmetur.

ARTIC. V.

Vtrum ad Romanum Pontificem spectet approbatio opusculorum sanctorum patrum?

AD quintum videtur dicendum, quòd non; quia approbatio debet requiri à iudicio superiori ac excellentiori; sed sãcti patres quandoque reperti sunt ingenio, ac scientia summis pontificibus superiores; ergo ab eis non debent approbari.

Sed contra dicitur c. Sancta Romana 15. dist.c.si Romanorum. 19.dist.

Resp.dicendum, quòd in vnaquaque schola semper ad magistrum eius spectat approbatio doctrinæ, & operum discipulorum scholæ; sed summus Pontifex est magister scholæ totius Christianitatis.c.omnes.dis. 15.vbi Romana ecclesia dicitur mater,& magistra fidei.

Ad rationem resp. quòd duplex est approbatio; quædam est solum magistralis, quæ fit per iudicium discretionis verum à falso, vel iustū ab iniusto, & talis bene verum est, quòd fit potissimè per doctorem in facultate, sub qua cadunt opuscula illa; alia est approbatio authorizationis, qua tribuitur opusculis approbatis authoritas, & honor venerationis in ecclesia, de qua loquimur hic, & ista non pertinet ad doctorem; sed ad habentem supremam authoritatem magisterij, & iudicis in ecclesia, cuiusmodi est Appstolica sedes. c. patet.9. q. 3.ibi,profecto sedis Apostolicæ, cuius authoritate maius non est iudicium; à nemine fore retractandum, nec cuique de eius lice t iudicare iudicio.

ARTIC. VI.

Vtrum opuscula sanctorum recepta ab ecclesia, sint etiam ab ecclesia approbata?

AD sextum videtur dicendum, quod sic; quia ecclesia errare non potest,cum à Spiritu sancto,qui Doctor veritatis regatur, & gubernatur; ergo opuscula sanctorum recepta ab ea oportet confiteri carere omni falsitate.

Sed contrarium dicitur c.sancta Romana. 15.dist. supra adductus.

Resp. dicendum, quòd tripliciter potest dici aliquid receptum ab Ecclesia; Vno modo, per approbationem, prohibendo ne quis præsumat contrarium sentire, & hoc modo sunt recepta concilia approbata à summo Pontifice; Secundo modo, etiam aliqua opuscula sanctorum recipit ecclesia tanquam probabilia; sed non tanquam necessario sequenda, vt non liceat aliter sentire; Tertio modo,dicuntur aliqua recepta ab ecclesia per dispensationem, quoad legendum inter fideles permissa, sicuti quædam opuscula non solum fidelium, sed etiam infidelium, sicuti Platonis, & Aristotelis, & hæc in obsequium diuinæ sapientiæ Prouerb. 8.vocauit ancillas suas ad arceam;in quibus seruetur Apostoli sententia.2.Timo. 2. omnia probate, quòd bonum est tenete; non ergo omnia opuscula sanctorum recepta dicuntur approbata, sed ea, quæ fuerint canonizata, habebunt vim legis, & per hæc patet. responsio ad obiectum; non tamen approbatis alicuius sancti opusculis, censentur omnia contenta in eis approbata, nisi dicatur, quòd in omnibus, & per omnia approbantur, adeo vt non liceat recedere ab illis; Item canonizatione alicuius pro sancto, & approbatione non intelliguntur illico eius opuscula approbata; non est.n.necesse,vt si cuius sit reprobata doctrina,intelligatur etiam reprobata persona,sicuti non est necesse, vt condemnata persona sint omnia eius scripta reprobata,nisi cum persona scripta reprobentur;vt patet in Origene, qui licet sit condemnatus, non nulla tamen aliqua eius opuscula recipiuntur; facit d. c. sancta Romana 15. dist.

DISTINTIO. XVI.

COntinuantur ita dictum est de Origene ecclesiasticarum constitutionum Hic dicitur, quòd canones Apostolorum sunt pro lege suscipiendi.cap.1.& seq.16.dist.

DISTINTIO. XVII.

COntinnatur ita ad præcedentem. Postquam dictum ist superius; quo tempore, & sub quibus partibus celebrata sunt generalia concilia, & quæ eorum authoritate cæteris præemineant; Nunc ostendit penes quem resideat authoritas eadem concilia congregandi, & concludit penes Rom. Pont.c.1.& seq.ead.dist.

ARTIC. I.

Vtrum absque Romani Pontificis authoritate possit concilium generale celebrari.

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic per c. 6. Actum vbi dicitur conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum &c. vbi apparet, quòd talis potestas non sit solum apud Rom. Pontificem.

Præterea, scimus multa concilia fuisse conuocata ab Imperatore.c.canones. 15.dist.c.sexta.16.dist. qui imperatores non reprehenduntur in hoc, tanquam vsurpatores ecclesiasticæ authoritatis.

Sed contra dicitur c. 1. & seq. dist. 17. ibi authoritas uero aggregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est, ut Gratianus inquit ibidem.

Resp.dicendum,quòd aut authoritas conuocandi concilium residet penes pontificem; facit ratio,quia secundum Apostolum sacerdorium ueteris legis figura est noui, at sacerdos legis nouæ est excellentioris authoritatis,credendum est, quòd si hæc potestas fuit concessa primò, multo magis secundo;de primo n.legitur Macha.9.quòd inter alia, quæ Simoni summo sacerdoti totius populi & omnium sacerdotum consensu attributa sunt, hoc est tanquam singulare summi sacerdotis priuilegium.ut conuentus sine ipso non fieret in regione; Præterea omnes christiani tenentur obedire Pontifici c. obedientiam.93. Dist. ergo ad ipsum hoc spectate dicitur c.dudum. 3.q.6. Præterea, sicuti ad Episcopū spectat celebratio Diocęsanæ synodi, & ad Archiepiscopum prouincialis Concilij,ita & ad Romanum Pontificem Concilij generalis.

Ad primum Resp.negando consequentiam; nam per hoc non sequitur,quòd Petri authoritate principaliter illa conuocatio facta non fuerit, licet non exprimatur.

Ad secundum Resp. quòd hoc non fecerunt Impera-

peratores, nisi prius habito consensu & authoritate Romanorum Pontificum, quo deficiente non concilium, sed côciliabulum dicitur, dic ut dixi in summa omnium hæresum uet. Conciliû. & uer. Papa, & quæ dixi in tract. de legibus, & stat. p. i. q. 9. & seq.

ARTIC. II.

Vtrum ad solum Romanum Pontificem pertineat interpretatio Canonum Concilij uniuersalis?

1 AD secundum uidetur dicendum, quòd nô; quia ab eo debet prodire interpretatio, qui statuit Ius. c. inter. de sent. exc. sed canones conciliorum conduntur ab Episcopis in eis conuocatis, & congregatis: ergo ad eos non ad Pontificem spectar interpretatio.

Sed contrarium dicitur in. c. nec licuit. 17. Dist.

Resp. dicendum, quòd interpretari legem est dare intellectum rationabilem, siue consensum præcipientis, & præcepti, siue legislatoris in lege, quem habuit, & in hoc casu duo sunt genera interpretationis, magistrale scilicet. cum. s. per inuestigationem rationis quæritur intellectus rationis, siue legis, atque præcepti, & hâc potest facere quilibet doctor in his, quæ ratione probari possunt, quę interpretatio dicitur probabilis; nonautem necessaria, nisi quârum ratione demonstratur. l. i. C. de profes: qui in vrbe Con st. secundum autem genus interpretationis est secundum authoritatem, cui non ratione aliqua assignat, sed authoritate interpretâtis, quę uocatur necessâria, quæ obligat ad tenendum sensum datum per eum, & hoc genus interpretandi non est docentis, sed condentis legem, quo casu dicitur eius esse interpretari, cuius est condere, aut paris nel superioris, & hoc modo interpetratur Pontifex Canones Conciliorû.

Ad rationem Resp. negâdo minorem; dicimus. n. quòd quicquid in concilijs uniuersalibus statuitur, authoritate Papæ statuitur, & omnia nostra facimus, cuius nostram authoritatem impertimur. l. 2. C. de vet. iur. enucl.

DISTINCT. XVIII.

Continuatur facile per se. Postquam Gratianus tractauit de Concilijs vniuersalibus, Nunc subiungitur tractare de Concilijs prouincialibus, de hoc vide c. 2. sess. 24. Conc. Trid.

DIuiditur in sex partes. In prima, ostendit, ad quid sint vtilia Concilia prouincialia; In secunda, quoties sint celebranda; In tertia, quare tantum semel in anno; In quarta, quòd non cogantur Episcopi muneta ad concilia deferre; In quinta, ponit pœnam venire contemnentibus, In sexta, vt statuta Concilij notificentur.

DISTINCT. XIX.

Continuari potest hoc pacto; Dictum est supra de authoritate Canonum; Nunc autem dicitur de authoritate decretalium, & ostenditur, quòd decretales Pontificum sunt eiusdem authoritatis, cuius sunt ipsi canones.

ARTIC. I.

Vtrum decretales Pontificum pro communi iure sint habendæ?

1 AD primum resp. dicendum, quòd sic absolutè; dicitur enim Prouer. 1. Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, dummodo sit certum, quòd sit summi Pontificis, & sit generalis, vt pote quòd omnibus dirigatur cap. omnibus. 7. quæst. 5. quæ non consulat, vel indulgeat, sed præcipiat, vel prohibeat; dispensatio enim non extenditur, & consilium non obligat ad obediendum; & hoc idem dicendum est de decretali speciali, respectu loci particularis, cu diripitur, & tunc pro tali habetur, quando in corpore aliarum decretalium repetitur, seu communiter ab alijs pro tali recipitur; cum vero dubitatur, consulendus est summus Pontifex.

ARTIC. II.

Vtrum epistola decretalis derogare possit Canoni?

AD secundum videtur dicendum, quòd non; quia canon nititur authoritate Papę, & totius concilij; ergo videtur præualere.

Præterea, facit cap. t. 50. dist. vbi magis est attendenda sententia Concilij, cuius antiquior est authoritas, quàm sit decretalis nouiter edita.

Sed contrarium verius est, quia si decretalis contrarietur concilio deber præualere, quia cum in Pontifice non cadat ignorantia iuris, videtur de certa scientia derogare canoni, ꝙ ei licet. c. cuncta. 9. qô. 3

Et quia in canonibus condendis, semper tacitè, vel expresse reseruatur interpretatio vel dispêsatio Pontifici; nouæ autem leges trahunt ad se antiquas. l. non est nouum. ff. de legibus.

Ad primum resp. negando consequentiam; quoniam tota authoritas, & robur firmitatis Canonum, & legum ecclesiasticarum pendet ex authoritate Papæ, in quo Deus totum principatû ecclesiæ posuit. c. nolite. 22. distinct.

Ad secundum respon. quòd ibi illa antiquitas non dicitur temporis, sed dignitatis; nam sicuti in legibus, ita priora concilia trahuntur ad posteriora, nisi sint summæ dignitatis ratione fidei, quæ in eis definita sunt, sicut quatuor vniuersalia concilia, vnde decretalis, vt alias dictum est. non potest derogare Canonici in pertinentibus ad fidem, sicuti nec alteri decretali in huiusmodi rebus, in alijs tamen, quæ sunt pure iuris positiui, derogare potest.

ART.

ARTIC. III.

Vtrum Apoſtolica ſedes habeat authoritatem condendi legem, cui omnes fideles teneantur obedire.

AD tertium videtur dicendum, quòd non, per cap. 4. Deut. ibi, Non addes ad verbum, quòd ego loquor, nec auferes aliquid ex eo: Item Deut. 12. quòd enim ego præcipio tibi, hoc tantum fac, nec addas quicquam, nec minuas; & ad Roma. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quę per me non efficit Christus; ergo nec alij addere poſſunt.

Præterea, aut doctrina Chriſti ſufficit, aut non; ſi primo, fruſtra aliud dicetur; ſi vero ſecundo, ſcandaloſum eſt dicere; ergo incouuenienter fiunt aliç conſtitutiones.

Sed contra dicitur c. nulli. 19. diſtin. ibi, nulli fas eſt velle vel poſſe tranſgredi Apoſtolica ſedis pręcepta vbi Greg. 4.

Reſpon. dicendum, quòd in omni multitudine bene ordinata neceſſe eſt ponere leges, & ſtatuta; quibus ſinguli illius multitudinis ad debitum finem dirigantur; vnde Ariſto. 4 Politico. ſicut homo ſub lege eſt optimum animalium, ſic etiam ſine lege peſſimum; ſed eccleſia eſt multitudo ordinata Cant. 6. terribilis vt caſtrorum acies ordinata; ergo neceſſe eſt, quòd in ea ſit facultas condendi leges; vnde patet, quòd etiam in primitiua eccleſia aliqua ordinata ſunt ab Apoſtolis, quæ Chriſtus non ordinauerat prius; & tamen in eccleſia permanet eadem authoritas.

Ad primum reſpon. quòd ibi prohibetur additio depravans intellectum legis, non autem additio declarans, aut illucidans Eccl. 24. Qui elucidant me vitam æternam habebunt; Præterea reſpon. quòd in illis authoritatibus loquitur de conſtitutionibus hominum; conſtitutio autem eccleſiæ dicitur conſtitutiò Dei, quia in eccleſia per miniſtros ſuos illas inſtituit; vnde Math. 10. Non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis; & Luc. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit.

Ad ſecundum reſpon. negando conſequentiam; quoniam in lege Chriſti includitur, quòd facultas ſit data à Chriſto miniſtris ſuis, præcipiendi & ſtatuendi leges; ad declarationem dubiorum, extirpationem errorum, ſiue ad directionem particularium actuum, & informationem morum, & officiorum, de quibus in ſpeciali in euangelio non fit mentio; Includitur etiam in ipſa Chriſti doctrina, quòd omnes fideles debeant obedire prælatis eccleſię. Matt. 16. ibi dabo Claues regni cœlorum &c. & ad Hebr. 13. obedite Prępoſitis veſtris.

ARTIC. IIII.

Vtrum omnes trangreſſores præceptorum Apoſtolicæ ſedis ſint ipſo facto excommunicati?

AD quartum videtur dicendum, quòd ſic; per c. nulli. 19. diſt. ibi, ſit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratos, quis quis Apoſtolicis voluerit contrariare decretis.

Præterea, facit cap. ſi quis dogmata 25. quæſtione 2. vbi habetur, quòd Anathema ſit, qui ſummorum pontificum decreta, & mandata obſeruare contempſerit.

Præterea, omnes ſchiſmatici ſuot excommunicati ipſo facto. c. 2. de ſchiſmaticis; ſed rebelles & contēptores mandatorum ſedis Apoſtolicæ ſuut ſchiſmatici, cum diuidant ſe ab obedientia eccleſiæ; ergo uidetur quòd tales ſint ipſo facto excommunicati,

Sed in contrarium dicitur Com. opin. Doctorum.

Reſp. dicendum, quòd duplex eſt genus contemptorum obedire præceptis ſedis Apoſtolicæ; quidam n. ſunt negantes ipſam ſedem caput eſſe omnium eccleſiarum, & propterea eius mandata non eſſe ſeruanda, & tales dicuntur ſchiſmatici, ſeu hæretici, & ipſo genere delicti ſunt excommunicati, ipſo facto. c. uiolatores in. q. 1. ſi propter aliud mādata adimplere cōtempſerint, peccant mortaliter; non tamen ipſo facto excommunicati, ſed excōmunicandi iuxta illud Mat. 18. ſi eccleſiam non audierit, ſit tibi &c. & per hoc patet Reſponſio ad obiecta.

ARTIC. V.

Vtrum epiſtolę decretales ſedis Apoſtolicę inter ſcripturas Canonicas ſint annumerandę.

AD quintum uidetur dicendum, quòd non; quia illa ſola ſcriptura dicitur eſſe Canonica, quæ in canone ueteris, aut noui teſtamēti continetur. c. noli. 9. Diſt. quæ ſcriptura præfertur decretis pontificum, & ab his diſtincta dicitur eſſe c. quis neſciat. c noli. 9. Diſt.

Sed contrarium dicitur c. in canonicis. 19. Diſt. ibi, in canonicis ſcripturis eccleſiarum Catholicarū, quamplurimum diuinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator authoritatem ſequitur, inter quas ſane illæ ſint, quas Apoſtolica ſedes habere, & ab ea alij meruerūt accipere epiſtolas, ubi Aug. de doctor. Chr lib. 2. c. 8.

Reſp. dicendum, quòd canon capitur tripliciter; quandoque. n. dicitur ſcriptura Conciliorum; quādoque quælibet ſcriptura diuina, & eccleſiaſtica; quandoq; ſolum nouum uel uetus teſtamentū, in cap. aūt iſto loquitur de canonica ſcriptura ſumpta primis duobus modis, iu aſſignatis uero capitulis contrariæ partis loquitur de ſcriptura Canonica; tertio modo ſumpta; epiſtolæ autem decretales non comparantur Canonicis ſcripturis, prout ſacra ſcriptura nominat nouum & uetus teſtamentum; ſed prout dicitur ſcripturæ ſacrorum canonum uniuerſalium Cōciliorum & ſic patet reſponſio ad obiecta.

DISTIN. XX.

Continuatur ita ad præcedentem, Dictum eſt qualiter decretales epiſtolæ æquiparentur canonibus Nunc dicitur quomodo ſe habeant expoſitores ſacræ ſcripturæ ad canones & epiſtolas decretales; an ſcilicet præferantur illis, an non, cōcluſio

clusio est quòd in causis definiendis sacri canones, in exponenda uero sacra scriptura sancti Doctores attēduntur regulariter.

ARTIC. I.

Vtrum expositio sacræ scripturę, quę per sacros Doctores datur, canonibus, & epistolis decretalibus præferatur.

AD primum uidetur dicendum, quòd expositio sanctorum doctorum sit præferenda canonibus, & decretalibus epistolis, quia quo quis ratione magis utit, eo maioris authoritatis uerba eius uidentur; sed expositores scripturæ sacrę, sępe numero innituntur maiori ratione, quam summi Pōtifices; patet quia plurimi eorum sicut pleniori gratia spū s sancti, ita ampliori scientia Pontificibus præexcellentes, rationi magis adhæsisse probantur.

Præterea, propter unum quodq; tale & illud magis; sed Pontifices plerunq; allegant expositores sacrę scripturæ; ergo ipsi præferuntur.

Præterea, dicta sanctorum approbantur ab ecclesia c. sancta. 15. Dist. dicta autem pontificum non ita omnia approbantur.

Præterea, dictum Hyronimi præfertur decisioni Concilij Aquisgrani, in quæstione, utrum raptor possit contrahere matrimoniū cum rapta? c. tria. 36. q. 2.

Sed contrædicitur in c. decretales. ubi Gratianus. 20. dist. ubi in negotijs definiendis non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas; potestate autem & authoritate prefert Pontifex; unde Apostolus quosdam prophetas, alios uero euangelistas, alios pastores, & Doctores ubi Pastores præferūtur doctoribus.

Resp. dicendū per tres cōclusiones: Prima, quod in causis decidendis, & terminandis pontifices præeminent sacræ scripturæ expositoribus, quia in his requiritur non solum scientia, sed etiam authoritas, de cretis enim summorum Pontificum opuscula sanctorū approbātur, uel reprobantur. c. si Romana. 19. di. secunda sit conclusio, q canones conciliorum præferuntur etiam Doctoribus in decisione causarum, nisi decisio doctoris roboretur authoritate legis diuinæ, uel decretali, seu generali consuetudine ecclesiæ, ut d. c. tria. in contrariam partem adductū. Tertia sit conclusio, quòd in expositione sacræ scripturæ præfertur, qui rationi consona magis dixerit, siue sit tantum doctor, siue Pontifex & doctor, & per hęc patet responsio ad obiecta.

DIST. XXI.

COntinuari potest hoc pacto, supra dictum est de decretis, & Canonibus Conciliorum, & decretalium Pontificum, quibus negocia dirimuntur. Sed quia parum est scire iura, nisi sciantur personæ, per quas promulgatur, & dispensatur; Ideo nunc subiungit de ministris canonum, & generaliter de omnibus ecclesiasticis ministris.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter in ecclesia Dei ponatur multiplicitas graduum ministrorum, & officiorum.

AD primum uidetur dicendum, quòd non; quia diuersitas vnitati repugnat, & est impeditiua pacis; sed fideles ad vnitatem, & ad pacem vocantur Io. 13. vt sit vnum, sicut & nos vnum sumus, & Psal. 147. qui posuit fines suos pacem.

Præterea, natura non facit per multa quòd potest facere per vnum; sed per vnum gradum fieri potest; ergo frustra per plura.

Sed contrarium dicitur. cap. 1. distinctio. 21. vbi Gratianus ait, quòd institutio variorum ministrorum in veteri testamento fuit inchoata, & in nouo plenius consumata; sed nihil in veteri & nouo testamento est, quòd non sit conuenientissimum, cum omnia à Deo ordinata sint ad Roma. 13. S. Thom. in Suppl. 3. par. quæst. 37. art. 1.

Resp. dicendum, quòd ecclesia militans exemplata est à triumphante Exod. 25. vide & fac omnia, secundum exemplar, quod tibi monstratum est; at in ecclesia triumphanti adest diuersitas graduum officiorum Angelorum; ergo & in militanti.

Præterea, corpus mysticum ecclesiæ comparatur corpori naturali hominis, secundum Apost. ad Rom. 12. & ad Corin. 12. sed ad integritatem corporis humani, requiritur multorum membrorum distinctio; ergo in ecclesia et iam.

Præterea, oportet ad diuersas actiones diuersos deputari ministros; sed in ecclesia sunt plures actiones, unde ad Ephes. Christus dedit, quosdam autem prophetas, & Doctores ad consumationem sanctorū in opus ministerij. Præterea, facit ratio pulchritudinis, quæ in quodam ordine uarietatis consistit.

Ad primum Resp. quòd non quælibet diuersitas repugnat cuilibet unitati, sicut diuersitas membrorum in corpore non repugnat unitati corporis, nec multiplicitas parietū unitati domus. Item magis seruatur pax in Ciuitate, cum diuersis plura officia committuntur quàm uni. 1. ad Cor. 12. Deus sic temperauit, ut non sit schisma in corpore, sed in id ipsum solicita sint membra.

Ad secundum Resp, quòd natura non coarctat in unum id, ad quòd multa requiruntur: sed in operib. gratiæ conueniens fuit, ut, quæ commode per unum ministrari non possunt, pluribus committerentur.

ARTIC. II.

Vtrum in ecclesia Dei sit aliqua potestas maior Sacerdotali.

AD secundum uidetur dicendum, quòd nō: quia potestas ordinatur secundum actum, sed nullus actus est maior sacerdotali, cum sit caput ecclesiæ, unde sicut non est dare minus mi nimo. 1. Phisic. ita non est dare maius maximo: sed

ſed conferre corpus Chriſti eſt maximum : ergo &c.

Sed cõtrarium dicitur c.j. Diſt.xx.ubi põtifices sũt ſupra ſacer dores, ut Gratianus ibidem. S. Thom : in ſupplē.3.par.q.110.Art.4. Cõc. Trid.ſeſſ.23. Can.7.

Reſp. dicendum, quòd duplex eſt poteſtas conſecrationis, ſcilicet & iuriſditionis, quoad poteſtatem conſecrationis corporis Chriſti ueri epiſcopus non eſt maior ſacerdote: uerũ quia epiſcopus habet utrãque poteſtatem: ideo dici poteſt maior ſacerdote, & hæc patet reſponſio ad obiecta.

ARTIC. III.

Vtrum diſtinctio Epiſcoporum, & ſacerdotum ſit ex inſtitutione diuina.

AD tertium uidetur dicendum, quòd non per c. olim. Diſtin. 95. ubi ſacerdotes ſunt ſubiecti epiſcopiſ magis ex conſuetudine, quàm ex alia inſtitutione.

Sed contrarium dicitur in cap. j. Diſt.xxj.ubi dicit quòd tam in nouo, quàm in ueteri teſtamento diſcretio fuerit inter ſacerdotes maiores, & minores, ut dicit ibidem Gratianus.

Reſp. dicendum, quòd illa, quę fiunt in noua lege figurata sũt per ea, quæ facta ſunt in ueteri lege; epiſcopus conſecrabatur ſpeciali conſecratione. ultra ſimplices ſacerdotes. leuit. 8.

Ad obiectum Reſp. quòd dictum Hyeronimi debet intelligi pro tempore, quo Chriſtus in carne uerſabatur in terris; nam tunc nulla erat diſtinctio epiſcopi & ſacerdotis, cum ipſemet per ipſum gubernaret eccleſiam: poſt uero eius reſurrectionem inſtituit Prelatos: ſeu intelligas dictum Hieronymi, ꝙ Chriſtus ſolum Petrum inſtituit Prælatũ immediàte, alij autem à Petro Iuriſdictionem ſumpſerunt.

ARTIm. IIII.

Vtrum ſeruientes diuinis miniſterijs conuenienter nominentur nomine clerici.

AD quartum uidetur dicendum, quòd non: quia ipſi non ſunt electi per ſortem, ſicut Matthias, nec eligi debẽt ſorte: quia hoc lege diuina damnatur.

Sed contra dicitur c.cleros xxj. Diſt. ubi Iſid. libr. 7. & Him. cap. 12.

Reſp. dicendum, quòd iſti conuenienter uocantur clerici, quia cleros latine interpretatur ſortem, ſiue ꝙ ſorte electus ſit à Deo, ſicut Matthias, ſiue quòd ipſe Deus ſors illius ſit, & quòd portionem aliam habere non debeat in terra, niſi Deum c. cui portio. 12. q. 1. & per hæc patet reſponſio ad obiectum.

ARTIC. V.

Vtrum in eccleſia ordo ſit ponendus.

AD, Quintum uidetur dicendũ, quòd non: quia ubicunque eſt ordo, eſt diſtinctio: ſed ſecundum Apoſtolum omnes ſumus unum in Chriſto ad Col.

Pręterea, ubi eſt ordo, eſt Prælatio & ſubiectio: ſed in eccleſia quilibet debet ſe reputare inferiorem, ad Phil. 2. & quia ſubiectio repugnat libertati, in qua uocati ſumus. ad Gal. 5. ergo non eſt ordo.

Præterea, ordo non eſt ſecundum bona naturæ, nec perſonæ; ergo ſecundum bona gratiæ; ergo nemo ſciet quis ſit ſubditus, uel prælatus: quia nemo ſcit quis habeat de gratia plus uel minus.

Sed contra dicitur c. cleros xxj. Diſt. ubi Iſid. lib. 7. c. 12. & Himol. & ad Rom. 13. quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, ſed eccleſia eſt à Deo: ergo in ea eſt ordo. S. Thom. in ſuppl. 3. par. q. 34. Art. 1.

Reſp. dicendum, quòd magis debet eſſe regulatus proceſſus eccleſię ad eſſe gratiæ, quàm proceſſus naturæ ad eſſe naturæ: ſed in proceſſu naturæ eſt ordo, quo quædã alijs ſunt ſuperiora, & eis habent influẽre; ergo & in eccleſia dicitur eſſe ordo, & dicit ſacramentum, quia propter unũquodque tale, & illud magis, ſed propter ordinem homo efficitur diſpenſator ſacramentorũ: ergo habet maxime ordinem ſacramenti.

Ad primum reſp. negando conſequentiam; quia ſicut unitas naturæ in omnibus membris corporis animalis non opponitur diſtinctioni membrorum eius, ita unitas ſpiritus in uinculo pacis, quæ eſt unitas cõcordiæ non opponitur diſtinctioni officiorũ, ſed concordat, quia per talem diſtinctionẽ prædicta unitas ꝑ charitatem efficacius in eccleſia cuſtoditur.

Ad ſecundum reſp., quòd reputare ſe inferiorem eſt dupliciter, uel quantum ad uitæ meritum, quia nemo ſit quanti meriti ſit, debet ſe reputare inferiorem ſed quantum ad officium nõ oportet, ſed attenditur ordo, nec libertas, ad quam ſumus uocati excludit ſubiectionem; dicitur. n. ad Hebr. obedite præpoſitis ueſtris per omnia; ſed excludit ignominiam ſeruitutis, in qua eſt ille, qui eſt ſeruus peccati; & ita non excludit ordinem.

Ad tertium Reſp., quòd ordo attenditur ſecundũ dona gratis data, quæquidem eſt poteſtas ad aliquod officium deputata, & de hac certi ſumus certitudine probabilitatis.

ARTIC. VI.

Vtrum in eccleſia ſint plures ordines;

AD ſextum uidetur dicendum, quòd non, quia aut eſt diuiſio totius in partes integrales, aut in partes ſubiectiuas. nõ in integrales, quia ſic non reciperent prædicationem ſui totius: dicitur tamen quilibet gradus eccleſiaſticus ordo; ergo in partes ſubiectiuas, quæ recipiunt, ut plurimum prædicationem generis remoti, ſicut generis proximi, ſicuti homo & Aſinus ſunt plura animalia, & plura corpora animata: ergo ſacerdotum, & diaconatus, ſicut sũt plures ordines, ita ſunt plura ſacramenta, cum ſacramentum ſit quaſi genus ad ordinem; multiplicato. n. inferiori multiplicatur ſuperius, ſed ſacramentũ eſt ſuperius ad ordinem: ergo cum ſint plures ordines erunt plura ſacramenta, ſed hoc nõ eſt; ergo nec illud

Præterea, cum alia ſacramenta non diſtinguantur in plura, & hoc nõ debet diſtingui in plures ordines.

Præ-

Præterea, deberet esse unus tantùm ordo, quia sicun Regnum dicitur nobilins, quam communitas, ita non plures, sed unus ordo requiritur.

Sed contrarium dicitur c. cleros.xxj.distin.corpus .n. Christi mysticum assimilatur corpori naturali hominis: sed in corpore naturali hominis sunt diuersa membrorum officia: ergo in ecclesia esse debent ordines diuersi ubi Isid.lib.7.& Him c.12.S. Thom.in 4.distin:24.q.1.Art.1.conc.Trid.Sess.23.Man.2.

Resp. dicendum, quòd conuenienter in ecclesia sunt diuersi ordines, ut sit ad instar ecclesiæ triũphantis, & ut figura correspondeat figurato; sed in ueteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam leuitæ santificabantur: ergo & in nouo testamento, quòd est dignius ad Mor. 3. non solum secerdotes santificari debent per ordinis sacramentum: sed ministri eorũ, & hoc propter sapientiam Dei comendatam, quæ in distinctione ordinata rerum maxime relucet, tam in naturalibus, quàm in spiritualibus: secundo ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per unum nõ poterant omnia, quæ ad diuina ministeria pertinebant expleri, unde Nu. 11. dedit Dñs Moysi septuaginta, senes populi in adiutorium; tertio ut uia proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs describuntur.

Ad primum Resp., quòd distinctio ordinis est totius potestatiui in partes potestatiuas, cuius hęc est natura, quòd totum, secundum completam rationẽ, est in uno: in alijs autem est aliqua participatio; tota .n. plenitudo huius sacramenti est in uno ordine, scilicet sacerdotio; sed in alijs est quædam participatio ordinis, qui dicitur unum unitate coordinationis ad unum actum vel finem. 1.Cor.3. qui plantat, & qui rigat unum sunt, & sic dicitur unus exercitus, & sicut est una essentia animæ in multis potentijs: ita est unũ sacramentum in multis ordinibus.

Ad secundum Resp. negando consequentiam, non .n. est simile de alijs sacramentis, quoniam alia dãtur ad aliquos effectus percipiendos, hoc autem principaliter datur ad actus aliquos agendos, & ideo secundum diuersitatem actuum oportet, quòd ordinis sacramentum distinguatur, sicut potentiæ distinguntur per actus.

Ad tertium Resp. negando consequentiam; quia quamuis tota potestas sit penes Regem: non tamen excluduntur ministrorum potestates, sicuti hic.

ARTIC. VII.

Vtrum in ecclesia sint tantum septem ordines?

AD septimũ uidetur dicendum, quòd non; quia in c.cleros. 21. distin. ponuntur nouem ordines scilicet Hostiarius, psalmista, lector, exorcista, Acolytus, subdiaconus, Diaconus, præsbiter, episcopus iuxta nouem choros Angelorum.

Præterea, uidetur, quòd sint tãtum tres iuxta tres actus hierarchicos, scilicet purgare, illuminare, & proficere, Dionis.c.5.eccl.Hierarc.

Præterea, in doctrina Christi, & Apostolorum nõ fit mentio, nisi de præsbiteris, & Diaconis; ergo non sunt alij ordines ponendi.

Sed cõtrarium dicitur Com. per Doct. in 4. sent. & in Conc.Trid. Sess.23.Can.2.

Resp. dicendum, quòd cum ordinis sacramentum ad sacramentum eucharistię ordinetur, Distinctio ordinum secundum relationem ad euchatistiam est accipienda, sic potestas ordinis, aut est ad consecrationẽ eucharistiæ, aut ad aliquod ministerium ordinãdum: si primo sic est ordo Sacerdotum, cooperatio autem ministrorum: vel est in ordine ad ipsum sacramentũ vel in ordine ad suscipientes: si primo modo sic tripliciter: Primo.n. modo est ministeriũ, quo minister cooperatur Sacerdoti in ipso facto, quantum ad dispensationem, & hæc pertinet ad diaconum. Secundo est ministerium ordinatum ad materiam sacramẽti ordinandã in sacris uasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum. Tertio est ministerium ordinatum ad pręsentandum materiam sacramenti, & hoc competit Acolyto: Ministerium autem ad pręparationem recipiendorum sacramentorum est super immundos, qui non sunt idonei ad recipienda sacramenta, quorum est triplex genus; quidam.n. sunt omnino infideles credere nolentes, & hi totaliter ab ecclesia sunt arcendi: quòd officium pertinet ad ostiarios: quidam sunt uolentes credere, sed non dum instructi, videlicet cathecumeni, ad quorum instructionem ordinatur ordo lectorum, quidam sunt fideles & instructi, sed impedimentum habent ex Demonis potestate. s. energumini, & ad hos habet ministerium ordo exorcistarum, & sic patet ratio Distinctionis ordinum.

Ad primum resp. quòd ordo capitur dupliciter: uno modo, prout est nomen dignitatis, & sic psalmistatus, & episcopatus sunt ordines, quibus licet detur aliqua potestas spiritualis non tamen illa habet rationem characteris: ideo episcopus degradatus non cõfert ordines: secundo modo dicitur ordo, cum dicimus, quod est sacramentum speciale, idest potestas ordinata immediata, vel mediata consacrationem eucharistiæ, & hoc modo proprie capitur ordo, & sic non sunt, nisi septem.

Ad secundum resp. negando consequentiam: quia licet Hyerarchia ecclesiastica sit exemplata à cælesti, non tamen post eam in omnibus imitari: quia cum Distinctio ordinis in ecclesia sumatur in comparatione ad eucharistię sacramentum, oportet eos multiplicari, secundum multitudinem actuum concurrẽtiũ ad ipsius, vel populi præparationem.

Ad tertium resp. negando cõsequentiam: quia ibi loquitur de ordinibus, non secundum quòd sunt sacramenta, sed secũdum quòd ad Hyerarchicas actiones ordinantur: & ideo secundum illas, tres ordines distinguitur, episcopus scilicet, sacerdos, & Diaconus sub quibus omnes inferiores ordines includũtur.

Ad quartum resp. quòd in primitiua ecclesia, propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora sacramenta Diaconis committebantur nihilominus erãt omnes prædictæ potestates: sed impliçitè in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus diuinus, & ecclesia, quòd implicite habebat in uno ordine, explicitè tradidit in diuersis,

ARTIC. VIII.

Vtrum ſupra epiſcopum ſit aliquis ſuperior in eccleſia.

AD octauum uidetur dicendum, quòd nō; ſi aliquis eſſet maior hic eſſet Papa; ſed ipſe nō eſt ſuperior epiſcopis, quia Papa conſecratur ab epiſcopo Hoſtienſi, & qui benedicitur dicitur inferior eo, qui benedicit. ad Hæbr.

Præterea, epiſcopi ſucceſſerunt in locū Apoſtolorū gl. ſup. Luc. x. ſed poteſtas data uni Apoſtolo. Mat. 16. eſt data omnibus Io. 20. ergo ſunt pares.

Præterea, ritus eccleſiæ debet eſſe conformis ritui ſynagogæ; quia erat figura eccleſiæ noſtræ; ſed in ueteri lege non erat talis diſt. ergo nec in noua.

Sed contra dicitur c. cleros. xxj. diſt. ubi ſupra Epiſcopū ponitur Archiepiſcopis & Patriarcha. ubi Iſid. Lib. 7. & him. c. 12.

Reſp. dicendum, quod prælatio attenditur ſecundum aſcēſum & deſcenſum, non ſecundum æqualitatem, & aſcendendo ſuperius neceſſe eſt ſtatus, & reductio ad unum, cum non ſit proceſſus in infinitum, & contra deſcendendo multiplicatio? ergo ſecundū rectum eccleſiæ ordinem, oportuit eſſe unum aliquē prælatum, & ſuperiorem omnibus, in quo totius eccleſiaſticæ poteſtatis eſſet ſtatus, qui aliorum rector eſſet & paſtor; præterea eccleſia militās eſt ad inſtar eccleſiæ triūphantis. Apocal. 21. uidi ciuitatem ſanctam Hyeruſalem nouā deſcendentē de cælo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo, ſed in triūphante unus eſt, qui toti uniuerſo præſidet omnibus ſuperiore, ſcilicet Deus, ergo & etiam in eccleſia militante erit unus ſuperior, & hic erit Papa. S. Tom. in ſuppl. 3. par. q. 40. art. 6.

Ad primum reſp. negando, quòd epiſcopus Hoſtienſis conſecret Papam; ſed bene hunc hominem, ut ſit Papa; unde non eſt inconueniens, quòd perſona Papæ in quantum eſt in potentia ad recipiendum cōſecrationem, antequam eam habeat, ſit inferior epiſcopo Hoſtienſi; quia iam actu eſt conſecratus; quoad ordinem epiſcopalem, licet ſit ſuperior iuriſdictionis authoritate.

Ad ſecundum reſp. negando conſequentiam; quia quamuis omnibus Apoſtolis communiter ſit data poteſtas ligandi ei atque ſoluendi; tamen, ut in hanc poteſtatē ordo ſignificaretur, quòd ab eo in alios debeat iſta poteſtas deſcendere, propter quòd ei ſingulariter dictum fuit Luc. 22. confirma fratres tuos. & Io. 21. paſce oues meas.

Ad tertium reſp. quòd in ueteri lege non erat diſtinctio epiſcoporum, quia ritus Iudæorum non erat diffuſus in diuerſis regnis, ſed tātum in una gente; & ideo non oportebat, quòd alij pontifices diſtinguerētur, quæ ratio ceſſat in eccleſia noſtra, quæ cum ſit diffuſa per diuerſas nationes, oportuit diſtingui per plures epiſcopos, quorum caput eſſet ſummus Pontifex.

ARTIC. IX.

Vtrum inferior poſſit abſoluere ſiue ligare ſuperiorem.

AD nonum uidetur dicendum, quòd ſic, Daniel 13. ubi Daniel Seniores de falſo teſtimonio conuictos ſuo Iudicio condemnauit; & tamē conſtat, quòd ſeniores illi fuerunt ſuperiores Dan. 5.

Præterea ad Gal. 5. ibi, Paulus excommunicat etiā Angelum aliter euangelizantem,

Præterea epiſcopi abſoluuntur à ſimplici ſacerdote, qui eſt inferior.

Sed contrarium dicitur c. inferior 21. diſt. ibi, inferior ſedes potiorem abſoluere non poteſt Nicolaus Papa in epiſt. ad Michaelem Imperatorem.

Reſp. dicendum, quòd nullus habet iuriſdictionē in ſuum ſuperiorem, ſed ad hoc, quòd aliquis abſoluat aliquem vel liget neceſſe eſt, quòd habeat iuriſd. ſuper illum; actio. n. requirit potentiam, à qua exeat, & ſubiectum debitum, in quo recipiatur, quòd ſit per Iuriſd.

Ad primum reſp., quòd Daniel in illo Iudicio fuit ſuperior ſenioribus illis, p poteſtatem diuinitus ſibi datam; unde ibidem dicitur ſuſcitauit Dominus ſpiritum Iunioris pueri.

Ad ſecundum reſp. quod ibi loquitur ſub hypotheſi, ideſt ſi poneretur Angelus peccare: ſic. n. eſſet Apoſtolo inferior; unde ſi præter ſe ſubiecit ſubdito, ab eo iudicari poterit. l. receptum, ff. de iuriſd. omn. iud.

Ad ultimum reſp. quòd quamuis epiſcopus ſit ſuperior; eſt tamen ſacerdote inferior eo in quantū ſe ut peccatorem ſacerdoti ſubijcit gl. c. aliorum. 9. q. 3. ſeu dicas, quòd in caſu ſacramenti miniſtrandi gerit uicem Dei, & per conſequens eſt ſuperior & inferior, ergo ſuperiorē abſoluere nequit. Ampl. ut nec etiam conſuetudo hoc efficere poſſit; quia hoc eſſet contra legem naturalem, & per conſequens eſſet nulla; lex autem naturalis habet, ut inferiora ſubiecta ut ſuperioribus ſuis, & contra ius diuinum, quo diſponitor prou. 19. Non decet ſeruum dominari principibus.

ARTIC. X.

Vtrum ſit uerum, quòd qui non poteſt ligare, non poſſit etiam abſoluere, & è contra.

AD decimum uidetur dicendum, quòd dicta regula non ſit uera, quia metropolitanus cū ſuffraganeis ſuis poteſt epiſcopū accuſatum abſoluere: non tamen condemnare. c. diſcutere. 3. q. 6.

Preterea, c. tua. de ſent. excom. ubi incēdiarij, poſt quam ſunt declarati excommunicati, non poſſunt ab ſolui, niſi à Papa.

Præterea, c. ſi homo 27. q. 2. ubi delegatus nō poſt abſoluere quem condemnaret.

Sed contra dicitur c. inferior 21. diſt. ibi, quem nō poſt abſoluere, nec poteſt iudicio inferior potiorem ligare.

Reſp. dicen. quod dominus par ius ligandi atque ſoluendi eſſe uoluit, quòd intelligitur de eo, qui ex officio,

officio & ordinaria iurisdictione habet absolute.

Ad primum resp.quòd ibi dicitur, quòd possint causam episcopi audire;non tamen pronũciare in cõdemnando,neque absoluendo.

Ad secundum resp.quòd ibi nõ ligauit episcopus sed ius commune, nec denunciatio facta per episcopum, ligat eo in casu:cum.ipsa non inducat nouam excommunicationem,sed notificet tantum.

Ad tertium resp., quòd hic loquimur de Iudice ordinario, ibi de delegato, qui non potest nisi quantum sibi mandatur.

DISTINCTIO. XXII

Continuari potest ad præcedentem hoc pacto: Dictum est, quòd inferior non potest Iudicare maiorem,uerum quia poterat quæri, quæ ecclesia sit superior,& quæ inferior, ideo hic dicitur.quòd ecclesia Constantinopolitana obtinet secundum locum,post Romanam ecclesiam,Alexãdrina tertium,Antiocheoa quartum,& Hierosolimitana quintum,

ARTIC. I.

Romano Pontifice deriuetur potestas iurisdictionis cæterarum ecclesiæ prelatorum.

A primum uidetur dicendum,qoòd nõ:quia Apostoli, & Cæteri disci puli receperunt immediate à Christo banc potestatem.Ioan.20. :miseriris paccata &c. Vnde sicut Papa soc-o:ergo & alij prelati succedunr Apostolis.

...erea, Nobilior uidetur principatus, cuius potestas immediate deriuatur à Deo:sed id, quòd est maioris nobilitatis tribuendum est principatui ecclesiastico: ergo dicendũ est,quòd sit immediate à Deo.

Prætetea,si non esset immediate à Deo,iam deficeret mortuo Pontifice, quia siccata radice deficit ramorum vigor,& extincto fonte riuulorũ aqua siccat.

Præterea, Rectores ecclesiæ ponũtur à spũ sancto; ergo immediate à Deo Act.Apost. 20.

Præterea Papa & alij Prælati dicuntur Vicarij Dei c.mulier.33.q.4.ergo sunt imioediare à Deo.

Sed contra dicitur in c.omoes.22.dist.ubi ecclesia Romana instituit cuiuscunque ordinis dignitates, vbi Nicolaus ij. scribit Mediolanensibus.

Respond.diceodum,quòd aliquis dicitur habere potestatem ab alio immediate, dupliciter videlicet, vel quantum ad immediatiooem virtutis, vel quantum ad immediatiooem suppositorum agentium, à qoibus habetur talis potestas, si loquamur de primo modo, tonc est conclusio, quod omnis authoritas,& potestas, quæ est in papa siue alio qoocunque Prælato in ecclesia, est à Christo immediate; conclusio paret; quia à nullo alio potest talis potestas conferri, nisi per potestatem existeote in Christo, siue collata à Christo, sicut nulla secunda causa à prima potest agere, nisi per virtutem causæ primę, & de hoc modo immediationis non loquimur hic, sed loquimur de secundo modo, secundum quòd dicimos, quòd omnium prælatorum potestas iurisdictionis pendet regulariter à Romano Pontifice; quia in omni principatu potestas iurisdictionis deriuatur a persona illius principatus, sed Papa est princeps, siue monarcha ecclesiæ; ergo ab eo pendet.

Præterea in vno quoque ordine ab eo,in quo reseidet plenitudo virtutis, pendet & profluit virtus,omnium sequentium in illo ordine; at Romanus Pontifex est primus in illo ordine.

Præterea omnia membra à capite recipiunt desiuationem virtutis sensus, & motus sui regiminis; at summus Pontifex est caput prælatorum; ergo &c.

Ad primum Resp. negando consequentiam; nam licet à principio mundi prima indiuidua specierum sint à Deo immediate; tamen de nouo noo fiunt immediate à Deo quantum ad ordinem suppositorum agentium; secundo resp. negando assumptum, nam Apostoli non receperunt immediate potestatem iurisdictionis,sed ordinis.

Ad secundum resp. falsum esse assumptum, loquẽdo de immediatione suppositorum agentium.

Ad tertium resp. quòd gesta ritè per prælatum nomine dignitatis noo reuocantur per eius mortem, & ex his patet responsio ad obiecta.

ARTIC. II.

Vtrum Romana ecclesia habuerit solum à Christo primatum super omnes ecclesias?

AD secumdum videtur dicendum, quod oon; quia Petrus primatum obtinuit ex electione Apostolorum c.dudum. 3. q. 6. & collegium Cardinalium dat electo Papatum, eligendo ipsum ad talem statum, & dignitatem; ergo & authoritatem papalem; consequentia videtur bona, quia quicquid est causa caosæ, est causa causati.

Præterea, concilia dederunt authoritatem sedi Apostolicæ Romanæ c.Concilia.17. dist.& Constantinus plurima priuilegia contulit c. Constantinopolitano dist. 96.

Sed contra dicitur in c. sacro sancta dist. 22. ibi sacro sancta Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino,& Saluatore nostro primatum obtinuit,sicuti beato Petro Apostolo dixit, tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam &c. vbi Anacletus Papa in epist.3.c.3.

Resp.dicendum,quòd potestas,siue præeminentia papalis authoritatis noo potest causaliter esse ab hominibus, nec à quacunque creata potestate,Nihil.n. quòd excedit omnem potestatem creatã potest causaliter procedere à creata potestate, sed potestas Papalis superegreditur omnem potestatem creatam;ergo uera conclusio; maior patet,quia semper causa est prior effectu; minor est manifesta,cum peccata remittere, & aperire cælum pœnitentibus, ad quæ ordinatur,hæc potestas Mat.16.Tibi dabo claues regni cęlorum,& quodcumque ligaueris &c.

Præterea, imposibile est potestatem spiritualem, quia quis soluitur,uel ligatur in anima clauibus ecclesiæ respectu cæli,depẽdere immediate ab illo, vel ab illis,qui eadem potestatem ligant, vel absoluunt, ergo dicendum est,quòd immediate à Deo proueniat,

&

e not. quòd non Antiochena prima, sed Romana ultima debet dici sedes Petri, nam illam reliquit Ignatio Martyri discipulo Sancti Ioannis Euangelistæ, qui igitur legitime in Romana, sed constituitur, successor Petri efficitur, & per consequens plenus & perfectus Christi Vicarius.

Ad primum resp. negando minorem quia præsidentia Petri fuit volentibus Apostolis, non quòd eorum voluntas habuerit aliquid causalitatis respectu præsidentiæ Petri, sed voluntate complacentiæ acceptanter præsidentiam eius, & licet determinatio personæ pendeat à collegio Cardinalium: non tamen principatus Papalis pendet ab eo, sed à solo Christo.

Ad secundum resp. quòd concilia non tradiderũt potestatem Papæ, per modum collationis, sed per modum tantum declarationis, & acceptationis, declarando & definiendo Romanum Pontificem habere primatum in Vniuersali ecclesia; Imperator autem non dedit hoc priuilegium: de primatu ecclesiæ, sed instituit, ut ordinatio à Christo priùs facta de principatu Romani pontificis, obseruaretur per totũ eius imperium, ut nullus de ignorantia excusare vellet.

DISTIN. XXIII.

Continuatur ita. Dictum est supra de multis ordinibus & dignitatibus ecclesiasticis. Nunc ostendit qualiter in singulis quis debeat ordinari.

ARTIC. I.

Vtrum in promouendis requiratur sanctitas uitæ:

AD primum uidetur dicendum, quòd non; quia per ordinem promouetur quis ad dispensationem sacramentorum, quæ dispensari possunt à bonis, & à malis. c. Sacramenta. 1. q. 1. hinc uidemus quòd Dominus non repulit peccatricem Luc. 7. à ministerio suo corporali.

Præterea, si dantur peccatori alia sacramenta, cur etiam non dabitur istud.

Sed contra dicitur in cap. tales. 23. dist. ibi, tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare; melius est. n. paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere; quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant: Hoc idem probat leu. 21. homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes, nec accedet ad ministerium eius, Clemens epist. 2. ad Iacobum fratrem Dñi. S. Thom. in suppl. 3. par. q. 36. Art. primo.

Resp. dicendum, quòd sanctitas uitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti: unde si malus ordinetur, nihilominus ordinem habet: sed tamen cum peccato.

Ad primum Resp. quòd sicut uera sacramenta sũt, quæ peccator dispensat, ita uerum sacramentum ordinis recipit, & sicut indigne dispensat, ita indigne recipit: ministerium autem peccatricis erat tantum in corporali obsequio: hic autem de spirituali.

Ad secundum Resp. quòd quædam sacramenta ordinata sunt ad remedium peccati, sicuti baptismus, & pœnitentia, & talia peccatoribus exhibẽtur: alia perfectionem gratiæ conferunt; & hæc requirunt hominẽ per gratiam confirmatum: & ita est in ordine. Præterea, etiam sacramentum ordinis dabitur peccatori pœnitenti.

Non solum ergo peccat suscipiens ordines in peccato, sed conferens indignis, ut dixi in summa peccatorum capit. tit. 8. q. 39. nu. 33. nec potest se excusare promouens indignos.

DISTINCTIO. XXIIII.

Continuatur à se ipsa dicẽte, qualiter episcopus sit examinandus, qualiter ipse cum reliquis infra ipsum constitutis ordinandus sit, breuiter monstratum est. Nunc autem uidendum est de sacerdoribus, & reliqois. An sine examine sint promouẽdi ad ordinem? de his scribit Paul. 1. Tim. 5. Manus nemini cito imposueris, & nihil sine præiudicio facias in alteram partem declinando.

Diuiditur in tres partes. In prima ostendit, quòd omnes sunt examinandi in ordinatione sua: In secunda ostendit qualiter, & quando, & à quibus sint examinandi: In tertia, qua pæna sint puniendi illi, qui sine examine ordinantur. de hoc habetur in c. 1. sess. 7. & c. 3. sess. 23. & c. expedit sess. 24. Concil. Trid.

DISTINCTIO. XXV.

Continuari potest hoc pacto. dictum est supra de ordinatione & examinatione clericorum; Nunc in hac dicitur de ministerio ipsorum.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter assignetur actus, cuiuslibet ipsorũ.

AD primum videtur dicendum, quòd non; quia ad ostiarium non pertinet claudere & aperire portas, cum sit actus purè corporalis, & ordo sit ad spirituales.

Præterea, ad exorcistam non pertinet expellere dæmones, quia hoc competebat etiam in veteri testamento, & actus sacramẽti numquàm habet eundem effectum, in nouo, & veteri testamento.

Præterea, Actus Acolyti est ministrare principaliter de vrceo cum vino & aqua pro sacrificio; ergo debebat denominari ab ab isto, non autem à luminarium præparatione.

Præterea, Psalmistatus non est ordo, ergo non debuit assignari actum eius in cap. perlectis. cum solum de ecclesiæ gradibus se dicat uelle loqui.

Præterea, de lectoribus dicimus, quòd multi habẽt ordinem, qui tamen prædicare non possunt.

Præterea, de subdiacono sic arguitur, quòd videatur inferior lectore, cum officium eius sit circa vasa quædam irrationalia, lector autem circa operationem intellectus, quę est dignior operatione hominis.

Præterea, de diacono arguitur ita, quia vnius potestatis est vnicus actus, sed ordo diaconi est vnus ordo; ergo ipsius est vnus tantum actus non plures; ergo male assignantur in textu plures actus.

Præ-

Præterea, actus ligandi & soluendi est proprius actus sacerdotis, qui actus non exprimitur in littera; ergo male.

Sed contra dicitur in c. prælectis. xxv. dist. vbi Isid. in epist. ad Ludifredum.

Resp. dicendum, quòd cum sacramentum ordinis ordinetur ad eucharistiæ sacramentum, ille est principalis actus vniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proximè ordinetur ad eucharistiæ sacramentum, & secundum hoc, etiam vnus ordo est alio eminentior, secundum quòd vnus actus magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur; sed quia ad sacramentum quasi dignissimum multa ordinantur, ideò non est inconueniens, vt præter principalem actum etiam multos actus habeat vnus ordo, & tanto plures quanto est eminentior, quia uirtus quanto est superior, tanto ad plura se extendit.

Ad primum resp. quòd actus ostiarij non est purè corporalis, sed spiritualis, cum ad eius spectet custodiam ingressus ecclesiæ.

Ad secundum resp. quòd exorcismi non habuerunt ita plenum effectum in veteri testamento, sicut in nouo.

Ad tertium resp. quòd Accolytus denominatur ab actu magis noto, qui est ceroferarius.

Ad quartum resp. quòd licet psalmistatus non sit ordo, largo tamen modo, prout se extendit ad officium, vel ad aliquod annexum ordini, potest dici ordo.

Ad quintum resp. quòd licet lector ignarus nesciat exercere actum ordinis eius, suscipit tamen potestatem in receptione ordinis.

Ad sextum resp. quòd licet actus subdiaconi sit circa uasa irrationalia; non tamen est circa ea, prout huiusmodi sunt; sed potius, prout ad hunc ordinem, siue referuntur ad continentiam corporis Christi, quòd est dignius omnibus rebus.

Ad septimum resp. quòd actus summus & principalis diaconi est ministrare sacerdoti in consecratione corporis Christi immediate super altare, ad quē actum omnes alij actus referuntur.

Ad octauum resp. quòd in textu ponuntur principales actus, & communes omnibus sacerdotibus; absoluere autem à peccatis non posuit, quia licet absoluere à peccatis, sit solius sacerdotis actus, non tamen omnes communiter habent, cum multi careant potestate iurisdictionis.

DISTIN. XXVI.

Continuatur ad proxime præcedentem, quia prosequitur regulam Apostoli, videlicet, quòd oportet episcopum esse vnius vxoris uirum, q negatiue exponendum est, idest non plurium; Non enim exigitur, vt primo habuerit vxorem, sed si contingit habere vnam non accipiat post secundam, si vult promoueri.

ARTIC. I.

Vtrum bigamia inducat irregularitatem?

Ad primum videtur dicēdum, quòd non; quia si secus esset, aut esset propter signum inconti nentiæ, aut propter defectum integritatis in signo ex parte sacramenti; non propter primum, quia maius signum incontinentiæ est fuisse fornicatum cum pluribus, quàm cognouisse affectu coniugali multas; sed qui cum multis fornicatus est non propter hoc est irregularis.

Item nec propter secundum; quia sicut matrimonium consummatum significat indiuisibilem vnionem naturæ humanæ cum vna persona Christi; ita matrimonium non consumatum significat vnionem vnius ecclesiæ cum vno sponso, scilicet Christo; sed ille, qui habuit plures virgines & nullam cognouit; non est irregularis; ergo nec ille, qui habuit plures vxores, & utranque cognouit.

Præterea, sicut se habet vna virtus ad aliam virtutem, ita vnum sacramentum ad aliud; sed una virtus non impedit alterius susceptionem, ergo nec propter sacramentum Matrimonij iteratum impeditur homo à susceptione ordinis.

Præterea, ille qui nullam vxorem duxit non est propter hoc irregularis, & nihilominus in eo non est aliqua significatio coniunctionis Christi ad ecclesiam; ergo nec erit irregularis, qui plures vxores habuit eadem ratione.

Sed contra dicitur in cap. vnius vxoris, vbi Hiero. in epist. 63. ad oceanum, distin. xxvj. & tot. tit. de bigamis.

Resp. dicendum, quòd bigamia dicitur defectus ex secundis nuptijs proueniens; statio est propter defectum sacramēti, quia non est ibi sacramentum unitatis, cum non sit vir vnius, ex quo diuisit carnem suam in plures; vnde qui habet alijs sacramenta ministrare nullum defectum in sacramentis pati debet: defectus autem sacramenti est quando sacramenti significatio integra non inuenitur; sacramentum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ est unius ad unam; & ideo requiritur ad perfectam significationem sacramenti, vt vir sit tantum unius vxoris, & vxor unius viri, ibi enim significatum unitum est, & significans unitum esse debet; contrahitur autem bigamia septem modis.

Primo cum quis successiue, & diuersis temporibus duas uxores legitimas, & ambas cognouit c. aperiant 31. quest. prima.

Secundo quando diuersis temporibus plures habuit, vnam de iure, alteram de facto, & ambas cognouit, qui proprie bigamus non est propter sacramenti defectum, sed propter intentionis affectum, cum opere subsequuto. cap. nuper. de bigamis.

Tertio quando contrahit cum uidua cognita ab altero marito. c. seriatim. 32. dist.

Quarto, quando contrahit cum corrupta à quocunque alio scienter, uel ignoranter, & eam

in alijs, quibus præsidet, si constitutio ciuilis sic apponeretur ecclesiasticæ, quòd verteretur in periculum animæ, præponenda esset ecclesiastica ciuili, immo in tali casu, Papa potest tollere constitutionem Imperatoris. c.nouit.de iudi.c.fi.de præscrip. c. pen.de sec.nupt.

ARTIC. II.

Vtrum diuina lege, Reges sacerdotibus subdantur?

AD secundum videtur dicendum, quòd diuina lege Reges sacerdoti non subdantur, dicit enim glo. Psal. 50.ver. Tibi soli peccaui, quòd Rex non habet hominem, qui eius facta diiudicet.

Præterea, potestas secularis, & ecclesiastica ex diuerso diuiduntur;ergo non est vna sub al tera.

Præterea, 1. Mach. 4. legitur, quòd Iudas Machabeus elegit sacerdotes sine macula, vt mundarent sancta; & ita sacerdotes,cum ex institutione principis constituantur, dicendi sunt magis subesse principibus,quàm præesse.

Sed contra dicitur cap. certum. 10. distinct. vbi Felix Papa ibi, certum est hoc rebus vestris esse salutare, vt, cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere,non præferre.

Respond. dicendum sub duabus conclusionibus; Prima potestas sacerdotalis, maior est dignitate potestate regali, siue seculari, probatur primo per cap. duo sunt.96.distinct. secundo, quia sicut se habet corpus ad animam, ita potestas temporalis ad spiritualem. Tertio à Deo primo sacerdotium est institutum,& per sacerdotium, iubente domino, regalis potestas. 1.Regum 10. Quarto,quia sacerdotalis dignitas benedicit regalem, Sed maior est, qui benedicit, quàm qui benedicitur;ergo est maior sacerdotalis potestas. Secunda sit conclusio regalis potestas in causis Dei debet obedire potestati sacerdotali.c. quis dubitet distinct.96.ibi,quis dubitet sacerdotes Christi Regum,& principum omniumque fidelium patres,& magistros censeri.

Ad primum respond. quòd spiritualis potestas non iudicat secundum hominem, sed in quantum gerit vicem Dei; vnde Matth. 10. Qui vos audit me audit.Secundo resp.illud dictum procedere, quo ad corporalem pœnam.

Ad secundum respon. quòd non sunt istæ duæ potestates ita diuersæ, quin vna habeat ordinem ad aliam, sicut licet corpus & anima distinguantur substantijs, corpus tamen materialiter ordinatur ad animam; vnde potestas secularis subditur spirituali, sicut corpus animæ.

Ad tertium respon. negando consequentiam; licet enim Iudas Machabeus elegerit personas illas ad sacerdotium, quas ex fama populi potiores æstimauerit in vitæ puritate,& sanctimonia; non tamen sequitur, quòd ipse sacerdotium instituerit, quod ante ipsum fuerat.

ARTIC. III.

Vtrum semper legibus derogetur per canones.

AD tertium videtur dicendum, quòd non per canones legibus derogetur, quia ius ciuile diuinitus datur per ora principum.capit.memo.16.quæstione tertia, & cap. ideo.25.quæstione prima ibi;Ideo quæ in legibus statuta sunt excedere, non debemus.

Sed contra dicitur cap. constitutiones, ubi Felix Papa. 10. distin.ibi, constitutiones contra canones, & decreta præsulum Romanorum, uel bonos mores nullius sunt momenti.

Resp.dicendum, quod si lex ciuilis sit consona canonibus,& per canones derogari non potest; quia sicut verum vero consonat, ita iustum iusto; si vero fuerit contraria in pertinentibus ad fidem Christianam, non seruabitur lex ciuilis, in reliquis autem seruabitur ipsa in terris non subiectis ecclesiæ, quoad temporalia, cap. cum esses, cap. relatum.de testam. & per hæc patet responsio ad obiecta.

DISTIN. XI.

COntinuari potest hoc pacto. Supra dictum est, leges ciuiles cedere ecclesiasticis, si eis contradicere videantur, si vero consonæ sint venerari debent. Nunc dicitur, quòd consuetudo cedat legi, si ei contraria inueniatur; si vero sit ipsi consona ipsa seruanda est.

ARTIC. I.

Vtrum consuetudo semper legi cedere debeat.

AD primum videtur dicendum, quòd consuetudo semper legi cedere debeat; Facit cap. primo,& seq.11.dist.cap. ad nostram.de consuetudine.

Præterea,lex humana deriuatur a lege naturæ, & a lege diuina, sed consuetudo non potest mutare tales leges;ergo nec etiam legem humanam.

Præterea, ex multis malis non potest fieri vnum bonum; sed ille, qui incipit primo contra legem agere, male facit; ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquod bonum; lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum; ergo per consuetudinem non potest lex remoueri, vt ipsa consuetudo vim legis obtineat.

Præterea, condere legem pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem; vnde priuatæ personæ legem facere non possunt; sed consuetudo inualescit per actus priuatarum personarum; ergo consuetudo non potest obtinere uim legis, per quam lex remoueatur.

Sed contra dicit. capitu. ecclesiasticarum. distinct.vndecima,vbi Basil. lib. de Spiritu Sancto. capitu. 27. dicitur quasdam vero consuetudine roboratas,approbauit vsus,quibus par ritus,& idem vtriusque pietatis debetur affectus,

Resp.

Resp. dicendum, quòd nulla consuetudo derogare potest iuri naturali, neque diuino; quia hæc iura immutabilia sunt; consuetudo autem rationabilis & præscripta derogat quandoque iuri positiuo; quia sicuti lex posterior soluit priorem; consuetudo autem habet vim legis, & per cõsequens, tollit legem s. Th. 1. 2. q. 67. art. 3.

Ad primum resp. quòd ibi loquitur de mala consuetudine; non autem de rationabili & præscripta.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quoniam licet lex humana deriuetur à lege naturali & diuina; non tamen in omnibus sequitur perfectionem illarum; lex enim naturalis, & diuina procedit à voluntate diuina; vnde non potest mutari per conceptionem præcedentem à voluntate hominis; Sed solum per authoritatem diuinam mutari potest.

Ad tertium Resp. quòd leges humanæ in aliquibus casibus deficiunt; vnde possibile est quandoque agere in casu præter legem, in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus; & cum tales casus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quòd lex vlterius vtilis non est, sicut manifestaretur, si lex contraria verbo promulgaretur; si autem ad huc manet eadem ratio legis non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi forte lex facta inutilis esset; quia non esset possibilis secundum consuetudinem patriæ.

Ad vltimum respon. quòd si multitudo sit libera potest introducere consuetudinem, sicuti sibi legem facere; si autem non est libera, tunc habebit vim legis, quando tolerabitur ab eo, ad quem pertinet multitudini legem imponere.

DISTIN. XII.

Continuatur ad præcedentem prosequens materiam, qua habetur, quod consuetudo præscripta, & rationalis sit seruanda. c. illud & c. eleq. ead. dist.

DISTIN. XIII.

Continuatur sic assignata differentia iuris naturalis ad alia iura in origine, dignitate, & amplitudine. Nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in sententiæ rigore; quia est indispensabile, nisi in casu euitandi maius malum capit. duo mala & sequenti eadem distinctione.

ARTIC. I.

Vtrum ea, quæ sunt iuris naturalis, recipiant dispensationem?

Ad primum videtur dicendum, quòd ius naturale sit dispensabile; quia in humanis actibus propter eorum varietatem non potest vna regula reperiri, quam non oporteat in aliquibus casibus deficere; sed ea, quæ sunt præcepta iuris naturalis sunt mensura humanorum actuum. cap. humanum genus. 1. distinct. ergo ius naturale est dispensabile.

Præterea, ius naturale non est idem apud omnes; sed omnia præcepta, quæ non sunt ab omnibus obseruanda sunt dispensabilia; ergo ius naturale est dispensabile.

Præterea, Deus dispensauit contra ius naturale præcipiens Abraæ, vt interficerit filium, quæ dispensatio cum à Deo sit facta non potest esse nisi iusta; occisio enim directè est contra illud primum præceptum naturale, quòd tibi non vis fieri alteri ne feceris. c. 1. dist. 1.

Sed contra dicitur. c. 1. dist. 13. ibi, aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; vt dicit ibi Gratianus.

Resp. dicendum, quòd ius naturale capitur in duplici differentia; Primo, quia quædam sunt sicut principia prima, sicut communia præcepta, quę absolutè natura considerata iusta sunt, vt pote quæ formam iustitiæ continent, & virtutis, quę semper & vbique habent eandem potentiam & vigorem iustitiæ, sicut est medium tenere, rectitudinem seruare, & illud, alij facere, quòd sibi vult fieri, & alij non facere, quòd sibi nollet fieri, in quibus nulla cadit dispensatio; quia absolute iusta sunt; Secundo aliqua pertinent ad ius naturale, vt conclusiones elicitæ a prædictis communibus præceptis, & de talibus ponitur talis conclusio, quòd in pertinentibus ad ius naturale, hoc modo scilicet, vt conclusiones deriuantur à principijs cadit rationabiliter quandoque dispensatio, quòd patet; quia redditio depositæ rei est de iure naturali; & tamen in casu licite dispensatur, quòd non fiat, vt pote si fit reip. inimicus, vel reddatur gladius furioso.

Ad primum resp. quòd illud est de mente Aristo. 5. Ethi. qui loquitur de p ę e tis positiuis, & sic non facit ad propositum.

Ad secundum respond. quòd ius naturale est duplex; Primum quòd semper & vbique est iustum, & hoc est omnino immutabile; quoddam vero ex hoc proficiscitur, & in casu aliquo est dispensabile.

Ad tertium resp. quòd Deus est author uitæ, & mortis; & sic sine iniuria potest subtrahere uitam innocentis ministerio naturæ, sicuti quotidie contingit, quòd naturali morte moriuntur omnes tam nocentes, quàm innocentes, & ad hoc posset uti ministerio hominis propter aliquod melius.

ARTIC. II.

Vtrum de duobus malis minus sit eligendum?

Ad secundum videtur dicendum, quòd non semper de duobus malis minus sit eligendum; quia in capit. duo mala decimatertia distinctione dicitur, quòd potius eligi debet periurium, quam homicidium, & tamen periurium est grauius homicidio, cum cadat sub præcepto primæ tabulæ.

Præterea, vt dicit Aug. lib. 1. de ciui. Dei, quædam mulieres se interfuisse dicuntur tempore persecutionis, vt non ab alijs corrumperentur; & ita maius malum elegerunt sese interficientes.

Sed contra dicitur c. duo mala. 13. dist. Conc. Tolet. 8. c. 2. ibi, duo mala licèt cautissime sint cauenda; tamen si periculi necessitas vnum ex his perpetrare compulerit, id debemus resoluere, quòd minori nexu noscitur obligari.

Respon. dicendum, quòd possibili existente casu, vt alterum malorum quis necessario compelleretur committere, minus malum esset eligendum; quia minus malum in comparatione maioris mali, vt videtur habere quodammodo rationem boni, & desinere esse peccatum; vnde August. de mendacio, illa desinent esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiuntur; sicut enim in rebus vtilibus non vocatur damnum, quòd propter maius lucrum admittitur, sic & in rebus sanctis non vocatur peccatum, quod admittitur ne grauius admittatur.

Ad Primum resp. quòd textus non asserit, quòd venire contra iuramētum de non occidendo sit periurium; Præterea licet periurium dicatur grauius peccatum ex specie peccati simpliciter; homicidium tamen est grauius respectu maioris nocumenti.

Ad secundum Respon. quòd præfatæ fœminæ credunturid fecisse inspiratione Spiritus sancti; sicuti Sanson, qui interfecit se Iud. 16. vt dicit Aug. 1. de ciui. Dei; & ideo cum non peccauerint ratio non procedit.

DISTINTIO. XIIII.

Continuati potest hoc pacto. Dictum est, quòd quando duo mala instant circa vnam & eandem personam, quòd minus malum est eligendum; Nunc vero quia posset aliquis dubitare vtrum etiam hoc obseruandum sit in diuersis personis, vt quis debeat committere minus malum, ne alius committat maius, siue grauius.

Resp. quod non c. quòd ait eadem. dist. dicitur etiam, quod quandoque consuetudinis & constitutionis rigor relaxatur.

DISTINTIO. XV.

Continuari potest hoc modo. Dictum est de iure naturali, & differentia eius ad cætera iura; Nunc incipit tractare de iure canonico assignans originem eius; & de opusculis Doctorum, quæ recipiantur ab ecclesia, & quæ non.

ARTIC. I.

Vtrum uniuersalia concilia & Canones inceperint à tempore Constantini Imperatoris?

Ad primum videtur dicendum, quòd non; quia, vt inquit glo. Act. Apost. 21. quatuor leguntur Synodi ab Apostolis celebratæ; Item multi etiam canones fuere ab Apostolis editi. c. Canones. 16. dist. Præterea ante Constantinum fuerunt celebrata aliqua concilia cap. Clementis. 16. distinctio.

Sed contrarium dicitur c. Canones. 15. dist. Isido. lib. 6. c. 16. Ethim. ibi, Canones generalium Conciliorum à tempore Constantini cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabatur facultas.

Resp. dicendum, quòd vniuersale concilium vno modo dicitur ab vniuersitate orbis, quando scilicet Papa, cum episcopis de toto orbe Christiano celebrat. Alio modo dicitur vniuersale, ab vniuersitate authoritatis; quia scilicet tantæ authoritatis est, vt de vniuersalibus rebus tractet, & omnes fideles, ad legum suarum obseruantiam adstringat, & hoc est quando Papa cum prælatis non totius orbis Concilium celebrat; si fiat sermo de Concilijs primo modo acceptis cęperunt tempore Constantini; si vero secundo modo cęperunt antea, & sic patet responsio ad obiectum.

ARTIC. II.

Vtrum celebratio conciliorum uniuersalium sit necessaria in ecclesia Dei?

Ad secundum videtur dicendum, quòd non; quia, quod fieri potest per Concilium, potest etiam per Apostolicam sedem sine Concilio, consequentia patet, & antecedens probatur, quia concilium generale accipit robur à sede Apostolica, c. significasti. de elec.

Sed contra dicitur c. Canones. 15. dist. Isid. lib. 6. c. 16. Ethim. vbi; Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quòd non erat episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tempore supradicti Imperatoris.

Respon. dicendum, quòd celebratio conciliorum est necessaria siue vtilis Prou. 11. ibi salus, vbi multa concilia, & hoc ad multa primo ad conseruandam Christianam Religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum est societatis Christianæ, secundo ad faciliorem & firmiorem illucidationem veritatis in dubijs, Tertio vtilis est ad culturam agri dominici. Quarto ad Tyrannorum & infidelium superbiam humiliandam, & ad extinctionem scandalorum, quæ suscitantur in Ecclesia. Turrecrem. libro 3. cap. 10. in summa de Ecclesia.

Ad argumentum resp. negando consequentiam; quia licet absque sedis Apostolicæ authoritate fieri non possit concilium, & eadem sedes idem facere possit, quòd concilium generale; nihilominus tamen non in æquali concordia, & authoritate reputationis; quia, quòd fit per Romanum Pontificem in Concilio generali, iam vniuersali totius Ecclesiæ consensu est approbatum.

ART.

ARTIC. III.

Vtrum Papa possit immutare, aut tollere, aut ire contra Concilia generalia?

AD tertiũ videtur dicendum, quòd non, per cap. in istis 4. distinct. vbi quando leges fuerint institutæ, non licebit de istis iudicare, sed secundum ipsas.

Præterea, facit c. sicut 15. distinct. & cap. contra. 25. quæst. 1. vbi contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huiusmodi quidem sedis potest authoritas.

Præterea, quia dicitur, quòd orbis authoritas maior est Vrbe. cap. Anastasius. 19. distinct. c. legimus. distinctione 93.

Sed contra dicitur eiusdem est destruere, amouere, & abrogare, cuius est condere, cap. cum venisset. de iudici. sed potestate Papæ conduntur Concilia; ergo & apud eum erit facultas ea amouendi.

Resp. dicendum, quòd quidam sunt canones instituti de iure diuino, sicuti sunt pertinentia ad articulos fidei, & ad essentiam sacramentorum, aut quę manifestam habent connexionem ad legem diuinam, & in talibus Papa dispensare non potest; quia isti efficaciam habent ex institutione diuina; quidam autem sunt de iure positiuo, & isti omnes sunt relicti dispositioni Pontificis, vt eos possit mutare ad libitum.

Ad primum resp. negando consequentiam; nam illud non intelligitur de summo iudice, scilicet Papa, aut principe; quia etiam post conditas leges possunt de his iudicare, & eas tollere.

Ad secundum, patet responsio ex dictis, loquitur enim ibi de his, quæ sunt diuini iuris.

Ad tertiũ resp. quòd orbis est maior Vrbe, in isto casu magnitudine molis non virtutis; item loquitur de consuetudine generali, quæ est maior speciali, nisi summus Pontifex vellet specialem æquare generali, ita d. c. legimus.

ARTIC. IIII.

Vtrum ad Romanum Pontificem spectet approbatio Conciliorum.

AD quartum videtur dicendum, quòd non; quia approbatio spectat ad superiorem, sed concilium est superius Pontifice, sicuti orbis est maior Vrbe c. legimus. disti 93.

Prętetea, nihil conditum instinctu Spiritus sancti indiget approbatione humana; sed concilia conduntur dictante Spiritu sancto. c. violatores. 25. q. 1. Act. Apost. 15. ibi, visum est Spiritui sancto, & nobis; ergo non veniunt approbanda per Pontificem.

Sed contra dicitur in cap. Sancta Romana Ecclesia 15. distinctio. vbi Gelasius in Concilio Romano &c.

Respon. dicendum, quòd approbatio est duplex; Vna est simplicitas commendationis, vt cum quis dicta aut facta approbat; Puta quòd consilium alicuius, quòd sit prudens & similia, secundo dicitur approbatio authorizationis, scilicet quæ tribuit auctoritatem, & robur rebus approbatis, & talis semper est superioris, id est Principis. glo cap. frater. 17. quæst. 4. & talis authoritas requiritur in approbatione concilij, videlicet Pontificis; ad Principem enim cuiusque communitatis spectat approbatio gestorum per communitatem; cum lex non habeat virtutem coactiuam, nisi principis authoritate, siue ex eo, quo totius communitatis principatus est collocatus; sed Romanus Pontifex est, in quo Deus totius Ecclesiæ posuit principatum, cap. nolite 52. distinct. cap. Basilicas de consecra. distinc. 1. ergo ad ipsum spectabit approbatio Conciliorum. Præterea, cuius est approbatio Concilij, eius est reprobatio; Sed Papa reprobat Concilium; ergo & illud approbat; maior probatur secundo de Anima idem enim est iudex recti & obliqui; minor probatur, quia Damasus Papa damnauit & reprobauit Arimenense Concilium, & patet ex practica huc vsque obseruata, qua probatur concilia approbata fuisse & hoc exigit necessitas conseruandi vnitatem fidei in Ecclesia, in qua omnes fideles conuenire debent primo ad Corinth. 1. conuenit autem circa ea, quæ fidei sunt, mouere quæstiones, per diuersitatem autem sententiarum diuideretur Ecclesia, nisi in vnitate per vnius approbantis, vel reprobantis sententiam conseruaretur; exigitur ergo ad vnitatem Ecclesiæ seruandam, quòd sit vnus qui toti ecclesiæ præsit, ad cuius authoritatem spectat approbatio sententiarum, & gestorum quorum cunque conciliorum.

Ad primum resp. negando minorem; Papa enim cum sit caput totius Ecclesiæ, superior est authoritate toto residuo corpore; ad cap legimus. resp. quòd ibi Hieronymus non loquitur de authoritate iurisdictionis orbis respectu Ecclesiæ Romanæ; sed de authoritate consuetudinis generalis per totum orbem, ad comparationem ad consuetudinem; quam tamen nec Apostolica sedes obseruat; nec obseruari mandat.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quoniam licet canones sanctorum patrum dicant instinctu Spiritus Sancti condiri, nihilominus ad hoc, quòd obligent ad sui obseruantiam necessarium est, vt authoritate superioris approbentur, firmentur, & roborentur, sicuti licet electio Canonica dicatur facta à Spiritu Sancto, nihilominus per eam, nec electus habet iurisdictionem, nec alij tenentur electo obedire, quousque à superiori electio, si superiorem habet approbetur, & confirmetur.

ARTIC. V.

Vtrum ad Romanum Pontificem spectet approbatio opusculorum sanctorum patrum?

AD quintum videtur dicendum, quòd non; quia approbatio debet requiri à iudicio superiori ac excellentiori; sed sãcti patres quandoque reperti sunt ingenio, ac scientia summis pontificibus superiores; ergo ab eis non debent approbari.

Sed contra dicitur c. Sancta Romana 15. dist. c. si Romanorum. 19. dist.

Resp. dicendum, quòd in vnaquaque schola sem per ad magistrum eius spectat approbatio doctrinæ, & operum discipulorum scholæ; sed summus Pontifex est magister scholæ totius Christianitatis. c. omnes. dist. 22. vbi Romana ecclesia dicitur mater, & magistra fidei.

Ad rationem resp. quòd duplex est approbatio; quædam est solum magistralis, quæ fit per iudicium discretionis verum à falso, vel iustū ab iniusto, & talis bene verum est, quòd fit potissimè per doctorem in facultate, sub qua cadunt opuscula illa; alia est approbatio authorizationis, qua tribuitur opusculis approbatis authoritas, & honor venerationis in ecclesia, de qua loquimur hic, & ista non pertinet ad doctorem; sed ad habentem supremam authoritatem magisterij, & iudicis in ecclesia, cuiusmodi est Apostolica sedes. c. patet. 9. q. 3. ibi, profecto sedis Apostolicæ, cuius authoritate maius non est Iudicium; à nemine fore retractandum, nec cuique de eius licet iudicare iudicio.

ARTIC. VI.

Vtrum opuscula sanctorum recepta ab ecclesia, sint etiam ab ecclesia approbata?

AD sextum videtur dicendum, quod sic; quia ecclesia errare non potest, cum à Spiritu sancto, qui Doctor veritatis regatur, & gubernatur; ergo opuscula sanctorum recepta ab ea oportet confiteri carere omni falsitate.

Sed contrarium dicitur c. sancta Romana. 15. dist. supra adductus.

Resp. dicendum, quòd tripliciter potest dici aliquid receptum ab Ecclesia; Vno modo, per approbationem, prohibendo ne quis præsumat contrarium sentire, & hoc modo sunt recepta concilia approbata à summo Pontifice; Secundo modo, etiam aliqua opuscula sanctorum recipit ecclesia tanquam probabilia; sed non tanquam necessario sequenda, vt non liceat aliter sentire; Tertio modo, dicuntur aliqua recepta ab ecclesia per dispensationem, quoad legendum inter fideles permissa, sicuti quædam opuscula non solum fidelium, sed etiam infidelium, sicuti Platonis, & Aristotelis, & hæc in obsequium diuinæ sapientiæ Prouerb. 8. vocauit ancillas suas ad arceam; in quibus seruetur Apostoli sententia. 2. Timo. 2. omnia probate, quòd bonum est tenete; non ergo omnia opuscula sanctorum recepta dicuntur approbata, sed ea, quæ fuerint canonizata, habebunt vim legis, & per hæc patet. responsio ad obiectum; non tamen approbatis alicuius sancti opusculis, censentur omnia contenta in eis approbata, nisi dicatur, quòd in omnibus, & per omnia approbantur, adeo vt non liceat recedere ab illis; Item canonizatione alicuius pro sancto, & approbatione non intelliguntur illico eius opuscula approbata; non est. n. necesse, vt si cuius sit reprobata doctrina, intelligatur etiam reprobata persona, sicuti non est necesse, vt condemnata persona sint omnia eius scripta reprobata, nisi cum persona scripta reprobentur; vt patet in Origene, qui licet sit condemnatus, non nulla tamen aliqua eius opuscula recipiuntur; facit d. c. sancta Romana 15. dist.

DISTINTIO. XVI.


CОntinuantur ita dictum est de Origene ecclesiasticarum constitutionum Hic dicitur, quòd canones Apostolorum sunt pro lege suscipiendi. cap. 2. & seq. 16. dist.

DISTINTIO. XVII.

COntinuatur ita ad præcedentem. Postquam dictum ist superius; quo tempore, & sub quibus partibus celebrata sunt generalia concilia, & quæ eorum authoritate cæteris præemineant; Nunc ostendit penes quem resideat authoritas eadem concilia congregandi, & concludit penes Rom. Pont. c. 1. & seq. ead. dist.

ARTIC. I.

Vtrum absque Romani Pontificis authoritate possit concilium generale celebrari.

1 D primum videtur dicendum, quòd sic per c. 6. Actum vbi dicitur convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum &c. vbi apparet, quòd talis potestas non sit solum apud Rom. Pontificem.

Præterea, scimus multa concilia fuisse conuocata ab Imperatore. c. canones. 15. dist. c. sexta. 16. dist. qui imperatores non reprehenduntur in hoc, tanquam vsurpatores ecclesiasticæ authoritatis.

Sed contra dicitur c. 1. & seq. dist. 17. ibi authoritas uero aggregandorum conciliorum penes apostolicam sedem est, ut Gratianus inquit ibidem.

Resp. dicendum, quòd aut authoritas conuocandi concilium residet penes pontificem; facit ratio, quia secundum Apostolum sacerdotium ueteris legis figura est noui, at sacerdos legis nouæ est excellentioris authoritatis, credendum est, quòd si hæc potestas fuit concessa primò, multo magis secundo; de primo n. legitur Macha. 9. quòd inter alia, quæ Simoni summo sacerdoti totius populi & omnium sacerdotum consensu attributa sunt, hoc est tanquam singulare summi sacerdotis priuilegium. ut conuenrus sine ipso non fieret in regione; Præterea omnes christiani tenentur obedire Pontifici c. obedientiam. 93. Dist; ergo ad ipsum hoc spectare dicitur c. dudum. 3. q. 6. Præterea, sicuti ad Episcopū spectat celebratio Diocesanæ synodi, & ad Archiepiscopum prouincialis Concilij, ita & ad Romanum Pontificem Concilij generalis.

Ad primum Resp. negando consequentiam; nam per hoc non sequitur, quòd Petri authoritate principaliter illa conuocatio facta non fuerit, licet non exprimatur.

Ad secundum Resp. quòd hoc non fecerunt Impera-

peratores, nisi prius habito consensu & authoritate Romanorum Pontificum, quo deficiente non concilium, sed cõciliabulum dicitur, dic ut dixi in summa omnium hæresium uer.Conciliũ.& uer.Papa, & quæ dixi in tract. de legibus, & stat.p.i.q.9.& seq.

ARTIC. II.

Vtrum ad solum Romanum Pontificem pertineat interpretatio Canonum Concilij uniuersalis?

1 AD secundum uidetur dicendum, quòd nõ; quia ab eo debet prodire interpretatio, qui statuit Ius. c. inter.de sent.exc. sed canones conciliorum conduntur ab Episcopis in eis conuocatis,& congregatis: ergo ad eos non ad Pontificem spectat interpetratio.

Sed contrarium dicitur in.c.nec licuit.17.Dist.

Resp.dicendum, quòd interprætari legem est dare intellectum rationabilem, siue consensum præcipientis,& præcepti, siue legislatoris in lege, quem habuit, & in hoc casu duo sunt genera interprætationis, magistrale scilicet.cum.s.per inuestigationem rationis quæritur intellectus rationis, siue legis, atque præcepti, & hãc potest facere quilibet doctor in his, quæ ratione probari possunt, quę interprætatio dicitur probabilis; non autem necessaria, nisi quãtum ratione demonstratur.l.i.C.de profes: qui in vrbe Const. secundum autem genus interpretationis est secundum authoritatem, cui non ratione aliqua assignatur, sed authoritate interpretãtis, quę uocatur necessaria, quæ obligat ad tenendum sensum datum per eum, & hoc genus interprætandi non est docentis, sed condentis legem, quo casu dicitur eius esse interpretari, cuius est condere, aut paris uel superioris, & hoc modo interpetratur Pontifex Canones Conciliorũ.

Ad rationem Resp. negãdo minorem; dicimus.n. quòd quicquid in concilijs uniuersalibus statuitur, authoritate Papæ statuitur,& omnia nostra facimus, cuius nostram authoritatem impertimur. l. 2. C. de vet.iur.enucl.

DISTINCT. XVIII.

Continuatur facile per se. Postquam Gratianus tractauit de Concilijs vniuersalibus, Nunc subiungitur tractare de Concilijs prouincialibus, de hoc vide c.2.sess. 24.Conc.Trid.

DIuiditur in sex partes. In prima, ostendit, ad quid sint vtilia Concilia prouincialia; In secunda, quoties sint celebranda; In tertia, quare tantum semel in anno; In quarta, quòd non cogantur Episcopi munera ad concilia deferre; In quinta, ponit pœnam venire contemnentibus, In sexta, vt statuta Concilij notificentur.

DISTINCT. XIX.

Continuari potest hoc pacto; Dictum est supra de authoritate Canonum; Nunc autem dicitur de authoritate decretalium, & ostenditur, quòd decretales Pontificum sunt eiusdem authoritatis, cuius sunt ipsi canones.

ARTIC. I.

Vtrum decretales Pontificum pro communi iure sint habendæ?

1 AD primum resp.dicendum, quòd sic absolutè; dicitur enim Prouer.1. Audi fili disciplinam patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ, dummodo sit certum, quòd sit summi Pontificis, & sit generalis, vt pote quòd omnibus dirigatur cap.omnibus.7.quæst.5.quæ non consulat, vel indulgeat, sed præcipiat, vel prohibeat; dispensatio enim non extenditur,& consilium non obligat ad obediendum; & hoc idem dicendum est de decretali speciali, respectu loci particularis, cui dirigitur,& tunc pro tali habetur, quando in corpore aliarum decretalium reperitur, seu communiter ab alijs pro tali recipitur; cum vero dubitatur, consulendus est summus Pontifex.

ARTIC. II.

Vtrum epistola decretalis derogare possit Canoni?

AD secundum, videtur dicendum, quòd non; quia canon nititur authoritate Papę, & totius concilij; ergo videtur præualere.

Præterea, facit cap.t.50.dist. vbi magis est attendenda sententia Concilij, cuius antiquior est authoritas, quàm sit decretalis nouiter edita.

Sed contrarium verius est, quia si decretalis contrarietur concilio debet præualere, quia cum in Pontifice non cadat ignorantia iuris, videtur de certa scientia derogare canoni, quod ei licet.c.cuncta. 9.qõ.3

Et quia in canonibus condendis, semper tacitè, vel expresse reseruatur interpraratio vel dispẽsatio Pontifici; nouæ autem leges trahunt ad se antiquas.l.non est nouum.ff.de legibus.

Ad primum resp.negando consequentiam; quoniam tota authoritas, & robur firmitatis Canonum, & legum ecclesiasticarum pendet ex authoritate Papæ, in quo Deus totum principatũ ecclesiæ posuit. c.nolite.22.distinct.

Ad secundum respon. quòd ibi illa antiquitas non dicitur temporis, sed dignitatis; nam sicuti in legibus, ita priora concilia trahuntur ad posteriora, nisi sint summæ dignitatis ratione fidei, quæ in eis definita sunt, sicut quatuor vniuersalia concilia, vnde decretalis, vt alias dictum est, non potest derogare Canonici in pertinentibus ad fidem, sicuti nec alteri decretali in huiusmodi rebus, in alijs tamen, quæ sunt pure iuris positiui, derogare potest.

ART.

ARTIC. III.

Vtrum Apostolica sedes habeat authoritatem condendi legem, cui omnes fideles tenentur obedire.

AD tertium videtur dicendum, quòd non, per cap. 4. Deut. ibi, Non addes ad verbum, quòd ego loquor, nec auferes aliquid ex eo: Item Deut. 12. quòd enim ego præcipio tibi, hoc tantum fac, nec addas quicquam, nec minuas; & ad Roma. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quę per me non efficit Christus; ergo nec alij addere possunt.

Præterea, aut doctrina Christi sufficit, aut non; si primo, frustra aliud dicetur; si vero secundo, scandalosum est dicere; ergo inconuenienter fiunt alię constitutiones.

Sed contra dicitur c. nulli. 19. distin. ibi, nulli fas est velle vel posse transgredi Apostolicæ sedis pręcepta vbi Greg. 4.

Respon. dicendum, quòd in omni multitudine bene ordinata necesse est ponere leges, & statuta; quibus singuli illius multitudinis ad debitum finem diriganrur; vnde Aristo. 4 Politico. sicut homo sub lege est optimum animalium, sic etiam sine lege pessimum; sed ecclesia est multitudo ordinata Cant. 6. terribilis vt castrorum acies ordinata; ergo necesse est, quòd in ea sit facultas condendi leges; vnde patet, quòd etiam in primitiua ecclesia aliqua ordinata sunt ab Apostolis, quæ Christus non ordinauerat prius; & tamen in ecclesia permanet eadem authoritas.

Ad primum respon. quòd ibi prohibetur additio deprauans intellectum legis, non autem additio declarans, aut illucidans Eccl. 24. Qui elucidant me vitam æternam habebunt; Præterea respon. quòd in illis authoritatibus loquitur de constitutionibus hominum; constitutio autem ecclesiæ dicitur constitutio Dei, quia in ecclesia per ministros suos illas instituit; vnde Matth. 10. Non estis vos, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis; & Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quoniam in lege Christi includitur, quòd facultas sit data à Christo ministris suis, præcipiendi, & statuendi leges; ad declarationem dubiorum, extirpationem errorum, siue ad directionem particularium actuum, & informationem morum, & officiorum, de quibus in speciali in euangelio non fit mentio; Includitur etiam in ipsa Christi doctrina, quod omnes fideles debeant obedire prælatis ecclesię. Matt. 16. tibi dabo Claues regni cœlorum &c. & ad Hebr. 13. obedite Prępositis vestris.

ARTIC. IIII.

Vtrum omnes trangressores præceptorum Apostolicæ sedis sint ipso facto excommunicati?

AD quartum videtur dicendum, quòd sic; per c. nulli. 19. dist. ibi, sit ergo ruinæ suæ dolore prostratos, quis quis Apostolicis voluerit contrariare decretis.

Præterea, facit cap. si quis dogmata. 25. quæstione 2. vbi habetur, quòd Anathema sit, qui summorum pontificum decreta, & mandata obseruare contempserit.

Præterea, omnes schismatici sunt excommunicati ipso facto. c. 2. de schismaticis; sed rebelles & contēptores mandatorum sedis Apostolicæ sunt schismatici, cum diuidant se ab obedientia ecclesiæ; ergo uidetur quòd tales sint ipso facto excommunicati.

Sed in contrarium dicitur Com. opin. Doctorum.

Resp. dicendum, quòd duplex est genus contemptorum obedire præceptis sedis Apostolicæ; quidam .n. sunt negantes ipsam sedem caput esse omnium ecclesiarum, & propterea eius mandata non esse seruanda, & tales dicuntur schismatici, seu hæretici, & ipso genere delicti sunt excommunicati, ipso facto. c. uiolatores in q. 1. si propter aliud mādata adimplere cōtempserint, peccant mortaliter, non tamen ipso facto excommunicati, sed excōmunicandi iuxta illud Mat. 18. si ecclesiam non audierit, sit tibi &c. & per hoc patet Responsio ad obiecta.

ARTIC. V.

Vtrum epistolę decretales sedis Apostolicę inter scripturas Canonicas sint annumerandę.

AD quintum uidetur dicendum, quòd non; quia illa sola scriptura dicitur esse Canonica, quæ in canone ueteris, aut noui testamēti continetur. c. noli. 9. Dist. quæ scriptura præfertur decretis pontificum, & ab his distincta dicitur esse .c. quis nesciat. c. noli. 9. Dist.

Sed contrarium dicitur c. in canonicis. 19. Dist. ibi, in canonicis scripturis ecclesiarum Catholicarū, quamplurimum diuinarum scripturarum solertissimus indagator authoritatem sequitur, inter quas sane illæ sint, quas Apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerūt accipere epistolas, ubi Aug. de doctor. Chr lib. 2. c. 8.

Resp. dicendum, quòd canon capitur tripliciter; quandoque .n. dicitur scriptura Conciliorum; quādo que quælibet scriptura diuina, & ecclesiastica; quandoq; solum nouum uel uetus testamentū, in cap. aūt isto loquitur de canonica scriptura sumpta primis duobus modis, in assignatis uero capitulis contrariæ partis loquitur de scriptura Canonica; tertio modo sumpta; epistolæ autem decretales non comparantur Canonicis scripturis, prout sacra scriptura nominat nouum & uetus testamentum; sed prout dicitur scriptura sacrorum canonum uniuersalium Cōciliorum & sic patet responsio ad obiecta.

DISTIN. XX.

Continuatur ita ad præcedentem, Dictum est qualiter decretales epistolæ æquiparentur canonibus Nunc dicitur quomodo se habeant expositores sacræ scripturæ ad canones & epistolas decretales; an scilicet præferantur illis, an non, cōclusio

clusio est quòd in causis definiendis sacri canones, in exponenda uero sacra scriptura sancti Doctores antẽ duntur regulariter.

ARTIC. I.

Vtrum expositio sacræ scripturę, quę per sacros Doctores datur, canonibus, & epistolis decretalibus preferatur.

AD primum uidetur dicendum, quòd expositio sanctorum doctorum sit præferenda canonibus, & decretalibus epistolis, quia quo quis ratione magis utit, eo maioris authoritatis uerba esse uidentur; sed expositores scripturæ sacræ, sępe numero inniteruntur maiori ratione, quam summi Pontifices; patet quia plurimi eorum sicut pleniori gratia spũs sancti, ita ampliori scientia Pontificibus præ excellentes, rationi magis adhæsisse probantur.

Præterea, propter unum quodq; tale & illud magis; sed Pontifices plerunq; allegant expositores sacræ scripturæ, ergo ipsi præferantur.

Præterea, dicta sanctorum approbantur ab ecclesia c. sancta. 15. Dist. dicta autem pontificum non ita omnia approbantur.

Præterea, dictum Hyronimi præfertur decisioni Concilij Aquisgrani, in quæstione, utrum raptor possit contrahere matrimoniũ cum rapta? c. tria. 36. q. 2.

Sed contra dicitur in c. decretales. ubi Gratianus. xx. dist. ubi in negotijs definiendis non solum est necessaria scie ntia, sed etiam potestas; potestate autem & authoritate præfert Pontifex; unde Apostolus quosdam prophetas, alios uero euangelistas, alios pastores, & Doctores ubi Pastores præferũtur doctoribus.

Resp. dicendũ per tres cõclusiones: Prima, quod in causis decidendis, & terminandis pontifices præeminent sacræ scripturæ expositoribus, quia in his requiritur non solum scientia, sed etiam authoritas, de cretis enim summorum Pontificum opuscula sanctorũ approbãtur, uel reprobantur. c. si Romana. 19. di. secunda sit conclusio, ꝙ canones conciliorum præferuntur etiam Doctoribus in decisione causarum, nisi decisio doctoris roboretur authoritate legis diuinæ, uel decretali, seu generali consuetudine ecclesiæ, ut d. c. tria. in contrariam partem adductũ. Tertia sit conclusio, quòd in expositione sacræ scripturæ præfertur, qui rationi consona magis dixerit, siue sit tantum doctor, siue Pontifex & doctor, & per hæc patet responsio ad obiecta.

DIST. XXI.

COntinuari potest hoc pacto, supra dictum est de decretis, & Canonibus Conciliorum, & decretalium Pontificum, quibus negocia dirimuntur. Sed quia parum est scire iura, nisi sciantur personæ, per quas promulgatur, & dispensatur; Ideo nunc subiungit de ministris canonum, & generaliter de omnibus ecclesiasticis ministris.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter in ecclesia Dei ponatur multiplicitas graduum ministrorum, & officiorum.

AD primum uidetur dicendum, quòd non; quia diuersitas unitati repugnat, & est impeditiua pacis; sed fideles ad unitatem, & ad pacem uocantur Io. 13. ut sit unum, sicut & nos unum sumus, & Psal. 147. qui posuit fines suos pacem.

Præterea, natura non facit per multa quòd potest facere per unum; sed per unum gradum fieri potest; ergo frustra per plura.

Sed contrarium dicitur. cap. 1. distinctio. 21. ubi Gratianus ait, quòd institutio uariorum ministrorum in ueteri testamento fuit inchoata, & in nouo plenius consummata; sed nihil in ueteri & nouo testamento est, quod non sit conuenientissimum, cum omnia à Deo ordinata sint ad Roma. 13. S. Thom. in Suppl. 3. par. quæst. 37. art. 1.

Resp. dicendum, quòd ecclesia militans exemplata est à triumphante Exod. 25. vide & fac omnia, secundum exemplar, quod tibi monstratum est; at in ecclesia triumphanti adest diuersitas graduum officiorum Angelorum; ergo & in militanti.

Præterea, corpus mysticum ecclesiæ comparatur corpori naturali hominis, secundum Apost. ad Rom. 12. & ad Corin. 12. sed ad integritatem corporis humani, requiritur multorum membrorum distinctio; ergo in ecclesia et iam.

Præterea, oportet ad diuersas actiones diuersos de putari ministros, sed in ecclesia sunt plures actiones, unde ad Ephes. Christus dedit, quosdam autem prophetas, & Doctores ad consumationem sanctorũ in opus ministerij. Præterea facit ratio pulchritudinis, quæ in quodam ordine uarietatis consistit.

Ad primum Resp. quòd non quælibet diuersitas repugnat cuilibet unitati, sicuti diuersitas membrorum in corpore non repugnat unitati corporis, nec multiplicitas parietũ unitati domus. Item magis seruator pax in Ciuitate, cum diuersis plura officia committuntur quàm uni. 1. ad Cor. 12. Deus sic temperauit, ut non sit schisma in corpore, sed in id ipsum solicita sint membra.

Ad secundum Resp, quòd natura non coarctat in unum id, ad quòd multa requiruntur: sed in operib. gratiæ conueniens fuit, ut, quæ commode per unum ministrari non possunt, pluribus committerentur.

ARTIC. II.

Vtrum in ecclesia Dei sit aliqua potestas maior Sacerdotali.

AD secundum uidetur dicendum, quòd nõ: quia potestas ordinatur secundum actum, sed nullus actus est maior sacerdotali, cum sit caput ecclesiæ, unde sicut non est dare minus minimo. 1. Phisic. ita non est dare maius maximo: sed

ſed conferre corpus Chriſti eſt maximum : ergo &c.

Sed cõtrarium dicitur c.j.Diſt.xx.ubi põtifices sũt ſupra ſacerdotes, ut Gratianus ibidem.S. Thom : in ſupplē.3.par.q.110.Art.4.Cõc. Trid.ſeſſ.23. Can.7.

Reſp. dicendum, quòd duplex eſt poteſtas conſecrationis, ſcilicet & iuriſditionis, quoad poteſtatem conſecrationis corporis Chriſti ueri epiſcopus non eſt maior ſacerdote: uerũ quia epiſcopus habet utráque poteſtatem: ideo dici poteſt maior ſacerdote, & hæc patet reſponſio ad obiecta.

ARTIC. III.

Vtrum diſtinctio Epiſcoporum, & ſacerdotum ſit ex inſtitutione diuina.

AD tertium uidetur dicendum, quòd non per c. olim.Diſtin. 95. ubi ſacerdotes ſunt ſubiecti epiſcopis magis ex conſuetudine, quàm ex alia inſtitutione.

Sed contrarium dicitur in cap.j. Diſt.xxj.ubi dicit quòd tam in nouo, quàm in ueteri teſtamento diſeretio fuerit inter ſacerdotes maiores, & minores, ut dicit ibidem Gratianus.

Reſp.dicendum, quòd illa, quę fiunt in noua lege figurata sũt per ea, quæ facta ſunt in ueteri lege; epiſcopus conſecrabatur ſpeciali conſecratione.ultra ſimplices ſacerdotes. leuit.8.

Ad obiectum Reſp. quòd dictum Hyeronimi debet intelligi pro tempore, quo Chriſtus in carne uerſabatur in terris; nam tunc nulla erat diſtinctio epiſcopi & ſacerdotis, cum ipſemet per ipſum gubernaret eccleſiam: poſt uero eius reſurrectionem inſtituit Prelatos : ſeu intelligas dictum Hieronymi, ꝙ Chriſtus ſolum Petrum inſtituit Prælatũ immediatè, alij autem à Petro Iuriſdictionem ſumpſerunt.

ARTIm. IIII.

Vtrum ſeruientes diuinis miniſterijs conuenienter nominentur nomine clerici.

AD quartum uidetur dicendum, quòd non: quia ipſi non ſunt electi per ſortem, ſicut Matthias, nec eligi debẽt ſorte: quia hoc lege diuina damnatur.

Sed contra dicitur c.cleros xxj. Diſt. ubi Iſid. libr.7.& Him. cap.12.

Reſp.dicendum, quòd iſti conuenienter uocantur clerici, quia cleros latine interpretatur ſortem, ſiue ꝙ ſorte electus ſit à Deo, ſicut Matthias, ſiue quòd ipſa Deus ſors illius ſit, & quòd portionem aliam habere non debeat in terra, niſi Deum c. cui portio.12.q.1. & per hæc patet reſponſio ad obiectum.

ARTIC. V.

Vtrum in eccleſia ordo ſit ponendus.

AD, Quintum uidetur dicendũ, quòd non: quia ubicunque eſt ordo, eſt diſtinctio : ſed ſecundum Apoſtolum omnes ſumus unum in Chriſto ad Col.

Prętereà, ubi eſt ordo, eſt Prælatio & ſubiectio: ſed in eccleſia quilibet debet ſe reputare inferiorem, ad Phil. 2. & quia ſubiectio repugnat libertati, in qua uocati ſumus.ad Gal.5.ergo non eſt ordo.

Prætereà, ordo non eſt ſecundum bona naturæ, nec perſonæ; ergo ſecundum bona gratiæ; ergo nemo ſciet quis ſit ſubditus, uel prælatus : quia nemo ſcit quis habeat de gratia plus uel minus.

Sed contra dicitur c.cleros xxj.Diſt.ubi Iſid.lib.7. c.12. & Himol.& ad Rom.13.quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, ſed eccleſia eſt à Deo: ergo in ea eſt ordo.S. Thom. in ſuppl.3.par.q.34.Art.1.

Reſp.dicendum, quòd magis debet eſſe regulatus proceſſus eccleſię ad eſſe gratiæ, quàm proceſſus naturæ ad eſſe naturæ : ſed in proceſſu naturæ eſt ordo, quo quædã alijs ſunt ſuperiora, & eis habent influẽre; ergo & in eccleſia dicitur eſſe ordo, & dicit ſacramentum, quia propter unũquodque tale, & illud magis, ſed propter ordinem homo efficitur diſpenſator ſacramentorũ : ergo habet maxime ordinem ſacramenti.

Ad primum reſp.negando conſequentiam; quia ſicut unitas naturæ in omnibus membris corporis animalis non opponitur diſtinctioni membrorum eius, ita unitas ſpiritus in uinculo pacis, quæ eſt unitas cõcordiæ non opponitur diſtinctioni officiorũ, ſed concordat, quia per talem diſtinctioné prædicta unitas p charitatem efficacius in eccleſia cuſtoditur.

Ad ſecundum reſp., quòd reputare ſe inferiorem eſt dupliciter, uel quantum ad uitæ meritum, quia nemo ſit quanti meriti ſit, debet ſe reputare inferiorem ſed quantum ad officium nõ oportet, ſed attenditur ordo, nec libertas, ad quam ſumus uocati excludit ſubiectionem; dicitur.n.ad Hebr. obedite præpoſitis ueſtris per omnia; ſed excludit ignominiam ſeruitutis, in qua eſt ille, qui eſt ſeruus peccati; & ita non excludit ordinem.

Ad tertium Reſp., quòd ordo attenditur ſecundũ dona gratis data, quæquidem eſt poteſtas ad aliquod officium deputata, & de hac certi ſumus certitudine probabilitatis.

ARTIC. VI.

Vtrum in eccleſia ſint plures ordines;

AD ſextum uidetur dicendum, quòd non, quia aut eſt diuiſio totius in partes integrales, aut in partes ſubiectiuas.nõ in integrales, quia ſic non reciperent prædicationem ſui totius : dicitur tamen quilibet gradus eccleſiaſticus ordo; ergo in partes ſubiectiuas, quæ recipiunt, ut plurimum prædicationem generis remoti, ſicut generis proximi, ſicuti homo & Aſinus ſunt plura animalia, & plura corpora animata: ergo ſacerdotium, & diaconatus, ſicut sũt plures ordines, ita ſunt plura ſacramenta, cum ſacramentum ſit quaſi genus ad ordinem; multiplicato.n. inferiori multiplicatur ſuperius, ſed ſacramentũ eſt ſuperius ad ordinem: ergo cum ſint plures ordines erunt plura ſacramenta, ſed hoc nõ eſt; ergo nec illud

Prætereà, cum alia ſacramenta non diſtinguantur in plura, & hoc nõ debet diſtingui in plures ordines.

Præ-

Præterea, deberet esse unus tantum ordo, quia sicut Regnum dicitur nobilius, quam communitas, ita non plures, sed unus ordo requiritur.

Sed contrarium dicitur c. cleros.xxj.distin.corpus .n.Christi mysticum assimilatur corpori naturali hominis: sed in corpore naturali hominis sunt diuersa membrorum officia:ergo in ecclesia esse debent ordines diuersi ubi Isid.lib.7.& Him c. 12.S. Thom.in 4.distin:24.q. 1.Art. 1.conc.Trid.Sess. 23.Man.2.

Resp. dicendum, quòd conuenienter in ecclesia sunt diuersi ordines,ut sit ad instar ecclesiæ triũphantis,& ut figura correspondeat figurato; sed in ueteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam leuitæ santificabantur:ergo & in nouo testamento,quòd est digoius ad Mor. 3. non solum sacerdotes santificari debent per ordinis sacramentum:sed ministri eorũ, & hoc propter sapientiam Dei comendatam, quæ in distinctione ordinata rerum maxime relucet, tam in naturalibus,quàm in spiritualibus:secundo ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per unum nõ poterant omnia, quæ ad diuina ministeria pertinebant expleri, unde Nu. 11. dedit Dñs Moysi septuaginta, senes populi in adiutorium; tertio ut uia proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs describuntur.

Ad primum Resp.,quòd distinctio ordinis est totius potestatiui in partes potestatiuas, cuius hęc est natura, quòd totum, secundum completam rationẽ, est in uno: in alijs autem est aliqua participatio; tota .n.plenitudo huius sacramenti est in uno ordine, scilicet sacerdotio; sed in alijs est quædam participatio ordinis, qui dicitur unum uoitate coordinationis ad unum actum vel finem. 1.Cor.3. qui plantat,& qui rigat unum sunt,& sic dicitur unus exercitus,& sicut est uoa essentia animæ in multis potentijs:ita est unũ sacramentum in multis ordinibus.

Ad secundum Resp.negando consequentiam,non .n.est simile de alijs sacramentis, quoniam alia dãtur ad aliquos effectus percipiendos, hoc autem principaliter datur ad actus aliquos agendos, & ideo secundum diuersitatem actuum oportet, quòd ordinis sacramentum distinguatur, sicut potentiæ distinguntur per actus.

Ad tertium Resp. negando consequentiam; quia quamuis tota potestas sit penes Regem: non tamen excluduntur ministrorum potestates,sicuti hic.

ARTIC. VII.

Vtrum in ecclesia sint tantum septem ordines?

AD septimũ uidetur dicendum, quòd non;quia in c.cleros. 21. distin. ponuntur nouem ordines scilicet Hostiarius,psalmista,lector,exorcista,Acolytus,subdiacoous,Diaconus,præsbiter,episcopus iuxta oouem choros Angelorum.

Præterea,uidetur, quòd sint tãtum tres iũxta tres actus hierarchicos,scilicet purgare,illuminare,& proficere,Dionis.c.5.eccl.Hierarc.

Præterea, in doctrina Christi, & Apostolorum nõ fit mentio, nisi de præsbiteris, & Diaconis; ergo non sunt alij ordines ponendi.

Sed cõtrarium dicitur Com. per Doct. in 4. sent. & io Cooc.Trid. Sess.23.Can.2.

Resp.dicendum, quòd cum ordinis sacramentum ad sacramentum eucharistię ordinetur,Distinctio ordinum secundum relationem ad eucharistiam est accipienda,sic potestas ordinis,aut est ad consecrationẽ eucharistiæ,aut ad aliquod ministerium ordinãdum: si primo sic est ordo Sacerdotum, cooperatio autem ministrorum; vel est in ordine ad ipsum sacramentũ vel in ordine ad suscipientes: si primo modo sic tripliciter: Primo.n.modo est ministeriũ, quo minister cooperatur Sacerdoti in ipso facto, quantum ad dispensationem, & hæc pertinet ad diaconum. Secundo est ministerium ordinatum ad materiam sacramẽti ordinandã in sacris uasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum. Tertio est ministerium ordinatum ad pręsentandum materiam sacramenti, & hoc competit Acolyto: Ministerium autem ad pręparationem recipiendorum sacramentorum est super immundos, qui noo sunt idooei ad recipienda sacramenta,quorum est triplex genus;quidam.n.sunt omnino infideles credere nolentes, & hi totaliter ab ecclesia sunt arcendi: quòd officium pertinet ad ostiarios: quidam sunt uolentes credere, sed noo dum instructi,videlicet cathecumeni, ad quorum iostructiõnem ordinatur ordo lectorum, quidam sunt fideles & instructi,sed impedimentum habent ex Demonis potestate. s.energumini,& ad hos habet ministerium ordo exorcistarum, & sic patet ratio Distinctionis ordinum.

Ad primum resp. quòd ordo capitur dupliciter: uno modo, prout est oomen dignitatis,& sic psalmistatus,& episcopatus sunt ordines,quibus licet detur aliqua potestas spiritualis non tamen illa habet rationem characteris: ideo episcopus degradatus non cõfert ordines: secundo modo dicitur ordo, cum dicimus,quod est sacramentum speciale,idest potestas ordinata immediata, vel mediata consacrationem eucharistiæ, & hoc modo proprie capitur ordo, & sic non sunt,nisi septem.

Ad secundum resp.negando consequentiam:quia licet Hyerarchia ecclesiastica sit exemplata à cælesti, non tamen post eam in omnibus imitari: quia cum Distinctio ordinis in ecclesia sumatur in comparatione ad eucharistię sacramentum,oportet eos multiplicari, secundum multitudinem actuum concurrẽtiũ ad ipsius, vel populi præparationem.

Ad tertium resp. negando cõsequentiam: quia ibi loquitur de ordinibus, non secundum quòd sunt sacramenta, sed secũdum quòd ad Hyerarchicas actiones ordinantur: & ideo secundum illas, tres ordines distinguitur,episcopus scilicet,sacerdos,& Diacoous sub quibus omnes inferiores ordines includũtur.

Ad quartum resp.quòd in primitiua ecclesia,propter paucitatem ministrorum,omnia inferiora sacramenta Diaconis committebantur nihilominus erãt omnes prædictæ potestates: sed implicitè in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus diuinus, & ecclesia, quòd implicite habebat in uno ordine,explicitè tradidit in diuersis,

ART.

ARTIC. VIII.

Vtrum supra episcopum sit aliquis superior in ecclesia.

AD octauum uidetur dicendum, quòd nó; si aliquis esset maior hic esset Papa; sed ipse nó est superior episcopis, quia Papa consecratur ab episcopo Hostiensi, & qui benedicitur dicitur inferior eo, qui benedicit, ad Hæbr.

Præterea, episcopi successerunt in locũ Apostolorũ gl. sup. Luc. x. sed potestas data uni Apostolo. Mat. 16. est data omnibus Io. 20. ergo sunt pares.

Præterea, ritus ecclesiæ debet esse conformis ritui synagogæ; quia erat figura ecclesiæ nostræ; sed in ueteri lege non erat talis dist. ergo nec in noua.

Sed contra dicitur c. cleros. xxj. dist. ubi supra Episcopũ ponitur Archiepiscopis & Patriarcha. ubi Isid. lib. 7. & him. c. 12.

Resp. dicendum, quod prælatio attenditur secundum ascẽsum & descensum, non secundum æqualitatem, & ascendendo superius necesse est status, & reductio ad unum, cum non sit processus in infinitum, & contra descendendo multiplicatio? ergo secundũ rectum ecclesiæ ordinem, oportuit esse unum aliquẽ prælatum, & superiorem omnibus, in quo totius ecclesiasticæ potestatis esset status, qui aliorum rector esset & pastor; præterea ecclesia militãs est ad instar ecclesiæ triũphantis. Apocal. 21. uidi ciuitatem sanctam Hyerusalem nouã descendentẽ de cælo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo, sed in triũphante unus est, qui toti uniuerso præsidet omnibus superiore, scilicet Deus, ergo & etiam in ecclesia militante erit unus superior, & hic erit Papa. S. Tom. in suppl. 3. par. q. 40. art. 6.

Ad primum resp. negando, quòd episcopus Hostiensis consecret Papam; sed bene hunc hominem ut sit Papa; unde non est inconueniens, quòd persona Papæ in quantum est in potentia ad recipiendum cõsecrationem, antequam eam habeat, sit inferior episcopo Hostiensi; quia iam actu est consecratus; quoad ordinem episcopalem, licet sit superior iurisdictionis authoritate.

Ad secundum resp. negando consequentiam; quia quamuis omnibus Apostolis communiter sit data potestas ligandi ei atque soluendi; tamen, ut in hanc potestatẽ ordo significaretur, quòd ab eo in alios debeat ista potestas descendere, propter quòd ei singulariter dictum fuit Luc. 22. confirma fratres tuos. & Io. 21. pasce oues meas.

Ad tertium resp. quòd in ueteri lege non erat distinctio episcoporum, quia ritus Iudæorum non erat diffusus in diuersis regnis, sed tãtum in una gente; & ideo non oportebat, quòd alij pontifices distinguerẽtur, quæ ratio cessat in ecclesia nostra, quæ cum sit diffusa per diuersas nationes, oportuit distingui per plures episcopos, quorum caput esset summus Pontifex.

ARTIC. IX.

Vtrum inferior possit absoluere siue ligare superiorem.

AD nonum uidetur dicendum, quòd sic, Daniel 13. ubi Daniel Seniores de falso testimonio conuictos suo Iudicio condemnauit; & tamẽ constat, quòd seniores illi fuerunt superiores Dan. 5.

Præterea ad Gal. 5. ibi, Paulus excommunicat etiã Angelum aliter euangelizantem.

Præterea episcopi absoluuntur à simplici sacerdote, qui est inferior.

Sed contrarium dicitur c. inferior 21. dist. ibi, inferior sedes potiorem absoluere non potest Nicolaus Papa in epist. ad Michaelem Imperatorem.

Resp. dicendum, quòd nullus habet iurisdictionẽ in suum superiorem, sed ad hoc, quòd aliquis absoluat aliquem vel liget necesse est, quòd habeat iurisd. super illum; actio. n. requirit potentiam, à qua exeat, & subiectum debitum, in quo recipiatur, quòd fit per Iurisd.

Ad primum resp., quòd Daniel in illo Iudicio fuit superior senioribus illis, p potestatem diuinitus sibi datam; unde ibidem dicitur suscitauit Dominus spiritum Iunioris pueri.

Ad secundum resp. quod ibi loquitur sub hypothesi, idest si poneretur Angelus peccare: sic. n. esset Apostolo inferior; unde si præter se subiecit subdito, ab eo iudicari poterit. l. receptum. ff. de iurisd. omn. iud.

Ad ultimum resp. quòd quamuis episcopus sit superior; est tamen sacerdote inferior eo in quantũ se ut peccatorem sacerdoti subijcit gl. c. aliorum. 9. q. 3. seu dicas, quòd in casu sacramenti ministrandi gerit uicem Dei, & per consequens est superior t inferior, ergo superiorẽ absoluere nequit. Ampl. ut nec etiam consuetudo hoc efficere possit; quia hoc esset contra legem naturalem, & per consequens esset nulla; lex autem naturalis habet, ut inferiora subiecta ut superioribus suis, & contra ius diuinum, quo disponitur prou. 19. Non decet seruum dominari principibus.

ARTIC. X.

Vtrum sit uerum, quòd qui non potest ligare, non possit etiam absoluere, & è contra.

AD decimum uidetur dicendum, quòd dicta regula non sit uera, quia metropolitanus cũ suffraganeis suis potest episcopũ accusatum absoluere: non tamen condemnare. c. discutere. 3. q. 6.

Preterea, c. tua. de sent. excom. ubi incẽdiarij, post quam sunt declarati excommunicati, non possunt ab solui, nisi à Papa.

Præterea, c. si homo 27. q. 2. ubi delegatus nõ post absoluere quem condemnaret.

Sed contra dicitur c. inferior 21. dist. ibi, quem nõ post absoluere, nec potest iudicio inferior potiorem ligare.

Resp. dicen. quod dominus par ius ligandi atque soluendi esse uoluit, quòd intelligitur de eo, qui ex officio,

officio & ordinaria iurisdictione habet absoluere.

Ad primum resp.quòd ibi dicitur, quòd possint causam episcopi audire;non tamen pronũciare in cõdemnando,neque absoluendo.

Ad secundum resp.quòd ibi nõ ligauit episcopus sed ius commune, nec denunciatio facta per episcopum, ligat eo in casu:cum.ipsa non inducat nouam excommunicationem,sed notificet tantum.

Ad tertium resp., quòd hic loquimur de Iudice ordinario, ibi de delegato, qui non potest nisi quantum sibi mandatur.

DISTINCTIO. XXII

Continuari potest ad præcedentem hoc pacto: Dictum est, quòd inferior non potest Iudicare maiorem:uerum quia poterat quæri, quæ ecclesia sit superior,& quæ inferior, ideo hic dicitur.quòd ecclesia Constantinopolitana obtinet secundum locum,post Romanam ecclesiam,Alexãdrina tertium,Antiochena quartum,& Hierosolimitana quintum.

ARTIC. I.

Vtrum a Romano Pontifice deriuetur potestas iurisdictionis cæterarum ecclesiæ prelatorum.

Ad primum uidetur dicendum,quòd nõ:quia Apostoli, & Cæteri discipuli receperunt immediate à Christo hanc potestatem.Ioan.20. quorum remiseritis peccata &c. Vnde sicut Papa succedit Petro:ergo & alij prælati succedunt Apostolis.

Præterea, Nobilior uidetur principatus, cuius potestas immediate deriuatur à Deo:sed id, quòd est maioris nobilitatis tribuendum est principatui ecclesiastico: ergo dicendũ est,quòd sit immediate à Deo.

Præterea,si non esset immediate à Deo,iam deficeret mortuo Pontifice, quia siccata radice deficit ramorum uigor,& extincto fonte riuulorũ aqua siccat.

Præterea, Rectores ecclesiæ ponũtur à spũ sancto; ergo immediate à Deo Act.Apost. 20.

Præterea Papa & alij Prælati dicuntur Vicarij Dei c.mulier.33.q.4.ergo sunt immediate à Deo.

Sed contra dicitur in c.omnes.22.dist.ubi ecclesia Romana instituit cuiuscunque ordinis dignitates, vbi Nicolaus ij. scribit Mediolanensibus.

Respond. dicendum,quòd aliquis dicitur habere potestatem ab aliu immediate, dupliciter uidelicet, vel quantum ad immediationem uirtutis, vel quantum ad immediationem suppositorum agentium, à quibus habetur talis potestas, si loquamur de primo modo, tunc est conclusio, quod omnis authoritas,& potestas, quæ est in papa siue alio quocunque Prælato in ecclesia, est à Christo immediate; conclusio patet; quia à nullo alio potest talis potestas conferri, nisi per potestatem existentẽ in Christo, siue collata à Christo, sicut nulla secunda causa à prima potest agere, nisi per uirtutem causæ primę, & de hoc modo immediationis non loquimur hic, sed loquimur de secundo modo, secundum quòd dicimus, quòd omnium prælatorum potestas iurisdictionis pendet regulariter à Romano Pontifice; quia in omni principatu potestas iurisdictionis deriuatur a persona illius principatus, sed Papa est princeps, siue monarcha ecclesiæ; ergo ab eo pendet.

Præterea in vno quoque ordine ab eo, in quo resicit plenitudo uirtutis, pendet & profluit virtus, omnium sequentium in illo ordine; at Romanus Pontifex est primus in illo ordine.

Præterea omnia membra à capite recipiunt designationem virtutis sensus, & motus sui regiminis; at summus Pontifex est caput prælatorum; ergo &c.

Ad primum Resp. negando consequentiam; nam licet à principio mundi prima indiuidua specierum sint à Deo immediate; tamen de nouo non fiunt immediate à Deo quantum ad ordinem suppositorum agentium; secundo resp. negando assumptum, nam Apostoli non receperunt immediate potestatem iurisdictionis,sed ordinis.

Ad secundum resp. falsum esse assumptum, loquẽdo de immediatione suppositorum agentium.

Ad tertium resp. quòd gesta ritè per prælatum nomine dignitatis non reuocantur per eius mortem, & ex his patet responsio ad obiecta.

ARTIC. II.

Vtrum Romana ecclesia habuerit solum à Christo primatum super omnes ecclesias?

Ad secundum videtur dicendum, quod non; quia Petrus primatum obtinuit ex electione Apostolorum c.dudum. 3.q. 6. & collegium Cardinalium dat electo Papatum, eligendo ipsum ad talem statum, & dignitatem; ergo & authoritatem papalem; consequentia videtur bona, quia quicquid est causa causæ, est causa causati.

Præterea, concilia dederunt authoritatem sedi Apostolicæ Romanæ c. Concilia. 17. dist. & Constantinus plurima priuilegia contulit c. Constantinopolitano dist. 96.

Sed contra dicitur in c. sacro sancta dist. 22. ibi sacro sancta Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, & Saluatore nostro primatum obtinuit, sicuti beato Petro Apostolo dixit, tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam &c. vbi Anacletus Papa in epist. 3.c.3.

Resp.dicendum, quòd potestas, siue præeminentia papalis authoritatis non potest causaliter esse ab hominibus, nec à quacunque creata potestate, Nihil.n. quòd excedit omnem potestatem creatã potest causaliter procedere à creata potestate, sed potestas Papalis superegredietur omnem potestatem creatam; ergo uera conclusio; maior patet, quia semper causa est prior effectu; minor est manifesta, cum peccata remittere, & aperire cælum pœnitentibus, ad quæ ordinatur, hæc potestas Mat. 16. Tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris &c.

Præterea, impossibile est potestatem spiritualem, quia quis soluitur, uel ligatur in anima clauibus ecclesiæ respectu cæli, depẽdere immediate ab illo, vel ab illis, qui eadem potestatem ligant, vel absoluunt, ergo dicendum est, quòd immediate à Deo proueniat,

&

not. quòd non Antiochena prima, sed Romana ultima debet dici sedes Petri, nam illam reliquit Ignatio Martyri discipulo Santi Ioannis Euangelistæ, qui igitur legitime in Romana, sed constituitur, successor Petri efficitur, & per consequens plenus & perfectus Christi Vicarius.

Ad primum resp. negando minorem quia præsidentia Petri fuit volentibus Apostolis, non quòd eorum voluntas habuerit aliquid causalitatis respectu præsidentiæ Petri, sed voluntate complacentiæ acceptanter præsidentiam eius, & licet determinatio personæ pendeat à collegio Cardinalium: non tamen principatus Papalis pendet ab eo, sed à solo Christo.

Ad secundum resp. quòd concilia non tradiderũt potestatem Papæ, per modum collationis, sed per modum tantum declarationis, & acceptationis, declarando & definiendo Romanum Pontificem habere primatum in Vniuersali ecclesia; Imperator autem non dedit hoc priuilegium: de primatu ecclesiæ, sed instituit, ut ordinatio à Christo prius facta de principatu Romani pontificis, obseruaretur per totũ eius imperium, ut nullus de ignorantia excusare vellet.

DISTIN. XXIII.

Continuatur ita. Dictum est supra de multis ordinibus & dignitatibus ecclesiasticis. Nunc ostendit qualiter in singulis quis debeat ordinari.

ARTIC. I.

Vtrum in promouendis requiratur sanctitas uitæ:

Ad primum uidetur dicendum, quòd non; quia per ordinem promouetur quis ad dispensationem sacramentorum, quæ dispensari possunt à bonis, & à malis. c. Sacramenta. 1. q. 1. hinc uidemus quòd Dominus non repulit peccatricem Luc. 7. à ministerio suo corporali.

Preterea, si dantur peccatori alia sacramenta, cur etiam non dabitur istud.

Sed contra dicitur in cap. tales. 23. dist. ibi, tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare; melius est n. paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere; quam multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant: Hoc idem probat leui. 2 1. homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes, nec accedet ad ministerium eius, Clemens epist. 2. ad Iacobum fratrem Dñi. S. Thom. in suppl. 3. par. q. 36. Art. primo.

Resp. dicendum, quòd sanctitas uitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti: unde si malus ordinetur, nihilominus ordinem habet: sed tamen cum peccato.

Ad primum Resp. quòd sicut uera sacramenta sũt, quæ peccator dispensat, ita uerum sacramentum ordinis recipit, & sicut indigne dispensat, ita indigne recipit: ministerium autem peccatricis erat tantum in corporali obsequio: hic autem de spirituali.

Ad secundum Resp. quòd quædam sacramenta ordinata sunt ad remedium peccati, sicuti baptismus, & pœnitentia, & talia peccatoribus exhibẽtur: alia perfectionem gratiæ conferunt; & hæc requirunt hominẽ per gratiam confirmatum: & ita est in ordine. Preterea, etiam sacramentum ordinis dabitur peccatori pœnitenti.

Non solum ergo peccat suscipiens ordines in peccato, sed conferens indignis, ut dixi in summa peccatorum capit. tit. 8. q. 39. nu. 33. nec potest se excusare promouens indignos.

DISTINCTIO. XXIIII.

Continuatur à se ipsa dicẽte, qualiter episcopus sit examinandus, qualiter ipse cum reliquis infra ipsum constitutis ordinandus sit, breuiter monstratum est. Nunc autem uideudum est de sacerdotibus, & reliquis. An sine examine sint promouẽdi ad ordinem? de his scribit Paul. 1. Tim. 5. Manus nemini cito imposueris, & nihil sine præiudicio facias in alteram partem declinando.

Diuiditur in tres partes. In prima ostendit, quòd omnes sunt examinandi in ordinatione sua: In secunda ostendit qualiter, & quando, & à quibus sint examinandi: In tertia, qua pœna sint puniendi illi, qui sine examine ordinantur. de hoc habetur in c. 1. sess. 7. & c. 3. sess. 23. & c. expedit sess. 24. Concil. Trid.

DISTINCTIO. XXV.

Continuati potest hoc pacto. dictum est supra de ordinatione & examinatione clericorum; Nunc in hac dicitur de ministerio ipsorum.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter assignetur actus, cuiuslibet ipsorũ.

Ad primum videtur dicendum, quòd non; quia ad ostiarium non pertinet claudere & aperire portas, cum sit actus purè corporalis, & ordo sit ad spirituales.

Præterea, ad exorcistam non pertinet expellere dæmones, quia hoc competebat etiam in veteri testamento, & actus sacramẽti nunquàm habet eundem effectum, in nouo, & veteri testamento.

Præterea, Actus Acolyti est ministrare principaliter de vrceo cum vino & aqua pro sacrificio; ergo debebat denominari ab isto, non autem à luminarium præparatione.

Preterea, Psalmistatus non est ordo, ergo non debuit assignari actum eius in cap. perlectis. cum solum de ecclesiæ gradibus se dicat uelle loqui.

Preterea, de lectoribus dicimus, quòd multi habẽt ordinem, qui tamen prædicare non possunt.

Præterea, de subdiacono sic arguitur, quòd videatur inferior lectore, cum officium eius sit circa vasa quædam irrationalia, lector autem circa operationem intellectus, quę est dignior operatione hominis.

Præterea, de diacono arguitur ita, quia vnius potestatis est vnicus actus, sed ordo diaconi est vnus ordo; ergo ipsius est vnus tantum actus non plures; ergo male assignantur in textu plures actus.

Præ-

Præterea, actus ligandi & soluendi est proprius actus sacerdotis, qui actus non exprimitur in littera; ergo male.

Sed contra dicitur in c. prælectis. xxv. dist. vbi Isid. in epist. ad Ludifredum.

Resp. dicendum, quòd cum sacramentum ordinis ordinetur ad eucharistiæ sacramentum, ille est principalis actus vniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proximè ordinetur ad euchatistiæ sacramentum, & secundum hoc, etiam vnus ordo est alio eminentior, secundum quòd vnus actus magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur; sed quia ad sacramentum quasi dignissimum multa ordinantur, ideò non est inconueniens, vt præter principalem actum etiam multos actus habeat vnus ordo, & tanto plures quanto est eminentior, quia uirtus quanto est superior, tanto ad plura se extendit.

Ad primum resp. quòd actus ostiarij non est purè corporalis, sed spiritualis, cum ad eius spectet custodiam ingressus ecclesiæ.

Ad secundum resp. quòd exorcismi non habuerunt ita plenum effectum in veteri testamento, sicut in nouo.

Ad tertium resp. quòd Accolytus denominatur ab actu magis noto, qui est ceroferatius.

Ad quartum resp. quòd licet psalmistatus non sit ordo, largo tamen modo, prout se extendit ad officium, vel ad aliquod annexum ordini, potest dici ordo.

Ad quintum resp. quòd licet lector ignarus nesciat exercere actum ordinis eius, suscipit tamen potestatem in receptione ordinis.

Ad sextum resp. quòd licet actus subdiaconi sit circa uasa irrationalia; non tamen est circa ea, prout huiusmodi sunt; sed potius, prout ad hunc ordinem, siue referuntur ad continentiam corporis Christi, quòd est dignius omnibus rebus.

Ad septimum resp. quòd actus summus & principalis diaconi est ministrare sacerdoti in consecratione corporis Christi immediate super altare, ad quē actum omnes alij actus referuntur.

Ad octauum resp. quòd in textu ponuntur principales actus, & communes omnibus sacerdotibus; absoluere autem à peccatis non posuit, quia licet absoluere à peccatis, sit solius sacerdotis actus, non tamen omnes communiter habent, cum multi careant potestate iurisdictionis.

DISTIN. XXVI.

Continuatur ad proxime præcedentem, quia prosequitur regulam Apostoli, uidelicet, quòd oportet episcopum esse vnius vxoris uirum, quod negatiue exponendum est, idest non plurium; Non enim exigitur, vt primo habuerit vxorem, sed si contingit habere vnam non accipiat post secundam, si vult promoueri.

ARTIC. I.

Vtrum bigamia inducat irregularitatem?

Ad primum videtur dicēdum, quòd non; quia si secus esset, aut esset propter signum incontinentiæ, aut propter defectum integritatis in signo ex parte sacramenti; non propter primum, quia maius signum incontinentiæ est fuisse fornicatum cum pluribus, quàm cognouisse affectu coniugali multas; sed qui cum multis fornicatus est non propter hoc est irregularis.

Item nec propter secundum; quia sicut matrimonium consumatum significat indiuisibilem vnionem naturæ humanæ cum vna persona Christi; ita matrimonium non consumatum significat vnionem vnius ecclesiæ cum vno sponso, scilicet Christo; sed ille, qui habuit plures virgines & nullam cognouit, non est irregulatis; ergo nec ille, qui habuit plures vxores, & utranque cognouit.

Præterea, sicut se habet vna virtus ad aliam virtutem, ita vnum sacramentum ad aliud; sed una virtus non impedit alterius susceptionem, ergo nec propter sacramentum Matrimonij iteratum impeditur homo à susceptione ordinis.

Præterea, ille qui nullam vxorem duxit non est propter hoc irregularis, & nihilominus in eo non est aliqua significatio coniunctionis Christi ad ecclesiam; ergo nec erit irregularis, qui plures vxores habuit eadem ratione.

Sed contra dicitur in cap. vnius vxoris, vbi Hiero. in epist. 65. ad oceanum, distin. xxvj. & tot. tit. de bigamis.

Resp. dicendum, quòd bigamia dicitur defectus ex secundis nuptijs prouenienes, ratio est propter defectum sacramēti, quia non est ibi sacramentum unitatis, cum non sit vir vnius, ex quo diuisit carnem suam in plures; vnde qui habet alijs sacramenta ministrare nullum defectum in sacramentis pati debet: defectus autem sacramenti est quando sacramenti significatio integra non inuenitur; sacrementum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ est unius ad unam; & ideo requiritur ad perfectam significationem sacramenti, vt vir sit tantum unius vxoris, & vxor unius viri, ibi enim significatum unitum est, & significans unitum esse debet; contrahitur autem bigamia septem modis.

Primo cum quis successiue, & diuersis temporibus duas uxores legitimas, & ambas cognouit ca. aperiant 3 r. quæst prima.

Secundo quando diuersis temporibus plures habuit, vnam de iure, alteram de facto, & ambas cognouit, qui propriè bigamus non est propter sacramenti defectum, sed propter intentionis affectum, cum opere subsequuto. cap. nuper. de bigamis.

Tertio quando contrahit cum uidua cognita ab altero marito. c. seriatim. 32. dist.

Quarto, quando contrahit cum corrupta à quocunque alio scienter, uel ignoranter, & eam

C co-

cognoscit.c.curandum.34.dist. Quinto quando uxorem propriam cognouit postquam cognita est ab alio c.si cuius. 34.dist.sexto, quando promotus ad ordines sacros, vel professus in religione approbata contrahit cum aliqua de facto, licet de iure non possit, nam contra tale præsumitur de incontinentia inhærente.

Ad primum Respon. quòd licet in fornicarijs sit maioris concupiscentiæ signum; non tamen concupiscentiæ, ita adhærentis, quia per fornicationem unus alteri in perpetuum non obligatur; secunda autem consequentia non ualet, quia licet matrimonium non consumatum significet unionem animæ cum Christo per charitatem; non tamen significat unionem Ecclesiæ cum Christo factam per assumptionem naturæ humanæ à diuina persona; sed matrimonium consumatum; in quo est & coniunctio animarum, & coniunctio corporum significat unionem Christi, & Ecclesiæ; ideo non militat ratio prædicta.

Ad secundum Respō. negando consequentiam; quia sacramentum matrimonij non repugnat susceptioni ordinis, vt patet in eo, qui unicam habuit, & uirginem; sed defectus integritatis, in sua significatione.

Ad tertiũ resp.quòd in eo, qui nullam habuit uxorem, non cadit impossibilitas significandi unionem prædictam; & ideo non militat ratio.

DISCTIN. XXVII.

Continuari potest hoc pacto. Dictum est supra de bigamis contra quos præsumitur de incontinentia. Ideo hic dicitur de continentia clericorum.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter ab Ecclesia sit institutum, ut ordini sacro uotum continentiæ sit annexum.

AD primum uidetur dicendum, quòd non, quia typus, & veritas sibi respondent; ordo autem veteris legis typus fuit ordinis nouæ legis; ergo respondent sibi, sed constat, quòd ordini ueteris nō erat annexum continentiæ votum; cum sacerdotes illius temporis haberent uxores, & ducebant uxores in ordine existentes; ergo etiam in ordine nouæ legis deberet esse sic.

Præterea, Matrimonium est in remedium concupiscentiæ; sed hic morbus maxime viget in clericis, vt patet; ergo eis non debuit denegari.

Præterea, ea quæ sunt perfectionis per consilium, per consilium debemus induci; non mandato obligari; si ergo abstinere ab omni muliere perfectionis est, non uidetur, quòd ad hoc debuerunt clerici per præceptum obligari.

Præterea, sic non est maioris perfectionis moderna Ecclesia, quàm primitiua; sed tunc non fuit indicta continentia clericis; ergo nec nunc debuit indici.

Preterea, sic prelatorũ status debet esse perfectissimus, quia simul iniuncta est contemplatio cum actione; ergo, cum status clericorum debeat esse perfectus, videtur, quòd status eorum conueniat non tantum generatio spiritualis per verbum, & exemplum, quantum ad statum contemplationis; sed etiam generatio prolis carnalis, quantum ad statum actionis, uidetur quòd eis non debuit matrimonium interdici; quæritur ergo, quæ fuit ratio huius statuti.

Sed contra facit cap. Diaconus. infra eadem distinct.

Resp.dicendum, quòd hoc statutum de continentia clericorum fuit ab Eccesia conuenienter, & rationabiliter factum, quę conclusio iuxta dominũ Bonauenturam probatur ex tribus capitibus. tum primo, quia Ecclesia potuit siue licuit; secundo, quia decuit; tertio, quia expediens fuit. Potuit autem Ecclesia facere hoc dupliciter, tum propter authoritatem prælatorum, & maxime Pontificis summi, tum propter consensum subditorum.

Propter authoritatem nanque potuit, quoniam si omnia sacramenta authoritatem recipiant in dispensante aliquo modo, maxime sacramentum illud ordinis, in cuius signum in ordinis datione loquitur, ut potestatem habens ille, qui ordines confert; unde & dicit accipe potestatem &c. & ideo illud onus, quod voluit summus Pontifex huic ordini siue sacramento alligare potuit, & sibi licuit, sed huic authoritati, & potestati successit in latinis voluntas obtemperandi; quia tale statutum libenter super se receperunt; & hæc duo fecerunt statutum illud firmum.

Sed Greci dederunt tergum, & quia non consenserunt in tam nobile statutum, ut vasa sua seruarent munda, ablatum est eis regnum.i. intelligentia scripturarum, & datum est genti facienti fructum eius; sic ergo patet, quòd potuit, nec solum licuit, immo etiam decuit, & hoc propter duo, quoniam in actu carnali, qui est vsus matrimonij, vt plurimum est libido; & in cohabitatione, plurimum est solicitudo; & libido siue carnalis delectatio reddit fœtidum & immundum, & solicitudo reddit diuisum; & quoniam clericum in sacris ordinibus constitutum decet esse mundum, cum ferat vasa domini; iuxta illud Esaj. 52. Mundamini qui fertis vasa domini; decet et esse solicitum, & attentum, vt solicite & diligenter seruiat domino, & studeat quomodo placeat Christo; ideo decens fuit eos ab vxoribus separari, vt per omnia fierent idonei cultores & ministri altaris; si.n. illi, qui comedebant panes propositionis vasa munda habere debebant, ut habetur. 1.Reg.a t.quanto magis isti qui agno immaculato assistunt. & dispensant, & sumunt omni puritate, & sanctitate debent fulgere, & vasa sua custodire in sanctificatione, & honore, non ex desiderij passione vt loquit

Apo-

Apostolus. 1. ad Thessalonic. 4. certe hoc non tantum decens, sed etiam decentissimum iudicabit omnis anima, quæ est templum spiritus sancti, & non tantum decuit, sed etiam expediens fuit, & etiam propter duo primo propter uitandum irregularitatis periculum; secundo propter uitandum latrocinium propter uitandum quidem periculum, quia similiter, quæ est uxor alicuius, si cognoscat alium uirum, & ille uir coniux eius postea cognoscat eam, iam irregularis est: & idem si uxor sacerdotis græci fornicetur, iam amplius, nec cum ea, nec cum alia potest rem habere, & quia difficile est abstinere, frequenter in irregularitatem inciderent, & cum periculo ministrarent si uxores haberent secundo uero propter uitandum latrocinium; si enim Episcopi, & Archiepiscopi nunc filios haberent omnia bona Ecclesiastica furarentur & diriperent, ita quòd pauperibus pauca aut nulla remanerent, cum enim modo congregent, & ditent nepotes quasi gradibus bus incomputabiliter ab eis elongatos, quid facerēt si haberent filios legitimos. unusquisque attendat quantum esset periculum; ideo prouidit spiritus sanctus hoc offendiculum auferre, & Dei consilio hoc statutum fuit in Ecclesia sancta Dei, ut clerici ad sacros ordines uenientes nullo modo matrimonio possent uti.

Ad primam resp. negando consequentiam, & ratio est duplex iuxta Albertum magnum. Prima est, quòd perfectior est ueritas, quam typus, & figura; & ideo non mirum si plus inueniatur in ueritate. 1. ordine noui testamenti, quam in figura ueteris testamenti. Secunda quia figura illa non erat perfecta in omnibus figurans, quia liceat ordo fuerit figura ordinis; taman non fuit figuratus figure ordinati, quia illi sacerdotes fiebant in propagatione carnis, tempore paucitatis fidelium; sed isti sunt propagationis spiritualis, & ita ratio non procedit.

Ad secundam respondetur, negando consequentiam, & ratio est, quia iuxta dominum Bonauenturam, licet clerici indigeant remedio, non tamen est solum remedium matrimonium ad uitandam fornicationem, sed multo nobilius est macerare carnem; unde quando otium est, & nulla est carnis maceratio, sed nutritur & impinguatur uenter, tunc præstatur formentum igni luxuriæ; & ideo aliquibus uidetur continere non posse, sed si occuparent se bono exercitio; & carnem macerarent, alio remedio non indigerent; & istud remedium est eis concessum, quia conuenit eorum statui, Aliud uero remedium non competit eorū cælibatui.

Ad tertiam Resp. quòd nullum Ecclesia compellit absoluta impulsione, sed sub conditione, quæ est in uoluntate hominis. f. si uelit ordinem suscipere, & hoc non est compellere simpliciter, sed homo tunc se obligat, qñ uoluntarie sumit ordinem p oportet enim quòd accipiat ipsum cum suo onere, & ita ratio non ualet, quia fundatur in falso.

Ad quartam Resp. negando consequentiam, & ratio est, iuxta dominum Bonauēturā, quia hæc institutio non competebat statui primitiuæ Ecclesię, tum propter paucitatem personarum, tum propter paupertatem, tum propter modestiam & honestatem, propter paucitatem, quia oportebat clericos fieri de nouo conuersos, qui ut plurimum uxores habebant, nunc autem à cunabulis instituuntur: propter paupertatem, quia tunc nō erant diuitiæ in Ecclesia, unde non erat tantum tunc timendum de furto; sed post Dei dispensationem Ecclesia temporalia habuit, ne charitate refrigescente tam in laycis, quam in clericis cultus Dei periret, qui dilatari deberet; unde tunc non oportuit continentiam indicere, tum propter modestiam, quæ erat in illis; sciebant enim uxoribus melius, & temperatius uti.

Ad quintam Resp. negando consequentiam, & ratio est iuxta dominum Bonauenturam, quòd quædam est actio, quæ iuncta contemplationi non eam impedit, sed fortiorem facit, ut sunt opera misericordiæ, & pietatis quædam autem est actio, quæ mentem deijcit de arce, & talis est actio coniugalis, quia sicut dicit August. nihil mentem uirilem adeo de arce deijcit; quam tactus membrorum fœmineorum, & hoc supra tactum fuit; & ideo dico, quod clericis talis actio non compet. t, sed actio quantum ad opera misericordiæ; unde eis commissa sunt bona pauperum dispensanda, vt in operibus pietatis ea impendant, non ut curam carnis in desiderijs faciant.

DISTIN. XXVIII.

Continuat materiam ad proxime præcedentem Distinct. tractans de continentia clericorum.

ARTIC. I.

Vtrum relicta monachi, uel ordinati possint contrahere.

Ad primum uidetur dicendum, quòd sic, quia ista nunquam uouit solemniter; ergo contrahere potest.

Præterea, nullus potest alterum obligare ad ea, quæ sunt perfectionis; ergo maritus suscipiens ordines, uel professionem omittens non potest obligare vxorem.

Sed contrarium dicitur in c. si se cuique mulier. 28. Distin. ibi, si se cuique mulier duplici coniugio presbyteri, uel diaconi relicta coniunxerit, aut separentur, aut certè si in criminis intentione perstiterint pari excommunicatione plectantur. Concil. Aurelianensé. 1. c. 1 5.

Resp. dicendum, quòd relicta prædicta contrahere non potest, quia eo ipso, quòd consensit, virum suum promoueri, uel profiteri, aut tacuit cum potuit, præsumitur consensisse, vnde amplius reclamare non potest, nec alteri nubere, nec requirere uirū. o. scientiam. 3 2. dist.

Ad primum resp. negando antecedens, dicitur. n. uotum illud, quod intelligitur facere vxor in consentiendo solemni actioni voti mariti, esse quoque so-

lemne; uir.n.& uxor sibi communicant actiones. c.si quis.30.q.4.

Ad secundum resp. quòd nullus arctauit vxorem ad continentiam, sed ipsa arctauit se consentiendo marito suo promoueri, vel profiteri; vnde si maritus factus fuerit episcopus tenetur ipsa, siue suspecta, siue non, ingredi religionem, c.sane. de conuers. coniug. si uero factus non sit episcopus, sed promouetur ad ordin.sacr.seu profitetur, tunc si est suspecta, tenetur ingredi obligationem, sicut minus stabit caste in loco tuto, honesto, & condecenti.

DISTIN. XXIX.

Continuari potest hoc pacto, quia in superiori distinctione quædam capitula posita sunt contraria; Nunc in hac distinctio. ad solutionem multorum contrariorum ponit, quòd quędam sunt capitula localia, quædam temporalia, quædam casualia, quæ non sunt trahenda in consequentiam in alijs locis, vel temporibus, vel personis, vel causis; vnde licet non in omnibus hæc solutio habeat locum; habebit tamen in multis ne fiat noua expositio in canone, vel in iure c. relatum. 32. dist. c. non auferamus. 24. quæst. 1.

DISTIN. XXX.

Continuatur per se ipsam, vt patet in litera, quòd scilicet lex debet intelligi eo loco, & tempore, & causa, & ex persona.

ARTIC. I.

Vtrum propter obsequium præstandum parentibus debeat aliquis retrahi ab ingressu religionis?

A

Ad primum videtur dicendum, quòd sic. per c. si qui filij distinctio. 30. vbi Concilium Gangrense.

Præterea, non licet prætermittere quòd est necessitatis, vt fiat id, quòd est liberum uoluntati; ergo non est relinquendum parentum obsequium, propter religionis ingressum.

Præterea, seruus nõ potest relinquere obsequium domini sui, vt ingrediatur religion-m; ergo minus licebit filio, consequentia patet.

Sed contra habetur Mat. 4. vbi Iacobus & Ioannes relictis retibus, & patre sequuti sunt Dominum S. Tho. 2 2.q.189.Art.6.

Resp. dicendum, per tres conclusiones. Prima quòd parentes habentes filios, nõ possunt licite ingredi religionem, neglecta cura filiorum. Parentes enim cum habeant rationem principij filiorum, in quantum huiusmodi per se eis conuenit, ut filiorum curam habeant, idest Tim. 5. si quis suorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior; ideo eos parentes deserere non possunt; secunda sit conclusio, quòd parentibus in necessitate cõstitutis ita, quòd eis commode aliter, quam per obsequium filiorum subueniri non posset, non licet filij prætermisso parentum obsequio religionem intrare; quia patre incurrente necessitatem, bona, de quibus filius potest sibi administrare, iam sunt partim sibi debita, de alieno autem nullus potest Deo sacrificium facere.

Præterea, obligatio subueniendi parentes est præcepti, ingredicndi autem religionem est consilij; vnde tenemur magis ad præceptum, quam ad consilium; pertinet enim illud ad præceptum, Honora patrem tuum & matrem tuam. Tertia sit conclusio, quod parentibus non existentibus in tali necessitate, filij possunt absque eorum obsequio, imo etiam contra eorum præceptum ingredi religionem. Mat. 10. qui curat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus, vbi glo. male facit, qui carnalem affectum præfert spirituali.

Ad primum resp. quòd ille textus procedit in casu, quo parentes sunt in necessitate aliqua constituti, & sic per hæc patet resp. etiam secundi.

Ad tertium resp. negando consequentiam, quia cum seruitus in pœnam peccati sit inducta, ideo per eam aliquid adimitur homini, quòd alias ei competeret, ne scilicet de sua persona libere disponere possit, quæ ratio cessat in filio. not. tamen, quòd postquam filius ingressus est religionem, atque professus, non potest absque licentia sui prælati exire ex ea ad subueniendum parentibus, etiam in necessitate constitutis, spiritualia enim semper præferenda sunt carnalibus; sed religiosi se obligauerunt pro professionem ad obsequium spiritualis patris, scilicet Dei, ergo non debent absque licentia prelati religionem dimittere.

DISTIN. XXXI.

Continuari potest hoc pacto, quia dictum fuit, quòd quædam leges conduntur ex causa, ex loco, & tempore &c. Hic dicit quo tempore subdiacon: cœperunt obseruare continentiam.

DISTIN. XXXII.

Continuat materiam tractans de continentia clericorum, dicens in litera seruanda est; ergo cõtinentia ab omnibus clericis in sacris ordinibus constitutis est seruanda.

Diuiditur in sex partes. In prima dicitur, quòd constituti in sacris ordinibus seruare debent continentiam, in minoribus autem non coguntur ad id; In secunda dicitur, quòd non est vitanda missa publici concubinarij. In tertia ponit differentiam inter sacramenta ministrata à peccatoribus catholicis, & ministrata ab hæreticis. In quarta ponitur, qualiter puniantur clerici in sacris ducentes uxores. In quinta prohibetur clericis commercium cum fœminis. In sexta ostenditur, qui comprehendantur appellatione præsbyterorum.

AR-

ARTIC. I.

Vtrum Clericus coniugatus possit habere beneficium.

AD primum videtur dicendum, quòd sic, per c. quia tua. 13.q.1.& c.si qui 32.dist.vbi Greg. Aug.Anglorum episcopo cap.2.

Sed contra dicitur c.sane.de cler. coniug.

Resp. dicendum, quòd clericus coniugatus clericaliter viuens,& ecclesiæ seruiens, potest ab ecclesia suscipere stipendium suæ sustentationis. d.c. si qui vero; beneficium autem nec simplex, neque curatum nequaquam: & licet olim concederetur, hodie tamen secus est per d.cap.sane; & ita patet resp. ad obiecta.

ARTIC. II.

Vtrum Clericorum concubinariorum notoriorum officia sint à fidelibus audienda?

AD secundum videtur dicendum, quòd sic, quia non minus valet ipsorum missa, quàm alterius boni sacerdoti, vnde Aug. lib. de corpore Christi, quòd in ministerio corporis, & sanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus proficitur sacerdote; vnde nec in homine bono, nec in homine malo aliquis sacramenta fugiat.

Præterea, multa peccata grauiora sunt, quàm fornicatio; sed illa hoc non vetant; ergo nec istud.

Sed contra dicitur in c. nullus.32. dist. ibi nullus missam audiat præsbiteri, quem scit concubinam indubitanter habere.

Resp. dicendum quòd clerici notorij concubinarij per sententiam vel confessionem factam in iudicio, vel per rei euidentiam, vt nulla tergiuersatione cælari possit, non est audienda missa,& hoc in pœnã peccati illius, & vt confusi de culpa ad gratiam redeant, & vt alij retrahantur ab ipsorum imitatione.

Ad primum resp. negando consequentiam; quia hoc non prohibentur ob defectum missæ, sed ob rationem dictam.

Ad secundum respon. negando consequentiam; quia licet fornicatio non sit grauior, tamen ad eam suot homines proniores,propter carnis concupiscentiam, & ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitum est in ecclesia.

ARTIC. III.

Vtrum Clerico notorio fornicario sint fructus beneficij subtrahendi?

AD tertium videtur dicendum, quòd non. gl. cap. studeas dist. 15. vbi clerico suspenso tantum relinqui debet sibi, vnde se,& suos possit sustentare.

Sed contra dicitur cap. præter hoc dist. 32. vbi Alex. 2. vbi dicitur, quòd talis nec ab ecclesia partem suscipiat.

Resp. dicendum,quòd si ipse stat contumaciter in crimine, propter quòd sit excommunicatus, vel suspensus, tali subtrahendi sunt fructus beneficij, nec est ei de illis subueniendum, nisi in extremã necessitate; suspensus enim ab officio dicitur suspensus à beneficio, quoniam beneficium datur propter officium; si vero non fuerit suspensus, aut excommunicatus prouidẽdum est ei de fructibus, quo ad sustentationem vitæ,& sic patet responsio ad obiectum.

ARTIC. IIII.

Vtrum sacramenta a sacerdotibus criminosis exhibita, sint à fidelibus suscipienda?

AD quartum videtur dicendũ,quòd sic; quia, vt dictum est, Christi sacramenta nec in bono,nec in malo fugienda sunt.

Præterea, corpus Christi verum figuratiuum est corporis Christi mystici; sed à sacerdotibus quantuncunque criminosis verum corpus Christi consequatur; ergo qui sunt de corpore Mystico, possunt ab eis sacramenta suscipere.

Præterea, virtus diuina prætualet malitiæ humanę; sed sacramenta diuina virtute continent gratiam & causant; ergo qui ea suscipit à quocunque suscipiantur recipit gratiam.

Sed cõtra dicitur in c. præter hoc.dist.32. vbi prohibetur quis audire missam publici concubinarij, ergo multo magis suscipere ab eo sacramenta, quo casu dicitur per similitudinem quodammodo committere Idolatriam, vt dicitur. d.in loco.

Resp. dicendum per duas conclusiones. primo quòd ab hereticis,schismaticis, & excommunicatis non sunt suscipienda sacramenta,nisi baptismus, tantum in casu necessitatis; ab illis enim sacramenta suscipienda non sunt, cum quibus maxime sic diuinis non est communicandum, sed cum illis non est communicandum; ergo consequentia valet; baptismus autem ideo potest suscipi ab eis, nam ad misericordiam eius,qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet vt in his, quæ sunt de necessitate salutis homo de facili remedium inueniat; at baptismus est huiusmodi; ideo ab omnibus suscipi potest.

Secunda sit conclusio,quòd grauiter peccant quicunque recipiunt sacramenta scientes à prædictis etiam occultis; quia ipsi necant dispensantes sacramẽta, & qui communicat alicui in peccato particeps peccati efficitur,vt patet, ab alijs autem criminosis, qui tolerati sunt ab ecclesia, qui non sunt suspensi, neque excommunicati, licitè quis potest sacramenta suscipere, quia per hoc non dicitur induci minister ad peccandum, cum in momento pænitere possit.

Ad primum resp. quòd intelligitur de malo ministro tolerato ab ecclesia.

Ad secundum resp. quòd vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti; illi autem,qui indignè percipiunt vel ministrant, priuantur tali fructu; ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum ab eis,qui non sunt in vnitate ecclesię.

Ad tertiũ negatur consequẽtia, quia licet sacramẽta virtutem suam non amittant; tamen in eo, qui indi-

indignè accedit, contra obedientiam ecclesiæ faciēs, effectum non habent, loquendo uero de sacerdotibus criminosis suspensis quoad se, & quo ad alios, ut fornicarij notorij, & simoniaci, sit ista conclusio, quod à talibus non sunt sacramenta suscipienda, nisi baptismus tempore necessitatis.c.quæ situm de cohabit. cler. & mul.c. tanta, de simonia; nullus.n. suscipere debet sacramenta contra ordinationem ecclesiæ, at ecclesia hoc prohibet; ergo male facit con tra ipsam.

ARTIC. V.

Vtrum cum clericis in sacris constitutis licitum sit habitare mulieres.

AD quintum uidetur dicendum, quod sie; quia episcopi & prælati repræsentant personam Apostolorum, sed ipsi in eorum comitatu,& consortio mulieres habuerunt 1.Cor.9. Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem in fide conducendi nobiscum.

Præterea si conuersatio mulierum est suspecta, nec in ecclesiis conuersari cum eis deberent; sed hoc est falsum; ergo & antecedens.

Sed contrarium dicitur in c.interdixit 32.dist.ubi Nicenum Conc.cap.3.& c.1.de cohab.cler.& mul.

Resp. dicendum, quòd optima ratione factum est ut prohibeatur cohabitatio mulierum cum clericis, propter custodiam castitatis; præsumptuosum .n.esset se existimare Dauid fortiorem, & Salamone sapientiorem.Aug.lib. 50. hom.in hom.21.& propter testimonium bonæ famę, quæ maxime conuenit clericis, quibus non sufficit uita sancta, nisi sit bona fama; consanguineæ uero ascendentium & descendentium usque ad quartum gradum possunt licitè cum clericis cohabitare, cum quibus naturale fædus non permittit in talibus suspicari. c.a nobis.de cohab.cler. & mulier. in linea uero transuersalium possunt usque ad secundum gradum inclusiue, nisi istæ, uel illæ secum habeant alias personas suspectas.c.legitur. 81.dist episcopis uero non licet etiam cū cōsanguineis immoderatam familiaritatem habere, ne uilis & contemptibilis habeatur.c. quorundam.dist.34.similiter nec etiam cum consanguineis licitum est habitare, ubi suspicio Iuuentutis seu caloris naturalis; opportunitas.n.latronē facit; similiter licitum est clerico tenere in domo sua uxorem, quam prius habuit ante susceptionem ordinis, dummodo sit uetula, de qua suspicio oriri non possit. c.uoluntas.dist.81.episcopi vero,& religiosi nullam debent ad choabitandum mulierem admittere,

Ad primum Resp. negando consequentiam; quia longa est differentia inter Apostolos, & clericos nostros, illi enim summa sanctitate pollebant confirmati ex alto; & quia illæ sequebantur Apostolos desiderio doctrinę dominicæ, non autem cohabitabant cum eis.

Ad secundum Resp. negando consequentiam; quia non est simile de Ecclesiæ domo publica, & de domo clerici priuata.

DISTIN. XXXIII.

COntinuatur à se ipsa cùm dicitur, Ecce quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere non possunt, vel si bigami aliqui fuerint inuenti ad sacros ordines ascendere non valent, sed quæritur, si quis præter vxorem concubinam habuerit, vtrum in sacerdotem promoueri valeant? Resp. quòd tales à sacris ordinib. authoritate canonum Apostolorum prohibentur.c.1. & seq.ead.D.

DISTIN. XXXIV.

COntinuat materiam cohabitationis clericorum & mulierum, cum dicitur: Domesticarum quoque personarum immoderatam familiaritatem episcopum uitare oportet.c.quorundam ead.dist.

DISTIN. XXXV.

COntinuat regulam Apostolicam dicens; Oportet ordinandum esse sobrium non vinolentum.

ARTIC. I.

Vtrum materia propria virtutis sobrietatis sit potus uini.

AD primum uidetur dicendum, quòd non; quia sap.8. ponitur ibi sobrietas pro temperantia, sed temperantia uersatur non solum circa potum, sed etiam circa cibum, & uenerea, ergo materia propria sobrietatis non est potus.

Preterea, nomen sobrietatis à mensura dicitur deductum; unde sobrius dicitur a se, & bria.quod est mensura, quasi mensuram seruans; unde ad tit 2.sobrie, & iuste, & pie uiuamus, vbi gl.dicit sobrie in nobis.

Præterea, ad Rom 12.non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem;ergo non solum est circa potum, sed etiam circa sapientiam.

Sed contrarium dicitur in c.1.dist.35. ubi dicitur, quòd sit sobrius, qui ordinandus est non uinolentus, ubi propria materia sobrietatis notatur potus uini; ut per Gratianum ibidem. S. Tho.2.2.q. 149.art.1.

Resp.dicendum, quòd materia propria sobrietatis propriè est uinum eccl.31. Aequa uita homini uinum in sobrietate potatum; communiter autem sumendo nomen sobrietatis potest in quacunque materiâ dici, uerum quia modicus excessus in potu plus nocet, quàm in alijs, ideo sobrietas specialiter est circa potum; unde quamuis mensuram in omnibus requiratur, non tamen sobrietas propriè in omnibus dicitur, sed in quibus mensura est maxime necessaria, sicut est in potu, uirtus.n. illam materiam specialiter sibi uendicat, in qua difficilli-

ficillimum & optimum est conditionem huius obseruare, sed difficillimum est amare in potu mensuram; ideo dicitur eius propria materia sobrietas, & sic patet resp. ad 2. argum.

Ad tertium resp. negando consequentiam; quia sobrietas non est proprie circa sap étiam, nisi per quandam similitudinem.

ARTIC. II.

Vtrum sobrietas magis requiratur in ministris Ecclesię quàm alijs?

AD secundum videtur dicendum, quòd non: quia hoc magis competit mulieribus, & iuuenibus, qui magis concupiscentia carnis vexatur; vnde ad Tit. 2. Iuuenes similiter exortare, vt sobrij sint.

Sed contrarium dicitur in c. 1. dist. 35. vbi oporter episcopum esse sobrium. S. Thom. 2. 2. quæstio. 149. articu. 3 t.

Respon. dicendum, quòd virtus habet habitudinem ad duo, vno quidem modo ad contraria vitia, quæ excludit, & concupiscentias quas refrenat, alio modo ad finem, ad quem perducit; sic ergo aliqua virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione, vno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias, quàm oportet per virtutem refrenari, & ad vitia, quæ per virtutem tolluntur; & secundum hunc modum fit ista conclusio, quòd sobrietas maxime sit necessaria in iuuenibus, & mulieribus; alio vero modo sobrietas magis requiritur in aliquibus, vt pote maxime necessaria ad propriam operationem ipsorum, secundum quem modum sobrietas maxime necessaria dicitur ministris ecclesiæ, in quibus maxime vigere debet iudicium rationis, quod impeditur ex vino immoderatè sumpto, & sic patet resp. ad obiecta.

ARTIC. III.

Vtrum vsus vini sit totaliter prohibitus?

AD tertium videtur dicendum, quòd sic, per cap. ab exordio. distinct. 35. ibi bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere, & in cap. sequen. luxuriosa res est vinum, & contumeliosa ebrietas omnis, qui cum his miscetur non erit sapiens, & ad Roma. 14. bonum est, non manducare carnem, nec vinum bibere, in quo frater tuus offenditur.

Sed contrarium dicitur. 1. Timo. 5. Noli ad huc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomacum tuum. S. Thom. secunda secundæ, quæst. 149. artic. tertio.

Respondeo dicendum, quòd nullus cibus, vel potus secundum se consideratus est illicitur, Matth. 15. Nihil quòd intrat in os coinquinat hominem, potest tamen illicitus reddi per accidens, quandoque quidem ex conditione bibentis; quia vino de facili lęditur, vel quia speciali voto obligatur, vel quia mensuram in bibendo excedit.

Ad obiecta respondeo, quòd retrahitur ibi à vino studio perfectionis, sicut à diuitijs, & alijs huiusmodi; Ad secundum respondeo, quòd loquitur in textu de excessiua potatione; Ad tertium respondeo, quòd Apost. non loquitur simpliciter; sed quando procedit cum scandalo.

ARTIC. IIII.

Vtrum sacerdoti Euangelico liceat bibere uinum?

AD quartum videtur dicendum, quòd non Leuit. 10. Vbi interdicitur uinum sacerdoti legali, ergo multo magis euangelico; & illud dicitur præceptum sempiternum; ergo usque nunc dicetur uigere eo maxime; quia sacerdos euangelicus tenetur magis uacare spiritualibus.

Sed contra 1. ad Timo. 5. modico uino utere & c. luxuriam. distinctione 35. luxuriam facit & nutrit uini perceptio nimia, non natura; & propterea non uos uti uino, sed inebriari prohibeo.

Respondeo dicendum, quòd sacerdoti licitum est potare uinum, sobrie tamen, ut patet etiam exemplo summi sacerdotis Christi, & discipulorum eius Io. 2. & Luc. 22.

Ad obiectum respondeo, quòd sacerdoti non erat prohibitum, nisi quando ingrediebatur tabernaculum, vel ad altare testimonij accedebat, & hoc facit etiam sacerdos euangelicus, qui ieiunus accedit ad altare; illud autem erat præceptum sempiternum, secundum spiritualem intellectum; non autem secundum literam, nec impedit vsum rationis, nec uacare spiritualibus, quando sobrie sumitur; de hac dixi in summa peccat. c. p. secunda tit. septimo, quæstione 12.

DISTIN. XXXVI.

COntinuatur per se, quia prosequitur c. Apostolicæ regulæ, quo ad partem illam, oportat ordinandum esse prudentem.

ARTIC. I.

Vtrum liceat illiteratos ad ordines promoueri?

AD primum uidetur dicendum, quòd sic; quia sicuti literatus & illiteratus suscipit alia sacramenta, suscipiat quoque sacramentum ordinis; arguendo à simili.

Præterea, pueri possunt ad ordines promoueri c. in singulis. 77. distinct. qui penitus illiterati dicuntur esse.

Præterea, multi sunt ordines, ad quorum executionem non uidetur necessaria aliqua literarum peritia, sicuti est ordo ostiariorum deputatorum ad custodiam templi materialis. capitulo cleros. 21. distinctione.

Sed contra dicitur in cap. illiteratos distinct. 36. ibi, illiteratos, aut aliqua parte corporis uitiatos, uel imminutos nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; quia literis carens sacris non po-

test esse aptus officijs, & viciosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt, similiter qui se ipsos abscindunt, vt ibi Gelasius Papa in episto. ad Episcopos per lucaniam. c. 18. & 19. Hodie uerò minores ordines non conferuntur, nisi illis qui saltem linguam latinam intelligant. cap. 11. Sess. 23. Concil. Tridentino.

Respondeo, dicendum, quòd illiteratos penitus; qui scilicet penitus nescit literas, non est ordinandus. Leuit. 21. vbi cæcus à sacerdotio repellitur & 2. Reg. 5. cæcus & claudus non intrabunt in templum, si vero erit parum sciens, & sit spes, quòd possit proficere, poterit promoueri ad minores ordines, non autem ad maiores, nisi optime fuerit in litteris versatus.

Ad primum resp. quòd sacramentum ordinis constituit in gradu excellentiæ super alios; ideo requirit peritiam.

Ad secundum respondeo, quòd ille textus dicit contrarium, in casu autem, quòd recipiant ordines, recipient quidem ordinem virtute caracteris, sed non exercitium ordinis, propter defectum scientiæ & rationis.

Ad tertium resp. negando assumptum; quia ostiarij inter bonos, & malos habentes iudicium fideles respuunt.

DISTIN. XXXVII.

Continuatur per se cum dicitur, sed quæritur. An secularibus literis oporteat eos esse esuditos?

ARTIC. I.

Vtrum licitum sit clericis secularibus literis eruditis?

AD primum videtur dicendum, quòd non, per cap. primo, & sequen. trigesimaseptima distinct one.

Præterea, ad Coloss. 2. videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & maximè fallaciam secundum traditionem hominum, & non secundum spiritum.

Sed contra dicitur in cap. legimus. 37. distinct. vbi Hyeron. in Proem. super Lucam ibi; legimus aliqua ne negligantur; legimus ne ignoremus; legimus non vt teneamus, sed vt repudiemus. Præterea licitum est vocare ancillas ad obsequium dominę earum; sed omnes aliæ scientiæ famulantur theologiæ; ergo licitum est studere volentibus in scientia theologica vti ancillis eius; vnde Paulus aliqua suis scripturis inseruit philosophorum, & poetarum. 1. Corint. 15. & Pronerb. 2. dicitur, quòd audiantur verba sapientiæ, & enigmata eorum, idest philosophorum. de hoc dixi in summa omnium hæresum p. 1. ver. studium.

Ad primum respondeo, quòd cum scientia sit perfectio intellectus, & virtus intellectualis, vsus eius non vituperatur, sed abusus; vnde scientia ista damnatur, nisi ordinetur ad veram sapientiam.

Ad secundum respondeo, quòd phylosophia damnatur, quæ docetur ad fidei impugnationem prohibens ne plus credatur phylosophiæ, quam fidei, quæ transcendit humanam rationem, & omnem naturæ potestatem.

DISTIN. XXXVIII.

Continuat materiam cum dicit. Dum itaque voluntaria ignorantia omnibus sit obnoxia, sacerdoribus est periculosa; ignorantia enim mater est cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei euitanda est. capitulo ignorantia, eadem distinctione.

ARTIC. I.

Vtrum ignorantia in sacerdotibus sit peccatum?

AD primum videtur dicendum, quòd non, nam August. in Enchiridion inquit, quòd est inflicta nobis rerum agendarum ignorantia, & concupiscentia noxiorum, sed nullum peccatum est nobis inflictum; ergo ignorantia non est peccatum.

Præterea, in omni peccato est ab incommutabili bono auersio, & conuersio ad commutabile; sed ignorantia nulla est conuersio ad commutabile bonum; ergo non est peccatum.

Præterea, nullum peccatum remanet post pœnitentiam, sed ignorantia remanet; ergo non est peccatum.

Præterea, omne peccatum est in affectu; cum omne peccatum sit voluntarium; sed ignorantia est in intellectu; ergo non est peccatum.

Præterea, si ignorantia est peccatum, ignorare est peccatum, & per consequens tot essent peccata, quot instantiæ illius.

Sed contrarium dicitur in cap. 1. & sequen. distin. 38. dic vt dixi in sum. pec. cap. par. 1. titu. 5. quæstio. 37. & sequen.

Ad primum respon. quòd ignorantia nobis inflicta est pœna, non autem culpa; tamen prout nostra voluntas deordinatur circa illam, negligendo scire ea, quæ tenetur, habet rationem culpæ.

Ad secundum respondeo, quòd illud verum est in ignorantia, prout est pura priuatio; prout autem eam comitatur affectio nostra dicitur culpa; non enim peccat aliquis ex eo, quòd ignorat, sed ex eo, quod negligit scire.

Ad tertium respon. quòd ignorantia non remanet post pęnitentiam inquantum habet rationem culpę, scilicet ratione voluntatis concomitantis, vel quodammodo eam causantis, vel si remanet habet rationem pœnæ ex originali contractæ.

Ad quartum respon. quòd ignorantia, quæ opponitur cognitioni veritatis, ad quam tenemur, non tantum respicit intellectum, sed etiam affectum; vnde non tantum, scientiæ carentiam, sed etiam voluntatis iniuriam, & negligentiam ad scientiam percipiendam.

A quintum resp. negando consequentiam; quia ignorare non dicitur in culpa, nisi eatenus, quatenus quis

quis tenetur scire, quod ignorat, & peccat in eo instanti, in quo tenetur scire.

ARTIC. II.

Vtrum quis propter insufficientiam literaturæ veniat deyciendus à sua dignitate.

AD secundum uidetur dicendum, quòd sic. per c. sedulo. 38. distinct. vnde Matth. 5. si sal euanuerit ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras &c. simile not. in cap. fin. de æta. & qual. & dist. 36. per totum, sed contrarium dicitur in c. episcopum. 74. dist.

Respon. dicendum, per plures conclusiones. Prima, quòd summus Pontifex propter insufficientiam literaturæ non venit deponendus. cap. 2. de renunc. in. 6. Secunda sit conclusio, quòd episcopi omnino illiterati, ita vt prorsus nesciant facere officium suum, propter talem defectum deponi debent c. fin. de æta. & qual. si vero non est omnino illiteratus, & aliquid sit vtilis ecclesiæ non deponetur, quia defectum suum potest supplere per Vicarium. cap. inter cætera de offic. ordi. In inferioribus autem prælatis tam regularibus, quàm secularibus non requiritur tanta scientia; ideo si non sint penitus ignari non deponuntur, quod idem dicendum est de inferioribus clericis, & ita patet responsio ad obiectum.

DISTIN. XXXIX.

COntinuatur ad præcedentem hoc pacto. In regula Apostolica dicitur ordinandum oportere esse prudentem; verum hæc prudentia in tribus consistit, in peritia scilicet sacrarum scripturarum, & in peritia secularium literarum, & in peritia secularium negociorum, de primis duabus dictum est superius, de tertia dicitur hic.

Dicitur ergo hic, quòd promouendus in episcopum debet habere prudentiam in negocijs secularibus; Prælatus enim tenetur non solum spiritualia, sed etiam temporalia subditis ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat, Luc. 6. & Matth. 14. & seq.

DISTIN. XL.

COntinuatur Apostolica regula, quinta scilicet, quòd oportet ordinandum ornatum esse, dicens. Oportet quoque episcopum esse ornatum, & hospitalem, ornamenta episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à domino eis repromittuntur cum dicitur sacerdotes eius induam salutari; vnde in veteri testamento varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur, quia multis modis virtutibus debet splendere vita Pontificis, vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit; non enim loca, sed vita, & mores sancti faciunt sacerdotem: vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi nouerint essecutos.

Diuiditur in sex partes; In prima dicit, quòd dictum est. In secunda docet, quòd, in vno & eodem genere peccati magis punitur unus, quàm alteri. In tertia, probat grauitatem delicti Pontificis delinquentis. In quarta, ostendit difficile esse officium episcopi, & sacerdotis. In quinta, quòd nullus est tam magnus quin cadere possit, nisi gratia Dei sit adiutus. In sexta, quòd nomen sacerdotis consistit in nomine & re, secunda, ibi homo, tertia ibi, si Papa, quarta ibi; Ante omnia, quinta ibi illud, sexta ibi multi. &c.

ARTIC. I.

Vtrum quis grauiter peccare dicatur, videlicet propter magnitudinem peccati: & propter altitudinem dignitatis?

AD primum videtur dicendum, quod non; quia idem genus peccati grauius & mitius punitur, secundum quòd ex maiori, vel minori contemptu, aut libidine perpetratur.

Præterea, vita sine peccato esse non potest Iac. 3. In multis offendimus omnes; si ergo altitudine dignitatis peccatum esset grauius, in dignitate constituti essent deterioris conditionis, quòd non esset dicendum.

Sed contrarium dicitur in cap. Homo. dist. 40. ibi, Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis Chrisost. super Mat. Homil. 40. c. 21.

Ad primum respon. quòd vltra istas duas causas, sunt & aliæ causæ peccatorum, vnde ex eodem delicto grauius punitur altero, vel ratione causæ, seu circunstantiarum.

Ad secundum resp. quòd homo in dignitate constitutus, non reportat incommodum ex ea, sed ex malo vsu illius.

DISTIN. XLI.


COntinuatur ita. Postquam de ornatu egit interiori episcopi, qui consistit in virtutibus; Nunc agit de exteriori ornamento, qui consistit in incessu, habitu, cibo, & potu quòd est sobrietas & temperantia.

ARTIC. I.

Vtrum quilibet teneatur in rebus temporalibus, quæ cadunt in vsum hominum, conformari moribus eorum, cum quibus uiuit?

AD primum videtur dicendum, quod non; quia multi sunt, qui aliorum cibis vti non possunt, vel propter valetudinem, vel propter professionem, vel propter votum, & sic de habitu dicendum videtur.

Sed contra dicitur in capit. quisquis. distinctione quadragesimaprima, ibi, quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habent mores eorum cum



cum quibus uiuit, aut intemperans, aut superstitiosum est; quisquis uero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur excedat, aut aliquid signant, aut flagitiosus est; In omnibus .n.talibus non usus rerum, sed libido in culpa est. Aug.de doctr.Christ.lib.3.cap.13.

Resp. dicendum, quòd mores hominum, cum quibus uiuit homo, aut consonant rectę fidei, & sanæ rationi, aut non; primo casu oportet se illis conformari, quantum cum bona conscientia potest, ne ponat scandalum fratri ad Rom. 14. noli. propter escam destruere opus Dei, dixi cum bona, nam si quis uouisset non comedere carnes, tenetur seruare Deut. 12. cum votum voueris Domino Deo tuo, nõ tardaberis reddere; si vero erunt mores contra fidẽ, & contra rationem. non sunt seruandi, etiam si scandalum ex hoc nasceretur; quia salubrius scandalum nasci permittitur, quàm quòd veritas vitæ relinquatur; & sic patet res ad obiectum.

DISTIN. XLII.

Continuat materiã Apostolicę regulæ. 1. Tim. 3. dicens, Hospitalem vero sacerdotem esse oportet, ue sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur, Hospes eram, & non suscepistis me; qui.n. Apostolũ secutus alios ad hospitalitatẽ debet inuitare; quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? si.n. sacerdos primum à se ipso, & à domestica ecclesia sua, debet exigere, quòd postea populis imperet; si primum imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est, vt pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham & loth. per hospitalitatis opera Dèo placuerunt, & Angelos hospitio meruerunt recipere: quomodo Angeli sodomis hospitalem domum ingressi loth. cum familia sua liberauerunt: quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit, quomodo etiam secundum Hieronymum aliena rapere cõuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur; ac si per opera pietatis se instruat, ut & præsentis uitæ subsidia, & ęternæ claritatis præmia à Deo percipiat; utrunquæ enim pietati promittitur. Vnde Apostolus scribens ad Thimoteum ait, exerce te ipsum ad pietatem; nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem est vtilis ad omnia, habens promissionem uitæ, quæ nunc est & futuræ, ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit; si enim vidua in ecclesia recipi prohibetur, quę pauperes non recipit hospitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonum non est executa, multo magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni.

DISTIN. XLIII.

Continuat prosequens septimam & octauam regulam Apostolicam dicens. Pudicus quoq; debet esse sacerdos, ut & morbus & uerbis pudorem indesinenter exhibeat, Vnde in canticis canticorum, genæ sponsæ: idest prædicatores turturi comparantur, Debet etiam gratiam docendi habere: quia ut Hieronymus ait, innocẽs, & absque sermone conuersatio, quantum exẽplo prodest tantum silentio nocet, nam latratu canũ & baculo pastorum lupi sunt arcendi. In ipsa autem doctrina oportet discretum esse rectorem, ne aut tacenda proferat; aut proferenda taceat.

ARTIC. I.

Vtrum oporteat Episcopum esse doctorem.

AD primum uidetur dicendum, quòd non: quia nullus homo potest illustrare mentem alterius: ergo nullus potest esse doctor alterius, vt inquit Aug.

Præterea, idẽ Aug. in lib. de magistro, solus Deus cathedram habet in cælis, qui veritatem docet in terris. Alius homo sic se habet ad cathedram, sicut agricola àd Arborem; Agricola autem non est factor arboris, sed cultor; ergo nec homo potest dici doctor scientiæ, sed ad scientiam dispositor.

Præterea, Mat. 23. Noli vocare rabi, unus .n. est magister vester: unde gl. ne diuinum honorem hominibus tribuatis, aut quòd Dei est nobis usurpetis ergo magistrum & doctorem solius Dei est.

Sed contra dicitur in c. 1. dist. 43. ibi debet etiam gratiam docẽdi habere; Innocẽs .n. àbsque sermone quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet; nam latratu canum, & baculò pastorum lupi sunt arcendi, dicit Gratianus ibidem.

Resp. dicendum, quòd episcopus debet esse doctor, idest potens docere. 1. ad Tim. 3. & Malach. 2. labia sacerdotis custodiunt sapientiam, & legem requirunt de ore eius. facit etiam c. 2. sess. 22. Conc. Trid.

Ad primum Resp. negando consequentiam; quia doctor. non infundit lumen rationis, sed quasi lumẽ rationis coadiuuat ad scientiæ perfectionem per ea, quæ exterius proponit.

Ad secundum respon. quòd per hoc non excluditur, quin homo exterius doceat; sed quia solus Deus docet interius.

Ad tertium resp. quòd prohibemus hoc modo vocare hominem magistrum, vt ei principalitatem magisterij tribuamus, quæ Deo competit, quasi in hominum sapientiam spem ponentes.

ARTIC II.

Vtrum taciturnitas prædicationis in prælato sit peccatum?

AD secundum videtur dicendum, quòd non; quia tacere non est peccatum; ergo nec taciturnitas prædicationis; tacere enim non est aliquis actus, vt sit dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei.

Præterea, taciturnitas maxime est in dormiente, qui non peccat.

Præ-

Præterea, bene tacet Prælatus, quando non tenetur loqui, sed non est dicendum tunc peccare mortaliter; ergo non est peccatum.

Sed contra dicitur in c. sit rector. distin. 43. ibi, sit rector discretus in sileotio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat; nam sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretũ silentium eos, qui erudiri poterant, derelinquit. Grego. par. 2. Pastorum. c. 4.

Respon. per multas conclusiones. Prima quòd tacere aliquando est peccatum. Psal. 31. Quoniam tacui inueterauerũt ossa mea, inueteratio autem ossium defectus est fortitudinis spiritualis, quæ non est, nisi per peccatum; vnde 2. Ecclesiast. 3. tempus tacendi, tempus loquendi, vnde propheta dixit, veh mihi, quia tacui; Secunda sit conclusio, quòd Prælatus, & rector curam habens animarum, si tacet cũ prædicare tenetur, peccat mortaliter. Ezech. 33. si speculator viderit gladium venientem, & non sonuerit buccinam, & populus non se custodierit, veneritq; gladius, tuleritq; de eis animam, ille in iniquitate sua captus est, sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. Præterea qui tenetur mederi ægroto, & subtrahit vsum medicaminis, pro tempore, & loco, peccat mortaliter, at prælatus ad hoc tenetur; qui enim author est mortis spiritualis in alio, in seipso contrahit mortem.

Ad primum resp. negando antecedens: quia tacere aliquando est actus virtutis, aliquando vero est actus vitij; affirmatio enim & negatio reducitur ad idem genus.

Ad secũdum resp. quòd tacere non est peccatum, nisi cum congruit loqui, & tenetur; hoc autem non est in dormiente.

Ad tertium resp. quòd cum præceptum prædicandi pertineat ad præcepta affirmatiua, non obligat pro semper, sed pro tempore, & loco, quando autem hoc fuerit difficile est determinare in singulis; sed ipsa vnctio docet, quæ non permittit hominem sibi adhærentem de facili errare.

ARTIC. III.

Vtrum peccatoribus sit dispensandum verbum Dei?

AD tertium videtur dicendum, quòd non; per c. in mandatis. 43. distinct. vbi cum textu euangelico. Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus, nec mittaris margaritas ante porcos: Clemens in epist. 3. in fine.

Sed contra dicitur Matth. 10. quòd in aure auditis prædicate super tecta, & 2. Timo. 4. Insta opportunè importunè. Aug. opportune volentibus, importune nolentibus; & illud clama, necesses Annuncia Populo meo scelera eorum.

Resp. dicendum, quòd non omnib. peccatoribus denegandũ est verbũ Dei, sed obstinatis in malitia, & errore, qui si fuerint soli, obseruandum est, quòd dicitur, nolite sanctũm dare canibus; si vero cum his sunt alij fideles astantes, iuxta formam Domini procedendum est, qui cum prædicaret Iudæis non est putandum sanctũm dedisse canibus, & sic patet respon. ad obiectum.

DISTIN. XLIIII.

DIctum est supra in 36. distinct. quòd oportet ordinandum non esse vinolentum, sed sobrium; verum quia ibi non tractauit, nisi de otemperantia, & sobrietate potus; Ideo hic repetitur idem, & additur de intemperantia & sobrietate cibi dicens. Cum autem vinolentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur; Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur; vtrunque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis non in comessationib. & ebrietatibus, ventris namq; ingluuies ad luxuriam prouocat facile: & omne opus bonum dissoluit; vnde venter, & genitalia sibi met ipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum. Hinc etiam Nabuzardan Princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur, quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit; sacerdos itaque de altare viuere non luxuriari quærat, vt ait Hieronimus, tibi ò sacerdos de altari viuere non luxuriari permittitur; sont autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ, qui festiuos & solemnes dies non aliter se digne celebrare putant, nisi comessationibus deseruiant.

ARTIC. I.

Vtrum gula sit peccatum mortale?

AD primum videtur dicendum, quòd non; quia nullus peccat in eo, quod vitare non potest; sed gula consistit in immoderantia cibi, quam non potest homo vitare. Greg. 3. moral. quoniam per esum uoluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, & quid voluptas supperat ignoratur, & Aug. 10. confess. quis est domine, qui aliquantulum extra metas necessitatis cibum non sumat.

Præterea, omne peccatum mortale contrariatur alicui præcepto decalogi, at gula non contrariatur; ergo est tale.

Præterea, omne peccatum mortale contrariatur charitati, sed gula non est tale, cum non sit contra dilectionem Dei & proximi.

Præterea, Aug. inquit quoties in cibo & potu plus accipit, quàm necesse est, ad minima peccata nouerit pertinere; sed hoc pertinet ad gulam; ergo non est peccatum mortale.

Sed contrarium dicitur in cap. 1. dist. 44. vbi iuxta Apost. ad Rom. 13. tam ebriètas, quam voracitas inter opera tenebrarum connumeratur secundum Gratianus ibidem.

Resp. dicendum, quòd gula quandoque est peccatum mortale, quandoque veniale, dic vt dixi in summa pec. capit. par. 2. tit. 7. q. 3. S. Thom. 2. 2. q. 148. art. 2.

Ad primum resp. negando minorem; nam vitium gulæ

gulæ non consistit in substãtia cibi; sed in concupiscentia, non regulata ratione.

Ad secundum resp.negando maiorem; quia non omnia peccata mortalia directè contrariantur præceptis decalogi, sed solum illa, quę iniustitiam continent; secundo resp negando minorem; quia auertit à fine ultimo, & secundum hoc opponitur præcepto de sanctificatione sabbati, in quo præcipitur quies in fine ultimo.

Ad tertium Resp.quòd in quantum auertit à fine ultimo contrariatur dilectioni Dei.

Ad quartum Resp.quòd loquitur de gula, prout importat de ordinatione concupiscentiæ solum circa ea, quæ sunt ad finem &c.

DISTIN. XLV.

Continuatur regula Apostolica, dicens sequitur non percussorem: non.n.oportet episcopum ita esse irascibilem;& perturbati sensus, vt percutiat, qui debet esse patiens, sed sequatur eũ, qui dorsum posuit ad flagella.

ARTIC. I.

Vtrum licitè sit prohibitum, quod promouendus in Episcopum sit percussor.

Ad primum videtur dicendum, quòd non; quia non minus conuenit patri spiritualicorrigere, & percutere disciplina subditos suos, quàm patri carnali filios: sed de patre carnali dicitur Prouerb.13. Qui parcit virgæ odit filium suum,& Prouerb.23. tu virga percuties eum,& animam eius de inferno liberabis;& Eccl.33. seruo maleuolo tortura,& pe es.

Præterea, si prohibitio talis foret licita, vtrique prelati religionum non percuterent subditos suos; sed statuta eorum subijciunt uerberibus, etiam pro leuibus culpis; ergo &c.

Præterea, episcopis tenetur corrigere subditos suos.c.nemo.83. dist.e. disciplina.& seq.dist.45.

Sed contrarium dicitur cap.primo & seq.dist.45. oportet episcopum non esse percussorem.

Resp.dicendum, quòd duplex est percussio, quædam spiritualis, cum indiscretus Prælatus sermone inutili corda percuti infirmorum, talis est semper illicità cuicunque Prælato. Alia est corporalis, quæ cum fit ex malitia, uel odio omnibus est illicità, & est peccatum mortale, si fiat ex charitate & correctionis causa, ista licita est episcopis, & omnibus habentibus authoritatem in suos subditos, dummodo episcopus propria manu neminem percutiat.c. liceat.86.dist.& hoc propter reuerẽtiam suæ dignitatis, qui si est corrigibilis, subiiciendus est uerberibus per manus clerici, si uero fuerit incorrigibilis, per manus laici poterit percuti.

Ad primum Resp.quòd licitum est episcopo subditum percutere, sicuti patri filium, & Domino seruum, sed non proprijs manibus.

Ad secundum Resp.negando consequentiã, quia in causa correctionis aliter proceditur cum religioso & aliter cum clerico seculari.

Ad tertium Resp.negando consequentiam, si intelligatur, quòd propria manu possit percutere; nam hoc sibi non licet; sed bene per alium correctionis causa, ut dictum est.

ARTIC. II.

Vtrum infideles sint ad fidem compellendi.

Ad secundum uidetur dicẽdum quòd sic, quia Luc.14.ibi exi in uias, & semitas & compelle intrare, ut impleatur domus mea; sed homines in domum Dei, idest in ecclesiam intrant per fidem; ergo sunt compellendi.

Præterea, act.9.ubi Paulus coactus conuersus est ad fidem Christi, de quo in c.scismatici.23.q.6.cũ Christus uim intulit, quem coegit.

Præterea, facit c.iam uero.23.quæst.6.ibi, iam uero si rusticus tantæ perfidiæ & obstinationis fuerit inuentus, ut ad domum minime uenire consentiat, tanto pensionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Sed contra dicitur in c.de Iudæis.dist.45.ibi, de Iudæis autem præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum uim inferre; cui.n.uult Deus miseretur, & quem uult indùcat; non.n. tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, ut integra sit forma iustitiæ; sic.n.homo propria arbitrij uoluntate serpenti obediens perijt sic uacantem se gratia Dei propria mentis conuersione quisque credendo saluatur: ergo non ui, sed libera arbitrij sui uoluntare, & facultate, vt conuertantur suadendi sunt, non potius impellendi.S.Thom.2.2.q.10.art.8.

Resp.dicendum, quòd infidelium quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, sicut gentiles & Iudęi, qui nullo modo sunt ad fidem compellendi, dicit enim Aug. cetera potest homo uolens, credere autem non nisi uolens; sed uoluntas cogi non potest ergo conclusio uera; unde Psal.58. ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei, idest ut maneat memoria mortis Christi: Alij sunt infideles, qui quãdoque fidem susceperunt, sicuti hæretici & Apostatæ à fide, & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant quòd promiserunt, & teneant, quòd semel susceperunt, ne nomen Domini blasphemetur, & fidem, quam susceperunt, uilis ac contemptibilis habeatur. d. capit. de Iudæis. 45. distinct.

Ad primum Resp.quòd loquitur de compulsione, quę fit per instantiã prædicationis; unde non dicitur coactio, sed efficacia persuasionis.

Ad secundum Resp.quòd Paulus à principio fuit renuens, & contradicens Ecclesiæ Dei: tamen postea factus est spontaneus, cum dixit Domine, quid me uis facere; unde consentiens, & non inuitus suscepit fidem.

Ad tertium Resp. quòd ibi loquitur de Apostatis non de paganis, aut Iudęis.

ARTIC.

ARTIC. III.

Vtrum iudex uti debeat iudicando iustitia & misericordia?

AD tertium videtur dicendum, q non; quia recte iudex iudicat quandoque aliquem ad mortem, in qua nulla vtitur misericordia.

Præterea, Ambrosius libro de off. iniusta est misericordia, vnde scriptum est non misereberis illius.

Præterea, quandoque condemnatur, qui non peccauit. c. 1. distinct. 70. ergo ibi nulla est misericordia, sicuti l. vindicari. c. de penis, vbi lex mandat vti rigore iuris.

Sed contrarium dicitur in cap. omnis. 45. distinct. ibi omnis, qui iustè iudicat, staterom in manu gestat, in vtroq; penso iustitiam & misericordiam portat; Sed per iustitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam, vt iusto libramine quædã per æquitatem corrigat, quædam vero per misericordiam indulgeat. Isido. lib. 3. sent. capit. 54.

Respon. dicendum, quòd misericordia est, aut per compassionem mentalem; aut per relaxationem, siue mitigationem pœnæ; per compassionem mentalem, semper iudex habere debet misericordiam in puniendo; quia vera iustitia compassionem habet; falsa vero dedignationem, quo vero ad relaxationem pœnæ impeditur iudex, vel ex parte accusatoris prosequentis reum, vt puniatur, vel ex parte reip. cuius potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, vt malefactores puniantur, quòd si eit iudex inferior, non habet potestatem absoluendi reum à pęna contra leges posita, si vero sit iudex supremus, poterit reum absoluere, si viderit reipublicæ non esse nociuum.

Ad primum respon. negando minorem; quia si zelo iustitiæ condemnauerit, etiam misericordiam exercet, vt alij à delictis arceantur.

Ad secundum resp. quòd est non intelligendum, quòd nulla exerceatur misericordia. Sed quòd non est ita miserendum personæ, quæ sit in detrimentum multorum.

Ad tertium respond. quòd licetq vtamur quandoque rigore, hoc fit cum misericordia tamen, vt dictum est.

ARTIC. IIII.

Vtrum conuenienter propter peccatum unius plures ueniant puniendi.

AD quartum videtur dicendum, quòd non. Ezech. 18. non portabit filius iniquitatem patris.

Sed contra dicitur in cap. sed illud. 45. distinctione 16. Sed illud non ociosè transcurrendum est, quòd vno peccante, ira Dei super omnem populum venit, origenes in Homilia 7. in Iosue.

Respon. dicendum, quòd nullus sine propria culpa punitur pœna æterna, Paruuli autem participes sunt culpæ Adæ, in quo omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. ad Rom. 3. Pœna vero corporali punitur filius quandoque ob delictum patris. 2. Reg. 12. vbi pro culpa Dauid mortuus est filius eius; similiter pro culpa Principis quandoq; punitur populus; quia filij & subditi parentum, & principum dicuntur res patris, vel principis quo ad corporalia; vnde punitione eorum iustè punitur pater, & princeps corporaliter; & sic patet respondeo ad obiectum.

DISTIN. XLVI.

COntinuatur decimam regulam Apostolicam dicens. Sequitur non litigiosum, nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem authoritatem putant, & parati ad lites in subiectos tumidi intonant, quod ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.

ARTIC. I.

Vtrum quis licitè proprias iniurias possit ulcisci?

AD primum videtur dicendum, q non Deu. 3. mea est vltio.

Præterea, facit c. seditionarios. 46. dist. ibi seditionarios statuimus numquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniutiarum suarum vltores. Concil. Cartag. 4. c. 67.

Præterea, exemplo Christi, qui iniurias substinuit absque vindicta.

Sed contra facit, quòd ab electis petitur à Deo, & expectatur dicitur licitum; sed talis vindicta petitur & expectatur. Luc. 18. Deus faciat vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte; ergo est licita. S. Tho. 2. 2. q. 108. ar. 1.

Respon. dicendum, quòd vindicatio propriarum iniuriarum, si tendat principaliter in malum illius, de quo vindicta fit, & ibi quiescat est illicita. l. scientiam. ff. ad l. Aquil. si vero tendat ad emendationem peccantis, & ad conseruationem iustitiæ, erit licita; authoritate tamen eius, cui commissus est gladius potestatis secularis; non tamen propria authoritate, nisi sit talis, qui non recognoscant superiorem.

Ad primum, & secundum respon. quòd loquuntur de his, qui propria authoritate, & malo animo vlciscuntur.

Ad vltimum resp. laudabile esse proprias iniurias patienter tolerare; nihilominus quando non expediret licitum esset eas vindicare superioris authoritate; quo vero ad præparationem animi patienter sunt iniuriæ patiendæ.

DISTIN. XLVII.

PRosequitur 11. c. Apostolicæ regulæ, vbi habetur; q oportet episcopum non esse cupidum; quia facile talis à iusto deuiat.

Dini-

Diuiditur in tres partes: In prima prohibet vsuras per quinq; authoritates; In secunda prohibet, q non debemus esse cupidi; In tertia prosequitur duodecimum capitulum; Secunda ibi virum; Tertia ibi necesse, &c.

ARTIC. I.

Vtrum cupiditas sit radix omnium malorum?

AD primum videtur dicendum, quòd non, quia de superbia dicitur Eccles. 10. quòd sit initium omnium malorum.

Præterea, multa sunt mala, quæ non proueniunt ex cupiditate, vt manifestum est.

Sed contra dicitur in c. bonorum. 47. distinct. ibi. Bonorum authori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix est abscindamus. Gregor. lib. septimo episto. capitu. 110.

Respon. dicendum, quòd cupiditas accipitur tripliciter. primo pro auaritia, secundum quòd est speciale peccatum, scilicet inordinatus Amor habendi diuitias; secundo, prout est genus omnium peccatorum, secundum quòd importat inordinatum appetitum rei temporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia est conuersio ad bonum commutabile; sed sic non est radix, sed genus peccatorum, tertio modo dicitur quædam inordinatio animi ad concupiscendum bona temporalia inordinatè, & hæc est pronitas ad passionem ex originali peccato relicta, & non peccatum in actu, sed radix omnium peccatorum: omnia enim consistunt in appetitu.

Ad primum resp. non esse inconueniens; nam diuersis respectib. tam superbia, quam cupiditas esse possunt origo peccatorum.

ARTIC. II.

Vtrum auaritia sit peccatum mortale?

AD secundum resp. q sic, prout dixi in summa pecc. cap. pen. primo Tit. sexto, quæstione nona.

ARTIC. III.

Vtrum peccet mortaliter, qui pauperibus non dat, quòd sibi superest?

AD tertium videtur dicendum, quòd non: quia proprium iustè possidens, iustè retinere potest, & per consequens non peccat non distribuens.

Præterea, quòd cadit sub consilio, non obligat ad mortale: sed hoc cadit sub consilio Dan. 4. Consilium meum regi placet, peccata tua eleemosinis redime.

Præterea, si hoc esset multi diuites damnarentur, q est absurdum, seu durum asserere.

Sed contra dicitur in c. sicut. distin. 47. ibi neque enim minus est criminis, habenti tollere, quam cum possis, & abundans sis indigentibus denegare: exurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quòd tu recludis; & miserorum absolutio, & redemptio est pecunia, quàm tu in terra defodis, tantorum ergo scias inuadere te bona, quantis possis præstare, quòd velis. Ambro. super Luc. cap. 12. sermo. 81. S. Thom. secunda secundæ, quæstione 32. artic. 5.

Resp. dicendum, quòd superfluum habito respectu ad necessarium dicitur duplex, secundum quòd necessarium dicitur duplex; Primo ratione singularis personæ, sicut illud quòd indiget pro seipso; Secundo est necessarium ratione curæ sibi commissæ, sicuti paterfamilias tenetur familiæ prouidere. Prima dicitur necessitas naturæ, altera autem necessitas personæ, secundum quòd denotat eius statum, sic superfluum dicitur duplex, vnum quòd superest primæ necessitati: alterum autem, quòd superest secundæ: vnde primum est, quo ablato, vita naturæ dantis eleemosinam conseruari potest: secundum, quo ablato, potest ad huc teneri domus, secundum æstimationem boni viri: ex parte vero, cui danda est eleemosina, dicitur duplex necessitas: una extrema, quæ dicitur naturæ, altera personæ: quibus ita suppositis prima sit conclusio, quòd non dare de superfluo sui status personæ existenti in vtraq; necessitate, est peccatum mortale: nam istud cadit sub præcepto Luc. 11. Quòd superest date eleemosinam, & Luc. 3. Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti, & Ioan. 4. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas patris manet in eo; ratio est quia tempore necessitatis omnia sunt communia; ideo, qui detinet ea, facit contra præceptum non furtum facies: vnde dicitur pasce esurientem, quem si non pauisti occidisti. Secunda sit conclusio. Non modo superflua, sed etiam, quæ necessaria sunt personæ, siue decentiæ proprij status, negare fratri existenti in extrema necessitate, est peccatum mortale; quia homo tenetur plus diligere vitam proximi sui quam decentiam sui status: Tertia sit conclusio, imminente necessitate, alia quàm extrema, non est peccatum, non dare pauperibus, quòd est necessarium sibi ratione status sui: quia plus tenetur quis sibi suisque coniunctis, deinde alijs prouidere: natura enim primo accipit de alimentis pro subiecto proprio ad nutrimentum, postea quòd superest transmittit ad alios per generationem: quarta sit conclusio, non dare eleemosinam de superfluo extra casum necessitatis, non cadit sub præcepto: sed tantum sub consilio: quia cum proximus possit sine me substantiari, non teneor ei subuenire, & per hæc patet resp. ad obiecta.

DISTIN. XLVIII.

COntinuatur materia Apostolicæ regulæ dicentis. Oportet episcopum non esse Neophitum: vnde dicitur in litera prohibentur autem Neophiti in episcopos ordinari: vt, qui heri erat Cathecumenus, hodie non fiat episcopus, qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia, qui

heri

heri erat in circa hodie non ministret altari; qui dudum fuerat factor histrionum, hodie non consecrator virginum, ne elatus in superbiam, tanquam religio Christiana plurimum eo egeat, incidat in ruinam diaboli; momentaneus enim sacerdos nescit humilitatem obseruare, & modos personarum, vel se se continere. non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit, in arrogantiam quæ est ruina diaboli incidũt, qui pũcto horę, nec dum discipuli, fiũt magistri: & sicut Innocentius ait, Miserum est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter prohibeatur Neophitus ne promoueatur?

AD hoc uidetur dicendum, quod non: quia Christus instituit Apostolos Neophitos, & Apostoli Neophitos constituebant episcopos per ciuitates; similiter multi sancti reperiuntur ex laycis facti episcopi, vt Nicolaus & Ambrosius.

Pretere, Neophitus potest habere qualitates pro mouendorũ, scientiam scilicet & sanctitatem vitę; ergo episcopus eligi deberet, vel posset.

Sed contra dicitur capitu. primo, & sequenti 48. distinctione.

Respon. dicendum, quòd Neophitus dicitur nouellus in fide à neos, quòd est nouũ & phitos, quòd est fides; vnde Neophitos nouus siue nouellus in fidè, vel nuper renatus, quæ nouitas intelligenda est de propinqua nouitate temporis; vnde dicitur in textu, qui erat heri Cathecumenus, hodie fiat episcopus, per rationes iam dictas.

Ad primum resp. quòd non fuerũt vocati nouelli in fide, ea nouitate temporis, sed prius instructi & interuento aliquo spatio temporis promoebantur; vnde Act. Apost. 1. oportet eligere vnum ex his, qui nobiscum sunt in omni tempore, quo intrant; secundum respon. quòd tunc non erat alij à quibus prouideretur nouis ecclesijs; Tertio respon. quòd illi erant electi diuina electione, & inspiratione, vt fuit Nicolaus & Ambrosius.

Ad secundum respon. quòd negando antecedens, quia non esse Neophitum ponitur inter alia, quæ requiruntur ad promouendum; bene tamen poterit ex dispensatione Pontificis.

DISTIN. XLIX.

COntinuari potest hoc pacto. Dictum est per tredecim c. Apostolicæ regulæ, qualem ordinandum in episcopum oporteat esse; Nunc omnium supradictorũ summam complectens prosequitur, qualem deceat esse, qui ordinatur: qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est, vt eius gratiam bene viuendo mereantur.

ARTIC. I.

Vtrum orationes factæ à malis sacerdotibus noceant, uel proficiant populis sibi subiectis.

AD hoc videtur dicendum, quòd orationes talium noceant per cap. 1. distinctio. 49. ibi Gregor. in pastor. c. 12. cũcti enim aliquando nouimus, q cum is, qui displicet, q ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.

Præterea, Ioan. 9. dicitur q peccatores Deus non exaudit: ergo non possunt pro subditis orationes sacerdotum.

Præterea, Chrisost. super Matt. qui orat, & peccat, non orat Deum, sed illudit: ergo tales orantes magis nocent, quàm prosint.

Sed contra dicitur sic. Nullus potest scire de se, neq; de altero vtrum in statu gratiæ, vel culpæ sit; si ergo orationes bonorũ sacerdotum prodessent tantum, homo nesciret per quos orationes conquireret apud Deũ facere, & sic multi ab orationibus retardarentur, quod esset absurdum.

Resp. dicendum, quòd licet malitia prælatorum nocere subditis possit imitantibus mores eorum, nihilominus ipsorũ orationes non nocebont; sicuti patet de sacramentis, quæ prosunt dignè sumentibus, licèt à malis ministris conferantur.

Ad primum resp. negando consequentiam; quia licet ex parte eius, qui displicet, oratio non sit accepta; tamen ratione alterius, cuius vice fit, poterit esse Deo accepta.

Ad secundum respon. quòd intelligitur de peccatore cum proposito peccandi, & impœnitenti, cuius oratio dicitur execrabilis, de alijs dicit Aug. si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanus, Domine, dixisset, propitius esto mihi peccatori, & Chrisostomus diuinis, qui petit accipit, siue iustus, siue peccator; & sic patet resp. ad tertium.

DISTIN. L.

INcipit hic quarta pars distinctionum, & durat vsque ad distinct. 60. Continuatur ita, dictum fuit de ordinandis qualiter debeant promoueri, vel repelli nunc agit de ordinatis lapsis, vtrum post ordinationem valeant reparari vel non.

ARTIC. I.

Vtrum lapsi in peccatum mortale post promotionem ualeant reparari?

AD primum videtur dicendum, quòd non; per c. 1. & seq. dist. 50.

Sed contrarium dicitur in cap. sed post. §. contra, & c. seq. vbi criminosi post lapsum reparari possunt: dist. 50. vbi Gratianus.

Resp. dicendum, quod qui odio criminis depositione digni perfectè penitẽt reparari possunt, qui uero timore utilitatis, uel ambitione honoris simulate pœnitentiam agunt nõ reparant, alia est solutio, q si pecca-

peccatum est occultum reperantur, si manifestum ne quaquam, dummodo sit peccatum depositione dignum, de quo in c. Apostolus 81. dist. præterea, contraria loquitur de rigore, alia uero ex dispensatione; vnde reparari regulariter non debet; quandoque tamen sic causa legitima subsistente.

ARTIC. II.

Vtrum homo per pœnitentiam possit restitui in pristinam dignitatem?

AD secundum uidetur dicendum, quòd non. per c. 1. & seq. dist. 50. ante peccatum enim potest homo ad altiorem gradum ascendere, non autem post.

Præterea, dicit glo. Amos scilicet ibi uirgo Israel cecidit non negat, ut resurgat, sed ut resurgere uirgo possit; quia semel aberrans ouis, & si reportetur in hu meris pastoris, non habet tantam gloriam, quantam quę nunquam errauit; vnde Hier. qui dignitatem diuini gradus non custodinnt, contenti fiant animam saluare; reuerti enim in pristinum statum difficile est.

Sed contrarium dicitur in c. ponderet. ubi Calist. 1. epist. 2. dist. 50. ibi errant qui putant, quòd sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam Domino non posse ministrare, & suis honoribus frui si bonam deinceps uitam duxerint, & suum sacerdotium dignè custodierint.

Resp. dicendum, quòd homo per peccatum duplicem dignitatem amittit, unam quantum ad Deum, aliam quantum ad ecclesiam; quantum ad Deum amittit duplicem dignitatem, unam principalem, qua scilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam, quam homo per ueram pœnitentiam recuperat, vt Luc. 15. de filio Prodigo, cui pater pęnitenti iussit restitui stolam primam, & anulum, & calciamentum.

Aliam uero amittit dignitatem, scilicet innocentiam, de qua Luc. 15. vbi gloriabatur filius senior dicens, ecce tot annis seruiui tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, quam dignitatem homo per pœnitentiam recuperare non potest; quia quòd subiacet diuinæ potentiæ, non potest esse effectus pęnitentiæ; sed præterita non fuisse non subiacet diuinæ potentiæ, nam Arist. in 6. Ethic dicit quòd Deus per hoc priuatur ingenita facere, quæ sunt facta; & Hyer. cum Deus omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam; quantum vero ad dignitatem ecclesiasticam amissam per peccatum recuperari potest per pœnitentiam, ut dicitur in d. c. ponderet c. vt constitueretur. ead. dist. vbi Dauid, & Petrus per acta pœnitentia permanserunt in eorum dignitate; prohibentur tamen eam recuperare quatuor modis.

Primo quia non pœnitent.

Secundo quia pœnitentiam negligenter agunt.

Tertio si commiserint peccatum habens irregularitatem admixtum.

Quarto propter scandalum.

Ad primum resp. quòd illi textus loquuntur de rigore iuris; secus autem ex dispensatione.

Ad secundum resp. quòd eadem ratio est de virginitate, & de recuperatione innocentiæ; ad dictum Hieron. resp. quod ibi dicit difficile illud esse, non autem impossibile.

DISTIN. LI.

COntinuatur materia cum dicit, ecce quòd criminosi, vel non vere pęnitentes, vel publicam pœnitentiam agentes à sacris prohibentur ordinibus: Adiecit quoque sancta mater Ecclesia, vt curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes à sacris prohibeantur ordinibus.

ARTIC. I.

Vtrum clericus in causa sanguinis possit aduocare?

AD hoc videtur dicendum, quòd sic; quia cuilibet est licitum defendere reum. c. reos. 23. q. 1. l. additos, C. de episc. aud. unde quilibet potest appellare in causa sanguinis.

Sed contrarium dicitur in c. 1. dist. 51. vbi Innoc. in uol. Syn. epist. 24. cap. 2.

Resp. dicendum, quòd cui non est licitum interesse, vbi agitur causa sanguinis, vel ubi eius occasione potest peruenire, non est licitum aduocare in causa sanguinis, sed clerico non est licitum interesse, vbi agitur causa sanguinis; ergo nec aduocare poterit.

Præterea, clericus non potest esse iudex, testis, accusator, nec notarius in causa sanguinis; ergo nec potest esse aduocatus; & dato quòd possit appellare, non tamen in propria persona exequetur, cum interesse non debeat.

Ad c. reos. resp. quòd non dicitur ibi, quòd clericus possit patrocinari in causa sanguinis, sed bene potest intercedere pro damnatis; post enim latam sententiam licet ecclesiæ postulare ueniam damnato, & pro eo supplicare.

DISTIN. LII.

COntinuatur ad proximum præcedentem cap. dum dicit, quòd ad sacerdotium non promoueatur, nisi per gradus, ideo dicitur hic, qui nero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenditur gradum, tamdiu à maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.

ARTIC. I.

Vtrum quis possit ordinari in sacerdotem pretermissis alijs ordinibus?

AD hoc uidetur dicendum, quòd non; quia character sacerdotalis ad alios habet ordinem necessarium; ergo prætermitti non potest.

Præterea, ordo magis competit ordini, quàm numeris, & figuris; sed in numero posterior necessario præexi-

præexigit & priorem, idem est in figura; ergo idem erit in ordine.

Sed contrarium dicitur in capitulo solicitudo. distinct. 52. vbi Alexan. secundus, Grimaldo constantiensi episcopo.

Respondeo, dicendum, quòd in his, in quibus est ordo essentialis primo destruitur posterius, sed non habito priore ordine nihilominus habetur posterior, sicuti patet in ordinatis per saltum, qui non sunt reordinandi; maior patet per se; minor patet. capitulo primo; de clerico, per saltum prom.

Ad primum respon. quòd duplex est ordo, necessitatis, & congruitatis; quo ad primum non est necesse supponere priorem ordinem, sed bene cōgruit; vnde tandiu suspēsus manet recipiens posteriorem, donec priorem accipiat.

Ad secundum respondeo, negando consequentiam, quia non est simile, nam numerus sequens habet præcedentem partem sui, sed non sic gradus sequens habet præcedentem partem sui, sed vt dispositionem de congruo.

DISTIN. LIII.

Continuat reddens rationem, quare curiales promoueri prohibeantur, quia frequenter dum ab ecclesia repetuntur plurima incommoda ecclesiæ consequitur; ipsi enim non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.

ARTIC. I.

Vtrum miles seu curialis obligatus alicui iuramento possit ingredi religionem?

Ad hoc videtur dicendum, quòd sic; quia clericus ita est obligatus episcopo sicuti miles principi; sed clericus sine licentia episcopi, immo eo inuito, ingredi potest religionem; ergo etiam miles.

Sed contrarium dicitur in capitulo legent, distinctione 53. vbi Gregor. libro septimo, Registr. episto. 11.

Respondeo, dicendum, quòd miles adstrictus perpetuo tempore iuramento alicui principi, non potest absque licentia principis, & absque absolutione à iuramento recipi in monasterio; nam in his Dominus habet aliquod ius, si vero non sunt adstricti iuramento perpetuo tempore, tunc possunt recipi, quamuis princeps contradicat; non enim iuramentum violat, qui illud in melius commutat c. peruenit, de iure iurando.

Ad oppositum respon. non esse simile de milite, & sacerdote isto casu, quia contrarium in iure reperitur expressum, quo casu non valet argumentum à simili, & quia hic agitur de iure tertij, nempe ipsius principis, cui perpetuo tempore se iuramento obligauit.

DISTIN. LIV.

Continuari potest hoc pacto. Dictum est supra, quòd curiales alteri obligati non promouentur; verum quia serui multo magis obnoxij sunt alicui; Ideo hic dicendum erit de seruis; dicens serui autem ordinari prohibentur, nisi à proprijs Dominis libertatem legitimam consequantur.

ARTIC. I.

Vtrum seruitus impediat aliquem promoueri ad ordines?

Ad hoc videtur dicendum, quòd non; quia ad Galat. 3. ibi in Iesu non est seruus, neq; liber, ergo ordinari poterit.

Præterea, ordo dicit potestatem spiritualem, seruitus subiectionem corporalem; sed subiectio corporalis non habet repugnantiam ad id, quòd spirituale est; ergo ordinari potest.

Præterea, magis est turpe clericum in seruum vendi, quam seruum in clericum ordinari; Sed clericus in seruum vendi potest, vt fecit Paulinus episcopus Nolanus, qui se ipsum in seruum vendidit; ergo & seruus promoueri poterit.

Præterea, seruus est capax aliorum sacramentorū, & per consequens etiam ordinis.

Præterea, peior est seruitus diaboli, quàm hominis; sed existens in peccato mortali est seruus diaboli Ioann. 8. qui potest ordinari; ergo multo magis seruus hominis.

Sed contrarium dicitur in c. 1. & seq. Dist. 54. vbi Leo episcopus epist. 1.

Respondeo, dicendum, sub duabus conclusionibus. Primo est, quòd seruitus non impedit ordinis susceptionem de facto; libertas enim non est de necessitate sacramenti; licet sit de necessitate præcepti; Secunda sit conclusio, quòd sacramentum ordinis non potest dari seruo, propter tria. Primo, propter dignitatem status, in quo sunt ordinati. Secundo propter officium ordinatorum; non enim decet ordinatis in vilibus officijs occupari. Tertio quia nemo potest dare, quòd non est suum; sed ille, qui ordinatur, se ipsum dat, & mancipat diuino seruitio; quòd si est seruus facere non potest.

Ad primum resp. q̄ ibi loquitur, quo ad meritum, non autem quo ad officium.

Ad secundum resp. quòd in susceptione spiritualis potestatis ordinis est aliqua obligatio, ad aliqua etiam corporaliter agenda, quæ exequi non potest in seruitute existens.

Ad tertium respondeo, negando consequentiam; quia ille sanctus ex abundantia charitatis id egit, agitante spiritu Dei, quòd non est trahendum in consequentiam; quia vbi spiritus Domini ibi libertas. 2. ad Corint. 3.

Ad quartum resp. negando consequentiam; quia alia sacramenta non constituunt in gradu aliquo dignitatis, super alios, sicuti hoc sacramentum.

Ad quintum respond. negando consequentiam;

q̃a seruitus Dñi nõ põt deponi à seruo pro volũtate sua, sed seruus diaboli põt effici liber, q̃n vult adiuuante Deo; Præterea, seruus existẽs in peccato mortali ordinari nõ debet, & qui scienter talẽ ordinaret peccaret, nisi in casu peccati occulti; nam tunc Episcopus eum ordinare tenetur; fallit iste articulus in seruis infidelium, qui inuitis Dominis, quando sunt adulti, baptizari possent. cap. generalis §. hoc tunc & cap. seq. distinctione 54. In casu autem, quo seruus Iudæi ordinetur efficitur liber nullo soluto precio; si vero promotus fuerit seruus christiani, non consentiente Domino tacitè, vel expressè, reducendus erit nihilominus in seruitutem, seu seruabitur Dominus indemnis.

DISTIN. LV.

Continuat impedimenta promouendorum, dicens, corpore vero viciati similiter à sacris officijs prohibentur.

ARTIC. I.

Vtrum corpore vitiati possint promoueri ad ordines?

Ad primum videtur dicendum, quòd sic; quia legitur de origine, qui se fecit eunuchum, & tamen factus est præsbiter, quòd idem dicitur de Sancto Marco; qui pollicem dexterum dicitur sibi amputasse.

Præterea, afflictio non est addenda afflicto, quæ additur, si hoc verum esset.

Præterea, ad ordinis susceptionem magis requiritur integritas discretionis, quàm corporis; sed quidam ordinantur ante discretionis tempus; ergo idem erit de corpore vitiatis.

Sed contrarium dicitur in cap. primo & sequenti distinctione 55. & tot. tit. de corpore vitiatis.

Respond. dicendum, quòd corpore vitiatus, adeo vt deformitatem pariat, seu impediat officij executionem, impedit de iure promouendum, licet de facto valeat promotio; vnde Leuit. 21. Homo, qui habuerit maculam non offerat panem Deo suo, nec accedat ad ministerium eius; si uero non ita deformitatem pariat, vt si quis eunuchus factus fuerit, dummodo sponte id egerit, cum causa iusta, non est irregularis, secus si quis sponte, nulla interueniente iusta causa, mutilat se, quia tunc irregularis efficitur. S. Thom. in Suppl. 3. par. q. 49. art. 6.

Ad primum respond. quòd illud non est trahendum in consequentiam; secundo respond. quòd ordinatores Origenis non sunt commendati.

Ad secundum respond. assumptum esse uerum, sine iusta causa; nam aliquando, quis affligitur sine culpa sua, & tamen non sine iusta causa, loquendo de temporali afflictione; vnde prohibitio talis facta est cum causa, vt dictum est.

Ad tertium respondetur quòd quamuis de facto quis possit accipere ordines, de iure autem non potest; ita etiam huc, vt dictum est.

ARTIC. II.

Vtrum liceat propter salutem animæ sibi præscindere aliquod membrum?

Ad secundum videtur dicendum quòd sic; quia salus animæ præferenda est saluti corporis; sed propter salutem corporis licet secare membrum; ergo multo magis isto casu.

Sed contra dicitur in c. si quis à medicis dist. 55. vbi Concil. Niceni c. 1.

Respondetur dicendum, quòd membrum corporis non est præscindendum propter salutem corporalem totius, nisi quando toti aliter subueniri non potest, saluti autem spirituali semper potest aliter subueniri quàm per membri abscissionem; quia peccatum subiacet voluntati; & ideo in nullo casu licet membrum abscindere propter vitandum peccatum mortale: vnde Chrisostomus super Matth. 19. sunt eunuchi; qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlerum: dicit non membrorum abscissionem, sed malarum cogitationum interemptionem.

DISTIN. LVI.

Continuat ponens aliud impedimentum, dum dicit. Presbiterorum etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.

ARTIC. I.

Vtrum defectus natalium impediat ordinis susceptionem?

Ad primum videtur dicendum, quòd non, per c. satis. dist. 56.

Præterea, vnicuique magis debet obesse culpa propria, quam aliena; sed fornicator peracta pœnitentia licitè promoueri potest; ergo multo magis, qui est de fornicatione natus, & non est fornicator.

Præterea, Ezech. 18. filius non portabit iniquitatem patris: ergo fornicatio parentum non nocebit ei.

Præterea, spurij possunt dignitatem adipisci. l. spur. ff. de decuris.

Præterea, multi Pontifices fuerunt filij presbiterorum: ergo defectus natalium non impedit.

Sed contrarium dicitur in capit. primo, & seq. dist. 56.

Respondetur dicendum, per tres conclusiones. Prima, quòd defectus natalium non impedit ordinis susceptionem de facto; quia claritas originis non est de necessitate sacramenti. Secunda, quòd de iure defectus natalium impedit

pedit ordinis susceptionem; diuina enim lex prohibet spurios intrare templum. capit. innotuit de elect. cap. per venerabilem, qui filij sint legit. & hoc propter reuerentiam sacramenti ordinis, & in detestationem criminis parentum.

Tertia conclusio sit, quòd per dispensationem nisi sint paternæ innocentiæ imitatores possunt legitimè promoueri, quæ dispensatio, quo ad minores ordines datur ab episcopo, quoad maiores vero datur à Pontefice, & tanto difficilior est, quanto turpior est eorum origo.

Ad primum resp. quòd ille textus loquitur de iam promoto.

Ad secundum respondeo negando consequentiam: quia ea, quæ committuntur per actum voluntarium, cum Dei adiutorio per pœnitentiam, & actum contrarium possunt aboleri; non sic autem defectus, qui ex natura sunt; præterea, quamuis plus no ceat unicuique propria culpa, quo ad meritum; non tamen sic erit, quo ad officium, & forum exteriorem.

Ad tertium respon. negando consequentiam: quia irregularitas non est pœna iniquitati debita, cum quandoque ex actu uirtutis homo efficiatur irregularis.

Ad quartum respon. aliud esse in dignitatibus secularibus, aliud in ecclesiasticis, quæ non tantum pro pter se, sed etiam propter alios conceduntur.

Ad quintum respon. quòd illi non fuerunt de fornicatione nati, sed de legitimis coniugiis; secundo respon. quòd fuerunt dispensati.

ARTIC. II.

Vtrum parentum peccata sint filijs imputanda, secundum humanum iudicium?

AD secundum videtur dicendum, quòd non per cap. vndecunque, distinct. quinquagesima sexta ibi, vndecunque homines nascantur, si parentum vitia non sectantur, honesti est salui erunt sicut autem boni filij adulterorum nulla est defensio sic mali filij coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Præterea, humanum iudicium imitari debet diuinum; sed secundum diuinum filius non portabit iniquitatem patris; Ezechi. 18. ergo nec secundum humanum.

Præterea, ad Galat. 6. vnusquisque onus suum portabit; ergo filiis non imputabitur peccatum parentum.

Sed in contrarium patet. capit. primo, & sequen. distinct. 56. vbi filij illegitimi arcentur ab ordinatione, propter peccata parentum.

Respon. dicendum per plures conclusiones.

Prima, quòd nullus punitur pœna æterna pro peccato alterius; vnde Anselmus in lib. de concepto uirginali; paruuli non damnantur pro culpa Adæ tantum: sed pro culpa propria, quam habent licet non habeant eam agendo, sed contrahendo;

Secunda sit conclusio, quòd nullus punitur pœna spirituali pro peccato alterius; quia illa pertinet ad animam, secundum quam quilibet est liber suo vnde filius, quantum ad animam, non est res patris; vnde Ezech. 18 omnes animæ meæ sunt.

Tertia sit conclusio, quòd iudicio diuino pro peccato alterius punitur quis quandoque pœna corporali, & temporali. Exod. 21. ego sum Deus Zelotes ui sitās iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem;

Quarta sit conclusio, quòd secundum iudicium humanum unus punitur pro peccato alterius tempo raliter, non tamen corporaliter, ita ut uerberetur, seu mutiletur, nec minus occidatur unus pro alio.

Ad obiecta sufficit unica responsio, quòd scilicet loquantur de pœna æterna, vel spirituali, non autem de corporali, uel temporali, quæ quandoque infligitur alicui sine eius propria culpa; non autem absque causa.

DISTINC. LVII.

COntinuat ponens aliud impedimentum promouendi dicens; quòd si quis in ægritudine constitutus fuerit baptizatus præsbyter ordinari non debet; non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est; nisi forte postea ipsius studium, & fides probabilis fuerit; aut hominum raritas exegerit.

DISCTIN. LVIII.

COntinuat aliud impedimentum promouendi dicens; Item ex monachali habitu nullus assumatur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus proprij voluntate Abbatis. c. nullus. eadem distinct.

DISTIN. LIX.

COntinuat ponens aliud impedimentum promouendi dicens; qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt, & temporum approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium prouehi non aspirent. c. 1. & sequenti eadem distinct.

DISTIN. LX.

COntinuatur per se dum dicit: Ecce ostensum est ex parte, qui possint ad sacerdotii ordinem promoueri, & qui non;

Nunc autem considerandum est ex quibus ordinibus in Archipresbyterum, vel præpositum, vel episcopum, vel Archiepiscopum sint eligendi. de hac materia tractatur in Concil. Trident. cap. 1. c. fin. sess. 24. c. 1. 2. ead. sess.

DISTIN. LXI.

Continuat materiam præpositam dicens; Item layci non sunt in Episcopos eligendi; sed per singulos ordines prius sunt probandi. c. 1. & seq. ead. distinct.

DISTIN. LXII.

Continuatur per se dicens; Breuiter demonstratum est ex quibus ordinibus in quos gradus sint eligendi; Nunc videndum est, à quibus sint eligendi & consecrandi; clericorum est eligere, & populi electioni factæ, vel fiendæ consentire; Metropolitani vero cum suis suffraganeis est consecrare eum, qui canonicè est electus. c. nulla ead. dist.

DISTIN. LXIII.

Continuatur ita; supra dictum est, quòd clericorum est eligere, laycorum vero tantum consentire; Hic vero prosequitur materiam dicens, quòd layci nullo modo se debent inserere electioni.

ARTIC. I.

Vtrum liceat laycis interesse electionibus clericorum ecclesiæ.

AD hoc videtur dicendum, quòd sic. Act. Aposto. 6. vbi Apostoli cum multitudine aliorum discipulorum elegerunt septem Diaconos.

Præterea, facit capitu. in nomine. 23. distinctione, vbi layci interueniunt in electione summi Pontificis.

Præterea, si layci interueniunt in electione secularium dignitatum, quare non interuenient in electione Ecclesiasticarum. l. 1. ff. quòd cuiusque vniuers. nom.

Præterea, facit c. nobis. de iure patro. vbi consuetudine introduci potest, vt laycus interueniant in electione.

Prætere, facit c. Abbatem 18. q. 2.

Sed contrarium facit. c. 1. & seq. dist. 63.

Respondeo, dicendum, quòd iura spiritualia non cadunt in personas non spirituales. cap. 2. de iudi. sed huiusmodi actus sunt spirituales; ergo non competunt laycis; Præterea, populus est docendus, & non sequendus, eisq; tantum incumbit onus obediendi, & per consequens sibi competere non potest ius eligendi.

Ad primum respondeo, quòd electio illa non fuit electio prelatorum ecclesiæ, nec aliquorum ad officium exercendum in ecclesia, sed ad seruiendum & ministrandum mensis.

Ad secundum respondeo, quòd ille textus loquitur, quòd paucis laycis tantum datum fuit ius eligendi, cum alijs ad certum tempus, pro bono pacis.

Ad tertium respondeo, negando consequentiam; quia aliud est in dignitatibus secularibus, aliud in spiritualibus; cum sit distinctio gradus laycorum, & clericorum.

Ad quartum respondeo, quòd ibi loquitur de nominatione, & electione, quæ fit à patrono ecclesiæ, quòd ius sibi competit ex priuilegio fundationis, & dotationis ecclesiæ: Doct. d. c. nobis.

Ad quintum respondeo, quòd ibi non loquitur de electione, sed electionis iam factæ per monachos præsentatione, & sic in diuersis terminis.

DISTIN. LXIIII.

Continuari potest hoc pacto; supra dictum est ad quos pertineat episcoporum electio; in hoc dicitur, à quibus ipsi episcopi sint consecrandi.

ARTIC. I.

Vtrum omnes suffraganei sint vocandi in consecratione episcopi, vel Archiepiscopi comprouincialis?

AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia frustra fit per plura; quòd potest fieri per pauciora. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. sed consecratio episcopi fieri potest per pauciores; ergo non omnes sunt vocandi.

Præterea; statutum debet esse possibile, & facile, absque dispendio ecclesiæ; sed si vocandi essent omnes comprouinciales, hoc esset difficile, & in dispendium ecclesiæ; ergo non est admittendum.

Sed contrarium dicitur in cap. primo, & sequenti distinct. 64.

Respondeo, dicendum prout dicam in distin. 66. in articu. 1.

Ad primum respondeo, id frustra factum non esse, ne lupus pro pastore præficiatur in electione ecclesiæ, quòd ex plurium consilio perpenditur.

Ad secundum respondeo, quòd in textu excipitur casus, in quo difficile esset comprouinciales habere.

DISTIN. LXV.

Continuat materiam dum dicit; Comprouincialium Episcoporum vniuersaliter desideratur consensus, in ordinatione episcopi, quòd si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, obtineat sententiam plurimorum.

ARTIC. I.

Vtrum vniuersitas maneat in vno?

AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia sicuti grex desinit esse, si tantum vnum animal remanserit; ita vniuersitas perit, si ad vnum tantum deducitur. ad hoc facit l. Neratius. ff. de verbo. sig.

Sed

Sed contrarium dicitur in capitulo fina. distinctione sexagesimaquinta, vbi si episcopus solus remanserit in prouincia, poterit authoritate synodi prouincialis in eo existente episcopos vicinæ prouinciæ conuocare, vbi Sardiciense concil. capitulo quinto.

Respondeo, dicendum, quòd aliud est quærere vtrum vniuersitas stet in vno, aliud vtrum ius vniuersitatis remaneat in vno; vniuersitas, quo ad primum nullo, modo potest stare in vno nihil enim dicitur manere in eo, ad quòd reductum dicitur omne illud, quòd in sua ratione formali includit multitudinem, est impossibile saluari in vno solo, cum sit opposita; sed vniuersitas, cum sit nomen collectiuum, in sua ratione formali includit multitudinem; ergo impossibile est eam in vno solo saluari; ius autem vniuersitatis bene potest stare, & saluari in vno. l. sicut. ff. quòd cuiusque vniuers. num. vnde vnus solus superstes mortuis alijs eligere potest, & vnus consul regit ciuitatem, aliis defunctis; in tali enim casu vniuersitas manet in vno, & per hæc patet resp; ad obiectum.

DIST N. LXVI.

Continuatur per se cum repetat, quæ supra dixit; dicens Archiepiscopus autem ab omnibus suæ prouinciæ Episcopis debet ordinari.

ARTIC. I.

Vtrum de substantia consecrationis Episcopi sint, quod à tribus consecretur Episcopis?

AD hoc videtur dicendum, quòd sic. per capitulũ Porro. distinctione sexagesimasexta, ibi successoribus autem suis formam dantibus, videlicet vt minus, quàm à tribus episcopis reliquisque omnibus assensum præbentibus, nullatenus episcopus ordinetur: Anacl. 2. ad episcopos Italiæ.

Præterea, facit contra communẽ sententiã canonistarum in d.c. porro.cum glo. in c.nec episcopi de tempo. ordi.

Sed contra facit ratio; quia lex vetus erat figura legis nouæ; sed in lege veteri vnus consecrabat Pontificem; vnde solus Moyses dicitur cõsecrasse Aaron Leui. 8. ergo &c.

Respondeo, dicendum, quòd ternarius numerus episcoporum non est de substantia consecrationis episcopi, ita quòd si paucioribus ordinetur, nihil agatur; licet bene sit de solemnitate, primo ad Timoth. Noli negligere gratiam Dei, quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum præsbyteris; & 2. ad Titum 1. admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum, & ad Tit. 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros; quibus in locis loquitur sacra scriptura de ordinatione episcopi, & vnus tantum consecratos exprimitur; & idem patet fecisse Apostolos; vnde Petrus dicitur consecrasse Ioan. Euangelistam, & Paulus Timotheum, Titum, & Dionisium, quòd idem fecerunt Bartholomeus in India, & Matthæus in Ægypto; si autem de substantia consecrationis esset necessarius ternarius numerus; vtique Apostoli illo vsi fuissent. Secundo in primo Canone Apostolorum dicitur episcopus à duobus, vel tribus episcopis ordinetur; non ergo tres sunt necessarij. Tertio hoc est de mente Theologorum Dion. in c. 5. ecclesiasticæ Hierarchiæ S.Thom. in 4. sent. distin. 29. in fine. q. vbi dicit, quilibet episcopus potest alium consecrare. Palud. in tract. de potestate Papæ, vbi dicit, quòd vnus episcopus sufficit ad alium consecrandum; Quartò patet in consecratione summi pontificis, qui ab episcopo Hostiense consecratur: Quinto facit ratio, si omnes tres episcopi concurrerent necessario ad consecrandum, aut sunt omnes tres consecratores, aut vnus tantum, non est dicendum, quòd sint tres consecratores, quia cum sint pares in potestate essent tres consecrationes, non vna; plurium enim agentium sunt plures actiones, maxime quando vnus sufficit ad agendum; ergo vnus tantum consecrat, alij autem duo non sunt de substantia consecrationis; cum de substantia consecrationis episcopi quinq; tantum requirantur persona ordinans, & persona ordinata, materia, forma, & intentio.

Ad primum respon. quòd ibi forma non dicit essentiam rei, sed ritum, siue modum, qui seruandus est in consecratione episcopi, non tanquam ad substantiam pertinens, sed ad quandam solemnitatem & reuerentiam sacramenti, & per consequens faciens contra hanc formam non derogat veritati sacramenti, & licet dicatur irrita, hoc procedit, quo ad exequutionem officij pontificalis, non autem quoad veritatem sacramenti.

Ad secundum respondeo, quòd in materia sacramentorum magis standum est Theologis, quàm iurisperitis, & vltra adductas, est etiam hæc opinio ex mente beati Gregorij, in registro; & Guidonis episcopi in capitu. fraternitatem. distinctione 80. & Ioannis de Turrecrem. in capit. porro. distinctione 66.

DISTIN. LXVII.

Continuat materiam dicens: Presbyteri vero & cor episcopi ab vno episcopo ordinari possunt. capitulo primo, & sequenti eadem.

DISTIN. LXVIII.

Continuatur per se dum dicitur; Quæritur de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non?

ARTIC. I.

Vtrum ordinatus ab eo, qui dubitatur an sit Episcopus, sit iterum ordinandus?

AD hoc videtur dicendum, quòd nõ; quia cum dubitatur de validitate matrimonij in dubio præsumitur validum, & non iteratur. c. si quis acceperit. 35. q. 1.

Sed contrarium dicitur in c. præsbyteris, dist. 68. §. quod ergo consecratus in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere, qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est, ubi Gratian.

Resp. dicendum, quòd in baptizato, & ordinato, & in consecratione ecclesiæ, cum dubitatur iteratur actus, nam ecclesia præsumit pro non baptizato, pro non ordinato, & ecclesia pro non consecrata; ratio diuersitatis est, quia præsumens pro ualiditate matrimonij nemini præiudicium infertur; si vero iudicatur baptizatus, vel ordinatus potest non solum sibi ipsi præiudicium inferri, sed etiam aliis; & sic patet resp. ad obiectum.

DISTIN. LXX.

COntinuatur ita; dictum est supra clericos ab episcopo debere ordinari, hinc sumpta occasio ne dicit, quòd nullus clericus debet ordinari absolutus, idest sine ecclesia, vel beneficio ecclesiastico sibi assignato; & si ordinatus fuerit debet iterari talis ordinario, quo ad executionem officij, tum in iniuriam ordinatorum, tum in pœnam ordinati.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter sit institutum, quòd nemo ordinetur sine titulo beneficij?

AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia, qui ordinatur in clericum videtur renunciare temporalibus; ideo cum coronatur dicit dominus pars hæreditatis meæ.

Præterea, multi ordinantur ad titulum proprij patrimonij, quibus beneficium non est dandum, cum sit pauperum Dei.

Præterea, clericus potest renunciare beneficio & patrimonio; ergo etiam sine illis promoueri potest.

Sed contrarium dicitur in c. 1. & seq. dist. 70.

Resp. dicendum, quòd iustum est, vt qui obligatur ad seruiendum alteri habeat unde viuat. c. cum secundum. de præb. cum ergo clericus accipiat officiũ in ecclesia, consequens est ut beneficium ei assignetur. c. cum sit. de sim. c. dilectus. de preb. quo casu prouidetur honori clericali, ne clericus pauper cogeretur turpiter mendicare. facit ad hoc concil. Trid. sess. 21. cap. 2.

Ad primum resp. negando assumptum; quia non renunciatur temporalibus; nam terrenorum possessio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur, sed bene nimia eorum solicitudo.

Ad secundum resp. quòd illi, qui non habent patrimonium sunt promouendi ad titulum beneficij; alij autem promoueri possunt ad titulum patrimonij.

Ad tertium resp. negando assumptum; quia titulo, ad quem aliquis promotus est, renunciari non potest.

DISTIN. LXXI.

COntinuat materiam ordinandorum: dicens de clericis non ordinandis ab episcopo alterius Ciuitatis.

ARTIC. I.

Vtrum laycus unius Dioecesis possit ab episcopo alterius ordinari; sine licentia proprij episcopi?

AD hoc videtur dicendum, quòd non. per c. primatus. dist. 71. Concil. Carthag. 4. c. 5.

Sed contra; quia laycus potest transferre domicilium suum quo voluerit, & per consequens ibi ordinari.

Item, quia potest clericum alterius Dioecesis recipere, & dare ei præbendam, deinde ratione d. præbendæ eum promouere ad alios ordines Conc. c. cum nullus de temp. ord. in 6.

Resp. dicendum, quòd nec clericus, neque laycus alicuius ecclesiæ recipietur, aut ordinabitur ab alio episcopo, sine proprij episcopi licentia, domicilio nõ translato; quia sicuti non potest ministrare ei alia sacramenta, nec ordinem ministrabit.

Ad oppositum resp. quòd ibi loquitur, quando non est mutatum domicilium.

DISTINC. LXXII.

COntinuat materiam: cum dixerit supra laycum non debere ordinari, absque licentia episcopi; Nunc dicit de dimissorijs literis dicens; Dimissorias vero literas episcopus, nisi rogatus non tribuat.

DISTINC. LXXIII.

COntinuat materiam ponens formam literarum dimissorialium.

DISTINC. LXXIV.

COntinuatur ad præcedentes hoc pacto; supra dictum est de ordinatione clericorũ, sed quia posset dubitari. An quis inuitus promoueri possit; Ideo dicit, quæritur de his clericis, qui ab episcopis suis promoueri contemnunt; An inuiti sint sublimandi, an non?

AR-

ARTIC. I.

Vtrum Prælati possint cogere clericos suos ad susceptionem ordinum?

AD hoc videtur dicẽdum, quòd non, per c. 1. di stinct. 74.

Præterea, Deo non placent coacta seruitia; ergo inuitus non promouetur.

Præterea, inuiti nullus est consensus; at nisi sit con sensus adulti non suscipitur sacramentum. c. maiores de baptizato; ergo non compelluntur.

Sed contra dicitur in c. si qui Clerici, dist. 74. ibi si qui clerici ab episcopis suis promoueri contempse rint, nec illic maneant, vnde recedere noluerunt; Con cil. Carthag. c. 31.

Resp. dicendum, per plures conclusiones; quarum prima sit, quòd coactione absoluta prælati non pos sunt compellere ad susceptionem ordinum; sacramẽ tum enim ordinis est sacramentum uoluntarium. c. veniens de transact. & si quis omnino inuitus ordine tur, nihil recipit. c. maiores, & ibi not. de baptizato. Secunda sit conclusio, quòd coactione conditionali, quæ dicitur à Philosopho violentum mixtum, po test prælatus compellere clericos ad suscipiendos or dines, & sic metu consentiens recipit ordines; quia coacta uoluntas uolũtas est; non tñ recipit gratiã; coa ctionem conditionalem intelligas, vt si quis haberet beneficium, quod non posset retineri absque aliquo ordine, tunc compelleretur ad ordinem suscipiendum, aut ad dimittendum, nisi post acquisitum ueneric ei aliquod impedimentum, absque eius culpa, quo im pediretur promoueri; nam tunc si aliunde non habe ret, unde se alere posset retinebit beneficium deser uiens in eo pro substitutum; nam ex quo est sibi ius quæsitum, absque eius culpa, non est tollendum, ne addatur afflictio afflictio. l. tam clementis. c. de epi scopali Audieuda.

Ad primum resp. quòd ille textus loquitur, quan do episcopus compellit eum, qui habet impedimen tum.

Ad secundum resp. uerum esse de coactione abso luta; secus autem de conditionata.

Ad tertium resp. quòd inuiti est aliqualis consen sus, qui sufficit ad susceptionem sacramenti.

DISCTIN. LXXV.

COntinuatur ita; dictum est supra, quibus, & à quibus fiot ordines conferendi; Hic tractat de temporibus ordinationum, & incipit à conse cratione episcopi dicens; Tempus autem consecra tionis, sicuti in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur; omni enim tempore be nedicuntur, dummodo ieiuni; & hora tertia, benedi ctionem accipiant.

DISTIN. LXXVI.

COntinuatur ita; quia supra dictum fuit ordina tionem clericorum debere fieri in ieiuniis, qua tuor temporum; ideo ostendis quibus tempori bus illa ieiunia sint celebranda.

ARTIC. I.

Vtrum conuenienter sint instituta ieiunia quatuor temporum?

AD hoc videtur dicendum quod non; quia in ue teri testamento, in quibus figurata erant hæc nostra instituta, erant aliis temporibus, ut ha betur Zachariæ. 8.

Præterea, diebus letitiæ ieiunium non competit, sed ponitur ieiunium in septimana Pentecostes, quę est maximæ letitiæ; ergo male.

Præterea, ieiunium est præparatorium ad susce ptionem spiritus sancti; ergo propter solemnitatem spiritus sancti, & non aliis diebus debet celebrari.

Sed contra dicitur in c. ieiunium, dist. 76. ibi, sicut annum per quatuor uoluitur tempora; sic & nos qua ternum solemne agamus ieiunium, per quatuor anni tempora; Ita Calistus scribens Benedicto episto. 1. s. Thom. 2. 2. q. 147. Art. 5.

Ad primum resp. negando consequentiam; nam alia ratio militat, qua sunt instituta ieiunia apud Iu deos, & alia apud nos.

Ad secundum resp. quòd ieiunia instituta fuot ad expiationem offensarum; & ideo hoc dicitur ieiu nium exultationis, quia competit illis, qui Spiritum sanctum receperunt; cum gaudio enim spirituali etiam afflictio corporalis se compatitur; unde magis institutum est ad conseruationem gratiæ præstitæ propter aduentum Spiritus sancti; quam ad præpara tionem suscipientis eiusdem; & ita patet resp. ad ter tium.

DISTINC. LXXVII.

COntinuari potest hoc pacto: postquam dictum est de temporibus ordinationum: Nunc dicit, quæ interstitia temporum in singulis ordini bus, sint interponenda, & qua ætate singuli ordines sint suscipiendi.

ARTIC. I.

Vtrum infans fieri possit sacerdos & episcopus?

AD hoc resp. videtur dicendum quòd sic. per c. 1. de cler. per salt. prom.

Præterea, sacerdoti datur potestas ligandi, atq, soluendi, etiam si scientia careat: ergo multo fortius dabitur ordo, etiam si careat usu rationis, quòd idem dici potest de episcopo.

Sed contra dicitur in c. subdiaconus dist. 77. vbi Concil. Cartag. 3. c. 4.

Respon. dicendum per tres conclusiones; quarum prima sit, quòd ad susceptionem ordinum minorum non requiritur vsus rationis profectæ de necessitate sacramenti, nec de necessitate præcepti, sed tantum de honestate, & contingentia; Secunda sit conclusio, ad susceptionem ordinum maiorum requiritur vsus rationis perfectæ de necessitate præcepti, non autem sacramenti; quia vbi est annexum votum requiritur vsus rationis; sed hic est annexum votum continentiæ, & quia eis sacra committuntur, in quibus maxima requiritur intentio; de necessitate autem sacramenti secus, vt habetur capitulo primo, de cler. per salt. prom. nam satis est, quòd in sacramento non iterabili non sit fictio vel positio obicis actualis; non enim est necessaria aliqua dispositio ex parte suscipientis, præcedens dispositionem sacramenti; Tertia sit conclusio, quòd ad dignitatem episcopalem recipiendam requiritur vsus rationis; quia in ea datur iurisdictio spiritualis in corpus Christi mysticum; vnde dicitur ei sit fidelis seruus, & prudens super familiam tuam, & quia in tali consecratione contrahitur quodammodo matrimonium spirituale; vnde datur ei anulus per hæc verba, accipe anulum fidei &c. at in matrimonio requiritur consensus, siue spirituale sit, siue temporale; ergo requiritur vsus rationis; & per hæc patet respon. ad obiecta. San. Thom. in suppl. 3. partis quæstione 39. articu. 2. Hodie subdiaconum non fit ante 22. Diac. Ante 23. Præsbyter ante 25. cap. 12. Sess. 23. Concil. Triden. Episcopos uero ante 30. capit. cum in cunctis de electione.

DISTIN. LXXVIII.

Continuatur ita. Dictum est supra de ætate ordinandorum; Modo dicendum est de ratione ætatis constitutæ ad ordinem suscipiendum.

DISTIN. LXXIX.

Continuari potest hoc pacto; Dictum est supra de electione, & ordinatione aliorum, Nunc annectit de electione summi Pontificis, dicens; Apostolicus autem non nisi à Cardinalibus, & religiosis clericis est intronizandus.

DISTIN. LXXX.

Continuari potest hoc pacto; Dictum est supra in præc. distinct. à quibus, & quando clerici debeant ordinari; Nunc ordine congruo subiungit, in quibus locis ordinati debeant collocari. Hodie non ordinatur, nisi prius adscribantur alicui ecclesiæ. capit. decimosexto. Sess. 23. Concil. Tridentino.

ARTIC. I.

Vtrum in una ecclesia possint esse plures Episcopi?

AD hoc videtur dicendum, quòd sic; quia Augustinus, & Valerius simul fuerunt episcopi in vna ecclesia scilicet Hypponensi cap. nihil 7. q. 1.

Præterea, patet de Venetijs, quæ ciuitas habet primatem, & episcopum.

Præterea melius est regi per multos sapientes, quam per vnum; ergo melius est vnam ciuitatem regi per multos episcopos, quàm per vnum.

Sed contra dicitur cap. in illis. dist. 80. ibi: In singulis vero reliquis ciuitatibus singulos, & non plures episcopos constitui præcepit, Clemens ad Iacobum epist. 1.

Respon. dicendum, quòd inter episcopum, & ecclesiam contrahitur matrimonium spirituale. cap. sicut, 7. quæstio. 1, & per consequens non licet habere plures; præterea, episcopus dicitur caput suæ ecclesiæ; vnde monstruosum esset, vt vna ecclesia duo haberet capita; Præterea, ipse dicitur Pastor, sed vnius ouilis vnus dicitur pastor, iuxta illud Ioan. 10 erit vnum ouile & vnus pastor; vnde sicut ecclesia vniuersalis est vnum ouile vniuersale, ita ecclesia particularis, est vnum ouile particulare; Præterea, episcopus est pater familias in domo sua; sed in vna domo vnus tantum est paterfamilias; ergo & in vna ciuitate vnus episcopus.

Ad primum resp. illud fuisse speciale, vel quia nescierunt prohibitum fuisse, seu ex dispensatione diuina factum fuit, vt mutuo se iuuarent, ad vtilitatem ecclesiæ illius.

Ad secundum resp. q; Patriarcha non est Venetorum; sed Gradensium, qui locus multum distat à Venetijs.

Ad tertium resp. q; assumptum habet veritatem per modum concilij, non autem per modum principantis, aut iurisdictionem habentis; quia vnus posset impedire alium.

DISTIN. LXXXI.

Continuatur à se ipsa dum dicit; Ecce de ordinandis, & ordinatoribus, atque de singulorum graduum distinctionibus, officijs dixisse nos sufficiat; verum quia aliquantulum diffusius in his immorati sumus, precedentibus cohærentia quedam, sub epilogo ad memoriam subijciam, de qualitate promouendorum.

ARTIC. I.

Vtrum sit necessarium, ut in susceptione cuiuslibet ordinis, quis sit sine macula criminis?

AD hoc resp. quòd non; quia si hoc esset nullus ordinaretur; cum dictum sit nemo sine crimine viuit.

Pre-

Præterea, si sacramenta dispensantur tam à bonis, quàm à malis; ergo & ordo tam à bonis, quàm à malis suscipitur.

Præterea, Christus non repulit à ministerio ipsius corporali peccatricem Luc. 7. ergo non repellat peccatorem à susceptione ordinis.

Præterea, Christus non repulit Petrum, qui tamen peccatum grauissimum commisit, ipsum negando.

Sed contra dicitur in c. Apostolus. 81. distinct. vbi Aug. in trac. 41. ad c. 8. Ioannis.

Resp. dicendum per multas conclusiones; Prima, quòd necessarium est necessitate præcepti salutis, vt promouendus, pro tempore promotionis, non solum sit sine macula criminis, sed etiam sine macula peccati mortalis; vnde Leuit. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam non offerat panes coram Domino, nec accedat ad ministerium eius. Secunda sit conclusio, quòd falsa est opinio, dicens, quòd omne peccatum mortale repellat promouendum, & deijciat iam promotum. Tertia sit conclusio, Nullum crimen repellit à promotione per pœnitentiam abolitum, & super quo præcessit legitima dispensatio. Quarta conclusio sit, quòd illius crimen impedit promouendum, quòd est indispensabile, aut si requirit dispensationem, non est ad huc dispensatum in eo.

Ad primum resp. quòd ibi crimen accipitur largè, pro omni peccato: hic autem strictè, prout est accusatione dignum.

Ad secundum respondeo, quòd procedit de necessitate præcepti: non autem de necessitate sacramenti.

Ad tertium respon. negando consequentiam; quia ibi erat ministerium tantum temporalis obsequij, quòd etiam peccantes faciunt: Secus autem de ministerio spirituali, ad quòd applicantur ordinati.

Ad quartum resp. quòd Christus ordinando Petrum post peccatum, fecit illud post peractam pœnitentiam, ipsum dispensando.

DISTIN. LXXXII.

Continuari potest hoc pacto: Tractat enim de vita & moribus clericorum, dicens: Quòd episcopi debent erogare necessaria pauperibus; Item, quòd clerici non seruantes castitatem puniuntur.

DISTIN. LXXXIII.

Continuari potest hoc pacto; Dictum est supra qualiter ordinandus esse debeat sine crimine proprio: In hac dicit qualiter carere debet alieno: vnde dicit promouendum quoque est ne is, qui ad ordinandum eligitur, & si à proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis coinquinetur, vt ait Symachus Papa: non est grandis differentia an lethum inferas, vel admittas; mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit.

ARTIC. I.

Vtrum agentes & consentientes pari pœna puniantur?

Ad hoc videtur dicendum, quòd sic. per c. 1. dist. 83. vbi dicitur, quòd non est grandis differentia, vt quis proprijs manibus occidat, vel patiatur occidere.

Præterea, facit c. quanto. de sent. excom. vbi not. Docto. quòd agentes, & consentientes pari pœna puniuntur; idem probatur in capitulo facientes. distinctione 86.

Sed contra dicitur, quia si quis non percutiat clericum, licet patiatur percutienti, non incidit in canonem, licet incidat percutiens: ergo agens, & consentiens pari pœna non puniuntur.

Respondeo, dicendum, quòd consentire peccato contingit dupliciter. Primo laudando peccatum, vel approbando: Psal. nono, laudatur peccatum in desiderijs animæ suæ. Secundo præbendo consilium, vel auxilium. 2. paral. 19. Impio præbes auxilium; secundo indirectè, & hoc dupliciter. Primo non corrigendo, secundo non impediendo quocunque modo, si potest, ex quibus colligitur prima conclusio, quòd consentientes peccato indirectè sine consensu negligentiæ, non corrigendo, aut non impediendo modo sibi possibili, & conuenienti minus peccant, quàm facientes, nisi negligentia nimis crassa fieret, vt in prælato, cui ex officio incumbit. capitulo quanto, de senten. excommunica. capitulo consentire. capitulo nihil. distinctione 100. Secunda sit conclusio, quòd consentiens directè, scilicet consensum consilij; minus peccat, quàm faciens, plus tamen, quàm negligens. capitu. tanta. distinctione 86. & hoc quando alias erat facturus, alias est par delictum. capit. sicut. §. qui de homicid. l. qui seruo. ff. de furtis: vnde ad Roma. primo, digni sunt morte non solum illi, qui faciunt peccata, sed qui consentiunt facientibus. Tertia sit conclusio, quòd consentiens directè, per viam fauoris, & cooperationis æqualiter peccare dicitur cum faciente. l. tertia, §. item. ff. ad l. Corn. de sic. & per consequens pari pœna puniuntur. capitulo qui resistit. 11. quæstione tertia, & hoc quando malefactor non erat alias delictum facturus, alias minus peccat, & per consequens minus punitur. l. is qui opem. ff. de furtis; & ex his patet responsio ad obiecta.

DISTIN. LXXXIV.

Continuatur ad ea, quæ supra dixit de Apostolica regula oportet episcopum esse prudentem; ideo dicitur hic solicitum quoque, & vigilantem esse oportet circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum, quòd si facere neglexerit asperè est corrigendus.

ARTIC. I.

Vtrum episcopus peccat mortaliter, si circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, & tuitionem monasteriorum se habuerit negligenter?

AD hoc uidetur dicendum, quòd non. Matt. sexto, ibi. Ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, aut corpori vestro, quid induamini, si pro nobis prohibetur solicitudo; ergo & pro alijs.

Præterea, Psal. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam: ergo solicitudo est relinquenda, iuxta illud primo Pet. quinto, omnem solicitudinem nostram proijcientes in eum, scilicet Deum, quoniam ipsi cura est de nobis.

Sed contra dicitur. capitulo primo, & sequenti distinctione 84.

Respondeo, dicendum, per multas conclusiones. Prima, quòd episcopo competit multiplex solicitudo circa subditos: vnde episcopus dicitur super intendens, quasi semper curam subditorum gerens. capitulo cleros. 21. distinctione. Secunda conclusio sit, quòd ad episcopum spectat curam habere pauperum, oppressorum, & monasteriorum. capitulo episcopus. 88. distione: est enim ipse tanquàm medicus animarum: Tertia sit conclusio, quòd si hæc facere neglexerit mortaliter peccat. cap. primo, & sequenti distinctione 84. solicitudo episcopi multiplex dicitur esse. Primo inquantum prælatus debet corrigere malos Prouerb. 13. qui parcit virgæ odit filium suum; In quantum est doctor debet solicite docere. secundo ad Titum quarto. Prædica verbum, insta oportunè, importunè increpa, & ad Thessalo. primo. Fiduciam habemus in domino nostro loqui ad vos euangelium Dei in multa solicitudine. In quantum est pastor debet pascere gregem. Ioan. vlti. pasce oues meas. Luc. 2. Pastores erant in eadem regione uigilantes, & custodientes vigilias noctis, super gregem suum.

Ad primum respondeo, quòd non prohibetur solicitudo temporalium, nisi quæ est illicita, vt quando tendit circa temporalia, tanquam ad finem, aut cum superfluum studium ponitur in eis: non autem prohibetur licita & moderata solicitudo.

Ad secundum respondeo, negando consequentiam: quia licet Dominus sit principalis custos omnium: Nihil? sub eo, & cum eius adiutorio, sunt etiam alij custodes, & Angeli psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis, ita prælati sunt custodes suorum subditorum, sicuti pastores sui gregis.

DISTIN. LXXXV.

COntinuat, Repetens regulam Apostolicam dicentem, oportet Episcopum ordinandum esse hospitalem; ideo dicit Hospitalitas vero vsque adeo Episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, Iure prohibentur ordinari. c. 1. ead. dist.

DIST'IN. LXXXVI.

COntinuatur vt supra; Repetens Apostolicam regulam dicentem, oportet Episcopum esse doctorem, ne inferiorum culpæ in eum refundatur, qui docendi officium accepit, quòd exequi ne scit, vel negligit.

Diuiditur in octo partes: In prima dicit, qòod prælatus debet subditos corrigere; In secunda, si Prælatus excesserit modum in corrigendo, oon debet petere veniam à subditis; In tertia, quòd oon debet scientias humanas, sed sacram scripturam subditis exponere; In quarta, quòd Episcopus debet esse liberalis; In quinta, quòd non debet dare Histrionibus, venatoribus, nec meretricibus, nisi sint in casu necessitatis constituti; In sexta, quòd cum biscretione debet punire subditos suos, In septima, quòd nullum debet proprijs manibus cedere. In octaua ostendit quòd clerici non debent conducere possessiones layco tum lucri gratia, nec ipsorum causas suscipere.

ARTIC. I.

Vtrum Prælatus modum correctionis excedens, veniam debeat petere à subditis.

AD Hoc videtur dicendum, quòd sic Mat. 5. si offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, quòd habes aliquid aduersus fratrem tuū vade prius reconciliari fratri tuo.

Præterea, facit c. nos si 2. q. 3. vbi Papa se subdijcit Iudicio Imperatoris, & Nunciorum eius, si quid erga subditos iniuste egerit.

Præterea, si superior execedens modum correctionis tenetur actione iniuriarum. l. quemadmodum. l. magistratus. ff. ad. l. Aquil. ergo tenetur veniam postulare à subdito.

Sed Contra dicitur in c. quando dist. 86. ibi quando necessitas disciplinæ in moribus cohercendis dicere vos dura verba compellit, si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis, oon à vobis exigitur vt vos à subditis veniā postulatis, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimiū seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas; & tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit eos, quos plos Iuste forte corripitis, quanta beneuolebtia diligatis; Aug. de vita. cleric.

Resp. dicendum, quòd si excedit limites charitatis, cadens excessus ad infamiam correcti, tunc, quia in proximum peccat, debet ab ipso veniam postulare ita intelligitur. illud Mat. 5. si vero sic excedat, quòd maneat infra terminos charitatis, & beneuolentiæ, præter quam aliquantulum excedit, vt subditus sine infamiæ emendatur à crimine, non debet de hoc ueniam petere, & sic patet resp. ad primum.

Ad secundum resp. quòd Pontifex illud fecit ex humilitate, sicuti etiam alij Prælati possent si vellet, sed non tenentur petere ueniam.

Ad tertium respon. illud esse verum, quando Prælatus

latus modum excederet contra charitatem, in graue, damnum subditi, alias secus, ut dictum est.

DISTIN. LXXXVII.

Continuari potest hoc pacto: Dictum est in fine proxime praecedentis distinctionis, quod clerici non debent tractare negocia secularia: Hic sequitur declarando, quae negocia, etiam si secularia sint, tractare possint dicens, quod tractare potest negocia omnium miserabilium personarum.

ARTIC. I.

Vtrum causa miserabilium personarum pertineant ad iudicem ecclesiasticum?

Ad hoc videtur dicendum, quòd non, per c. regum. 23. q. 5. & l. vnica. C. quando imperator inter pupillum.

Sed contra facit. capitulo primo, & sequenti distinctione 87.

Resp. dicendum, quòd causa miserabilium personarum, quo ad defensionem, ne opprimantur à potentioribus pertinet ad ecclesiam. c. licet. distinc. 87. & c. licet. de censibus, similiter, & quo ad iniuriam illis illatam. c. si quis de potentatibus 24. quaest. 3. c. ex parte, de foro competen. hoc idem quando agitur de possessorio d. c. ex parte. Doct. Com. c. significantib de offic deleg. si vero agitur de petitorio cognitio spectat ad iudicem secularem. cap. ex tenore de foro compet. In defectu autem, vel negligentia iudicis secularis, iurisdictio deuoluitur ad iudicē ecclesiasticum. Doct. c. ex tenore: gl. 2. Inno. & Host. in c. signifi cantibus. de offi. deleg. & per haec patet responsum ad obiecta.

DISTIN. LXXXVIII.

Continuatur ita; facta interpositione miserabilium personarum, reuertitur ad propositum, scilicet ad cap. non cupidum, & diuiditur in duas partes: In prima ostendit, clericos non debere exercere opera cupiditatis, scilicet negotia secularia tractare. In secunda dicit, quod nullus debet presbyterum in testamento nominare tutorem: secunda ibi, neque.

ARTIC. I.

Vtrum liceat clericis negocia secularia tractare?

Ad hoc videtur dicendum, quòd non, per c. 1. & seq. dist. 88.

Praeterea; 2. Timot. 2. Nemo militans Deo, implicans se negocijs secularibus.

Sed contra dicitur ad Rom. vlt. ibi: Commendo uobis Phebem sororem: & assistatis ei, in quocunque negocio uestri indiguerit.

Respon. dicendum, sub duabus conclusionibus: Prima, quòd caula cupiditatis secularia negocia tractare, siue gerere non licet clericis: finis enim militiae spiritualis est, vt victoriam habeat ab omnibus, quae sunt contra Deum; vnde oportet, quòd abstrahant ab his, quae distrahunt à Deo, quę sunt negotia secularia; solicitudo enim huius seculi suffocat verbum; secunda conclusio est, quòd causa charitatis, cū debita modestia negocijs secularibus ingerere licet, maxime cum superioris sui licentia ministrando, & dirigendo, iuxta illud ad Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi. & Aug. 19. de Ciuit. Dei otium sanctumquaerit charitas negotium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam, si nullus imponit, contemplando ue citati vacandum est; si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: & per haec patet Resp. ad obiecta.

DISTIN. LXXXIX.

Continuari potest hoc pacto; Cum dictum fuerit supra in dist. 47. de dispositione, qua quis praesidet proprię familiae. Hic tractat de illa, qua quis praeest propriae Ecclesiae; ideo dicitur domui suae oportet quoque Episcopum bene esse praepositum, vt quaedam inde quodammodo futurae dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione vero Ecclesiae hanc regulam obseruandam nouerit, vt nulli, quātumlibet exercitatae personę, duo simul officia committat; neque secularibus viris res Ecclesiasticas gubernandas committat.

ARTIC. I.

Vtrum diuersitas officiorum debeat esse in Ecclesia?

Ad Hoc uidetur dicendum, quòd non: quia in primitiua Ecclesia non habentur tot officia, videlicet Patriarchae, Archiepiscopi, & alij similes ergo nec hodie haberi debent consequentia patet.

Praeterea, diuersitas vnitati repugnat; sed fideles Christi in vnitatem vocantur. Ian. 17. vt sic vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus.

Praeterea, natura non facit per multa, quòd potest facere per vnum; sed operatio gratiae est multo ordinatior, quàm operatio naturae; ergo conuenientius esset, quòd ea, quae pertinent ad actus gratiae, per eosdem homines administrarentur; ita vt non esset in Ecclesia diuersitas officiorum.

Sed contra dicitur in c. singula. 89. dist. ibi, singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi iubemus; sicut. n. in vno corpore multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent, ita in Ecclesiae corpore multa membra sunt vbi Gregor. omnibus Episcopis.

Resp. dicendum, quòd Ecclesia militans est exem plata à triumphante. exod. 18. vide & fac omnia secundum exemplum, quòd tibi monstratum est: sed Ecclesia triumphans multiplici varietate ordinum distincta est, ita & Ecclesia militans: vnde in Psal. 44. Astitit Regina à dextris tuis circūndata varietate; & horum graduum diuersitas datur ex triplici ratione; primo quia facit ad perfectionem illius: secundum per-

pertinet ad n... tatem actionum, quæ occurrunt in Ecclesia. Te... operatur pulchritudinem in ea.

Ad primum Respondetur negando consequentiam; quia plura in processu temporis instituta sunt in Ecclesia, spirante spiritu sancto, quo ipsa regitur, & hoc secundum exigentiam status eius.

Ad secundum respondetur, quòd non qualibet diuersitas repugnat cuilibet vnitati; vnde sicuti diuersitas membrorum in vno corpore non repugnat vnitati corporis, imo est eius perfectio, ita erit isto in casu.

Ad tertium respondetur quòd sicut natura non facit per multa, quòd potest facere per vnum; ita etiam non coaptat in vnum id, ad quod multa requiruntur.

DISTIN. XC.

Reassumit materiam regulæ Apostolicæ supra in 46. distinct. iam dictæ, & dicit, litigiosus quoque prohibetur ordinari; quia, qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidiá debet prouocare.

ARTIC. I.

Vtrum oblationes non habentium pacem cum proximo suo sint Deo acceptæ?

Ad hoc videtur dicendum, quòd sic; quia oblatio corporis Christi à quocunque offeratur dicitur accepta Deo; vnde Aug. de corpore Christi ait, quòd in ministerio corporis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus proficitur.

Præterea, nullum bonum est irremuneratum; ergo oblatio, quæ est quoddam bonum, est accepta, & remuneratur.

Præterea, decimæ à quocunque soluantur sunt gratæ Deo, & iterum non soluuntur.

Sed contra dicitur in c. Neque distinct. 90. ibi neque ad Cayn, neque ad munera eius respexit Deus neque enim habere placatum Deum poterat, qui cum fratre non pacem, sed tali discordiam habebat. Cyprian. de vnitate Ecclesiæ.

Respondetur dicendum Iuxta 1. ad Cor. 13. si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest intellige quantum ad meritum vitæ æternæ, quæ solis diligentibus repromittitur. & Matt. 5. si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc venies offerens munus tuum.

Ad primum respondetur, quòd illud procedit ex opere operato; secus autem est ex opere operante, secundum quòd dicitur, quòd melior est Missa Sacerdotis boni.

Ad secundum respondetur quòd illud procedit quoad remunerationem temporalium, vel quoad dispositionem; non autem quoad meritum vitæ æternæ.

Ad tertium respondetur, quòd peccator soluens decimas, satisfacit ministris, sed non Deo.

DISTIN. XCI.

Continuari potest supra dictum est per multas Distinctiones quales debeant esse clerici promouendi, Nunc dicit, quòd clerici debent habere stipendia ab ecclesia; si vero ecclesia eis non sufficit, proprijs manibus debent victum quærere, sicut fecit Apostolus, ita tamen quòd tali occasione non desit officijs ecclesiasticis.

ARTIC. I.

Vtrum obligatus ad dicendas horas canonicas, omittens eas dicere, peccat mortaliter?

Ad primum videtur dicendum, quòd non; quia contingere potest, quòd talis officiatur impotens ad dicendum, quo casu non tenetur. gl. c. 1. de cler. non resid. in 6. vers. infirmitatis.

Præterea, potest contingere, quòd talis obliuiscatur eas dicere, quo casu peccare non videtur.

Præterea, contingere potest, quòd talis careat libro, propter paupertatem.

Præterea, contingere potest, quòd nesciat recitare officium, prout contingit in subdiacono nouiter promoto.

Sed contra dicitur in c. Eleuterius, vbi Pelagius Papa. 91. distinct. conc. capit. dolentes. de celebr. Missa.

Respondetur dicendum, quòd faciens contra præceptum ecclesię, peccat, mortaliter. c. 2. de maior. & obed. sed obligatus ad horas dicendas, omittendo eas ex industria, aut negligentia, facit contra præceptum dictis iuribus allegatis; ergo peccat; hinc est, quòd pro hoc potest excommunicari. c. clericus. 91. distinct. quę excommunicatio non infertur, nisi pro mortali. c. nemo. 11. q. 3.

Ad primum respondetur quòd ibi adest impossibilitas, quę excusat. c. impossibili iũ de reg. iur. in 6. si potest recompensare per æquiualens, vt dicere psalmos, vel orationem dominicam tenetur; si vero etiã id non potest, excusatur omnino; nec tenetur post conualescentiam eas iterare. not. c. ad audientiam. de cler. non resid.

Ad secundum resp. quòd si talis obliuio causetur ex legitima occupatione excusabitur.

Ad tertium resp. quòd si fuerit talis paupertas, vt eum emere non poterit librum, excusatur, qui tamen tenetur in alia re compensare, & magis tenetur emere breuiarium, quàm bibliam.

Ad vltimum respondetur, quòd talis ignorantia non excusat, nam debebat ante dicere, vt postea satisfare posset.

ART.

ARTIC. II.

Vtrum diuinum officium conuenienter distinguatur per septem horas canonicas?

AD secundum videtur dicendum, quòd non Luc. 18. oportet semper orare, & non deficere & 1. Thes. 5. sine intermissione orate, & in psal. benedicam dominum in omni tempore, & semper laus eius in ore meo; ergo nulla est tpis limitatio.

Præterea, continue auxilio semper egemus, quòd per orationem imploretur, ergo semper est orandum.

Sed contra dicitur in c. præsbyter, vbi Concil. Nannentense. 91. dist. ibi, Propheta dicente, septies in die laudē dixi tibi, q̃ septemnarius sacratus numerus à nobis sic impletur, si matutinum, primæ, tertiæ, sextæ nonæ, vesperi, & completorii tempore nostræ seruitutis officia persoluamus.

Resp. dicendum iuxta Eccl. 3. omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa; tempus tacendi, tempus loquendi &c. oratio ergo cum sit existentium, tempus habet determinatum, vt cætera.

Ad primum resp. quòd non intelligitur, ut orationis actus nunquam interrumpatur; nam præceptum affirmatiuum licet obliget ad semper, non tamen pro semper, sed pro loco, & tempore, vel quia iustus, secundum Deum omnia gerit; nam semper orat, qui semper agit bona, nec desinit orare, nisi cum desinit esse iustus.

Ad secundum resp. negando consequentiam.

DISTIN. XCII.

COntinuatur ita: supra dictum est, quòd clerici debent conuenire ad ecclesiam ad diuina officia, Hic autem ostendit, qualiter diuina officia in ea debeant exequi.

ARTIC. I.

Vtrum sufficiat dicere horas canonicas mente absque vocis expressione?

AD primum uidetur dicendum, quòd sufficiat mente tantum dicere horas canonicas. per c. cantantes, dist. 92. ibi, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, audiant hoc adolescentuli, audiant hi, quibus in ecclesia est officium psallendi Deo non uoce, sed corde cantandum.

Præterea, oratio debet fieri infra occulto. Matt. 6. Tu autem cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.

Præterea, uocalis expressio impedit eleuationem mentis in Deum, quòd est effectus orationis.

Sed contra dicitur psal. 141. voce mea ad Dominum deprecatus sum. c. dolētes de celeb. miss. S. Tho. 2. 2. q. 83. Artic. 12.

Resp. dicendum, quòd duplex est oratio. s. solemnis, & publica, quæ incumbit ministris ecclesiæ ex officio, secundum quòd sunt medij inter Deum, & populum, & hæc debet esse uocalis, quia non solum fit pro se, sed etiam pro alijs, vnde Cantic. 2. Sonet uox tua in auribus meis; & quia alij ad deuotionem excitantur: Alia est oratio priuata, & singularis, quam quis priuatim offert pro se, & pro alijs, & in hac de necessitate non est, quòd fit cum uoce exteriori; Hoc enim modo Anna mater Samuelis orabat in corde, & uox eius penitus non audiebatur, 1. Reg.

Ad primum resp. quòd cum dicitur non uoce, intelligitur, scilicet tantum.

Ad secundum resp. quòd non prohibet fieri in publico: sed ut intentio maneat in occulto.

Ad tertium resp. negando consequentiam, quia verba ad aliud pertinentia distrahunt mentem, & impediunt deuotionem orantis; sed uerba significantia aliqua ad deuotionem pertinentia excitant mentem in Deum.

ARTIC. II.

Vtrum cantus sint assumendi ad cantandum laudem diuinam?

AD secundum uidetur dicendum, quòd non: ne videamus iudaizare: iudæi enim laudabant Deum in musicis Psal. 32. Confitemini domino in cythara, in Psalterio decem cordarū psallite illi.

Præterea, cantus distrahit mentem à consideratione eorum, quæ cantantur, quæ minus etiam canendo intelliguntur.

Sed contra dicitur in c. in sancta, dist. 92. vbi præsuponit cantum in diuinis laudibus assumi, vbi Greg. lib. 4. epist. 44.

Resp. dicendum, q̃ laus uocalis ad hoc necessaria est, vt affectus prouocetur in Deum; nam secundum diuersas melodias hominum animę diuersimode disponuntur: cantus. n. cor liquefacit in affectum sanctum, mentem eleuat, tristitiam malam depellit, Diabolum fugat. 1. Reg. 16. & militantem ecclesiam uertit in similitudinem triumphantis, quæ semper iubilas facit, c. 1. sess. 22. Conc. Trid.

Ad primum resp. negando consequētiam; sunt. n. diuersa instrumenta, & diuersi cantus ecclesiæ nostræ ab illis.

Ad secundum resp. q̃ cantus ad deuotionem attētiorem reddit auditorem, quia diutius moratur in eo, & quia affectus nostros excitat in Deum.

DISTIN. XCIII.

COntinuari potest hoc pacto; dictum ē supra de ordine clericorum; verum quia dignitas Prælatorum contemptibilis est, sine obedientia subditorum ad prælatos, ideo dicit obedientiam autem inferiores ex ordine superioribus debent, summo. n. Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit. Nec in Ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit.

DISTIN. XCIV.

COntinuari potest hæc dist. ad proximū c. precedentem, vbi dicitur, q̃ diaconus potest esse legatus Papæ; Hic autem dicit, q̃ Pontifex pōt cōmittere uices suas subdiacono, videlicet, q̃ esse pōt legatus Papæ, subdens quòd si quis impedit legatum Papæ debet excommunicari. c. 1. & seq. huius dist. n.

Dist.

DISTIN. XCV.

COntinuatur ita; quamuis sacerdotes debeant episcopis, vt subditi superioribus, obedire: nihilominus possunt præsentibus episcopis celebrare, & baptizare, & sacramentum extremæ vnctionis conferre, cum hoc pertinet ad officiũ illorũ.

DISTIN. XCVI.

COntinuari potest hoc pacto; supra in c. si duo. dist. 79. dicitur de electione Romani Pontificis, & ne videretur laycis habere potestatem constituendi, vel disponendi de rebus ecclesiæ; hic probat & ostendit, ꝙ nulla institutio, aut ordinatio secularium principum, circa electionem Romani Pontificis, aut circa ordinationes & ecclesiastica officia, vel res illius ecclesiæ, nullius est momenti; quoniam laycis de ecclesiasticis rebus disponere non est concessum.

ARTIC. I.

Vtrum laycis disponendi de rebus ecclesiæ sit aliqua facultas?

AD primum videtur dicendum, ꝙ sic per §. verum. dist. 32. vbi scribitur quibusdam laycis, vt suspendant & excommunicent quosdam clericos simoniacos.

Præterea, layci possunt interesse synodo. c. bene distinctione 96.

Sed contra dicitur in c. bene. dist. 96. vbi de rebus ecclesiasticis disponendis laycis nulla facultas attribuitur, vbi Simacus Papa.

Resp. dicendũ, ꝙ laici non possunt exercere iurisdictionem spiritualem, etiam ex commissione episcopi; ex commissione tamen Pontificis poterũt excommunicare. c. si. 10. q. 3. possunt tamen causæ clericorũ mere ciuiles à prælatis committi laycis, vt sunt causę pecuniariæ & similes, consentientibus tamen clericis, alias secus.

Ad primũ resp. ꝙ ibi præcessit mandatũ Pōtificis.

Ad 2m resp. ꝙ layci non intersunt synodis, vt iudices & dispositores rerum ecclesiæ.

Ad tertium resp. ꝙ leges principum de rebus ecclesiæ non obuiantes canonibus censentur per Pontificem approbatæ, alias nihil disponunt. not. c. 1. & sequen. de no. oper. nunc.

DISTIN. XCVII.

COntinuat materiam tactam supra in cap. bene. 96. dist. & dicitur hic, quòd Imperator non debet disponere de rebus ecclesiæ.

DISTIN. XCVIII.

COntinuatur à seipsa, dum dicit; dictum est de ordinatione, & electione clericorum; verum quia ipsi sæpe mutantur de vna prouincia in aliam; ideo dicit, quòd non recipiatur absque literis episcoporum suorum.

DISTIN. XCIX.

COntinuatur à se ipsa dum dicit, de primatib. quorũ supra mentionem fecimus in dist. 80. quæritur quem gradũ in ecclesia teneant? & de his plenissime tractat; dicens, ꝙ archiepiscopi debent præstare obedientiam primatib. & à sententia Archiepiscopi ad primates appellatur.

DISTIN. C.

COntinuatur ita: dictum est de primatib. & Patriarchis, quorũ dignitas, quia vr̃ imperfecta absq; pallio; ideo nunc specialiter de eo dicit, episcopos ordinare ante pallium acceptum non Archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet.

ARTIC. I.

Vtrum Patriarchæ, siue Primates, & Archiepiscopi teneantur à sede apostolica recipere pallium?

AD primũ videtur dicendũ, ꝙ non; q̃a hoc genus vestimentorũ nō reperit in antiqua lege, à qua forma uestium sacerdotum processit.

Præterea, palliũ signār plenitudinē Pōtificalis potestatis, si loquamur de ptāte ordinis, ẽr epi illud deberent hr̃e, si vero iurisdictionis dicimus, hanc solũ penes pontificem esse: ergo ipse solus, & non alij.

Præterea, Archiepiscopus consecratus pōt oĩa facere, quæ palliatus: quia confert ordines, & consecrat episcopos: ergo frustra pallium sibi datur.

Sed contra dicitur c. 1. & seq. dist. 100.

Resp. dicendũ, ꝙ sicuti Archiepi distinguũtur honore ab epis, ita distingui debēt ornamēto aliquo honoris, & hoc est palliũ, qd sibi datur, vt sicuti alios augmēto dignitatis excellũt, ita alios ornamēto actionis excellere debent. c. rationis. distinct. 100.

Ad primũ resp. negando consequentiã: q̃a multa sunt in nouo sacerdotio, quæ non fuerunt in veteri, sicuti patet de patriarchis, & Archiepiscopis.

Ad 2m resp. ꝙ licet hēat in gn̄e eandē ptātem, quã hēt eps; hēt tñ illam ampliorē; & ad significandũ hoc datur sibi palliũ, quo vndiq; circũdatur: q̃a vero summus pōtifex habet vniuersaliorē sp & ubique pallio vtit, nō āt archieps c. ad honorē. de auth. & vsu pallij.

Ad tertiũ resp. negādo consequentiã: dicimus. n. ꝙ licet possit facere de facto, non tamen de iure: ideo venit deponendus, si fuerit, vt c. quoniam. 100. dist.

DISTIN. CI.

COntinuatur ita, supra dictum est de diuisione prouinciarũ p primates in dist. 99. verũ quia ẽt per Metropolitanos diuidunt; ideo dr̃ hic, ꝙ in vna prouincia non debent esse duo Metropolitani, ne duo capita unius corporis videant monstruosa, nisi in illa prouincia multitudo fidelium excreuerit; nam tunc authoritate Papæ potest nouus Metropolitanus constitui. &c.

FINIS.

SVMMA
SEBASTIANI MEDICES FLORENTINI
DE CONCORDIA CANONVM DECRETI.

PARS SECVNDA.

PROOEMIVM.



POST tractatum ministrorum, ordine congruo subdit tractatum negociorũ; In illis enim animarum saluti; in his proximorum consulitur vtilitati, paci, & quieti. In illis Deo latriæ cultus exhibetur, vbi Deus homini placatur, in his hō homini recōciliatur; Primo ergo egit de ministris; nunc vero agit de negotijs, vt primo reconciliati Deo per deuota ministeria, secūdo pacē habeamus per iustas negociorū defensiones; fructus.n.iustitiæ pax Esai. 5. Prius vota sunt soluenda Deo, & post foras in exterioribus vacandum est proximo, quòd ex facto Moysi ostenditur, qui prius in tabernaculum ad Deum introibat, & postea foras existens populo consulebat Exod. 10. & Matt. 5. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & post hæc omnia adijcientur vobis.

Quare autem Gratianus de criminibus tractaturus inceperit à crimine symoniæ? dic quòd ratio est multiplex, primo, cum dixerit supra cap. nouit. 100. dist. quòd pro vsu pallij non est pecunia accipienda, hic sumpta occasione ab eo incipit de simonia tractare, vt continuatio fiat ad proxima. Secùndo, quia vt inquit gl. cætera crimina respectu simoniæ nihil reputantur, cap. patet. 7. q. 1. Tertio; quia cætera crimina personas indignas ordinibus faciunt; hoc autem crimen ipsi ordines indignissima humiliatione vilescunt; vnde Act. 8. pecunia tua sit tecum in perditione, quia donum Dei existimasti pecunia possideri; & in detestationem huius Christus ementes & vendentes prę alijs peccatoribus eiecit de templo Matt. 21.

Esset videndum pro clariori intelligentia huius materiæ, quid sit simonia, vnde dicatur, quotuplex sit, quot modis committatur, an sit peccatum, & de eius restitutione? de quibus vide, quæ dixi in summa pec. cap. par. prima. tit. 6. q. 124. & seq. latè per totum.

CAVSA I.

Quidam habens filium, obtulit eum ditissimo cænobio. &c.

QVAEST. I.

HIc primum quæritur, an sit peccatum emere spiritualia?

QVAEST. II.

Secundo, an pro ingressu Ecclesiæ sit exigenda pecunia, vel si exacta fuerit, an sit persoluenda?

QVAEST. III.

Tertio, an ingressum vel præbendas Ecclesiæ emere sit simoniacum?

QVAEST. IIII.

Quarto, an iste sit reus criminis, quòd eo ignorante pater admisit?

QVAEST. V.

Quinto, an liceat ei esse in Ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus?

QVAEST. VI.

Sexto, an illi, qui ab eo iam simoniaco ignoranter ordinati sunt, abijciendi sint, an non?

QVAEST. VII.

Septimo, si renuncians suę hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non?

QVAEST. I.

QVòd autem spiritualia emere peccatum sit probatur multorum authoritate.

Pro pleniori intelligentia huius primæ quæst. ponam infra non nullos articulos.

ARTIC. I.

Vtrum emere vel uendere spiritualia pro pretio temporali sit peccatum?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non quia nihil est magis spirituale, quàm regnũ Cœlorum, dicit enim Greg. in quadam homil. regnum Cœlorum tantum valet, quantum habes.

2 Præterea, oratio est maximè spiritualis; sed aliquis dare potest pecuniam bonis viris, vt orent pro eo, secundum illud Luc. 16. facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

3 Præterea, licitum est missam cantare pro aliquo pretio, quia nemo stipendijs suis debet militare. 1. Corinth. 9.

Sed contrarium dicitur c. 1. & seq. 1. q. 1. vbi Leo Papa in epist. 84. loquens de gratia ait, quę nisi gratis detur, non est gratia, sed merces.

Resp. dicendum, quòd emere vel vendere spiritualia pro temporali, est peccatum graue; quia sm S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. Actus aliquis est malus ex genere, eo quòd cadit super materiam indebitam; sed emptionis, & venditionis materia indebita est res spiritualis, quòd probatur, quia materia spiritualis non potest aliquo pretio terreno compensari, sicuti de sapientia dicitur. Prou. 3. pretiosior est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur huic non valent comparari; secundo, quia nemo est dominus spiritualium, nisi solus Deus, si non Dominus, ergo non venditor, sed dispensator erit, 1. ad Cor. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei; Tertio, quia repugnat spiritualium origini, quæ ex gratuita Dei voluntate procedit; vnde Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date; qui ergo spiritualia emit, vel vendit, irreuerentiam exhibet Deo, peccans peccato irreligiositatis, & consequenter mortaliter.

Ad primum resp. quòd ibi non dicitur propriè emi, sed metaphoricè, siue largo modo nomine emptionis sumpto, secundum quod accipit pro merito, quòd tamen non pertingitur ad rationem emptionis, tùm quia non est æquiualens præmio, non enim sunt condignæ passiones huius temporis, nec aliqua dona nostra, vel opera ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Rom. 8. Tum etiam, quia ex merito nostro nihil Deo accrescit; emens enim nihil Deo dat, quòd suum non fuerit.

Ad sm resp. quòd oratio nullo modo sub pretio venit, cum sit spirituale, nec illi, qui dant pecuniam pauperibus, vt pro illis orent, orationem emunt, sed animos pauperum alliciunt ad orandum pro eis, & eos faciunt sibi debitores.

Ad tertium resp. quòd facere pactionem de missa sem per simoniacum est; si tamen non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio missam cantare, potest accipere denarios, sicut conductitij sacerdotes faciunt, non quasi pretium missæ, sed quasi substentationem vitæ; vnde glo. Ang. super illud. 1. Timo. 3. qui bene præsunt presbyteri. &c. dicit. Accipiunt necessitatem à populo, mercedem uero dispensationis à Deo.

ARTIC. II.

Vtrum licitum sit pro sacramentis pecuniam dare?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic; quia licet in aliquo, puta necessitatis articulo pro sacramento baptismi pecuniam dare, quando aliter baptizari non posset.

2 Præterea, quidam absoluentes ab excommunicatione pecuniam exigunt; & tamen pœnitentia est sacramentum.

3 Prӕterea, matrimonium est sacramentum, & tamen dum contrahitur licitè interuenit pactum de aliquid dando.

Sed contrarium dicitur c. 1. p. q. 1. ibi gratia, si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. S. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 2.

Resp. dicendum, vltra adducta in proximo præcedenti articu. quòd ille contractus est illicitus, in quo natura rei repugnat contractui; sed sic est in venditione sacramentorum: ergo est illicita: maior probatur, quia natura rei debet congruere contractui, & èconuerso: minor probatur, quia accessorium sequitur naturam principalis, sacramenta sunt accessoria ad gratiam, sicuti causa dispositiua ad eam, & sequuntur eius naturam; natura autem gratiæ est, quòd gratis detur, vt dicitur in textu, & ad Roma. vndecimo, natura autem venditionis est, quòd sit contractus non gratuitus: ergo natura sacramentorum nouæ legis repugnat contractui emptioni. Accipere autem aliquid ad sustentationem eorum, qui sacramenta ministrant secundum ordinem ecclesiæ, & consuetudines approbatas, non est simonia, nec peccatum. capitulo ad Apostolica. de simonia. non enim accipitur tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis.

Ad primum respondeo, quòd pro baptismo nullo pacto est aliquid dandum: posset tamen quis aquam emere, quæ est pure elementum corporale: unde qui gerit curam pueri in tali casu posset baptizare, vel à quocunque alio, si à sacerdote non posset absque pecunia; si autem esset adultus nullo modo deberet pretium pro sacramento dare, sed potius absque baptismo decedere: suppletur enim ei baptismo flaminis: nam tali casu perinde est, ac si nullus extaret, qui eum baptizaret.

Ad secundum respondeo, quòd pro absolutione non potest pecunia exigi, sed bene potest ei imponi pœna pecuniaria, quasi pœna præcedentis peccati: in quo tamen cauendum est, ne talis exactio magis cupiditati, quàm correctioni adscribatur.

Ad tertium respondeo, quòd matrimonium non solum est sacramentum, sed etiam officium naturæ: ex quo est sacramentum, nihil pro eo dari potest: ex quo est officium naturæ, potest pro eo pretium dari, sicuti pro alijs ciuilibus, & corporalibus fit.

ARTIC. III.

Vtrum de pecunia simoniacè accepta possit fieri eleemosina?

1 AD tertium uidetur dicendum, quòd non. per cap. non est putanda. 1. quæstione 1. ubi Gregor. libro 7. epist. 110. Non est putanda eleemosina, si pauperibus dispensetur, quòd ex illicitis rebus accipitur.

Præ-

2 Præterea, Prou. 3. Honora dominum de tua substantia. glo. non de aliena; sed pecunia simoniace accepta, non est de substantia dantis. &c.
3 Præterea, Prou. 22. Hostiæ impiorum abominabiles Deo, quæ offeruntur.

Sed contra facit ratio; quia pecunia simoniace accepta non potest retineri licitè ab eo, qui recipit; quia contra iustitiam accepit; nec potest reperi ab eo, qui dedit; quia contra iustitiam dedit; ergo cum vterque iuste priuandus ueniat, videtur quòd illa pecunia per eleemosinas sit eroganda, vel pauperibus, vel ecclesiæ, in cuius iniuriam accepta est. not. c. de hoc. extra de simon.

Ad primum resp. quòd ibi loquitur de illis illicitè acquisitis, in quibus competit repetitio, quòd non est in casu isto.

Ad secundum resp. quòd acceptum simoniace transit in dominium accipientis; vnde quasi de sua substantia erogat: secundo resp. quòd de his non potest fieri eleemosina propria, tanquam de sua, sed de dispensatione iuris, vel superioris potest.

Ad tertium respond. aliter loquendum de oblatione, aliter de eleemosina; nam de turpi lucro non potest fieri oblatio ad altare, præcipue manifestè, propter scandalum, & reuerentiam sanctorum, & sceleris abominationem; non tamen hæ causæ prohibent, quia ex his fieri possit eleemosina.

ARTIC. IV.

Vtrum simoniaca hæresis fuerit prima in Ecclesia?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non. per c. primum de consecrat. dist. 2. vbi dicit Augu. prima hæresis in discipulis Christi veluti ad duritiam sermonis eius facta est; cum. n. diceret, nisi quis manducaueris &c. illi non intelligentes dixerunt ad inuicem durus est sermo iste, quis enim potest audire eum Ioan. 6.

Sed contra dicitur c. fertur 1. q. 1. vbi Greg. lib. 7. epist. 114. fertur simoniaca hæresis (quæ prima cōtra Dei ecclesiam diabolica plantatione subrepit) in ipso ortu suo zelo Apostolicæ vltionis percussa.

Respond. dicendum, concordando istos textus, quòd vna dicatur prima inter discipulos, altera inter alios; vel vna prima dicatur circa corpus Christi verum, altera prima circa corpus Christi mysticum; vel vna fuit prima, Christo per se immediate ecclesiam gubernante, altera prima, ipso, per Petrum eius viaticum, post eius ascensionem, ecclesiam regente.

ARTIC. V.

Vtrum sit licitum ponere nummos in concha Ecclesiæ ab his, qui baptizantur?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd sic quia hoc est opus pietatis, quòd nemini est prohibendum.

2 Præterea, facit cap. Placuit 1. q. 1. vbi loquens de hoc dicit, si quid voluntariè pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur.

3 Preterea, sicuti non est simonia dare quòd quis habet monasterio, dum in illud ingreditur; ergo pari ratione idem poterit ingrediens religionem Christianam.

Sed contra dicitur in cap. emendari. 1. q. 1. vbi concil. eliberitanum cap. 48. inquit emendari placuit, vt qui baptizantur, vt fieri solebat, nummos in concham non mittant, ne sacerdos, quòd gratis accepit distrahere videatur.

Respond. dicendum, quòd licet opus sit pietatis ponere nummos in concha Ecclesiæ, pro sustentatione ministrorum, & manutentione luminarium Ecclesiæ, nihilominus ratione temporis. s. baptismū suscipiendi reprobatur, quia suspicionem simoniæ inducit; ratione enim temporis etiam bonum reprobatur, ne malignandi occasionem inducat; & sic patet resp. ad; 7.

Ad secundum respond. quòd omne ius, quòd sponte oblatum recipi permittit, intelligi debet excepto tempore, quo sacramentum confertur, secundo respond. quòd aliud est recipere sponte oblatum, aliud ponere concham in Ecclesia, vt pro collatione sacramenti offeratur; nam illud est signum tacitæ petitionis.

Ad tertium respond. negando consequentiam; quoniam non est simile quia intrantes monasterium hoc ipso se & sua dedicant Deo. capitul. quia. 18. quæstione 3.

ARTIC. VI.

Vtrum sit pro sepultura licitum dare, vel accipere pecuniam;

1 AD sextum videtur dicendum, quòd sic; quia Abraham emit speluncam duplicem in sepoltura. Gen. 23. & non peccauit.

2 Præterea, facit consuetudo, quia semper datur aliquid pro sepultura, & tamen laudabilis consuetudo seruanda est cap. ad Apostolicam. de simonia.

Sed contrarium dicitur in cap. dictum est. 1. q. 1. vbi Concil. Tribnriente dicit, vt de cætero nec pro sepultura, vel communione quicquam exigatur.

Respond. dicendum, quòd non est licitum quicquam exigere pro sepultura; quia cum sit quid spirituale, hoc simoniacum esset, nihilominus vbi est consuetudo, de mandato superioris potest aliquid peti. cap. ad Apostolicam. de simon, & hoc ratione laboris, & operis præstiti, non ratione spiritualitatis de qua re dixi late in tract. de sepult.

Ad primum respond. quòd spelunca, quam emit Abraham non habetur, quòd esset terra consecrata ad sepeliendum; secundo dato, quòd esset terra consecrata ad hoc, quia Abraham emit agrum magnum, in quo erat illa spelunca, in qua sepeliebantur mortui; vnde non peccauit, quia transiuit spelunca illa cum vniuersitate; sicuti cum aliquis emit castrum cui annexum est ius patronatus; quod transit cum vniuersitate.

E Ad

Ad secundum Respond. quòd aliud est exigere, aliud laudabiles consuetudines petere; vnum prohibetur, & alterum conceditur dicto capit. ad Apostolicam.

ARTIC. VII.

Vtrum Episcopus possit exigere aliquid pro consecratione Ecclesiæ?

1 AD septimum videtur dicendum, quòd non, per cap. statuimus. 1. q. 1. vbi Concilium Cabilonense dicit, statuimus vt sicur pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendum est. &c. quia cum sit res spiritualis, pro ea non est licitum quicquam dare, vel accipere.

Sed contra facit 1. Cor. 11. si seminamus vobis spiritualia, non est magnum si vestra carnalia metamus.

Respond. dicendum, quòd nihil pro consecratione Ecclesiæ, & huiusmodi est exigendum; potest tamen licitè moderatam procurationem recipere. cap.cum sit Romana. de simonia. ibi, nihil pro Ecclesiarum consecratione potes exigere præter procurationem, quæ procuratio præstatur etiam pro visitatione Ecclesiæ iusta eius facultates, quòd si id Ecclesia sustinere non poterit, Episcopus suis expensis id faciet, & sic patet resp. ad obiectum.

ARTIC. VIII.

Vtrum conueniens pœna simoniaci sit, vt priuetur eo, quod per simoniam acquisiuit.

1 AD octauum videtur dicendum, quòd non; quia ordinatus simoniace non priuatur ordine, quem suscepit.

2 Præterea, Episcopus non amittit Episcopalem potestatem, etiam si eam simoniace acceperit.

3 Præterea, potest quis ignorantes acquirere aliquid simoniace, cum scilicet ab alio fuerit procuratum, vt habeat ordinem, vel beneficium; & tamen nullus debet puniri pro eo, quòd inscienter, vel ignoranter fecerit.

Sed contra dicitur cap. statuimus. 1. q. 1. vbi Nicol. Papa, dicit, quòd simoniace ordinati iubentur à proprio gradu cadere, & ab officio male accepto remoueri.

Respond. dicendum, quòd hæc conueniens pœna fuit; quia nullus licitè retinere potest id, quòd contra voluntatem Domini acquisiuit; Dominus autem instituit, vt spiritualia gratis darentur. Matth. 10. gratis accepistis, gratis date; ideo merito in hoc puniuntur, quòd eo priuentur, quòd illicitè acquisiuerunt.

Ad primum resp. negandó consequentiam; quia suscipiens ordinem recipit charactere virtute sacramenti, non tamen recipit gratiam, nec ordinis executionem, eo quòd quasi furtim accipit characterem contra principalis domini voluntatem; & licet ipso iure sit suspensus, quo ad se, & quo ad alios; non ideo priuatur charactere, quia est indelebilis; priuatur tamen executione illius, & eod. modo resp. potest ad secundum.

Ad tertium respond. quòd ratio non procedit; quia illud non est solum pœna peccati, sed effectus acquisitionis iniustæ; puta cum aliquis emit rem aliquam ab eo, qui vendere non potest; vnde promotus caret excusatione ordinis, cum primum scit se taliter promotum, & tenetur resignare beneficium, cum fructibus perceptis; non tamen consumptis; quia propter bonam fidem fecit suos.

ARTIC. IX.

Vtrum conuenienter tripliciter capiatur simonia, videlicet per munus à manu, obsequio, & lingua?

1 AD nonum videtur dicendum, quòd non; quia pro spiritualibus bonis habendis munera à manu Deo offerre non est simoniacum; ergo nec illa offerre hominibus; consequentia videtur bona; probatur maior per illud Gen. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.

2 Præterea, redemptio peccatorum est quid spirituale, sed pro illa est licitum dare munera à manu. Dan. 4. Peccata tua eleemosinis redime.

3 Præterea, munus obsequij non videtur simoniam causare per cap. significatum. de præb. vbi Canonici prebendam dederunt alicui sacerdoti, vt Missam beatæ virginis quotidie celebraret, quòd pactū Papa ibi confirmauit.

4 Præterea, obsequium à lingua non videtur causare simoniam; quia si fiant preces pro digno, non dicitur simonia; sed preces sunt munera linguæ, ergo non semper faciunt simoniam.

Sed contra dicitur in cap. ordinationes. 1. q. 1. vbi Greg. 7. lib. Reg. dicit ordinationes, quæ interueniente pretio, vel precibus, vel obsequio alicui personæ ea intentione impenso, vel quæ communi consensu cleri, & populi secundum canonicas sanctiones fiunt, & ab ijs, ad quos consecratio pertinet non comprobantur falsa esse diiudicamus; quoniam, qui taliter ordinantur, non per hostium. 1. per Christum intrant, sed vt ipsa veritas testatur, fures sunt & latrones.

Respond. dicendum, quòd cum munus aliquod dicitur à manu dari pro spirituali potest intelligi dupliciter, vno modo, prout dicit appretiationem, siue commutationem, sicut dico do pecuniam ordine, tunc est conclusio, quòd munus à manu in pretium rei spiritualis offerre est illicitum & simoniacum, vt dictum est superius, si vero illa dictio capiatur pro subsidij vtilitate, uel stipendium sustentationi, hoc modo dare munus à manu non est simonia; imo est licitum, vnde licitum est dare hoc modó Episcopis pro consecratione Ecclesię, & pro uisitatione. c. cum Apostolus. de çensibus, & Prædicatori pro

præ-

prædicatione, & alijs pro quibuscunque alijs operibus spiritualibus.cap.charitatem. 12.quæstione secunda. Circa obsequium vero dicendum est, quòd si fuit honestum, & licitum, nullo interueniente pacto, nullam inducit simoniam, licet ex se excitetur affectus dantis aliquod spirituale, dummodo principaliter respiciat Deum, & merita personæ: Circa autem munus à lingua dicendum est, quòd munus à lingua est triplex, vnum est laus famæ popularis, & per hoc inducitur simonia in spiritualib. qa est res tẽporalis sub pretio cadẽs; sm munus à lingua dicunt preces carnales, nẽpe quæ veniũt ex carnali cõiunctione vel affectione, tunc si porrigarut pro digno, si prælatus habet principalem intentionem ad Deum, non committit simoniam; licet moueatur illis precibus. capitulo tuam. de æta. & qualita. si vero preces sint pro indigno, tunc committitur simonia. Tertium munus à lingua, sunt preces armatæ & violentæ, cum quibus infertur alicui timor cadens in constantem virum, tunc prælatus si aliquid spirituale concesserit eo, quòd timeat sibi aliquod malum personæ, vel famæ, vel rerum suarum, tunc committit simoniam; quia cum carere malo sit quoddam bonum, prælatus non dat gratis spirituale, sed pro fauore principis habendo, aut periculo euitando; si vero prælatus non habeat principalem respectum ad preces, sed ex suo dumtaxat officio, cum instituat necessitate, vel vtilitate ecclesiæ exigente, licet secundarius respectus habeatur ad preces, simoniam non committit.c. tua.de æta.& qual. His ita declaratis.

Ad primum resp. negando consequentiam; quia Deus est Dominus spiritualium, homo autem non, sed tantum dispensator.

Ad secundum respond. negando consequentiam; quoniam redimere ibi non proprie dicitur, sed per quandam similitudinem.

Ad tertium resp. negando consequentiam; quoniam ibi non fuit aliqua pactio, sed illi præbendæ annexum fuit illud officium cantandi talem missam.

Ad quartum respon. quòd semper preces non inducunt simoniam, sed tantum in casibus supradictis.

ARTIC. X.

Vtrum excommunicatus, interdictus, seu suspensus ab ordine, officio, vel beneficio, possit redimere absolutionem precio dato?

1 AD decimum videtur dicendum, ꝙ non. per capitulũ nullus. prima quæstione prima; vbi Gregor. 7. lib. 6. reg hoc prohibet conc.c.querelam de simonia, vbi dicitur, ꝙ sicut emi non potuit, ita nec redimi.

Sed contrarium dicitur. capitulo quæsitum. tertia quæstione 1.

Respondeo, dicendum, quòd aut quis est iniustè condemnatus, aut iustè; si iniustè, tunc non est simonia ex parte dantis, licet bene sit ex parte recipientis; August. in capitulo decimas, decimasexta quæstione septima; nam dans nullum ius acquirit, sed dat, vt acquisitum sine vexatione in pace retineat, vel redimat, quòd licet, capitulo dilectus.de simonia; si vero iustè condemnatus esset, tunc ex vtraque parte dantis, scilicet & recipientis pro absolutione committeretur simonia; ita procedit d.cap. nullus. prima quæstione prima, facit cap. nemo. de simonia, nam tunc non dicitur redimi vexatio, sed emi absolutio; & sic patet resp. ad obiectum.

QVÆSTIO II.

SEquitur secunda quæstio, qua quæritur, an pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, vel exacta persoluenda?

Pro declaratione eorum, quæ sunt in hac 2. q. ponam plures articulos & primo.

ARTIC. I.

Vtrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, vel exacta soluenda?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic, argumentis positis in litera; nam Anna pro Samuele filio suo, vt reciperetur in templo dedit vitulos, ac farinam, & amphoras vini. 1.Reg. 1.

2 Præterea, Act. Aposto. quarto, legitur, quòd fideles ad vnitatem credentium recepti pretia omnium, quæ possiderant ad pedes Apostolorum obtulerunt; & quia Ananias partem pretij fraudauit damnatus est.

3 Prætere, facit, quia extat consuetudo multorum monasteriorum, quæ pro huiusmodi ingressu recipiunt, quæ consuetudo non reprehenditur.

Sed contra facit, prima quæstio. secunda. in principio, & cap. sequen. per totam, vbi aliud est sua sponte offerre, aliud exacta persoluere; Anna mater Samuelis, non exacta, neque petita, sed sponte munera sacerdotibus obtulit; credentes etiam sua sponte offerebant Apostolis, vt indigentium necessitatibus deseruirent, quæ instante persecutione infidelium eis possidere non licebat; Ananias quoque non ideo damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia spiritui sancto mentitus, pretia eorum, quæ Apostolis obtulerat ex parte fraudabat; Non ergo his authoritatibus permittitur Rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere; quia illud damnabile est, hoc vero minime.

Respondeo, dicendum, quòd non licet quicquam dare pro ingressu monasterij, quasi pretium religionis, quia est illicitum spirituale, vel spirituali annexum emere; sed status religionis est spiritualis.; ergo pro eo quasi pretium nihil potest dari, nec recipi: si tamen monasterium est tanta paupertate depressum, vt possessiones loci il-

ltus non sufficiant ad sustinendum plures personas, tunc licitè potest exigi aliquid ab eo, qui in loco illo vult seruire Deo, non quasi pretium religionis; sed vt habeat monasterium, vnde ei possit prouidere, nec hoc est simoniacum. S.Thom.secunda secundę,quæstione 100.art.3. ex quibus patet resp. ad obiecta, quæ soluta sunt in littera adducta superius in articulo.

ARTIC. II.

Vtrum pro inductione ad fidem, uel ad aliud opus spirituale, licitè possit dari aliquid temporale?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic.per cap. qui syncera. distinctione 45. vbi qui syncera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam adducere, blandimentis debent, non asperitatibus studere.

2 Præterea, facit glo. capitulo fina. vigesimatertia quæstione quarta, vbi in spiritualibus licitè fit pactio, ubi agitur de conuersione alicuius ad fidem.

3 Præterea, si licitum est pecunia redimere hominem de captiuitate corporis, etiam pacto interueniente, immo est opus pietatis;ergo multo magis erit licitum pro redemptione animę à peccatis dare aliqoid temporale.

Sed contra dicitur in cap.quam pio. 1.quęst.2.vbi Bonifac. scribens Cænobitis carolitanæ ecclesiæ, dicit: Nusquam enim legimus Domini discipulos, vel eorum ministerio conuersos, quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse.

Respondeo, dicendum, secundum S.Thom. secunda secundæ,quæstione 100.articulo tertio, quòd licitum est aliquem prouocare ad deuotionem per temporalia beneficia, vt ex hoc inclinetur ad religionem, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare, vel recipere pro ingressu monasterij, quòd idem de conuersione ad fidem; & sic patet respon.ad prima duo obiecta.

Ad tertium respondeo,negando conseqoentiam; quia in redemptione hominis de captiuitate corporali,datur temporale,pro temporali, in isto autem casu daretur temporale pro spirituali.

ARTIC. III.

Vtrum notarius pro litteris ordinationum possit aliquod temporale exigere?

1 AD tertium uidetur dicendum, quòd non: per cap.sicut episcopus. 1.quæstio.1. vbi Gregor.in Registr.libro 4. episto. 44. dicit,sicut episcopum non decet manum, quam imponit vendere, ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius uocem suam vel calamum venundare.

2 Præterea, facit c.non sane. 14.q.5.vbi prohibetur aliquid pro testimonio recipere;ergo nec pro literis testimonialibus.

Sed contra facit; quia in Curia Romana notarij, sciente Romano Pontifice, & non prohibente, recipiunt pecunias de huiusmodi literis.

Resp.dicendum,quòd notarij in ijs tantum locis, in quibus non uiget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis testimonialibus, aut dimissorijs decimam tantum vnius aurei partem accipere possunt,dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo; ita disponit Concil. Trid.sess.21.c.1.de reform.

Ad primum resp. q illud intelligitur, cum Notarius habet salarium de publico.

Ad secundum resp.quòd licet pro testimonio reddendo nihil sit exigendum,nihilominus testis potest petere expensas,quas fecit veniendo ad locum testimonij; ita quamuis notarius pro testimonialibus literis nihil recipere possit, quatenus testimoniales sunt,nihilomious pro labore,& ad substentationem ipsius aliquid recipere potest;vt dictum est.

QVAESTIO. III.

TErtia quæstio ita se habet; An ingressum vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum?

Pro declaratione huius quæstio.& nonnullorum capitulorum. Ponam infra aliquot articulos videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic; Primo facit Malac.1.quis est in vobis, qui claudat ostia,& incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra.

2 Præterea, præbendæ sunt coniunctæ sacris officijs ecclesiæ,ideo prohibeotur vendi, sicut prohibetur omne annexum spirituali.

3 Præterea,facit c.quoniam.ne prę́l.vic.suas.&c.vbi prohibetur ecclesiam sub annuo censu concedi.

4 Præterea,facit c.si quis obiecerit. 3.q.1.vbi manifestè hoc prohibetur.

Sed contra facit.capitu. fina.ne præl.vic. suas.&c. vbi fructus ecclesiæ pro annuo censu concedi permittuntur.

Respondeo, dicendum, quòd in beneficijs duo consideranda sunt,scilicet ius beneficij,& fructus ex eis; ius beneficij intelligitur esse adinnctum sacro officio,quia sine eo non habetur, & hoc si quis emit simoniacus dicitur;fructus autem percepti,vel percipiendi non sunt adiuncti sacro officio; sed separati; vnde etiam layci eos habere possunt; ideo possunt emi,vel vendi sine simonia.

Ad primum resp.q licet officium ostiarij non possit vendi sine simonia; tamen executio eius,i.ipse actus claudendi ostia ecclesię potest committi layco, eique pro labore potest dari salarium, sine uitio simoniae.

Ad alia obiecta patet resp.ex distinctione facta.

ARTIC. II.

Vtrum annexa spiritualibus uendi possint?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic; quia ius patronatus est annexum fundo, & tamen venditur cum fundo, & non est simonia.

Sed contra dicitur in c. si quis obiecerit. 1. quæst. 3. vbi Paschasius Papa ait, si quis obiecerit non consecrationes emi, sed res, quæ ex consecratione proueniunt, penitus disipere probatur,

Respon. dicendum, quòd res sacratæ non possunt vendi laycis in sua forma. c. si forte 17. q. 4. quia tunc temporalis res est annexa spirituali, cuius layci incapaces existunt: posset tamen uendi elerico nullo habito respectu p retii a consecrationem, sed ad materiam tantum, vt fit de calice, qui uenditur, etiam si sit consecratus.

Ad obiectum resp. quòd in d. c. si quis obiecerit, non loquitur Papa de temporalibus, quibus annexa sunt spiritualia, sed è contra de spiritualibus, quibus annexa sunt temporalia: vnde vendito fundo venit ius patronatus annexum in eo, non enim fundus dicitur annexus iuri patronatus; ideo ratio non procedit; si quis tamen vellet vendere ius patronatus, absq; fundo, esset simonia: quando enim unum ordinatur ad alterum, quòd sub pretio cadere non potest, tunc vendi prohibetur, sed dominium uillæ non est ordinatum ad ius patronatus: ideo uendi non prohibetur & ea vendita uenit ius patronatus; quæ venditio maiori pretio fieri non potest, habito respectu ad ius patronatus.

ARTIC. III.

Vtrum magistri, & doctores possint licitè vendere scientiam suam?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic; quia spirituale est, quo habetur vel significatur Spiritus sanctus, sed scientia non est talis: ergo non spiritualis, & per consequens uendi potest.

2 Prætereà, dicitur prou. 23. veritatem eme, sed quòd potest emi, potest etiam vendi; ergo huiusmodi scientiarum veritates vendi possunt.

3 Præterea, iurisperitus vendere potest suum consilium, ut dicit Augu. ad Macedon. ergo, & magister eius scientiam vendere poterit.

Sed contra dicitur in c. non solũ. 1. q. 3. vbi Beda c. 2. Ioan. 2. quoque, qui gradum vel gratiam in ecclesiam spiritualem, quem Domino largiente perceperunt, non simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis exercent, contra illud. 1. Pet. 4. qu loquitur quasi sermones Dei, qui ministrant tãquam ex uirtute, quam administrat Deus, vt in omnibus honotificetur Deus.

Resp. dicendum, quòd & si liceat magistris, & doctoribus vendere suos labores, tamen scientiam vendere non possunt; quia cum donum Dei sit, non potest vendi. Matth. 10. gratis accepistis, gratis datè; & prou. 23. Noli uendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam; & quia lex ciuilis dicit, quòd sapientia non est pretio comparanda. l. 1. §. 1. ff. de var, & extr. cogn. si vero fuerint de congruo stipendio prouisi à cõmunitate, nihil à scholaribus exigere possunt.

Ad primum resp. ꝙ Spiritus sanctus datur duobus modis.

Primo vt lux illuminans intellectum, & sic habetur in quacunque scientia: veritas enim à quocunq; dicatur à Spiritu sancto est; aut vt calor inflammans affectum, & sic habetur per virtutes & sacramenta ecclesiæ.

Ad secundum respondeo, ꝙ ibi loquitur de venditione spirituali, quæ est illicita, non enim cognitio veritatis est emenda pecunia, sed eò modo, quo docetur Prou. 4. Principium sapientiæ posside sapientiam, quasi diceret, si vis habere sapientiam accipe illam, quia ipsa se offert quærenti; si enim quæsieris eam tãquam pecuniam, & quasi thesaurum inuenies eam; de illa emptione dicitur. prou. d. loco.

Ad tertium resp. quòd si aduocato non fuerit constitutum salarium à Principe, poterit non pro consilio, sed pro labore iustam mercedem recipere.

ARTIC. IIII.

Vtrum sit licitum dare laycis personis decimas, seu oblationes altaris?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd sic; quia de consuetudine ecclesiæ uidemus quotidie, quòd ex causa dat decimas regibus, & principibus christianis.

Sed contrarium dicitur in c. peruenit. 1. q. 3. ubi Greg. 7. damnat episcopos, qui laycis, & consanguineis decimas concedunt. prętereà, facit c. Altare 3. q. 1. ubi Paschasius secundus dicit Altare, & decimas ꝓ pecuniam dare, & spiritum sanctum uendere, simoniacam hęresim esse nullus fidelium ignorat.

Resp. dicendum iusta S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 3. ꝙ circa decimas duo sunt consideranda, scilicet ius accipiendi decimas & ipse res, quæ nomine decimę dãtur, quoad primum solum ad clericos spectat. Leu. 18. dedi omnes decimas Israel in possessionem, pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo; sed filijs leui succedunt clerici in nouo testamento, ergo illis competunt præsertim, cum sit.

Ius spirituale; consequitur. n. debitum pro ministerio altaris: res vero, quæ decimarum nomine dantur, possunt uendi & concedi laycis.

Ad obiectum resp. quòd aliud est ius, aliud sunt decimæ; ius colligendi non conceditur laycis, sed bene conceduntur decimæ, vt dictum est.

QVAESTIO. IIII.

1 NVnc ergo de quarta quæstione est pertractandum, qua quæritur, an paternum crimẽ huic imputetur, quòd eo ignorante constat esse admissum?

2 Pro intelligentia huius quæstionis ponam infra nullos articulos.

ARTIC. I.

Vtrum quis licitè puniatur pro peccato alterius?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, per c.1.4.q.1.vbi Aug.epist.48. ad Vincentium ait, Nullius crimen maculat nescientem. Conc.c.2.& seq.eod.loco.

2 Praeterea, facit, quia poena sequi debet suos authores.c.quaesiui.de his, quae fiunt à maiori parte.cap.

3 Praeterea, facit Ezech. 18. filius non portabit iniquitatem patris.

Sed contra dicitur in c.Turbatur.1.q.4.vbi Amb. in Sermone xi. dicit turbatur nauicula Petri, in qua erat Iudas; quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

Resp. dicendum, quòd poena est duplex, quaedam aeterna, quaedam temporalis; poena aeterna nullus pro peccato alterius punitur, de qua dicitur Ezech.18.filius non portabit iniquitatem patris; & ad Galat. 6. vnusquisque onus suum portabit: temporalis autem poena duplex est, quaedam enim corporalis est, quaedam vero spiritualis, corporali poena saepe unus pro altero, punitur iuxta illud. Exod. xxi. ego sum Deus Zelotes uisitans iniquitatem patris in filios in tertiam, & quartam generationem; alia poena corporalis tangit statum, & hac poena saepe unus punitur pro altero.c.literas de filiis praesb. poena autem temporalis est quadruplex.

Prima est excommunicationis, qua quidem nunquam vnus pro altero punitur.c. si habes. 24. q. 3.

Secunda poena temporalis spiritualis est interdicti, qua quidem saepe vnus pro alio punitur.c.non est de sponsal.

Tertia est remotio ab oblationibus, & hac etiam quandoque unus pro altero punitur.ca. minor. 17. quaestio 4.

Quarta est poena ordinis, nam maritus repellitur ab ordinibus propter delictum vxoris.c.si cuius.34. distinct.

Item si pater emit ecclesiam, pro filio ignorante ipso, licet non repellatur ab ordinibus, ecclesiam tamen amittere debet.c.de regularibus, de simonia, & facit hic praesens.q.4.per totam.

Ad obiecta vnica responsione dicetur, quòd loquitur de poena aeterna; Hic autem de temporali.

ARTIC. II.

Vtrum ignorantia excuset?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd omnis ignorantia excuset, etiam iuris. per c.cõsuetudo 8.distin.vbi Ciprian.ignosci potest simpliciter errantibus, sicuti de se ipso dicit Paul.misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.

2 Praeterea, inuoluntarium per ignorantiam causatur. Arist. in 3. Eth. & per consequens recusat à peccato, quòd non est nisi uoluntarium.

Sed contra dicitur in c.pen.in §. Notandum. 1. q. 4.vbi Gratianus distinguens per haec uerba dicit,

Notandum quoque est, quod non omnis ignorantia aliquem excusat: est enim ignorantia alia facti, alia iuris: facti alia est eius facti, quòd oportuit eum scire, sicut ignorantia iudaeorum, & aliorum infidelium, qui ea, quae à prophetis de Christo fuerunt pronuntiata adhuc ignorant esse completa.

Haec neminem excusat, quòd non oportuit eum scire. 1. Corin. 10. quicquid uobis appositum fuerit comedite, nihil interrogantes: si quis vobis dixerit hoc idolis immolatum est, nolite comedere: ecce quòd uocatus ad coenam non oportuit scire carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas: & haec ignorantia omnem excusat.

Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis: Naturalis omnibus adultis damnabilis est: Ius vero ciuile alijs permittitur ignorare nemini abest in damno euitando, si negotium inde contigerit, ut si minor pecuniam dederit filio familias repetit, in maiore ue in quasi delictum est.

Ad primum respon. quòd ibi Apost. non dicit non fuisse peccatum, sed quòd misericordiam consecutus est, propter ignorantiam, quae minuit peccatum.

Ad secundum respond. quòd ratio illa procedit de ignorantia iuris inuincibili, quae recusat: non autem omnis ignorantia iuris, quoniam in aliquibus quodammodo uoluntaria est, sicuti ea, quae est in potestate scientis, quae dicitur ignorantia uincibilis, vel affectata, & ista non excusat, sed aggrauat potius.

QVAESTIO. V.

QVòd vero quinto loco quaeritur, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ordinatione, quam pa- terna pecunia est assecutus.

Ideo pro declaratione eorum, quae in hac quinta quaestione continentur ponam unicum articulum.

ARTIC. I.

Vtrum circa simoniacos possit esse dispensatio.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non: quia si simoniacus renunciare debet, quòd simoniace acquisiuit.c.si quis. 1.c. ex multis 1.q. 1. vnde uidetur hoc uitium non posse purgari. capit. si res 14. quaestione sexta, quia ordo dimitti non potest.

Sed contra facit.c. 1. 5.q. 1. vbi Vrban. in Concil. Placentino.c. 5. quicunque sanè cupiditate parentum cum adhuc paruuli essent ecclesias, uel ecclesiarum partes per pecunias adepti sunt, postquam eos omnino dimiserint, si canonice in eis viuere uoluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus: neque pro hoc facto ab ordinibus remouemus, si alias digni inueniantur. Concor.cap.eos & c.sequ. ead. q. 5.

Resp

Respon. dicendum, quòd cum simoniace ordinato, si crimen est perpetratum nescientibus ordinatis, tunc postquam simpliciter renunciauerit executioni ordinis, potest episcopus dispensare. cap. de simoniacè, de simonia, dummodo non fuerit data pecunia episcopo, nam propter turpitudinem suam non posset dispensare, sed solus Papa. cap. si quis neque. 1. quæstio. prima, vel eius successor, vel alius episcopus, qui esset eius ordinarius; similiter si quis susceperit ordines simoniacè scienter, non tamen ministrauit in eis, poterit ab episcopo dispensari in ordinibus rite ante susceptis: non autem in illo, quem simoniacè recepit, nec dispensare potest, quòd recipiat alios ordines ante dispensationem, quia promotus esset per saltum. capitulo primo. distinctio. 52.

Præterea episcopus potest dispensare in minoribus speciebus simoniæ. s. quæ committuntur in exequiis mortuorum, in benedictionibus nubentium, in cœmiteriis, consecratione, & similium Doct. Com. In simonia autem contracta in beneficiis scienter, episcopus non potest dispensare, sed solus Papa. capit. de regularibus. de simon. Similiter episcopus non potest dispensare, cum existente in dignitate, immo cũ nullo simoniaco scienter in dignitate, etiam pro qua non fecit simoniacam. Innoc. capitul. nobis. de simonia.

Ad obiectum respondeo, quòd licet ordo non possit dimitti, tamen potest quis se ultro offerre ad depositionem. capitulo, nunc autem. distinctione uigesimaprima, & sic potest renunciare quantum in se est, saltem quo ad executionem eius.

Præterea si Papa secum dispenset purgatur uitium ordinis. capitulo Præsentium 5. quæstione prima, sicut uitium furti purgatur re furtiua apud furem manente domini uoluntate l. si fur. ff. de usucap. de beneficio autem planum est, quòd renunciare illud potest, quo renunciato Papa solet eum dispensare, etiam ad idem beneficium retinendum, imposita sibi prius salutari pœnitentia.

QVAESTIO. VI.

Quid vero de his fieri debeat, qui ignoranter à simoniacis ordinati sunt, quòd sexto loco quæsitum est, supra uidelicet in capitulo vrbani, quòd sic incipit, si quis à simoniacis. &c. requiratur.

Pro declaratione huius sextę quæstionis, quia supra satis dictum est de hac materia simoniæ, satis erit referre dispositionem. d. capit. si qui à simoniacis. 1. quæst. prima, vbi dicitur per Vrbanum Papam in Concil. Placentino. c. 3. & 4.

Si qui à simoniacis non simoniacè ordinati sunt, si quidem probare potuerint se cum ordinentur, nescisse eos simoniacos esse, & si tunc pro catholicis habebuntur in ecclesia, talium ordinationes misericorditer substinemus, si tamen eos laudabilis uita commendat. Qui uero scienter se à simoniacis consecrari, immo execrari permiserint; eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus.

QVAESTIO. VII.

Nunc autem de septima quæstione tractand um est, an renuncians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate.

Pro solutione & declaratione huius septima quæstio. Ponam duos articulos & primo.

ARTIC. I.

Vtrum hæretici renunciantes sui hæresi sint ab ecclesia recipiendi?

1 Ad primum uidetur dicendum, quòd non: quia habetur Exod. 20. Maleficos non patieris viuere, vbi glo. p maleficos intelligit peccantes peccato hæresi.

2 Præterea, facit c. ad abolendam de hæret. vbi, qui in abiuratam hæresim recidisse dicitur seculari iudicio relinquitur; ergo non sunt recipiendi ab ecclesia.

Sed contra dicitur Hiero. 3. ex persona domini tu fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me dicit dominus, & ego suscipiam te, sed iudicium ecclesiæ est iudicium Dei secundum illud Deu. 1. Ita paruum audiatis, ut magnum, nec accipietis cuiuscunque personam, quia iudicium Dei est; ergo si aliqui fornicati sunt per infidelitatem, quæ est spiritualis fornicatio, si conuertuntur sunt recipiendi.

Respondeo dicendum prout infra in seq. artic.

ARTIC. I.

Vtrum hæretici reuertentes sint ab ecclesia recipiendi in ordinibus, siue dignitatibus suis?

1 Ad secundum videtur dicendum, quòd sic. per c. coniuentibus 7. q. 1. vbi septima synodus hoc expresse dicit in actione prima.

2 Præterea, facit Matth. 18. vbi Dominus mandat Petro, ut fratri peccanti dimittat, non solum septies, sed usque septuagiesiesepties.

3 Præterea, pęnitentia res optima est, quæ omnes de fectus reuocat ad perfectum.

Sed contra dicitur in c. 1. q. 7. vbi Cyprian. lib. 2. epist. 1. dicit, loquens de hæreticis, eos quoq; hac conditione suscipi conuenit cum reuertuntur, ut communicent laycis, & satis habeant, quòd admittantur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint. S. Tho. 2 2. q. 11. art. 4.

Respon. dicendum ad ambos articulos, sub certis conclusionibus. Primo quòd omnes hæretici renunciantes suæ hæresi sunt ab ecclesia recipiendi ad unitatem, quia ecclesia nulli claudit gremium redeunti. l. inter. C. de sum. Trinit. & delicti uenia peccanti nõ negat. l. Manichæos. C. eo. dicitur. n. Matth. 5. diligite inimicos uestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Secunda sit conclusio, quòd hæretici reuersi de rigore iuris non sunt ad ordines, nec ad aliquam dignitatem recipiendi, iuxta illud Apost. Tit. 3.

tit. 3. oportet Episcopum bonum testimonium habere ab his, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli; si tamen nō sint relapsi dispensatione, & misericorditer, si id exigat necessitas, aut vtilitas, possunt ad ordinum executionem restitui, & ad maiores dignitates assume, exemplo Pauli, qui incredulus, & persecutor, correctus veniā consecutus, in Apostolum est promotus Act. 9. & Augustinus post hæresim Manichæorum conuersus, doctor veritatis, & hęresum destructor nuncupatus, fuit episcopali dignitate sublimatus. Tertia sit conclusio, Quod hæretici relapsi renunciantes hæresi, licet ad vnitatem Ecclesiæ sint recipiendi, non tamē quoad conseruationem vitæ, aut bonorum suorum, vt dicitur d.c. ad abolendam : de hæretic.

Ad Primum primi articuli respond. quòd ibi loquitur de relapsis, & ita procedit secundum.

Ad Primum secundi respond. quòd omnia dicta illorum Patrum intelliguntur de prima vice peccātibus, non de elapsis: secundo, quòd illud fuit ex misericordia dispensatiue factum.

Ad Secundum respond. quòd illud non intelligitur de peccantibus peccato hæresis; seu dicas, quòd Dominus dicit ibi Petro de peccato in eum commisso, quòd est semper dimittendum; non autem de peccato in proximum, vel in Deum commisso, quòd non est nostri arbitrij dimittere.

Ad Tertium respond. quòd pœnitentia dicitur reuocare omnes defectus; quia per eam restituuntur omnes virtutes; Non autem quòd per hoc ad alia bona temporalia perdita restituat; vnde Hieronymus quicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt, cōtenti fiant animam saluare, reuerti enim in pristinum statum difficile est.

CAVSA II.

Quidam Episcopus?

QVAESTIO I.

Hic primum quæritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus?

QVAEST. II.

Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandum?

QVAEST. III.

Tertio, qua pœna sint feriendi, qui in accusatione, vel testificatione deficiunt?

QVAEST. IIII.

Quarto, an duorum testimonio sit condemnandus?

QVAEST. V.

Quinto, si deficientibus accusatoribus, sit cogendus ad purgationem?

QVAEST. VI.

Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit?

QVAEST. VII.

Septimo, si layci; monaci, vel quilibet inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint audiēdi?

QVAEST. VIII.

Octauo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis?

QVAESTIO I.

Quòd autem nullus sine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur. Pro declaratione huius quæstionis, & eorum, quæ continentur in ea, ponam huc quamplures articulos, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum in Republica licitum sit hominem de homine iudicare.

1 Ad primum videtur dicendum, quòd non per illud Matth. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini.

2 Præterea, facit Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, & ad Rom. 2. scimus quoniam iudicium est Dei in eos, qui talia agunt.

3 Præterea, 1. Cor. 6. Iam quidem omnino delictū est in vobis, quòd iudicia habentur inter vos.

4 Præterea, ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum, Domino suo stat, aut cadit? sed Dominus omnium est Deus, ergo iudicare non potest homo.

5 Præterea, prima ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quousque Dominus veniat.

6 Præterea, Non licet peccanti iudicare ad Rom. 2. Inexcusabilis es ô homo, qui iudicas; In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas; eadem enim agis, quæ iudicas; sed nullus homo est sine peccato, 1. Ioan. 1. ergo nulli hominum est licitum iudicare.

Sed contra dicitur in litera huius quęstionis. S. Thom. 2. 2. q. 60. art. 2.

Respond. dicendum, quòd iudicia, prout iudicium dicit inuestigationem, aut examinationem veritatis, secundum ordinem iuris, sunt licita, & necessaria in Republica cap. habuisse distinct. 33. Cum in ambiguis non debeat esse iudicium, necessario debet præcedere sententiam examinatio veritatis; vnde Iob. 29. Causam, quam ignorabam, inuestigabam diligenter. Præterea iudicia, prout iudicium dicit diffinitionem iusti, siue iuris, sunt licita, & necessaria in Republica Deut. 16. Iudices, & Magistratus constitues in omnibus portis, vt iudicent populo iusta iudicia; & Sap. 1. diligite iustitiam, qui iudicatis terram; vnde Prouer. 13. Iustitia custodit innocentis viam; ideo Aug. 4. de Ciuitate Dei Amota iustitia, quid sunt Regna, nisi magna latrocinia. Et nota quòd ad hoc, vt iudicium sit actus iustitię tria requiruntur. Primo ne sit contra rectitudinem iustitiæ; nam hoc esset iudicium peruersum. Secundo Ne iudicet in his, in quibus non habet auctoritatem; nā tunc dicitur iudicium vsurpatum; vnde ad Rom. 14. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum. Tertio ne desit rectitudo rationis, puta cum aliquis iudicat de his, quæ sunt dubia, vel occulta per aliquas coniecturas, & sic dicitur iudicium suspiciosum, vel temerarium.

Ad primum respond. quòd loquitur de temerario iudicio.

Ad secundum ibi intelligitur de occultis, & in certis.

Ad tertium resp. secundum Nic. de Lyra, quòd ibi loquitur de contentionibus, seu litigijs iniustis, vt quando homo in iudicio quærit defatigare aduersarium sic, vt ab eo desistat.

Ad quartum resp. quod iudex, qui sententiam profert, non sua, sed auctoritate Dei facit Deut. 1. Quòd iustũ erit iudicare, & postea subdit, quia Dei est iudicium.

Ad quintum resp. quòd illi, qui sunt in grauibus peccatis, non debent iudicare eos, qui sint in eisdem peccatis, aut maioribus, & præsertim quando peccata sunt publica; si autem sunt occulta, potest propter officium eius cum humilitate, & timore arguere, & iudicare secundum Aug. in sermone Domini in mõte. lib. 2. c. 30.

ARTIC. II.

Vtrum aliquis sine iudiciario ordine valeat damnari?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nõ; vt patet in litera huius q. cum multis authoritatibus contentis in ea.

Sed contra facit; quia in notorijs non seruatur ordo iudicij. c. manifesta 2. q. 1. vbi Amb. super epist. ad Cor. manifesta accusatione non indigent; similiter, & contumax propter absentiam condemnatur, nullo seruato ordine iudicii c. decernimus 3. q. 9.

Resp. dicendum, q̃ nullus regulariter est condemnandus, non seruato ordine iudicij, vt dicam in seq. art. In iudicio autem regulariter interueniunt quatuor genera personarum, videlicet iudex, qui discutiat, & cognoscat, & decidat. Secundo actor petens, seu denuncians, vel accusans. Tertiò reus qui se defendat. Quarto testes, vel instrumenta, quæ mentem iudicis informent; vnde Prouer. 12. iudex, qui iudicat, quòd nouit, iustitiæ iudex est, sed in manifestis, seu notorijs non opus est testibus, neque instrumentis, nam dicit glos. Gen. 3. super illo vox sanguinis &c. euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Et not. q̃ in septem casibus non requiritur iudiciarius ordo, Primo in notorijs. Secundo in contumace. Tertio propter scandali euitationem, vnde clericus diffamatus de crimine suspẽditur propter scandalum populi, nullo seruato ordine iuris. c. vbi. 2. q. 1. Quarto propter suspitionem dilapidationis. nam suspectus dilapidationis bonorum remouetur ante cognitionem causæ cap. quia. 3. q. 2. Quinto, propter defectũ iudicis, Sexto, in calumniatore. Septimo in falso testa. l. nullum. C. de testib. His ita habitis, patet responsio ad obiectum.

ARTIC. III.

Vtrum sententia possit ferri in aliquem, ipso non conuicto, aut confesso sponte?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic. per c. presbyter. 2. q. 5. vbi suspenditur presbyter omisso iudiciario ordine.

2 Præterea, facit c. de illicita. 24. q. 3, vbi excommunicatur quis absque eo q̃ sit cõfessus, vel conuictus.

3 Præterea, facit l. proinde §. vlti. ff. ad leg. Aquil. vbi nullę sunt partes iudicis in confitentem.

Sed contra dicitur in c. 1. 2. q. 1. vbi Aug. in hom. 50. de vtilitate pœnitentiæ dicit. Non in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut cõuictũ, aut spontè confessum, conc. c. seq. cum multis alijs.

Resp. dicendum, q̃ sententia condemnationis nõ est ferenda, nisi in conuictũ, vel confessum verè, vel interpretatiuè; quia, vt dixi supra proximo articulo, sententia non est ferenda, nisi seruato ordine iuris, qui ordo id exposuit, vt dicitur in textu, ergo conclusio vera, & nota q̃ aliquis dicitur conuictus tripliciter, scilicet, verè, interpretatiuè, & violenta suspitione; verè dicitur conuictus, vel per testes, vel per instrumenta, vel per facti euidentiam, interpretatiuè dicitur conuictus absens per contumaciam; violenta suspitione dicitur conuictus, cum quis contra se habeat præsumptiones vrgentes. cap. in literis de præsumpt. confessus autẽ dicitur dupliciter, propriè, quando proprio ore per se, vel per procuratorem aliquid in iudicio confitetur, & interpretatiuè, vt per contumaciam, quo casu pro confesso habetur, & condemnatur tanquam pręsens. c. de illicita 24. q. 4.

Ad primum resp. quòd ibi id factum fuit ad sedãdum scandalum, vt dixi in proximo articulo.

Ad secundum resp. quod ibi fuit contumax: vnde potuit excommunicari.

Ad tertium resp. quòd nullæ sunt quantum ad examinationem causæ; sunt tamen aliquæ, quantum ad prolationem sententiæ.

ARTCI. IIII.

Vtrum sententia iustè lata sit statim exequenda?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non per capud 11. q. 3. vbi statuitur, q̃ sententiæ Principum in dies triginta differantur.

2 Præterea, facit l. 2. & seq. C. de vsu. rei iud. & cap. quærenti. de offic. iud. deleg. vbi post sententiam datur quadrimestre ad soluendum.

Sed contra dicitur in c. sicut 2. q. 1. vbi Gregor. lib. 8. epist. 50. dicit, sicut sine iudicio quenquam nolumus condemnari, ita quæ iustè diffinita fuerunt, nulla patimur executione differri.

Resp. dicendum, q̃ duplex est sententia, interlocutoria, & diffinitiua; si interlocutoria non est appellatione suspensa, statim ad instantiam partis executioni mandatur, quia talis sententia non est præiudicialis, nec habet vim diffinitiuæ, quo casu non suspenditur per appellationem; vt nouissimè disponit Concilium Trid. sess. 24 c. 20. de reform. diffinitiua aut est in causa criminali, aut ciuili. Primo casu, si ipsa nõ sit appellatione suspensa, assignato debito termino ad faciendas suas defensiones, est statim exequenda. l. cũ reis C. de pęnis, & facit tex. præsens. Fallit hoc, nisi ex iracũdia lata esset, aut ex abrupto; nã ẽt si lata sit per Principẽ, nõ est exequẽda, nisi expectato termino triginta dierũ. l. si vindicari C. de pęnis. Secũdo, fallit in muliere pręgnãte cõdemnata in metallis. l. pręgnãtis

ff. de

ff.de pœnis. Tertio de seruo condemnato ad mortem, differtur enim executio, donec reddat domino suo ratiocinia.l.1.C.de bon.proscr. Quarto in condemnato ad relegationem; differtur enim donec ei insula assignetur l.relegatorum. ff.de interd.& releg. Quinto, quando confitens crimen non perseuerauit in confessione.l.1.§.Diuus.ff.de quæstio.l.2.C.de custod.reis. Sexto si probatur, quòd sententia sit lata ex actis falsis,cap.de cætero, de sent.& reiud.cap.super.de crim.falsi, & toto titulo, si ex falsa causa iudi. Septimo, quando reus vult probare incontinenti nullitatem sententiæ;nam potest differre eius executionem.l.si is à quo.ff.vt in possess.leg. Alias l.satis.C. ad l. Cornel.

Si vero loquamur de sententia in causa ciuili, aut loquimur in personalibus, aut in realibus, si in personalibus est conclusio; quòd est differenda in quatuor menses.c.quærenti.de offi.delega nisi iudex ex causa iusta tempus abbreuiet c. qui ad consultationem. de re iudi. Si verò in realibus est differenda per decem dies,quia,antequam transeat in rem iudicatam, non est exequenda.c.cum dilectus.de elect. & hoc nisi sit sententia talis naturæ, à qua appellari non possit, vt in notorijs; quia cum decem dies dentur ad deliberandum si velit appellare, uel nõ,& certum sit quòd non possit appellare non est differenda executio. sit igitur intellectus huius ca.sicut.2.quæstio. 1. Quod sententia non sit differenda;non enim dicitur differri quousq; pendet tempus ad appellandum,& ad exequendum, sed pendere: sed elapso omni termino à iure præfixo debet mandari executioni, & nisi mandetur dicitur differri, & sic patet responsio ad obiecta.

ARTIC. V.

Vtrum quis sit damnandus sine legitimo accusatore?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd sic; dicit enim gl.super Gen.4. vox sanguinis fratris tui. &c. euidentia patrati sceleris accusatore non eget.

2 Præterea,facit c.manifesta. 2.q.1.vbi manifesta accusatione non indigent.

3 Præterea,humana iustitia deriuatur à diuina: Sed Deus peccatores iudicat; etiam si nullus extat accusator.

4 Præterea, accusator ad hoc requiritur, vt crimen innotescat iudici, quod ipse alia via scire potest; vnde non videtur necessarius.

Sed contra dicitur in c.nihil. 2.q.1.vbi Eleuterius episcopus ad episcopos Galliæ, Nihil contra quemlibet accusatum absq; legitimo, & idoneo accusatore fiat; Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudã furem esse sciebat; ideo non est eiectus.

Resp distinguendum, aut crimen est manifestum, & euidens, aut non. Primo cum iudex potest reum hominem condemnare, quia sicut eo casu non quæruntur testes, ita nec etiam accusator c.euidentia. de accusa.in claris enim non est opus coniecturis.l.continuus.ff.de verb.oblig.& eum,qui certus est;certiorari amplius non oportet.c.eum, qui,de regu.iu.in 6. si verò crimen non est euidens, nec manifestum, non potest iudex super eo proferre sententiam sine accusatore;quia iudex est interpres iustitiæ;iustitia autem est ad alterum, vnde oportet, quòd iudex inter aliquos duos diiudicet; quòd fit cum vnus est actor, alius reus. Dicas igitur, quòd nemo sine accusatore damnandus est,aut locum tenente, uel supplente vicem accusatoris.

Ad primum resp.quòd ipsa euidentia patrati sceleris est loco accusatoris. Idem resp.ad secundum.

Ad tertium resp.quòd Deus in iudicio utitur conscientia peccãtis, quasi accusatore,iuxta illud ad Ro. 2.Inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendent; ideo,vel quia omnia nuda sunt & aperta oculis Domini;vnde Gen.4.Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

Ad quartum respon.quòd publica fama habet locum accusatoris.

ARTIC. VI.

Vtrum sententia sit semper ferenda in scriptis?

1 AD sextum videtur dicendum, quòd non; nam episcopus inter suos subditos, sine scriptura iudicat.capit.si quis;cum. vndecima quæst. 1.

2 Præterea, quia hoc ipsum facit iudex secularis præsertim in modicis causis. §.sit tibi.in Auth.de mandat.princi.

Sed contra dicitur in c.statutis. 2.q.1. vbi statutis generalibus iussimus, vt vniuersi iudices,quibus reddendi iuris in prouincijs permisimus facultatem, cognitis causis, vltimas definitiones de scripti recitatione proferant.

Resp.distinguendo, aut sumus in sententia interlocutoria,aut in diffinitiua. Primo casu sententia absq; scriptura ualet.l.2.in fi.ff. de appel. Doct.com. c.fi.de re iud. in 6.est tamen redigẽda in scriptis postquàm est prolata ad eius probationem;Sententia autem diffinitiua in scriptis proferri debet, quia, quæ in scriptis aguntur, maturius fiunt, quàm quæ solo uerbo;facit l. 2.& 3.Code sent.ex breui.recit. c.si sententia.de re iud.li.6.Fallit hoc tamen in causis minimis. Secundo,quando Episcopus de causa ciuili iudicat inter clericos.d.c.si quis. 11.q. 1. Tertio, cum præses conuenitur; ut reddat administrationem. §. necessitatem,Auth.vt iudi,sine quoq.suff. Quarto, quando princeps supremus iudicat, qui supplet omnem solemnitatem.l.omnium.C de testib. Quinto, quando iudex pronunciat ex officio; non autem in figura iudicij:not.cap.primo, cap. quoniam, vt lite non contest.

ARTIC. VII.

Vtrum liceat ex sola suspicione iudicare?

1 AD septimum uidetur dicendum;quòd sic. per c.dicit dominus. 2.q.1. ubi suspicio inducit.

Præ-

2 Præterea, ex suspicione videtur esse opinio incerta de aliquo malo, & habet se ad verum, & ad falsum: Sed de singularibus non potest haberi opinio, nisi incerta; cum igitur, iudicium humanum sit circa ea, nullum iudicium esset rectum, nisi ex sola suspicione iudicaretur.

3 Præterea, per iudicium illicitum fit iniuria proximo: sed suspicio mala in sola opinione hominis consistit, & sic non videtur ad iniuriam alterius pertinere; ergo non uidetur illicitum suspicionis iudicium.

Sed contra dicitur c. 1. semper. 5. quæstione 1. vbi Melchiades Papa Episcopis Hispaniæ scribit: Primo, semper, & ante omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia, & veritate definiatis, neminem condemnetis ante verum, & iustum iudicium, nullum suspicionis arbitrio iudicetis: sed primum probate, & postea charitatiuam proferre sententiam, & quòd vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.

Respon. dicendum, quòd triplex est suspicio, quædam violenta, quæ pro facto reputatur; vt si inueniatur suspectus cum suspecta in eodem lecto, & huiusmodi, & de ista iudicatur, & ex ea condemnatur. c. 2. de præsumpt. l. quamuis. C. de adult. Secunda suspicio dicitur probabilis, quæ concurrit ex aliquibus iudicijs, fama crebrescente, quæ non sufficit ad iudicandum; nihilominus quandoque purgationem inducit. c. præsbyter. 1. q. 5. l. vult. ff. quod met. cau. cap. illud. de præsumptio. Tertia est suspicio leuis, quæ nullo modo animum iudicantis mouet. c. oues. 6. q. 1. quæ contingit ex tribus, vno modo ex hoc, quòd aliquis in se malus est, ita de alijs opinatur, Ecclesi. 10. in via stultus ambulans, cùm ipse sit insipiens, omnes stultus æstimat: Alio modo ex hoc, quòd aliquis odit, vel contemnit aliquem, aut irascitur, vel inuidet, vnde ex leuibus signis opinatur malum de ipso, quia facilè credit, quòd appetit: Tertio modo prouenit ex longa experientia; vnde senes sunt valde suspiciosi, quia multoties experti sunt aliorum defectus. Primæ duæ suspicionis causæ manifestè pertinent ad peruersitatem affectus: Tertia vero causa diminuit rationem suspicionis, in quantum experientia ad certitudinem proficit, quæ est contra rationem suspicionis. S. Thom. secunda secundæ, quæstio. 60. artic. 3.

Ad primum resp. quòd ibi loquitur de suspicione violenta; hic autem de leui.

Ad secundum resp. negando consequentiam; quia in humanis actibus bene inuenitur aliqua certitudo, licet non tanta, quanta in demonstratis; inuenitur tanta, quanta in hac materia sufficit, puta cũ aliquid per idoneos testes probatur.

Ad tertium respond. negando minorem; dicimus enim quòd ex hoc ipso, quòd aliquis habet malam opinionem de aliquo, sine sufficienti causa, indebitè condemnat ipsum, & per consequens iniuriatur.

QVÆSTIO II.

QVod expoliatus ante iudicem stare non possit, multis auctoritatibus probatur.

Hic esset ponendus articulus talis, videlicet vtrum spoliatus ab aliquo sit iudicandus.

Resp. per cap. 1. 2. q. 2. vbi Ioan. Papa I. scribens ad Zachariam Archiepiscopum dicit: Antiquitus decretum est, vt omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatam perceptos episcopus, uel primas possessori restituat, conc. c. seq. Ex quibus colligitur, quòd expoliatus ante restitui debet; de qua materia latè dixi in tract. de reg. iur. p. 2. Reg. 9.

QVÆSTIO III.

QVa autem pœna feriendi sint, qui in accusatione deficiunt, canonum censura definit: pœnã enim illati criminis cum dispendio existimationis accipiat.

Pro declaratione huius tertiæ q. & eorum, quæ continentur in ea, ponam nonnullos articulos, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum accusator, qui in probatione defecit teneatur ad pęnam talionis?

AD primum uidetur dicendum, quòd non; quia contingit quandoque aliquem ex iusto errore ad accusationem procedere, in quo casu iudex accusatorem absoluit cap. si quis iratus. 2. quæst. 3.

2 Præterea, non debetur duplex pœna eidem peccato. nu. 1. Nõ iudicabit dominus bis in idipsum: sed ille, qui in probatione defecit incurrit in pœnam infamiæ; ergo non in aliam.

Sed contra dicitur in cap. qui non. 2. q. 3. vbi Hadrianus Papa in decreto. c. 52. Qui non probauerit, quòd obiecit, pęnam, quam intulerit, ipse patiatur, & c. calumniator. 2. q. 3. ubi Damasus Papa in epist. 3. ad Stephanum Archiepiscopum, calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

Resp dicendum, quòd accusator calumniosus deficiens in probatione criminis iustè pati debet pœnam talionis; quia accusator in causa accusationis, constituitur par, intendens ad pęnam accusati: ad iudicem autem pertinet, ut inter iustitiæ æqualitatem constituat: iustitiæ autem æqualitas hòc requirit, ut nocumentum, quòd quis alteri intentat, ipse patiatur, iuxta illud Exod, 21. oculum pro oculo: dentem pro dente; ergo iustum est, ut ille, qui per accusationem aliquem in periculum grauis pœnæ inducit, ipse etiam similem pœnam patiatur, S. Thom. 2. 2. q. 68. articu. 1.

Ad primum resp, quòd conclusio intelligitur de eo, qui calumniosè accusat, nõ autem de eo, qui non uoluntarie accusat, sed aliquo errore ductus.

Ad secundum resp. quòd pœnam talionis meretur accusator in recompensationem nocumenti, quòd proximo inferre intentat: sed pœna infamiæ ei debetur propter malitiam, ex qua calumniosè eum accusat; Vnde Deute. 19. Cumque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicuti fratri

tri suo facere cogitauit, quòd pertinet ad iniuriam personę; & postea quantum ad iniuriam respondeo, subditur, & auferet malum de medio populi, cui, vt audientes cæteri timorem habeat, & nequaquam talia audeat facere, & ex hoc dicitur infamis.

ARTIC. II.

Vtrum deficienti in accusatione sit denegandum viaticum?

1 AD secundum videtur, quòd non, per cap. pœnitentes. 50. distin. vbi viaticum nullis in morte denegetur. conc. c. eos, qui. 3.q. 10.c.virgines 27. q. 1.

Sed contra dicitur in c.4.2.q.3.ibi, siquis Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, nec in fine dandam ei communionem censemus.

Respond. dicendum nemini esse negandum viaticum pœnitenti, vt patet in contrarijs adductis; istud autem cap. loquitur de impœnitente, vnde ad illud supplendum est, nisi pœnituerit.

ARTIC. III.

Vtrum plures possit esse accusatores eiusdem?

1 AD tertium videtur dicendum quòd sic. per cap. Euphemium. 2. q. 3. vbi Gregor. lib. 4. epist. cap. 94. vbi sunt duo ad accusandum Episcopum.

Sed contra facit l.si plures. ff. de accusation.

Respond. dicendum, quòd nunquam plures debent admitti ad accusandum aliquem de eodem crimine; quoniam sequeretur hoc inconueniens, quòd de eodem crimine quis simul condemnaretur; & absolueretur, si vnus deficeret, & alter probaret; vnde si plures velint accusare debet iudex eligere, quẽ magis iudicat idoneum ad probandum, & ille solus inscribet, & ipse solus recipiat pœnam talionis.

Ad obiectum, & alia eiusmodi respond. quòd ibi accusatores dicuntur infamatores, maledictores, ad accusandum instigatores, vel plures aliquando concurrunt accusatores de facto, qui de iure admitti non debent.

ARTIC. IIII.

Vtrum accusatio reddatur iniusta per calumniam, per præuaricationem, & per tergiuersationem?

1 AD quartum videtur, quòd non; quia quandoque quis obijcit crimen alteri ex ignorantia facti, quæ excusat; ergo non semper dicitur iniusta.

2 Præterea, præuaricari est vera crimina abscondere sed hoc non videtur illicitum, cum homo non teneatur ad omnia crimina detegenda cap. si peccauerit. 2.q.1.

3 Præterea, tergiuersari est in vniuerso ab accusatione desistere: sed hoc absque iniustitia fieri potest.c. si quem pœnituerit 2.q.3.

Sed contra dicitur in c. siquem. §. notandum. 2.q. 3. vbi accusatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis subijcitur. Aut enim calumniantur: aut præuaricantur: aut tergiuersantur: calumniari est falsa crimina intendere: præuaricari vera crimina abscondere: tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere S.Thom.2.2.q.68.art.3.

Respond. dicendum, quòd accusatio ordinatur ad bonum commune, quod intenditur per cognitionem criminis; Nullus autem debet alteri nocere iniustè, vt bonum commune promoueat; & ideo in accusatione duplici ratione contingat esse peccatũ; vno modo ex eo, quòd iniustè agit contra eum, qui accusatur falsa crimina ei imponendo, quòd est calumniari; alio modo ex parte Reip. cuius bonum principaliter intenditur in accusatione, dum aliquis impedit malitiosè punitionem peccati, quòd iterum contingit dupliciter; vno modo fraudem in accusatione adhibendo, & hoc pertinet ad præuaricationem: nam præuaricator dicitur, quasi varicator, qui aduersam partem fraudulentes adiuuat, prodita causa sua: alio modo totaliter ab accusatione desistendo, quòd est tergiuersari: In hoc enim quòd desistit ab hoc, quòd cœperat, quasi tergum vertere videtur.

Ad primum respond. quòd homo non debet ad accusationem procedere, nisi de re omnino certa sibi, in qua ignorantia facti locum non habeat; nec tamen, qui falsum crimen alicui imponit calumniatur, sed solum, qui ex malitia in falsam accusationem prorumpit.

Ad secundum respond. quòd non omnis, qui abscondit vera crimina præuaricatur, sed qui abscondit ea fraudulenter, de quibus accusationem proponit colludẽs cum reis proprias probationes dissimulando, & falsas excusationes admittendo.

Ad tertium respond. quòd quis potest desistere ab accusatione, quando vidit falsum esse, quòd accusare intelligebat, & tunc tergiuersari non dicitur.

QVAEST. V.

Quintam ponit post tertiam, quia harum quæstionum similium est argumentum.

DEficientibus vero accusationibus reus non videtur esse cogendus ad purgationem; sicut enim rei possessor deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogitur; ita qui impetitur ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur.

Pro declaratione huius quæstionis, & eorum, quæ in ea dicuntur, plures articuli ponendi sunt, & primo.

ART.

ARTIC. I.

Vtrum purgatio debeat fieri per iuramentum?

1 AD primum videtur, quòd purgatio non debeat fieri per iuramentum. per cap. 1.2. & 3.2.q. 5. vbi prohibetur clericis deferre iuramentum.

Sed contra dicitur in cap. 5.2.q. 5. vbi Gregor. 3. scribens ad Bonif. epist. 1. dicit. Presbyter, vel quilibet sacerdos si a populo accusatus fuerit, & certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, iusiurandum in medio erit, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda, & aperta sunt omnia.

Resp. dicendum, quòd purgatio est de obiecto crimine innocentiæ ostensio. s. per iuramentum, vel alio modo, vt patet in Leuit. 21. vbi dicitur de interfecto cadauere hominis inuento in aliqua ciuitate, quòd maiores natu ciuitatis illius venient ad interfectum, & lauabunt manus suas, & dicent manus vestræ non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi vestri viderunt, & hoc super vitulam cæsam.

Ad contrarium respond. non prohiberi sacerdotibus omnino iuramentum, nisi quando absque causa iurassent: sed ex causa iurare non prohibentur.

ARTIC. II.

Vtrum ad purgationem possit aliquis cogi?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non; quia diuina lege prohibetur iuramentum. Matt. 5. Ego dico vobis non iurate omnino & Iac. 5. Ante omnia fratres nolite iurare.

2 Præterea, facit cap. auditum. 2. q. 5. vbi Pontifex seipsum purgauit nihilominus dixit. Hoc autem faciens non legem præscribo cæteris, qua id facere cogantur.

Sed contra dicitur in cap. si mala. 2. q. 5. vbi si mala fama de Presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint, ne contra Apostolum infirmorum corda de mala fama Presbyteri percutiantur; & ne vituperetur ministerium nostrum; neuè securiores Presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur, secundum decreta maiorum, cum denominatis sibi vicinis Presbyteris, quos scimus se nolle peierare sacramento famam suam purget.

Ad primum resp. quòd non prohibetur omnino iuramentum, sed tantum incautum, & vbi non est necessitas: alioqnin periret iustitia in multis.

Ad secundum respond. quòd ibi loquitur de successoribus summi Pontificis, quibus imponere non potuit legem.

ARTIC. III.

Vtrum purgatio vulgaris sit reprobanda?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non: quia ipsa ortum habet ex diuina lege nu. 5. vbi datur lex contra mulierum suspectam de adulterio, quòd offeratur sacrificium zelotypiæ, & oblatio inuestigans adulterium.

2 Præterea, Iosue 7. vbi examinatio furti Achor facta est per sortes.

3 Præterea, 2. Reg. 4. vbi inquisitio inobedientiæ, seu transgressionis Ionathæ sic explorata est.

4 Præterea, facit authoritas multorum cap. in fine huius q. vbi conceditur vulgaris purgatio.

5 Præterea, nunquam credendum est ecclesiam errasse: at ecclesia ipsam aliquando admisit; ergo conclusio vera.

Sed contra dicitur in cap. consuluisti 2. q. 5. vbi Stephanus v. dicit, Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri a quolibet, Sancti non censent canones, & quòd Sanctorum patrum documento sancitum non est, super stitiosa adinuentione non est præsumendum; spontanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habita præ oculis Dei timore, com missa sunt regimini nostro iudicare; occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.

Respon. dicendum, quòd vulgaris purgatio prohibetur triplici de causa. Primo quia inuenta fuit Diabolo fabricante. c. Menna 2. q. 5. Secundo, quia per hanc Deus tentatur. c. dilecti. de purg. vulgari: Tertio, quia per eam sæpe punitur ille, qui in nulla culpa est. cap. significantibus de purg. canon. ferrum enim candens ita punit innocentem, sicut peccantem; vnde non est probatio criminis.

Ad primum respond. quòd illud erat secundum permissionem, non autem secundum concessionem; lex enim etiam diuina permittit aliquando minus malum ad euitandum maius: cum igitur permissio sit de malis, non est facienda consequentia.

Ad secundum, & tertium respond. quòd non est idem de sortibus, quibus aliquando, quis potest licitè vti S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8.

Ad quartum resp. quòd illi canones sunt abrogati. per c. dilecti. de purg. vulg.

Ad quintum resp. verum esse ecclesiam non errare, quia nec id nunquam concessit, vt approbaret: sed permisit, ne peius fieret; nam quandoque permittitur malum, non solum, vt ex eo eliciatur bonū; sed etiam ne fiat peius.

ARTIC. IIII.

Vtrum duellum sit licitum?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd sic primo ex facto Dauid, qui duellum voluntariè iniit vt 1. Reg. 17.

2 Præterea, licitum est vnicuique se defendere, ꝙ si non potest nisi per duellum, videtur quòd sit licitum.

3 Præterea, facit leg. qua actione §. si quis ff. ad leg. Aquiliam, vbi si dico pugillares colluctentur in duel lo, cessat actio contra occidentem.

Sed contra dicitur in c. Monomachiam 2. q. 5. vbi Nic. Papa Monomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptum fuisse non reperimus. &c.

Resp.

Resp. dicendum, quòd duellum non est licitum primo quia repugnat legi diuinę, qua prohibetur tentare Deum Matt. 4. Non tentabis Dominum deum tuum: in isto autem casu tentatur Deus cap. quæritur. 22. q. 2. secundo, quia præbet causam delicti cap. 1. de torneamentis: tertio, quia sæpe contingit, quòd insontes occidantur, quòd est contra naturalem æquitatem. quarto, facit l. vna. C. de gladiat. Nullus enim bonus iudex debet permittere illos ad arma prosilire, quos sua authoritate potest refrenare, l. æquissimum. ff. de vsur. facit cap. 19. sess. 25. de reform. Conc. Trid.

Ad primum resp. quòd illud duellum iniit Dauid reuelatione diuina, quia sic Dominus voluit indicare suam iustitiam Philistæis.

Ad secundum respon. negando consequentiam; non enim tamen per hoc sequitur, quòd possit licitè oblatum cruentum suscipere, qui tenetur se defendere.

Ad tertium resp. quòd illa lex intelligitur, quando duellum non est cruentum, seu tendens ad effusionem sanguinis: sed cum aliqui brachijs colluctant, vel similibus modis, qui permittuntur propter populi recreationem. De hac materia duelli, vide quæ dixi in summa pec. cap. par. 1. q. 58. tit. 4.

QVAESTIO IV.

QVòd verò quarto loco quærebatur, an duorum testimonio Episcopus sit condemnandus. &c.

Pro declaratione huius quæstionis ponam hinc aliquos articulos, & primo:

ARTIC. I.

Vtrum testimonium vnius sufficiat?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic quia arguitur populus eo, quòd in diuinis non crediderit Moysi.

2 Præterea, facit cap. Paruulos de consecrat. dist. 4. vbi creditur testimonio vnius, an puer sit baptizatus, & ecclesia sit consecrata.

3 Præterea, facit cap. in omni. de testib, vbi testimonium vnius sufficit in denunciatione charitatiua.

Sed contra facit litera Gratiani hic in 4. q. ibi. sicut enim in Euangelio Ioan. 8. legitur, ait Christus ad Iudæos. In lege vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est Deut. 17. Hinc consequenter contra eos argumentatur Dominus dicens si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum, & patris non accipitis? Item 2. Cor. 13. In ore duorum vel trium stabit omne verbum. Et ad Hæbr. 10. Quis præuaricans legē Moysi duobus, vel tribus testibus conuictus, sine miseratione lapidabitur? Et in Cōcil. Sirq. 2. c. 8. placuit, vt siquis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit secundum præceptum Pauli Apost. duo, vel tria testimonia requirantur ab illo.

Resp. dicendum, quòd regulariter testimonium vnius non sufficit, nec vni soli testium credendum est. num. 25. ad vnius testimonium nullus damnabitur, & Deut. 19. Non stabit testis contra aliquem, concor. cap. veniens. de testib. vox enim vnius dicitur vox nullius. Fallit tamen in multis, & primo in Pontifice, cui nudo verbo creditur cap. cum à nobis. de testib. secundo, soli tabellioni creditur, quòd instrumentum sit sua manu confectum l. siquis decurio C. de falsis: tertio, in his, in quibus nulli præiudicium infertur, vt cum quæritur an quis sit baptizatus, vel Ecclesia consecrata, dum tamen sit testis christianus: quarto, quando hoc testatur expressit. l. Theopompus. ff. de dote prælegat. quinto, vbi interuenit consensus partium l. vlt. C. de fideicom. sexto, denuntiatio charitatiua per vnum testem probatur. cap. in omni. de testib. septimo in iuramenti delatione cap. vlt. de iureiur. octauo, licet non faciat probationem, facit tamen præsumptionem cap. inter. 33. q. 4. ideo cum fama probat. cap. præterea. de testibus.

Præterea, distinguendo dices, quòd duplex est status; vnus est in forma iudicij, & in illo credi non debet testimonio vnius; alius est extra iudicium, & in illo statu vnius probatę psonæ testimonio creditur c. tanta. 86. dist. vbi Papa credidit cuidam Abbati de delicto cuiusdam Episcopi.

Ad primum resp. quòd arguitur populus, quòd non credidit homini soli; sed ex eo, quod non credidit Deo confirmanti verba Moysis sequentibus signis, num. 14. vsque quo detrahet mihi populus iste, quousque non credet mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis.

Ad alias duas rationes patet responsio ex dictis: sunt enim casus speciales, in quibus vnius testimonio creditur.

ARTIC. II.

Vtrum sufficiat testimonium duorum, vel trium ad condemnationem cuiuscunque persona?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nō. per 3. Reg. 21. vbi Naboth ad dictum duorum, vel trium fuit falsò condemnatus.

2 Præterea, facit contra cap. præsul infra eadem q. vbi præsul non damnatur, nisi septuaginta duobus testibus.

Sed contra dicitur in littera huius. q. & in c. 1. supra in primo artic. allegato: S. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 2.

Respond. dicendum, quòd certitudo non est similiter quærenda in omni materia; in actionibus enim humanis non potest haberi certitudo demonstratiua, eo quòd sunt circa contingentia, & variabilia, & ideo sufficit probabilis certitudo, quæ vt in pluribus veritatem attingat, & si in paucioribus à veritate deficiat; est enim probabile, quòd magis veritatem contineat dictum multorum, quàm vnius: omnis autem multitudo in tribus comprehenditur. s. principio, medio, & fine, vnde Arist. s. in primo de cœlo omne, & totum in tribus ponimus, ternarius

qui-

quidam afferentium constituitur, cùm duo testes conueniunt cum actore. Vnde ad conuincendum aliquem binarius idoneorum testium requiritur, vel ad maiorem certitudinem ternarius, qui in testibus est multitudo perfecta, vnde eccle. 4. funiculus triplex difficile rumpitur, & Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quæcunque petierint fiet illis a patre meo; vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo &c. De hoc autem non habetur certitudo ex testimonio vnius; quia veritas vnit, error disgregat. Vnde cum aliqui d uisi non sunt, in testimonium alicuius negotij, & in omnibus particularibus circunstantiis eius non errant, sed veritati inhærent: vnus autem potest infinitis rationibus à vero siue scienter, siue ignoranter deuiare.

Ad primum resp. negando consequentiam, quia dicitur Exodi. 23. Non sequaris turbam ad faciendum malum; cum enim dicimus credendum esse testimonio duorum, vel trium, intelligi debet de testibus idoneis.

Ad secundum resp. quòd ibi est speciale in Episcopis, & alijs Prælatis Ecclesiæ, propter eorum dignitates, eis enim solis plus creditur, quàm multis testibus & quia, qui habent alios iudicare sæpe habent plures aduersarios, vnde testibus contra eos deponentibus, non ita facile creditur.

ARTIC. III.

Vtrum conuenienter concessum sit priuilegium Prælatis Ecclesiæ, vt contra eos non sufficiat testimonium duorum, vel trium?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non; quia hoc videtur contra ius diuinum, quo disponitur testimonio duorum, vel trium esse credendum, vt dictum est supra.

Sed contra facit c. 2. 2. q. 4. vbi Syluester Papa in generali synodo inquit. Præsul non damnabitur nisi cum septuaginta duobus testibus nec præsul summus à quoquam iudicabitur; quoniam scriptum est non est discipulus super magistrum &c.

Respond. dicendum, quòd hoc optimo iure statutum est per rationes, de quibus supra in respon. ad secundum.

Ad oppositum respond. negando, quòd hoc sit contra ius diuinum. Nam illud, quòd dicitur in ore duorum, vel trium, intelligitur per negationem in ore duorum, idest non paucorum, quia non paucorum, quàm duorum idest non vnius testimonio condemnatur aliquis, vel iustificatur. Secundo respond. quòd licet testimonium duorum, vel trium sit sufficiens ad credendum, non tamen semper est sufficiens ad condemnandum; effectus enim condemnationis est de iure positiuo introductus, & ideo respectu eius potuit disponere numerum testium, sicut disposuit numerum in testamento, & in hoc nihil dicitur factum contra ius diuinum.

QVAESTIO. VI.

SEquitur sexta quæstio, qua quæritur, quo remedio causa vitiata subleuetur, & si remedium illud sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerint?

Pro declaratione eorum, quæ dicuntur in hac sexta quæst. nonnulla essent videnda, videlicet, quid sit appellatio? vnde originem habuerit, quis possit appellare, à quo & ad quem iudicem sit appellandum, quomodo, & quando? & alia, de quibus dixi in tract. de defin. in 2. par. in defin. 22. Ideo his omnibus omissis, ponam alios articulos, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum liceat reo iudicium declinare per appellationem?

5 AD primum videtur dicendum, quòd non; dicit enim Apost. ad Rom. 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: sed reus appellando recusat subijci potestati superiori scilicet iudicij; ergo non est licitum appellare.

Sed contra dicitur in cap. omnis 2. q. 6. ibi Anacletus in epist. 1. in fine; omnis oppressus liberè, sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur.

Respond. dicendum secundum S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 3. quòd duplici de causa contingit aliquem appellare, vno quidem modo confidentia iustitiæ, & hoc modo ponitur conclusio, quòd sit licitum appellare; hoc enim est prudenter euadere. Alio modo aliquis appellat causa afferendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur, & hoc calumniosè se defendere, & hoc modo sit ista secunda conclusio. Quòd sic declinare iudicium per appellationem sit illicitum; quia sic appellando facit iniuriam iudici, eius officium impediendo, & iniuriam facit aduersario eius iustitiam, quantum potest perturbando, quorum vtrumque est illicitum; & ideo dicitur in c. omnino. 2. q. 6. omnino puniendus est, vt quoties iniusta appellatio pronunciatur, sumptus, quos dum sequeretur adue sarius, impendit reddere cogatur non simplos, sed quadruplos.

Ad oppositum resp. quòd appellans non recusat subijci se absolutè potestati superioris cuiuscunque, sed inferioris, à quo appellat ad superiorem potestatem; inferiori autem potestati in tantum aliquis subijci debet, in quantum ordinem superioris seruat, à quo si exorbitauerit ei subijci non oportet, putà si aliud iusserit Proconsul, aliud Imperator. vt dicit glos. ad Rom. 3. Cum autem iudex iniustè aliquem grauat, quantum ad hoc relinquit ordinem superioris potestatis, secundum quam necessitas sibi iuste iudicandi imponitur; & ideo licitum est ei, qui contra iustitiam aggrauatur, ad discretionem superioris potestatis recurrere appellando; quòd & Paulum appellasse ad Cæsarem legitur in Act. Apostolorum cap. 25.

ARTIC. II.

Vtrum plurius, quàm bis possit in eadem causa appellari?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic. per cap. omnes. 2. q. 6. vbi Sixtus scribens Grato in epist. 1. dicit, Omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant.

2 Præterea, facit cap. Lotharius. 31. q. 2. vbi ter fuit appellatum.

3 Præterea, illud, quòd semel est licitum, semper est licitum: sed appellatio semel est licita; ergo semper erit licita.

Sed contrà dicitur in glos. in cap. omnes. 2. q. 6. vbi non appelletur vltra secundam vicem, ne lites in infinitum extendantur.

Respond. dicendum, non esse licitum in eadem causa super eodem cap. vltra secundam vicem appellare, per rationem adductam, facit cap. si autem. §. post. 2. q. 6. tot. tit. C. ne liceat tertio prouocare.

Ad primum Respond. quòd ibi quoties exponitur, idest ab omni grauamine, in omni causa, & in omni articulo separato, dummodo non vltra secundam vicem.

Ad secundum respond. quòd ibi non fuit appellatio, & dato quòd fuisset, non fiebat appellationis prosecutio, seu ter appellauit, hoc est ter dixit appello. cap. sua de appell.

Ad tertium resp. negando consequentiam, quoniam ideo non est concessum, vt tertio quis appellet super eodem, quia non est probabile, toties iudices à recto iudicio declinare; alioquin daretur processus in infinitum.

ARTIC. III.

Vtrum sententia lata sub conditione sit valida.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non; quia actus legitimi non recipiunt conditionem. l. Actus. ff. de reg. iur.

Sed contra dicitur in cap. Biduum. 2. q. 6. vbi est l. 1. §. Biduum ff. Quando app. sit, ibi, sanè quidem non est sub conditione dicenda sententia. Sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est vtile statim tempora ad appellandum computari debere: Vbi patet, quòd licet sententia non sit ferenda sub conditione, tamen si feratur sustinebit.

Ad oppositum respond. quòd licet regulariter sententia ferri non debeat sub conditione; nihilominus quandoque ex causa fertur sub conditione l. à Diuo Pio. §. 1. ff. de re iudic. vnde sententia excommunicationis fertur sub condirione. cap. Salonitanæ. 63. dist. cap. Episcopus. 7. q. 1. Præterea respond. quòd multa facta tenent, quæ fieri prohibentur. cap. quidam. dist. 27. cap. de Iudæis. dist. 45.

ARTIC. IV.

Vtrum à sententia arbitri sit licitum appellare?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd sic; quia maius est vinculum ordinariæ potestatis, quàm propriæ electionis: sed à iudicibus ordinarijs est licitum appellare; ergo multo magis ab arbitris.

Sed contra dicitur in cap. à iudicibus 2. q. 6. vbi Concilium Mileuitanum cap. 24. dicit. A iudicibus, quos communis consensus elegerit, non licet prouocare.

Respond. dicendum, quòd arbitri sunt in duplici differentia; quidam sunt; qui compromissarij vocantur, & voluntate adeuntur, & ab his non licet appellare; quia ex proprio defectu, vel negligentia procedit, quòd aliquis se sua sponte alterius iudicio subijciat, de cuius iustitia non confidat; leuis enim animi esse videtur, vt homo non permaneat in eo, quòd semel approbauit: & ideo rationabiliter denegatur subsidium appellationis ab his, qui non habent potestatem, nisi de consensu partium: sed potestas iudicis ordinarij non depen et, nisi ex consensu illius, qui eius iudicio subditur, sed auctoritate Regis, vel Principis, qui eum instituit; & ideo contra eius grauamen lex tribuit appellationis subsidium. Ita quòd si sit simul ordinatius, & arbitrarius iudex potest ab eo appellari; quia videtur ordinaria potestas occasio fuisse quòd arbitet. eligeretur. Nec debet ad defectum imputari ei, qui consensit, sicut in arbitrum, in eum, quem Princeps iudicē ordinarium dedit. Alij sunt arbitri, qui de necessitate iuris habent assumi, de quibus cap. ab arbitris de offic. deleg. 6. & ab istis benè licitè appellatur, vt patet ex dictis; Ex quibus apparet resp. ad obiectum.

QVAESTIO VII.

QVòd vero Layci in accusatione Episcoporum non sint audiendi &c.

Pro intelligentia huius quæstionis, & eorum, quæ hinc dicuntur, plures notandi sunt articul.

ARTIC. I.

Vtrum homo teneatur accusare?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non; quia Prou. 11. qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana amici, qui autem fidelis est, celat amici commissum.

2 Præterea, Prou. 25. quæ viderint oculi tui, ne proferas iudicio cito, ne fortè emendare non possis.

3 Præterea, de lege naturæ tenemur non facere alteri, quòd nobis nolumus fieri: sed nullus vellet accusari; ergo nullus tenetur accusare.

Sed contra est fundamentum positum in tota ista quæstione per Leuit. 5. si peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit, quòd ipse vidit, aut conscius est, nisi iudicauerit, portabit iniquitatem

rem suam; ex quo sicut dicit Aug. videtur lex dicere peccare hominem, qui scit aliquem falsum iurare, & tacet: ergo videtur, quòd teneatur accusare.

Respond. dicendum, quòd differentia est inter denunciationem, & accusationem, quòd in denunciatione attenditur emendatio fratris: in accusatione vero attenditur punitio criminis; pœnæ autem præsentis vitæ non per se expectantur; quia non est vltimum retributionis tempus, sed inquantum sunt medicinales, conferentes vel emendationem personæ peccantis, vel ad bonum Reipub. cuius quies procuratur per punitionem peccantium. Vnde si crimen fuerit tale, quòd vergat in detrimentum Reip. tenemur accusare, dummodo probari possit sufficienter, nam non osculatur pater semper filiũ; sed aliquando castigat; ergo quando castigatur, qui diligitur; circa eum pietas exercetur; Si ergo tenemur ad opera pietatis in proximum tenentur ad accusationem, vt castigetur; Si vero delictum nõ sit huiusmodi, non tenemur accusare; quia nullus ad hoc tenetur, quòd non potest debito modo perficere: at si non potest probari, accusatio esse inefficax; ideo eo casu non tenemur. S. Thom. 2. 2. quæst. 78. artic. 1.

Ad primum respond. quòd reuelare secretum in malum personæ, est contra fidelitatem, non autem si reuelatur propter bonum commune, quòd semper præferendum est bono priuato. Et ideo contra bonum commune nullum secretum licet recipere. Secundo respond. quòd illa authoritas non facit ad hoc, quia non est secretum, quòd probari potest.

Ad secundum respond. quòd loquitur quando quis accusat non ex charitate, sed insultando per contumeliam, & vitia obijciendo.

Ad tertium respond. quòd non est simile de se, & de alio; quoniam ad hoc, quòd quis se ipsum corrigat non est opus accusatione, nec quòd inducat contra se testes; sed bene quandoque ad correctionem alterius.

ARTIC. II.

Vtrum Laicus possit accusare clericum?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic, omne enim debitum ex charitate pendet, quæ est finis præcepti Vnde Rom. 13. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: sed illud, quòd est charitatis homo debet omnibus: & laicus tenetur ex charitate laicum accusare; ergo etiam clericum.

2 Præterea, correctio extenditur etiam ad clericos, non solum actiuè, sed etiam passiuè; ergo sicut laicus tenetur corrigere laicum; tenebitur etiam clericum.

Sed contra dicitur c. 1. 2. q. 7. vbi Euaristus Papa epist. 2. Non est a plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus; quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum: ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissimè solet conuertere in malum, & in electis ponit maculam conc. e. 2 & seq.

Respond. dicendum, quòd regulariter laici non possunt accusare clericos, ratione iam dicta; & quia laici sunt minores, & ad eundem ordinem promoueri non possunt; & quia ipsi laici non recipiunt clericos in accusatione, & quia sæpe layci sunt infesti clericis, & ita præsumitur ex odio accusare. capit. laycos secunda quæstione septima; & quia vita clericorum est separata quantum ad conuersationem a laycorum actibus; vnde præsumitur, quòd falsa intendant contra clericos, cum eorum vitam ignorent. Fallit tamen primo, quando laycus suam iniuriam, vel suorum prosequitur. c. omnibus. quarta quæstione sexta. capitul. de cætero. de testib. quòd tamen intelligi debet, dummodo ciuiliter agant. Secundo, fallit in criminibus exceptis, videlicet in crimine hæresis. capitul. sacerdotes. secunda quæstione septima; & simoniæ capitul. tanta. de simonia, & in crimine læsæ maiestatis. cap. sanè. decimaquinta quæstione tertia. dummodo duo concurrant. Primo, quòd bono zelo id faciant. Secundo, quòd laycus sit bonæ vitæ, præsertim contra clericum bonæ vitę; secus si clericus fueris suspectæ vitæ; quia tunc admittentur etiam layci malæ vitæ, not. cap. per tuas. de simonia.

Ad rationes respondeo, quòd procedant in casibus à iure concessis, nec est simile de laycis, & clericis, cum sint alterius gradus, & conditionis.

ARTIC. I.

Vtrum clericus possit accusare Laycum?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic; quia si laicus prosequens iniuriam suam, vel suorum admittitur ad accusandum clericum, ita videtur, quòd clericus possit admitti ad accusandum laicum.

Sed contra dicitur in capitul. sicut. secunda quæstione septima. vbi Fabian. Papa epist. secunda sicut sacerdotes, vel reliqui clerici à laicorum secularium excluduntur accusatione, ita illi ab illorum sunt excludendi, & alienandi criminatione. &c.

Respondeo, dicendum, quòd clericus non potest laicum accusare, nisi vbi prosequitur iniuriam suam; quod si venit pœna sanguinis imponenda, debet dicere, quòd non intendit accusare, vt pœna sanguinis emittatur; sed vt prosequatur iniuriam sibi illatam, redimens vexationem suam. c. prælatis. de homic. in 6.

ARTIC. IV.

Vtrum clericus possit accusare clericum maiorem?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non. per capitul. clericus, secunda quæstione septima. vbi Siluester Papa in Epilogo Conc. Romani, clericus aduersus exorcistam, exorcista aduersus acolytum, & infra, accusationem dare, aut terminum ferre non valet.

Sed contra dicitur in cap. lator. 2. q. 7. vbi Gratianus inquit, quòd ille Episcopus a suis clericis accusatus, & conuictus est. &c.

Respond. dicendum, quòd clericus si est bonæ famę potest accusare clericum etiam superiorem c. ex parte de accusat. secus si fuerit malæ famæ c. cum dilectus de accusat. Nisi in exceptis criminibus, & hoc patet respon. ad obiectum.

QVÆST. VIII.

De accusatione verò qualiter fieri debeat in canonibus apertè decernitur.

Pro intelligentia huius quæstionis vnicus erit tantum articulus videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum sit necessarium, quòd accusatio semper fiat in scriptis?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia scriptura inuenta est ad subueniendum humanæ memoriæ circa præterita; sed accusatio in præsenti agitur; ergo non indiget scriptura.

2 Præterea, nullus absens accusare potest, nec ab aliquo accusari; sed scriptura ad hoc videtur vtilis, quia propriè per eã absentibus significatur, ergo. &c.

3 Præterea, vt crimen alicuius manifestatur per accusationem, ita per denunciationem: sed in denunciatione non est necessaria scriptura; ergo nec in accusatione.

Sed contra dicitur in cap. 1. 2. q. 7. vbi Calist. Papa in epist. 2. ad Episcopos Galliæ dicit, Accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto, nec absentes eo, quem accusare voluerint, quibuslibet accusare permittatur. S. Thom. 2. 2. quæstione 68. articu. 2.

Respond. dicendum, quòd triplex est accusatio. Quædam est infamantis. Alia denunciantis. Tertia est crimen ordine iudiciario solemniter prosequentis. Seu est accusatio infamationis, denuntiationis, & inscriptionis; Prima impropriè dicitur accusatio, sed propriè infamatio, quando scilicet aliquis accusat aliquem, ei detrahendo latenter, siue occulte; & hoc omnibus interdicitur capitul. accusatores. distinctione 46. accusatio vero denuntiationis impropriè similiter dicitur accusatio, sed propriè denunciatio, scilicet cum quis sciens aliquem esse in tali crimine, & non valens eum corrigere, denunciat crimen illud Prælato Ecclesiæ, simplici voce. Ad hanc accusationem quilibet tenetur. capitul. si peccauerit. secunda quæstione prima. iuxta illud Matth. 18. Dic Ecclesiæ; In qua sunt quinque specialia. Primo quòd ad eam omnes tenentur d. cap. si peccauerit. Secundo, quòd vnus testis sufficit. capitul. in omni de testibus. Tertio, quòd deficiens in probatione, non punitur, nisi in foro pœnitentiali. Quarto, quòd ab ea nemo repellitur. Quinto, quòd absque inscriptione fit. capitul. qua propter. secunda quæstione septima. Tertia accusatio dicitur inscriptionis. s. cum quis solemniter inscribit, volens agere contra aliquem criminaliter, quæ dicitur solemnis accusatio ad differentiam aliarum. Ad quem nemo compellitur tot tit. C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur, Nisi in casu speciali, sub conditione scilicet, tiquis vult hæreditatem habere cogatur accusare eum, qui interfecit testatorem, si sit, & potest, alias amittit hæreditatẽ. l. hæredes. C. de his quibus vt indigni: & de ista accusatione loquendo ponitur ista conclusio, quòd talis accusatio regulariter debet fieri in scriptis, vt probatur in hac quæst. per totam. Et ratio est, quia quando in criminibus per accusationem agitur, accusator constituitur pars, ita q iudex inter accusantem, & accusatorem medius constituitur ad examen iustitiæ, in quo oportet, quantum possibile est, secundum certitudinem procedere; quia vero ea, quæ verbotenus dicuntur facile labuntur à memoria, non posset iudici certum esse quid, & qualiter dictum sit, cum debet proferre sententiam, nisi esset in scriptis redactum. Est ergo necessaria inscriptio propter tria. Primo, vt iudex certus sit de accusatoris verbis, ne possit aliquid variare. Secundo, vt accusatus de verbis accusatoris possit certius respondere. Tertio, vt inter verba accusantis, & defendentis iudex proposita per partes memoter, & per scripta retinens securius valeat sententiare. S. Thom. 2. 2. q. 68. art. 3. Excipiuntur tamen plures casus. Primus in crimine leui. quod de facto iudex expedire potest. cap. 2. de lib. obl. Secundus in his, quæ executores denunciant. l. ea quidem. C. de accusat. Tertius, quando mulier accusat prosequando suam, vel suorum iniuriam cap. de crimine. 15. q. 3. Quartus in crimine Apostasiæ. l. apostarum C. de Apostatis. Quintus, vbi Christianus Iudæam in vxorẽ duxerit. l. ne quis. C. de Iudæis. Sextus, vbi maritus accusat vxorem de adulterio. l. Quamuis. l. iure C. de adulter. Septimus, in accusatione falsæ monetæ. l. 1. C. de fals. mon. Octauus, vbi tutores accusant de falso producentem instrumentum contra pupillum suum; nisi manifesta calumnia detegatur. l. 3. C. Qui accus. non poss. Nonus, in crimine abigeatus. l. 1. C. de abigeis. Decimus, in omni casu, in quo sine accusatore condemnatur, sicut in notorijs.

Ad Primum respond. negando consequentiam; quia difficile est singula verba propter eorum multitudinem, & varietatem retinere.

Ad Secundum respond. negando consequentiam; quia scriptura non solum necessaria est propter absentiam personæ, sed etiam propter dilationem temporis: & cum dicitur, quòd per scripta nullius accusatio suscipiatur intelligendum est de absente, qui per scripta accusationem mittat: non tamen excluditur, quin si præsens sit necessaria sit scriptura.

Ad Tertium respond. negando consequentiam; quia non est simile de denuntiatione, & accusatione quia denuntiatio non obligat ad probandum, sicut accusatio, ut dictum est.

CAVSA III.

Quidam Episcopus à propria sede deiectus petit restitui, post restitutionem ducitur in causa. &c.

1 HIc Primum quæritur, An restitutio danda sit quibuslibet spoliatis?

2 Secundo, de iudicijs, An post restitutionem tantum, An etiam post uocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint?

Tertio,

3 Tertio, quo spatio mensium vtrique sint concedendæ?
4 Quarto, an infames, & non legitimè coniuncti ad accusationem sint admittendi?
5 Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vxoris audienda?
6 Sexto, an extra prouinciam reus sit producendus?
7 Septimo, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia?
8 Octauo, an ab vno tantum Episcopus sit audiendus, vel iudicandus?
9 Nono an accusatores, vel testes, in absentem vocem accusationis, vel testificationis, exhibere valeant?
10 Decimo, an deficientes in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia?
11 Vndecimo, an accusato liceat in accusatorem accusationem vertere.

Q V Æ S T. I.

Quòd autem restitutio quibuslibet danda sit, multis authoritatibus probatur? Pro declaratione eorum, quæ habentur in hac prima quæstione, videndum erit vnum, videlicet.

A R T I C. I.

Vtrum restitutio sit semper facienda spoliatis.

Ad hoc respond. distinguendo; aut spoliatur rebus, aut officio, aut fraterna communione. Si spoliatur rebus, aut ab aduersario, aut à iudice: si ab aduersario, est Conclusio. Quòd statim est restituendus, ante causæ cognitionē & litis ingressum, facit cap. 1. & seq. de restit. spoliat. vbi colligitur regula, quòd spoliatus ante omnia restitui debet, remota omni exceptione. Si vero spoliatur à iudice, aut à suo, aut à non suo. Si à non suo, est conclusio secunda, quòd non tenet, quòd sit ab eo, cap. at si clerici. de iudic. Et ideo restitueri debet ante omnia cap. 1. cap. fin. de ord. cogn. omni exceptione remota; nisi scandalum oriatur, vel timeatur, cap. in primis 2. q. 1. Si verò spoliatur à iudice suo, aut hoc fecit extra iudicium, & tunc est conclusio tertia, quòd facienda sit restitutio, ac si priuatus homo hoc faceret. cap. bonæ de appellat. aut fuit spoliatus à iudice in iudicio, & tunc aut fuit absens, aut præsens. Si fuit absens, aut ex iusta causa, & tunc est conclusio quarta, quòd est restituendus ante omnia; causa tamen absentiæ antea probata, cap. præsentium. 7. q. 1. aut fuit absens ex cōtumacia, & tūc, aut in causa ciuili, aut criminali. Si in causa ciuili, tunc est conclusio quinta, quòd si offerat infra annum cautionem de stando iuri restituetur. c. Pastoralis. §. fin. de offic. ord. Si in causa criminali, tunc esset conclusio sexta, quòd nō restituitur; si tamen intra annum purgauerit suam innocentiam à crimine, audietur in petitorio, non autem in possessorio c. rursus. 1. q. 3. Si vero præsens spoliatur à iudice suo, tunc aut post legitimam spoliationem, & tunc est conclusio septima, quòd restituitur quasi nihil sit actum. c. quoties. 2. q. 6. Si verò ante appellationem, tunc aut seruato ordine iudiciario, aut prætermisso. Si seruato tunc est conclusio octaua, quòd antequàm restituatur, nisi pars appellauerit, vel per querelam falsi, scilicet sententia sit lata per falsos testes, vel falsa instrumenta, tunc restituitur postquam constiterit de iniqua spoliatione. c. præsentium 7. q. 1. & spoliato incumbit probatio dicenti se iniustè spoliatum. Si vero prætermisso ordine iudiciario à suo iudice fuit spoliatus, tunc est conclusio nona, quòd statim restituitur si hoc constiterit. c. notum. 2. q. 1. c. consequentem de rest. spol. circa vero spoliationem ab officio, aut est facta à iudice non suo, aut à iudice suo post appellationem, aut ab aduersario, & tunc est decima conclusio, quòd talis spoliatio ipso iure nulla est, nec opus est restitutione, nec absolutione, quia nihil actum est c. super. de offic. deleg. c. appellationem 2. q. 6. aut est a suo iudice ante appellationem, & tunc est vndecima conclusio, quòd valet, & tunc restitutio non datur. Circa verò spoliationem à communione, scilicet de excommunicatione, aut est excommunicatus a nō suo iudice, vel a suo iudice post appellationem, tunc est duodecima conclusio, quòd talis excommunicatio nulla est, nec opus est absolutione cum nihil actū sit c. in primis 2. q. 1. c. per tuas. de sent. excom. Si autem à iudice suo ante appellationem tunc est tertiadecima conclusio, quòd talis excommunicatio valet, & tenet; & tunc semper ante litis ingressum. 2. antequàm cognoscatur de causa excommunicationis iniustæ, vel iustæ factæ, proprio iuramento mandatis ecclesiæ obediendi, absoluendus est ab eodem iudice, vel superiore. Non enim excommunicatus ante absolutionem stabit tanquam actor in causa ciuili aliquis. 11. q. 3. De hac materia vide quæ dixi in tract. de reg. iur. par. 2. reg. 9. & in comment. ad l. vlt. in glo. 2. par. 2. ff. de legibus.

Q V Æ S T. I I.

De inducijs autem. &c.

Quia in hac 2. q. & in seq. tractatur de inducijs, quæ sæpe solent esse arbitrariæ, ideo circa eas non insisto.

Q V Æ S T. I V.

Quòd vero infames, & non legitime coniuncti ad accusationem admitti non debeant. &c.

Pro declaratione eorum, quæ continentur in hac quæst. vnum est videndum videlicet.

A R T I C. V.

Vtrum licite aliqui repellantur ab accusatione?

1 Ad hoc videtur dicendum, quòd nō; quia in crimine hæresis q; est grauissimū admittūtur omnes ad accusādū, et si sint infames.

præsumitur. 2. q. 7. multò fortius in alijs omnes admittentur.

2 Præterea, accusatio non nocet, nisi accusanti si non probetur, sed qualiscunque sit accusans, nullum præiudicium fit accusato; ergo nullus ab accusatione repellitur.

Sed contra dicitur cap. 2. 3. quæst. 4. vbi Anacl. in prima decretali, accusandi vel testificandi licentia denegetur his, qui christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui præpositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint.

Respond. dicendum, quòd multo rationabiliter repelluntur ab accusando triplici capite, Primo, ratione modi accusandi; vt si quis accusat aliquem de crimine; & non vult præsentialiter accusare, sed per scripta capitul. absentes. tertia quæstione nona. Secundo, quando non vult se inscribere capit. qualiter de accusat. Tertio, propter conditiones accusantis; Ad legitimam enim accusationem requiruntur multa. Primo, discretio iudicij Matth. septimo, In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis; ideo ab ea repelluntur pueri, & mulieres regulariter, nisi in quibusdam casibus. Secundo, requiritur zelus charitatis ad correptionem fraternam; vnde dicitur Leuit. decimonono. Non oderis fratrem tuũ, sed publice argue illum; vnde repelluntur inimici capitul. accusatores. tertia quæstione quinta, eademque ratione excluduntur consanguinei aduersarij, qui de odio, vel affectione sunt suspecti; vnde in capitul. quatuor modis. 11. quęstione; tertia, dicitur ex mente Gregorij. Quatuor modis peruertitur humanum iudicium, timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus, cupiditate; dum præmio animum alicuius corrumpimus; odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur, Amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus. Ideo quatuor genera hominum ab hoc repelluntur, inimici, propter suspitionem odij, amici aduersarij, propter suspitionem mali amoris, serui, propter suspitionem timoris. capitul. quærendum. secunda quæstione septima. Cupidi turpis quæstus, vt hi, qui propter pecuniam accusant aliquem; & ideo regulariter repelluntur pauperes. Tertio, requiritur in accusatione verbum veritatis, vnde dicitur Leuit. decimonono. Non facies calumniam; calumnia enim est falsi criminis impositio; & ideo excludũtur infideles propter peruersitatem veritatis circa diuina. capitul. reprobari. tertia quæstione quarta. Et detractores propter peruersitatem veritatis circa humana. capitul. detractores. tertia quæstione quarta. Quarto requiritur in accusatore innocentia conuersationis; ne replicetur contra eum, qui dicis non mœcandum mœcharis, ad Rom. 2. Et ideo repelluntur infames, criminosi, excommunicati. cap. qui crimen. tertia quæstione quinta cap. omnes. 3. quæst. 4.

Ad primum respond. negando consequentiam; quia illud permittitur, eo quia est crimen omnino infectiuum, ad quòd tamen non admittuntur inimici glos. & Doct. com. capitul. cum P. de accusat.

Ad secundum respond. quòd eo ipso, quòd aliquis accusatur de crimine coram iudice, & admittitur accusator iam aliquo modo notatur accusatus, & grauatur eius opinio; & ideo sibi præiudicium infertur.

QVAESTIO. V.

QVòd vero testes de domo accusatorum prodocendi non sunt; & quòd vox inimicorum non sit audienda multorum authoritatibus probatur.

Quia materia huius quæstionis tractata est supra in proximo præcedenti articulo; ideo in ea vlterius non insisto.

QVÆSTIO VI.

EXtra prouinciam autem reus nullatenus est producendus.

Ratio est in capitul. primo, huius quæstione. vbi Fabianus Papa in epist. secunda. capitul. quarto. Ibi semper causa agitur, vbi crimen admittitur, & qui non probauerit, quòd obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur. Et in hac q. vnum est videndum scilicet;

ARTIC. I.

Vtrum clericus possit adire alium iudicem, sine consensu sui Episcopi?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic, per cap. pulsantis 3. q. 6.

2 Præterea, si layco hoc licet l. 1. ff. de iudic. licebit etiam clerico.

3 Præterea, clericus potest consentire in aliquem, tanquam in arbitrum, sine consensu Episcopi. cap. cum tempore, extra de arbit.

Sed contra facit capitul. non licet. tertia quæstione sexta. vbi Innocenc. epist. secunda capitulo secundo ad Victricum dicit; quòd non licet clerico relicto suo iudice adire alium, nisi per appellationem, vel ex Papæ delegatione. concor. capitul. significasti. de foro compet. capitul. Romana. de foro compet. in 6. capitul. vigesimo sess. vigesimaquarta. Concil. Trid.

Respond. dicendum, quòd clericus non potest suscipere ordines, nisi à suo Episcopo capitul. Nullus. nona quæstione secunda. Nec iudicium animæ quòd est occultum; ergo multo minus iudicium corporis, quòd est apertum. capitul. placuit. de pœni. distinctione sexta. Nam si hoc posset facere euacuaretur tota iurisdictio Episcopi, quòd esset inconueniens Doct. com. capitul. si diligenti. de foro competenti.

Ad primum respond. quòd illud intelligitur, quando clericus habebat consensum Episcopi; sine tamen eius consensu iurare non potest. capitul. 1. de iur. cal.

Ad secundum respondeo, negando consequentiam, quia plures tenentur clerici Episcopo suo, quàm Laici iudici seculari; Laicus enim potest

iunate sine consensu iudicis sui: clericus autem nō, vt dictum est.

Ad tertium respond. negando consequentiam; quia hoc est prohibitum, illud autem non.

QVÆST. VII.

QVòd Iudex esse nō possit, quem cum reo par, aut maior macula inficiat, multis authoritatibus probatur.

Pro declaratione eorum quæ dicuntur in hac q. nonnulla notanda sunt, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum criminosus possit esse iudex?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic; nam Saul cum à Domino esset reprobatus Dei populum iudicabat 1. Reg. 23. Quòd idem legitur de Dauid adultero, & homicida, & de Salomone, qui amore mulierum Deos gentium colebat. 3. Reg. 11.

2 Præterea, facit Matth. 23. vbi Deus ait de malis prælatis Iudæorum, qui dicunt facite &c. Vnde. 1. Pet. 2. serui subditi estote, & in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis.

Sed contra dicitur. c. 1. 3. q. 7. vbi Sancta Romana Synodus dicit, infamis persona, nec procurator esse potest, nec cognitor. conc. c. seq.

Respond. dicendum, quòd criminosus, seu infamis notatus per sententiam, non potest esse iudex; si vero sit ab Ecclesia tolleratus talis potest iudicare; vnde fœdere huius distinctionis tolluntur obiecta. Verum, quia in §. tria d. c. 1. 3. q. 7. dicitur, quòd tria sunt, quibus aliqui impediuntur, vt iudices non fiat; Natura, vt surdus, & mutus, & qui perpetuo furiosus est, & impubes, quia iudicio carent. Lege, qui senatu amotus est. Moribus, fœminæ, & serui; non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur; ideo secundo quæritur.

ARTIC. II.

Vtrum supradicta sint sufficientia impedimenta iudicem fieri?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non; & quatenus dicitur de minoribus ætate, facit Hiere. 1. postquàm dixit nescio loqui, quia puer sum, dixit ei dominus, Constitui te super gentes, & Regna, vt euellas &c.

2 Præterea, de muliere dicitur Iudic. 5. Delboram iudicasse Israel, post datam legem à Deo.

3 Præterea, quatenus, dicitur de seruo facit ad Gal. 3. Non est Iudæus, nec Græcus, non est masculus, nec fœmina &c. omnes enim vos vnum estis in Christo; ergo seruus potest esse iudex.

Sed contra dicitur in textu hic in proximo artic. adducto.

Respond. dicendum, quòd iudicium est Dei iudicium, vnde homo iudex gerit vicem Dei in iudicando Deut. 1. Et ideo in tribus debet conformari Deo, qui iudex est, scilicet in potestate, veritate, & bonitate, Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros potētes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam: Potestas in auctoritate, veritas in discretione iudicij, bonitas in rectitudine animi; vnde Deut. 16. Iudices, & magistratus constitues in omnibus partis; ecce authoritas potestatis, vt iudicent populo iusto iudicio; Ecce iudicium rectum, Ne in alteram partem decliuent; Ecce rectitudo animi. Et hæc habentur Deut. primo. Date ex uobis viros sapientes, & gnaros; Ecce discretio veritatis. Quorum conuersatio sit probata; Ecce rectitudo bonitatis, vt ponam eos principes; Ecce authoritas potestatis. Ad sciendum autem quæ personæ repellantur ab officio iudicis est Notandum. Quòd quædam personæ sunt inhabiles; quia non sunt idoneæ ad susceptionem authoritatis; siue ratione sexus, vt mulier, cui post peccatum dictum est, sub viri potestate eris, & primo. Corinth. decimoquarto. Mulieres in Ecclesia taceāt; Aut ratione conditionis fortunæ; vt seruus. primo. Petr. secundo serui subditi estote in omni timore; Aliæ repelluntur, quia non sunt idoneæ ad iudicium veritatis, vt propter impedimentum permanens innatum, vt est surdus, & mutus; vel propter impedimentum permanens contingens, vt furiosus perpetuus, vel propter impedimentum transiens, vt est minor ætate; Vltimo aliæ personæ excluduntur propter defectum approbationis vitæ, vel propter crimen erroris, vt hæreticus, aut scandalum conuersationis, vt infamis, aut propter contagionem communionis, vt excommunicatus. Alia est causa, ignorantia conditionis personæ, vt in extraneis. Tertia est causa, suspitio probabilis malitiæ personæ, vt si sit inimicus, vel declinans a rectitudine iustitiæ; Qua propter prohibentur omnes, qui sunt ex consanguineis actoris, vel inimici, vel aliqua iusta causa suspecti.

Ad primum respond. quòd illud pertineat ad priuilegium gratiæ singularis, non ad exemplum imitationis, sicut dicitur Hieremiæ antequam exires de vulua santificaui te, & Dan. 13. suscitauit Dominus spiritum pueri minoris: Priuilegia autem paucorum non faciunt legem communem.

Ad secundum respond. negando consequentiam, quia illud fuit factum in figura Ecclesiæ; omnia enim illis contingebant in figura primo. Corinth. quarto. Figuræ autem veteris testamenti non trahuntur in nouo testamento in authoritate exemplo; vnde, quòd hoc non sit ad imitationem in nouo, patet ad tit. 2. Docere mulieres non permitto, nec dominari in virum.

Ad tertium respond. negando consequentiam; quia quamuis in fide Christi non sit differentia serui ad liberum in authoritate, tamen in officio iudicij multum differt, an sit seruus, vel liber.

ARTIC. III.

Vtrum conuenienter quidam prohibeantur aduocare?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non; quia ab operibus misericordiæ nullus debet arceri: sed hoc pertinet ad opus misericordiæ; ergo conclusio vera.

2 Præterea, vnusquisque pro se ipso patrocinari potest; ergo & pro alio, cum homo debeat diligere proximum, sicut se ipsum.

Sed contra dicitur in capitulo secundo tertia quæstione septima. Infames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum. &c. S. Thom. 2.2. quæst. 71. art. 2.

Respond. dicendum, quòd aliquis impeditur ab aliquo actu, vel propter impotentiam, vel propter indecentiam. Impotentia excludit simpliciter, Indecentia autem non. Impotentia, vt mutus, furiosus, impubes, & alij iudicio carentes indecentia, vt infames, & alij, de quibus in textu. Et dixi indecentiam non excludere omnino, quia necessitas indecentiam tolerare potest.

Ad primum respond. negando assumptum; quia ab operibus misericordiæ interdum aliqui propter impotentiam, interdum propter indecentiam prohibentur; non enim stultis conuenit consilium dare; neque ignorantibus docere; quòd est opus misericordiæ.

Ad secundum respond. negando consequentiam; quia non ita imminet necessitas patrocinari causas aliorum, sicut proprias: quia alij sibi possunt aliter prouidere, vnde non est similis ratio.

ARTIC. IIII.

Vtrum licitum sit Aduocato pactum facere cum litigatore de quota parte litis?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd sic; quia licitum est sacerdoti quotam partem petere capitulo primo de sepult. Ergo eodem modo licebit aduocato.

2 Præterea, aduocatus potest licitè conuenire de salario secundum quantitatem determinatam; ergo & de hoc licebit pactum facere.

Sed contra dicitur in capitulo secundo tertia q. septima, ibi Arceantur etiam à professione aduocatorum, qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotijs, quæ tuenda susceperint, emolumentum sibi certæ partis cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes inueniuntur.

Respond. dicendum, quòd aduocatus, seu procurator non inducitur in causa, vt particeps iuris, sed vt adiuuator, & locatot operis artis suæ per rectum patrocinium; vnde licitè ad reprimendum cupiditatem, & turpe lucrum adnocatorum prohibitum est eis ne pactum faciant de quota litis; potest tamen ante litem contestatam pacisci cum litigatore de certa re, sed non de quota; non tamen hoc ei licet post litem contestatam pacisci cum litigatore, quem in propriam recepit fidem, vt patet in eodem cap. secundo §. præterea.

Ad primum respond. negando consequentiam; quia illud non est ex pacto, sed ex dispositione iuris.

Ad secundum resp. differentiam esse inter rem certam, & quotam litis, ut dictum est.

ARTIC. V.

Vtrum iudex debeat iudicare secundum acta, & allegata, an secundum conscientiam suam?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd index iudicare debeat secundum conscientiam suam. per Deut. 17. Qui præsunt loco iudicabunt iudicij veritatem: sed quandoque probantur aliqua contra veritatem, ergo &c.

2 Præterea, homo iudicando debet conformari diuino iudicio, quia Dei iudicium est secundum Deut. 1. Sed iudicium Dei est secundum veritatem, vt dicitur ad Rom. 2. ergo concl. vera.

3 Præterea, probationes fiunt, vt fides fiat iudici de veritate; vnde in his, quæ notoria sunt non requiritur iudicialis ordo capitulo manifesta. secunda quæstione prima. Si ergo iudex per se cognoscit veritatem, non debet attendere ad ea, quæ probantur.

4 Præterea, dicitur Exod. 23. Innocentem, & iustum non occides, quòd non esset si iudicaret secundum acta, contra veritatem.

5 Præterea, qui facit contra conscientiam peccat; quia ædificat ad Gehennam, vt dicit Apost. Sed iudex condemnans innocentem, facit contra conscientiam; ergo &c.

Sed contra dicitur in capitulo iudicet. tertia quæstione septima. vbi Ambros. super (Beati immaculati) serm. 20. vers. Miserationes tuæ: ibi Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticę proposito voluntatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati. &c. Vnde Deut. 1. Audite illos, & q iustū est iudicate, ita paruum audietis, sicut magnum; ergo secundū audi tum debet iudex iudicare, non secundum quòd nouit, vt priuata persona.

Resp. dicendū, q iudicare pertinet ad iudicē, secūdū q fungitur publica potestate; & ideo informari debet in iudicando non secundū id, quod ipse nouit, tanquam priuata persona: sed secundū id, quod innotescit ei tanquam publicæ personæ; hoc autem sibi innotescit in communi, & in particulari, in communi secundum leges publicas: in particulari per instrumenta, & alia huiusmodi documenta legitima, quæ debet sequi in iudicando magis, quàm id, qd ipse nouit tanquam priuata persona, ex quo tamen iuuari potest, vt districtius discutiat probationes inductas, vt possit earum defectum inuestigare, quòd si eas de iure repellere non possit, debet eas in iudicando sequi. S. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2.

Ad

Ad primum resp. quòd iudex debet iudicare secũdum veritatem propositam, & sic non secundum conscientiam facti: sed secundum conscientiam veritatis iudicij, idest conuenctionis & probationes legitimè factę; iden subditur ibi, & facies quæcunque dixerint, iuxta legem.

Ad secundum resp. impossibile esse conformari in omnibus Deo maxime in hoc; quia Deo competit iudicare ſm propriam potestatem; & ideo iudicãdo informatur secundum veritatem, quam ipse cognoscit; & non secundum hoc, quòd ab alijs accipit; alij autem iudices nõ iudicant secundum propriam potestatem; & iden non est simile.

Ad tertium resp. ꝙ probationes fiunt non solum, vt ex eis fiat fideles iudici: sed etiam alijs. Quòd autem dicitur de cap. manifesta, loquitur in casu, in quo aliquid est manifestum non solum iudici, sed etiam alijs ita quòd reus nullo modo crimine inficiari põt.

Ad qvartum resp. ꝙ iudex non dicitur occidere, sed lex, mediantibus probationibus factis.

Ad quintum resp. ꝙ homo in his, quæ ad propriã personam pertinent, debet informare conscientiam suam, ex propria scientia: sed in his, quæ pertinẽt ad publicam potestatem, debet informare cõscientiam suam secundum ea, quæ in publico iudicio sciri possunt; & ita in hoc casu operatur secundum conscientiam, quã ipse tenetur habere, quam habet, vt iudex, n1 autem, vt homo, quæ appellatur cõscientia iuris.

QVAESTIO. VIII.

Quòd autem Episcopus ab vno tantum audiri, vel iudicari non debeat. &c.

Quia de hac materia dictum est supra in quæst. siquis Episcoporum 3. q. 6. nihil est, quòd in præsenti dicatur.

QVAESTIO. IX.

De accusationibus vero, & testibus, quòd in absentem vocem accusationis, vel testificationem exhibere non valeant, multorum authoritatibus liquet.

Pro declaratione eorum, quæ continentur in hac 9. q. nonnulla videnda sunt, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum contra absentem accusatum procedi possit?

1 Ad primum videtur dicendum, quòd sic l. absentem ff. de pœnis.

2 Præterea, hoc idem de iure canonico c. primo 4. quæst. 5.

3 Præterea, idem si agatur via inquisitionis; quia tunc contra absentem lite non contestata recipiuntur testes.

4 Prætareà, hoc idem si agatur per viam purgationis contra infamatum. c. cum P. de purg. canon.

Sed contra dicitur c. 1. 3. q. 9. vbi Telesphorus Papa in epist. vnica dicit, accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partis iustam discretionẽ conc. c. seq.

Resp. dicendum, ꝙ si aliquis sit absens ex causa necessaria, puta Reip. seu ex iusta, & rationabili, puta peregrinationis, vel studiorum, & contra talem absentẽ accusatio, testificatio, neque sententia valet; & in isto casu loquitur quæst. præsens cum omnibus iuribus in ea. Si vero est absens ex causa voluntaria, aut agitur in causa criminali, aut ciuili. Si in criminali, aut respondendum est secundum leges, aut secundũ canones, Si secundum leges, aut ante litis contestatã, aut post. Si ante, non proceditur contra absentẽ, nisi contra apparitorẽ. 1. in officio suo delinquentẽ. l. ne diu C. de pęnis: vnde talis accusatus citabitur, ꝙ si non venerit damnabitur, non de crimine, sed de contumacia. Si vero est absens post litem cõtestatam, debet citari legitimè, ꝙ si non venerit, & liquebit iudici de causa, talis condemnabitur de crimine. Si non liquebit condemnabitur de contumacia. Secundum autem canones & procedatur per viã accusationis, tunc si non liquebit de causa siue ante litẽ cõtestatã, siue post, proceditur ad sentẽtiam excommunicationis. c. rursus. 11. q. 3. quæ contumacia purgari potest infra annum, post vero habetur pro confesso. Si procedatur per viam denunciationis nõ requiritur litis contestatio. c. veritatis. de dolo, & contum. Si per viã inquisitionis inquisitus est contumax condemnabitur. glo. cap. de illicita. 24. q. 3. & ex his patet resp. ad obiecta.

ARTIC. II.

Vtrum plurium testimonium, qui in tempore, & loco discordent, valeat.

1 Ad secundum videtur dicendum, quòd sic, exẽplò Euangelistarũ, qui testantur crucifixionẽ Christi diuersis tẽporib. factam esse.

2 Præterea, vnus testis potest dicere factum esse tempore sereno, alius aut. [illegible] tempore nubiloso; per hoc tamen nòn vitiatur dictum.

3 Præterea, contingere potest, ꝙ aliquis recordetur de facto, & nõ de tẽpore, hoc est de die, vel mense; & tamen non redditur dictum falsum.

4 Pręterea, vnus testis dicere põt factũ esse in domo dealbata, alius in domo alterius coloris, seu vnus in domo, alter in camera; & tñ eorũ dictũ substinetur.

Sed contra dicitur in cap. nihilominus. 3. q. 9. vbi Leo Papa dicit, Nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur; nec eorum voces tanquàm pluriũ admittuntur, quos tẽporum quidẽ diuersitas simul interfuisse prohibuit.

Resp. dicendũ, ꝙ testes debent concordare in circunstantijs, quæ hoc versu cõtinẽtur, Res, persona, locus, gradus, hęc sunt cõsona tẽpus. Res, quia si vnus dicit de vna, alter de altera, testes erunt singulares c. dilectus. de elect. Idem si de diuersis personis c. Rodulphus. de testib. Locus reddit dictum testis inefficax, vt patet exemplo Danielis in causa Susannæ. Dan. 13. Gradus, quia in quæstione matrimonij, si testes deponant diuersos gradus affinitatis, vel consanguinitatis non probant capitulo de paren-

 tela.

tela. § 5. quæstione 6. Varietas quoque temporis reddit inefficax dictum testis, vt cum vnus testis testificatur de vno tempore, alter de altero, vt in d. cap. nihilominus. Ratio preditorum est, quia huiusmodi varietas facit testes singulares, qui non probant; Dicitur enim Deut. 19. Non stabit vnus testis contra aliquem; Quòd autem dictum est de tempore intellige, nisi vnum tempus includatur in alio; vt si vnus dicat diem, alter horam eiusdem diei.

Ad primum respond. quòd ibi factum est continuum, siue durabile, varietas in testibus non vitiat testimonium, sicuti est in crucifixione Christi, vel etiã in possessione alicuius rei; Et ita de alijs actibus durabilibus per plures horas.

Ad secundum respond. quòd vbi discordant testes in aliquibus principalibus circunstantijs, quæ variant substantiam facti, puta in tempore, in loco, vel in personis, de quibus principaliter agitur, aufert efficaciam testimonij, redditque eos singulares. Discordia vero in rebus non pertinentibus ad substantiam facti, puta si tempus fuerit nubilosum, vel serenum, vel si domus fuerit depicta, vel non, aut aliquid huiusmodi, talis discordia non præiudicat testimonio; quia homines circa talia non consueuerunt multum solicitari, vnde facile à memoria dilabuntur; quinimo aliqua discordia in talibus testibus facit testimonium credibilius, quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condictio eundem sermonem proferre: quòd tamen arbitrio iudicis relinquitur discernendum.

Ad tertium respond. negando consequentiam; quia licet testes dicant de loco, & tempore se non recordari, nõ per hoc redditur testimonium inefficax, dummodo de essentia facti disponant c. cum Ioannes. de fid. instr.

Ad quartum patet respond. ex dictis.

ARTIC. III.

Vtrum dictum testis in vno falsum, sit in omnibus dicendum falsum?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic. per cap. pura. 3. q. 9. vbi Ambr. in lib. de Paradiso cap. 12. dicit, pura, & simplex testimonij series intimanda est, plerunque testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adijcit, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quòd bonum videtur addendum est,

Sed contra dicitur in cap. vtile de reg. iur. in 6. ibi, vtile per inutile non vitiatur.

Respond dicendum, quòd si Tabellio, vel testis mentitur circa substantialia principaliter negocij, de quo agitur, puta si inter cõtrahentes agitur de boue, & tabellio scripsit de asino, quia nunquam deponere debet instrumento, vel testimonio, nisi quòd in veritate vidit, vel nouit, tunc redditur testimonium falsum, etiam in reliquis. Si vero circa accessoria non substantialia, vt si dicant contrahentes esse de alia terra, quàm sint, quia hoc nihil facit ad contractum, tunc valebit, quoad substantialia, licet in accidentalibus falsum fuerit dictum; tunc enim vtile non vitiatur per inutile, nisi in iure reperiatur expressum, vt hic. Et ita patet resp. ad obiectum.

QVAESTIO. X.

QVòd vero deficientes in primo capitulo non sint admittendi ab sequentia, ex Conc. Cart. 7. cap. 3. probatur.

Placuit, vt quotiescunque clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cætera iam non admittantur. c. 3. 3. q. 10.

QVÆSTIO XI.

AB accusato vero accusationem in accusatorem verti multorum authoritatibus prohibetur. Ait enim Stephanus Papa epist. secunda capitul. 27.

Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquàm se crimine, quo premuntur exuerint; quia non est credendum contra alios eorum confessioni; nisi se prius probauerint innocentes; quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque professio. Conc. cap. 2. & seq. 3. q. 11.

CAVSA IV.

Quidam in excommunicatione constitutus &c.

1 HIc Primum quæritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat?
2 Secundo, an infra decimum quartum annum in criminali causa testari quis possit?
3 Tertio, an ab accusatione prohibitus personam testificantis possit assumere?
4 Quarto, an idem possit esse accusator, & testis?
5 Quinto, an die constituta non occurens à communione sit remouendus?
6 Sexto si in Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem propriæ causæ de cætero sit admittenda?

QVÆSTIO I.

DE prima quæstione sic statutum legitur in primo & secundo cap. Conc. Cart. 7.

Diffinimus eum rectè ad accusationem non admitti, qui postquàm excommunicatus fuerit in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, siue sit clericus, siue laicus accusare voluerit c. 1. 4. q. 1. conc. c. seq. eiusdem q.

ARTIC. I.

Vtrum excommunicatus post reconciliationem possit accusare?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia quilibet criminosus repellitur ab accusando c. vlt. 25. dist. Sed excommunicatus fuit criminosus, patet; Quia non excommicatur quis, nisi

nisi pro crimine.

Sed contra dicitur c, præceptum. 32.q.5.

Respon. dicendum, quòd si crimen, pro quo quis excommunicatur infamat, tunc etiam post absolutionem accusare non potest cap. in loco. 5. q. 4. nisi fuerit in integrum restitutus. §. vlt. 2.q.3. si uero non irrogat infamiam, quia absolutio tollit quòd inducit excommunicatio. cap. quòd diligentia. de elect. tunc bene accusare potest.

Ad primum respond. negando, quòd excommunicatio faciat ita criminosum, vt eum constituat inhabilem post absolutionem ad accusandum.

QVÆST. II. & III.

SEcunda autem, & tertia q. eodem Conc. Cart. 7. cap. 4. terminantur.

Testes autem ad testimonium non admittendos esse censuimus, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiam quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittuntur.

Pro declaratione eorum, quæ sunt in istis duabus quæst. videnda sunt aliqua.

ARTIC. I.

Vtrum sit licitum accipere pretium pro testimonio reddendo?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic; dicitur enim c. 3. infra eadem q. ibi, venturus autem ad iudicium, per accusatorem, vel ab his, per quos fuerant postulati sumptus competens ministretur, etiam si in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sint.

Sed contra dicitur in c. secundo 4.q. 2. vbi Conc. Maticense c. 6.

Placuit sancto conuentui, ut testes ad testimoniũ dicendũ pretio non conducantur. Palea est, sed habetur pro grano, vt dicit hinc Turrecrem.

Respond. dicendum, quòd non est licitum pro testificatione pretium accipere; dicit enim Aug. non debet iudex vendere iudicium, nec testis testimonium verum. Vnde dicas, quòd aliud est pro testificatione munus accipere, aliud sumptus necessarios percipere; primum enim nefas est, & prçuaricatio; Vnde Greg. si spes muneris subtrahitur, confestim à confessione iustitiæ recedunt, acceptio munerum prçuaricatio veritatis est, vnde & de iusto dicitur; Qui excutit manus suas ab omni munere, ille in excelsis habitabit, & hoc idem intelligitur de iudice c. abijt. 11. quæstione 3. Accipere autem sumptus necessarios iustum est, cum oporteat ad locum remotum pro testimonio ferendo procedere; non enim tenetur proprijs stipendijs militare. Et sic patet respond. ad obiectum.

ARTIC. II.

Vtrum aliquis sine culpa sit repellendus a testimonio?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non; quia pœna infligitur siquis ad testimonium non admittatur, vt patet de his, qui notantur infamia: sed pœna non datur vbi non est delictum; ergo concl. vera.

2 Præterea, vnusquisque bonus præsumitur, nisi probetur malus. cap. fin. de præsumpt. sed ad bonitatem hominis pertinet, quòd verum, dicat testimonium; cum ergo non possit constare de contrario, nisi propter aliquam culpam, videtur, quòd nullus à testimonio repellatur, nisi propter culpam.

3 Præterea, ad ea, quæ sunt de necessitate salutis nullus redditur nõ idoneus, nisi propter peccatum; sed testificari veritatem est de necessitate salutis. cap. quòd vero. 2.q.4. ergo nullus debet excludi a testificando nisi propter culpam.

Sed contra facit cap. si testes. 4. quæstione 2. & 3. vbi serui, pauperes, & consanguinei repelluntur à testimonio.

Respond. dicendum, quòd testimonium hominum non habet infallibilem certitudinem, sed probabilem; Et ideo quicquid est, quòd probabilitatem aufert in contrarium reddit testimonium inefficax. Redditur autem probabile, quòd aliquis in veritate testificanda non sit firmus, quandoque quidem propter culpam, vt infideles, & infames, & qui publico crimine rei sunt, qui nec accusare possent; quandoque autem sine culpa, & hoc ex defectu rationis, sicut patet in pueris, in amentibus, & in mulieribus; vel ex affectu, sicut patet de inimicis, & de personis coniunctis, & domesticis; vel etiam ex interiori conditione, sicut sunt pauperes, serui, & illi, quibus imperari potest, de quibus probabile est, quòd facile possent seduci ad testimonium ferendum contra veritatem, & sic patet, quòd testimonium alicuius repellitur propter culpam, quandoque absque culpa. S. Thom. 2.2.q.80.art.3.

Ad primum respond. quòd repellere aliquem à testimonio magis pertinet ad cautelam falsi testimonij euitandi, quàm ad pœnam: Vnde non est verum, quod vniuersaliter quis repellatur à testimonio semper propter culpam.

Ad secundum respond. quod de quolibet præsumendum est bonum nisi appareat contrarium, dummodo non vergat in periculum alterius; quia tunc adhibenda est cautela, vt non de facili vnicuique credatur, secundum illud Ioan. 4. Nolite credere omni spiritui.

Ad tertium respond. quod testificari est de necessitate salutis supposita testis idoneitate, & ordine iuris; vnde nihil prohibet aliquos excusari à testimonio ferendo, si non reputentur idonei secundum iura.

ARTIC. III.

Vtrum conuenienter aliqui repellantur a testimonio ferendo; utputa serui, mulieres, pueri pauperes, domestici. &c.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non; nam de seruis dicitur in c. si testes 4. q. 2. & 3. vbi serui responso tunc credendum est, cum alia probatio ad eruendam veritatem non est.

2 Præterea, de mulieribus dicitur, quòd inuentæ sunt ad testimonium veritatis diuinæ, vt Elisabet Luc. 1. & Anna Luc. 2. & multo magis ad testimonium veritatis humanæ.

3 Præterea, de pueris dicitur, quòd Beatus Brixius voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus est; ergo multo magis voce pueri duodecim annorum.

4 Præterea, de pauperibus dici potest, quòd si repellantur à testimonio; ergo & multi sancti pauperes repellendi sunt, & omnes mendicantes religiosi.

5 Præterea, de domesticis dicitur c. consanguineos 35. q. 6. vbi nullus extraneus consanguineum accuset, sed propinqui, & domesticis eius.

Sed contra dicitur in cap. si testes 4. quæstione 2. & 3. vbi serui, mulieres, pueri, pauperes, & domestici testes repelluntur.

Respond. dicendum, quòd ad testimonium ferendum quinque consideranda sunt, Mores, Natura, Fortuna, Animus, & Satus. Circa mores considerantur duo, error, & malitia. Error, vt in fidelis c. non potest 2. quæstione 7. Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extitit infidelis; Malitia; vt infamis cap. in primis 2. q. 1. Si enim bona fama caret; fide carebit. Circa naturam considerantur duo, scilicet ætas, & sexus, ætas vt in pueris, qui ob defectum ætatis habent rationem obnubilatam; vnde minor viginti annis in criminalibus, & minor quatuordecim in ciuilibus non admittuntur. Sexus, vt in mulieribus, quæ sunt variæ, & mutabiles, vnde non admittuntur, nisi in ciuilibus, vel in criminalibus, cum ciuiliter agitur. cap. forus de verb. signif. cap. mulierem. 33. q. 5. Circa fortunam duo considerantur, conditio seruitutis, & aduersitas paupertatis; quia vero seruitus habet annexum dominationis timorem, vt sæpe metu supprimat veritatem; seruus repellitur à testimonio, nisi in defectum testium, vel cum nec de domino, nec contra dominum, sed pro facto suo interrogatur; Quia vero paupertas habet annexum temporalitatis amorem, quia timetur, quòd lucri causa pauper opprimat veritatem, repellitur à testimonio. Circa animum autem duo considerantur, intellectus, & affectus; In intellectu alienatio rationis; In affectu libido voluntatis. Libido autē aut est iræ, quæ est in odio; aut concupiscentiæ, quæ est in desiderio; libido concupiscentiæ, aut quo ad se, aut quo ad alios. Et secundum hanc distinctionem vitiorum contingentium ex parte, aliàs testificantis, quatuor genera personarum indigna testimonio decreuerunt, scilicet Furiosos, propter alienationem rationis; Inimicos, propter libidinem voluntatis in irascendo seu odiendo: Item propter libidinem voluntatis in concupiscentiæ, respectu alterius, in idoneos ad testimonium iudicant domesticos; Item propter libidinem concupiscentiæ respectu sui quemliber testem esse inidoneum in re sua. Circa statum autem duo etiam considerantur, idest status personarum extra iudicium, & status personarum in iudicio. Extra iudicium considerarunt statum laicorum, & clericorum, & consueta emulatio status laicorum respectu status clericorum. In iudicio autem considerarunt statum personarum, quæ consistunt in iudicio, vt non concurrant in aliquam vnam personam conditiones causarum, vt nullus scilicet vnquam præsumat accusator simul esse, & iudex, & testis.

Ad primum respond. quòd seruus manumissus potest esse testis, etiam de his, quæ vidit in seruitute; Si vero est in seruiture, non potest deponere de his, quæ pertinent ad dominum suum, de alijs sic, in defectum probationis.

Ad secundum respond. quòd illud fuit priuilegium gratiæ, quòd non trahitur in consequentiam; datus est autem spiritus prophetiæ mulieribus, ea ratione, quia de muliere Christus natus est, ne scilicet contemneretur muliebris sexus; & ne propter culpam Euæ à Domino credatur reprobatus. Mulier autem in causa ciuili, & criminali admittitur in testem, in causa autem criminali non admittitur regulariter, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, vel nisi simus in crimine excepto.

Ad tertium respon. quòd quemadmodum pueri maiores facti docere possunt ea, quæ in pueritia didicerunt, ita deponere possunt de his, quæ in ea ætate viderunt c. relatum. 37. dist. Ad illud dictum respō. quòd miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahendas.

Ad quartum resp. quòd duplex est paupertas, alia necessitatis, alia voluntatis. In primo præsumitur, quod pauper propter pecuniam mentiatur. In secūdo secus, immo magis de eius fide, & veritate præsumitur.

Ad quintum respon. quòd in tribus casibus domestici testes admittuntur. Primo, In testamento, vnde pater potest esse testis in testamento filij. Secundo, in successione; pater. n. & mater admittuntur ad testificandum genus, vel ætatem filiorum. Tertius est, in matrimonio c. videtur. qui matr. acc. pos. Regulariter autem domesticus non admittitur nisi in casibus, qui non nisi per domesticos probari possunt, vt sunt casus, qui in domibus contingunt inter ipsos, & non alij intersunt.

QVAESTIO IIII.

DE quarta verò quæstione &c.

Pro pleniori intellectu huius q. vidēda sunt duo

ARTIC. I.

Vtrum idem possit esse simul iudex, & accusator.

1 AD Primum videtur dicendum, quòd sic. Daniel. 13. vbi Daniel fuit accusator iniquitatis seniorum, & iudex eorundem.

2 Præ-

2 Prætetea, Gen. 4. vbi Dominus fuit accusator Caio, cum dixit, Ecce vox sanguinis. &c. fuit etiam iudex et inferens pœnam, cum dixit maledictus eris super terram &c. Vnde dicitur Hiere. 9. ex persona Dei, Ego sum index, & testis.

3 Prætetea, facit capit. primo. 35. q. 6. vbi io causa matrimoniali, quis potest esse testis, & accusator.

Sed contra dicitur in c. 1. 4. q. 4. vbi Fabian. Papa in epist. 2. ad Episcopos Orientales, Nullus vnquam præsumat accosator simul esse, & iudex, vel testis.

Respond. dicendum, quòd nemo in eodem negócio debet fungi pluribus officijs cap. præsbiteros 16. quæst. 1. Prætetea iudex est medius, & ad ipsum partes confugiunt, tanquàm ad iustitiam animatam. 5. Eth. vt partibus iustitiam reddat; vnde cum accusator stet contra teum, & similiter testis, patet, quòd iudex oon potest esse accusator., aut testis; alioquin noo careret suspicione..

Ad primum respond. quòd Daniel gerebat personam diuinam accusando, cum dicitur, suscitauit Dominus spiritum pueri iuniotis, humanam in iudicando secundó legem Dei; q autem factū est inspiratione diuina, noo est trahendum io consequentiā.

Ad secundum Respond. quòd Deus non potest a iustitia declinare; quia semper iudicat secundom veritatem intentionis mentis, oon secundum faciem, vel intuitum homiois, vt 1. Reg. 16. Non iuxta intuitum hominis ego iudico; homo enim uidet ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor; & ideo diuioo iodicio congruit, vt ipse idem sit accusator, iudex, & testis, non autem sic est in hominis iudicio, & ideo non est simile.

Ad tertium respon. speciale in matrimonio, ratio specialitatis patet ibi.

ARTIC. III.

Vtrum in omni iudicio debeant interuenire quatuor personæ uidelicet, Iudices, accusatores, defensores, & testes.

1 AD secundum videtur diceodum, quòd nō; quia quandoque tractatur causa ecclesiastica sine testibus.

2 Prætetea, facit c. forus de verb. signifi. ibi iudicium ex tribus constat, iudice, reo, & actore.

3 Prætetea, in notorijs non requiritur accusator c. manifesta. 2 q. 1.

4 Prætetea, si reus sponte confitetur delictum, non sunt necessariæ nisi duæ, vel tres tantum personæ.

Sed contra dicitur in c. 1. 4. q. 4. supra adductus, vbi, in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos; Iudices debent vti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad ampliandum causam, defensores extenuatione ad minuendum causam.

Respond. dicendum, quòd regulariter verum est, quòd hic dicitur, & pro maiori parte. Casualiter autem quandoque aliter fit, sicuti patet in oppositis, vnde illa dictio, in omni, non hic comprehendit singula genera generum, sed genera singulorum, & sic patet resp. ad obiecta.

QVÆST. V.

DE quinta vero questione. &c.

Quinta quæstio se habet, an die constituta non occurens, à communione sit remouēdus?

Conclusio est in cap. 1. 4. q. 5. vbi Concil. Cartag. 3. cap. 7. dicit, quòd Episcopus vocatus ad causam, si statuta die oon venerit, excommunicabitur: sed si alleget iustum impedimentum, quare venire non potuit, excusabitur, si impedimentum probabit.

QVAESTIO. VI.

SExta vero quæstio est, si in Episcoporum indicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an assertionem propriæ causæ de cætero sit admittenda.

Gonclusio est in cap. 1. 4. q. 6. vbi Concil. Cartag. 3. cap. 7. dicit, Illud vero placuit, vt cum agere cæperit in Episcoporum iodicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, vel criminales asserere voluerit conc. capitulo tertio & quarto eiusdem. q. 6.

CAVSA V.

In infamiam cuiusdam Episcopi, cautela accusationis occulta conscribitur?

1 PRimo, quæritur, qua pœna sit feriendus, qui famosum libellum clanculo scribens probare negligit?

2 Secundó, quoties sit vocandus ad causam, antequàm senteotiam damnationis accipiat?

3 Tertio, an per procuratorem causam suam agere valeat, qui per seipsum causæ suæ adesse non potest.

4 Quarto, an absque synodali audientia sit damnandus?

5 Quinto, an ideo habendus sit inimicus, quia crimen alterius indicat?

6 Sexto, quia pœna sit plectendus, qui quòd intulit probare non valet?

QVAESTIO I.

DE prima quæstione Hadrianus Papa scribit io capitulis cap. 49. al. 50. dicens.

Qui in alterius famam publicè scripturam aut verba cootumeliosa confixerit, & repertus, scripturam non probauerit, flagelletur; & qui eam prius inuenerit rumpat, si non uult auctoris facti causam incurrere. c. 1. 5. q. 1. conc. c. seq.

QVAESTIO. II.

VOcatio autem eius, qui impetitur oon semel, sed bis, & tertio per congruum spatium rationabilibus scriptis fieri debet.

Vnde Damasus Papa Stephano Archiepiscopo epist. 3. scribit dicens,

Voca-

Vocatio ad synodum, iuxta decreta patrum canonica eius, qui impetitur rationabilibus scriptis per spatium fieri debeat congruum, atque canonicum; quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad conuentum, quacunque necessitate, nisi sponte voluerit nullatenus suis respondebis insidiationibus. cap. 1. 5. quæst. 2. conc. cap. seq.

QVÆST. III.

QVòd autem per procuratorem suum causam agere valeat, qui impeditus causæ suæ adesse nō valet, auctoritate Romanæ Synodi, quæ tempore Hadriani Papę cœlebrata est, probari videtur cap. 5.

Si ægrotus fuerit Episcopus, aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat; nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicēdam electorum iudicum die statutæ literis euocatus minime occurrerit, hoc est (nisi aliena præoccupauerit necessitas) infra duorum, vel trium mensium spatium, & eo amplius, prout causa dictauerit.

ARTIC. I.

Vtrum accusator, vel accusans per procuratorem experiri possint?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic. per l. tam collaterales C. de re milit. lib. 12. vbi accusatio fieri potest per interpositam personam.

Sed contra dicitur in cap. 2. 5. q. 3. vbi Hadrianus Papa in capitulis cap. 38. dicit in criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest, non accusatus per aliam personam se defendere permittitur.

Ad contrarium respond. quòd ibi loquitur de vniuersitate, quæ potest per alium accusare; Hic autem loquitur de singulari persona accusante; vnde non est simile; quia vniuersitas non potest comparere per se, sed bene per alium, quòd non est ita de singulari persona.

QVÆST. IIII.

QVòd autem absque synodali audientia damnari non debeat, auctoritate Iulij Papæ probatur in epist. 1. vbi dicit.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica authoritate conuocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, vel iudicetur; sin autem aliter præsumptum à quibusdam fuerit, in vacuum deducatur, quòd egerint, nec inter statuta ecclesiastica vllo modo reputetur. capitulo primo quinta quæstione quarta. conc. capitulo seq.

QVÆST. V.

NVnc autem quæritur, an sit aliquis iudicandus maleuolus, quia crimen alterius indicat?

Pro declaratione huius questionis videndum est vnum.

ARTIC. I.

Vtrum maleuolus sit dicendus, qui crimen alterius reuelat, siue indicat?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic. Primo facit Prouerb. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana.

2 Prętęrea, Prouerb. 25. dicitur, Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iudicio cito, ne fortè emendare non possis.

3 Præterea, de lege naturæ tenemur non facere alij, quòd nobis nollemus: sed nullus vellet, quòd crimen suum indicaretur alij; ergo concl. vera.

4 Præterea, facit c. si peccauerit. 2. q. 1. ibi, magis erroris proditor, quàm correctot.

5 Præterea, Eccles. 27. Qui reuelat arcana amici fidem perdat.

6 Prętęrea; quia videtur peccare contra præceptum de dilectione proximi, lædendo eius famam; ergo conclusio vera.

Sed contra dicitur cap. 3. 5. q. 5. vbi Aug. de communi vita clericorum. Reg. 3. Non vos iudiceris esse maleuolos, quando crimen alterius indicaris: Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis; si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quòd velit occultari; dum timet secari, non ne crudeliter à te siletur, ac misericorditer indicatur? Quanto ergo potius debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde; & cap. seq. ead. quæst. vbi Aug. in epist. 48. ad Vincentium Donatistam. Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis, qui vulnerat inimicus est.

Respond. distinguendo, quòd aut indicat crimen occultum, aut manifestum, quòd potest in iudicio probari. Primo casu aut indicat iudici, aut alicui probo uiro, ut peccator emendetur. Si indicat iudici peccat; quia diffamat fratrem suum contra charitatem, & contra præceptum Domini. Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. constituit enim se proditorem non correctorem, unde cum probare non possit, exponit se periculo ut succumbat; & sic sibi nequam, nulli erit bonus; nec beneuolus debet maleuolus reputari. Si uero indicauerit peccatum secretum alicui beneuolo, ut à peccato emendetur, talis non dicetur maleuolus, sed beneuolus, quia ad bonum fratri charitatiue mouetur. Si uero secundo casu, peccatum est notorium, & possit probari, dum hoc non ex odio, sed amore, & zelo iustitiæ, ut peccator corrigatur: & ne eius peccatum alios inficiat, aut obsit Reip. sed ut læso satisfiat, tunc est concl. quòd qui hoc peccatū iudici indicat, non maleuolus, sed beneuolus dicendus est; unde Apost. notorium pec-

peccatorem tradidit Sathanæ ad interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, 1. Cor. 5. 1. ad tit. 3. ait peccantem coram omnibus argue.

Ad primum respond. quòd loquitur de eo, qui malo zelo reuelat crimina occulta proximi sui, non de eo, qui ex bono zelo, & admonitione præmissa, quòd notatur cum dicitur, qui ambulat fraudulenter. &c.

Ad secundum respond. quòd authoritas illa non est ad propositum, quia commissum ibi dicitur secretum, iuxta illud Eccles. 27. secretum extraneo ne reueles.

Ad tertium respond. negando minorem & dicitur; quòd omnis bonus homo cupidus salutis suæ deberet velle; ordine tamen iudiciario seruato, & ex bono zelo iudicari crimen suum, vbi ex tali denunciatione sequetur salus eius.

Ad reliqua obiecta vnica sufficit responsio; quia procedunt quando malo zelo, causa infamandi, & cum non seruato ordine debito, quis iudicat crimen proximi.

QVAESTIO VI.

Qvi autem, quòd intulit probare non valet, puniendus est.

Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis c. 47. Omnis, qui alijs falsa intulerit puniatur, & pro falsitate ferat infamiam c. 1. 5. q. 6. & c. 2. ibi, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quàm si probasset reus vtique sustineret.

De hac materia dictum est supra cum de pœna talionis locuti sumus.

CAVSA VI.

Duo fornicatores, & infamia notati, quendam religiosum Episcopum de simonia accusare nituntur, &c.

1 Hic primum quæritur, an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiusmodi accusationé, sint admittendi?

2 Secundò, si Episcopus in eos accusationem vertere voluerit, an simplici assertioni suæ sit fides adhibenda?

3 Tertiò, si liceat sibi expetere iudicium Archiepiscopi alterius prouinciæ?

4 Quartò, cuius iudicium sibi sit expetendum, si circa suam sententiam Episcopos suæ prouinciæ discordare contingerit?

5 Quintò, si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suæ innocentiæ?

QVÆST. I.

Qvòd autem crimine irretiti alios accusare nó possint Anacletus Papa testatur in epist. 2. Episcopis Italiæ dicens.

Si sacerdos sine crimine eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari, aut calumniari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs, qui sine crimine sunt & c. 1. 6. q. 1.

ARTIC. I.

Sed an sint admittendi ad accusandum infames post peractam pænitentiam.

1 Ad hoc videtur dicendum, quòd sic, per c. 3. 6. q. 1. ibi quia infamia sunt notati antequam sacerdotali authoritate sanentur.

2 Præterea, infamis in excommunicatione, si absolutus, poterit accusare; ergo conclusio vera.

Sed contra facit; quia infamis propter periurium est infamis: sed talis etiam emendatus de tali crimine non admittitur ad testimonium, & in causa criminali, nec in ciuili. cap. testimonium, & ibi Doct. com. de testibus; ergo infamis peracta pœnitentia accusare non poterit.

Respond. dicendum, quòd infamia, quę per pœnitentiam non aboletur, prout est infamia facti, infamia iuris, & infamia; quæ à iudice infertur repellit à testimonio etiam peracta pænitentia. Si vero aboleatur infamia per pænitentiam, tunc ea peracta recipiuntur testes, & accusatores: infamia autem, quæ per pœnitentiam non remittitur, est quando procedit à crimine, quo, siue iure, siue ab homine, efficitur infamis, & necesse est sibi, quòd à principe restituatur in integrum, tanquàm pœna corpori inflicta; qua restitutione non obtenta, restificari non potest.

QVAESTIO. II.

Qvòd autem quæritur, si Episcopus in accusatorem accusationem vertere voluerit, an suæ simplici assertioni fides sit adhibenda; facile soluitur, si sanctorum Patrum authoritas diligenter inspiciatur; vt enim sancti Patres definiunt, nullius personæ quantumlibet exercitatæ confessioni fides est adhibenda, nisi cópetétes probationes adhibeat.

Vnde legitur in Carthag. Conc. 4. c. 29. Episcopus si clerico, vel laico crimen impigerit, deducatur ad probationem in synodum c. 1. 6. q. 2. & c. seq.

QVAESTIO. III.

Ivdicium uero Archiepiscopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.

Vnde Greg. ait respond. 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum.

Scriptum est in legé, per alienam messem trãsiens falcem mittere non debet: sed manu spicas conterere, & manducare; falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur commissa. &c.

QVÆST. IIII.

Porrò cuius iudicium sibi expetendum sit, si iudices electi inter se discordare ceperint, in Cõc. Antiocheno c. 14. sic inuenitur deffinitum.

Siquis Episcopus criminaliter in iudicio Episcoporũ fuerit accusatus: contingat autem Episcopos prouinciæ, qui non conuenerint diuersas habere sententias,

tentias, & alios quidem innocentem eum pronunciare, alios reum, propter huiusmodi controuersiam amputandam placuit sanctæ synodo metropolitanum Episcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari; & aliquantos cum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quæcunque fuerint dirimant quæstionis; propter hoc, vt firmum sit iudicium, qd ab vnius prouinciæ Episcopis fuerit promulgatum. c. 1. 6. q. 4. & ca. seq.

QVÆST. V.

Quòd autem deficiente accusatore, non sit reus cogendus ad probationem authoritate Gregorij probatur; qui lib. 5. Epist. 25. scribens Maximo ait.

Quòd autem postulas, vt illhuc personam dirigere debeamus, quæ de his, quæ dicũtur possit esse probatio, esset vtcunque excusabile, si nequam ratio ei, qui accusatur, necessitatem probationis imponeret. At postquàm non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit; ad nos, sicut præfati sunius dilatione cessante, venire non desinas cap. 8. 16. quæstione 5. & cap. seq.

CAVSA VII.

Quidam Episcopus longa ægritudine grauatus, alium sibi substitui rigauit?

1 Hic primum quæritur, vtrum viuente Episcopo alius possit in eadem Ecclesia ordinari?

2 Secundo, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit?

QVÆST. I.

Quòd autem viuente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit. ex Concil. Aurelianensi 5. celebrato, definitum est, in quo legitur. Nullus, viuente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit, facit. cap. 1. & seq. 7. q. 1.

Pro declaratione eorum, quæ in hac q. continentur plura notanda sunt, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum Prælatus propter senectutem, aut infirmitatem sit remouendus à prælatura?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic; quia officia ecclesiastica cum dignitatibus secularibus comparantur: sed officiales seculares remouentur hac de causa; ergo, etiam Ecclesiasticus, facit l. si quos iudices. C. de offic. præf. orient. cont. l. si longius ff. de iudic.

2 Præterea, facit cap. tua. de cler. ægrot. vbi clericus ægrotus remouetur propter scandalum.

3 Præterea, facit c. si quis Abbas, 18. q. 2. vbi Abbates inutiles facti remouentur.

Respond. dicendum, quòd multiplex est ægritudo, quædã curabilis, alia incurabilis, Episcopus quacunque ægritudine laboret, non priuatur Ecclesia sua, licet inferior propter lepram remoueatur, d. c. tua; facilius enim remouentur inferiores, quàm Episcopi. arg. c. licet de accusat. Episcopi enim nullo enim, nisi propter culpam, & hoc à Papa tantum remoueri possunt. c. multum. 3. q. 6. nõ enim afflicto, c. addenda est afflictio. cap. cum percussio. 7. q. 1. exemplo matrimonij carnalis, quòd per lepram non dissoluitur cap. 2. de coniugio lepros. Non obstat ratio scandali, & horroris, quia tunc ibi datur coadiutor, cap. de rectoribus. 7. q. 1. quòd idem est in sene, qui minus est in culpa cap. petisti. 7. q. 1. Coadiutores autem quomodo, & quando dẽtur, vide Conc. Trident. sess. 25. cap. 7. de reform.

Ad primum respon. quòd ibi loquitur de dignitate temporali, & amouibili, hic de spirituali, & perpetua. Præterea, lex quoque ciuilis non remouet à dignitate propter superuenientem infirmitatem, l. qui furore. ff. de stat. hom.

Ad secundum respond. quòd loquitur de inferioribus Episcopis, hic autem de ipsis Episcopis.

Ad tertium respond. quòd ibi loquitur de Abbate vitioso, non autem de impotenti; qui regulariter non remouetur. glos. secunda in capitul. quoniam. 71. dist.

ARTIC. II.

Vtrum conuenienter assimilentur matrimonium carnale, & spirituale?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non, quia propter adulterium vxor separatur à viro, & alteri non potest nubere: sed Ecclesia, Episcopo remoto propter crimen, potest alium habere; ergo non est similitudo.

2 Præterea, vxor in nullo casu potest habere plures maritos, nec vir plures uxores, & tamen prælatus potest habere dispensatiuè plures ecclesias, & ecclesia plures prælatos, cap. sanctorum, 70. dist. capit. unico. 10. quæst. 3.

Sed contra dicitur cap. sicut. 7. q. 1. ubi Euaristus Papa epist. 1. omnibus Episcopis, sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam.

Respond. dicendum, quòd conueniens est similitudo, quo ad aliqua: sed non quo ad omnia, & primo, sicut uir non debet dimittere uxorem, ita nec Episcopus debet dimittere ecclesia. Secundo, sicut uir docet, & regit uxorem, ita Episcopus Ecclesiam. Tertio, sicut uir uxorem diligere debet, ita Episcopus Ecclesiam. Quarto sicut uir non debet dimittere uxorem, & ea uiuente alteri copulari, ita nec Episcopus Ecclesiam. Quinto, sicut mulier debet obedire uiro suo, ita Ecclesia Episcopo suo. Quòd uero non sit similitudo quoad omnia, patet ex argum. adductis in contrarium.

ARTIC. III.

Vtrum officium Missæ ab vno inchoatum possit per alium compleri?

1 AD Tertium videtur dicendum, quòd non; quia hoc sacramentum est vnitatis, ergo ab vno compleri debet.

Sed contrarium dicitur in c. nihil. 7. q. 1. vbi Conc. Tolet. 7. c. 2. si sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, capta sacramenta per alium expleantur.

Respond. dicendum, quòd si sacerdos occupetur aliqua necessitate ante consecrationem corporis, & sanguinis Domini, non oportet vt per alium suppleatur. Si verò post incœptam consecrationem hoc acciderit, debet Missæ celebritas per alium expleri, S. Thom. 3. p. q. 83. artic. 6.

Ad oppositum respond. Quòd licet plures sint personæ; tamen propter vnitatem, & identitatem fidei sunt quodammodo vnum, & ita videtur ab vno confici, & perfici illud sacramentum; vnitas enim fidei vnitatem operatur in personis.

ARTIC. IIII.

Vtrum Episcopus possit se ad Religionem transferre, & curam Episcopatus deserere?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non; quia nullus de statu perfectiori potest ad minus perfectum transire; hoc enim est respicere retro, quòd est damnabile, Luc. 9. nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei: sed status Episcopalis est perfectior, quã status religiosorum Dion. in 5. Eccles. Hierarchiæ; sicut non licet de statu religionis redire ad seculum, ita non licet de statu Episcopali ad religionem transire.

2 Præterea, ordo gratiæ est decentior, quàm ordo naturæ: sed secundum naturam non mouetur idem ad contraria, puta si lapis naturaliter moueretur, non posset naturaliter deorsum redire in sursum: sed secundum ordinem gratiæ licet transire de statu religionis ad statum Episcopalem; ergo non licet e conuerso de statu Episcopali redire ad statum religionis.

3 Præterea, nihil in operibus gratiæ debet esse otiosum: sed ille, qui est semel in Episcopum creatus, perpetuo retinet spiritualem potestatem conferendi ordines, & alia eiusmodi faciendi, quæ ad Episcopale officium pertinent, quæ quidem potestas otiosa remaneret si curam Episcopalem dimitteret: ergo uidetur, quòd transire non possit ad religionem.

Sed Contra dicitur in c. Hoc nequaquam 7. q. 1. vbi synod. 5. Constantinopolitana dicit, Hoc nequaquam apud nos habetur; vt quicunque de pontificali ordine ad monachorum idest pœnitentium descenderit vitam, vlterius possit ad Pontificatum reuerti. S. Thó. 2. 2. q. 185. Artic. 4.

Respond. dicendum, quòd perfectio Episcopalis in hoc consistit, quòd aliquis ex diuina electione se obligat, ad hoc, quòd curam pastoralem retinet, quãdiu potest subditis sibi cõmissis proficere ad salutẽ, quam quidem negligere non debet, nec propter contemplationis quietem; Item nec eam relinquere debet, propter quæcunquè aduersa vitanda, vel lucra acquirenda. Ioan. 10. bonus enim pastor animam suam dat pro ouibus suis, aliàs videretur magis mercenarius, quàm pastor. Si verò cõtingat, quòd Episcopus impediatur, vel propter ipsius defectum, vt si priuaretur Episcopatu ob aliquod delictum, vel si reddatur inhabilis, propter defectum corporis, puta si sit senex, vel infirmus, vel propter defectum subditorũ, quibus proficere non potest, vel quandoque ex parte aliorum, putà cum de prælatione alicuius graue scandalum excitatur; dum tamen non oriatur ex malitia aliquorum volentium fidem, aut iustitiam Ecclesiæ conculcare. Istis de causis potest curam pastoralem relinquere: oportet tamen, quòd sicut curam regiminis assumit aliquis per prouidentiam superioris prælati; ita etiam per eius authoritatem ex causis prædictis deserat susceptam curam. c. nisi. de re nunc: eadẽ tamen authoritate poterit restitui etiam ad curam relictam. Dost. d. c. Hoc nequaquam.

Ad Primum respond. negando consequentiã; quia perfectio Episcoporum, & religiosorum secundum diuersa attenditur; nam ad perfectionem religionis pertinet studium, quòd quis adhibet ad propriam salutem. Ad perfectionem autem Episcopalis status pertinet adhibere studium ad proximorum salutem. Et ideo quàmdiu potest esse aliquis vtilis proximorum saluti, retrocederet si ad statum religionis vellet transire, vbi solum suæ saluti insisteret, qui se obligauit ad hoc, quòd non solum suam salutem, sed etiam aliorum procuraret; vnde in c. nisi. de renunciat. dicitur, quòd facilius indulgetur, quòd monachus ad præsulatum ascendat, quàm præsul ad monachatum descendat: sed si saluti aliorum procurare non possit, conueniens est, vt suæ saluti intendat.

Ad Secundum respond. negando consequentiam; quia non est simile de vno, & de alio; quia si impedimentum alienæ salutis procurandæ interueniat, potest ad religionem transire & impedimento cessante, potest iterato ad Episcopatum assumi.

Ad Tertium respond. negando consequentiã; quia sicut in rebus naturalibus, propter impedimentum superueniens, potentia remanebit absque actu; sicut propter infirmitatem oculi cessat actus visionis, ita etiam non est inconueniens, si propter exterius impedimentum superueniens potestas Episcopalis remaneat absque actu.

ARTIC. V.

Vtrum liceat Episcopo, propter aliquam persecutionem corporalem, deserere gregem sibi commissum.

1 AD quintum videtur dicendum, quòd non per c. sciscitaris 7. q. 1. vbi Nic. Papa dicit, scias charissimè frater, quòd si perniciosum est, proræ tam in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus.

2 Præterea, facit illud Ioan. 10. quòd ille est mercenarius, & non verus pastor, qui vidit lupum venientẽ,

& dimittit oues,& fugit.

3 Præterea, Prou.6. dicitur. fili si spopondetis pro amico tuo, defecisti apud extraneum manum tuam; postea subdit, discurre, festina, suscita amicum tuum. Spondere autem hoc in loco (vt testatur Greg. in pastorali) est animam alienam in periculo suæ conuersionis accipere, quod non potest facere, si corporaliter deserat gregem.

4 Præterea, ad perfectionem Episcopalis dignitatis pertinet, quòd proximis curam impendat; sed non licet ei, qui statum perfectionis professus est, vt omnino deserat ea, quæ sunt perfectionis; ergo conc. vera.

Sed Contra dicitur. Mat. x. vbi Dominus dicit Apostolis. si vos persecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam.

Resp. dicendum, quòd in qualibet obligatione debet attendi obligationis finis. Obligant autem se Episcopi ad exequendum pastorale officium, propter subditorum salutem; & ideò vbi subditorum exigit pastoris personæ præsentia, non debet pastor personaliter suum gregẽ deserere; nec propter aliquod commodum temporale, nec etiam propter aliquod personale periculum imminens; cum bonus pastor animam suam teneatur ponere pro ouibus suis. Si verò subditorum saluti possit in absentia pastoris, per alium prouideri, tunc licet pastori, vel propter aliquod Ecclesiæ cõmodum, vel propter personæ periculum gregem suum deserere.

Ad Primum respond. quòd intelligitur in casu cũ omnium commune est periculum.

Ad Secundum respond. quòd ille, qui ad vitandũ periculum recedit absque detrimento gregis, non tanquàm mercenarius fugit.

Ad Tertium respond. negando consequentiam; quia ille, qui spondet pro aliquo, si per se implere nõ possit, sufficit, quòd impleat per alium.

Ad Quartum respond. quòd si impeditur ad perfectionem non tenetur; imminet tamen necessitas, vt animum retineat intendendi proximorum saluti, eique per alium prouideat, si potest, alioquin Ecclesiam desere, non potest. Causæ autem, quibus Episcopi abesse possint ab eorum Ecclesijs ponuntur in cap. 1. de forma, sess. 23. Conc. Trident.

QVÆST. II.

Qvòd autem iste valetudine recepta suam possit repetere cathedram, nulla authoritate ratũ habetur. &c.

Episcopus recuperata sanitate non potest repetere cathedram, cui renunciauit, præsertim quando alius fuit prouisus; aliàs authoritate Papæ potest ei concedi cum fuerit redditus habilis.

CAVSA. VIII.

Quidam agens in extremis successorem sibi ex testamento instituit. &c.

1 Hic primum quæritur, An liceat Episcopo sibi successorem instituere?

2 Secundo, An amicorum patrocinia in electione debeant conualescere?

3 Tertio, An sit habendus symoniacus, qui post electionem huiusmodi, iuramentum canonicis præstat?

4 Quarto, An liceat clericis ante sententiæ tempus ab Episcopo suo discedere.

5 Quinto, An sine literis apostolicis debeat redire, sed propriam Ecclesiam.

QVESTIO. I.

QVID autem &c.

Pro declaratione eorum, quæ in hac 1. q. dicuntur videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum licitum sit Prælato instituere sibi successorem.

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic. c. petisti. 8. q. 1. vbi Papa indulget Episcopo Maguntino, vt sibi eligeret successorem.

2 Præterea, facit c. transitus. 79. dist. vbi videtur innui à contrario sensu, quòd Papa possit successorem instituere.

3 Præterea, arguitur de Petro, qui videtur instituisse sibi successorem c. s. 8. q. 1.

4 Præterea, arguitur de Christo, qui instituisse videtur successorem sibi Beatum Petrum.

5 Præterea, argui potest de Valerio, qui eligit successorem scilicet Augustinum, imò coepiscopum sibi. c. non autem. 7. q. 1.

6 Præterea, facit c. Moyses. 8. q. 1. vbi Moyses adhuc viuens elegit Iosue successorem suum, facit adhoc. Num. 27.

7 Præterea, Dauid eligit successorem suum in Regno Salomonem. 2. Reg. 1.

Sed Contra facit c. Epõ. 8. q. 1. vbi Conc. Antiochenum ca. 23. ita disponit, Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi cõstituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit irritum sit huiusmodi constitutum, Conc. c. seq.

Respond. dicendum, quòd Episcopus non est dominus; sed minister, dicente Apostolo. 1. Cor. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministerium Dei; ergo in vita tantum potest ministerium sui regiminis in Ecclesia exercere, non vt dominus, Ecclesiam alteri quasi hæreditario iure relinquere. Præterea, Episcopus se habet ad Ecclesiam, sicut vir ad vxorem. c. sicut. 7. q. 1. sed vir quamuis sit caput mulieris in vita, secundum Apost. 1. Cor. 6. tamen non potest sibi relinquere virum; quia post mortẽ soluta est à lege viri, vt nubat cui uoluerie in dño. 1. Cor. 7. ergo similiter Episcopus nõ potest Ecclesiæ prouidere de successore; sed ipsa eligat per alios, ad quos spectat de Episcopo, seu sponso. Præterea, ne caro, & sanguis possideat Regnum Dei, quòd est Ecclesia; si enim Episcopo liceret eligere successorem, multi eligerent sibi non meliores; sed carne, & sanguine coniunctiores, quos vellent ad honores Ecclesiæ præ alijs sublimare, quòd nõ decet. Vndè Christus vt nos doceret non debere promoueri per successionem

fionem carnis, vt fiebat in antiquo testamento, oues commisit non Ioanni consanguineo, sed Petro carne non coniuncto, quem dignum probauit per trinam interrogationem, an eum diligeret Ioan. vlt. Præterea, id statutum est, ne sanctuarium Dei videretur successorium, & iure hæreditario debere prouenire, quòd esse non debet.c.plerique 8.q.1. Præterea, si quis posset successorem instituere, non melior institueretur, sed propter obsequium quòd nõ est faciendum, cum sit eligendus doctior, & sanctior cap. licet. 8.q.1. Præterea facit, quia omnes summi Pontifices post Petrum facti sunt per electionem, vt ex concordia plurium electio careret errore, & mereretur suscipere diuinam reuelationem, dicente domino, vbicunque fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Præterea facit ratio; quia Prælatus bonus bonum testimonium debet habere, non solum à domesticis, sed etiam ab his, qui foris sunt 1. ad Tit. 3. quòd non esset si per successionem eligeretur. Præterea, sacerdotium Christi est vniuersale non coarctatum sub vna tribu, sicut sacerdotium legale sub tribu Leui; Vnde in eo non est distinctio Græci, & Latini ad Gala. 3. ergo non videtur conuenire sacerdotio Christi, in eo quis constituat supra successorem; quia sæpe contingeret, quòd de suo sanguine eligeret.

Ad Primum Respon. Quòd illud fuit speciale ex concessione Papæ, quòd non est trahendum in consequentiam.

Ad Secundum Respon. Quòd ibi non colligitur à contrario sensu: sed bene hoc, quòd Papa potest cum fratribus suis deliberare de futuro successore, post eius mortem.

Ad Tertium Respon. Quòd id, quòd Beatus Petrus fecit, speciale fuit; & ideo non est trahendũ in consequentiam, cum fuerit factum instinctu spiritus Dei in inspiratõ; tamen Clemens videns, quòd hoc posset esse perniciosum exemplum posteris, renunciauit papatui, & alius fuit electus.

Ad Quartum Respon. negando cõsequentiam; quia non est simile de Christo, & de alijs Prælatis; quia Christus est Dominus ecclesiæ, alij vero non, sed ministri, non habentes potestatem excellentiæ sicut Christus.

Ad Quintum Respon. quòd illud August. fuit singulare, & ita ad consequentiam non est trahendum c.non autem, 7.q.1.

Ad Sextum, & septimum Respon. quòd tàm Moyses, quàm Dauid diuina inspiratione fecerunt. De Dauid autem negatur consequentia; quia hic loquimur de Regno spirituali, non autem de temporali. Secundo Respon. Quòd Regnum Christi est vniuersale, non autem coarctatum, sicuti sacerdotium legale vt dictum est.

ARTIC. II.

Vtrum absque peccato possit quis Episcopatum iniunctum omnino recusare?

1 AD Secundum videtur dicendum, quòd sic; quia nullus peccat si meliora nolit deferre, & minus bonis inhæreat; cum ergo amor Dei dilectioni proximorum præemineat, & vita contemplatiua actiuæ, videtur quòd non peccat ille, qui omnino Episcopatum recusat.

2 Præterea, nullus debet non purgatus sacra mysteria audire capitulo in scripturis. octaua quæstione prima, sed valde difficile est, vt aliquis se purgatum possit cognoscere; si ergo non sentiat se esse purgatum quantuncunque sibi Episcopale iniungatur officium non debet illud suscipere.

3 Præterea, aliqui votum emittunt, vt Episcopatum non suscipiant: sed eiusdem rationis est ponere impedimenta ad aliquid, & omnino recusare illud; ergo videtur, quòd absque peccato aliquis omnino possit episcopatum recusare.

Sed contra dicitur in capitulo olim. octaua quæstione prima, vbi Augustinus contra Faustum lib. 32. capitulo decimo At verò, qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi renuit; ab ecclesia ipsa meritò, digneque contemnitur. Sanctus Thom. 2.2.q.185.art.2.

Respon. dicendum, quòd in assumptione Episcopatus duo sunt consideranda Primo quidem, quid deceat facere ad uoluntatem alterius. Secundo, quid deceat hominem appetere, secundum propriã voluntatem. Quantum igitur ad ista dic, quòd; quantum ad propriam voluntatem, conuenit homini principaliter insistere propriæ saluti, & quòd non ambiat præesse alijs, cupiens honorem, & temporalium abundantiam; dicit tamen Augustinus 19. de Ciuitate Dei, Locus superior, sine quo populus regi non potest, & si ita teneatur, atque administretur, vt decet; tamen indecenter appetitur. Quòd vero homo ad aliorum salutem intendat, hoc conuenit homini ex dispositione alterius potestatem habentis; undè sicut ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis proprio motu feratur in hoc, quòd aliorum gubernationi proficiatur: ita etiam ad inordinationem voluntatis pertinet, quòd aliquis omnino superioris iniunctione prædictum gubernationis officium finaliter non recuset, propter duo. Primo, quia hoc repugnat capiti proximorum, quorum vtilitati aliquis se debet exponere pro loco, & tempore. Secundo, quia hoc repugnat humilitati; per quam homo superioris mandatis se subijcit; tunc.n. ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad respuendum hoc, quòd vtiliter subire præcipitur pertinax non est.

Ad Primum Resp. negando consequentiam; quia licet simpliciter vita contemplatiua sit potior, quàm actiua; tamen ex alia parte bonum multitudinis præferendum est bono vnius. Præterea, non transfertur sic prælatus ad vitam actiuam, vt contemplatiuam deserat; Vnde Augustinus 19. de ciuit. Dei, si imponatur sarcina pastoralis officij; nec sic deserenda est dilectio veritatis, quæ scilicet in contemplatione habetur.

Ad secundũ Resp. quòd nullus tenetur obedire superiori ad aliquod illicitum; potest ergo cõtingere,

quòd ille, cui iniungitur prælationis officium, aliquid sentiat in se per quòd non liceat ei prælationis officium accipere. Hoc autem impedimentum quádoquè quidem remoueri per ipsum met, cui pastoralis cura iniungitur, puta si habet peccandi propositum, & propter hoc non excusatur, quin finaliter teneatur obedire prælato iniungenti. Quandoquè verò impedimentum per se remoueri non potest, vt putà si sit irregularis, & tunc tenetur ostendere prçlato occultò, qui si impedimentum remouere voluerit tenetur ei obedire.

Ad Tertium Respon. Quòd licet suscipere Episcopatum non sit de necessitate salutis; fit tamen necessarium ex superioris mandatum. Votum autem de non suscipiendo, intelligi debet, nisi fuerit ei à superiore iniunctum; votum .n. intelligi debet semper salua superioris authoritate.

ARTIC. III.

Vtrum Episcopatus sit nomen operis, vel nomen honoris?

1 AD Tertium videtur dicendum, quòd Episcopatus sit nomen honoris; per illud ad Hebr. 5. Nemo assumat sibi honorem, & c. in scripturis 8.q.1.

2 Præterea, illud Eccl. x. In medio fratrum rector in honore, & 1. ad Tit. 5. Præsbiteri, qui benè præsunt digni sunt duplici honore. Sed Contra dicitur in c. qui Episcoparum. 8.q.1. vbi Aug. in 19. de Ciui. Dei c. 19. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, exponere voluit, quid sit Episcopatus; quia nomen est operis, non honoris.

Respon. dicendum, quòd in Episcopatu tria possunt considerari, quorum vnum est principale, & finale .s. Episcopalis operatio, per quàm proximorum vtilitati intenditur; Secundum illud Ioan. vlt. pasce oues meas. Aliud est altitudo gradus; quia Episcopalis super alios constituit; Secundum illud Mat. 15. fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus supra familiam suam. Tertium est, quòd consequenter se haber ad ista .s. reuerentiam, & honorem, & abundantiam temporalium, secundum illud 1. ad Titum 1. qui benè præsunt dupliciter digni habentur; qua consideratione habita est Conclusio, Quòd ad principale, & finale significatum, Episcopatus est nomen operis, non honoris; vndè Episcopi vocati sunt operarij Mat. 20. & Ioa. 6. operamini cibum, qui non perit, & Luc. x. messis quidem multa, operarij autem pauci; illud .n. videtur significare nomé principaliter, à quo imponitur: sed nomen Episcopatus imponitur ab opere, nó ab honore; dicitur. n. Episcopus super intendens, curam aliorum gerens. Quantum verò ad alia, quæ minus consideranda veniunt in Episcopatu, benè est nomen honoris. Et sic patet Respon. ad obiecta.

ARTIC. IIII.

Vtrum quis licitè appetere possit Episcopatum?

1 AD Quartum videtur dicendum, quòd sic per c. qui Episcopatum 8. q. 1. supra adductum, quòd dictum originaliter habetur 1. ad Tit. 3. qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

2 Præterea, status Episcoporũ est perfectior, quàm status religiosorum: sed laudabile est desiderare trásire ad statum religiosorum; ergò etiam desiderare Episcopatum.

3 Præterea, facit Prouerbiorum undecimo qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium: sed ille, qui est idoneus vita, & scientia ad Episcopatum, videtur spiritualia abscondere; ergo licitum est Episcopatum desiderare.

4 Præterea, dicitur Esaia sexto quòd Esaias obtulit se ad officium prædicationis, quòd præcipuè conuenit Episcopis; ergo licitum erit Episcopatum appetere.

Sed contrarium determinatur in capitulo qui Episcopatum, octaua quæstione prima vbi Augustinus libro decimonono de ciuitate Dei capitulo decimo nono dicit, locus verò superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur, atquè administretur, vt decet; tamen non decenter appetitur. Sanctus Thomas secunda secundę quæstione 185. art. primo.

Respon. dicendum, habita distinctione facta in proximo præcedenti Art. quòd appetere Episcopatum, prout est nomen operis, est licitum; ita quòd opus bonum cadat sub desiderio, non autem primatus dignitatis; opus quidem bonum desiderare licitum est, primatum autem honoris concupiscere vanitas est; primatus .n. fugientem se desiderat, desiderantem se horret. Et ideo nullus appetitu suo debet ad prælationem peruenire: sed solum Dei iudicio, secundum illud Pauli ad Hæb. 5. Nemo assumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron.

Ad Primum Respondetur quòd illo tempore hoc dixit Aposto. quòd ille, qui plebibus erat primus, ad martyrij tormenta ducebatur, & sic nihil aliud erat, quòd in Episcopatu appeti posset, nisi bonum opus. Præterea, dicit Sanctus Thomas super epistol. Pauli, quòd Apostolus cum dicit, qui Episcopatum desiderat, bonum opus &c. non dicit, bonum desiderium habet: sed bonum opus .s. vtilitatem plebis.

Ad Secundum Respon. negando consequentiam; quia non est eadem ratio de statu religiosorum, & de statu Episcopali; propter duo. Primo, quia perfectio actiua ptinet ad Episcopũ, sicut ad perfectioré: ad monachũ auté passiue, sicut ad pfectũ. Requirit autem ad hoc, ꝙ aliquis sit perfectus, quòd possit alios

ad perfe-

perfectionem adducere, quòd non exigitur in eo, qui debet ad perfectionem adduci. Est autem præsumptuosum, quòd aliquis perfectum se reputet, non autem quòd aliquis ad perfectionem tendat. Secùdo, quia ille, qui statum religionis assumit, se alijs subijcit ad spiritualia capienda, quòd licet cuilibet: sed ille, qui transit ad statum episcopalem sublimatur ad hoc, quòd alijs prouideat, & hanc sublimationem nullus debet sibi assumere, vt dictum est.

Ad Tertium Respon. negando consequentiam; quia dispensatio spiritualium frumentorum non est facienda secundum arbitrium cuiuslibet: sed principaliter quidem secundum arbitrium, & dispensatio nem Dei; Secundario autem secundum arbitrium superiorum prælatorum. ad Corint. 4. sic nos existimet homo, vt ministros Christi; & dispensatores ministeriorum Dei; & ideò non intelligitur abscondere frumenta spiritualia, cui non competit ex officio, nec ei à superiore iniungitur, si ab aliorum gubernatione desistat: sed solum tunc intelligitur abscondere, si dispensationem negligat, cum ei ex officio incumbat; vel si officium, cum ei iniungitur, pertinaciter recipere renuat; Vnde Aug. 10. de ciuit. Dei Otium sanctum quærit Charitas, veritatis negocium iustum suscipit necessitas Charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, percipiendæ, atquè intuendæ vacandum est veritati; si autem imponitur suscipienda est, propter Charitatis necessitatem,

Ad Quartum Respon. negando consequentiam; quia Esaias mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum, & in hoc vidit ne non purgatus adire quis quam sacra misteria audeat. Quia ergo valde difficile est purgatum se esse quemlibet posse cognoscere prædicationis officium totius declinatur capit. in scripturis 8. q. 1. vbi Greg. in Reg. lib. 6. epist. 5. c. 169. dicit, quòd locus regiminis, sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus.

ARTIC. V.

Vtrum oporteat eum, qui ad episcopatum assumitur, esse cæteris meliorem?

1 AD Quintùm vid etur dicendum, quòd sic. per c. licet. 8. q. 1. vbi Hieron. in lib. Leuit. vbi omnes sciant, & certi sint, qui præstātior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior eligatur.

2 Præterea, 4. Reg. 10. eligite meliorem, & eum ponite super solium patris sui; ergo multo fortius in spiritualibus officijs.

3 Præterea, Christus commissurus pastorale officiū Petro, examinauit eum, si se diligeret plus cæteris: Sed ex hoc est aliquis melior, qui Deum plus diligit; ergo melior est assumendus.

4 Præterea, dicit glo. 1. ad Tim. 3. semper oportet Episcopum irreprehensibilem esse &c. talis eligatur Pontifex, cuius comparatione cæteri grex esse videantur.

5 Præterea, facit c. vilissimus. 1. q. 1. ibi, vilissimus computandus est, nisi scientia, & sanctitate præcellat.

6 Præterea, in quolibet genere minora per maiora reguntur, sicut corporalia reguntur per spiritualia, & inferiora corpora per superiora: sed Episcopus assumitur ad regimen aliorum; ergo debet esse cæteris melior.

Respon. dicendum, quòd homo potest dici bonus, vel melior duobus modis. Vno modo simpliciter, & sic melior dicitur, qui est in Charitate perfectior. Alio modo secundum quid, & sic dicitur aliquis esse melior altero ad aliquod officium exercē dum; in quo etiam si sit officium spirituale, requiruntur aliqua præter bonitatem moralem ad hoc, quod aliquis sit idoneus ad tale officium exercendū. Vnde nō oportet, quòd qui eligitur in Episcopum sit melior simpliciter, quæ dicitur bonitas sanctitatis; quia possibile est, quòd illi deficiant multa, quę requiruntur ad hoc, quod aliquis sit prælatus idoneus, vt potè scientia, industria, potentia, & alia huiusmodi. Vnde eligentes in Episcopum peccant non eligentes meliorem, quoad regimen Ecclesiæ, quia oportet, quòd talis fideliter dispēset diuina misteria, quæ dispensari debent in vtilitatē Ecclesiæ 1. ad Cor. 9. Ad ædificationem Ecclesiæ quærite, vt abundetis; electio tamen tenet quantum ad forum contentiosum; dummodò eligatur bonus licet prætermittatur melior. S. Thom. 2. 2. q. 185. Artic. 3.

Ad Primum Respon. Quod ibi talis non est melior simpliciter, sed secundū quid, dum dicit, quòd in omni virtute emineat, & talis est eligendus.

Ad Secundum Respon. quòd intelligitur de meliori ad talem dignitatem, ad quam erat eligendus, quòd fieri debet.

Ad Tertium Respon. Quòd in comparatione prælati debent alij esse quasi grex, non considerata solum morum sanctitate: sed discretione, & strenuitate, & alijs huiusmodi.

Ad Quartum Respon. negando consequentiam; quia secus est in regimine ordinis naturalis, in quo id, quòd est superius naturæ ordine, ex hoc ipso habet maiorem idoneitatem, ad hoc quòd inferiora disponat. In spiritualibus istis non sic; quoniam sicut dicitur 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt, & ministrorum, & operationum vnde nihil prohibet aliquem magis esse idoneum ad officium regimī nis, qui tamen non excedit in gratia sanctitatis.

Ad illud, quòd dici posset, quòd sufficit si eligatur bonus, Respon. potest, quòd verum est ex parte electi; quia electus bonus non peccat in suscipiēdo, cum sit dignus tali officio, licet secus sit ex parte eligentis, qui si bonum eligit non peccat, quando melior non occurrit.

QVÆST. II.

Quòd autem amicorum patrocinia in aliquorum electione conualescere nō debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in 2. lib. Regu. s. in dict. 11. episto. 22. cap. 61. scribit Antonino subdiacono dicens,

Illud quidem præ omnibus tibi curæ sit, vt in hac electione, nec datio quibuscunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia

trocinia conualescant, habetur cap. 1.8.q. 1., de hac materia satis dictum est supra 1. q. 1. per totam.

QVÆST. III.

Quòd autem simoniacus habendus non sit, qui, post electionem pro indemnitate ecclesiæ, iuramentum præstitit, facile probatur; Aliud est.n. ante electionem iuramentum facere, vel se facturum paciści, ad hoc vt eligatur; Aliud est nulla præcedente conuentione, post electionem huiuscemodi iuramentum offerre. Illud ab officio tanquam munus impensum dicitur; hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.

QVÆST. IIII.

Quòd autem clericis ante sententiæ tempus ab episcopo discedere non liceat, probatur auctoritate Symanchi Papæ dicentis. Nonne directa sunt verba canonum, quicumq; clericorum ab Episcopo suo, ante sententiæ tempus, pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram? & infra, lex ecclesiastica, Pontificē ab alijs accusatum, prius q; sub luce obiecta constiterint exigit non relinqui.

QVÆST. V.

Sine literis Apostolicis Episcopus accusatus, & à sancta sede vacatus ad suam non reuertatur ecclesiā; Vnde Sixtus Papa 1. Ait epist.2.c.2.

Quilibet fratruum pulsatus, atq. ab hac sancta sede vocatus, cum se nobis repræsentauerit, ad ecclesiam tamen suam non prius reuertatur, quàm literis Apostolicis, vel formatis, pleniret instructus, atq. purgatus sit, si fuerit vnde; vt postquam domū reuersus fuerit, cognoscant vicini sui qualiter suam, aliorumq. causam hic finierit; quatenus eam absq. ambiguitate illa nuntiare, & prædicare omnibus possit.

CAVSA IX.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopo, aliquos clericos alterius metropolitani, ordinauit &c.

1 HIc primum quæritur, An ordinatio, quæ ab excommunicatis facta est, aliquo modo posit rata haberi?

2 Secundo, An liceat Episcopo, Archiepiscopo, primato, vel Patriarchæ, clericos alterius, sine proprijs literis ordinare.

3 Tertio, An Archiepiscopus, clericos suffraganei sui illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere?

QVÆST. I.

Quòd ordinatio &c.

COnclusio sit huius q., quòd ordinario facta in forma ecclesiæ à quocunq. Episcopo, siue hæretico, siue quocunq. crimine vel excommunicatione illaqueato, valet, & tenet, quo ad veritatem ordinis, & ordinati ab eis, bene erunt ordinati, vsque in infinitum; quo vero ad executionem, non est ordinatio rata, ita, quòd ordinatus ab Episcopo excommunicato, possit ministrare; sed est dispensatio necessaria; quo casu, cum quis scienter ordinatur ab Episcopo excommunicatio, solus Papa dispensare potest, si vero ex ignorantia, non tamen supina, per discretum prælatum poterit dispensari, c. 1. & seq. de ordi. ab Episcopo &c.

QVÆST. II.

Quòd autem Episcopus, vel quilibet superiorum clericos alterius, sine proprijs literis, ordinare non valeat.

COnclusio huius q. est, quòd clerici ordinati ab alienis Episcopis, sine licentia propriorum episcoporum, possunt, iniuncta sibi prius pœnitentia, miserationis intuitu, à proprijs Episcopis, recipi c. si. 9.q. 2. Hodie vero per con. Trid. sess. 14. c. 2. de reform. disponitur, quòd talis promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prę lato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

QVÆST. III.

Quòd autem Archiepiscopus &c.

TErtia q. est, An Archiepiscopus clericos suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere.

Conclusio huius quæst. est, quòd specialia quilibet Episcopus potest peragere in sua diocęsi, & metropolitanus in sua, nec de specialibus, quę pertinent ad suffraganeos debet metropolitanus se intromittere, vel ordinando, vel excommunicando vel absoluendo, vel condemnando, vel clericos, vel laycos sui suffraganei, illo inconsulto c. nullus. 9.q.3. nisi quādo causa deuoluitur iure metropolitico, per appellationem ad eum, c. conquestus. 9.q. 3. Hodie autem disponitur per Conss. Trid. cap. 20. de refor. sess. 24. quòd causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodocunq; pertinentes, etiàm si beneficiales sint, in prima instantia coram ordinarijs locorum dum taxat cognoscantur.

CAVSA X.

Quidam laycus basilicam à se factam à diocęsana lege segregare, quærit &c.

1 MOdo primum quæritur, An basilica cū omni dote sua ad Episcopi ordinationem pertineat?

2 Secundo, An res Ecclesiarum Episcopis vsurpare liceat?

3 Quid nomine cathedratici à suis sacerdotibus exigete valeat?

QVÆST. I.

De prima quæstione sic definitur in Cōc. Ilerdē c. 3. si ex laycis.

Pro intelligentia huius q. videndum est primo.

Articulo

ARTIC. I.

Vtrum ecclesia cum sua dote pertineat ad dispensationem Episcopi?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic. per cap. 1. 10. quaest. 1. ibi, si ex laycis quispiam à se factam basilicam consecrari desiderat, nequaquàm illam sub monasterij specie, vbi congregatio non colligitur, à dioecesana lege audeat segregare. Sed in contrarium videtur textus in c. cum pro vtilitate. 16. q. 1.

Respond. dicendum, sub ista conclusione, quòd omnes ecclesiae, & omnia monasteria in dioecesi Episcopi constituta, ad eius dispositionem pertinent, quoad legem Iurisdictionis, & quo ad legem dioecesani cap. omnes basilicae, 16. quaestione 7. quia ipse est caput, & gubernator omnium suae dioecesis; vnde nemo in eo officiare potest sine licentia Episcopi, cū ipsius sit de ministris ecclesiae prouidere.

Ad oppositum respond. quòd omnes ecclesiae alicuius dioeces. subsint dispositioni Episcopi eius, & hoc verum est, nisi sint speciali priuilegio exemptae.

ARTIC. II.

Vtrum Episcopus principalius habeat curam animarum plebium omnium sui Episcopatus?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nō, quia Episcopus hanc curam dat parochiaois; ergo sibi ipsi non remanet; nam illud, quòd quis dat, iam non habet.

2 Praeterea, Episcopus committens curam plebis sacerdoti se ipsum exonerat, & periculum remanet penes sacerdotem, cui cura committitur, iuxta illud 3. reg. 20. custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, anima tua pro anima eius, alias Episcopi essent in magno periculo, onus importabile totius multitudinis habentes.

3 Praeterea, sicut Episcopus subditur Archiepiscopo, ita sacerdotes subduntur Episcopis, sed Archiepiscopi non possunt se intromittere de illis, quę subduntur Episcopis, nisi propter negligentiam illorū; ergo nec Episcopi debent se intromittere de plebibus iam sacerdotibus commissis.

Sed contra dicitur in c. quaecunque. 10. q. 1. vbi Leo 4. in epist. a. ad Episcopos Britanniae, ibi, regenda est vnaquaeque parochia sub promissione, & tuitione Episcopi per sacerdotes. &c. & in c. quaecunq; ead. q. vbi conc. Antioch. c. 24. ibi quaecunq; res ecclesiae sint, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quae Deo debetur, qui omnia possidet, atq; iudicat, gubernari, & dispensari, cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animae videntur esse commisse. resp. dicen. quòd Episcopus in parochia commissa sacerdoti plenam habet potestatem ita, quòd animae plebiū sui Episcopatus principalius sint Episcopo commissę, quàm sacerdotibus; ratio est, quia sacerdos in parochia sibi commissa non potest quidquam facere in ea, nisi de licentia generali, vel speciali sui Episcopi, c. cunctis. 16. q. 1. Praeterea, sacerdotes succedunt in locum discipulorum, Episcopi autem in locum Apostolorum. c. in nouo. dist. 21. sed absurdum esset dicere, quòd Apostoli non possent soluere, vel ligare sine discipulorum licentia; ergo concl. vera.

Praeterea, qui facit per alium, per se facere dicitur, at Episcopi per sacerdotes absoluunt: ergo ipsi absoluere dicantur: vnde sacerdotes dantur Episcopis coadiutores, qui soli tantum onus ferre non possunt: praeterea, nullus potest sibi assumere, quòd non est in sua potestate: sed Episcopi assumunt sibi casus, quos voluerunt, de quibus ad eos pro absolutione recurritur: ergo etiam antequam eos sibi assumerent erant in eorum potestate: ergo etiam de casibus alijs potest Episcopus absoluere, quando voluerit: praeterea, secundum Dion. in 4. & 5 cael. Hier. potestas Episcopi in nostra Hierarchia est potestas vniuersalis: potestas autem sacerdotum & ministrorum est particularis: sed virtus vniuersalis efficacius agit in illum, qui subijcitur particulari virtuti itē ēt ipsa particularis uirtus; ergo Episcopus magis habet vsum clauiū in eos, qui subdūtur sacerdotib. q̄ ēt ipsi sacerdotes.

Ad primum resp. negando assumptum in rebus spiritualibus; Nullum enim spirituale datur: quia non dantur spiritualia, nisi per actionem dantis in recipientem: agens autem non amittit virtutem agentis, ex hoc ipso, quòd agit: vnde Episcopus retinet omnem potestatem, quàm dat alijs, uocando in partem solicitudinis.

Ad secundum respon. negando assumptum: quia alleuiatur onus eius ex adiutorio sacerdotum parochialium, quos vocat in auxilium suum, vt dictū est.

Ad tertium resp. negando consequentiā, ratio est: quia non est simile de Episcopis respectu plebis commissae, & sacerdotibus parochialibus, & Archiepiscopis respectu plebium suorum suffraganeorum, vt patet per se.

QVAEST. II.

SEd cum in Episcoporum potestate facultates ecclesiae constitutę esse dicantur, potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi, uel dilapidandi: vnde in Agathensi concil. 7. legitur. Casellas, vel mancipiola ecclesiae, Episcopi (sicut prisca canonum praecipit authoritas, vel uasa ministerij, quasi commendata fideli praeposito, integro ecclesiae iure possideant, id est, vt neque vendere, neque per quoscunque contractus res, vnde pauperes viount, alienare praesumant.

Ratio est, quia Episcopi non sunt Domini, sed administratores ad Cor. quarto, sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.

QVAEST. III.

QVid vero nomine cathedratici Episcopus exigere debeat. Cathedraticum est quicquid soluitur ecclesiae cathedrali per inferiorem, secundum loci consuetudinem. glo. & Doct. in cap. illud, infra ead. &c.

De hac materia disponitur in Concilio Trident. in cap. 3. sess. 24. de reformat. vbi de procuratione praestanda Episcopis uisitantibus tractatur.

CAVSA XI.

Clericus aduersus clericum quaestionem de praedijs agitauit, quem ad ciuilem Iudicem producere noluit. &c.

1 HIc primum quaeritur, vtrum clericus ante ciuilem Iudicem sit producendus?
2 Secundo, si producendus non est, an haec culpa sit digna suspensione?
3 Tertio, si digna non fuerit, an contemptorem sententiae sui Episcopi irreparabiliter oporteat deponi?

QVAEST. I.

QVòd autem clericus apud saeculares iudices accusandus non sit, Caius Papa epist. ad Felicem Episc. cap. 2. scribit, dicens.

Nemo vnquam Episcopum apud iudicem saecularem, aut alios clericos accusare praesumat. cap. t. 11. q. 1. conc. c. seq.

Pro declaratione multorum, quae sunt in hac q. videnda erunt non nulla, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum sit uerum, quòd actor sequatur forum rei?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic. per cap. experientiae. 11. quaestione 1. conc. cap. cum sit. de foro compet.

Sed contra dicitur, quia non est generale, quòd actor sequatur forum rei, quia fallit in multis, & primo in causa feudali. cap. caeterum. de iudic. secundo, fallit in reconuentione cap. 1. de mut. pet. tertio, in causa matrimoniali. c. ex literis. de consang. & affin. quarto, vbi agitur ad poenitentiam propter peccatum. c. nouit. de Iud. quinto vbi alibi iudicium esset inchoatum. cap. proposuisti de foro compet. sexto, in criminalibus spectantibus ad ecclesiam, ut in crimine haeresi. capit. nulli decimasecunda quaestione 2. septimo, in causa spirituali, in qua semper agitur coram Iudice ecclesiastico, siue agatur cum clerico, siue cum saeculari cap. si quis. 11. q. 1. octauo, fallit cum quis cedit foro, cap. significasti. de foro compet. nono, fallit ratione rei. cap. fane. de foro compet. decimo, vbi forum adijcitur ratione delicti, vel contractus. cap. fin. de foro compet. & per haec patet resp. ad obiectum.

QVAEST. II.

QVòd vero illa culpa sit suspensione digna, ex capitulo illo Mileuitan. Concilij, liquido constat. supra cap. inolita 11. q. 1. si enim communione priuandus est, qui clericum ad ciuilem Iudicem crediderit pertrahendum, multo magis suspensione dignis est, qui, sui Episcopi Iudicium interpellantem, ad iudicium saeculare pertrahere non dubitauit.

QVAEST. III.

SEd ponatur, quòd haec culpa. &c.
Pro declaratione eorum, quae dicuntur in hac q. sunt aliqua videnda. & primo.

ARTIC. I.

Vtrum sententia Pastoris iniustè lata sit timenda?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non; quia per excommunicationem protectio, & gratia Dei subtrahitur, quae non nisi iustè est subtrahenda; ergo sententia excommunicationis iniusta non est timenda; quia non habet effectum.

2 Praeterea, vt inquit Hieron. hoc esset de supercilio pharisaeorum, esse existimare absolutum, vel ligatũ, qui ligatur & absoluitur iniustè; sed eorum supercilium erat superbum, & erroneum; ergo excommunicatio iniusta non est timenda.

3 Praeterea, si iuramentum illicitum non ligat, quia dicitur à Domino dissolue colligationes impietatis; ergo nec etiam excommunicatio iniusta.

4 Praeterea, patet in alia sententia condemnationis iniustę, quae nulla est cap. in primis. 2. q. 1.

5 Praeterea, nec praeceptum iniustum est seruandum, vt puta, cum esset contra Deum. c. si quis Episcopis. 11 q. 3.

Sed contra dicit. cap. 1. 11 q. 3. vbi Greg. in homil. Euang. Homil. 26. dicit.

Sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est, conc. c. seq.

Respond. dicendum, quòd sententia est iusta, vel iniusta tribus modis. s. ex animo, ex causa, & ex ordine; iusta ex animo, quando profertur ex bono corde, seu zelo; ex causa, quando subest pro quo reus debet condemnari; ex ordine, cum seruatur ordo iuris. Iniusta est ex animo, cum profertur malo zelo, vt puta ex odio, vel ex ira; ex causa, cum non subest causa, pro qua debeat reus condemnari, ex ordine, cum profertur contra ordinem iuris. Alia est distinctio; nã sentẽtia, alia est cõdẽnationis, alia excõicationis, alia praeceptionis, prima propriè dr sententia, secunda impropriè, tertia valde impropriè; quibus ita notatis, sciendum est, quòd sententia condemnationis semper tenet, nisi sit iniusta, ex ordine; tunc enim non valet, nec tenet, nec opus est appellatione. cap. 1. de re iud. vbi sententia lata contra leges non est timenda; secunda sit conclusio, quòd sententia condemnationis, si sit iusta ex ordine, quamuis sit etiam iniusta ex causa, & ex animo, semper tenet, & valet, nec reuocatur, nisi p appellationẽ. Tertia sit conclusio, quòd sententia excommunicationis, licet sit iniusta, tã ex animo, & causa, quã ex ordine, sępe tenet,

tenet, & ligat, quantum ad ecclesiam militantem; dummodo proferatur à Iudice suo, c. lator. de sent. & re ind. & licet excommunicatos appellet, remanet tamen ad hoc excommunicatus, donec absoluatur à superiore; Quarta sit concl. si sententia excōmunicationis feratur a Iudice habente potestatem, ita iuris ordine prætermisso, quòd sit talis error ex parte sententiæ, qui sententiam nullam esse faciat, cuiusmodi est error, vt, quòd prælatus excommunicat aliquem, quia non furatur, vel fornicetur, vel similia, non ualet, nec tenet, nec habet aliquem effectum, patet, quia non est excommunicatio, & consequenter non est timenda, cum sit pro peccatis commissis ferenda, non pro omissis; Quinta sit conclusio, quòd sententia excommunicationis iniusta ex falsa causa, ex parte excommunicati, vt cum quis pro falso crimine in iudicio prolato excommunicatur, tenet, & consulendum est, vt excommunicatus, releuet se ab ea, remedio appellationis, alioquin humiliter substineat, & humilitatis meritum recompensabit, et excommunicationis damnum. Sexta sit conclusio, quòd sententia præceptionis, si sit de eis, quæ sunt contra Deum non ligat, nec tenet, qua talis sententia à quocunque detur, etiam sub pœna excommunicationis, tenenda non est, nec ei obediendum. cap. per tuas. de sent. excom. Septima sit conclusio, quòd si sit dubium, an sit contra Deum, vel non? si est de his, quæ spectant ad eius prelationem, tenet, & ligat, & semper sibi obediendum est, cap. quid cul patur. 23. q. 1. Octaua sit concl. quòd si præceptum est de his, quæ non pertinent ad prælatum, liberum est subdito obedire, vel non. quare antem sententia excommunicationis iniusta teneat? respond. vt claues ecclesiæ habeantur in maiori reuerentia, & vt homo bene conditus crescat per obedientiæ meritum, parens iniustæ sententiæ. cap. quid ergo. 11. quæstione 3.

Ad primum respond. quòd pro tanto dicitur excommunicatio gratiam subtrahere; quia remouet illa, quę ex parte disponunt, sicut suffragia ecclesię, & similia. Sed dicas, quòd ratio non procedit, nisi apud Deum, talis enim iniusta sententia non ligat, & hoc conceditur.

Ad secundum respon. quòd dictum Hieron. intelligitur, quantum ad culpas, & non quantū ad pęnas, quæ possent etiam iniustę infligi à rectoribus ecclesiarum.

Ad tertium respond. negando consequentiam; quia non est simile, nam iuramentum solum obligat illum, qui iurat, & non alium, excommunicatio vero non solum eum, qui excommunicatur; sed etiam alios fideles ne communicent ei. Non enim de facili potest quilibet cognoscere si iniuste præcipitur, cum prælati non subsint iudicio subditorum. vnde eorum sententiam, etiam iniustam tenere debent.

Ad quartum, & quintum patet respond. ex iam dictis, de hac materia vide quæ dixi in summa pec. capit. in 2. par. tit. 9. late per totum.

CAVSA XII.

Quidam clerici propria relinquere volunt, de suis, & ecclesiæ rebus testamentum conficiunt, de rebus ecclesiæ, non nulla largiuntur.

1 MOdo primum quæritur, vtrum liceat clericis proprium habere?

2 Secundo, an res ecclesiæ, quæ ab his datę sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt?

3 Tertio, si ante tempus ordinationis suę, qui nihil habere uidebantur, & post ordinationem aliqua inuenisse noscuntur, an possint ea relinquere quibus voluerint, an non?

4 Quarto, si de suis, & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscantur, An utrique cōmuniter, an singulariter, ecclesiæ, vel sacerdoti, iure prouenient?

5 Quinto, si testamenta licet eis facere?

QVÆST. I.

Clericos nihil possidere &c.

Pro pleniori intelligentia huius q. videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum liceat clericis habere proprium?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non per cap. 2. 12. q. 1. vbi Clemens in epist. 5. dicit communis vita omnibus est necessaria, maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt.

2 Præterea, Clerus Gręce, latinæ sors appellatur. c. cleros. 21. dist. propterea clerici dicūtur, quia de sorte Domini sunt, vel quia ipse Deus sors, idest pars clericorum est; qui autem diuinum possidet, nihil extra dominum habere potest; si autem aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem habent, cum istis partibus non dignatur Deus fieri partem eius; ergo videtur, quòd non liceat clericis habere proprium.

Sed contra facit cap. exemplum Domini. 12. q. 1. vbi Aug. in tract. 50. ad c. 12. Ioan. dicit exemplum Domini accipe conuersantis in terra, quare habuit loculos, cui angeli ministrauerant, nisi? quia ecclesia ipsius loculos suos habitura erat; Præterea, illud non videtur esse prohibitum clericis, sine quo vita præsens non transigitur; ergo talia possidere licitum erit.

Respond. dicendum, quòd nullus clericus tenetur viuere absque proprio, nisi ad illud se adstrinxerit voto, vnde Aug. in epist. ad Paulinam, quia iam vouisti, iam te adstrinxisti, manifestum est autem, quòd viuere absque proprio est super erogationis; non enim cadit sub præcepto, sed sub consilio, vnde cum Matt. 19. dixisset Dominus, si vis ad vitam ingredi serua mandata; postea subdit superaddendo. si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quę habes

ARTIC. IV.

Vtrum ratio capitis, sit temporalium rerum depositio?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd sic per cap. duo sunt 12. q. 1. vbi Hieron. ad quendam suum leuitam de duobus generibus hominum ait; Ratio vero capitis, est temporalium omnium depositio.

2 Præterea, clerici, cum coronantur, dicunt dominus pars hæreditatis meæ, sed dominus cum illis temporalibus pars esse dedignatur, cap. clericus 12. q. 1. ergo &c.

3 Præterea, ad maiorem perfectionem tenentur clerici noui testamenti, quàm veteris; vnde Dominus ait Matth. 5. nisi iustitia vestra abundauerit super iustitiam pharisæorum. &c. Sed clerici veteris testamenti non habebant partem hæreditatis, cum fratribus suis; eis enim Dominus dixit Num. 18. in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partes inter eos: ergo clerici noui testamenti, minus debent habere.

Sed contra facit; quia Hieremias fuit de ordine sacerdotali; & tamen habuit possessionem iure hæreditatis Hierem. 32: ergo etiam clerici possunt habere patrimonialia bona.

Respond. dicendum, quòd terrenorum possessio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur; sed nimia eorum solicitudo: nam affectio in crimine est: decet tamen eos de proprio minus solicitos esse, quàm laycos, & quòd de illo liberalius pauperibus eleemosinas tribuant, & sic patet, quòd abrenunciatio temporalium non est annexa tonsuræ, licet sit signum, quòd clerici minus debeat circa terrena affici.

Ad primum Respond. quòd intelligitur, quoad curam, & solicitudinem, saltem vltra necessaria.

Ad secundum respond. quòd Dominus dedignatur pars fieri, vt ex æquo cum alijs diligatur, ita scilicet, quòd aliquis ponat finem suum in Deo, non in rebus mundi; non tamen dignatur fieri pars eorum, qui res mundi ita possident, quòd per eas à cultu diuino retrahantur.

Ad tertium respond quòd ministri veteris testamenti bona possidebant propria, & habebant ius in hæreditate paterna; sed ideo non acceperunt partem cum alijs tribubus, quia erant omnes dispergendi per omnes tribus ad diuinum cultum, quòd fieri non potuisset, si vnam determinatam partem terræ, accepissent, sicut aliæ tribus. Clerici autem in communi vita degentes, vt sunt regulares omnes professi, proprium habere non possunt. c. Non dicatis 12. q. 1. vbi Aug. serm. 3. de communi vita clerico. Non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia. conc. c. cum ad monasterium de statu Monachorum,

ARTIC. V.

Vtrum ecclesia licitè possit habere immobilia bona?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd non, Num. 18. in terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos; ergo pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. idem in Leuit. 25. ergo idem prohibetur, sacerdotibus iure legis, qui in locum ipsorum successerunt.

2 Præterea, idem prohibetur apud Matt. 10. Nolite possidere aurum, neque argentum. &c.

3 Præterea, cui prohibetur solicitudo de crastino, prohibetur etiam possessionem habere; sed dicitur Matt. 7. Nolite soliciti esse in crastinum: ergo. &c.

4 Præterea, habere possessiones, repugnat conditioni clericali, qui clerici nihil aliud curare debent, nisi Deum. c. cui portio. 12. q. 1.

5 Præterea, sicut in homine se habet suprema ratio ad sensualitatem, ita se habet status ecclesiasticus ad secularem: sed non est licitum, quòd ratio descendat ad id, quod est sensualitatis: ergo nec ecclesiasticus status ad id, quod est secularis status, cuiusmodi est habere temporalia immobilia.

6 Præterea, dicitur Luc. 22. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur: vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor; & 1. Pet. vlt. Non dominantes in clero, sed forma facti gregis. ex animo. &c.

7 Præterea, ad idem videtur accipi, quod communiter dicitur, quòd cum ecclesia donationem Constantini acceptauit, audita est vox in aere dicens, venenum intrauit in ecclesiam Dei.

Sed contra dicitur in cap. expedit. 12. q. 1. vbi Prosper lib. 2. cap. 9. de vita contemplatiua dicit, expedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni; Non enim propriæ sunt, sed communes ecclesiæ facultates.

Respon. dicendum licitum esse ecclesiæ bona immobilia possidere; vnde patet ante legem fuisse primogenitos sacerdotes, qui præ alijs dominium, & possessiones habebant. Gen. 27. vbi dixit Isac ad Iacob esto Dominus fratrũ tuorum, quia illa erat benedictio primogeniti: secundo, hoc fuit tempore legis Leuit. 27. Homo si vouerit domum suam &c &c Num. 35. præcipe filijs Israel; vt dent leuitis de possessionibus suis, iuxta imperium Domini. Tertio, patet in nouo testamento, in quo probatur, quod Christus loculos habebat, vbi reponebantur à fidelibus oblata ad vsum eius. Io. 12. & Apostoli diuidebant singulis, prout vnicuique opus, erat; act. 4. Quarto, hoc idem probatur ex canonibus Apostolorum c 41. quod est in c. præcipimus. 12. q. 1. Quinto, authoritate Conciliorum, vt in Concilio Martini Papæ. cap. 15. Sexto, est authoritas Sanctorum. Ambrosij cap. aurum. 12. q. 2. Hieronimi. cap. gloria. 12. q. 1. Gregor. cap. cum deuotissimi. 12. q. 1. quod idem tenuerunt Alber. mag. Alex. de Ales. 5. Bonau. & S. Thom.

Ad

clesiæ cap. Episcopus. 12. quæstione prima, cap. hic vsus, 10. q. 2.

Sed contra facit ratio; quia Prælatus tenetur facere eleemosinam pauperibus, sed potest esse, quod cognati sint tales; ergo eis bona donare possunt.

Respond. dicendum, sub certis conclusionibus; prima prælati tenentur pauperes etiam de rebus ecclesiæ, vt in d. cap. quisquis, immo primo illis subuenire debent, quàm alijs cæteris paribus; quia secundum ordinem charitatis tenetur diligere magis coniunctos, quàm alios, cap. non satis. 86. dist. secunda sit conclusio, quòd prælati non debent dare cognatis suis, nisi necessaria, non autem, vt ditiores fiant, & per hæc patet responsio ad obiectum primum.

Ad secundum respond. quòd illud fuit statutum propter illos, qui sunt malæ famæ; vnde si consanguinei prælati fuerint prudentes, & fideles, bene possunt institui procuratores rerum ecclesiæ.

QVÆST. III.

Nunc quæritur &c.

Conclusio duplex dicitur huius quæstionis prima, quòd Prælati nihil patrimonij habentes, & tempore ecclesiæ suæ bona quæcunque immobilia emerint, ecclesiæ suæ conferre debent; si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit faciant inde, quod eorum proposito congruit; hoc idem si proprio labore, vel propria industria acquisiuerint, in rebus ecclesiæ non numeratur. cap. primo, & secundo, 12. quæst. 3.

Secunda sit conclusio, quòd ille, qui donat prælato pro remedio animæ suæ, non pro commodo sacerdotis, inter facultates ecclesiæ côputabitur. Quicquid autem per fideicommissum sacerdoti, aut ecclesiæ dimittitur, cuicunque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit. cap. pontifices. 12. quæstione 3. & cap. fin.

QVÆST. IV.

Qvòd autem quæritur. &c.

Conclusio huius q. est, quòd res quæsitæ communiter de reb. ecclesiæ, & de reb. prælati, communiter illis prouenire debent, & communiter distribui pro rata pretij dati; si enim æqualiter dederunt, ecclesia, & Prælatus in re illa emenda, æqualiter diuidetur, si plus dedit ecclesia, quàm prelatus, vel prælatus plus de proprijs, quàm ecclesia de suis, pro rata pretij dati vterque obtinebit portionem rei emptæ, vel acquisitæ ita colligitur ex cap. primo, & seq. 12. q. 4.

QVÆST. V.

Testamenta vero non licet eis conficere, nisi de rebus proprijs.

Pro declaratione contentorum in hac quæstione videndum erit primo.

ARTIC. I.

Vtrum Prælati, & alij clerici, possint testari de rebus ecclesiæ?

1 Ad primum videtur dicendum, quòd sic; quia congruum est, vt bona pauperum erogentur pauperibus, quorum clerici sunt dispensatores. cap. Episcopus. 10. q. 2. ergo de his testari possunt.

2 Præterea, quilibet potest testari de his, quę sunt in potestate eius, sed bona ecclesię sunt in potestate Episcopi; ergo de his testari possunt. cap. præcipimus. 12. quæst. 1.

3 Præterea, clericus in ægritudine constitutus potest facere eleemosinam de rebus ecclesiæ, ergo de his testari poterit. cap. ad hoc. de testam.

4 Præterea, qui potest donare, potest testari; at clerici de rebus ecclesiæ donare possunt; ergo & testari poterunt. cap. 3. de donat.

Sed contra facit, quòd dicitur in cap. 1. & seq. 12. quæst. 5.

Respond. dicendum per multas conclusiones, & primo, quòd clericus habens bona ex patrimonio, vel acquisita sibi sua industria, vel amicorum causa de talibus sibi intuitu personæ prouenientibus, potest facere testamentum, ipsaque donare ad eius libitum, quia talia bona sunt sua, & consequenter de his disponere potest. l. in re mandata C. mandati. facit c. quia nos. de testam. si tamen ecclesiam læserit, damnum ecclesiæ debet de huiusmodi bonis resarciri, & de residuo ad libitum disponere: quod procedit etiam si esset filius familias: vnde si non de his non disponeret ecclesia, non succedunt, sed veniunt succedentes ab intestato, cap. sint manifestæ. 12. q. 1. quod si venientium ab intestato nullus extaret, tunc ei succedet eius ecclesia. l. siquis presbiter. C. de Episcopis & cler. cap. 1 in fine de suc. ab intestato Doct. com. cap. cum in officijs de testam. secunda sit conclusio, quòd clericus beneficiatus de bonis ecclesiæ, aut de his, quæ intuitu ecclesiæ acquisiuit, vt res immobiles, redditus, & etiam aliqua mobilia, vt ornamenta, libri, calices, & cruces, & huiusmodi, inter viuos donare, nec in infirmitatibus de his testari potest; quoniam talia bona non sunt eius propria, sed ipsorum est tantum administrator. cap. fraternitate. de donat. Idem est de hospitalarijs, qui nec de fructibus disponere possunt, nisi in vsum pauperum hospitalis. Clem. quia contingit, de rel. g. domibus; Tertia sit conclusio, quia clericus de fructibus ecclesiæ suæ, in vita sua, ad libitum disponere potest, testari autem non potest; hodie autem facta compositione spoliorum clerici inferiores testari possunt de fructibus perceptis, idem est vbi vigeret talis consuetudo.

Ad primum respond. negando consequentiam; quia non est idem testari, & dispensare: nam testatorem oportet esse non tantum dispensatorem, sed etiam dominum rerum absolutè; dispensatorem autem non oportet esse dominum rerum, de quibus facit eleemosinam; vnde gl. in c. quia. de testamentis. dicit, clerici de bonis ecclesię nullum possunt facere

te-

testamentum, cum eorum proprietas non sit sua, cũ solum usum habeant. &c.

Ad secundum respond. quòd maior est vera de illis, quæ sunt in potestate alicuius, quantum ad proprietatem, & dominium; sed res ecclesiæ non dicuntur in potestate, nisi quantum ad administrationem: vnde ratio non militat.

Ad tertium respon. quòd assumptum est falsum: nam clericus potest aliqua donare intuitu eleemosinæ de rebus ecclesiæ, non tamen de his testari potest, cũ non sit earum Dominus; nota tamen; quòd religiosi, ante professionem possunt testari de rebus proprijs, secus post professionem, quo casu, etiã si factus sit Episcopus, non potest testari, glos. cap. tua. 12.q. 1.

CAVSA XIII.

Diocesani cuiusdam baptismalis ecclesiæ. &c.

1 Modo primum quæritur, si illi, quorum domicilia sunt in dioecsi huius baptismalis ecclesiæ, debeant persoluere decimas illi ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam eadem fiebant à parentibus eorum?

2 Secundo, an præscriptione temporis, ius percipiendi decimas, & funerandi tollatur?

QVÆST. I.

Qvòd priori ecclesiæ. &c.

Conclusio huius quæst. est, quòd decimæ, aut sunt prædiales, aut personales, de primis est ista conclusio, quòd tales decimæ, postquàm parochię fuerunt distinctæ, de iure communi soluendæ sunt ecclesiæ, intra cuius parochiam situm est prædium. cap. quoniam. de decimis, fallit vbi esset priuilegium, vel contraria consuetudo. cap. 1. & 2. de decimis; vel vbi esset præscriptio; vel cum fuerit facta concessio iuris decimandi alicui ab Episcopo de consensu Episcopi. c. statuimus. 16.q. 1. vbi vero parochia non est limitata, in arbitrio Episcopi est cui dentur decimę noualium cap. quoniam. de decimis; In dubio tamen potius ecclesijs matricibus, vbi frequentius audiunt diuina, quam capelli, dabuntur decimę. cap. ad apostolicæ. de decimis. cap. quicunque. 16.q. 1. cap. ex transmissa. de præscrip. secunda sint conclusio, quòd decimæ personales, quæ proueniunt ex artificio, vel negotio huiusmodi, sunt dandæ illi ecclesiæ, vbi per totum annum audit diuinum officium; & percipit ecclesiastica sacramenta; si vero audiat in diuersis diuinum officium, tunc inter tales proportionabiliter diuidentur decimæ. gl. cap. omnes. de maior. & obed.

QVÆST. II.

1 Ad hæc decimationes istæ. &c.

Pro intelligentia eorum, quæ in hac quæstione continentur videndum erit.

ARTIC. I.

Vtrum ius decimandi, & funerandi præscriptione tollatur?

1 Ad primum videtur dicendum, quòd non; quoniam non continuè dantur, vnde seruitutes præscribi non possunt, cum non cõtinuè possideantur. l. seruitutes. ff. de seruit.

Sed contra dicitur cap. 1. 13.q. 2. vbi Gelas. Papa Episcopis Siciliç epist. 2. cap. 3. dicit in effectu quòd; quæ triginta annis ab Episcopis possidentur, Iure ab eis vendicantur.

Respond. dicendum sub certis conclusionibus, & primo, quòd decimæ non possunt à layco præscribi. cap. causam, quæ. de præscrip. secunda sit conclusio, quòd parochia contra parochiam præscribere potest. cap. de quarta, de pręscr. tertia sit conclusio, quòd clerici non habentes parochiam decimas præscribere non possunt; quia nec etiam eas possident. c. placuit. 16.q. 1. immo tenetur eas soluere, nisi sint priuilegiati. cap. peruenit, 16.q. 1. quarta sit conclusio, quòd religiosi, si parochias habent, præscribere possunt decimas, ratione ipsarum parochiarum; tenentur tamen probare titulum. cap. si diligenti. de præscr. parochia tamen secularis, contra secularem, non tenetur probare titulum; cap. uigilanti de præscr. quamuis Episcopus dicens se præscripsisse decimas in alterius Episcopatu, debet allegare titulum, nisi sit præscriptio tanti temporis, cuius memoria non extet in contrarium. c. Episcopum. de præscript. in 6. quinta sit conclusio, quòd pręscriptio in vno prędio inducta non extenditur ad alterum, quòd de nouo colitur. cap. cum contingat. de decimis. arg. l. si unus. §. omnia ff. de pactis.

Ad oppositum respond. quòd licet perceptio decimarum non sit continua, sed semel in anno: ius tamen decimandi dicitur cõtinuum: propterea quòd dictum est de iure decimandi, idem dicendum est de iure funerandi, & sepeliendi, de quo dixi in tractatu. de sepulturis. per totum; vbi discutitur tota materia, quæ tractatur in hac. 2.q.

CAVSA XIIII.

Canonici eiusdem ecclesiæ. quæst. mouent de prædijs, testes ex fratribus suis producunt, negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.

1 Hic primum quæritur, an liceat eis sua repetere.

2 An illi testes sint audiendi?

3 Tertio, an illud sit vsuras exigere?

4 An liceat clericis, vel laycis a quolibet vsuras expetere?

5 Quinto, an eleemosinæ de vsuris fieri possint?

6 Sexto, an vsurarij pœnitentiam agere valeant, nisi, quòd malè acceperint, restituant?

QVÆST. I.

Quod autem sua repetere &c. Pro declaratione huius q. quatuor videnda sunt & primo.

ARTIC. I.

Vtrum liceat alicui sua repetere? &c.

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, ex illo Luc. 6. qui aufert, quæ tua sunt ne repetas, & qui aufert tunicam, & vestimenta, noli prohibere.

2 Præterea, Mat. 19. si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes & da pauperibus: quia ergo isti iter perfectionis arripiunt, non licet eis sua habere; Multo ergo minus licet eis repetere, quia non debet repeti, quòd possideri non licet.

3 Præterea, Mat. 5. si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & pallium.

4 Præterea, facit 1. Cor. 6. secularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatum est in vobis.

Sed contra facit c. penult. 4. q. 1. vbi Aug. in lib. 19. Contra faustum. c. 15. dicit, quòd debetur, & si benignè dimittitur, non tamen inique repetitur, vnde gl. super 1. Cor. 6. mihi liceot, sed non omnia expediunt; dicit, quòd licebat Apostolo sumptus repetere, sed non expediebat; sed licitum est, quòd nullo iure prohibetur à Domino; ergo licet alicui sua repetere.

Resp. dicendum, quòd diuina lege statutum est, vt ad Iudices recurratur, veluti ad legem animatam, qui oppressos subleuent, & opprimentes reprimãt, & iudicent in veritate. Esai. 1. quærite iudicium, & subuenite oppresso, iudicate pupillo, & defendite viduam; vnde repetere suum in Iudicium, licitum erit, cum ille, qui suo iure vtitur nemini iniuriam faciat; potest tamen contingere, quòd repetere suum in iudicio, ex defectu alicuius circunstantiæ, reddatur illicitum, & hoc quatuor modis, Primo si ad Iudicem non competente recurrat; tunc .n. fit iniuria suo competenti Iudici, & detentori, quia vexatur illum indebitè; Secundo sit fallaciter, & calumniosè in iudicio procedendo, defraudando Iudicem, vel donis corrumpendo. Esai. 10. vt opprimerent pauperem, & vim facere causę humilium? Tertio modo, si turbato animo, & ex ira, & per inordinatum affectum, contentiosè, & ita cum detrimento pacis, nam vt dicitur Iac. 1. vbi zelus, & contentio, ibi inconstantia, & eius opus prauum: Quarto, ex auaritia, qua vult magis cum iactura proximi habere sua, quàm proximum bene se habere.

Ad primum resp. quòd illa præcepta non obseruanda sunt in exhibitione operis, sed in præparatione animi; debet .n. homo esse præparatus sua non repetere in casu, in quo hoc exigeret necessitas fidei, vel charitatis; In quo etiam casu sua dare de nouo tenetur; sed quòd vltra hunc casum homo sua non repetat, potest esse cõsiliũ debitis circũstãtijs seruatis.

Ad secundum resp. quòd hoc non probat, quòd sit illicitum secundum se repetere sua in iudicio; bene autem ijs, qui renunciauerunt proprijs, vt in monachis professis.

Ad tertium resp. quòd illa authoritas, non est intelligenda ad literam, sed in præparatione animi; quia homo debet habere animum præparatum ad substinendum ablationem tunicæ, & pallij, antequam suscitaret scandalum, vel aliquid contra charitatem ageret.

Ad quartum resp. dicendũ, quòd Apostolus non reprehendit simpliciter repetitionem suorum; sed repetitionem, quæ fit vel coram iudicibus infidelibus, vel quæ fit fraudolenter, vel dolosè, vel ex ira, & malo animo, vel ex auaritia, & cupiditate inordinata.

ARTIC. II.

Vtrum liceat perfectis sua repetere?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non facit Mat. 19. si vis perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus &c. si ergo possidere non potest; ergo nec repetere poterit.

2 Præterea, facit c. 1. 14. q. 1. vbi concil Carthag. 4. c. 19. dicit, Episcopus, nec prouocatus, pro rebus transitorijs litiget.

Sed contra facit 1. Cor. 6. vbi Apostolo, qui erat perfectus, licitum erat repetere, vt dixi in 1. artic. huius q.

Resp. dicendum, quòd sit sermo de perfectis, cuiusmodi sunt Prælati, & religiosi, sit igitur hæc conclusio, quòd perfectis, qui renũtiauerunt proprijs nõ licet repetere pro quibuscũq; rebus tãquã proprijs pfectis autem, qui habent bona in cõmuni, licet repetere bona communitatis, & litigare in iudicio pro eis, debitis, circunstantijs adhibitis, maximè illis, qui curam communitatis habent, est enim opus pietatis recuperare res pauperum. Psal. 81. eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, alia sit conclusio, quòd prælati, quibus non est prohibitum habere proprium, licitum est repetere sua, vti propria, similiter possunt, & debent bona sua ecclesiæ recuperare; etiam non obstante scandalo, si aliter haberi non possent, dummodo in reliquis seruarentur debitæ circunstantiæ.

Ad primum resp., quòd renũciantibus proprijs, non est licitum repetere, vt dictum est.

Ad secundum resp. quod prohibetur Episcopus litigare in iudicio iniuste, ex auaritia, non autem repetere bona sua, etiam temporalia debitis circunstantijs adhibitis.

ARTIC. III.

Vtrum sit licitum minus perfecto sua repetere?

1 AD Tertium videtur dicendum quòd non, dicitur enim 1. Cor. 13. charitas non quærit, quæ sua sunt, dicit ibi gl. charitas non repetit ablata.

2 Præterea, dicit Greg. pro re temporali, pax à corde cum

de cum proximo scinditur, apparet, quòd plus res quam proximus amatur.

3 Præterea, 1.Cor.8.si esca scandalizat fratrē meū non manducabo carnem in æternum, ergo vbi immineret scandalum proximi, non liceret repetere, nam & opera misericordiæ tenemur dimittere propter scandalum; ergo & repetere, cum non sit in præcepto, & liceat vnicuiq; renuntiare iuri suo.

Sed contra facit, quòd dictū est in 1.Art.huius q.

Resp. dicendum, quòd repetere sua cum inordinata cupiditate, non seruatis circunstantijs, dicitur repetere cum scandalo, quòd non licet 1. Cori. 13. quia quis magis amare debet salutē proximi, quàm bona sua. ad Phil.vlt. Non quæro datum, sed requiro fructum abundantem in iustitia vestra, non tamen dicitur scandalum, repetere sua, nisi forte passiue, nam eccitare debemus scandalum proximi, salua triplici veritate, s.doctrinæ, vitæ, & Iustitiæ, non esset autem veritas iustitiæ si tolleretur repetitio, nec est verum simpliciter, quòd opera misericordiæ sint dimittenda propter scandalum, sed bene differenda quandoq;, & per hæc patet resp.ad obiecta.

ARTIC. IIII.

Vtrum sit licitum omnia sua repetere?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non, quia superflua non sunt repetenda; superfluum .n.est alienum, idest indigentis; ergo eum alienum, non tuum, & per consequens non licebit repetere.

Sed contra facit, quòd dictum est art. 1.

Resp. dicendum, quòd tam de necessario, quàm de superfluo competit repetitio, secundum modum qui dictus est, sed in hoc est differentia, quia post repetitionem, non teneris necessarium dispensare indigenti; sed superfluum teneris, potest ergo superfluū repeti ad dispensandum; sed non ad retinendum, & secundum hunc modum, superfluum est alienum & tuum; alienum ad retinendum, tuum ad dispensandum.

QVÆST. II.

De eo autem, quòd quæritur, An de suis fratribus testes inducere possit? &c.

Quia hæc materia tractata est latè supra in 3.q 5. dicas tantum conclusionem huius .q. quòd in causa domestica, domestici testes non admittuntur; sed bene in ecclesiastica admittendi sunt.

QVÆST. III.

Quid autem præter summam, emolumenta sectari, sit vsuras exigere? &c.

Pro declaratione huius q. videndum erit primo.

ARTIC. I.

Vtrum recipere aliquid vltra sortem, sit vsura semper?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic; per cap. 1.14.q.3. vbi Aug. super psal. 36. ad verbū tota die dicit. si fœneraueris homini, id est, si mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quam dedisti expectas recipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus conc.cap. seq.

2 Præterea, arguendo ab ethymologia uocabuli, vsura dicitur vsus æris, & à definitione vsura .n. est lucrum ex mutuo debitum vel exactum; sed qui vltra sortem recipit, vtitur ære, & ex mutuo capit lucrum; ergo est vsura; facit etiam cap.1.de vsuris.

Sed contra facit glo.in summa 14.q.5.vbi excipit sex casus, in quibus aliquis recipit aliquid vltra sortem, & tamen non est vsurarius. Primo fauore ecclesiæ c.conquestus.de vsuris. Secundo, cum fideiussor soluit sortem, & vsuram; nam potest vsuram petere. Tertio, cum pœna petitur præter sortem c. in legibus. 12. q.2. Quarto, cum petitur vsura tanquam interesse .l.socius ff. prosocio; Quinto, cum recipitur aliquid pro re, quæ non consistit pondere, numero, vel mensura, sicut in locatione. Sexto, ratione incertitudinis cap.in ciuitate, de vsuris.

Resp. dicendum sub ista conclusione, quòd recipere aliquid vltra sortem, pro pecunia mutuata, gratia vsus ipsius rei accommodatæ, est vsura, vt patet in d.c. 1 4.q.3.

Ad ea, quæ dicit gl. resp. quòd in dd.casibus non est accipere vltra sortem ex causa mutui, nam ad c. conquestus.de vsuris. Resp. quòd ibi fuit causa recuperationis rei Ecclesiæ de manu layci, vt dicitur ibidem.

Ad secundū resp. quòd fideiussor recipit vtrūq;, quia debet seruari indemnis cap. constitutus.de fide iussor, non .n. est lucrum; sed uitatio damni.

Ad tertium Resp. quòd ibi pœna imponitur ratione moræ, intentione arctandi tantum ad soluendū infra certum tempus, non est vsura. Ad quartum Resp. quòd debitor, ex cuius non solutione creditor damnificatur notabiliter, tenetur secundum Iustitiam satisfacere creditori de interesse cap. peruenit. de fideiussor. Ad quintum patet Resp., quia ibi est contractus locationis, non contractus mutui.

Ad vltimum Resp., quod vbi non est lucrum, ibi non est vsura. not. cap. in ciuitate. de vsuris, de qua materia cum late dixerim in summa pec.capit. parte 1.tit.6. q.48.& seq.hic de ea nil vltra dicam ne eadē pluries repetere videar: satis. n.erit principales articulos excutere; qui in materia principali q. videntur accommodati.

QVÆST. IIII.

Quod vero nec clericis, nec laycis, liceat vsuras exigere probatur.&c.

ARTIC. I.

Pro declaratione huius q. quæro.vtrum accipere vsuram pro pecunia mutuata sit semper peccatū mortale?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non; quia nullus peccat imitans exemplum Christi, iuxta illud Io. 3.exemplum dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita &

ita & vos faciatis; sed dominus de se ipso loquitur. Luc. 19. ego venissem, & cũ vsuris exegissem illam. s. pecuniam mutuatam. & cæt. ergo exigere vsuras non est peccatum.

2 Præterea, nullum peccatum conceditur in lege diuina; quia ipsa est immaculata, sed dare mutuum ad vsuram conceditur à lege diuina, Deut. 23. non fœneraberis fratri tuo ad vsuram pecuniam, nec quamlibet aliam rem, sed alieno; ergo dare ad vsuram, non est peccatum.

3 Peccatum, illud, quòd repromittitur tanquam præmium pro legis obseruantia, non potest esse peccatum mortale; sed dare ad vsuram promittitur in lege diuina, vt præmium iustitiæ dicitur. n. Deut. 28. fœneraberis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies; ergo dare mutuũ ad vsuram, non est peccatũ.

4 Præterea, prætermittere consilium, non est peccatum mortale; dicitur. n. 1. Cor. 7. mulier non peccat si nubat, quamuis consilium virginitatis prætermittat; sed dare mutuum absque vsura ponitur inter consilia. Luc. 6. vbi dicitur, diligite inimicos vestros, & benefacite eis, qui vos oderunt, & date mutuum nihil inde sperantes, in quo non prohibetur vsura: ergo conclusio vera.

5 Præterea, homo habet dominium rei suæ, & pecuniæ suæ; sed homo potest locare domũ suam, prædium, & equum pro pretio; ergo pari ratione potest accipere pretium, pro pecunia alteri accommodata.

6 Præterea, pretium accipere pro eo, quod quis facere non tenetur, non videtur esse secundum se peccatum; sed non in quolibet casu pecuniam habens, tenetur eam proximo mutuare; ergo licet ei aliquando pro mutuo pecuniam accipere.

7 Præterea, argentum monetatum, & in vase formatum, non differunt specie; sed licet accipere pretium pro uasis argenteis accommodatis; ergo etiam licet accipere pretium pro mutuo argenti monetati; vsura ergo secundum se non est peccatum.

8 Præterea, quilibet potest accipere rem, quam ei dominus rei voluntarie tradidit: sed ille, qui accipit mutuum, voluntariè tradit vsuram: ergo ille, qui mutuat, licitè potest accipere.

9 Præterea, multo grauius est occidere hominem, quàm accipere pretium pro pecunia numerata, & accommodata; sed occidere hominem in aliquo casu licet; ergo multo magis dare pecuniam ad vsuram licebit, in aliquo casu.

10 Præterea illud, ad quod homo se obligat, licitè potest ab eo exigi; sed ille, qui dat vsuram ad hoc se obligat, quando mutuum accipit; ergo licitè potest vsurarius accipere.

Sed contra facit c. si quis vsuram. cum multis alijs, cap. 14. q. 4. ubi Ambr. lib. de bono mortis cap. 12. si quis vsuram acceperit rapinam facit, vita non viuet.

Respon. dicendum, quòd accipere pecuniam pro re numerata, est peccatum mortale, omne. n. quod est contra præceptum legis diuinæ est peccatũ mortale: sed dare ad vsuram est contra præceptum legis diuinæ; dicitur enim Exod. 22. si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nõ vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes, facit c. quia in omnibus, de vsuris, vbi Alex. 3. Papa dicit, quòd crimen vsurarum vtriusque testamenti pagina condemnatur; ergo dare pecuniam mutuo ad vsuram, est peccatum. Secundo, probatur sic, sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito; vt dicit philosophus, sed nõ dare pecuniam ad vsurã ducit hominem ad vitam; dicitur n. Exod. 18. qui vsuram non accipit vitam viuet, & in psal. 14. qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, hic accipiet beneditionem à domino; ergo accipere ad vsuram deducit ad mortem; & aufert diuinum benedictionem; ergo est peccatum mortale. Tertio, probatur sic, quod est contra ius naturale, est peccatum mortale, sed huiusmodi est vsura; ergo est peccatum mortale, minor probatur; quia maior per se; cõtra æquitatem. n. iuris naturalis est, quod pro æquali exigatur, plusquam æquale, sed recipiens ex mutuo plusquam mutuauerit plus recipit, quàm debuerit; ergo. &c. maior patet; quia nulla res ualet plus, quam se ipsam minor patet de se.

Ad primum resp. negando consequentiam, quia ibi vsura metaphorice dicitur pro super excrescentia bonorum spiritualium, quam exigit dominus volens, vt in bonis acceptis ab eo proficiamus, quòd est ad vtilitatem nostram: nam ex eius metaphoricis locutionibus nõ potest propria argumentatio trahi.

Ad secundum resp. negando minorem; dicimus enim, quòd accipere vsuram ab extraneis, non fuit concessum Iudæis, quasi licitũ, sed permissum, vt. s. per hoc non punirentur pœna temporali, cuius quidem permissionis ratio fuit, ad maius malum euitãdum, ne. s. à iudæis Deum colentibus vsuras acciperent, propter auaritiam, cui dediti erant; vt habetur Esaia 56. sed postmodum per prophetas admoniti sunt, vt taliter ab vsuris abstinerent; vt d. Psal. 14. vbi clare dicit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & Esech. 18. qui vsuram non acceperit.

Ad tertium respon. negando minorem, & ad illud Deut. 28. respon. quòd fenerare quandoque accipitur pro mutuare, vt patet Eccl. 29. vbi dicitur multi vero, causa nequitiæ non fœnerari sunt, id est, non mutuauerunt, mutuare aũt pertinet ad eum, qui super abundat; & ideo, quòd dicitur fœneraberis, intelligitur, id est, mutuabis; vt per hoc detur intelligi, quòd tantum affluerent in temporalibus bonis quòd ipsi alij possent mutuare, & à nullo mutuum indigerent recipere.

Ad quartum respon. negando minorem; quia licet dare mutuum, semper ponatur inter consilia, cũ ad hoc homo non semper teneat; nihilominus, quòd detur sine spe lucri, hoc est præceptum.

Ad quintum respon. negando consequentiam, & ratio est, quia non est simile de pecunia, & alijs rebus. s. domo, aut agro, quia in mutuo pecuniæ trãsfertur eius dominium; ideo. n. dicitur mutuum, eo quòd de meo tuum fiat; ideo non tenetur recipiens eandem illam numero reddere, sed illi consimile; in mutuatione vero domus, vel equi, dominiũ non transfertur; ideo proprie non dicitur mutuum. Alia ratio est, quia pecunia, dum in vsu vertitur, non consumitur, nec deterioratur; Non sic autem de alijs rebus, quæ secundum, quòd magis, & diutius, sunt in vsu, magis tendunt ad defectum.

Tertia

de se, per se ipsam non fructificat fructus, sed venit aliunde; non est autem sic circa res alias, quæ de se ipsis afferunt fructum, & vtilitatem; & ideo non est simile, S. Bonau. in 3. sent. Dist. 36.

Ad textum resp. negando assumptum; licet tamē ille, qui mutuare non tenetur, recompensationem possit accipere eius, quòd fecit; non tamen amplius exigere potest.

Recompensatur autem secundum æqualitatem iustitiæ, si tantundem reddatur, quantum mutuauit; vnde si amplius exigat pro vsu rei, quæ alium vsum non habet, nisi consumptionem substantiæ, exigit pretium eius, quòd non est, & ita iniusta exactio est.

Ad septimum respon. negando consequentiam; quia non est simile; nam vsus principalis vasorum argenteorum, non est ipsorum consumptio; & ideo vsus eorum potest vendi licite, seruato dominio rei; vsus autem principalis pecuniæ argenteæ, est distractio pecuniæ in commutationes; vnde non licet eius vsum vendere, cum hoc, quòd aliquis velit eius restitutionem, quòd in mutuo dedit. sciendum tamē; quòd secundarius vasorum vsus argenteorum, posset esse commutatio, & talem vsum eorum non licet vendere; & similiter aliquis alius vsus pecuniæ argénteæ potest esse, vt puta si quis concederet pecuniam signatam in sacculo ad ostentationem, vel ad ponendum loco pignorum, & talem vsum pecuniæ potest homo licitè vendere; quia ibi non est contractus mutui; sed magis locatio, etiam conducti.

Ad octauum respon. negando minorem, non .n. qui dat pecuniam suam vsurario, dat simpliciter voluntarius, sed cum quadam necessitate, in quantum indiget pecuniam accipere mutuo; quoniam ille, qui habet non vult sine vsura mutuare.

Ad nonum respon. negando consequentiam; nā occidere, sicut, & mutuare bene, & male fieri potest; occidere tamen innocentem importat determinationem mali, & hoc nunquam bene fieri potest, sicut nec dare mutuum ad vsuram; secundo respon, quòd non est simile de homicidio, & de vsura, quia licet occidere sit malum in se, non tamen est malum secundum se; sed dare ad vsuram malum est in se, & secundum se.

Ad decimum respon. quòd quando obligatio est licita, licitè potest exigi ab homine qui se obligauit; sed ipsa obligatio vsurarum est contra iustitiam; & ideo non potest vsurarius aliquid exigere de eo, ad quòd alius se obligauit.

ARTIC. II.

Vtrum licitum sit vsuras accipere ab hostibus.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic per cap. fin. 14. q. 4. vbi Ambr. 5. lib. de Tobia cap. 15. dicit ab illo vsuram exige, cui merito nocere desideras; cui iure inferuntur arma, huic legitimè indicantur vsuræ, quę bello vincere facile non potes &c.

2 Præterea, habetur Deute. 23. Non fœnerabetis cum fratri tuo pecuniam, nec fruges, nec aliam rem, sed alieno.

3 Præterea, facit ratio, quia cui licet rapere bona, ipsi quoq. vsuras exigere, sed ab hostibus auferūtur bona, immo etiam uita; ergo licitum erit vsuras exigere; quòd ita arg. Ambr. d. loco dicens ab hoc vsuram exige, quem non sit crimen occidere, sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat; sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici; ergo vbi ius belli, ibi etiam ius vsuræ.

Sed contra; quia omni iure simpliciter, & absolutè prohibetur vsura; ergo nec etiam ab inimicis exi. poterit.

Resp. dicendum, quòd cum vsurarum crimen vtriusq. testā. pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus; dicit Alex. 3. in cap. super eo. de vsuris, item cum sit contra æquitatem naturalem, non est dispensabilis, cum apud omnes, & cum omnibus sit seruanda Distinctio. 13. per totam.

Ad primum respo. exponendo primo illum textū negatiue, sic, cui nocet, idest cui nocere debes desiderare, sic à nullo debes exigere vsuras, vt totum intelligatur negatiuè; secundo resp. quòd loquitur secundum tempora antiqua, quando permissum erat iudæis accipere vsuras ab alienigenis. Deut. 23. vt dicam modo in resp. ad secundum. Tertio, Respon. quòd Ambrosius debet intelligi, non de vsura propriè accepta, sed vsuram dicit aliquam immoderatā exactionem, quam hosti imponere possumus, vt affligatur & opprimatur; & hoc innuit litera, cum dicit, qui fuerit vsurarius exactor inimici.

Ad secundum resp. quòd illa non fuit concessio, vt est rei licitę, sed fuit permissio ad euitandum maius malum, ne .s. à Iudæis Deum colentibus vsuras acciperent propter auaritiam, cui dediti erant; vel illa acceptio vsuræ à gentibus, inter quas habitabant iudæi, non fuit propriæ vsuræ acceptio; sed potius rei suæ recuperatio; quia illa tota terra erat iudæis data à Domino, & iniustè possidebatur à gentilibus, & ideo permissio diuina fuit in eo casu, in quo Ambrosius loquitur.

Ad tertium. Respon. negando assumptum; Non tamen est simile; furtum .n. & rapina potest fieri ab hostibus, authoritate Principis: sed vsura nunquam inuenitur in tali casu præcipi, vel permitti à Principe; sed illa sic. c. Dominus 24 q. 2.

QVÆST. V.

Quod vero eleemosinæ non sint faciendæ ex fœnore, vel vsuris, nec ex quolibet male acquisito &c.

Pro intelligentia huius q. videndum erit primo.

ARTIC. I.

vtrum de vsuris, eleemosina fieri possit?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic primo cap. 16. facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vbi dicit gl. iniquitas bene dispensata in iustitiam vertitur; sed pecunia acquisita ex vsuris, dicitur pecunia iniquitatis, vt dictum est

ctum est in præceden. quæst. ergo de ea fieri potest eleemosina.

2 Præterea, si detur casus, quòd aliquis non habeat nisi ex vsura acquisitum, & occurrat vnus pauper in extrema necessitate positus, tenebitur ei facere eleemósinam; ergo de vsuris fieri potest eleemosina.

Sed contra facit. c. 1. 14. q. 5. vbi Augu. in sermone 35. de verbo Domini dicit; Nolite velle eleemosinas facere de fœnore, & vsuris, & eccl. 34. Immolans ex iniquo, oblatio est immaculata; & infra, dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificio rum eorum propitiabitur peccatis, &c.

Resp. distinguendo, aut vsuræ sunt certæ, aut in certæ. si certæ, tripliciter, vno modo, quoad contractum adeo, vt certo sciat contractum fuisse vsurarium; secundo modo si fuit certus quo ad quantitatem, vt quia certo sciat se habere centum aureos ex vxuris: Tertio, vero fuerit certus quoad personas, vt quia sciat à quibus personis fuerint extractæ vsuræ; si sunt vsuræ certæ quoad omnia hæc tria, tunc talis fit conclusio; quòd de vsuris non possit fieri eleemosina per illos, quorum non sunt bona; quia eleemosinæ debent fieri de suo, & non de alieno; quia hoc esset rapere, & non dare; vnde prouerb. 12. Honora dominum de substantia tua, quasi diceret, non de aliena. & Esaia 64. frange esurienti panem tuum: si autem vsuræ sunt incertæ, quia omnino ignoratur, quòd contractus fuerit vsurarius, facta debita diligentia, talis per inuincibilem ignorantiam excusabitur, & poterit de illis bonis, vt suis facere eleemosinas; quia credit ea sua esse, & licitè acquisita, nec contrarium apparet, & de vno quoq. præsumendum est bonum, vbi contrarium non apparet; si vero vsuræ sunt incertæ, quo ad quantitatem & hæres cum omni diligentia qua poterit perquisierit, & non potuit habere certitudinem, ex certa quantitate, & constaret sibi, quòd vsurarius, qui ei bona reliquerat exercebat vsuras, tunc tutius esset, quòd bona sibi obuenta poneret in manu Episcopi pauperibus eroganda, præter illa, quæ constaret non per vsuram acquisita inter quos pauperes hæres computari deberet, si non haberet alia: si autem ũsuræ essent incertæ, quoad personas ita, quòd non possent reperiri, facta debita diligentia, à qua persona sint extortæ vsuræ; tunc est tertia conclusio; quòd vsuræ sunt per Episcopum patrem pauperum in pios vsus, & pauperum eleemosinas conuertendæ, vt quæ per impietatem crudeliter sunt extortæ, propter incertitudinem, transeant in opera pietatis, & pauperum substentationem; quarta fit conclusio, quòd de vsuris possunt fieri eleemosinæ, dum tamen non fiat vsurarius impotens ad restitutionem æquiualentis, & proponat restituere; cum ergo dicitur, quòd de vsuris non possit fieri eleemosina, intellige de vsuris certis, quæ quia restitutioni subiacent, de eis eleemosinæ non sunt faciendæ; vnde non absoluitur à debito restituendi, ratione collationis eleemosinæ.

Ad primum respon. ibi de mammona iniquitatis intellige. i. de pecunia, quæ vt in pluribus ex iniquitate acquiritur vel inique retinetur cum non distribuitur cui, quando, & quantum oportet, vel inique distribuitur cum in prauos vsus expenditur; seu dicas facite vobis amicos de mammona iniquitatis. i. restituite illis pecuniam, quàm iniuste habuistis, & ipsi fient amici uestri, & orabunt pro vobis.

Ad secundum respon. Quòd si euenerit casus debet ille, qui restituere habet significare ei, cui restitutio fieri debet, & det sibi licentiam distribuendi, quàm si negauerit, & pauper erit in extrema necessitate poterit ei succurrere, nec tenetur pro ea rata, quàm dedit pauperi restituere, quia eo casu omnia efficiuntur communia, & hoc nisi ille cui tenebatur restituere fuisset in eadem necessitate constitutus; nã tunc creditori prius succurrendum est.

ARTIC. II.

Vtrum de rebus alienis inuito Domino contractis fieri possit eleemosina?

1 AD secũdũ videtur dicendũ, quòd sic, primo facit Parali. vlt. tua sũt omnia, & quæ de manu tua accepimus damus tibi, sed nulli fit præiudiciũ dãdo vero Domino, quę sua sũt, sed quæ dãt paupibus Domino dãt Mat. 15. quòd vni ex minimis meis fecistis &c. ergo à quocunq. dẽtur eleemosinæ quocũq. modo acquisitæ dantur vero Domino; ergo de iniustis acquisitis potest fieri eleemosina.

2 Præterea licet committere furtum, vt fiat eleemosina, quia licet furari, vt in casu quis se ipsum substẽtet, ergo similiter licebit vt proximum substentet quem tenetur diligere sicut se ipsum.

3 Præterea omnia lege naturali sunt communia ad vtilitatem hominum ordinata, sed vnicuiq. licet vti lege naturali quantum ad ea respectu quorum sunt ordinata, ergo licet facere eleemosinam de quacunq. re cuiuscunq. sit.

Sed cõtra facit c. Immolans 34. q. 5. supra in prox. præc. art. adductus.

Respon. dicendum, quòd ex male acquisitis vbi non transfertur dominium non potest fieri eleemosina: quia cum sit res aliena illam restituere tenetur, similiter de male acquisitis vbi iniustè transfertur dominium, sed tamen competit repetitio non potest fieri eleemosina eadem ratione, in rebus aũt iniuste acquisitis, in quibus transfertur dominium, & tamen non competit repetitio propter turpitudinem sceleris ex parte dãtis, sicut in simonia accidit, tunc est cõclusio, quòd de tali re, cũ retineri non possit, debeat fieri eleemosina.

Ad primum Respond. negando consequentiam, quia licet sit verũ, quòd omnia sint Domini, tanq. principalis; Domini .n. est terra & plenitudo eius, tamen quòd datur pauperibus nõ datur Domino secundum veritatem, sed potius secundum reputationem: quòd autem datur pauperibus ex male acquisitis non acceptat Dominus sibi dari; sed potius iniuriam inferri.

Ad secundum Respon. quòd ratiò non procedit, quia in necessitate omnia sunt communia.

Ad tertium Resp. negando consequentiam, quia licet secundum statum naturæ integræ omnia essent communia, secundum vero statum naturæ lapsæ nõ

H conuenit

conuenit omnia esse communia; hoc exigente necessitate propter hominum infirmitatem, & naturæ debilitatem.

ARTIC. III.

vtrum pietatis causa vt pauperibus eleemosina dentur quis licitè à diuitibus auaris aliquid accipere possit?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic, primo facit Iob. 39. conterebam malos iniquos, & de dentibus eorum auferebã prædam.

2 Preterea facit ca. pasce. 86. Distin. vbi Ambrosius pasce fame morientem si non paueris occidisti; ergo tenetur pascere, & si non habet de suo tenetur de alieno.

3 Præterea arbor bona non potest malos fructus facere, cum ergo voluntas & intentio recipiendi aliquid ab aliquo pro vita proximi conseruanda est bona, ergo & opus erit bonum.

Sed contra dicitur in cap. 5. 14. q 5. vbi Aug. lib. 50. Homil. 7. dicit forte aliquis secum cogitat & dicit multi sunt christiani diuites, auari, cupidi, non habebo peccatum si suum illis abstulero, & pauperibus dedero; vnde. n. illi nihil boni agunt mercedem habere potero, si ego eleemosinas dedero etiam in habere pateat vnusquisq. animæ suæ; quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur; nam & si rorum tribuit pauperibus, quòd abstulerit addit potuis peccata, quam minuat.

Respon. dicendum quòd in casu extremæ necessitatis, quæ non est releuabilis alio modo quam aliena rapiendo, licitum est de alienis rapere, & subuenire indigenti, non tamen extra istum casum.

Ad primum Respon. quòd ibi loquitur de Iudicibus quorum interest vt fures puniantur, & furta restitui faciant.

Ad secundum Respon. quòd ibi loquitur de necessitate quæ releuari non possit, nisi furando.

Ad tertium Resp. quòd intentio tunc dicitur bona in isto in casu quando occurrit vrgens necessitas, quę releuari non possit, nisi daretur de re aliena.

QVÆST. VI.

Quòd vero pænitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur.

Pro declaratione huius quæstio videndum erit vnum &c.

ARTIC. I.

vtrum restitutio omnium ablatorum sit de necessitate salutis?

1 AD hoc videtur dicẽdum, quòd non, primo quia nullus tenetur ad impossibile, sed restitutio rei ablatæ siue animę, siue corporis, siue bonorum fortunæ est sępe impossibilis, ergo non semper est facienda restitutio.

2 Præterea committere peccatum non est de necessitate salutis, vt patet, sed quandoq. illud quòd aufertur non potest restitui sine peccato, putà cum famam alicui abstulit, verum dicendo, ergo restituere non est de necessitate salutis

3 Præterea qui impedit aliquem ab aliquo bono cõsequendo videtur auferre, sed qui impedit aliquem ne consequatur præbendam, vel huiusmodi non videtur quòd teneatur restituere: quia quandoqua hoc hoc non posset.

4 Præterea contingit quandoque, quòd ignoratur cui ablatum sit restituendum, & tali casu videtur excusari.

Sed contra facit c. 1. 14. q. 6. vbi Aug ad Maced. epist. 54. dicit si res aliena propter quam peccatum est cum reddi possit non redditur, non agitur pænitentia, sed fingitur, si autem veraciter agitur non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2.

Respo. dicendum, quòd sicut auferre alienum est peccatum mortale, & contra præceptum non furtũ facies, ita est restituere alienum: præterea restitutio est actus commutatiuæ Iustitię quę in quadam aqualitate consistit & ideo restitutio importat redditionem illius rei, quę iniustè ablata est, sic. n. per iteratam eius exhibitionem æqualitas reparatur, cum ergo seruare iustitiam sit de necessitate salutis, consequens est, quòd restituere iniustè ablata sit de necessitate salutis; Dicas igitur, quòd ablatum potest esse in quadruplici differentia, secundum quòd damnum quòd infertur proximo quadrifarium est, quia vel est damnum in bonis animæ, scilicet in virtutibus Theologicis, vel moralibus, secundo potest esse in bonis famæ vel honoris, Tertio in bonis corporis, Quarto in bonis fortunæ; ideo de quadruplici restitutione restat dicendum, Circa damnum in bonis spiritualibus idest animæ contingit causari dupliciter, vno modo directè, & hoc modo nullus potest damnificare in virtutibus infusis, vel acquisitis, quæ non admittuntur, nisi per peccatum mortale, seu per actus vitiosos, qui directè pendent à propria voluntate, ideo dicitur peccatum voluntarium, secundo modo in his potest damnificari indirectè prout quis potest esse causa seu occasio peccandi secundũ quòd dicitur, qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur cap. fin. de iniur. & damno dato, quod contingit quadrupliciter, primo modo verbo alium ad peccatum inducendo, secundo à meliori bono retrahendo, tertio cum malo exemplo scandalizando, Quarto seductione virginem deflorando; quantum ad primum inducit quis alium ad peccandum verbo suadendo, consulendo, & præcipiendo, quòd est mortale, & per hoc dicitur si fratri tuo male persuades occidisti c. noli de pænit. Distin. 1. & de tali sic damnificato est prima conclusio, quòd tenetur modo possibili sibi restituere damnum, quia ista damnificatio est prior quàm damnificatio in bonis fortunæ, vnde si in illis cadit restitutio, multo magis in istis, quæ restitutio fit inducendo ipsum ad pænitentiam, & ad actus virtuosos, & si sola sua inductio non sufficit, quia facilius est hominem peruertere, quàm conuertere tenetur per aliorum suasiones efficaces, dum tamen illius

men illis non prodeat peccatum occultum prędicti, cui etiá per orationes ipsum prouidere potest; Quátum ad secundum, scilicet reuocando ipsum à melio ri bono facit homo damnum reuocando à religione in quà perfectius viueret, quàm in seculo, & de tali hoc modo damnificato est conclusio, quò talis tenetur ipsum reuocare, & reducere ad ingressum religionis, quòd si fecit animo damnificandi religioni tenetur resarcire damnum arbitrio boni viri. Quantum ad tertium de damnificando alios malo exemplo, & præcipue quando aliquis hoc intendit, vel damnificare scandalizando nõ desinit propter quod alij ruunt in diuersa vita, de talibus est conclusio, quod tales tenentur ad satisfactionem bonis exemplis manifestis alios ędificando, sicut scandalizarunt malis: operibus suis. Quantum ad quartum modum damnificandi, scilicet seducendo virginem eamque deflorando, restituendum esse damnũ datum eo modo quo fieri potest, de quo legitur Exod. 22. qui seducit virginem & dormit cum ea dotabit eam vxorem, aut reddat illi iuxta morem dotis, quam virgines solent accipere damnificat .n. illam in castitate virginali auferendo ei illicitè thesaurum virginale irrecuperabile: vnde tenetur ei saltem ad restitutionem castitatis coniugalis accipiendo eam in vxorem, vel dotando cap. 1. de adult. cap. 1. & seq. de in iur. & damno dato. Quantum ad secundum articulum, vbi videndum est quomodo damnificans famam & honorẽ debeat satisfacere: pro quo sit ista cõclusio, quod damnificans alium in bono famæ & honoris tenetur ad restitutionem, quia prou. 20. dicitur melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ, cum ergo magis lædat proximum in istis magis tenetur restituere, verum difficultas consistit in modo restituendi, ideo dicas, quòd quatuor modis potest cõtingere vnum hominem alium lædere, aut damnificare in fama, aut honore, vno modo per contumeliationem, secundo per detractionem, tertio per detractionis publicationem, quarto per accusationem iniunctam ex parte ipsius acusantis, vel iustam cum quis accusatur iuste, & negat delictum suum ostendens accusatorem esse mendacem; Quantum ad primum dicitur quis alteri cõtumeliam inferre cum publice, vel priuatim in facie quis dicit alteri verba importantia defectum honoris, seu culpæ vocando eum latronẽ & simila, seu verba importantia defectum naturæ, vt si appellet eum fatuum, illegitimum, & huiusmodi, quòd tamen magis dicitur conuitium, & hoc fit animo iniuriandi, & tũc vltra offensam Dei quæ est mortale peccatũ tenetur satisfacere læso; & placare eum petendo veniam vel alio modo, & hoc in priuato seu publico secundum quòd ipse contumeliã intulit, & si in contumelijs aliquid falsum criminale expressit, tenetur coram illis, qui audierant dicere se falsum dixisse, quòd tamen non tenetur facere superior cum subditis, quando non animo iniuriandi, sed corrigendi tantum verba protulit, ne dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur authoritas cap. quoniam. Dist. 86. si vero fecerit animo iniuriandi, non debet superior petere veniam a subdito; sed debet eum amicabiliter tractare, adeo vt videtur remissa iniuria, & sibi conciliatum fuisse. Quantum ad secundum modum damnificãdi alterum in fama .s. per detractionem est notandum, quòd hoc contingit dupliciter, primo modo imponendo alicui falso aliquòd crimen verbo contumelioso vel falso libello, & de tali ponitur conclusio, quòd tenetur talis corã illis, corã quib. detraxit alteri dicere se falsũ dixisse quantuncunq. inde exurgat erubescentia, & cõfusio nisi ex hoc sibi immineret magnum periculum vitæ, & si nouerit is, cui detraxit talem sibi factã infamationem per eum tenetur componere cum infamato de iniuria, & nihilominus veniam petere in propria persona; si audet vel per alium, sed si ignorat infamatus detrahentem reconcilietur, detrahens ei per alium tacito nomine suo; secundo modo cũ aliquid criminale infamiæ inductiuum coram alijs, quòd uerum est, sed occultum seu modo iniusto contra debitum ordinem dixerit de tali est conclusio, quòd talis tenetur restituere famam, quantum potest sine mendacio tamen, vt quòd dicat se male dixisse, vel iniustè eum diffamasse, vel aliquo alio modo, videlicet non credatis illud, quia falso dixi, & hoc est faciendum, nisi ex tali publica recognitione infamatus ille amplius infamaretur, vel nisi post detractionem crimen alio modo fuerit factum publicum, si vero hanc famam restituere non posset, debet illum in alijs quantum potest recompensare c. quidam. 1. q. 1. & res. 9. q. 6. Quantum ad tertium modum dãnificandi famam alterius .s. recitando detractiones auditas coram alijs non ex se asserendo, nec tanquã certum dicendo, sed quòd audiuit tale crimen de aliquo quod nescitur est cõclusio, quod si hoc fiat mala intentione .s. lædendi famam illius non facile excusari potest à mortali, si autem fiat coram pusillis & leuibus hominibus, vel ex inconsideratione durum esset dicere, quòd sit mortale, dicitur autem aliqui, quòd si quis ex tali reuelationę notam infamiæ incurrisset, tenetur illi famam restituere apud illos coram quibus locutus est de eo, sed si non sęcuta est infamia non tenetur; quantum ad quartum modum damnificandi in fama qui contingit cum quis iniuste accusatur in iudicio, & de hoc dictum est supra, si vero iustè accusetur, sed crimen non potest probari, licet verum, quia occultum, negans imponit indirecte crimen accusatoris ostendens eum esse mendacem, ipsum q. notat de calumnia, & tunc isto casu sit conclusio, quòd ille sic negans non tenetur retractare negationem suam, quia negauit crimen in publico, veruntamen tenetur per quędam verba sobria restituere illi accusanti famam, quem indirectè notauit de calumnia .s. dicentis non habentis eum pro calumniatore, credo quod habeat bonam intentionem in accusando, & huiusmodi: nota tamen, quod restitutio famæ debet fieri cum primum oportunitas se offert, quia quando magis differtur, tãto magis damnificatus proximus. Quantum ad tertium articulum de damnificatione, quæ fit in bonis corporis per læsiones, notandum est, quòd quatuor modis fieri contingit, primo per occisionem, secũdo per membrorum mutilationem; Tertio per vulnerationem, seu percussionem, Quarto per retentionem. Circa hunc articulum est ista conclusio, quòd de hoc damno est necessario restitutio facienda qualis possibilis est,

nam si in læsione periodis datur restitutio Domino quanto magis in læsione hominis, circa uero modũ uidendum est si n. contingat damnum dari per occisionem datur triplex modus satisfaciendi, primo ut sustineat pœnam statutam, & hanc a iudice non à se ipso, nec tenetur se iudici præsentare, uel offerre ad hoc, sed captus tenetur confiteri si habet contra se sufficientes probationes, aliàs non & condemnatus patienter ferre pœnam mortis uel alterius, secundus modus satisfaciendi, ut exponat uitam suam in causa iusti belli quamuis ad hoc ipse non teneatur, quod si hoc facere recusat est tertius modus. s. in spiritualibus bonis pro anima occisi opera bona facere. Item tenetur interfector ad substentationem proximorum occisi à quo alebantur & succurrebantur. Si uero secundo modo damnificauerit aliquem in corpore, scilicet per mutilationem membri, debet ei compensare uel in pecunia, uel in aliquo honore considerata conditione utriusque secundum arbitrium boni uiri, & propter hoc tenetur ad expensas factas in curatione c. 1. de iniur. & damno dato & tenetur ad placationem læsi in quantum potest considerato etiam damno habito ex ipsa mutilatione, vt scilicet sustentabat se, puta si amputata fuisset ei vna manus, qua scribendo lucrabatur, tunc enim magis teneretur, quam ex alia mutilatione; Quantum ad satisfactionem faciendam, circa tertium modum damnificationis corporalis, scilicet uel peruulnerationem, uel percussionem satis lex uidetur modum posuisse Exod. 21. ubi dicitur si rixati fuerint uiri & percusserit alter proximum lapide uel pugno, & ille mortuũ non fuerit, sed iacuerit in lecto si surrexerit & ambulauerit uadens super brachium suũ innocens erit. qui percusserit, scilicet à mortis pœna sustinenda; ita tamen ut operas eius, quas scilicet neglexit & expensas eius in medicos restituat. Quantum ad satisfactionem faciendam damnificationis corporalis, scilicet per detentionem est conclusio, quod ultra reconciliationem, & ueniam petitam lædentis à læso fiat satisfactio iniurio, prout à sapiente determinabitur, & non ultra.

Ad quartum art. s. de damnificatione facta in bonis fortunæ quomodo restitutio fiat quando & quãtum, uide quæ dixi in summa per capit. p. 1. tit. 6. q. 131. & seq. & P. 2. tit. 8. q. 40. ubi habetur declarata reg. peccatum. de reg. iu. in 6. cum sexaginta octo ampliationibus. & suis limit.

CAVSA XVII.

Quidam sacerdos in crimen carnis lapsus.

1 Quæritur autem, An ea quæ mente alienate fiunt sint imputanda?
2 Secundo, An pro impensis pattociniis liceat clericis munera exigere?
3 Tertiò, An ex mulieris confessione aliquis sit condemnatus?
4 Quarto, An die Dominico eius causa sit uentilanda?
5 Quinto, An sibi neganti purgatio sit deferenda?
6 Sexto, An confessio cruciatibus sit extorquenda?
7 Septimo, An absque synodali audientia episcopus ualeat. Sacerdotem damnare?
8 Octauo, si sponte confessus aut ab alijs conuictus fuerit quod ante ordinationem peccauerit, An suscepti ordinis officium exequi sibi liceat?

QVAESTIO. I.

Quod autem ea quæ alienata mente fiunt non sint imputanda, facile uidetur posse probari?

Pro maiori declaratione huius q. primo uidendum erit.

ARTIC. I.

Vtrum omne peccatum sit uoluntarium.

1 AD primum uidetur dicendum, quòd non, ut patet in 15. q. 1. in princ.

2 Præterea quòd est ignoratum nõ potest esse uoluntarium, quia uoluntas præsupponit cognitionem, sed quædam per ignorantiam peccantur, ut dicitur in d. loco ex mente Aug. dicentis li. 1. retract. c. 15. nullum tamen eorum in sua perfidia perseuerantem hæc ignorantia excusat.

3 Præterea nihil quòd est cõtra uoluntatem dicitur esse uoluntarium, sed primi motus sunt contra uoluntatem, quòd patet ad Rom. 7. quòd. n. nolo malum hoc ago quod de primis motibus exponitur, ergo cum primus motus est peccatũ, uidetur quòd nõ omne peccatum sit voluntarium.

Sed contra dicitur in 15. q. 1. in principio vbi Aug. de vera religione c. 14. dicens usq. adeo peccatũ voluntarium malum est, vt nullo modo peccatum sit si non sit voluntarium. Præterea nihil prohibetur nisi quòd est in potestate eius, cui sit prohibitio, sed peccatum omne prohibetur, ergo omne peccatum est in potestate peccantis, sed nihil est in potestate hominis, nisi quòd sit eius voluntarium, ergo omne pecatum est voluntarium.

Resp. dicendum quòd omne peccatum secundũ quòd habet rationem culpę nõ potest esse, nisi in eo quòd in potestate alicuius consistit, quia ex illo defectu, quòd in potestate hominis consistit, homo culpatus & vituperatur non autem ex eo quòd in potestate eius non fuit vt si cæcus nascatur: nam talis defectus magis ad misericordiam prouocat, quá ad vindictam, & quia potentia secundũ quàm nostrarũ actionũ domini sumus est volnntas, inde est quòd omne quòd in nostra potestate constitutũ est voluntarium dicitur, ergo necesse est dicere, quòd omne peccatũ secundum quòd peccatum & culpa idem sunt, sit voluntarium. secunda conclusio. sit, quòd peccatum secundum quòd generaliter accipitur pro quocumque defectu, siue prout pæna dicitur peccatũ non semper est voluntarium, nam peccat uenialia sunt in nobis ex repugnantia sensualitatis ad rationem, & etiam ex surreptione sicut sunt primi motus, sed velimus, nolimus est in nobis repugnantia sensualitatis, & multi etiam motus inordinati ex surreptione insurgunt, si ergo voluntas non potest sensualitatem domare, &c.

mare,& quod est ex surreptione præuenit volũtatẽ. videt ꝙ ad minus peccata venialia,quæ sũt primi motus nõ sũt volũtaria.Præterea notãdũ est,ꝙ volũtariũ aliquod dici potest tripliciter,aut volũtate aliena,aut voluntate propria,aut partĩ aliena, & partim propria & secundũ hoc triplex voluntariũ triplex est differẽtia peccati:peccatũ nãq.originale est voluntariũ non voluntate eius in quo est,sed voluntate eius à quo est s.Adæ.Adam.n.voluntaria transgressioue corrupit se & totã posteritatem, voluntariũ antẽ proprie est peccatum actuale mortale, hoc.n.genere peccati nullus peccat,nisi consentiens,voluntariũ autẽ medio modo .s.partim voluntate propria, partim voluntate aliena est peccatũ veniale,illud maxime quid iusurgit ex repugnantia carnis ad spiritum, vel corruptionis viriũ animæ:hoc inquam peccatum, quia partim est voluntate aliena,partim voluntate propria, ideoquodãmodo tenet rationem pęnę, & quodammodo rationem culpæ:voluntarium dicitur per comparationẽ ad voluntatem Adæ; quia Adam ex deliberatione voluit, vnde, & corruptio subsequuta est, ex qua oriuntur in nobis motus inordinati, qui dicuntur esse peccata venialia,voluntarium tamen propria volũtate peccantis nõ est omne peccatum veniale simpliciter,sed secundum quid.Illud.n. est voluntarium simpliciter qđ est à volũtate præãbula,& mouẽte, illud autẽ qđ oritur voluntate concomitãte, & nõ prohibente,vel præcauẽte,dummodo possit prohibere vel præcauere dicit quodãmodo voluntarium,vel interpretatiuè pro eo quod talis inordinatio voluntati imputatur, & hoc modo saltem omne peccatum veniale dicitur voluntarium,quia nemo peccat venialiter,nisi habeat voluntatis vsum. Nemo etiã venialiter peccat in eo, quod nullo modo potest prohibere, nec etiã potuit præcauere; venialia.n.peccata, & si omnia nõ possint præcaueri, & prohiberi, nullũ tamen est singulariter peccatum,quod non possit prohiberi, vel quod saltẽ nõ potuerit præcaueri,cõcedẽdæ sunt ergo rationes quod omne peccatum actuale est voluntarium, nam mortale simpliciter est tale,veniale autẽ,vel est voluntarium simplicer, sicut illud; quod fit ex deliberatione; vt mendacium iocosum, vel secundum quid,siue quodammodo,sicut illud, quod fit ex surreptione, sicut sunt primi motus.

Ad primum Respon. quòd ibi Aug. loquitur de peccato prout est pœna;de quo dicitur in seq.art.

Ad secundum Respon. quòd quando per ignorantiam peccatur,illud quod est peccatum non est omnino ignoratum, sed secundum quid?quia noscitur de illo actu,quod malus sit, & secundum hoc, quod est esse malum,non est ratio volendi,& ideo talis ignorãtia voluntarium non tollit. Præterea ipsa ignorantia quodammodo voluntaria est, quia ignorat ea,quæ quis scire tenetur, & potest, si autem scire non possit voluntarie quidem faceret actum, sed inuoluntariè peccaret, & talis ignorantia inuincibilis, quoniã si vitare non posset peccatum,excusaret.

Ad tertiũ Res.quod ĩter peccata actualia minimũ de ratione peccati habet primus motus,& ideò minimũ habet de ratione volũtarii,hoc tamẽ .s. quod volũtas pręueniẽdo eũ impedire põt in particulari,quãuis nõ possit omnis vniuersaliter impedire.Itaꝗ nullus surgat,& si aliquo modo est in volũtate potestatis

ARTIC. II.

Vtrum peccatum possit esse pęna peccati?

1 AD secundum videtur dicẽdũ,quòd nõ quia, omnis pęna ordinata est à Deo,sed nulla culpa ordinẽ habet,ergo nec à Deo,maior probatur iuxta illud, Nullum malum est,quod nõ faciat Dominus in ciuitate, & loquitur de malo pęnę, minor patet ex se.

2 Præterea causa, & effectus non incidunt in idem, sed culpa est causa pęnę, ergo non possunt esse idem culpa,& pęna.

3 Præterea pęna ordinatur contra culpam,vt medicina eius,pęnę.n. medicinæ quædã sunt, sed peccatum peccato medicina non est,quia præcedens peccatum persequens non curat, sed magis sequens in peccatũ inclinat, ergo peccatum non est pęna peccati.

Sed contra facit 15.q.1. quod dicitur in principio ibi, siue ergo penes voluntatem, siue penes infirmitatem peccata consistant semper imputãt ad pænam.

Res.dicẽdũ,quòd de peccato dupliciter loqui possumus per se,& p accidẽs,per se quidẽ peccatũ nullo modo potest esse pęna peccati,peccatũ.n.p se cõsideratur secũdũ,qđ egreditur à volũtate,sic.n.habet rationẽ culpæ.De ratione autẽ pęnę est, ꝙ sit cõtra volũtatẽ;vnde manifestũ est,quod nullo modo p se loquendo peccatũ põt esse pęna peccati,p accidẽs autẽ põt esse peccatum pęna peccati tripliciter, primo quidẽ ex parte causæ,quæ est remotio prohibẽtis sunt.n.causę inclinãtes ad peccatũ passiones,tentatio diaboli,& alia huiusmodi,quæ quidẽ causæ impediũt p auxilium diuinæ gratiæ, quæ subtrahitur p peccatũ; vnde cũ ipsa subtractio sit quædã pęna à Deo,sequitur,ꝙ p accidẽs etiã peccatũ ex hoc pęna dicatur; vnde ad Rom. ppter qđ tradidit Deus in desideria cordis eorũ, quę sũt animæ passiones,quia.s. deserti homines auxilio diuinę gratiæ vincũtur à passionib. & hoc modo sẽp peccatũ dicitur esse pęna pręcedẽtis peccati;Alio modo ex parte substãtię actus,quæ afflictionẽ inducit,siuè sit actus,iterior,vt patet cũ aliqui graui dolore opprimuntur,vt expleãt actũ peccati secũdũ illud Sap. 5 laxati sumus in via iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus,vt.s. aliquod peccatũ dicatur pæna respectu effectus sequẽtis, sed in his duobus modis vltimis non peccatũ nõ solũ est pęna præcedentis,sed etiã sui.

Ad primũ Res.ꝙ omnis pęna est à Deo,sed nõ eodẽ modo;est.n.quædã pęna à Deo,sicut ab agẽte,sicut sũt pęnę sẽsus,quæ p quãdã actionẽ causãtur, oportet.n.oẽs actiones in primũ agẽs,sicut in causã reducere.Quędã vero sũt à Deo nõ sicut ab agẽte;sed potius à nõ agẽte,vt subtractio gratię ex eo ꝙ Deus gratiã nõ infundit causatur i ipso priuatio gratiæ,quæ pęna quædã est:vnde notãdũ est,ꝙ hoc,quod aliqui puniũtur à Deo dũ pmisit eos in aliquã pęnã profluere ad bonũ virtutis ordinatur,quãq; qđ etiã ipsorũ cũ.s.post peccatũ humiliores, & cautiores resurgũt, semper autẽ est ad emendationem aliorum qui videntes alios ruere de peccato in peccatum magis reformidant peccare; In aliis autem duobus modis manifestum est, quòd pęna ordinatur ad emẽdationẽ; quia hoc ipso

quod homo laborem & detrimentum patitur in peccando actum est hominem retrahere à peccato.

Ad secundum respon. quod cum causa est effectus respectu eiusdē non vincitur in idem secundum eundem modum causæ, secundum vero diuersa genera causarum non est inconueniens, vt idem sit eiusdem causa, & causatum, sicut finis est causa efficientis, efficiens finis, sed diuersorum non est inconueniens, vt etiam secundum idem genus sit aliqua causa, & causatum ab altero & sic nihil prohibet, quod est culpa, esse pœnam alterius peccati.

Ad tertium Respon. quod pœna ordinatur, vt medicina ad culpam, sed non semper, vt medicina illius qui peccauit, quod tamen latro suspendatur nō est ad correctionem eius, similiter, quod homo damnetur, sed quandoq. ordinatur ad medicinam alterius, sicut fur suspenditur, vt bonum totius communitatis ne passim furta committantur, & aliquis in inferno damnatur ad decorem vniuersi sine aliquid inordinatum remaneat, sic culpa per pœnam ordinatur.

QVÆST. II.

PRo impēsis vero patrocinijs in Tarraconēsi cōcilio clerici exigere munera prohibētur in quo sic statutū legitur c. 10. obseruandum quoq; decreuimus ne quis sacerdotum vel clericorum more secularium Iudicum pro impensis patrocinijs munera audeat accipere, nisi forte in ecclesijs gratuitè oblata, quæ non fauore muneris videantur accepta, sed collatione deuotionis illata, quòd si quis ista probatur accipere veluti exactor fœneris aut vsurarum possessor, secundū statuta patrū se nouerit degradādum.

Pro declaratione huius quæstionis ponam hic plures conclusiones, & prima, quòd in causa criminali, coram iudice seculari non licet clerico aduocare cap. aliquantos si. Dist. Secunda sit conclusio, quod clericus in causa ciuili coram iudice seculari non potest, pro alio esse aduocatus, sed bene in causa sua suæq; ecclesiæ vel miserabilium personarum ca. deniq. 14. quæ. 5. tertia sit conclusio, quòd clerici non beneficiati in minoribus tantum ordinibus constituti nō gaudentes priuilegio fori ecclesiastici poterunt esse aduocati coram iudice seculari cap. 1. & seq. de postul. cler. quarta sit conclusio, quòd coram Iudice ecclesiastico licet eis esse aduocatos in omni causa. pro qua stipendia capere possunt, vt patet per consuetudinem approbatam, & quia nullus tenetur regulariter inuitus facere beneficium alteri cap. precariæ 10. q. 2. & nullus cogitur proprijs stipendijs militare c. cum sit Romana. de simonia, & quia instum est, quod qui obsequium præstat recipiat emolumētum c. charitatem 12. q. 2. Ad c. 1. huius q. Respon. prout ibidem dicit Gratianus, quòd ille textus loquitur de regularibus, item, quod generali consuetudine dispositio sublata fuit.

QVÆST. III.

TErtio quæritur, An ex mulieris confessione sacerdos sit condemnandus?

Conclusio huius. q. est, quòd sacerdos non est cōdemnandus ex sua confessione mulieris, quia eum accusare, nec in eum testificari non potest, cum nec sit nec esse possit eiusdem ordinis & cum de se confiteatur, quod cum eo adulterata sit, & nemini de se confessio super aliū credi oporteat, præterquā in crimine læsæ maiestatis diuinę vel humanæ c. si. is. q. 3. de qua re cum dictum fuerit supra nihil vltra est addendum hoc in loco.

QVÆST. IIII.

QVod vero die Dominico nec Episcopo nec presbytero causā aliquā vētilare liceat in Tarraconēsi cōcilio prohibet, i quo sic statutū est c. 4. Nullus Episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propositum cuiuscumq. causæ negocium audeat ventilare, nisi hoc tantum, vt Deo statuta solemnia peragant.

Pro declaratione huius q. notandum est, quòd feriæ dicuntur per contrarium, cum. n. feriæ colendæ non sunt, hæ tantum coluntur, vnde ferię dicūtur eo, quod vacantiam præstant ab his, quę in foro aguntur, quæ sunt in triplici differentia, nam quædam sunt tēporaneæ, quædam repentinæ, quædam solemnes, temporaneę sunt quæ causa messium & vindemiarū inducuntur, in quibus diebus causā tractari non debet, nisi de consensu partium, Repentinæ sunt quas Princeps inducit quandoq propter aliquam causam sibi visam, quæ propriè non dicuntur, feriæ solēnes sunt quæ introductæ sunt in honorem Dei, & sanctorum eius, in quibus causæ expediri non possunt etiā de consensu partium, nisi necessitas vrgeat, aut pietas exposcat c. placita 15. q. 4. sunt autem plura, quæ agi possunt in istis ferijs solemnibus, quæ in istis versibus continentur.

Hoc faciat causas festis tractari diebus.
Pax, scelus admissum Manumissio res peritura.
Terminus expirans mora testis adesse volentis,
Cumq; potestatis patriæ ius filius exit.

Pax, quia quæ ad pacem sunt possunt tractari semper, vt pacta, & transactiones cap. 2. de desp. impub. Scelus admissum nam quæstiones latronum insigniū & similiū terminantur omni die. l. vlt. C. de ferijs Manumissio nam hęc fieri possunt omni tempore cū ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis expediantur ad libitū. l. 2. & 3. ff. de ferijs res piturainā cū immineat periculū mortis, vel fugæ, siē circa collectionē fructuū propter aliquod periculū imminēs terminus expirās vt quia causa efficerentur deserta, mora testis adesse volētis, nam quando timetur ne testis sit absēs, ita, quod in causa haberi nō possit recipitur omni die c. quoniā vt lit. nō contest. Cūq. potestatis patrię ius filius exit, quia vt dictum est, quæ sunt voluntarię Iurisdictionis expediuntur omni tempore.

QVÆSTIO. V.

PVrgationem vero neganti esse præstandam. Hic quæritur, An negāti purgatio sit indicenda? Conclusio est, quod deficiēte accusatore si laborat infamia sic alias nō, & si est infamatus apud populū corā populo se purgabit c. presbyt. 2. q. 5. si tāin apud clerū secrete apud clericos se purgabit de qua re latè dictum est supra 2. q. 5. per totam.

QVÆST.

QVÆST. VI.

Quod uerò cõfeſſio cruciatib. extorquẽda non ſit. Duo continet hæc q. Primum quod eſt in principio. Secundum, quòd à fidelitatis Iuram. Rom. Pont. non nullos abſoluit.

Pro declaratione huius q. dicendum eſt, quòd ab aduerſario nunquam eſt extorquenda confeſſio cruciatibus cap. 1. 15. q. 6. ſed à iudice licitè extorquetur confeſſio tormentis & quæſtionibus; Nam à iudice quandoque torquetur teſtis, quandoque reus, quandoque accuſator, teſtis torquetur cum eſt uilis perſona cap. in primis. 2. q. 1. vel alias cum nõ ſit uilis cum in teſtimonio uacillat cap. ſuper his. de pęn. reus quandoque torquetur cum eſt ſuſpectus & non poteſt aliter probari cap. 1. 23. q. 5. Accuſator autem torquetur, ut in crimine læſæ maieſtatis, cum aliter probari non poſſit. l. ſi quis. C. ad l. Iul. maieſt. 1.

QVAEST. VII.

Abſque ſynodali vero audientia ſacerdotem damnari &c.

Pro declaratione huius q. ponam plures concluſiones, quarum prima ſit, quòd Romanus Pontifex non habet iudicem in terris. c. nemo. 9. q. 3. Secunda ſit concluſio, quod Cardinalis à ſolo Papa iudicatur, atq; deponitur cap. vno. de ſciſmat. 6. in Tertia, quod primas ſeu Archiepiſcopus à ſolo Papa iudicatur. c. graue. de præb. Quarta ſit concluſio, quod cauſæ Epiſcoporum ad Pontificem tantum pertinẽt, ut nouiſſime dicitur in Concil. Trid ſeſſ. 13. c. 8. de reform. Quinta ſit concluſio, quòd clericus inferior Epiſcopo ſi nõ fuerit ab eius iuriſdictione exemptus ab eo iudicabitur, quod ſi degradati contigerit, poterit adhibitis ſibi ſex Abbatibus vſum mitræ & baculi habentibus ſi commode haberi poſſint, alioquin alijs perſonis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant Concil. Triden. ſeſſ. 13. 14. de reformat.

QVAEST. VIII.

De vltima vero quæſtione &c.

Hic quæritur an presbyter confeſſus vel conuictus de crimine commiſſo ante ordinationẽ ſuam poſſit exequi officium ſuum?

Pro declaratione huius q. diſtinguendo dicas, aut eſt tale crimẽ propter quod meretur depoſitionem, uel non, ſi non inducit depoſitionem eſt concluſio, qòud peracta pœnitentia de illo crimine poteſt manere in ordine ſuo c. ſicut. 68. diſt. ſi vero eſt tale, qđ inducit depoſitionem; tunc ſubdiſtinguendum eſt aut confitetur; aut conuincitur, ſi confitetur aut in pœnitentia, aut alias extra ius; aut in iure; ſi confitetur in pœnitentia, tunc eſt concluſio, quod propter nullum crimen occultum confeſſum in pœnitentia cogitur quis recedere ab ordine, niſi cauſata ſit irregularitas cap. de his. diſt. 50. ſi vero confeſſus ſit extra ius idem eſt, quia confeſſio extraindicialis nemini nocet cap. presbyter, 2. q. 5. ſi vero confitetur in ius, tũc ſi eſt delictum propter quod deponi debeat, tunc deponitur, vel ſuſpenditur prout magis placuerit ſuperiori, inſpecta qualitate perſonæ criminis & circunſtantiarum, & an fuerit ſponte, vel coacte confeſſus, quod autem ſit crimen depoſitione dignum dicas illud eſſe, qà canone exprimitur, & nõ aliud.

CAVSA XVI.

Quidam Abbas habebat parochialem eccleſiã inſtituit ibi monachum, vt officiũ celebraret populo, poſſedit eã per quadraginta annos ſine aliqua interpellatione, tãdem quærela mouetur aduerſum Abbatem à clericis baptiſmalis eccleſiæ in cuius diocœſi parochiana eccleſia illa conſiſtebat.

Hic primum quæritur, utrum liceat monachis populis officia celebrare, pœnitentiã dare, & baptizare?

Secundo ſi contingat eos capellam habere Epiſcopali beneficio, an ab eis ſint reſtituendæ an ab Epis?

Tertio an iura eccleſiarũ præſcriptione tollantur? Quarto ſi eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribat, an etiã monaſteriũ aduerſus eccleſiã præſcribere poſſit?

Quinto ſi capellam in ſuo territorio ædificatam iure territorij ſibi vendicare ualeat?

Sexto ſi Archipresbyter vel Epiſcopus ſua auctoritate nõ iudiciaria ſententia capellam illam irrepſerit, an cadat à cauſa, ut eccleſia cui præſidet non vltra héat ius repoſcendi, qđ ſuus paſtor licitè uſurpauit?

Septimo quæritur ſi laici capellam illam tenebãt vt quibuſdam moris eſt, & in manibus Abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an conſenſu Epiſcopi & clericorum Abbas poſſit eam tenere?

QVAEST. I.

Quod monachi officia populis celebrare non poſſint. &c.

Pro declaratione huius q. videndum eſt primo.

ARTIC. I.

Vtrum liceat monachis populis officia celebrare & doctoris officium exercere, & ſacramenta miniſtrare.

1 Ad primum videtur dicendum, quòd non, primo per c. 1. 16. q. 1. vbi in ſynodo Nicena dicitur quamobrem firmiter & in ſulabriter omnes præcipimus, ut aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, niſi ſibi inuicem, ut iuſtum eſt, mortuum non ſepeliat, niſi monachum in monaſterio ſecum commorantem.

2 Præterea facit c. hoc nequaquam. 7. q. 1. ubi ſynodus Conſtantinopolitana dicit monachorum vita ſubiectionis habet uerbum, & diſciplinatus non docendi, uel præſidendi, uel paſcendi.

3 Præterea facit cap. monachus. 16. q. 1. ubi Hieron. ad Riparium ſcribit monachus non docentis, ſed plangentis habet officium.

4 Præterea facit illud Mat. 23. Nolite vocari Rabi; vnus enim eſt magiſter ueſter, quòd quidem conſiliũ eſt à perfectis ſeruandum; vnde cum omnes religio ſi profiteantur perfectionem à magiſterio abſtinere debent.

5 Præterea docere eſt contra religionis uotum, ergo non licet religioſis, conſequentia patet antecedens probatur per uotum religionis mundo renuntiatur, omne autem, quod eſt in mundo eſt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & ſuperbia uitę per quæ tria diuitias delitias & honores intelliguntur,

Magisterium autem ad honorem pertinet, ergo docere videtur contra votum religionis.

6 Præterea Dion. de cælesti Hierarchia distinguit nostram hierarchiam in tria. s. purgationem, illuminationem, & perfectionem communicantes diuinas actiones diuidit in tria. s. in purgantes, quòd est diaconorum, illuminantes quòd est sacerdotum, & perficientes quòd est episcoporum.

7 Præterea nemo potest ecclesiasticis obsequijs & regulæ monachali deseruire c. alia. 16. q. 1.

8 Præterea facit c. placuit. 16. q. 1. vbi Eugenius Papa inquit, sicut piscis sine acqua caret vita, ita sine monasterio monachus, sedeat itaq. solitarius & taceat, quia mundo mortuus est.

9 Præterea monachus non debet pascere, sed pasci, vt habetur capitulo alia. 16. q. 1. ergo non potest docere.

10 Præterea quòd est dissensionis principium repugnat monachis, qui in vnitate pacis congregantur, sed studium dissentionem inducit, vt dicit Hieron. super epist. ad Titum, ibi antequam diaboli instinctu studia in religione fierent & diceretur in populis &c.

11 Præterea facit 1. ad Cor. 10. quomodo prædicabunt, nisi mittantur, sed non legimus missos à Domino, nisi duodecim Apostolos Luc. 4. & septuaginta duos discipulos Luc. 8. vbi glo. dicit, quod sicut in Apostolis forma est episcoporum, ita in septuaginta duobus Episcopis forma presbyterorum secundi ordinis, qui sunt presbyteri parochiales.

12 Præterea Monachus aut sine potestate, aut cum ea prædicat, primo casu esset pseudo Apostolus, secundo autem posset procurationes accipere, sicuti Apostoli Matt. 6. & sic ecclesiæ plurimæ procurationes darentur, quòd non est dicendum.

13 Præterea si monachi possent hæc facere multi possent dicere se confessos ab eis, & sic proprius parochus non agnosceret oues suas, quod esset occasio magni mali.

14 Præterea si monachi hæc possunt facere cum non habeant certas prouincias, vel parochias, seu diœceses sibi commissas vbiq; hæc facere possunt, ergo maiorem potestatem habent, quã primates & Episcopi, cum non sint vniuersalis ecclesiæ gubernatores quod non est dicendum.

15 Præterea ambitionis est se ingerere circa officia c. sciendum c. in scripturis. 8. quæst. 1. quæ ambitio à religiosis fugienda est.

16 Pręterea si hęc competunt monachis frustra sunt institutæ parochiæ, & multa orietur confusio cum videatur contra regiminis ecclesiastici vnitatem.

Sed contra facit cap. Agapitus 16. quæ. prima vbi Greg. lib. 1. epist. 12. dicit à qua in humanitate vos hortamur suspendi & sepeliri, ibi mortuos & missas celebrari nulla vlterius habita contradictione permittas; Item capitulo ex auctoritate. 16. quæst. 1. vbi Greg. dicit ex auctoritate huius decreti quod Apostolico moderamine & pietatis officio à nobis est constitutum sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atq; peccata soluere. Hodie vero regulares sacramentum pœnitentiæ non conferunt illis, qui nõ sunt eiusdem ordinis nisi examinati approbatiq. fuerint ab ordinario, similiter officio prædicandi non funguntur etiam in proprijs ecclesijs, nisi de licentia ordinarj de primo habetur in Conc. Triden. cap. quamuis. sess. 23. de reform. de secundo in c. quia vero eiusdem Concil. ses. 5. de reformat.

Resp. dicendum, quod aliquid dicitur dupliciter non licere vno modo, quia habet in se quod contrariatur ei q; dicitur non licere, sicuti nulli homini licet peccare: quia habet in se quilibet homo rationem & obligationem ad legem Dei, quibus contrariatur peccatum, & hoc modo dicitur alicui non licere prædicare, vel sacramenta ministrare, quia habet aliquid quod repugnat his in se, vel ratione præcepti vt sunt excommunicati, vel irregulares qui statuto ecclesiæ prohibentur accedere ad sacros ordines, vel quia aliquo pacto sit prohibitũ, iuxta illud Psal. 49. quare tu enarras iustitias meas, Hoc autem modo non est illicitum religiosis sacramenta ministrare, prędicare, aut alia huiusmodi facere, quia ex voto & obligatione regulæ hoc non prohibetur, tum quia nõ per hoc redduntur minus idonei ex aliquo peccato, commisso, sed magis ex exercitio sanctitatis quod assumpserunt, vnde dicitur in c. sunt non nulli 16. q. 1. ubi Innoc. dicit sunt non nulli nullo dogmate fulti audacissime quidem zelo magis amaritudinis, quã dilectionis inflãmati asserẽtes monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo viuunt sacerdotalis officij indignos nec pœnitentiam largiri, nec absoluere posse per sacerdotalis officij sibi diuinitus iniunctam dignitatem & potestatem, sed omnino labuntur, idest decipiuntur quod ostendit primo quidem, quia non contrariatur regulæ, subdit .n. Nec .n. beatus Benedictus Monachorum præceptorum almificus huiusmodi aliquo modo fuit interdictus & similiter nec in alijs regulis hoc prohibetur, secundo ostendit ex idoneitate Monachorum com in fine capituli dicit quanto quisq. est excellentior, tanto in illis. s. spiritualibus operibus potentior. Alio modo dicitur aliquid non licere alicui non propter contrarium quod habeat, sed propter hoc, quod ei deficit, unde illud possit, sicut diacono nõ licet missam celebrare, & præsbitero non licet sententiam ferre, vni enim deest potestas ordinis, alteri autem potestas iurisdictionis, & hoc modo dicitur Monachis non licere prædicare, sacramenta ministrare, & alia huiusmodi facere quia ex se solus status religionis non dat eis potestatem id faciendi, possunt tamen ista facere si ordinem accipiant, vel ordinariam iurisdictionem habeant, vt quando eis cura animarum committitur, aut etiã delegatam, vt si eis committantur ea, quæ sunt iurisdictionis.

Ad primum Respo. quòd illa iura, & similia loquuntur secundũ antiqua tempora, sed postea aliter ordinauit ecclesia c. moderamine. 16. q. 1. Secundo Resp. quod dicta iura nihil aliud disponũt, nisi quod Monachi huiusmodi actus exercendi non vsurpent ex hoc quod monachi non prohibent autẽ quin ista possint eis committi, vnde dicũt, qnod monachi non possunt, nisi authoritate Papæ vel Episcopi.

Ad secũdũ Res. negãdo cõsequẽtiã, quia ex verbis illis

illis tantũ habetur quod monachi ex hoc quod sunt monachi non nanciscuntur potestatem talia faciendi quod concedimus non, ex hoc autem, quod sunt Monachi habeant aliquid contrarium executioni talium.

Ad tertium Respon. verum esse, quod Monacho ex hoc, quod est Monachus competit pœnitentiam agere, non autem docere, sicut quidam vsurpabant qui ex hoc, quod erant Monachi volebant docere, Non autem ex hoc sequitur, quod si Monachus eo, quod Monachus non habet docendi officium, quod accipere non possit, sicut non sequitur subdiaconus non habet officium legendi euangelium, quod ad hoc officium assumi non possit.

Ad quartum Respo. quòd ex illa auctoritate non prohibetur officium docendi cum dicatur Matt.vlt. vt in vniuersum mundum euntes doceant omnes gẽtes, sed prohibetur tantum libido & inordinata voluntas præsidendi, quod patet ex verbis propositis ibidem vbi de inordinato appetitu pharisæorum loquens ait, amant primos accubitus in synagogis.

Ad quintum Respon. negando assumptum, quod officium docendi sit contra votum religionis, quia religiosi non hoc modo abrenuntiant mundo, vt rebus mundi vti non possint, sed mundanæ vitæ .s. vt mundi actionibus non occupentur, vnde & sunt in mundo in quantum mundo vtuntur & non sunt in mundo in quantum liberi sunt à mundanis actionibus, vnde non est contra votum si quandoq. vtuntur honoribus. Præterea Respon., quod ibi prohibetur disordinatus appetitus, nam ibi superbia vitæ dicitur ambitio seculi; præterea loquitur ibi de honore mundano, qui omni clerico prohibetur. Honor autem sacerdotij ad mundum pertinere non dicitur sicuti nec honor magisterij, cum doctrina, quam sequitur talis honor sit de spiritualibus bonis, sicut ergo religiosi per uotum non renunciant sacerdotio, nec etiam magisterio renunciare dicuntur.

Ad sextum Respon quod ibi Dionis. loquitur de Monachis sui temporis, qui sacerdotes non erant tẽpore primitiuæ ecclesiæ. Præterea ibi non loquitur de actu docendi, sed de actu administrandi sacramẽta, docere enim in scholis non est de illis sacris actionibus de quibus loquitur Dionysius, alias nullus posset docere in scholis, nisi esset diaconus vel sacerdos.

Ad septimum Respon. illud intelligendum esse non de his quæ ad substantiam religionis pertinent, quia hoc bene seruare possũt ecclesiasticis vocantes officijs, sed intelligitur quantũ ad alias obseruantias sicut silentiũ, vigiliæ & huiusmodi à quibus obseruãtijs non est inconueniens si aliquis se abstineat, vt vtilitati communi vacet docendo, sicut patet in his qui ad prælationis officium assumuntur; vnde circa ista in claustro manentes propter studium dispensantur, vel propter aliquam aliam causam.

Ad octauum Resp. quod debet intelligi sine monasterio .i. sine regulari obseruãtia circa essentialia regulæ quam professus est in quãtũ est persona huius monasterij; regulares .n. qui obligãtur voto alicui regulę in aliquo monasterio sicut faciũt aliqui vinẽtes extra regulam & obseruantiam mortui sunt Deo.

Ad Nonum Respo. illud esse verum de debito officij monachalis, potest tamẽ sibi competere docere mandante sibi superiore, vt dictum est.

Ad Decimũ Resp. negando minorem, cõcedimus .n. quod studium ordinatur ad scientiam, quæ si sine charitate est inflat, & per consequens dissensionem facit secundum; illud prou. 13. Inter superbos semper sunt iurgia, sed scientia cum charitate ędificat & concordiam parit 1. Cor. 1. diuites facti estis in omni verbo, & in omni scientia, postmodũ subdit id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis scismata; Hiero. tamen non loquitur ibi de studijs litterarum, sed de studijs dissensionum, quæ per hæreticos, & schismaticos intrauerunt in religione christiana.

Ad Vndecimum resp. negando consequentiã quia illi qui sunt missi à Domino possunt alios mittere sicuti Paulus misit Timotheum ad prędicandũ. 1. Cor. 4. Ideo misi ad vos Timotheũ. Ita ex missione episcoporum, & aliorum etiam possunt alij ad prędicandũ mitti, & tamen illi misi à Domino dicuntur, qui per potestatem à Domino traditam mittuntur.

Ad Duodecimum Resp. quod regulares prædicãt cum potestate non ordinaria, sed ab alijs commissa nec tamen sequitur, quod possint procurationes exigere, quia hoc non est eis datum, possunt tamen si eis datetur ab his in quibus residet potestas, & sic per hoc non sequitur, quod ecclesiæ habeant plurimas procurationes soluere.

Ad decimum tertium Resp. negando minorẽ, quia in foro pœnitentiali cuilibet credendum est pro se & contra, & sacerdos debet credere eum confessum esse si se confessum fateatur; nam & si sibi ipsi confiteretur posset eum decipere vt leuibus confessis maiora taceret: multi prætetea, nisi haberent facultatem cõfitendi alteri, quàm proprio sacerdoti non se confiterentur vel simulatẽ ad confessionem accederent, vnde per hoc multis malis obuiatur.

Ad quartum decimum Respon. negando cõsequẽtiam, quia ipsi non possunt propria authoritate hoc facere vbique, possent tamen audire confessiones si illis commissum esset, neq; per hoc esset apud illos gubernatio vniuersalis ecclesiæ, quia non absoluerẽt ordinaria potestate, sed delegata.

Ad decimum quintum Respon. quòd illud procedit quando indecenter appetitur, vel procuratur, ecclesiastica enim officia duo habẽt adiũcta .s. opus & honorẽ, ratione honoris laudabiliter recusantur, ratione operis laudabiliter possunt quæri, ita intelligitur illud qui episcopatum desiderat.

Ad vlt. Respon negando minorem, falsum enim est, quod ex hoc, quod alij dantur coadiutores sacerdotibus ad ea, quæ salutis sunt animarũ sequatur dissolutio vnitatis, nam quasi dicuntur vnũ agens cũ vniantur multipliciter, primò in principio à quo, ab eodem enim & per eundem est ipsorum continuatio: quia ab eadem apostolica Sede à qua originaliter iurisdictio tam ordinaria, quàm delegata emanare dicitur, secundo vniuntur in intentione & voluntate, hoc est animarum salute & populi ædificatione 2. Cor. 12. omnia carissimi propter vestrã ædificationẽ. Tertio vniunt in eodẽ spiritu, & in eodẽ actu. 2. Cor. 12. Non ne eodem spiritu ambulamus. Non

ne

Præterea considerandum est, quòd id, quod est solitarium, oportet sibi esse sufficiés hoc autem est cui nihil deest, quòd pertinet ad rationem perfecti, & ideo solitudo pertinet contemplanti, qui iam ad perfectum peruenit, quòd contingit dupliciter, vno modo ex solo diuino munere, sicut patet de. S. Ioan. Baptista, qui fuit repletus spiritu sancto ad huc ex vtero matris suæ, & ideo cum ad huc esset puer èrat in deserto Luc. 1. Alio modo per exercitium virtuosi actus secundum illud ad Hebr. 5. perfectior est solidus cibus eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali, ad exercitium autem huiusmodi iuuatur homo ex aliorum societate dupliciter, vno modo quantum ad intellectum, vt instituatur in his quę sunt cõtemplanda, vt dicit Hieron. ad Rusticum monachum mihi placet vt habens sanctum cõtubernium, nec ipse te doceas, secundo quantum ad effectum vt. s. noxię affectionis homines reprimantur exemplo & correctione aliorũ, vt dicit Greg. 30. Moral. super illo cui dedi in solitudine domum, quòd prodest solitudo, corporis si solitudo defuerit cordis, & ita vita socialis necessaria est ad exercitium perfectionis, solitudo autem competit iam perfectis.

Ad primum resp. negando consequentiam, nec authoritas illa illud probat. Salamon .n. ostendit in illis verbis melius esse, quòd sint duo simul quàm vnus propter auxiliũ, quòd vnus habet ab alio, vel ad subleuandum, vel ad fouendum, uel ad spiritualiter calefaciendum, quo quidem auxilio iam non indigent illi, qui sunt perfecti.

Ad secundum resp. negando consequentiam, quia sicut dicitur Ioan. 4. qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, vnde sicut Christus est in medio eorum qui sibi inuicem per dilectionem proximi sociantur, ita habitat in corde eius, qui diuinæ cõtemplationi insistit per dilectionem Dei.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia homo potest solitarius uiuere dupliciter, vno modo quasi societatem humanã non ferens propter animi feuitiam, & hoc est bestiale & contra naturam hominis. Alio modo propter hoc, quòd taliter rebus diuinis inhæret, & hoc non est contra naturam hominis, & tamen supra naturam eius, hoc est supra hominé, & ideo dicit Philos. in 1. Polit. ꝙ ille qui ab alijs non communicat est bestialis aut Deus. i. diuinus uir.

ARTIC. IV.

Vtrum decimæ sint in præcepto?

1 AD quartum uidetur dicendum, quòd non, quia illa sola tenentur homines obseruare tempore gratiæ, quę à Christo & Apostolis sunt mandata iuxta illud Mat. vlt, seruate omnia quę mandaui uobis, sed hoc præceptum nõ datur à Christo neque ab Apostolis, ergo solutio decimarum non est in præcepto.

2 Præterea homines tempore gratiæ non tenentur magis ad obseruantiam legalium, quàm ante legem, sed ante legem non dabantur decimæ ex præcepto, sed solum ex uoto, legitur. n. Gen. 28. quòd Iacob uouit uotum dicens si fuerit Deus mecum & custodierit in uia in qua ambulabo de cunctis quæ dederis mihi decimas offerã tibi, ergo nec tẽpore gratiæ homines tenentur ad decimarũ solutioné ex præcepto.

3 Præterea non est ratio quare dicãtur decimæ esse in præcepto, nisi quia seminantibus spiritualia debetur merces siue sublẽtatio tẽporalis Luc. 10. dignus est operarius mercede sua & 1. Cor. 9. si nos vobis spiritualia seminauimus non magnũ est si uestra carnalia metamus, sed constat, quòd hæc ratio nõ determinat quotam. s. decimam, ergo videtur, quòd dare decimã nõ sit in præcepto, licet aliquid dare ministris pro ipsorum substentatione sit in pręcepto.

Sed contra dicitur in c. reuertimini. 16. q. 1. ubi Hieron. in c. 3. Malach. quia mihi non reddidistis decimas & primitias, idcirco in fame & pecunia maledicti estis.

Resp. dicendum, quòd secundum indeterminationem nec. s. aliquota pars daretur ad substentationem ministrorum Dei semper fuit in præcepto etiam de iure naturæ: unde in Gen. 47. sacerdotibus ægijpti cibaria ex horreis publicis præbebantur, secundum vero determinationé talis partis. s. decimæ ante legem fuit in consilio, vnde Genes. 14. legitur, quòd Abraã dedit decimas Melchisedech, nunquã tamen legitur hoc sibi fuisse præceptum, in lege uero fuit in præcepto simpliciter Exod. vigesimotertio. Num. 18. vbi dicitur filijs leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis. & Malach. 3. Inferte omnem decimationem in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, tempore vero gratiæ factæ sunt authoritate ecclesiæ in præcepto cum necessitas est, & petuntur à ministris etiam si non petuntur & sit consuetudo regionis. cap. peruenit. cap. in aliquibus. de decimis. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1.

Ad primum resp. negando minorem, decimus. n. iuxta iam dicta, quòd solutio decimarum quantum ad ipsam substentationem ministrorũ Dei Matt. 10. dignus est operarius mercede sua, quantum uero ad determinationem vitæ quantitatis est reseruata determinationi ecclesiæ.

Ad secundum resp. negando consequentiam; non .n. est simile, quia ante legem non erant determinati ministri diuini cultus; sed dicitur, quòd primo geniti erãt sacerdotes, qui duplicem portionem accipiebant, quibus etiam dabant quicquid occurrebant nõ determinata quantitate, Abraam autem prophetico instinctu soluit decimas Gen. 14. In lege autem ueteri erant determinati ministri diuini cultus, ideo fuit determinata pars exhibenda eis in præcepto, quam determinationem secuta est ecclesia tempore gratiæ; rationabiliter. n. visum est, ut non minus populus nouę legis exhiberet ministris noui testamenti, quàm populus ueteris testamenti exibebat suis.

Ad tertium resp, quòd quantum ad determinationem aliquotæ partis. s. decimæ non est in præcepto nouæ legis; sed in præcepto ecclesiæ.

ARTIC. III.

Vtrũ liceat monachis siue religiosis accipere decimas?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd non, quia leuitis tantum de iure diuino debentur decimæ Num. 18. eo quòd portabant

pec-

peccata populi & ſeminabant ſpiritualia, & Monachi non ſunt tales, quia non gerunt curam animarũ ergo illis non ſoluuntur decimę.

Sed contra dicitur in cap.ſio. 16. q. 1. vbi Hieron. ſcribens Damaſo Papę dicit liberum eſt.n. monachis & ſpiritualib. viris Deũ timẽtib. & colẽtib. decimas & oblationes, cunctaq. remedia cõcedere & de iure ſuo in dominium illorum & vſum transferre.

Reſp. dicendum ſub tribus concluſionibus, Prima decimas authoritate eccleſiæ eis conceſſas; vt pote ratione eleemoſinæ poſſunt religioſi accipere. Secunda decimas ſibi non conceſſas, ut ſpectantes ad iura aliarum eccleſiarum non poſſunt percipere. Tertia religioſi curam animarum habentes poſſunt licitè, ſicut alij ſacerdotes decimas percipere, quia tunc ſunt ſpiritualia ſeminatores.

Ad oppoſitũm reſp. quòd religioſi de leuitico ordine dici poſſunt; verè.n. leuita eſt cui conuenit illud Deut. 33. qui dixerit patri ſuo & matri neſcio uos, & fratribus ſuis ignoro illos, quod propriè conuenit religioſis; monachi autem ſeminant ſpiritualia orãdo pro populo, portare autẽ peccata dicitur tripliciter, uno modo curam animárum ſuſcipiendo, Num. 26. dicit Aaron & filijs ſacerdotibus Tu & domus tua ſuſtinebítis peccata ſacerdotij ueſtri. Alio modo pro peccatis orãdo Num. 8. tradidi leuitas Aaron & filijs eius, ut ſeruiant mihi in tabernaculo, & orent pro eis ne ſit in populo plaga, hoc autem modo monachi & alij religioſi portant peccata populi; Tertio modo zelo Dei pugnando & fidem Chriſtianam defendendo, ſecundum quem modũ de leuitis dicitur Exod. 32. cum ipſi uindicaſſẽt idolatriam uituli conflatilis cõſecratis manus ueſtras Domino, ut detur vobis benedictio per hũc modum hoſpitalarij & equites religioſi deputati ad pugnandum contra hoſtes fidei Chriſtianæ conſecratas habent manus Domino; vt merito poſſint benedictionẽ decimarum percipere.

QVÆST. II.

DE capellis vero, quæ ab eis poſſidentur.

Pro declaratione huius q. facienda eſt concluſio, quòd in parochialibus eccleſijs, quas tenent abſque Epiſcoporum conſilio presbyteros collocare non debent, ſed Epiſcopi parochiæ curam eũ Abbatum conſenſu ſacerdoti cõmittant, ut eiuſmodi ſacerdotes de populis quidem cura, Epiſcopis rationes reddant, Abbati vero pro rebus tẽporalibus ad monaſterium pertinentibus debitam ſubiectionẽ exhibeant, & ſic ſua cuique iura ſeruentur c. ſane vbi Vrbanus. 2. & c. ſeq 16. q. 2. Hodie vero per Concil. Trid. diſponitur in c. præſenti. ſeſſ. 7. de reform. ubi nullus præſentatus à quauis perſona quantuncunq; priuilegiata ad quæcunque eccleſiaſtica beneficia inſtitui poſſit, niſi prius ab ordinarijs examinatus & idoneus repertus fuerit, quòd decretum extenditur etiam ad beneficia ſine cura.

QVÆST. V.

TAles & ſi ius territorij habeant.

Iſta q. anteponitur, quia continuat materiam cuius eſt concl. q Abbas capellã ſuam à ſe fundatam iure territorij vendicare non poteſt quo ad ſpiritualia, nec quo ad gubernationem populi, & idem concluditur intelligẽdum eſſe de Epiſcopis. ſ. qui in aliena diœceſi in fundo ſuo ædificauit eccleſiam facit. c. 1. & ſeq. 16. q. 2.

QVAEST. III.

QVòd autem præſcriptione temporis omnia iura tollantur.

Pro declaratione huius q. vide quæ dixi in commentarijs ad l. vlt. ff. de legibus.

QVAEST. IV.

OStenſum eſt quando eccleſia aduerſus eccleſiã pręſcribat, nunc videndum eſt ſi monaſterium aduerſus eccleſiam præſcribere poſſit.

Pro declaratione huius q. dic, vt dixi in proxima præcedenti quæſt.

QVAEST. VI.

QVòd autem ea quæ eccleſiæ debentur rectores eiuſdem ſua auctoritate iudicijs prætermiſſis repetere non ualeãt, beatus Gregorius lib. 4. c. 88. teſtatur dicens. Conſuetudo noua in eccleſia hac valde reprehẽſibilis, erupit vt cum rectores eius patrimonij vrbana vel ruſtica prædia illis competere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos imprimant atque hoc, quòd competere pauperibus exiſtimant non iudicio ſed manibus defendunt; & cum per prædicatores ſuos ueritas dicat nihil per contentionem etiam ipſum litigioſæ contentionis malum tranſcendunt, & res quælibet cum æſtimatur eccleſiæ poſſe competere per vim tenetur; proinde præſenti decreto conſtituto, vt ſi quis eccleſiaſticorum unquam titulos ponere, ſiue in ruſtico ſiue in vrbano prædio ſua ſponte præſumpſerit Anathema ſit.

Ratio huius decreti eſt, quia nemo ſibi ius dicere poteſt tot. tit. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. & ſeq. cap. nemini liceat ſine iudicis authoritate; ratio rationis eſt, vt euitentur rixæ & ſcandala; quæ poſſent oriri.

QVAEST. VII.

QVòd autem eccleſias de manu laycorum nec Abbati, nec alicui accipere liceat omnium canonum teſtatur authoritas: generaliter.n. tã eccleſiæ, quàm res eccleſiarum in epiſcoporum poteſtate conſiſtunt, layci autem, nec ſua nec Epiſcoporũ authoritate decimas, vel eccleſias poſſidere poſſunt, vnde Epiſcopi ſiue beneficio ſiue pretio eccleſias vel decimas layeis dederint domum orationis, domum negociationis & ſpeluncam latronum faciunt; vnde poſt euerſionem cathedræ à cætu fidelium ſegregati eterno verbere à Domino flagellabuntur.

Pro declaratione huius quæſtionis videndum eſt primo.

ARTIC. I.

Vtrum decimæ licite possint redimi a laycis?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non per cap.decimas.16.q.7. ubi in Conc. Maguntr. legitur decimas quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur ab Episcopis prohibendum est ne fiat.

2 Præterea facit cap.querelam.de simonia.ubi ecclesia, sicut non potest emi, ita nec etiam redimi.

3 Præterea decimæ non possunt per mutari pro re temporali cap.fin. de rerum permut. ergo nec etiam redimi.

Sed contra facit ratio, quia quilibet redire potest ius suum, si ergo decimæ pertinent ad clericos non ad laicos, licitè possunt decimas redimere.

Respon.dicendum quod clerici propria authoritate redimere non possunt, hoc est ex pacto, sicut nec alia spiritualia, uel spirituali annexa, sed authoritate Episcopi ad cuius ordinationem spectat decimæ, & quia authoritas Iudicis in istis multum excusat cap. nisi de præb.& dign cap.quæsitum. de rerum perm. potest fieri, vt ecclesia vel clericus recipiat decimã, & det layco aliquam pecuniam.

Ad primum respond. quòd illud prohibetur non ex eo, quòd sit turpitudo ex parte clericorum, sed propter multa ex parte laycorum, uidelicet ne mali aliquem suæ contumaciæ fructum sentiant, secundo propter perniciem exempli. Tertio ut repetitio locum habeat.l.fi.C.de cond.ob.turpẽ causam. Quarto ne layci credant se habere ius aliquod decimarum, quòd eis prohibitum est cap.1.16.q.7. & sic paret responsio ad obiecta: esset uidendum modo quid iuris habeant patroni ecclesiæ, de qua materia tractatur in 3.par. huius q. uerum quia hanc latè posui in commentarijs ad l.vlt.ff.de leg.nihil ulterius dicam.

CAVSA XV.

QVidam presbyter infirmitate grauatus se fieri uelle Monachum dixit ecclesiam & beneficiũ in manu aduocati renunciauit postquam conualuit mox se facturum monachum negauit, & ecclesiam & beneficium reposcit.

Hic primum quæritur utrum reus uoti teneatur, an liceat ea à proposito sui cordis discedere?

Secundo, an ecclesia, & beneficium ei reddenda sint, quæ prius libera uoluntate refutauit?

Tertio, si contigisset eum se & sua monasterio tradidisse, an de licentia Abbatis liceat ei ad propria redire?

Quarto, si sine licentia Abbatis retro abierit, an sua sibi ab Abbate reddenda sint?

QVÆST. I.

QVòd autem à uoto discedere non liceat multis authoritatibus probatur: ait enim proph. Psal.75.uouete & reddite Domino Deo uestro, vnde Aug.sunt quædam, quæ etiam non uouentes debemus, quædam etiam quæ nisi uouerimus nõ debemus, sed postquam ea Deo promittimus necessario reddere adstringimur, Hier.uouentibus uirginitatem non solum uubere, sed etiam uelle dannabile est c.2.& seq.27.q.2.

Pro declaratione huius quæstionis uidendum est primo,

ARTIC. I.

Vtrum expediat uouere?

1 AD primum uidetur dicendum, quòd non, quia Christus & Apostoli non leguntur aliquid uouisse, ergo uidetur quòd non expediat aliquid uouere: consequentia uidetur bona, quia si expediret ille nos uerbo, aut exemplo docuisset, maximè dicente Apostolo imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

2 Præterea non expedit alicui se periculo miscere, sed quicunque uouet periculum subijt: quia quòd ante uotum. sine periculo poterat præterire, si non seruaretur post uotum periculum est.

3 Præterea non expedit alicui, ut se priuet bono quòd ei Deus donauit, sed libertas est unum de maximis bonis, quæ Deus homini dedit, qua uidetur priuari per necessitatem, quam uotum imponit, ergo non uidetur expediens homini, quòd aliquid uouerit.

Sed contra facit quòd dicitur 17.quæst.1. in principio vbi adducitur illud Psal.75. uouete & reddite Domino Deo uestro.

Respond.dicendum, quòd licet non expediat aliquid uouere propter vtilitatem Dei, expedit tamen propter utilitatem hominis: quia sicut illud quòd damus Deo non ei est utile, sed nobis, quia quòd ei redditur reddenti additur, ita etiam promissio qua Deo aliquid uouemus non cadit in eius utilitatem, qui à nobis certificari non indiget, sed ad utilitatem nostram immobiliter firmamus ad id quòd expedit facere.

Ad Primum respond. negando consequentiam, quia Christo secundum se non competebat uouere, tum quia Deus erat, tum quia inquantum homo habebat firmatam uoluntatem in bono, quasi comprehensor existens, quamuis per quandam similitudinem ex persona eius dicatur in Psal. 21. secundum gl.uota mea Domino redam in conspectu omnis populi eius, loquitur autem de corpore suo, quòd est ecclesia, de Apostolis autem dicitur, quòd intelliguntur uouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relictis omnibus sunt secuti, vnde Apost.de se ipso dicit 1.Cor.20. cum essem liber ex omnibus me seruum feci.

Ad secundum respond. negando minorem, falsum est enim, quòd periculum immineat uouenti ex ipso uoto, sed ex culpa hominis, qui uoluntatem mutat transgrediendo uotum.

Ad tertium respond. negando minorem; dicimus enim quòd sicut non posse non diminuit libertatem, ita etiam necessitas firmatæ uoluntatis in bonum non diminuit libertatem, vt patet in Deo & in beatis, & talis est necessitatis voti similitudinem quandam hebens cum confirmatione beatorum; vnde

vnde dicit Aug.in epist.ad Montorium,felix quæ in meliora compellit.

ARTIG. II.

Vtrum omne uotum obliget ad sui obseruantiam.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nõ, quia simplex promissio hominis non obligat ad obseruandum secundum legem humanam, ergo minus simplex promissio facta Deo; homo enim magis indiget ijs quæ per alium hominem fiunt,quam Deus qui bonorum nostrorum non indiget.

2 Præterea effectus non est nobilior sua causa, sed causa dans firmitatem suo voto est deliberatio, cum ergo liberatio humana non habeat necessitatem firmitatem, quia cogitationes hominum sunt timidæ, & incertæ prudentiæ nostræ, vt dicitur Sap. 9. ergo uidetur, quòd votum non obligat necessario ad obseruandum.

3 Præterea nullus obligatur ad impossibile cap. nemo.de reg.iur.in 6.sed quandoque illud, quòd quis vouit fit ei impossibile,vt patet in eo, qui vouit virginitatem & corrumpitur,vel cum quis vouet pecuniam dare,& postea eam perdidit,ergo non est necessaria uoti obseruantia.

4 Præterea nullus obligatur ad id, quòd pendet ex arbitrio alieno,sicut cum quis vouet intrare in Claustrum alicuius religionis; est enim in potestate illorum eum recipere vel non,ergo si ipsi nolunt non videtur,quòd obligetur ad soluendum votum.

5 Præterea votum fit quandoque cum conditione, sicut Iacob Genes.26.si Dominus meus mecum fuerit,sed tale votum non obligat, nisi conditione existente,ergo non omne votum obligat de necessitate.

6 Præterea ille,qui moratur in religione vltra tempus probationis determinatum,etiam si ore non profiteatur votum interpretatum fecisse dicitur,sed hoc votum,vt videtur non est necesse obseruare, quia ipse nihil promisit, nec videtur teneri ad ea semper quæ votum professionis continet, cum quandoque contingat eos non obseruare ea, quæ in regula continentur.

Sed contra dicitur in ca.1.& seq.17.q.1. dicitur enim eccle. quodcunque voueris redde, multo melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere, S.Thom.2.2.q.88.art.3.

Respond. dicendum, quòd uotum est promissio facta Deo; sed contractus bonæ fidei obligant homines ad obseruantiam inter ipsos, ergo multo magis votum, quo homo aliquid Deo promittit; Præterea ad fidelitatem hominis pertinet, vt soluat id quòd promisit; turpe enim est fidem fallere maxime Deo,tum ratione dominij, tum ratione beneficij, vnde displicent Deo vota, quia displicet Deo infidelis promissio.

Ad primum respond. negando assumptum dicimus enim secundum honestatem ex qualibet promissione homo homini obligatur obligatione iuris naturalis,licet non obligatione iuris ciuilis, & licet Deus nostrorum bonorum non egeat, ei tamen maxime obligamur, & ita votum ei factum est maxime obligatorium.

Ad secundum respond. negando consequentiam, quia licet deliberatio hominis sit variabilis, rectitudo tamen legis naturalis quæ dictat, quòd promittitur Deo esse seruandum est inuariabilis,& ita est quę dat necessariam obligationem voto.

Ad tertium respond.quòd si illud, quod quis vouit ex quacunque causa impossibile reddatur, nihilo minus homo tenetur facere, quod in se est, uel saltē habeat promptam voluntatem faciendi; quod potest si uero impossibilitas causata fuerit ex culpa sua, tunc tenetur ad aliam recompēsationem per pœnitentiam, alias secus. Ad illud de uirginitate resp. quod licet corruptus non posit uirginitatem seruare, tamen potest reddere continentiam,& ad hoc remanet obligatus.

Ad quartum respond. quòd si intentio sua principaliter fuerit ad religionis ingressum eligens una religionem tenetur si non potest ibi recipi aliam religionem intrare. secus si elegit specialiter aliquam religionem, in qua si non potest recipi non tenetur aliam adire,si vero dubitet quo modo se in vouendo habuit debet tutiorem vitam eligere, ne se discrimini committat.

Ad quintum respond. quòd votum sub conditione non est votum simpliciter,& ideo non obligat nisi conditione existente,& hoc quando tota obligatio ponebatur in euentum conditionis.

Ad sextum respond. quòd votum interpretatum obligat, sicut & votum oretenus emissum; ad illud quòd dicitur plures esse, qui illud non seruant Resp. quòd adducere inconueniens non est soluere, seu dicas quòd transgressio religiouis extra tria vota essentialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ non dicitur fractio voti.

QVÆST. II.

COnsaldus presbyter quondam in infirmitate feruore passionis pressus Monachum se fieri promisit, non tamen monasterio aut Abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, sed beneficium ecclesiæ in manu aduocati refutauit,at postquam cõualuit mox se monachum negauit fieri.

Pro declaratione huius quæstionis uidendum est vsum.scilicet.

ARTIC. I.

Vtrum ille,qui obligatus est ad religionis in ingressum teneatur intrare, & nolens an recuperet bona, quæ hac occasione refutauit?

1 AD hoc uidetur dicendum, quòd nõ quoad ingressum religionis per cap.1.17.q.2. ibi quia propter,quia beati Benedicti regula & præcipue patris & prædecessoris nostri Sancti Gregorij Papæ canonica institutio interdicit Monachū ante unius anni probationem effeci iudicamus authoritate Apostolica præcipimus, ut præfactus presbyter beneficia,& altaria recipiat habeat, & quietē retineat,

Præ-

2 Præterea nullus tenetur facere id, quod non est in sua potestate, sed quòd aliquis religionem ingrediatur non est in potestate sua, sed requiritur ad hoc consensus eorum, ad quorum religionem debet transire. ergo &c.

3 Præterea per votum minus vtile non potest derogari magis vtili, sed per votum religionis impediri potest votum crucis impletio in subsidium terræ sanctæ, quod videtur esse vtilius, quia per hoc consequitur homo remissionem peccatorum, ergo videtur quòd huiusmodi votum non sit de necessitate implendum.

Sed contra facit cap. 1. & seq. 17. q. 1. iuxta illud eccl. 5. si quid vouisti Deo non moreris reddere; displicet enim Deo infidelis & stulta promissio, & super illud Psal. 75. dicit gl. vouete & reddite, vouere voluntati consulitur, sed post voti promissionem redditio necessario exigitur.

Respond. dicendum, quòd qui vouit religionem tenetur eam ingredi secundum quòd de se voto obligare intendit, ita s. quòd si vouit se absolutè, tenetur quanto citius potest, si autem ad certum tempus vel sub certa conditione tenetur religionem ingredi tempore adueniente, vel conditione existente.

Ad primum respond. quòd ibi non erat emissum votum solemne, sed simplex quo casu obligatur Monasterio, vt cogi possit in eo manere & ecclesiam dimittere, tamen in foro conscientiæ consulendum esset, vt omnibus dimissis religionem intraret. cap. per tuas. de voto.

Ad secundum respond. quòd tenetur facere quantum in se est, vt recipiatur in vna, sin minus procurare debet se recipi in aliam, nisi simpliciter vni tantum vouerit, nam tunc si in ea non recipitur non obligatur amplius.

Ad tertium respond. negando minorem, quia votum religionis cum sit perpetuum maius est quam votum peregrinationis terræ sanctæ, quòd est temporale. cap. scripturę. de voto, & licet per ingressum religionis quis non absoluatur ab omni reatu pænæ, nihilominus ingressus religionis vtilior est, quàm peregrinatio terrę sanctæ quantum ad promotionem in bonum, quòd prçponderat absolutionem à pœna, probabiliter tamen dici posset, quòd ille qui ingreditur debito modo religionem consequatur remissionem omnium peccatorum; si enim aliquibus eleemosinis factis homo potest satisfacere de peccatis suis secundum Daniel. 5. peccata tua eleemosinis redime, multo magis in satisfactione pro peccatis sufficit quòd aliquis se totaliter diuinis obsequijs mancipet per religionis ingressum, qui excedit omne genus satisfactionis & publicæ pœnitentiæ, sicut etiam holocaustum excedit omne sacrificium cap. amouere. 32. quæst. 2.

QVÆST. V.

Quòd autem &c.

Facta præsuppositione, quòd presbiter se & sua tradiderit monasterio non potest ea recuperare, etiam cum licentia Abbatis, qui si ei licentiã dederit, peccat mortaliter, & hoc si mente sana & non alienata fecit, alias secus de qua vide quæ dicam in seq. quęst.

QVÆST. VI.

Si autem sine licentia Abbatis. &c.

Pro pleniori intelligentia huius quęst. videndum est primo vtrum monachus, qui contulit bona sua monasterio ipsa sequantur eum, si transeat ad secundum monasterium respond. quòd si exeat ante professionem conclusio est, quòd omnia recuperat. cap. transmiss. de renunc. quod intellige, nisi ea absolutè & irreuocabiliter donasset, si vero post professionem, & sine licentia transit ad alterum monasterium, est conclusio quòd in hoc casu res suæ cum primo monasterio remanebunt & monasterium, quòd ipsum recepit imputetur sibi si nihil habet de rebus illis, si vero cum licentia vel etiam inuitus cũ aliqua causa uadit ad secundum monasterium, tunc rerum possessio, quas contulit debetur secundo monasterio quandiu uixerit, ne ei existat onerosus cap. cognouimus. 16. q. 6. cap. si quis rapuerit. 27. quæstione prima.

CAVSA. XVIII.

Quidam Abbas consecratus in Episcopum prius monasterio multa contulit, postea in Episcopatu plura acquisiuit.

Quæritur primo an monasterium possit petere quæ ab Episcopo quæsita sunt, an episcopalis ecclesia possit sibi uendicare quæ monasterio fuerunt tradita?

Secundo an per Episcopum sit Abbas eligendus & ordinandus, an tantummodo à proprijs fratribus sit instituendus?

QVÆST. I.

Prima quæstio terminatur in concilio habito apud Aleum, in quo sic statutum legitur, statutum est & rationabiliter secundum sanctos Patres à synodo confirmatum, vt monachus quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potestatem habeat, sed quicquid acquisierat uel habere usus fuerat monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundum Regulam. S. Benedicti arbitrio, postquam enim Episcopus ordinatur ad altare, ad quòd sanctificatur, & titulatur secundum sacros canones quòd acquirere poterit restituat.

Quæstio ista nullam habet difficultatem, quæ enim monachus ante Episcopatum acquisiuit monasterio relinquenda sunt, quæ uero acquisiuit ex quo factus est Episcopus Episcopali Ecclesię acquisiuit, & relinquenda sunt.

Secundam uero quæst. terminat. &c.

Conclusio huius quæst. elicitur ex cap. 1. 18. q. 2. vbi Greg. scribit Castorio Ariminensi Episcopo ibi Abbas in monasterio non per Episcopum, aut per ali-

aliquem extraneum ordinetur neque ab Episcopo missa ibi celebretur, vt nulli ecclesiæ subijciatur & in cap. 3. 18. quæst. 2. vbi Greg. lib. 4. epist. 43. ibi Abbatem cuilibet monasterio non alium, sed quem dignum moribus atque actibus monasticæ disciplinæ communi consensu congregatio tota poposcerit ordinari uolumus; Missas autem publicas per Episcopum, vel clericos in monasterio fieri omnimodo prohibemus.

CAVSA XIX.

Duo clerici ad monasterium transire uoluerunt uterque licentiam ab Episcopo suo petijt.

Modo quæritur si Episcopus debeat permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur?

Secundo quæritur si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit ingredi?

Tertio si contigerit ipsos regulares canonicos fuisse, vtrum cōcedendus esset eis monasterij ingressus.

QVÆST. I.

Quòd Episcopus licentiam clericis adeundi monasterium dare debeat.

Pro declaratione huius quæstionis videndum est primo.

ARTIC. j.

Vtrum presbyteri curati licitè possint religionem ingredi?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia qui obligatur homini pro aliquo debito non potest intrare religionem, nisi soluat id quòd debet, sed habens curam animarum est huiusmodi, quia promisit gerere curam animarum, ergo non potest eam relinquere.

2 Præterea, quòd vbi licet paribus omnibus licet, sed si omnes presbyteri habentes curam animarum religionem intrarent plebes absque cura pastorum remanerent, quòd esset inconueniens ergo non liceret eis relinquere curam, & ingredi religionem.

3 Præterea inter actus ad quos religiones ordinantur præcipui sunt illi quibus contemplata aliquis tradidit alijs, sed huiusmodi actus competunt etiam curatis vt est confessiones audire, prædicare &c. ergo videtur, quòd non liceat ad religiones transire.

4 Præterea curatus promisit obedientiam Episcopo ergo eam curam dimittere non potest saltim sine eius licentia, peccatum enim Hariolandi est repugnare cap. sciendum 8. q. 1.

5 Præterea si prohibentur curati alienare bona ecclesiæ, ergo magis intelligitur prohibitum se ipsos alienare.

6 Preterea non licet de maiori statu transire ad minorem, sed clericus habens curam animarum est in superiori statu quàm religiosus simplex, cum sint similiores Episcopis quàm religiosi unde Hieron. scribens ad Rusticum dicit viue in monasterio ut clericus esse merearis.

7 Præterea dicit Chrisostomus in suo dialogo, si ali quis mihi proponeret optionem, an mallem plus esse in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine comparatione eligerem, quòd prius dixi, vbi præponit uitam clericalem uitæ monasticæ.

8 Præterea facit, ut dicit Aug. ad Valerium cogitet religio tua nihil esse in hac vita maxime hoc tempore difficilius, laboriosius periculosius Episcopi aut presbyteri officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militentur quo noster imperator inbet.

9 Præterea Episcopi sunt in statu perfectiori, quàm religiosi, sed presbyteri curati eo, quòd habent curā animarum sunt similiores Episcopis quàm religiosi, ergo non possunt curam relinquere, & religionem ingredi.

10 Præterea bonum publicum præferendum est priuato, sed presbyteri curati intendunt utilitati communi multitudinis, zelo saluris animarum, ergo præferendi sunt religiosis, qui proprie saluti studēt.

11 Præterea non licet de statu maiori ad minorem transire, sed de statu monastico licet transire ad officium presbyteri curati. cap. si quis. 16. quæstione prima ergo &c.

12 Præterea virtus consistit circa difficilia, & bona, sed difficilius est, quòd aliquis benè uiuat in officio presbyteri curati, quàm in statu religionis, ergo non licet de cura transire ad religionem.

Sed contra dicitur. cap. clerici. 19. q. 1. vbi Toletanum Concil. 4. c. 49. legitur clerici qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem uitam sequi cupiunt) liberos eos ab Episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

Respond. dicendum, quòd presbyteri curati possunt relictis animarum curis ad religionem transire, quia licet de statu minori transire ad maiorem, sed religiosi sunt in statu perfectionis, presbyteri curati non, cum nullam obligationem perpetuam faciant ad ea quæ perfectionis sunt sicuti religiosi faciunt.

Ad primum respond. negando assumptum nam obligantur ad illud regimen tantum, quam diu retinent, eorum autem promissio non extenditur ultra.

Ad secundum respond. quòd ille timor stultus est, puta sicut si aliquis timeret aurire aquam ne flumen deficeret, rara enim est virtus, nec à pluribus appetitur.

Ad tertium respond. negando consequentiam, alij enim sunt actus in religione, quàm illi & alia exercitia uirtutum & perfectionis opera, ad quæ religiones ordinantur.

Ad quartum respond. quòd clerici hoc casu absoluantur ab obedientia Episcopi authoritate canonis: quia transeunt ad meliorem uitam.

Ad quintum respond. quòd non militat ratio, quia licet bona ecclesiæ prohibeantur alienari circa personas, tamen talis prohibitio nunquam emanauit, immo ius contrarium disponit d. c. clerici.

Ad sextum respond. negando minorem, quoniam religiosi sūt in perfectiori statu quā curati ut dictū est.

Ad

Ad septimum resp. quòd ibi loquitur de Episcopis, est enim consuetus mos patrum, vt Episcopi sacerdotes nuncupentur, quandoq; qui ita intelligantur secundum, quòd patitur subiecta materia, sed si intelligamus de inferioribus curatis intelligendum est, quo ad difficultaté, periculosior enim est status habentis curam animarum, quam monachi; Nam quamuis maior virtus requiratur ad hoc, quòd aliquis conseruet se immunem à peccato inter populos, quam in religione, maioris tamen uirtutis est vitare pericula religionem intrando, quàm non intrare pericula inter populos uitare.

Ad Octauum resp. quòd Aug. loquitur quantum ad difficultatem, quæ ostendit magnitudinem virtutis in his, quæ bene conuersantur, ut dictum est.

Ad nonum resp. negando consequentiam, quia licet curati sint similiores Episcopis quantum ad aliquid. s. quantum ad curam animarum, sed quantum ad perpetuam obligationem, quæ requiritur ad statú perfectionis similiores sunt religiosi Episcopis.

Ad decimum respon. quòd quamuis absolutè siue in genere loquendo intendere bono publico melius sit, quam intendere priuato, intendere tamen perfectè & totaliter bono priuato, ut saluti propriæ præfertur illi, qui in perfectæ intendit bono publico.

Ad vndecimum resp. negãdo minorem quia monachi de statu religionis ad curam animarum non transeunt, & licet aliquando assequãtur, quod prius non habent. s. officium curæ, remanét tamen in primo statu.

Ad duodecimum resp. negando consequentiam, quia difficultas nõ semper arguit perfectionem virtutis. præterea difficultas potest dupliciter cõsiderari, uno modo ex arduitate operis, & talis addit ad pfectionem uirtutis, quæ habetur in statu religionis, alio modo ex exterioribus impedimentis, & hæc habetur in his, qui exercent curam animarum.

QVÆST. II.

INuito uero Episcopo clericum eius à nullo esse suscipiendũ Leo Papa testatur in epist. 82. cap. 9. Alienum clericum inuito Episcopo ipsius nemo suscipiat. c. 19. q. 2. sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire uoluerit. Tunc. n. liberum est illi, etiam episcopo contradicente monasterium ingredi, ut habetur c. 19. q. 2.

QVÆST. III.

CAnonicos autem regulares &c.

Pro declaratione huius quæstionis. Primo videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum sit licitum transire de una religione ad aliam arctiorem.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd nõ dicitur enim. 1. Cor. 7. In qua uocatione quis vocatus est in ea perpetuo debet perseuerare.

2 Præterea dicit idem Apost. Heb. 10. Nec deserentes collationem vestrã, sicut est cõsuetudinis quibusdam glo. qui. s. timorem persecutionis credunt, uel propria præsumptione à peccatoribus, vel imperfectis, ut iniusti uideantur recedunt, sed hoc facit qui de vna transit ad aliam, ergo male.

3 Prætetea nullus debet esse causa scandali cap. nisi cum pridem. de renunc. Mat. 3. Ve. illi per quem scandalum uenit, sed per talé transitum datur causa scandali his, qui relinquuntur, ergo non licet de una in aliam transire.

Sed cõtra facit sextus in c. statuimus. 19. q. 3. vbi Vrbanus II. scribit Abbati. s. Ruffini licere de canonica regulari effici Monachus, de licentia tamen sui superioris. S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 8.

Resp. dicendum sub duabus conclusionibus, prima, q̃ trãsire de una religione ad aliam, nisi propter magnam vtilitatem, uel necessitatem, non est laudabile, quia ex hoc pleriq. excandalizantur. s. illi, qui relinquuntur, & plerumq. iacturam incurrunt, secundo, quia facilius proficit aliquis in religione, quàm consueuit, quàm in alia cæteris paribus; Altera sit conclusio, q̃ licitum, & laudabile est de una religione transire ad aliam, & hoc cum religiones diuersæ præeminent secundum diuersas virtutum opera, cũ fit aliqua de tribus causis, Primo zelo perfectionis, quæ quidem excellentia in religione nõ attenditur primo principaliter secundum id ad q̃ religio ordinatur, Secundo autem secundum discretionem obseruantiarum debito fini proportionatorum; Tertio si propter infirmitatem non potest manere in una, & not. q̃ quando quis vult transire de una religione ad aliam arctiorem, tenetur licentiam petere ex humilitate, quæ quidem ei negari non debet, in alijs casibus si quis uelit de una in aliam religionem transire, requiritur dispensatio.

Ad primum resp. q̃ nemo debet discedere à sua uocatione, nisi suadente necessitate, vel utilitate.

Ad secundum resp. quòd illi, qui ad arctiorem religionem transeunt non faciunt, hoc præsumptuosè, vt iusti videantur, sed deuotè, vt iustiores fiant.

Ad tertium respon. q̃ vbi sine magno scandalo, & graui iactura primæ religionis fieri non posset forte super sedendum esset; cessat autem scandalum si cũ licentia transiijt.

CAVSA XX.

DVo pueritiæ annos agentes à parentib. monasterio traditi sunt. vnus inuitus, alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis uenientes inuitus ad secularem militiam redijt, spõtaneus ad monasterium districtius petijt.

1 Nunc primum quæritur, si in pueritiæ annis traditi cogantur religionis propositum tenere.

2 Secundo, si præter uoluntatem parentum tonsuram, vel religionis uestem quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi an non.

3 Tertio qui præter propriam voluntatem cucullã induerit, an cogatur eam retinere an non.

QVÆST. I.

Quod intra annos pueritiæ traditi. &c.

Pro declaratione huius quæst. hoc videndum erit.

ARTIC. I.

Vtrum pueri ante annos pubertatis ſint recipiendi ad religionem.

1 AD hoc uidetur dicendum, quòd non, quia non minor cura eſt adhibenda in ingreſſu religionis, niſi prius in præceptis fuerit exercitatus, vnde Chriſtus dedit conſilium adoleſcenti, qui iam pręcepta ſeruauerat, Mat. 19. ubi vis perfectus eſſe &c.

2 Præterea facit, quòd dicitur extra. de regularibus & tranſeuntibus ad religionem, vbi habetur, quòd nullus tondatur, niſi legitima ætate, & ſpontanea uoluntate, ſed pueri non ſunt tales, ergo non ſunt recipiendi.

3 Pręterea ſtatus religionis videtur eſſe ſtatus pœnitentiæ, ſed pueri excipiuntur ab omni pœnitentiæ coerctione c. nos. de pœn. diſt. 4. ergo non ſunt ad religionem inducendi.

4 Præterea pueri ante annos quatuordecim non obligentur iuramento ca. pueri. 22. q. 5. ergo nec etiam voto ſunt obligandi ad religionem.

5 Præterea illicitum eſt obligari aliquem tali obligatione, quæ poſſet irritari, ſed ſi impuberes ingrederentur poſſunt rettahi à perentibus, & tutoribus. c. Puella. 20. q. 2. ergo non ſunt recipiendi,

6 Præterea, qui non poteſt ſe obligare ad minus, nõ poteſt ſe obligare ad maius, niſi ſit neceſſarium, ſed minor quatuordecim annis nõ poteſt ſe obligare ad matrimonium, ergo nec ingredi religionem.

Sed contrarium dicitur 20. q. 1. in princ. cum c. 1. & ſeq. ibi, quòd intra annos pueritiæ tradiri cum adulti fuerint liberum habeant arbitrium manendi, uel diſcedendi, probatur authoritate 9. ſynodi &c. S. Thom. 2. 2. q. 189. art. 5.

Reſpond, dicendum expediens eſſe pueros infra annos pubertatis poſſe recipi in religione, quia illud quod a pueritia aſſentimus perfectius, & firmius tenemus Prou. 22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea & Iren. 3. bonum eſt uiro cum portauerint iugum ab adoleſcentia ſua, vn de Mat. 19. ſinite paruulos uenire ad me.

Ad primum reſp. negando conſequentiam, quia diuerſi ordines ſunt quaſi diuerſi gradus vnius clericalis uitæ, & ideo oportet, ut à minoribus incipiat, qui ad maiores tendit, quòd non eſt ſic in religione, in qua non oportet, quod prius circa ipſa aliquis ſit in ſeculo exercitatus, & licet Chriſtus uocauerit adoleſcente ad conſilia iam ipſum exercitatum in præceptis uocauit, etiam Matheum publicanum non exercitatum in præceptis, ſed potius peccatis multiplicatũ, ex quo accipere poſſumus, quod ad conſimilia obſeruanda in religione, uocãdi ſunt, non ſolum exercitati in præceptis, ſed etiam non exercitati,

Ad ſecundum reſp. quòd legitima ætas ad hoc, quod quis tondeatur cum uoto ſolemni religionis eſt tempus pubertatis, in quo. homo uti poteſt ſpontanea uolũtate, ſed ante annos pubertatis poteſt eſſe legitima ætas, ad hoc, quód aliquis tondeatur in religione, nutriendus & educandus.

Ad tertium reſp. negando conſequentiam; religionis. n. ſtatus eſt ſtatus pænitentiæ, & eſt ſchola perfectionis, unde ad religionem ſunt recipiendi peccatores propter pęnitentiam, & recipiendi ſunt pueri innocentes, quaſi in ſchola quadam perfectionis, & perfectius innocentiam conſeruent.

Ad quartum reſp. quòd ſicut pueri non coguntur ad iurandum, ita nec etiam ad uouendum, ſi tamen voto, uel iuramento ſe adſtrinxerint ad aliquid faciendum obligãtur quo ad Deum ſi habeant vſum rõnis, licet nõ obligentur quo ad eccleſiã, ut inferius dicã.

Ad quintum reſpond. negando conſequentiam, quòd intelligitur ſe obligare quantum in ſe eſt ſalua authoritate patris.

Ad ſextum reſpon. negando conſequentiam, quia non eſt ſimile; obligatio enim perficiens matrimonium corporale non poteſt fieri ante annos pubertatis, cui obligationi eſt ſimilis profeſſio, quæ fit in religione ad perpetuo remanendum in ea, ſed ante annos pubertatis poteſt fieri aliqua ſponſio futuri matrimonij, ſicut eſt in ſponſalibus, cui aſſimilatur obligatio, quæ fit ad religionem; & ſic poteſt ſecundo reſponderi, quod argumentum procedit bene de uoto ſolemni, non autem de uoto ſimplici.

Hodie autem libertati profeſſionis uirginum Deo dicendarum proſpiciens ſancta ſynodus, ſtatuit atq; decerint, ut ſi puella, quæ habitum regularem ſuſcipere uoluerit, maior duodecim annis &c. libertati ſeſſ. 25. de reform. Conc. Trid.

In quacunque autem religione tam uirorum, quã mulierum profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum, nec qui minori tempore, quã per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit ad profeſſionem admittatur. c. in quacunque. diſt. 25. Conc. Trid. de reform.

ARTIC. II.

Vtrum ſolus Epiſcopus ſit miniſter conſecrationis uirginum.

1 AD ſecundũ uidetur dicendum, ꝙ non, quia cõſecratio corporis Chriſti eſt multo maioris dignitatis, quã ſit cõſectatio virginũ, ſed illud pertinet ad vnũquẽq; ſacerdotẽ, ergo etiã illud.

Sed contra dicitur in c. Deuotis. 20. q. 1. vbi Gelaſius Papa ſcribẽs Epiſcopis Lucanię in c. 14. & ſeq. dicit viduas autem velare pontificum nullus attentet.

Reſp. dicendum, quòd ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſuperiorem pertinet conſecratio virginum, quia figurã gerunt eccleſiæ Chriſto deſponſatæ, cuius cura ipſi principaliter cõmittitur, & quia ſicut per matrimonium carnale repræſentatur matrimonium ſpirituale inter Chriſtum & eccleſiam quantum ad fœcunditatẽ, ita per velationem virginũ repræſentatur idem matrimonium ſpirituale, quantum ad eius integritatem, ut patet per omnia, quæ ibi proferuntur, & geruntur, & propter hoc ſolus prælatus cui eccleſiæ cura committitur uirgines uelando deſponſant, nõ ſibi, ſed Chriſto, quaſi ſpõſi paranimphus, & amic᷒.

Ad oppoſitum reſp. negando conſequentiam, Nõ . n. uerum eſt, quod qui poteſt maius poſſit in minus vt ferre duos nudios includit unum, non ſic eſt in propoſito cum ſimus in diuerſis.

AR-

ARTIC. I.

Vtrum sole virgines veniant uelandæ uelo consecrationis.

1 AD tertium vr dicendum, quod non, quia consecratio, quæ adhibetur viris in susceptione ordinis est maior, quàm illa, quæ adhibetur mulieribus in velatione, sed consecratio ordinis non exigit virginitatem in consecrato, ergo nec mulieres velatio.

2 Præterea nullus debet pro pœna, quam substinuit puniri, sed aliquando mulieri pro pœna infertur, quod corrumpatur, sicut patet in his, quæ per uiolentiam corrumpuntur, ergo non debet eis velum virginitatis denegari.

3 Præterea si virginale velum corruptæ denegatur, sequetur scandalum astantium, & periculum homicidij, sicut cum aliqua est occultè corrupta, ergo saltem in isto casu velum consecrationis eis dari debet. Sed contra facit, quòd dicit cap. deuotis. 20. quæstione prima, ibi viduas autem velare pontificum nullus attentet.

Respond. dicendum, quòd solæ virgines debent velo consecrationis velari: in officio enim ecclesiæ non decet esse aliquam falsitatem, sed cum velantur fit mentio de carnis integritate, ergo solæ virginis consecrantur, & ratio est, vt per hoc significetur matrimonium Christi, & ecclesiæ quantum ad eius integritatem;

Ad primum respond. negando consequentiam, quia in susceptione ordinis non consecratur aliquis in sponsum, sed in ministrum sposi; vnde non requiritur virginitas ad significandum integritatem spiritualis matrimonij, sicut requiritur in velatione, quæ consecratur in sponsam.

Ad secundum respond. negando consequentiam, quia licet apud Deum duplicetur sibi ad coronã, vt de S. Lucia legitur, tamen non consecratur, vt virgo, quia in illo actu delectationis difficile est ita emittit, quod voluntas non abijciatur, sine quod aliquis motus complacentiæ non insurgat; vnde cum de plano dissensu constare non possit ecclesiæ, quia ipsa de interioribus non iudicat, cum exterius corrupta sit inter virgines non velatur, vnde statutum est, vt humiliter abstineant à concratione c. illæ 23. q. 5.

Ad tertium resp. quòd vbi immineret periculum vitæ, & scandali possent occultè mutari illa uerba uirginitatis in castitatem, & continentiam.

QVAEST. II.

DE his uero, qui præter uoluntatẽ parentũ &c. conclusio huius q. est quòd pater potest paruulum de monasterio extrahere, si est minor quatuordecim annis & filiam si est minor duodecim annis, alias non c. 1. & seq. 20. q. 2. ratio est, quia cum non habeant usum rationis non possunt se absque authoritate parentum, nel alterius in cuius potestate sint, & licet quãdoque usum habeant rationis ante dictũ tempus, tamen obligatio reuocari potest per authoritatem patris, in cuius potestatem adhuc existit; quia ordinatio legis, quæ unus homo subditur alteri respicit id, quod in pluribus accidit, quo uero ad Deum tenetur postea post tempus expletum ad religionem reuerti, si noto se obligauit ante, cum ipse haberet usum rationis, dicitur enim, quòd malitia supplet ætatem.

QVAEST. III.

QVod autem, qui inuitus propositũ religionis susceperit non sit cogendus ad inuiti propositi obseruationẽ testatur Leo Papa epist. 90. alias 92. c. 12. dicens.

Propositum Monachi proprio arbitrio, & uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato; ubi arg. à contrario sensu probatur, quòd nemo contra propriam uoluntatem potest ad opera perfectionis & superrerogationis trahi, unde Mat. 15. si nis perfectus esse, ueni & sequere me, consilia enim sunt uoluntatis, & non coactionis, aut necessitatis facit c. 1. & seq. 20. q. 3.

QVÆST. IV.

QVod uero ab uno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit ex Cõcilio Triburiẽsi habetur, in quo sic statutũ est, uirgines sacræ si pro lucro animę suę propter districtio rem uitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque cõmanere decreuerint synodus concedit, si uero fuga disciplinæ alium locum quęsierint redire cogantur. c. 2. 20. q. 4. quod autem de uirginibus sacris hoc c. statuitur de monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

CAVSA XXI.

1 ARchipræsbiter cuiusdam ecclesiæ præposituram alterius accepit; nec priorem uult relinquere; secularium quoque negotiorũ procurator efficitur, claris & fulgidis uestibus se exornans ab Episcopo suo corripitur, relicto officio suo ad secularem iudicem habet confugium.

1 Primum quæritur, an clericus in duabus ecclesijs possit conscribi.

2 Secundo si unam uoluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire.

3 Tertio an procurationes secularium negotiorum clericis liceat suscipere.

4 Quarto an clericus, & fulgidis uestibus eis ornari expediat.

5 Quinto an ab Episcopo correpti suum officium relinquere, & ad secularem iudicẽ cõfugere ualeant.

QVÆST. I.

IN duabus ecclesijs aliquem connumerari posse septima synodus prohibet dicens c. 15.

Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesijs; negotiationis enim hoc est & turpis lucri proprium, & ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum; audiuimus n. ex ipsa Dominica uoce, quòd nemo potest duobus Dominis seruire, aut n. unũ odio habet, & alterũ diliget; aut unum

ſubſtinebit,& alterum cōtemnet, vnuſquiſque enim ſecundum apoſtolicam vocem in quo uocatus eſt in hoc debet manere, & in vna locari eccleſia, quæ enim per turpe lucrū in eccleſiaſticis rebus efficiuntur aliena conſiſtunt à Deo c, 1.21.q.1.

Fallit tamen hæc diſpoſitio in ſex caſibus Primo quando ſunt pauperes. cap. vnico 10. quæſtione 3. ſecundo cum Epiſcopus diſpenſat, vt in beneficio ſimplici cap.ſanctorum.70. diſt. Tertio propter paucitatem clericorum cap. 1. in fioe 21. quęſtione prima. Quarto quando quis habet vnam intitulatam alteram in comendam cap.qui plures. 21.q.1. Quinto ex diſpenſatione pontificis etiam cum pluribus curatis. cap. de multa. de præbendis. Sexto cum vna adhæret alteri, vel vna ex altera peudet cap. eam te, de æt. & qual.

QVAEST. II.

Qvi vero relicta ſua eccleſia ad aliam tranſire: voluerit nequaquam ſine dimiſſorijs litteris ſui Epiſcopi ſuſcipiatur. vnde in Sexta Synodo c.17.legitor.

Quoniam diueſrarum eccleſiarum clerici ſuas in quibus ordinati ſunt eccleſias relinquentes ad alios concurrant Epiſcopos & ignorante Epiſcopo proprio in alienis conſtituntur eccleſijs, vbi contingit eos ſine ſui examinatione permanere, præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino in qoocunque grado ſit licentiam habeat ſine dimiſſorijs litteris ſui Epiſcopi in altera conſtitui eccleſia, Qui vero hoc modo non obſeruauerit ad opprobrium eius, qui ordinauerit eum deponatur tam ipſe, quàm qui eum ſine ratione ſuſceperit.

QVÆST. III.

Qvod autem clerici ſeculariom negotiorum procuratores eſſe non valeant &c.

Pro declaratione huius quæſtionis notandnm eſt, quòd ſeculare negociom dicitur tripliciter vno modo, quia eſt de rebus ſeculi, ſiue laicorum ſiue clericorum, & de tali eſt concluſio, quòd tale negotium ſeculare, ſiue inter clericos, dommodo ſit coram iudice eccleſiaſtico poteſt tractare clericos. cap.nollus. 15, quæſtione quarta. Secundo modo dicitur ſeculare negocium ideſt ſeculatium, & de iſto eſt concluſio, quòd clerici non debent tractare cap. te quidem. 11. quæſtione prima, niſi pro defenſione, orphanorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum cap. primo. 88. diſtinct. Tertio modo dicitur ſeculare negocium à modo miniſtrandi, ſcilicet cum adminiſtratur ſeculariter, ſcilicet cauſa locri, vel auaritiæ, & hoc etiam interdicitur clericis. cap. prædicator. 16. quæſtione prima, quia clericus per clericatum diuino ſeruitia deuooit, dicens Dominus pars hæreditatis mea &c, Sed per ſecularia negocia ſe à diuino ſeruitio ſubtrahit, quia nemo poteſt Deo ſeruire & mammonæ Luc 16. ſecundo qoia cadit à regali celſitudine in pulueremi mundanorum, per clericatum enim ſublimatur in excelſum regalis ſacerdotij, vnde Dominus Luc. decimo, & Matth. decimo, iubet vni ex Apoſtolis excūtere puluer ēde pedibus, 1. affectibus ſuis. Tertio quia implicatio negotiorum turbat oculum contemplationis, & deuotæ orationis, vnde Moyſi dictum eſt ſolue calciamenta de pedibus tuis, quoniam terra in qua ſtas ſancta eſt, quarto quia nō mious requiritur quies, & deuotio in miniſtris templi, quàm in loco templi, & domo orationis, cum miniſtrorum ſit orare, & non loci. vnde locus eligitur propter gentem, & non gens propter locum, vt dicitur ſecundo Machab. quinto. Cum ergo Dominus ſecularia negocia ementium & vendentium eiecerit de templo, ne domus orationis fieret ſpelunca latronum Matth. vigeſimo primo, longe maius voluit clericos longe fieri à negocijs ſecularibus vnde in capitulo ſecundo vigeſimaprima quæſtione tertia dicitur Apoſtolorum ſtatuta ſunt, quæ dicunt (Nemo Militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus) proinde aut clerici ſint ſioe actionibus domorum; aut actores ſine officio clericorum.

QVAEST. IV.

Qvod vero fulgidis & claris veſtibus, eis ornari non liceat, in ſeptima Synodo inbetur in qua ſic ſtaturum eſt. cap. 16.

Omnis iactantia, & ornatus corporalis à ſacrato ordine aliena eſt, Eos ergo Epiſcopos, vel clericos, qui ſe fulgidis, & claris veſtibus ornant, emendari oportet, qood ſi in hoc permanſerit epitimio tradantur, ſimiliter eos, qui vnguento inunguntur. cap. primo 21, quæſt. 4.

Pro declaratione huius quæſtionis videndum eſt vnum videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum clericis liceat fulgidis veſtibus adornare, & religioſis vilibus uti.

1 AD primum quoad clericos videtur dicendum, quòd ſic ne clericalis dignitas in contemptum.

2 Præterea dicit gl. in ſomma 21.q.4. quòd vti poſſunt purpura, ſicuti ea vſus eſt etiam Dominus.

2 Præterea qoo ad religioſos videtur dicendum, quòd nō, quia vt dicitur. 1. ad Theſ. vlt, ab omni ſpecie mali abſtinere debemus, ſed vilitas veſtrum habet ſpeciem mali, dicit.n. Dominus Mat. 7. attendite à falſis Prophetis, qoi veniunt ad vos in veſtimentis ouium. &c.

4 Pręterea facit dictum Hieron. ad Nepotianum veſtes pullus. 1. nigras equæ vita, vt candidas; ornatus & ſordes pati modo fugiendi ſunt, quia alterum delicias, alterum gloria redolet.

5 Præterea religioſi maxime intendere debent operibus pęnitentiæ, ſed in operibus pęnitentiæ non eſt vtendum exterioribus ſignis triſtitiæ, ſed magis lętitię dicit.n. Dominus Mat. 6. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut Hypochritæ triſtes, & poſtea ſubdit. Tu autē. cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

Sed contra facit c. 1. 21. q. 4. vbi ſupra adductū eſt

Resp. dicendum, quòd clericis non licet fulgidis, aut sordidis vestibus vti, item habitus cleri secularis non debet esse vilis, neq; abiectus, nec superbus, sed honestus, ne scilicet dignitas clericalis veniret in cõtemptũ, sed cõgruus esse debet iuxta ordinẽ suũ; quo vero ad clericos regulares conuenit eis, vt vilibus, & abiectis vestibus vtuntur, nam de mulieribus dicitur ad Tit. 2. nõ in veste pretiosa, multo magis in religio so paupertatem professo, quod idem factum esse à S. Ioanne Bapt. & multis alijs sanctis, est. n. religio sta tus pœnitentiæ, & contemptus huius mundi, qui omnem gloriam in innibus uitare debet,

Ad primũ resp. negando, ꝙ propter hoc vilesceret dignitas clericalis, nisi pretiosis, aut fulgidis vestibus vteretur, vt patet in textu allegato.

Ad secundum resp. ꝙ gl. falsum dicit, quod. s. purpura fuerit vestis Christi inter vestes suas. vnde beatus Martinus diabolo sibi apparenti in habitu purpu reo, & simulanti se Christum esse dixit Christum pur puratum non noui, sed milites Pilati inderisionem eius, quia regem se dexerat Iudæorum plectentes co ronam de spinis imposuerunt capiti eius, & vestem purpuream circundederunt ei Ioan. 19.

Ad tertium quo ad clericos regulares resp. negando minorem, vilitas. n. vestium nõ habet speciẽ mali imo speciẽ boni. s. contemptus mundanę gloriæ mali tamen sub vilitate vestium suam occultant maliciã.

Ad quartum resp. ꝙ ibi loquitur de vestibus vilibus, quæ deferuntur propter humanam gloriam.

Ad quintum resp. ꝙ ratio illa nõ probat, nisi quod homines præsentiæ dediti non debẽt ostendere exteriora signa tristitię ad iactantiam, vel vanam gloriam. vnde sequitur, vt scilicet videamini hominibus ieiunantes, vnde omnia illa, quæ dicuntur ibidem vnge caput tuum, & faciem tuam laua ad spiritualem letitiam referuntur non ad aliqua exteriora signa letitię ostendere de hoc habetur in Conc. Trid. c. 6. sess. 13.

QVÆST. V.

Vum vero Episcopũ relinquere, & ab officio suo discedere atq; ad secularẽ iudicem cõfugere nulli licet, vnde in Agatensi Concilio c. 8. legitur.

Placuit vt clericus, si relicto officio suo propter di strictionem ad secularem iudicẽ fortasse confugerit, & is ad quem recurrit solatium ei defensionis impen derit, cum eodem de ecclesiæ communione pellatur c. 1. & seq. 21. q. 5.

CAVSA XXII.

Vidam Episcopus iurauit falsum, ꝙ putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam præstaturum ei obedientiã compellitur Archidiaconus ab episcopo ad exhibendam sibi consuetam reuerentiã, accusatur Episcopus de duplici periurio, & de eo, qui falsum iurauit, & quia Archi diaconum ad peierandum compellit.

1 Primo quæritur an iuramentum sit præstandum an non.

2 Secundo si sit periurus, qui iurat falsum, quòd pu tabat verum.

3 Tertio si licuit Archidiacono negare consuetam obedientiam.

4 Quarto si constiterit esse illicitum, quod iurauit Archidiaconus an sit seruandum.

5 Quinto si constiterit illud seruandum esse an episcopus sit reus periurij, qui contra iuramentum Archidiaconum suum ire compellit.

QVÆST. I.

Quod iuramentum præstandum &c.
Pro declaratione huius q. dicendũ est primo.

ARTIC. I.

Vtrum sit licitum iurare.

1 Ad primum videtur dicendum, quòd non, primo facit, quod dicit Matt. 5. ego dico vobis non iurare omnino, & Iac. 6. Ante omnia fratres mei nolite iurare.

2 Præterea illud, quod est à malo videt esse illicitũ, dicitur autem Matt. 5. sit autem sermo vester est est non non, quod autem abundantius est, male est, ergo iuramentum videtur esse illicitum.

Sed contra dicitur in Cõcil. Tolet. 8. c. 2. quod est in c. 1. 22. q. 1. ibi omne, quòd in pacis fœdera uenit, tunc solidius subsistit cum iuramẽti hoc interpositio roborat, sed & omne, quod amicorum animos couciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti uincula ligant, omne etiam, quod testibus adstipulatur, tunc verius constat cũ id adiectio iurationis affirmat. &c. S. Thom. 22. q. 89. art. 2.

Resp. dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid esse secundum se bonum, quod tamen cedit in malũ eius, qui non vtitur eo conuenienter, sicut sumere eucharistiam est bonum, & tamen, qui indigne sumit iudicium sibi manducat, & bibit, vt dicitur 1. ad Cor. 6. iuramentum secundum se bonum est, & honestum, tam ex origine, quàm ex fine, ex origine quidẽ, quia introductum est ex fide qua homines credunt Deum habere infallibilẽ veritatem, & vniuersalem omniũ cognitionem, & prouisionem, ex fine autem, quia iuramentum inducit ad iustificandum homines, & finiendum controuersias, vt dicitur ad Hebr. 6. sed iuramentum cedit in malum alicui, ex eo, quod male vtitur eo. s. sine necessitate & cautela debita.

Ad primum resp. ꝙ nõ prohibetur actus iurandi, sed ne faciliter intetur propter periculum periurij, & ne homo ex quacunq; causa iuret ad illud, quod dicitur, quod à malo est. Resp. negãdo assumptum, aliud. n. est esso malum, & aliud esse à malo; quia iuramentum prouenit ex infirmitate eorum, qui non credũt, quæ infirmitas malum est incredulitatis ideo eis prę standum est iuramentum, ideo non dicit malum est, sed à malo est; & sic patet resp. ad vtrunque.

ARTIC. II.

Vtrum liceat uti fide eius qui iurat per falsos Deos.

Ad secundum videtur dicendum, quòd non, quia idolum nihil est mundo, sed fides ab idolo nulla

nulla est, sed quod nihil habet fidei non potest præbere confirmationem sermoni, ergo videtur, quod nullus debeat vti fide propter idolum.

2 Præterea infidelis non habet fidem, sed errorem, ergo non est licitum vti fide eius.

Sed contra facit, quod dicit Aug. in epist. 154. ad publicolam cuius dictum est in c. mouet. 22. q. 1. vbi expresse ponit, quod licite vti possumus fide iurantis per Deos falsos ad bonum commune.

Respond, dicendum, quod licitum est eam infidelibus mercari, & treguas inire, sed fides mercationis & fœderis confirmari habet per mutuum iuramentum, ergo licitum est vti eorum fide ad bonum non autē ad malū illius infidelis, qui p Deos falsos iurat veritatem, Præterea iurans per falsos Deos tenetur fidem seruare, vt d. c. Mouet ergo fidelis credens iuranti per falsos Deos non peccat si veritatem dicit, quod est possibile.

Ad primum resp. quòd, licet idolum nihil sit, secundum veritatem, tamen idolatria æstimat aliquid esse, & ex ipsa æstimatione & errore fortius adhæret idolatria ipsi veritati, quàm multi christiani ex fide adhæreant, sicuti videmus in hęreticis, & ex illa forti adhærentiam, & erronea conscientia cum per idola iurant, verba sua confirmant.

Ad secundum respon. quòd fides non capitur hic pro fide Theologica, quæ in baptismo infunditur, quæ fidelibus est propria, sed pro promissione, & veritate placito, atque pacto humanorum, quæ tam fidelibus, quàm infidelibus potest esse communis.

ARTIC. II.

Vtrum iurans per falsos Deos, & mentiens peccet in duobus

AD secundum videtur dicendum, quòd iurans per falsos Deos semel tantum peccet, quia. s. per falsos Deos iurauit, & per hoc, quod iuramentum factum per falsos Deos non obligat nō peccat non seruādo illud, & sic non peccat bis, sed semel tantum, consequentia patet, assumptum probatur, sicut iuramētum est testificatio promissionis, ita & votum: sed votum idolatriæ non obligat, ergo nec iuramentum factum per idolum obligabit, consequentia patet, & minor etiam, sed contra dicitur in c. mouet. 22. q. 1. vbi Aug. dicit quòd iuramentum factum per idolum, siue falsos Deos obligat, & peccatur iurans non seruando illud.

Ad oppositum resp. negando assumptū, & ad probationem resp. negando consequentiam: nam non est simile de voto & iuramento, licet in vtroque obliget veritas; tamen differenter, quia debitum veritatis secundæ Deo obligat in uoto, debitum autem seruandæ veritatis Deo, & proximo obligat in iuramento, si ergo in voto non est, nisi una ratio obligandi, quia ergo nullum est debitum hominis idolo, ideo nulla est obligatio in voto facta idolo, quia autem in iuramento est duplex ratio obligandi, vna eo, quod adducit veritatem in testimonium suæ affectionis, & hoc obligatur Deo, alia eo, quod promittit proximo, cui debet veritatem seruare, & fidelitatem dicimus, quod in iuramento facto per idolum non est prima ratio obligandi, scilicet debitum veritatis idolo, sed solum secunda, scilicet debitum veritatis proximo, quia idolo cum nihil sit, nihil debet homo, sed proximo debet seruare veritatem, non ergo propter idolum obligatur, sed propter proximum.

ARTIC. I.

Vtrum maius malum sit per Deos falsos iurare uerum, quàm per Deum uerum iurare falsum.

AD tertium videtur dicendum, quòd maius sit peccatum iurare verum per falsos Deos, quàm iurare falsum per Deum verum, quia peccatum idolatriæ est maius, quàm periurium, sed qui iurat per falsos Deos, siue verum siue falsum, quod iurat committit idolatriam, quia idolum veneratur per ipsum iurando, ergo qui iurat verum per falsos Deos magis peccat, quàm qui iurat falsum per Deum verum.

Sed contra dicitur in c. mouet. 22. q. 1. vbi Aug. dicit magis peccare eum, qui iurat falsum per Deum verum, quàm qui iurat verum per Deos falsos.

Respond. dicendum, quòd in iuramento, quo quis iurat per falsos Deos duo sunt, videlicet illud, quòd asseritur, & illud per quod iuratur siue asseritur, conclusio est, quòd minus malum est iurare verum per falsos Deos, quàm falsum per Deum verum, & sic loquitur Aug. quia ex illa parte asseritur verum, & ex alia parte falsum; respiciendo autem ad illud per quod iuratur sic est conclusio, quòd maius malum est iurare verum per falsos Deos, quàm falsum per Deum verum, & ita patet resp. ad obiectum.

QVAEST. II.

QVod autem periurium sit falsum iurare. &c. Pro declaratione huius quęstionis videndum est primo.

ARTIC. IV.

Vtrum periurium sit falsum iurare.

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, per c. 2. 22. q. 2. vbi iuramentum, quòd tres comites non habet. s. veritatem, iudicium, & iustitiam est periurium, sed defectus iustitiæ, & iudicij non facit mendacium, sed defectum veritatis, ergo non omne periurium habet falsitatem.

2 Præterea periurium nihil aliud est, quàm peruersum iuramentum, sed iuramentum peruertitur non tantum mendacio, sed etiam per falsam formam iurandi, sicut qui iurat per idola, ergo periurium potest esse sine mendacio, siue falsitate.

3. Præterea falsum iurans, quod credit esse verum, periurus est. cap. 3. 22. q. 2. sed talis non dicit falsum, nec mentitur, ergo falsitas ad periuriū non pertinet.

Sed contra facit cap. 1. 22. q. 2. vbi August. in Psal. Domini est terra, dicit in dolo iurat qui aliter facturus est, quàm promittit cum periurium sit nequiter decipere.

Respond.

Respod. dicendum, quòd falsitas est de ratione periurij; iuramentum enim est ad confirmationem veritatis, sed mendacium veritati opponitur, ergo periurium, quòd est peruersitas iuramenti, est mendacium iuramento firmatum, actus enim morales ex fine speciem sortiuntur, finis autem iuramenti est confirmatio dicti humani, cui quidem confirmationi falsitas opponitur, per hoc enim confirmatur aliquod dictum, quòd ostenditur esse uerum, quod quidem non potest contingere de eo, quod est falsum; vnde falsitas directè euacuat finē iuramēti.

Ad primum respond. quòd defectus iustitiæ & iudicij continet aliquo modo falsitatem, quicunq. n. iurat illicitum ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est ad hoc, quod contrarium facit, cæterum idem est quando deest iudicicium: quia cum indiscretè iurat ex hoc ipso periculose committit falsitatem incurrendi.

Ad secundum resp. negando consequentiam, quia non omnis peruersitas iuramenti facit periurium, sed illa, quæ tollit iuramenti finem falsum iurando.

Ad tertium resp. negando minorem, quia iurans falsum, putans esse uerum, non est periurus, nisi materialiter, sed quia in van quoque potius est id, quod est formale, quàm id quòd est materiale, non est proprie periurus, qui falsum iurat, quòd putat esse uerū. Nemo enim mentiens iudicandus qui dicit falsum, quod putat uerum, quoniam quantum in ipso est, nō fallit, sed fallitur c. 4. 22. q. 2.

ARTIC. II.

Vtrum conuenienter ponantur tres comites Iuramenti.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nō, quia ea, quorum vnum includitur in alio non sunt cōnumeranda quasi diuersa, sed veritas est pars iustitiæ ergo &c.

2 Præterea plura alia requiruntur ad iuramentum, deuotio, fides debita, forma iurandi, & debitum tēpus, ergo inconuenientes ponuntur tantum tres comites illius.

3 Præterea in omnibus factis requiruntur ista tria videlicet iustitia, veritas, & iudicium, ergo non magis sunt comites iuramenti, quàm aliorum.

Sed contra dicitur in cap. 2. 22. q. 2. vbi Hieronimus super Hyerem. lib. 1. ad. c. 4. Animaduertendum est, quòd iusiurandum hos habet comites ueritatem, iudicium, atque iustitiam; si ista defuerint nequaquā erit iuramentum, sed periurium. S. Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 3.

Resp. dicendum, quòd iuramentum non est bonum, nisi quis eo bene vtatur.

Ad bonum vsum iuramenti tria requiruntur, vnū ex parte iurantis. s. nō leuiter, sed ex necessaria causa, & discrete iuret alias non adhibetur debita cautela, & sic requiritur iudicium discretionis ex parte iurantis. Secundo requiritur ex parte eius, quòd per iuramentum confirmatur, quòd est ueritas per quàm dictum rei adæquatur, alias dictum non est confirmatione dignum. Tertio requiritur etiam ex parte eius, qui iuratur, quòd sit licitum, & ad hoc ponitur iustitia, per quam confirmat, quod licitum est, vnde si iuramentum caret veritate dicitur mendax, si caret iudicio dicitur incautum, si caret iustitia dicitur iniquum, seu illicitum.

Ad primum respond. quòd hic iudicium non capitur pro executione iustitiæ, sed pro iudicio discretionis, nec veritas accipitur hic pro vt est pars iustitiæ, sed secundum quod est quædam conditio locutionis, siue secundum, quod est quædam adæquatio vocis ad rem.

Ad secundum respond. quòd in iudicio discretionis includuntur omnia, quæ ex parte iurantis exigunttur. s. deuotio, fides, forma, tempus &c.

Ad tertium respond. quòd propter periculum, quòd in iuramento imminet plus quàm in alis actib. nostris. Tum propter Dei magnitudinē, cuius testimonium inuocatur, tum etiam propter labilitatem linguæ humanæ, cuius verba iuramento confirmantur, magis requiruntur ad iuramentum huiusmodi comites, quàm ad alios humanos actus deneganda ei obedientia à suis subditis, ante quàm à suo superiore fuisset per sententiam condemnatus. c. nonne. 8. q. 4. Tertio quia iniustum est, quòd priuata persona præsumat priuare suum superiorem debita honore suo, & obedientia; vnde etiam si hoc iurasset inferior non tenetur seruare.

QVAEST. IV.

QVòd autem illicita iuramenta seruari non debeant &c.

Pro intelligentia huius q. videndum erit primo.

ARTIC. I.

Vtrum omne iuramentum illicitum sit seruandum.

1 AD primum videtur dicendū, quòd sic, quia meretrix iurans se seruaturam fidem suo locatori iurando adhærendo suo locatori malū est, peior autem iuramentum non seruando secundum August.

2 Præterea dicit Aug. quòd raptor, qui iurat se diuisurum spolia cum alio magis peccat si totū retineat, quàm si diuidat.

3 Præterea ille, qui prius vouit castitatem & postea duxit vxorem iuramento firmans nunquam ab ea discessurum, hoc iuramentum licet sit illicitum cum iustitia ei desit, præcipitur tamen seruari.

Sed contra facit c. 5. 22. q. 4. vbi Concil. Tolet. 8. c. 2. dicit si publicis sacramentorū gestis (quòd Deus auertat) à quibuslibet illicita vel non bona extitisset cōditio allegata, quę aut iugulare animā patris, aut agere compellere stuprum sacratissimæ virginis; nun quid non tolerabilius esset stultæ promissionis vota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiā ex horrendam, criminum implere mensuram.

Respond. dicendum, quòd iuramentum illicitum ex parte eius, quòd iuratur, hoc est cum de sui natura vitiosum esset vt adimens vitam, vt scilicet, quòd sit peccatum etiam veniale non est obseruandum, & transgressio eius non est peccatum, dicitur. n. in malis promissis rescinde fidem. cap. in malis 22. quæst. 4. & in turpi voto muta decretum, licet sit peccatum iurare super materia illicita; iuramentum autem illi-

illicitum ex alijs circunstantijs.c ex tempore, vel modo, quod in se nullum sit peccatum, vel impeditiuum alicuius boni, aut vergens aliquo pacto in animæ detrimentum, tunc tale iuramentum est seruandum.c. si uero.de iure iur.

Ad primum respond. quòd illud iuramentum partim est licitum, & partim illicitum, licitum quatenus iurat non adhærere alij & hoc obligat, illicitum quatenus iurat adhærere sibi, & non alij, & tunc non obligat.

Ad secundum respond. eodem modo, quia partim illud iuramentum est licitum, vt cum iurat totum non retinere, & ad hoc obligatur, & magis peccat retinendo totum si iurat diuidere ablatum, cum illud retineri non possit est illicitum, magis tamen peccat si retineat totum.

Ad tertium respond. quòd intelligitur nun de uoto castitatis solemnis, quia tale impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum, sed de simplici voto, quòd & si impediat matrimonium contrahendum non tamen dirimit contractum.

ARTIC. II.

Vtrum iuramentum incautum obligat.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic quia Iosuæ obseruauit iuramentum præstitum Gabaonitis, quòd tamen contra præceptum Dei fuit.

2 Præterea iurans non ingredi religionem dicitur incaute iurare, tamen videtur, quòd sit obligatorum, quia sine peccato potest religionem non ingredi et per cõsequens cum sit licitum, licebit illud iuramento confirmare, sed iuramentum licitum est obligatoriũ, ergo iuramentum incautum est obligatoriũ.

3 Præterea si aliquis iurat se non recipere prælationem videtur incautè iurare, quia est contra bonum publicum, & tamen videtur, quòd obliget ad sui obseruantiam, quia & si non iurasset laudabile esset, ut prælationem quis fugiat, ergo iuramentum incautum est obligatorium.

Sed contra dicitur in cap. si aliquid. 22. q. 4. ubi Beda in Homelia 44. in Natali decollationis. S. Ioannis, dicit si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quòd obseruatum peiorem uergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierãdum nobis, quam prouitandu periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum.

Resp. dicendũ, quòd iuramentũ incautũ non obligat, quòd enim pro charitate institutum est, contra charitatem non militat, sed iuramentum pro charitate institutum est, cum ergo per iuramentum incautum charitas impugnetur, quia est de aliquo malo faciendo, aut de aliquo bono omittendo, ergo tale iuramentum non est obligatorium.

Ad primum respond. quòd illicitum dicitur dupliciter modo, vno modo, quia prohibitũ, alio modo prohibitum, quia iniustum prohibitum, quia iniustum dicitur, cum aliquid de sui natura vitiosum est, iniustum, quia prohibitum est, quòd alias de se erat licitum, sed ex prohibitione factũ est illicitum, ut Adæ comedere de ligno scientiæ, cum autem iuramẽtum est de tali, aut iurandu seruatur intentio prohibentis, aut non primo casu licet & tale fuit iuramentum Iosue, secundo autem non, quia iuramentum non potest fieri in detrimentum potestatis superioris.

Ad secundum respond. quòd non tenet consequentia potest iuste non ingredi religionem, ergo poterit illud iustum iuramentum firmari, quia cum iuramento firmatur ponitur obex spiritui sancto, ideo cum sit impeditiuum maioris boni, non licet & per consequens non ligat.

Ad tertium respond. quòd quamuis quandoque prælationem fugere sit bonum, tamen si quis pertinaciter resisteret, esset malum, vnde Moyses & Hyeremias cum renuissent prælationis officium ad ultimum humiliter obedierunt, vnde tale iuramentum incautum reputatur, quia quantum in se est diuinæ prouidentiæ præiudicat, & obedientiam superioris excludit.

ARTIC. III.

Vtrum iuramentum coactum obliget.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non quia sicut coacta seruitia Deo nõ placent, ergo neque coacta iuramenta obligare possunt.

2 Præterea, quòd fit causa iusti metus ratum non habetur tot. tit. de eo, quòd met. causa.

3 Præterea nullus potest specialiter se obligari, nisi se ipsum obliget, sed nullus dicitur aliquid facere, nisi volens faciat, cum ergo iuramentum coactum uoluntatem excludat, videtur, quòd non sit obligatorium.

4 Præterea maior est obligatio matrimonij, quàm iuramenti, sed coactio impedit contractum matrimonij, ergo impedit obligationem iuramenti.

Aed contra facit c. inter cætera 22. q. 4. ubi. Aug. dicit Vbaldo, quòd iuramentum, quòd fecerat coactus de recipiendo concubinam in uxorem obligat illum ad illam suscipiendam.

Resp. dicẽdũ quòd duplex est iuramẽtũ assertoriũ, & promissoriũ de primo est cõclusio, quòd respectu iuramenti assertorij coactio non excusat, unde si coactus iurat, & asserit falsum esse uerum, incurrit crimen periurij, quia nihil potest sufficienter hominem cogere ad hoc, ut mortaliter peccet, quòd contingit si falsum cum iuramento asserat, vnde quis debet potius mortem pati, quàm falsum iurare, promissorium autem iuramentum in foro contentioso si fuerit coactum coactione sufficienti cadente in constantem uirum, non est obligatorium, quia in foro exteriori iuramentum coactum non præsumitur factum causa illud adimplendi, sed voluntate euadendi periculum, & quia nullus punire debet cum modum de eo quòd malitiose, & coacte factum est, vnde, ei qui uim intulit non competit actio ex tali obligatione metu extorta, in foro autem conscientiæ iuramentum factũ de re licita, siue quæ sine peccato exolui potest est obligatorium, quia magis tenetur damnum temporale sustinere, quàm iuramentum uiola-

violare.c. si vero de Iure Iur. datur tamen iuranti remedium vt repetat in iudicio, quod si iurauit non repetiturum potest iudici denunciare, qui ex officio suo debet raptorem ad restituendum cogere, quod si iurauit non denuntiaturum non valet tale iuramentum, quia vergit in deteriorem exitum, esset.n.contra iustitiam publicam, & contra præceptum de correctione fraterna.

Ad Primum Respon., quòd sacrificia coacta in quantum coacta Deo non placent, tamen voluntaria redditio Deo placet & ita in casu isto.

Ad Secundum respon., quod illud loquitur in foro exteriori, secus est in foro conscientiæ.

Ad Tertium respon., quod coactio non facit violentum absolute, sed violentum mistum, quia oportet, vt qui iurat moueat membra ad loquendum, etiã sua voluntate, talé autem violentum quamuis simpliciter sit inuoluntarium, tamen hic, & tunc est volũtarium; quia ad vitandum maius malum vult minus malum subire.

Ad quartum Respon. quòd non est simile de matrimonio, & iuramento, quia coactio tollit obligationem matrimonii, quia non solum requiritur consensus, sed etiam consensus liber, quod non est ità de Iuramento, facit cap. Gemã. de sponsalibus.

QVÆST. V.

QVod autem quinto loco quæritur &c.

Conclusio huius q. est quod dicitur reus periurii ille, qui compellit aliquem ad deierandum, si.n. consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit reum admissi criminis, probatur.c. 1. 22. q. 5. vbi Pius Papa ait, qui compulsus à Domino sciens periurat, vtriq. sunt periuri, & Dominus & miles, dominus quia præcepit, miles quia plus dominũ, quàm animã suã dilexit.

CAVSA XXIII.

Quidam episcopi cum plebe sibi commißa &c.

1 Hic primum quæritur an militare peccatum sit.
2 Secundò quod bellum sit iustum.
3 Tertio an iniuria sociorum armis sit propulsanda
4 Quarto an vindicta sit inferenda
5 Quinto an sit peccatum Iudici reos occidere
6 Sexto an mali sint cogendi ad bonum.
7 Septimo an hæretici suis rebus sint spoliandi
8 Octauo an Episcopis & aliis clericis sua liceat auctoritate bella mouere.

QVÆST. I.

Quod militare &c.

Pro declaratione huius quæ. videndum erit primo.

ARTIC. I.

Vtrum militare sit peccatum.

1 AD primam videtur dicẽdum, quòd sic quia, omnis militia vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam est instituta, sed vtrumq. in lege euãgelica prohibetur, ergo militare nõn est licitum, consequentia patet, minor probat primo de iniuria propria propulsanda, quod prohibetur Matt. 5. si quis percusserit in vnam maxillam præbe ei alteram. propulsatio etiã iniuriæ prohibetur à socio. Matt. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam &c. Ilatio etiã vindictę prohibetur 1. Pet. 3. Non reddentes malum pro malo &c. cum ergo omnis causa belli sit prohibita, videtur, quòd bellare sit prohibitum.

2 Præterea pœna non infligitur, nisi pro peccato, sed bellantibus à domino inducitur pœna secundum illud Mat. 26. omnis qui accipit gladium gladio peribit.

3 Præterea omne quod contrariatur diuino præcepto est peccatum, sed bellare contrariatur diuino præcepto Mat. 5. ego dico vobis non resistere malo, & ad Rom. 13. Non vos defendentes charissimi sed date locum iræ, ergo bellare semper est peccatum.

4 Præterea nihil contrariatur virtuti, nisi peccatũ, sed bellare contrariatur paci, quæ est virtus, ergo bellum semper est peccatum.

Sed contra dicit c. 3. 23. q. 1. vbi Au. ad Bonifa. in epist. 207. dicit, Noli existimare neminem Deo placare posse, qui in armis bellicis militat. In his erat .S. Dauid cui Dominus tam magnum præbuit testimonium, in his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat, & ille centurio, qui Domino dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum &c.

Respon. Dicendum, quòd militare de se non est peccatum, sed si bellum iuste fiat licitum erit, & aliquando meritorium, vnde Num. 10. dicit dominus ad Moysem fac tibi duas tubas argenteas & infra. Cum exiercitis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersus vos clangetis tubis; Militare.n.est opus virtuosum, quoniam per militiã sæpe exercetur opus ad pacem, & Christi reuerentiam, ne Christi nomen blasphemetur, & est opus charitatis, quando quis ponit animam suam pro Dei, & proximi amore, Ioan. 12. & opus est pietatis cum pro cultu diuino, & defensione fidei sæpe bellum exercetur. Præterea militare est opus iustitiæ, & fortitudinis, ergo est licitum, cum sit opus iustitiæ: quia quilibet tenatur bonum, & ius commune custodire, & defensare magis, quàm se ipsum, tum quia proptũ bonum, in bono communi saluatur, tum quia bonum commune diuinius, ac eligibilius bono singulari, quilibet autem de communitate; debet se exponere pro bono, & tuitione boni communis ex debito iustitiæ, est etiam bellum opus fortitudinis, qua quis nõ timet mori pro defensione reip. Hinc laudatur militia Machabeorum, qui defensione legis diuinæ & pro populo morti se exposuerũt. S. Thom. 2. 2. q. 40. art. 1.

Ad primum respon. negando maiorem, quoniam militia instituta non est ad vlciscendas proprias iniurias, sed ad ampliandum honorem, & cultum diuinum, ad salutis publicæ defensionem; secundo resp. ad minorem, quod vindicta inferenda non est prohibita, nisi priuatæ personę, & ex libidine vindictæ vnde ad Rom. 13. non sine causa gladium portat Dei minister, est vindex in iram ei, qui malum facit; ad authorita-

authoritates inductas.

Respo. primo ad Matt. 5. quod per hoc non prohibetur militia, quæ vindicat vt minister legis, & Dei non proprias, quas patienter sustinere debemus sed reip. iniurias, quod est opus iustitiæ, ad illam Mat. 26. vbi Conuerte gladium tuum &c. quod ibi non prohibetur, nisi ratione personę: quia Petrus nō erat miles, suus.n. erat gladius, sed nō proprijs manibus extraendus, ad illud Petri non reddentes &c. Resp. quòd loquitur quo ad præparationem animi, qua quis debet semper homo esse paratus omnes iniurias substinere.

Ad secundum resp. quòd ille, accipit gladium, qui nulla superiori, aut legitima potestate, aut iubente, aut concedente in sanguinem alicuius armatur, qui tamen publica authoritate ipsum accipit, non ipse gladium accipit, sed ab alio commisso vtitur, quasi authoritate Dei si sit princeps, & authoritate principis si sit persona priuata, vnde nulla sibi pœna debetur; nec tamen illi, qui etiam cum peccato gladio vtuntur semper gladio occiduntur, sed ipso suo gladio semper pereunt, quia pro peccato gladij æternaliter puniuntur, nisi pœniteant.

Ad tertium respon. quòd huiusmodi præcepta sunt seruanda semper in præparatione animi, vt.s. homo semper sit paratus non resistere, vel non se defendere, si opus fuerit, sed quandoq; est aliter agendum propter commune bonum, etiam illorum cum quibus pugnatur.

Ad quartum respon. negando minorem vniuersaliter, nam illi, qui iuste bella gerunt pacem intendūt & ita paci non contrariantur, nisi malæ paci, quam dominus non venit mittere in terram, vt dicitur Mat. 10. vnde Aug. ad Bonifacium epist. 207. Non .n. pax quæritur, vt bellum excitetur, sed bellum geritur; vt pax acquiratur. esto ergo etiam bellando pacificus; vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas, beati.n. pacifici (ait Dominus quia filij Dei vocabuntur. si autem pax humana tam dulcis est pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax diuina pro ęterna salute Angelorum, Itaq. hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. c. 3. 23. q. 1.

QVÆST. II.

Quod autem quæritur quid sit iustum bellum Isid. lib. 18 Ethim. c. 1. inquit.

Iustum est bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hostium causa. c. 1. 23. q. 2.

Pro declaratione huius q. notandum est, quòd ad hoc vt bellum dicatur iustum plura requiruntur, & Primo, quod fiat authoritate publica, nam priuata persona potest ius suum in iudicio superioris prosequi, à quo defenditur; dicitur.n. ad Rom. 5. non sine causa gladium portat, Minister.n. Dei est in iram ei, qui male agit; secundo requiritur recta intentio, siue iustus affectus, quo mouetur ad indicendum bellum, vt .s. sit ad bonum promouendum, malum vitādum, vt non ex odio. & huiusmodi, sed propter charitatem, & iustitiam c. militare. 23. q. 1. Tertio requiritur, quòd causa bellandi sit iusta, vt. s. qui impugnantur propter aliquam culpam impugnentur, & qui impugnant moueant bellum ad subleuationē bonorum, & coertionem malorum .s. pax sit omniū c. apud. 23. q. 1. Quarto vt sit debita conditio, siue status personæ, idest vt nō sit clericus c. quicunq. 23. q. 6. ibi, quicunq. ex clero videntur esse arma militaria non assumant, sed circa modum militandi videndum est vnum videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum liceat in bellis vti insidijs.

AD hoc videtur dicendum, quòd non, primo sic Deut. 16. Iuste quod est iustum exequeris, sed insidiæ sunt fraudes quædam, nec ad astutiam videntur pertinere ergo iustum bellum non est exercendum cum insidijs.

2 Præterea insidiæ, & fraudes fidelitati videntur opponi, cum ergo fides etiam hosti seruanda sit, ergo nec contra hostes insidijs debemus vti.

3 Præterea nulli hominum est mentiendum, ergo nec insidijs est vtendum.

4 Præterea facit Matt. 7. quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, & hoc obseruandum est ad omnes proximos, inimici autem sunt proximi, cū ergo nullus velit sibi insidias parare videt? quod nullus debeat cum insidijs gerere bella.

Sed cōtra dicitur c. 2. 23. q. 2. vbi Aug. lib. 6. quæstionum in q. 10. dicit Dominus noster iubet ad Iesū Naue Iosue. 8. vt constituat sibi retrorsus insidias, id est insidiantes bellatore ad insidiādum hostibus &c.

Respon. dicendum, quòd insidiæ ordinantur ad fallendum homines, dupliciter autem potest falli homo. s. ex facto, vel dicto alterius, vno modo ex eo, quod ei dicitur falsum, vel non seruatur promissum, & de hoc modo fallendi est consilium, quod hoc modo nullus debet hostes fallere. Tum quia hic modus fallendi est illicitus, nulli.n. homini est mentiendum, Tum quia etiam hosti est seruanda fides, cū sit turpe fidem fallere. Alio modo potest aliquis falli ex dicto, vel facto nostro, quia ei propositum aut intellectum non aperimus de isto modo fallendi licitum est in bello insidijs vti, .s. occultando eis ea, per quæ volumus eos impugnare, vel alia nostra pposita hoc patet ex præcepto Dei, qui nihil inique agit aut præcipit, tum quia hostibus aperire nostra secreta, non tenemur, quia etiam in doctrina sacra multa sūt occultāda, maxime infidelibus ne irrideant secundū illud Matt. 10. Nolite sanctum dare canibus, vnde multo magis ea, que ad impugnandum inimicos paramus sunt eis occultanda, vnde inter cætera documenta artis militaris hoc præcipue ponitur de occultandis consilijs, ne ad hostes perueniant, & talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est vti in bellis iustis. S. Thom. 2. 2. quæ. 40. artic. 3.

Ad primum respond. quòd huiusmodi insidiæ propriæ nō dicuntur fraudes &c. secūdo resp. quòd insidijs vti in bello iusto non est pugnare iniuste.

Ad secundum respon. quòd fides est seruāda quādo pro-

do promittitur, & hoc est, quod dicitur, quòd omnis fraus contra promissionem factam hosti est illicita.

Ad tertium respon. vt ex dictis, quoniam sic in bello vtendo insidijs, vt dictum est non est mentiri alicui.

Ad quartum respo. quòd sic vti insidijs non repugnat ordinatæ voluntati, esset. n. inordinata voluntas si aliquis vellet nihil sibi ab alijs occultari.

QVÆST. III.

Quod vero iniuria sociorum &c.

Pro declaratione huius quæst. videndum est vnum videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum iniuriam sociorũ, vel propria sit armis propulsanda.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, Dominus. n. cum ab Hærode quæreretur ad interficiendum Matt. 2. non patrocinium sibi quæsiuit armorum, sed fugiens in Aegiptum latuit per septennium, sic. n. cum à Iudæis lapidibus peteretur abscondidit se, & exiuit de templo, Matt. 21. sic etiam cum duceretur ad crucem noluit commouere turbam aduersus seniores Ioan. 18. vnde discipulos docuit, dicens Matt. 10. si vos persecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam; non arma armis, sed fugam persequentibus docuit opponi, ac dicit Gratianus in summa 23. q. 3.

Sed contra facit exemplum Domini, qui percussus percussorem reprehendit, nec ei alterã maxillam præbuit Ioan. 18. secundo patet exemplum Pauli, qui petiit milites à Tribuno vt illæsus ab iniuria seruaretur Act. Apost. 23. ergo licite potest iniuria repelli a se.

Respon. dicendum, quòd iniuria aut est personalis, & priuata, aut publica, si publica conclusio est quod propulsari debet iussu principis, & manu militis ad Rom. 13. non sine causa gladium portat Dei minister est vindex in iram ei, qui male fecit, hoc .n. de causa principibus tributa, & militibus stipendia assignantur propter defensionem reip. si verò est iniuria personalis, est conclusio, quòd potest repelli duobus modis, aut impediendo aut repugnando, impediendo est conclusio, quod licet hoc modo repellere iniuriam, sicut Christus perfecit, & sicut Paulus munitus militibus impediuit Iudęos, ne ei inferrent iniuriam secundo modo repellitur iniuria repugnando, & hoc dupliciter. s. cogente necessitate, & vlciscendi libidine, cogente necessitate est conclusio, quòd cum alias non possit vitari læsio, nec per fugam neq. per impedimentum absolotum, potest, quis iniuriam repellere, & hoc flagrante maleficio, cum moderaminæ inculpatæ tutelæ, & hoc omnibus tam clericis, quàm laycis conuenit, immo, qui mortem aliter vitare nõ valens hostem suum occidit, vel mutilat inuasorem nullam irregularitatem incurrit Clem. si furiosus. de homic. si verò repellatur iniuria vlciscendi libidine est conclusio, quòd sic nulli licet iniuriam repellere, vel resistere malo, & sic intelligitur illud ad Rom. 12. Non reddentes malum pro malo, & illud Psal si reddidi retribuentibus mihi mala, princeps autem cum punit malefactorem, & persona priuata, cum suam propulsat iniuriam non reddunt malum pro malo, sed bonum, & iustum, cum sit melius, quòd malefactor puniatur, quàm nõ puniatur.

Ad obiectum respon. quòd licet Christus in veritate esset rex regum Apoc. 19. noluit tamen vti dominio temporali, vnde Ioan. 18. dixit Regnum meũ non est de hoc mundo, si. n. ex hoc mundo regnum esset meum, ministri mei vtique. decertarent, vt non traderer Iudæis, ex quibus verbis patet, quòd Christus noluit vti regia mundi potestate, ad quàm pertinet. decertare, & pugnare contra iniuriantes, & hoc Christus egit primo ad ostendendum patientiæ, & humilitatis exemplum, vnde cum percuteretur nõ maledicebat, Secundo vt pateret, quod non inuitus, sed obediens patri voluntarius pro nostra salute passionem sustinere, vnde dixit Petro gladium eximenti Ioan. 18. Mitte gladium tuum in vaginam, calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum. Tertio vt probaret, quod priuatæ personæ non licet leuare arma absq. authoritate principis; Quatto vt præberet exemplum perfectis viris, qui pro loco, & tempore fugere persecutores non est culpabile cum ipse fugerit, & fugere discipulos præceperit, Matt. 9. vndè not. secundum Aug. in exposit. Psal. 108. Lex differentiæ sunt reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis, hæc duo bonorum sunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis, hæc duo malorum sunt, & posterius deterius, reddere bona pro bonis, mala pro malis hæc duo mediocrium sunt c. 1. 23. q. 3.

QVÆST. IIII.

Quod autem vindicta inferenda non sit multis modis probatur &c.

Pro declaratione huius q. qua habetur vtrũ vindicta sit inferenda videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum vindicta sit inferenda.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic, quia lex talionis, de qua dicitur Matt. 5. dictum est antiquis oculum pro oculo, & continet iustum, & equum, sed inferre, quod iustum, & æquum est, est licitum, ergò vindicta potest iustè inferri.

2 Præterea dicit Aug. contra Faustum non peccat, qui modum adhibens iustitiæ vindicare vult.

Sed contra dicitur in cap. 2. 23. q. 4. vbi Aug. dicit, Tu bonus tolera malum, Nam, & Christus Iudam cum sciret forem esse tolerauit, & ad prædicandum misit, atq. cum alijs eucharistiam dedit. de hac tractat S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 1. & seq.

Respon.

Respon. dicendum per multas conclusiones, & primo, quòd vindicatio est illicita, si intentio vindicantis principaliter feratur in malum, cui vindicta in ferenda est, & ibi requiescat, quia, quòd fit in malū alterius pertinet ad odium, quod repugnat charitati, quia omnes homines debemus diligere, nec excusatur, si malum ille intenderit, qui prius malum iniuste intulit, sicut nec excusatur aliquis si occidit odientem se Leuit. 19. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum, & 1. Pet. 3. Non reddentes malum pro malo, Nec maledictum pro maledicto. hoc.n. esset vinci à malo, quod prohibetur ab apost. ad Rom. 12. si verò intentio vindicantis feratur in aliquod bonum, puta ad emendationem peccantis, vel ad correctionem eius, & quietem aliorum, & iustitiæ conseruationem, & Dei honorē, tunc est altera conclusio, quòd vindicatio licita potest esse alijs circumstantijs obseruatis: patet primo, quia talis vindicta est actus, quo iniuria repellitur bonum, & pax acquiritur, quod est opus charitatis. secundo, quia actus iustitiæ est licitus, & iustus sic autem inferre vindictam est actus iustitiæ, quia per hoc redditur iniurianti, & iniuriato, quod debetur, debetur autem iniurianti pœna, & iniuriato satisfactio, ergo talis vindicta est licita. Tertia conclusio, Non licet priuatæ personæ vindictam inferre, aut velle vindicare eum non habeat iudiciariam potestatem, iniusta est autem vindicatio, quæ à non habente iudiciariam potestatem infertur, & ita patet, quod peccet cum præter ordinem diuinæ institutionis vindictam exerceat vsurpando, quod Dei est; Quarta sit conclusio vindicta licite infertur à iudice, vel eius authoritate, cum ex zelo iustitiæ, & pacis, & quietis bonorum infertur. Quinta sit conclusio, quòd vindicta, quæ infertur ex odio, & zelo vltionis, & non iustitiæ etiam iudici non est licita: vndè Aug. su per Mach. 5. Non prohibetur vindicta, quæ fit ad correctionem, sed etiam non conceditur, nisi ei cui potestas data est, & sine ira, vt pater in filium.

Ad primum respon. quòd non est licitum, quod infertur ab eo, qui non habet authoritatem, sicut dictum est, & hoc modo respon. ad secundum, quod lex talionis quantum ad iudicem, qui zelo iustitiæ punit, secundum hanc legem continet iustum, quā tum vero ad priuatam personam, vel quæ libidine vindictæ, hoc expeteret contineret iniustum, præterea distinguendo dicas, quod aut crimina sunt occulta, aut manifesta. De criminibus occultis non est vindicta inferenda quo casu intelliguntur omnia capitula, quæ vindictæ prohibent illationem. Super manifestis vero criminibus vindicta est inferenda, quo casu intelliguntur omnia capitula, quæ vindictæ illationem fieri præcipiunt.

ARTIC. II.

Vtrum vindicta sit exercenda quando multitudo est in scelere.

1 AD secundum videtur dicendū, quòd sic, quia peccatum multitudinis est magis nociuum, quàm alterius vnius tantum, dicitur.n. eccl. 26. A tribus timuit cor meum zelaturam ciuitatis, & collectionem populi, ergo potius in multitudinem est exercenda vindicta, quàm in particularem personam peccantem.

2 Præterea iudicium humanum est conformandum Iudicio diuino, sed Deus in peccantem multitudinē exercuit vindictam, sicut patet in submersione ægyptiorum, de quibus dicitur, quòd nec vnus ex eis remansit.

Sed contra facit cap. Infideles 23. q. 4. &c. Hinc etiam, vbi Gratianus dicit, Item quando multitudo est in scelere, nec salua pace ecclesiæ mali puniri possunt tolerandi sunt potius, quàm violata pace ecclesiæ puniendi.

Respon. dicendum per multas conclusiones, & prima, quòd quando multitudo peccat, & sine scandalo puniri potest punienda est, & hoc ne delicta remaneant impunita, & in hoc talis ordo seruatus est, vt quandoq. tota multitudo punienda sit, sicut Ægiptij submersi sunt in mari rubro Exo. 14. & Sodomitæ vniuersaliter perierunt, vel quantum ad magnam multitudinis partem, vt patet Exod. 32. in pœnam eorum, qui vitulum adorauerunt Exod. 32. quando q. si speretur multorum correctio, debet seueritas vindictæ exerceri in aliquos paucos principales, quibus punitis cæteri terreantur sicut Dominus Num. 25. mandauit suspendi principes populi pro peccato multitudinis. si autem non tota multitudo peccauit, sed pro parte, tunc si possunt mali discerni à bonis debet vindicta in eos exerceri, secunda sit conclusio, quòd si sine scandalo & ruptura pacis non potest in multitudinem totam, aut in partem vindicta exerceri, parcendum est multitudini, & detrahendum seueritati, tertia sit conclusio, quòd etiam princeps tolerandus est, quando sine scandalo multitudinis puniri non posset, & not. quòd quatuor de causis delicta dissimulantur, primo cum mali sunt occulti, nec possunt discerni à bonis, secundo cum multitudo est tanta, quòd non possit extirpari sine scismate ecclesiæ, vel quando boni innoluerentur, & ita innocentes punirentur contra iustitiam. Quarta si exercitando bonos possunt ecclesiæ, tunc.n. tolerari possunt, ne boni otio torpescant, & per hæc patet respon. ad obiecta.

ARTIC. III.

Vtrum iudex possit delinquentem sine misericordia punire.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd sic per cap. est iniusta 23. q. 4. vbi Ambro. in Serm. 8. Psal. 118. ver. 2. dicit est iniusta misericordia.

2 Præterea dicit Deut. 19. Non misereberis illius,

3 Præterea facit 1. Reg. 15. vbi Saul. postea contraxit offensam, quia miseratus est Agag. hostium regē, quem prohibuerat sententia diuina seruari.

Sed contra dicitur Iacob. 2. Indicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam, & Eccle. 7. Noli esse nimis iustus, nimis autem iustus est, cuius

cuius iustitia est sine misericordia.

Respon. dicendum, quòd in persona delinquentis considerandum est, vtrum sit pœnitens, vel in malo persistens, & tunc iubemur diligere inimicos & misereri eorum, vt de eorum perditione doleamus, & eorum salutem desideremus non vt pertinaces, & in malo persistentes libertati donemus, & in punitati, vnde sicut pœnitentibus misericordes esse iubemur, sic impœnitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.

Ad primum respon. quòd Ambrosius loquitur de obstinatis in malo, & ita loquuntur aliæ authoritates scripturæ.

ARTIC. IV.

Vtrum iudex in iudicio possit personæ miserabili condescendere.

1 AD Quartum videtur dicendum, quòd non per cap. ne amisso. 23. q. 4. vbi Aug. lib. Psal. 32. dicit Ne amisso iudicio sis pauperi in mala causa misericors, cuius si parcis sacello percutis cor, & tanto nequiorem reddis, quanto iustum sibi faccere videt.

2 Præterea facit Exod. 23. non declinabis in iudicio pauperis, item pauperis non misereberis.

3 Præterea Leuit. 19. Nõ consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis.

Sed contra dicitur Eccle. 4. In iudicando esto pupillis misericors.

Respon. dicendum, quòd est misereri contra iustitiam, & est misereri salua veritate, & rectitudine iustitiæ, secundum hanc distinctionem sunt duæ cõclusiones, prima, quòd modo iudex in iudicio non debet condescendere miserabili personæ, & pro hac conclusione sunt authoritates diuinæ legis, & cap. ne amisso 23. q. 4. secunda conclusio, quòd Iudex potest miserabili personæ condescendere in iudicio quando salua veritate, & rectitudine iustitiæ fieri potest, & pro ista conclusione sunt aliæ authoritates, vnde Esaiæ 1. repræhenduntur iniqui iudices, qui pupillo non iudicabunt, & sic patet respon. ad obiecta.

ARTIC. V.

Vtrum mali per pœnas sint ad bonum cogendi.

1 AD Quintum videtur dicendum, quòd nõ primo sic nullus potest esse inuitus bonus ergo nullus potest cogi ad bonum.

2 Præterea facit Ecclesi. 15. ante hominem vita, & mors bonum, & malum, quòd placuerat, & dabo ei, & relinquit eum in manu consilij sui, si ergo homini Deus concessit liberum arbitrium ad bonum, & malum non est homo cogendus ad bonum.

3 Præterea nemo cogendus est ad id, ad quòd inuiti liter cogitur, quia Deus coacta seruitia aspernatur vnde 1. ad Cor. 9. si ex necessitate euangelizauero, non est mihi gloria si autem volens hoc ago, mercedem habeo, si autẽ inuitus dispẽsatio mihi credita est

4 Præterea multi ex coactione efficiuntur impatientes, ergo, & deteriores, ergo coactio vergit in eius deterius,

5 Præterea de lege naturæ est non facere alij, quòd non velimus nobis fieri Iob. 3. si ergo nullus vult, cogi, quia nullus vult contrarium eius, quod vult ergo de lege naturali nullus debet cogi.

6 Præterea Christus, & Apostoli nobis imitandi proponuntur, sed Christus Iudæos malos in se credere non coegit, similiter nec Apostoli aliquem coegerunt, ergo neq. nos cogere non debemus.

7 Præter ea Iudæi nec alij infideles non sunt cogendi ad fidem, ergo neq. alius malus ad bonum cogi potest cap. de Iudæis dist. 45. vbi dicitur de Iudæis præcepit sanctam synodus neminem deinceps ad credendum vim inferre.

Sed contra dicitur in c. Nimium 23. q. 4. vbi Aug. ait Vinc. in epist. 48. Non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus, meliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lænitate decipere, vtilius esurienti panis tollitur si de cibo securus iustitiam negligebat, quàm esurienti panis frangatur si de cibo securus iustitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, vt iniustitiæ seductus acquiescat, putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas patrem familias dixisse seruis, quoscunq. inueneritis cogite intrare &c.

Ad primum respon. negando assumptum quoniã per hoc facilius ducitur ad bonum, nam licet primo cogatur inuitus, tamen post de inuito facilius fit voluntarius,

Ad secundum respon. quòd non militat ratio, quia libertas ad peccandum non dicitur libertas, nec pars libertatis, cum ipsum malum non sit, nisi defectus quidam, vnde coercere voluntatem à malo non est impedire illam, sed potius adiuuare.

Ad tertium respon. quòd de inuitis fiant voluntarii vndè Aug. Psal. 117. cum per timorẽ gehennæ cõtinet homo se à peccato, fit consuetudo iustitiæ, & incipit homo, quod durum erat amare, timor excluditur à charitate, & succedit timor castus, vnde non inutiliter cogitur quis ad bonum.

Ad quartum respon. negando assumptum vniuersaliter de omnibus, licet verum sit de aliquibus, propter hos tamen non est relinquenda coactio, Nunquid. n. est negligenda medicina, quia non nullorum est insanabilis pestilentiam dicit Augu. d. c. nimium 23. q. 4.

Ad quintum respon. quòd de lege naturæ non est velle cogi ad quodcumq. sed bene ad id, quod non decet, vel expedit, ideo cogi autem ad bonum expedit, & decens est, & ideo non est contra legem naturalẽ, quia & si menti alienatæ à ratione sit odiosum bonum ad quod cogitur, tamen postea sanatæ menti fit amabile.

Ad sextum respond. negando minorem, quia Christus expellit ementes, & vendentes de templo. 2. Ioan. Marc. 11. & Paulus tradidit hominem sathanæ 1. Cor. 5.

Ad septimum respond. quòd infideles quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, vt gentiles,

&

& Iudæi, & de talibus est conclusio, quòd nullo modo sunt ad fidem compellendi, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est, vnde Aug. cætera potest homo etiam nolens, credere non, nisi volens, secunda sit conclusio, quòd licet tales non sint compellendi ad fidem, sunt tamen compellendi vt fidem non impediant, vel blasphemijs, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus, & propter fideles contra infideles iustè bellū mouent non propter hoc vt eos ad credēdū cogāt, quia etiā si eos vicissēt, & captiuos haberēt, in eorū libertate relinquærentur, an credere vellent, sed propter hoc eos compellunt ne fidem Christi impediant: Alij sunt infideles, qui quādoque fidem susceperunt, & ea professi sunt sicut, hæretici, & Apostatæ, & de istis est concl. tertia, quòd. tales etiam corporaliter sunt compellendi. vt impleant, quod promiserunt, non ob'. quod Paul. fuerit ad hoc compulsus, nam respond. quòd illud fuit speciale in Paulo, nec est trahendum in consequentiam, vnde in huiusmodi miraculis ecclesia non imitatur Christum, sed eius opera, videbat enim Deus quòd Paulus per corporis molestias esset conuersurus, & multum profecturus in ecclesia, quæ notitia apud nos de alijs non habetur.

QVÆST. V.

QVod autem nulli liceat aliquem occidere. &c. Pro declaratione huius quæstione dicendum est.

ARTIC. I.

Vtrum liceat homines peccatores occidere.

1 AD primum videtur dicendum, quòd non 1. Mat. 19. vbi Dominus prohibuit extirpare zizaniam; quæ sunt filij nequam, vt ibidem dicitur, sed omne, quod prohibetur à Deo est peccatum, ergo occidere peccatorem est peccatum.

2 Præterea dicitur Mat. 5. ego dico vobis non resistite à malo.

3 Præterea iustitia humana conformatur diuinæ institiæ, sed secundum diuinam iustitiam peccatores ad pœnitentiam reseruantur secundum illud Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.

4 Præterea facit ratio, qui occidunt, aut occidunt bonos, aut malos, si bonos faciunt contra illud præceptum Exod. 23. Innocentem, & iustum non occides, si occidunt malos sunt eis causa damnationis æternæ, quia subtrahunt eis tempus pœnitentiæ, quod concedit eis benignitas Dei ad Rom. 2. Ignoras, quod benignitas Dei te ad pœnitentiam adducit.

5 Præterea omne, quod secundum se est malum, nullo bono fine fieri potest. Aug. lib. contra mendacium Arist. 2. Eth sed occidere hominem est secundum se malum, quia ad omnes homines debemus charitatem habere amicos enim volumus viuere, Arist. 9. Eth. ergo nullo modo licet hominem peccatorem interficere.

6 Præterea dicitur Mat. 26. qui accipit gladium gladio peribit.

Sed contra dicitur Exod. 22. Maleficos non patieris viuere, & in Psal. In matutinis interficiam omnes peccatores terrę. S. Thom. 2. 2. quæstione. 64. art. 2.

Respond. dicendum sub duabus conclusionibus, prima conclusio sit, quòd licitè peccatoribus mors infertur, Primo, quia dicitur Exod. 21. si quis percusserit hominem volens eum interficere, morte moriatur. Secundo 2. ad Thim. 2. vbi de Antichristo dicitur, quod Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. Tertio quia hoc idem sancti fecerunt, & de hoc fuerunt commendati; vnde Moyses pro peccato vituli conflatilis dicit Exod. 32. ponat vir gladiū super femur suum, item Helias igne cęlesti consumpsit quinquagenarios 3. Reg. 1. & Petrus Ananiam, & Zaphiram Act. Apost. 5. Quarto facit ratio, quia omnis pars ordinatur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, & ideo omnis pars naturaliter est propter totum, & propter hoc videmus, quod si saluti totius corporis expediat præcisio alicuius membri, puta cum est putridum, vel corruptiuum aliorum membrorum, laudabiliter, & salubriter abscinditur, sed quælibet persona singularis comparatur ad totam comunitatē, sicut pars ad totum, ergo si aliquis homo sit periculosus communitati, & corruptiuus ipsius, pp aliquod peccatū laudabiliter, & salubriter, & licite occiditur, vt bonū cōmune cōseruetur, Modicum enim fermentum totam massam corrumpit. 1. ad Cor. 5. Sexto facit alia ratio, quia pœna debet correspondere culpæ, si ergo mors fuerit culpa, ergo & mors erit pęna, vnde pęna talionis obseruetur Deut. 19. ibi oculum pro oculo. &c. Vnde dicendum est, quod iudices & ministri peccatores occidendo zelo iustitiæ omni rancore & malo affectu deposito, & secundum regulas iuris non peccant, sed merentur.

Ad primum respond. quòd Dominus mandauit abstineri ab eradicatione zizaniorum, non vt parceretur zizanijs, sed vt parceretur tritico i. bonis, quod quidem fit, quando non possunt occidi mali, quin simul occidantur & boni, vel quia latitant inter bonos, vel quia habet multos sequaces, ita quod sine bonorum periculo interfici non possunt.

Ad secundum respond. quòd intelligitur de iniuria personali uindicanda libidinæ uindictæ, non autē de ea, quæ zelo iustitiæ vindicatur per eum, qui publica utitur potestate.

Ad tertium respond. quòd Deus secundum ordinem suæ sapientiæ quandoque peccatores occidit ad liberationem bonorū, quandoq; antē eis tempus pęnitendi concedit, secundum, quod ipse nouit suis electis magis expedite: & hoc etiam humana iustitia imitatur pro posse illos enim qui sunt perniciosi in alios occidit, eos uero, qui peccant alijs non grauiter nocentes ad pęnitentiam reseruat.

Ad quartum respond. quòd occidunt malos, & cum arguitur, quòd sunt causa eorum damnationis, hoc negatur. Tum quia plus uiuendo fortassis maiora crimina facerent, & per consequens maiorem accumulabant cumulum tormentorum.

Ad quintum respond. negando minorem de occisione mali hominis, immo est bonum, quia homo pec-

peccando ab o-dine rationis recedit, & ideo decidit a ratione humana, prout. s. homo est naturaliter liber, & propter se ipsum existens, & incidit, quod amodo in seruitutem bestiarum ut. s. de ipso ordinetur, quod est vtile alijs, secundum quod dicit Psalmo 48.

Homo cum in honore esset non intellexit compa ratus est iumentis insipientibus, & factus est similis illis. & ideo quamuis hominem in sua dignitate manentem occidere secundum se sit malum, tamen pec catoreo occidere potest esse bonum, sicut occidere bestiam, peior, n. est malus homo, quàm bestia Arist. 6. Ethic.

Ad sextum respon. quòd istud intelligitur de eo, qui non habet potestatem, & sic de persona priuata cui non licet occidere gladio, aor aliter hominem, non autem de publica persona, cuiusmodi est princeps, Iudex, & minister.

ARTIC. II.

Vtrum liceat priuatæ personæ occidere hominem peccatorem.

1 AD secundum oidetur dicendum, quòd sic primo facit illud Exod. 32. ibi occidat vnusquisq. proximom suum fratrem, & amicũ suum pro peccato uituli conflatilis, ergo etiam priuatis personis licet peccatorem occidere.

2 Præterea oullus faciens secundum legem peccat, sed demonstrato aliquo maleficio hominem digno morte est uerum dicere, quòd ille secundum legem est interficiendus, ergo, qui interficit illum facit secundum legem, ergo non peccat.

3 Præterea Moyses, qui in omnibus commendatur nondum habens pnblicam potestatem interfecit ægyptium rixantem cum Israelita Exod. 22. ergo conclu sio vera.

4 Præterea laudabile est, quòd homo si sit priuata persona operetur, quod est utile bono communi, ergo laudabile est, etiam si sint priuatæ personæ, quod peccatores occidant.

Sed contra dicitur in cap. de occidendis. 23. q. 5. vbi Aug. in Publicolam epist. 154. dicit, De occidendis homioibus, ne ab eis quisquam occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro alijs, aut pro ciuitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personæ. Sanct. Thom. 2. 2. q. 64. art. 3.

Respon. dicendum, quòd occidere malefactorem iustum est in quantum ordinatur ad salutẽ totius cõ munitatis, & ideo ad illum spectat, cui commoniter cura communitatis conseruandæ, sicut ad medicum pertinet præscindere membrum putridum quando ei commissa erit cura totius corporis, cura autem cõ munis boni commissa est principibus habẽtibus publicam authoritatem, & ideo eis solis licet maleficos occidere, non autem priuatis personis, homo n. potest esse minister mortis, non autem vitæ, qoia omnis uita a solo Deo est, nec eam dari voluit per mi nisterium, sed sicut auferre rem temporalẽ alterius sine ipsius authoritate, & uoluntate est semper illici tum, ergo multo fortius occidere hominem, quod est auferre vitam ipsius, sine Dei volũtate, cuius proprie est oita, & cuius sollius est viuificare semper erit illicitum, & ideo quicunq. non accipit potestatem, vel diuina authoritate, quæ est in lege, vel ab eius uo luntate, scilicet Dei intellecta per internam inspirationem se interficit, facit contra præceptum non occides & per cõsequens peccat.

Ad primum respõ. quòd illud factum fuit authoritate diuina, quia mandato Dei, & ideo illi, qui occiderunt proximos, & amicos non dicuntur ipsi fecisse, sed potius ille, cuius authoritate fecerunt, sicut miles interficit hostem authoritate principis, & minister latronem authoritate iudicis.

Ad secundum respon. negando consequentiam qoia licet ad hoc, quòd quis interficiendus sit secundum lege io solus reatus quo dignus sit interfici sufficiat, ad hoc tamen, quod aliquis ioterficiat, secundum legem plura requiruntur. s. iusta causa, iustus or do, iustus animus, iusta causa, ut reus meruerit interfici, iustus ordo ut occidens habeat potestatem, & cõ uictum sit crimen iustus animus, ut id facit amore iustitiæ non libidine uindictæ.

Ad tertium respon. quòd in eo facto Moyses nõn commendatur, sicuti nec etiam Dauid de homicidio commisso.

Ad quartum respon. negando consequentiã, quia licet aliqui facere ad utilitatem communem, ut omnibus prosit, & nemini noceat sit licitum unicuique etiam priuatæ personæ, non tamen id, quod fit cum oocumento alterius, quia hoc non debet fieri, nisi se coodum iudicium eius; ad quem pertinet æstimare qood sit subtrahendum partibus pro salute totius, cuiusmodi est cura gubernationis totius communitatis commissa est.

ARTIC. III.

Vtrum liceat interficere hominem defendendo se.

1 AD tertium uidetur diceodum, quòd non, primo per cap. de occidendis. 23. q. 5. vbi de occidẽdis hominibus, ne ab eis quisquã occidatur non mihi placet consilium.

2 Præterea dicit Aug. lib. de lib. arb. quomodo apud diuinam prouidentiam peccato liberi sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, homana cede polluti sunt. Inter has autem res est uita corporalis, ergo pro illa obseruanda nulli licitum est alium occidere.

3 Præterea facit capit. de his. 50. Dist. vbi de clericis, qui se defendendo paganum occiderunt dicit. Scito nos nullam occasionem dare, nec illam tribuere licentiam eis, quemlibet hominem quomodolibet oc cidendi, ergo in nullo modo licet clericis occidere.

4 Præterea præceptũ est nõ occides Exod. 20. quòd intelligitur authoritate propria, sed ille, qui imperitur ad mortem ab alio, non est iudex neq; minister le gis, ergo si interficit, interfici propria authoritate.

5 Præterea homicidium est grauius peccatum, quã fornica-

fornicatio, sed nulli licet committere fornicationē, vel aliquod peccatum mortale pro conseruatione vitæ propriæ, quia uita spiritualis præferenda est corporali, ergo nulli licet defendendo se aliquem occidere..

6 Præterea defensio sui videtur esse prohibita ad Rom. 12. Non uos defendentes carissimi.

Sed contra facit, quòd dicitur Exod. 22. si effringens fur domum fuerit inuentus; & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis, sed multo magis est defendere propriam uitam, quā propriam domum, ergo etiam si aliquis occidat aliquem pro defensione uitæ suæ non erit reus homicidij. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 7.

Resp. distinguendo in casu isto, quòd duplex est, necessitas. s. euitabilis, & ineuitabilis, si uero sit euitabilis necessitas. s. quod possit aliter euadere, uel fugiendo, uel alio modo tunc est conclusio, quòd talis interficiens hominem defendendo se homicida est, & peccat contra præceptum non occides, si uero sit ineuitabilis necessitas, ita quod non possit euadere, nisi interficiat, tunc est conclusio secunda, quòd talis si non occidit motus ira, & libidine uindictæ, sed cū dolore euadendi necessitatem, non est homicida iudicandus, nec quantum ad culpam, nec etiam quantum ad irregularitatem, Clem. si furiosus de homic. vol. & inuol. Nō obst. quod anima proximi perditur ex quo in actu iustitiæ occiditur, quia hoc à diuina lege permissum est in casu ineuitabili, nec est uerū, quod anima proximi perdatur semper in occisione proximi, quia sæpe post vulnera mortalia habet percussus tempus pænitendi Ezech. 18. In quacunq. hora ingemuerit peccator nō recordabor iniquitatum eius, Tum, quia eodem modo potest argui, quod inuasus esset in tali statu, ut si tunc ab inuasore occideretur periret æternaliter, & dubium nō est, quod animæ suæ salutem præferre quis debet saluti alterius.

Ad primum Respon. quòd in casu isto quis efficitur legis minister, vnde Ambr. in lib. de paradiso dicit Nec is, qui homicidium aliquod inuitus facit extra ministerium est si quidē lex ait de eo, quod Deus dedit eum in manus; eius manus ergo eius diuinæ vltioni ministerium præbuerunt.

Ad secundum respon. quòd authoritas illa intelligitur in casu, quo quis intendit occidere hominem, vt se ipsum à morte liberet.

Ad tertium respon. quòd ibi loquitur de irregularitate, qui textus corrigitur per Clem. si furiosus de hom. vol.

Ad quartum respō. quòd in isto casu occidens dicitur minister legis cuius authoritate occidit, vt dictum est ex iustitia, licet ex officio proprie id competat iudici.

Ad quintum respon. negando consequentiā, quia actus fornicationis non ordinatur ad cōseruationē propriæ uitæ ex necessitate, sicut actus defensionis.

Ad sextum respon. negando assumptum ad illud Pauli ad Tom. 12. dicitur, quòd ibi prohibetur non qualibet defensio, sed quæ est ex liuore viri dictæ.

ARTIC. IIII.

Utrum liceat alicui interficere se ipsum.

1 AD Quartum uidetur dicendum, quòd sic exemplo sanctorum patrum legitur enim. Iudic. 16. quod Sanson. qui numerantur inter sanctos ad Heb. 11. Interficit se ipsum.

2 Præterea legitur 2. Machab. 14. quòd Zachias se ipsum interficit eligens notabiliter mori potius, quam subdictus fieri peccatoribus, & quam natales suos iniurijs agi.

3 Præterea dicitur Math. 20. qui perdiderit animā suam propter me saluam faciet eam, & animam uocat ibi uitam, sed ille, qui interficit se illo desiderio, vt dicit Apost. Cupio dissolui, & esse cum Christo, perdit animam suam propter Christum, ergo licebit ei se ipsum interficere.

4 Præterea homicidium est peccatum in quantum iustitiæ contrariatur, sed nullus potest sibi iniustitiam facere, vt habetur. 5. Ethi. ergo nullus peccat occidendo se ipsum.

5 Præterea occidere malefactores licet habenti publicam potestatem, sed quandoq; ille, qui habet publicam potestatem est malefactor, ergo licet ei se ipsum interficere.

6 Præterea licitum est, quòd aliquis spontaneè minus periculum subeat, ut maius periculum uitet, sed quandoque per occisione sui ipsius aliquis uitat maius malum, uel miseram uitam, uel turpitudinem alicuius peccati, ergo licet alicui occidere se ipsum.

Sed contra dicitur in cap. si non licet 27. q. 5. vbi Aug. lib. 1. de ciu. Dei c. 17. & 18. dicit, si non licet priuata potestate alicui hominem occidere, uel nocentem cuius occidendi licentiam nulla lex concedit, profecto etiam, qui se ipsum occidit homicida est &c.

Respon. dicendum, quòd omnino illicitum est se ipsum occidere, ratio est, quia naturaliter quælibet res se ipsum amat, & ad hoc pertinet, quòd quælibet res conseruat se in esse, & corrumpentibus resistit quantum potest, ergo, quod aliquis se occidat est contra inclinationem naturalem, & contra charitatem, quia quilibet debet se ipsum diligere, ergo occisio sui ipsius semper est peccatum mortale, vt pote contra naturalem legem, & contra charitatem existens, præterea quælibet pars id quòd est, est totius, qualibet autem homo est pars totius communitatis, & ita id, quod est communitatis est, vndè in hoc quod se ipsum interficit iniuriam communitati facit, Præterea uita est donum diuinitus homini attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit, & uiuere facit, & ita, qui se ipsum uita priuat, in Deum peccat, sicut, qui alienum seruum interficit, peccat in dominum, cuius est seruus, & sicut peccat ille, qui vsurpat sibi iudicium de re sibi non commissa; ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis, & vitæ secundum illud 32. Deut. ergo occidam, & ego uiuere faciam. S. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 5.

Ad primum respondetur, quòd Sampson non excusatur aliter quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppresserit, nisi quia latenter spiritus hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat secundum August. lib. de doctrina Christiana in principio.

Ad secundum respondetur, quòd Rachias licet laudetur de zelo legis, non tamen de hoc quia, vt hostes fugeret se ipsum interficeret.

Ad tertium respondetur, quòd non est ad propositum, quoniam quando dicitur, quod qui perdit animam suam &c. debet intelligi idest, qui moritur voluptatibus huius seculi propter Christum, non propterea debet perdi corporalis vita, tamen si anferatur pro Christo patienter est sustinendum, sibi autem inferre non licet, vt dictum est.

Ad quartum respondetur, quòd homicidium est peccatum non solum, quia contrariatur iustitiæ, sed etiam, quia contrariatur charitati, quam debet aliquis habere ad se ipsum, & ex parte occisio sui ipsius est peccatum per comparationem ad se ipsum; per comparationem autem ad communitatem & ad Deum habet rationem peccati per oppositionem ad iustitiam.

Ad quintum respondetur negando consequentiam, & ratio est, quòd ille, qui habet publicam potestatem potest malefactorem occidere, per hoc, quòd potest de ipso iudicare, nullus autem est iudex sui ipsius, vnde non licet habenti publicam potestatem se ipsum occidere propter quodcunque peccatum, licet tamen ei committere se iudicio aliorum.

Ad sextum respondetur, quòd ratio non militat, quia homo constituitur Dominus sui ipsius per liberum arbitrium, & ideo licite potest de se ipso disponere quantum ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regnuntur. Sed transitus ex hac vita ad fœliciorem aliam non subiacet libero arbitrio hominis tantum, sed potestati diuinæ, Et ideo non licet homini se ipsum interficere, vt ad fœliciorem transeat vitam, similiter etiam nec, vt miserias quaslibet præsentis vitæ euadat, quia vltimum malorum præsentis vitæ est maxime terribile, quod est mors, & ita inferre sibi mortem ad alias huius vitæ miserias euadendas est maius malum assumere ad minoris mali vitationem, similiter etiam non licet se ipsum interficere propter aliquid peccatum comissum, tum quia maxime sibi nocet, quod sibi adimit pœnitentiæ tempus, tum etiam, quia malefactorem non licet occidere, nisi per iudicium publicæ potestatis, similiter etiam nec licet mulieri se ipsam occidere, ne ab alio corumpatur, quia non debet in se committere crimen maximum, quod est sui ipsius occisio, vt vitet minus crimen alienum, similiter non licet homini occidere se ipsum ob timorem ne consentiat in peccatum, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, vel vt vitentur mala, præsertim minora. & minus certa.

QVÆST. VI.

QVòd autem quæritur, an mali sint cogendi ad bonum. Pro declaratione huius quæstionis notandum est, quod lex habet duplicem vim directiuam, siue inductiuam doctrinæ suæ admonitionibus, & persuasionibus ad bonum, & hoc quo ad bonos disciplinabiles, & faciliter flexibiles ad bonum, & hac ui lex Euangelica vsa est in principio quando Christus misit Apostolos Matth. decimo, vt prædicarent, & miracula facerent, sic quia attraherent dulciter homines ad Christum, vnde non dixit eis compellite, sed prædicate, & docete Matth. vlt. Secundo habet lex vim compulsiuam & coactiuam, qua compellit malos & discolos & indisciplinatos, vt pœnis coerctionibus & flagellis illos afficiat, vt recipientes disciplinam, efficiantur virtuosi, de qua virtute legis dicit Isid. primo. factæ. quarta distinctione, ibi factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, scilicet male faciendi.

QVAEST. VII.

NVnc autem quæritur, an hæretici &c. Pro pleniori intelligentia huius quæstionis, vnum not. est.

ARTIC. I.

Vtrum hæretici sint spoliandi rebus suis.

1 AD hoc dicendum, quòd non; dicitur enim Exod. 20. Non furtum facies, vbi prohibetur omnis contractatio rei alienæ inuito Domino.

2 Præterea dicitur Matth. quinto, qui anfert tua non repetas, vnde qui prohibetur repetere sua multo magis prohibetur rapere aliena.

3 Præterea dicitur Psalmus centesimo uigesimo septimo, Labores manuum tuarum, quia manducabis &c. ergo quis manducare non debet alienos labores.

Sed contra dicitur in capitulo primo vigesima tertia quæstione septima, vbi Augustinus scribit ad Vinc. Epist. quadragesimaoctaua dicens quamuis res, quæque terrenæ rectè à quoquam possideri non possunt, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt; vel iure humano, quod in potestate est regnum terræ (idemque falso res

vestras appellatis quas nec iuste possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis non eis congregandi laborauimus, cum scriptum legatis labores impiorum iusti edunt &c.

Respondetur dicendum, quòd authoritate principis, vel ecclesiæ seruato ordine scilicet si causa sit probata non ex odio, vel cupiditate, sed zelo iustitiæ licitum est Christianis spoliare hæreticos rebus eorum: dicitur enim Sap. decimo, Iuberunt iusti labores impiorum. Secundo dicitur Matthæ. vndecimo, quod, vt dicit Augustinus referendum est ad omnes impios, Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum. Tertio facit ratio, quia iustum est, quod qui Christum omnium rerum Dominum in cuius manus sunt omnes fines terræ, & qui omnia subiecit sub pedibus hominum Psalmo octauo, delinquunt, vt ipsi bonis temporalibus, & spiritualibus à Christo datis spolientur, sed hæretici sunt tales, merito sunt spoliandi.

Ad primum respondetur negando minorem, quoniam auferre res hæreticorum, ex edicto habentis legitimam potestatem non est contrectare rem alienam, nec eam rapere, quia falso dicunt hæretici res suas esse, cum omni iure priuati dicantur esse.

Ad secundum respondetur eod. modo, quoniam catholici spoliantes hæreticos non rapiunt aliena, sed sua.

Ad vltimum respondetur secundum prædicta cum scriptum sit labores impiorum iusti edent.

QVAEST. VIII.

De Episcopis vero, vel quibuslibet clericis, quod nec sua authoritate, &c.

Pro declaratione huius quæstionis, videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum sit licitum Episcopis, vel personis Ecclesiasticis bellare.

1 Ad primum videtur dicendum, quòd sic per capitulũ, igitur, vigesima tertia quæstione octaua, vbi Leo. quartus scribit Ludouico Augusto ibi, pro quo nostrum congregari præcepimus populum, maritimumque ad littus descendere decreuimus, & egressi sumus Roma, & in capitulo sequenti. Scire vos oportet, quod nunquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi, sed si necessitas vlla occurrerit præsentialiter vindicamus; quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & precipui ad tutores.

2 Præterea facit ratio, bella in tantum sunt iusta, inquantum tuentur pauperes, & totam rempublicam ab hostium iniurijs; sed hoc maxime pertinet ad prælatos, ergo clericis licitum est bellum gerere.

3 Præterea facit capitulo Hortatu, vigesima tertia quæstione octaua, vbi Hortatu, & precibus Hadriani Romanæ vrbis Episcopi exortatus Carolus rex bellum contra Longobardos suscepit, cum ergo sit eiusdem rationis, quod aliquis aliquid facit, vel facienti consentiat ad Romanos primo, sequitur quòd clerici bellum gerere possint.

4 Præterea, quòd est meritorium, non interdicitur clericis, sed bellare est quandoque meritorium, ergo non interdicitur clericis, maior patet expresse, minor probatur in capitulo omni timore vigesima tertia quæstione octaua.

Sed contra dicitur in capitulo reprehensibile, vigesima tertia quæstio octaua, vbi cum Nichol. scribit ad Ludouicum, & Carolum reges dicit, cum militum Christi sit, Christo seruire; militum vero seculi, seculo, secundum quod scriptum est (Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, secundo Tim. secundo.

Respondetur dicendum, quòd ad bonum societatis humanæ plura sunt necessaria, diuersa autem diuersis melius & expedientius aguntur, quàm ab vno, & quædam negotia sunt adeo repugnantia, vt conuenienter simul exerceri non possint, & ideo illis, qui maioribus deputantur prohibentur minora; bellica autem exercitia maxime repugnant officio clericali, nam bellica exercitia habent multas inquietudines impedientes contemplationem.

Præterea facit ratio specialis; nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi. Primo ad Corinthios duodecimo, & ideo non competit eis effundere sanguinem, sed magis paratos esse ad proprij sanguinis effussionem, pro Christo & incitentur opere, quod gerunt ministerio, & propter hoc institutum est, vt effundentes sanguinem occidendo, vel mutilando, etiam sine peccato, vt faciunt iudices, & executores iustitiæ sunt irregulares. Nulli autem, qui est deputatus ad aliquod officium, licet id per quod suo officio incongruus redditur, vnde clericis non licet bella gerere, quæ ordinantur ad sanguinis effusionem; vnde Petro dictum fuit conuerte gladium tuum in vaginam Matth. vigesimo sexto,

&

& Dauid prohibitus est ab ædificatione templi materialis, eo qnod in bellis etiam iustis multum sanguinem effudit. primo Paral. vigesimo lecondo. Sanctus Thomas leconda secondæ quæstione 40. artic. secundo.

Ad primum respood. quòd non est illicitum clericis muuere humines ad bella iusta pro defensione fidei & Christianitatis. Nam ipsi non exurtantur aliquos occidere, nec ad effusionem sanguinis inducunt homines directe, & per se, sed ad defensionem tantum ordinauerunt mentem.

Ad secundum respond. quòd prælati debent resistere non sulum lupis, qui spiritualiter interficiunt gregem; sed etiam raptoribus, & tyrannis, qui corporaliter vexant, non autem materialibus armis in propria persona vtendo, sed spiritualibus primo ad Cororinthiorum decimo Arma militiæ nostræ noo sunt carnalia, sed sunt spiritualia, &c.

Ad tertium respond. qoòd clericis non interdicitur bellare, eo quod peccatum sit, sed quia tale exercitium eorum personis non congruit, vt dictū est, non tamen per hoc prohibentur inducere alius ad bellum iustum.

Ad vltimum respond. quòd licet bellum iustum sit merituriu, ramen illicitum redditur clericis prupter hoc, quod sunt ad opera maiora meritoria deputati, sicut martimonialis actus potest esse meritorius, tameo virginitatem vouentibus dānabilis redditur propter obligationem eorum ad maius bonum.

CAVSA XXIV.

QVidam Episcopus in heresim lapsus aliquot de sacerdutibus suis officio priuauit & senteotia excommunicationis notauit. Pust murtem de heresi accusatus damnatur & seqoaces eius cum umni familia.

1 Hic primum quæritur, ao lapsus in heresim possit aliquos officiu priuare, vel sententia notar.

2 Secundo an post mortem aliquis possit excommunicari.

3 Tertio an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.

QVÆST. I.

QVod autem ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit &c.

Pro intelligentia huius q. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum hæreticus possit aliquem excommunicare.

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic, primo per capitulo non ne. 8. q. 3. vbi occulti dum tulerantur in aliqua dignitate possuot excommuoicare beneficia conferre, quia hoc dignitas facere uidetur non aorem ipsa persona excommunicare.

2 Præterea latentia peccata non iudicātur ab ecclesia, sed à Deo. capitulo uumen. 2. quæstione 1. ergo videtur, qnod hæreticus occultus non cadat sub illa pæna.

3 Præterea maius est cunficere corpus Christi, quàm excummunicare, ut patet, sed hæretici cunficere possunt corpus Christi, ut patet, ergo conclusiu vera.

Sed contra facit, quod dicit Gratianus in litera huius q. in principio.

Respond. dicendum, quòd nullus hæreticus, siue occultus siue manifestus potest excommunicare, ratio est, quia ligarus corporaliter non potest alterum ligare, sed vioculum spirituale est fortius, quàm corporale, umnis autem hæreticus est excommunicatus, & ita spiritualiter ligatus. cap. ad abolendam de hæretic. ergo sequitur, quòd oullus hæreticus possit aliquem excommunicare.

Præterea excōmunicatio est actus iurisdictiunis, sed qui est extra commoninnem fidelium est priuatus vsu iurisdictionis, ergo oullus talis potest excommunicare, præterea excommuoicati non possunt esse iodices. capitulo miramur vigesima tertia quæstione quarta. sed nullus potest excommuuicare, nisi sit iudex, & omolbus hæreticus est excummunicarus, ergu nullus hæreticus potest excommunicare.

Ad primum resp. quòd ibi non loquitur de hæreticis.

Ad secundum respond. quòd licet occulta peccata ecclesia non puniat iniungendo pro eis pœnitentiam manifestum in speciali, siue aliquē nominatim condemnando, nihiluminus constitutio ecclesiæ bene ligat omoia occulta, sicuti occulte percutiens clericum excommunicatur.

Ad tertium respond. negando consequentiam, quia conficere sequitur potestatem characteris, qui est indelebilis, & ideu hæreticus sacerdns, ex quu characterem urdinis habet, semper potest conficere, secus est de excommunicatiune, quæ iurisdictionem sequitur, quæ auferri potest & ligari.

QVAEST. II.

QVod autem post mortem nullus excommunicari valeat, vel absulni &c.

Pru declaratione huius secundæ quæstionis videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum mortuus possit excommunicari, uel absolui.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non authoritate Matth. 16. quodcunque ligatum erit

super terram inquit non sub terra; ostendens, quòd viuentes pro varietate suorum meritorum soluere possumus, vel ligare, de mortuis autem sententiam ferre n on possumus

2 Præterea excommunicatio debet esse medicinalis c.cũ medicinalis.de sent.exc.in 6.sed nõn potest esse medicinalis mortuis, ergo mortui non possunt excommunicari.

Sed contra dicitur cap.sanè.24. quæstione secunda, vbi Vrbanus secundus scribit Guitmundo Episcopo; ibi(quibus uiuis non communicamus, nec mortuis cõmunicare debemus.) constat ergo quoniam quibus uiuis, vt ex opposito loquamur communicamus, mortuis quoque communicare possumus.

Respond. dicendum, quòd ex communicatione propriè dicta, quæ est à qualibet licita communione & legitima actu siue pro vt separatio à communione ecclesiæ, quo ad fructum, & suffragia ecclesię communia mortuus non potest excommunicari nec absolui, excommunicatio enim sequitur iurisdictionẽ, cap. transmissam, sed in mortuos non exercetur iurisdictio, ergo ipsi non excommunicantur, Capiẽdo tamen excommunicationem pro denuntiatione excommunicationis, quia denunciatur aliquis fuisse excommunicatus, ne in ecclesia fiat pro eo oratio, nec etiam cum fidelibus habeat sepulturam communem, bene potest mortuus excommunicari; dignum est enim, quod qui communione fuerit indignus declaretur, ne ecclesia communicet ei; & pro tali oret, sicut de fideli, unde hoc fit in detestationem criminis, & ad terrorem aliorum, qui hoc terribile iudicium ecclesiæ videntes in similia cadere per horrescant, & sic patet resp.ad obiecta.

QVÆST. III.

Qvod autem pro peccato alicuius tota familia. &c.

Pro declaratione huius q. uidendum est.

ARTIC. V.

Vtrum pro peccato alicuius alius possit excommunicari.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic, quia pro peccato sodomitarum paruuli eorum cęlesti igne sunt consumpti; Gen. 19. Idem pro peccato Amalechi tart. primo. Reg. 15. & pro peccato Datam, & Abiron. alij perierunt Num. 16.& Heli pro peccato filiorum suorum punitus est, 1.Reg.2.ergo pro peccato patris filij excommunicari possunt.

2 Præterea tota familia, vel pars potest interdici c. non est.de sponsalibus.ergo à simili & excommunicari poterit, cum vtraque pœna sit ecclesiastica.

Sed contra dicitur in c. His ita 24. q. 3. in princ. ubi dicit Gratianus pro peccatis parentum paruulos corporaliter flagellari, vt patet de cœco nato Ioan.9. vnde Exod 20. dicitur (ego iam Deus Zelotes uisitans peccata parentum in filios usque in tertiam, & quartam generationem, spiritualiter autẽ ꝓ peccatis parentum paruuli non tenentur, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati, vnde Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij, iustitia iusti super eũ erit, & impietas impij erit super eum.

Respond. dicendum, quòd nullus pro alio excommunicatur, nisi aliquo modo consentiat in crimine illius, quia nullus excommunicatur, nisi pro peccato mortali cap. nemo. 11. quæstione 3. patet quia excommunicatio excludit quodammodo à Regno Cęlorum, à quo nullus excluditur, nisi sit indignus; nullus autem redditur indignus, nisi per peccatum mortale charitatem amiserit, quæ est uia ducens ad regnum, sed peccatum Domini non est peccatum familiæ neque vnius peccatum alterius. Ideo unus pro alio non excommunicatur.

1 Ad primum respond. negando consequentiam; licet enim aliquis puniatur temporaliter pro culpis aliorum, non tamen excommunicatur aliquis pro peccatis aliorum, nisi aliquo modo particeps sit peccati illius; & tamen tunc pro peccatis proprijs punitur.

Ad secundum respond. negando consequentiam; quia nõ est simile de interdicto & excommunicatione; longè enim est maior pęna excommunicatio, quàm interdictum, cum nulla maior sit pęna in ecclesia, quàm excõmmunicatio, capitul. corripiantur. 24. quæst. 3.

ARTIC. II.

Vtrum excommunicatio sit maior pęna quę sit in ecclesia.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nõ, quia qualitas pœnę debet respondere, qualitati criminis, sed quandoque quis excommunicatur pro paruo damno temporali facto alicui, ergo sequitur, quod excommunicatio non sit maior omni pęna.

2 Præterea non solum quis excommunicatur pro maximis peccatis, sed etiam pro minoribus, ergo vel non seruatur iustitia, vel excommunicatio non est maior omni pęna.

Sed contra dicitur in cap. corripiantur. 24. quæstione tertia, vbi Aug. lib. de correctione & gratia cap. 15. loquens dè excõmmunicatione dicit (qua pęna in ecclesia nulla maior est.)

Respond. dicendum, quòd excommunicatio est maior omni pœna ecclesiastica, quia est animaduersio gladij spiritualis, qui magis timendus est, quàm gladius temporalis, de quibus duobus dicitur Luc. 22. ecce duo gladij hic, vnde August. magis timenda est excommunicatio, quàm si feriretur gladio, si à feris deuoraretur, si à flãmis deuoraretur; per excommunicationem enim scinditur membrum à corpore Christi. & ita efficitur membrum aridum nullius ualoris, vnde August. Nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi; præterea per excõmunicationẽ traditur homo sathanę sicuti hæretici deiecti ab ecclesia traduntur iudici seculari.

Ad

Ad primm respond. negando consequentiam; dicimus enim, quod nullus excommunicatur, nisi pro peccato mortali, per quod quis efficitur indignus regno cœlorum; vnde quia in damnificando proximum etiam corporaliter aliquis mortaliter peccat, & contra charitatem facit, ideo pro tali damno temporali illato ecclesia excommunicat.

Ad secundum respond. negando consequentiam, quia non pro omnibus peccatis infligitur excommunicatio, sed pro illis, quibus annexa est contumacia. cap. absit. 11. q. 3. quadrupliciter autem homo peccat peccato contumaciç. s. quando uocatus ad iudicium non uenit absque causa, aut ueniens respondere contemnit, & rationem non prætendit quare respondere non debeat, aut antequam debeat discedit de iudicio cap. certum. 11. quæst. 3. aut si non obedit cap. quis. secunda quæstione sexta, ille autem, qui impedit, aut procurat fraudolenter ne ad ipsum citatio perueniat pro citato debet haberi. Ille etiam qui ueniens se non representat iudici, sed occultat, reputandus est quasi non uenisset,

ARTIC. III.

Vtrum conueniat, quod aliquis excommunicetur.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non, quia per excommunicationem traditur homo sathanæ. 1. Cor. 5. sed nullus debet tradi in manibus hostium, nisi desperatus, sed de nemine est desperandum, quàm diu est in vita, Aug. lib. retratat. cap. 18. ergo nullus est excommunicandus.

2 Præterea ecclesia militans debet imitari ecclesiam triumphantem, sed in ecclesia triumphanti nullus maledicitur, ergo nec in ecclesia militanti, vt in epist. Iudæ legitur.

3 Præterea excommunicatio est maledictio quædam, sed Apostol. ad Rom. 12. prohibuit maledicere, ergo non conuenit, vt in ecclesia aliquis excommunicetur.

4 Præterea dicitur Luc. 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini, peccant ergo sacerdotes, qui excommunicationis sententia homines feriendo iudicant.

5 Præterea quilibet homo, aut est iustus, aut iniustus, si iustus excommunicari non debet, si iniustus indiget sacramentorum medicina, ergo non debet eis priuari, quæ priuatio fit per excommunicationẽ, ergo videtur illicita, & inconueniens. Sed contra dicitur in cap. ecce autem. 24. quæst. 3. vbi prosper lib. 2. de vita contempl. cap. 7. dicit de his, qui corrigi non valent. Tanquam putres corporis partes debet ferro excõmunicationis abscindi, ne sicut caro morbis emortua si abscissa non fuit salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit, ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.

Respond. dicendum, quòd conuenienter pœna excommunicationis imponitur; dicitur enim Matt. 18. de illo, qui ecclesiam audire contemnit sit tibi sicut Ethicus &c. idest de ecclesia expulsus sicut Ethnicus, secundo facit primo. Cor. quinto, vbi Paulus mandat excommunicari, quendam fornicatorem. Tertio facit ratio, quia princeps debet uti gladio suo ad correctionem malorum alias sine causa portaret eum, at ecclesiæ gladius est principaliter spiritualis ergo eo vti debet ad correctionem malorum; Quarto facit ratio, quia illud conuenienter fit in ecclesia, quando in eo iudicium ecclesiæ conformatur iudicio diuino, sed sic fit in excommunicatione, quæ inquantum à communione fidelium separat imitatur diuinum iudicium, quòd per flagella castigat, in quantum à suffragijs separat imitatur diuinum iudicium, quo hominem sibi reliquit, vt per humilitatem se ipsam cognoscens ad Deum redeat. Quinto id fit conuenienter in ecclesia in quo ipsa conformetur rationi naturali, sed sic est, quòd cum contingit aliquod membrum corporis putrefieri præscinditur, ne alia membra inficiat, ita si contingat in ecclesia aliqua membra spiritualiter putrefieri per peccatum conuenientissime ne in malo exemplo alios corrumpat per excommunicationem separantur cap. resecandæ 24. quæstione tertia, vbi Hieron. in epist. ad Galat. 5. dicit resecandæ sunt putridæ carnis, & scabiosa ouis à caulis repellenda; ne tota domus massa corpus, & pecora ardeant corrumpantur putrescant, intereant. Arius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est totum orbem eius flamam populata est.

Ad primum respond. quòd propter excommunicationem traditur homo sathanæ non quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cu in potestate ecclesiæ eum recipere uoluerit, vnde. 1. Cor. 5. ut spiritus saluus fiat.

Ad secundum respond. quòd Michael cum altercaretur de corpore Moysi cum diabolo, nõ est ausus verbum blasphemiæ ferre in eum, quia diabolus est incorrigibilis, & ideo non est susceptibilis alicuius boni per excommunicationis pœnam; hoc enim fit quandiu est in via.

Ad tertium respond. quòd maledictio prohibetur ab Apostolo, quæ fit odio, aut ultionis zelo, non autem, quæ fit per superiorem zelo institiç.

Ad quartum respon. quòd prohibetur iudicium iniustum & temerarium & de occultis, nõ autem de apertis, vnde ad Tit. 5. peccantem coram omnibus argue, vt cęteri timorem habeant.

Ad quintum respond. negando consequentiam, quia licet medicina secundum se, sit vtilis non tamẽ ei, qui indispositus est, sed magis ei nocet, & ita est de iniusto incorrigibili, qui solus excommunicatur, unde tali conuenienter subtrahitur communio sacramentorum.

CAVSA XXV.

Sancta Romana Ecclesia. &c.

1 HIc primum quæritur, an clerici baptisimalis ecclesiæ authoritate priuilegij decimas suæ Diocœsis ex integro sibi ualeant vendicare.

2 Secundo à subsequenti priuilegio Monachorum

derogetur antiquioribus priuilegijs baptismalium ecclesiarum.

QVAEST. I.

QVod vero authoritate illius &c.

Pro declaratione huius quæstionis concludendum est, quòd clerici baptismalis ecclesiæ possunt ex integro vendicare sibi omnes decimas totius Episcopatus ex priuilegio Apostolicæ sedis; Papa enim potest omne institutum ecclesiasticum immutare, dummodo non faciat contra fidem, vel obuiet his, quæ pertinent ad salutem, institutum autem de diuisione decimarum non pertinet ad fidem, nec est de his, quæ pertinent ad salutem, vnde licet statutum sit, quòd decimæ sint diuidendæ in quatuor partes, quarũ una episcopis, Altera clericis, Tertia fabricis restaurãdis, Quarta vero pauperib. ut in suma. vigesimaquinta quæstione prima tale statutum non obst. quin Papa possit tale priuilegium clericis baptismalis ecclesiæ concedere. Ad Apostolicam enim sedem pertinet de bonis ecclesiæ ordinare, vnde potest vni ecclesiæ subtrahere & alteri per priuilegium suum conferre; pro pleniori intelligentia huius quæstionis vnum videndum erit, videlicet,

QVAEST. II.

QVod autem &c.

Pro declaratione huius quæstionis, qua quæritur, an antiquioribus priuilegijs subsequentibus derogari possit: conclusio sit, quòd non intelligitur. priuilegia ecclesiarum permanere inuiolata, vt Apostolicus eisdem derogare non possit sed sic debebit intelligi permanere inuiolata, vt præter authoritatem summi Pontificis non liceat cuiquam illis contraire.

CAVSA XXVI.

Quidam sacerdos sortilegus esse & dicimus conuincitur apud Episcopum &c.

1 HIc primum quæritur, qui sint sortilegi.
2 Secundo an sit peccatum esse sortilegium.
3 Tertio à quibus genus diuinationis sumpsit exordium.
4 Quarto quot sit genera diuinationis.
5 Quinto an sortilegi, vel diuini sint excõmunicandi si cessare voluerint.
6 Sexto an excommunicatus ab Episcopo possit reconciliari à presbtero illo inconsulto.
7 Septimo si morientibus est indicenda pœnitentia sub quantitate temporis.

QVAEST. I.

QVi sint sortilegi Isidorus diffinit Etymolog. lib. 8. c. 9. ita dicens.

Pro declaratione huius quæstionis dicendum est, quòd sortes proprie dicuntur, cum aliquid fit, vt eius euento considerato aliquid occultum innotescat, & est triplex sors, quædam consultoria, quædam diuinatoria, diuisoria dicitur quando iudicio sortium requiritur, cui sit exhibendum, aliquod siue sit dignitas, siue possessio, siue pœna, siue actio; consultoria dicitur quando iudicio sortium requiritur quid agere oporteat, diuinatoria vero quando iudicio sortium quæritur quid sit futurum, & secundum hanc rationem definit Isid. loco iam citato cap. primo vigesimasexta quæstione prima, dicens sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per quasdam, quas sanctorum sortes vocant diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt.

QVÆST. II.

QVod autem sortes exequire &c.

Pro pleniori intelligentia huius quæstionis videndum erit Primo.

ARTIC. I.

Vtrum sit illicitum per sortes aliquid exquirére.

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, quia ea, quæ in scripturis sanctis obseruata leguntur non videntur esse illicita, sed sancti viri tam in ueteri, quàm in nouo testamento inueniuntur sortibus usi esse, ut Iosue 7. & 1. Reg. 14. Ion. 1. & Act. Apost. 2. ubi Mathias sorte in Apostolatum eligitur.

2 Præterea facit cap. 1. 26. q. 2. ubi Aug. in lib Psal. in Psalm. 30. Concione. 2. ad uers. (In manibus tuis sortes) dicit sors non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana diuinam indicans uoluntatem.

3 Præterea dicitur Prou. 18. Contradictiones comprimit sors; ergo sortes exquirere non est peccatum.

Sed contra dicitur in cap. sortes 26. quæstione 5. vbi Leo 4. Episcopis Britanniç cap. 14. dicit, sortes, quibus cuncta uos in vestris discriminatis iudicijs (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quàm diuinationis, & maleficia esse decernimus, quamobrem uolumus illa omnino damnari & inter Christianos ultra nolumus nominari, & ne exerceantur sub anathematis interdicto prohibemus.

Respond dicendum, quòd sorte diuisoria licite vti possumus, consultoria autem non, nisi necessitate ad consulendum Deum Prou. 16. sortes mittuntur in signo, sed à Domino recuperantur diuinatoria autem sors est omnino illicita, & peccatum de hoc dixi in summa pec. cap. par. 3. q. 36. tit. 2. vers. 5. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8.

Ad primum respond. quòd exemplis veteris testamenti non semper est licitum arguere ad nouum, quia multa permittebantur in ueteri lege, quæ eliminata sunt in noua prohibitione ecclesiastica, ne sub hac speciè diuinationis ad antiquos idolatriæ cultus homines redirent, in ueteri autem lege id fuerit permissum, quia quandiu fuit vmbra potuerunt durare signa, & non amplius, sors autem signum erat indicans diuinam uoluntatem, donec ergo ueritas uene-

rit

tit in publico concessæ fuerunt sortes in his, quæ ordinabantur tamquam vmbra ad veritatem, secundo respond. quod sors diuinatoria non erat permissa, & si aliquãdo facta est ad cognoscendum aliquod occultum factum est inspiratione diuina, & mandato Dei nec adfuit in his inuocatio dæmonum, sed Dei. Tertio resp. quòd aliter accipitur sors in sacra scriptura, quàm hic accipiatur, nam in scriptura accipitur sors quasi quoddam signum iudicans diuinam voluntatem, non casu neque fortuna, sed à Deo ordinatum, sicut accipitur illud att. 1. sors cecidit super Mathiã; vnde Dion. de Diuin.nom. dicit, quòd sors, quę cecidit super Mathiam fuit quidam radius de cęlo descendens, per quem diuina electio per monstrata est Apostolis, quod Mathiam volebat in Apostolum sublimari.

QVÆST. III. IV. & V.

IN istis quæstionibus, quæritur à quibus genus diuinationis sumpserit exordium, item quot sint genera diuinationis. Itẽ an sortilegi, vel diuini sint excomunicandi, de quibus uide, quæ dixi in summa pec. cap par. 1. tit. 2. q. 36. vbi latissimè.

QVÆST. VI.

QVod autem ab Episcopo excommunicatus eo inconsulto ab alio reconciliari non possit &c. Conclusio huius q. est, quòd regulariter simplex sacerdos non potest absoluere excommunicatum ab Episcopo in consulto, nisi in articulo mortis, ratio est, quia simplex sacerdos pendet in authoritate ab Episcopo & non è conuerso. Item alia ratio est, quia quod ligatur à maiori, non potest solui à minori, nisi in articulo mortis c. non dubium. extra de sent. exc. ratio huius est, quia quemadmodum tempore necessitatis corporalis omnia corporalia sunt communia, ita tempore necessitatis spiritualis omnia temporalia sunt communia.

QVÆST. VII.

DE tempore vero satisfactionis, an sit imponendum morituris Theodorus Cantauriensis Archiepiscopus in pœnitentiali suo ita diffinit ab infirmis in periculo mortis positis per præsbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ sed innotescanda, & cum amicorum orationibus, & eleemosinarum studijs pondus pœnitentiæ sub subleuandum, & si fortè migrauerint ne obligati à comunione & consortio ueniæ fiant alieni, a quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit pœnitentiæ modum à sacerdote, sibi impositum diligenter obseruet. capitulo primo vigesimasexta quæstione septima.

CAVSA XXVII.

Quidam voto castitatis habens desponsauit sibi uxorem illa priori conditioni renuntians transtulit se ad alium & nupsit illi, ille cui prius desponsata fuerat repetit eam.

1 HIc primum quæritur, an coniugium esse possit inter vouentes.

2 Secundo an liceat sponsæ à sponso recedere, & alij nubere.

QVÆST. I.

QVod vouentes matrimonia contrahere non possit. &c.

Pro declaratione huius quæstionis, duo videnda sunt videlicet.

ARTIC. I.

Vtrum simplex uotum dirimat matrimonium.

1 AD primum videtur dicendum, quòd simplex votum dirimat matrimonium contractum, Primo sic fortius vinculum præiudicat debiliori, sed vinculum voti est fortius, quàm vinculum matrimonij, quia hoc fit homini, illud sit Deo, ergo conclusio vera.

2 Præterea præceptum Dei non est minus, quàm præceptum ecclesiæ, sed præceptum ecclesiæ adeo obligat, quòd si contra ipsum matrimonium contrahatur, matrimonium contractum dirimitur, sicut patet in his, qui contrahunt in gradu consanguinitatis prohibito ab ecclesia, ergo cum seruare uotum sit præceptum diuinum, videtur, quod qui contra uotum simplex matrimonium contrahit, quod ex hoc matrimonium sit dirimendum.

3 Præterea, qui voto simplici vouit continentiam tenetur nunquam coire, ergo quotiescunque coit peccat mortal ter, sed nullus potest obligari ad peccatum mortale, ergo cum matrimonium obliget ad coitum iste non potest obligari matrimonio.

Sed contra dicitur in cap. nuptiarum. 27. q 1. vbi Aug. de bono viduitatis c. 8. dicit coniugia vouentium non esse dissoluenda S. Thom. in Supplem. 3. par. q. 53. art. 1.

Respond. dicendum, quòd vinculum voti simplicis non aufert obligationem matrimonij cap. rursus, qui cler. vel vou. ratio autem quare impediat contrahendum est, quia in contractu matrimonij includitur sub cõditione obligatio ad aliquod repugnans simplici voto continentię, quia ibi includitur obligatio ad reddendum carnale debitum, & ideo contrahens post simplex uotum obligat; sed ad frangendum uotum suum, si voluerit coniux, ratio autem quare non dirimat matrimonium contractum, quia votum continentiæ simplex non est aliud, nisi promissio sui ipsius ad continentiam Deo seruandam, promissio autem alicuius rei non transfert rem promissam in dominiũ illis, cui promittitur. & ideo post promissionẽ ante traditionẽ rei promissę promittẽs rema-

net dominus rei, & ideo si eam alteri donat tenet donatio, quamuis aliquam satisfactionem facere teneatur, seu recompensationem illi, cui rem ipsam ante promiserat, & ideo post simplex continentiæ uotum si homo dat mulieri, & è conuerso potestatem sui corporis per matrimonium contractum tenet donatio, sed Deo tenetur ad emendam pro fractione promissionis.

ARTIC. III.

Vtrum uotum solemne dirimat matrimonium contractum.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non per cap. rursus, qui cler. vel vou. vbi non minus obligat votum simplex, nō dirimit, ergo nec etiam solemne.

2 Præterea iuramentum non dirimit matrimoniū, ergo nec etiam votum.

3 Præterea votum solemne, nihil habet, quod non habeat etiam votum simplex, vnde votum simplex, cum esset publicum posset habere scandalum, sicut solemne, ergo non magis obligat unum, quàm aliud.

Sed contra dicitur cap. 3. & seq. 28. q. 1. ubi Gelasius Papa ad Sicilienses Episcopos cap. 9. ibi neque viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna obseruatione permanserint, similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterijs ætatem peregisse contigerit. S. Thom. in suppl. 3. par. q. 53. art. 2.

Respond. dicendum, quòd uotum solemne sicut impedit matrimonium contrahendum dirimit etiam iam contractum, quia qui facit solemne uotum contrahit matrimonium spirituale, cum Deo, quod multo dignius est, quàm carnale matrimonium, sed carnale matrimonium prius contractum dirimit matrimonium post contractum, ergo & votum solemne, quia per ipsum homo amisit sui corporis potestatem Deo illud ad perpetuam continentiam tradens, & ideo non potest tradere ipsum in potestatem uxoris matrimonium contrahendo, & quia matrimonium, quòd sequitur nullum est, ideo dicitur uotum prædictum dirimere matrimonium.

Ad primum respond. quòd uotum simplex non minus obligat quo ad Deum, quàm votum solemne, in his, quæ ad Deum spectant, sicut est separatio à Deo per peccatum mortale, quia mortaliter peccat frangens uotum simplex, sicut solemne, quamuis grauius peccatum sit frangere solemne, vt sic comparatio in genere accipiatur, non indeterminata quantitate reatus, sed quantum ad matrimonium per quod homo homini obligatur non oportet, quòd sit equalis obligationis, etiam in genere, quia ad quędam obligat votum solemne, ad quæ non obligat simplex.

Ad secundum resp. negando consequentiam, quia licet iuramentum plus obliget ex parte eius ex quo fit obligatio, quàm votum, quia ligat ex attestatione diuinæ veritatis, sed votum plus obligat quātum ad modum obligandi, in quātum actualiter tradit hoc, quod promittitur, quod non fit per iuramentum, & ideo ratio non procedit.

Ad tertium resp. negando assumptam, quia uotū solemne habet actualem exhibitionem proprij corporis, quàm non habet votum simplex.

QVAEST. II.

LEgitur secunda q. qua quæritur, an puellæ alteri desponsatæ possint renuntiare priori conditioni & transferre sua vota ad alium.

1 Hic primum videndum est, an coniugium sit inter eos.

2 Secundo an possint ab inuicem discedere.

Ad primum videtur dicendum, quod sic, quia sicut se habet presens ad præsens, ita se habet futurum ad futurum, sed consensus per verba de præsenti expressus facit matrimonium in presenti, ergo consensus expressus per verba de futuro faciet matrimonium in futuro.

2 Præterea sicuti in matrimonio fit quædam obligatio per verba exprimentia consensum, ita & in alijs ciuilibus contractibus, sed in alijs contractibus non differt vtrum per verba de presenti, vel de futuro obligatio fiat, ergo nec in matrimonio differt.

3 Præterea per votum religionis homo contrahit matrimonium spirituale cum Deo, sed votum religionis fit per verba de futuro, & obligat, ergo similiter fieri potest matrimonium per verba de futuro.

Sed contra facit, quia qui consensit in aliquam per verba de futuro, & postea in aliam de præsenti debet secundum iura habere secundam pro vxore, quòd non esset si consensus per verba de futuro faceret matrimonium.

Respond. quòd qui promittit se aliquid facturum nondum facit illud, causæ autem sacramentales significando efficiunt, vnde hoc efficiunt, quod significant, sed cum aliquis per verba de futuro exprimit consensum suum non significat facere matrimonium, sed promittit se facturum, ergo talis expressio consensus non facit matrimonium, sed sponsionem eius, quæ sponsalia nominantur tot. tit. de sponsalibus.

Ad primum resp. negando consequentiam, quia cum consensus exprimitur per verba de præsenti, & verba sunt præsentia & in præsenti consentiunt pro eodem tempore, sed quando consensus fit per verba de futuro, verba sunt præsentia in consensum futurum, & ideo non pro eodem tempore & propter hoc non est simile.

Ad secundum resp. negando minorem, immo multum differt, quia in contractibus alijs, qui verbis futuris vtitur non transfert potestatem rei suæ in alium, vt si dicat, dabo tibi, sed solum quando verbis præsentibus utitur.

Ad tertium resp. negando consequentiam, quia licet in voto professionis actus spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimatur, non tamen ipsum matrimonium spirituale. Si autem matrimonium spirituale in futurū voueatur non est matrimonium spirituale, quia nondum est monachus, sed futurum monachum pollicetur, & ex solutione huius q. sequitur solutio alterius supra positæ.

CAV-

CAVSA XXVIII.

Quidam infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est, vxor vero odio fidei Christianæ ab eo discessit. Ille quandam fidelem in vxorem accepit, qua mortua clericus efficitur tandē vitæ, & scientiæ merito in episcopum eligitur.

1 Hic primum quæritur vtrum coniugium sit inter infideles.

2 Secundo, an liceat huic aliam ducere priore viuente.

3 Tertio an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram.

QVAEST. I.

Quod autem inter infideles &c.

Pro declaratione huius quæst. videndū est primo.

ARTIC. I.

Vtrum inter infideles possit esse verum matrimonium.

1 Ad primum videtur dicendum, quòd non, quia non est ratum coniugium, quod sine Deo est, at illud infidelium est sine Deo, ergo non est ratum.

2 Præterea matrimonium est sacramentum ecclesiæ, at infideles non sunt capaces sacramentorū, eo quia carēt baptismo, quod est omnium ianua, ergo inter eos non est matrimonium.

3 Præterea duo mala sunt magis impeditiua boni, quàm vnum, sed infidelitas vnius tantum impedit matrimonij bonum, ergo multo magis infidelitas vtriusq;

4 Præterea omne, quòd non est ex fide peccatum est ad Rom. 14. sed actus coniugalis apud infideles non est ex fide, ergo peccatum est, & per consequens nō est matrimonium.

5 Præterea carnalis concubitus non excusatur, nisi per bona matrimonij, sed ista non sunt in matrimonio infidelium, ibi.n. non est bonum sacramēti, quia est separabile, nec prolis, quia non educatur ad cultum Dei, nec fidei, quia non seruabitur illi fides propter Deum, ergo non est matrimonium.

Sed cōtra facit, quòd dicitur Luc. 12. erunt quinq; in vna domo, duo in tres, & tres diuiduntur in duos, Deinde cum personas illas enumerasset vxorem io vi rum diuidendam dixit, & econuerso. Item Luc. 14. qui non odit patrem, aut matrem, aut vxorem, aut sororem propter me non est me dignus, vxorem infidelem, non fidelem dixit odio habendum, Item Math. 19. Omnis, qui reliquerit domum, aut patrē aut matrem, aut sororem, vel vxorem propter me centumplum accipiet, &c. vxorem hoc in loco infidelem appellat, quæ propter Christum dimittitur, dum potius ipsa, quàm Christi fides deseritur. Itē 1. Cor. 7. si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consenserit habitare cum illo, non dimittat illum, & siqua mulier habeat virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa non dimittat virum, sanctificatus est.n. vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. S. Thom. in suppl. 3. p. q. 59. art. 2.

Respon. dicendum, quòd inter infideles est verū matrimonium, licet imperfectum, matrimonium enim est de dictamine legis naturæ, quòd æque est apud omnes est tamen imperfectum, quia institutum est, non solum ad bonum prolis generandæ, quod fieri possit absq. matrimonio, sed etiam ad bonū prolis promouendæ ad statum perfectum, est.n. in propagatione duplex perfectio consideranda. s. perfectio naturæ non solum quantùm ad corpus, sed etiā quātum ad animam, per ea. s. quæ sunt de lege naturæ, & de gratia, perfectio autem naturæ imperfecta est, & materialis respectu gratiæ, vnde matrimonium est in fidelium prout est institutum in officium naturæ, nō autem prout est sacramentum, ideo dicitur matrimonium legitimum, sed non ratum eo, quia separari potest, vt si alter coniugum conuertatur ad fidem altero remanēte in infidelitate est solubile, cū igitur inter infideles sit matrimonium, sequitur, quod actus coniugalis inter ipsos fit absq. peccato, cum hoc sit actus iustitiæ, & temperantiæ, sicut non peccat faciēs alios actus politicarum virtutum.

Ad primum respon. verum esse, quòd matrimoniū inter infideles non est ratum ratione iam dicta, quia seperabile est, est tamen legitimum.

Ad secundum respon. verum esse matrimoniū infidelium non esse sacramentum, sed prout est officiū naturæ.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia disparitas cultus nō impedit matrimonium propter peccatum infidelitatis, sed ratione disparitatis fide, disparitas .n. cultus non solum secundum perfectionem prolis impedit, sed etiam primam dum parentes ad diuersam prolem habere intendunt, quod non est quando vterq. est infidelis.

Ad quartum respon. quòd authoritas illa intelligitur omne, quod non est ex fide, idest quòd est cōtra fidem, & contra conscientiam est peccatum, etiam si ex genere suo bonum esse videatur, puta si paganus ad honorem suorum deorum virginitatē seruet, vel eleemosinam det, hoc ipso peccat, vnde ad Tit. 1. Coinquinatis, & infidelibus nihil mundum est inquantum huiusmodi, Cum autem dicitur, quòd actus coniugalis infidelis, non est ex fide si intelligatur, quod sit contra fidem, vel contra conscientiam, Resp. quòd falsum, est cum consequatur dictamen rationis naturalis.

Ad quintum respon. quòd concubitus, prout est actus coniugalis matrimonij excusat infideles à peccato, non tamen reddere possunt meritorium.

ARTIC. II.

Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli.

1 Ad secundum videtur dicendum, quòd sic quoniam Ioseph contraxit cū ægiptica nec reprehenditur Gen. 41 & Moyses cū æthiopissa; Num. 12. vnde Deu. 21. si egressus ad pugnam videris

videris mulierem pulcram in medio captiuorum, & amaueris eam intro eas ad eam, & dormias cum ea, & erit tibi uxor: vbi constat, quod loquitur de infidelibus, & fidelibus.

2 Praeterea disparitas cultus est etiam inter baptizatos, sicut quando post baptismum in haeresim labitur, sed si talis cum aliqua fideli contrahet nihilominus est verum matrimonium, ergo conclusio vera.

Sed contra facit extra.ca.9. vbi separauit viros ab vxoribus alienigenis, ergo non erat inter eos verum matrimonium. S.Thom. in 4.sent. distinctio.39. q. vnica art.1.& seq.

Respon. dicendum, quòd non licet per nunc tempore gratiae, siue nouae legis fidem contrahere cum infideli, & ita disparitas cultus impedit matrimoniũ contrahendum, & diuinit contractum, vnde 1.Cor. 5. quae conuentio est lucis ad tenebras, sed maxima conuentio est inter virum, & vxorem, ergo ille, qui est in luce fidei non potest contrahere cum illa, quae est in tenebris infidelitatis, desunt. n. ibi bona matrimonij, & primo bonum prolis eo quia in tali matrimonio non bene educaretur ad cultum diuinum, deficit etiam bonum fidei, quae non solum esse debet inter virum, & vxorem, sed etiam inter ipsos ad Deũ, quia amore, & timore Dei seruanda est fides coniugij, Deficit etiam bonum sacramenti, quia ibi non est perfecta significatio Christi ad ecclesiam.

Ad primum respon. quòd aliud est de tempore illo, aliud de tempore nouae legis, nunc n. omnes infideles sunt quasi obstinati in infidelitate sua, & periculum currit de subuersione fidei, quod sic non erat tempore antiquae legis, quo tempore matrimonium nõ erat sacramentũ, seu dicat ad illud Deu.21. quod loquitur quãdo captiua ad fidem, & cultum Dei conuersi volebat.

Ad secundum respo. negando consequentiã, quia matrimonium est sacramentum, & ideo quantũ pertinet ad necessitatem sacramenti requirit paritatem quantum ad sacramentum fidei. s. baptismum magis quàm ad interiorem fidem, & ideo esset matrimoniũ licet contrahens id sciens peccaret.

ARTIC. III.

Vtrum coniux conuersus ad fidem possit manere cum vxore infideli volente conuerti cum qua infidelitate contraxit.

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non, quia vbi est idem periculum, ibi debet eadem cautela adhiberi, sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cum infideli contrahat, ergo &c.

2 Praeterea facit cap. Iudaei 28.q.1. vbi non potest in fidelis in eius coniunctione permanere, quae iam in Christianam translata est fidem.

3 Praeterea matrimonium, quòd contrahitur inter fideles perfectius est, quàm illud, quod contrahitur inter infideles, sed si fidelis cõtrahit in gradu prohibito non est matrimonium, ergo nec vir fidelis potest manere cum vxore infideli ad minus, quia contraxit cum ea in gradu prohibito.

4 Praeterea aliquis infidelis põt habere plures vxores secundum ritum suę legis, si ergo potest manere cum illis, cum quibus in infidelitate contraxit videtur, quòd post conuersionem ad fidem, etiam possit plures vxores retinere, quod est absurdum.

Sed cõtra dicitur c.2.28.q.1. vbi in decreto Eutychiani Papae dicitur si quis Gẽtilis gentilem vxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit eã habere, vel non habere. vnde 1.Cor. 7. vbi Paulus consulit, quod maneat.

Respon. dicendum, quòd fides eius, qui est in matrimonio non soluit, sed perficit matrimonium, vnde inter infideles sit verum matrimonium: vnde cum inter infideles sit uetum matrimonium per hoc, quod eorum alter conuertitur ad fidem, nõ ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur, sed aliquãdo vinculo matrimonij manente soluitur matrimonium, quantum ad cohabitationem, & debiti solutionem, in quo pari passiu currunt infidelitas, & adulterium, quia vtrumq. est contra bonum prolis, vnde sicut habet potestatem dimittendi corporaliter adulteram, vel cõmanendi cum ea, potest. n. vir innocens libere cum adultera cõmanere spe correctionis, non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis. similiter fidelis conuersus potest cum infideli cõmanere spe conuersionis, si eam in infidelitate obstinata non viderit, & bene facit commanendo, tamen non tenetur. S.Tho. in supplem. 3. partis. q.59. art.3.

Ad primum respon. negando consequentiam, quia impeditur faciliusaliquid fiendum, quàm destruatur quod ritè factum est, & ideo multa sunt, quae impediunt matrimonium contrahendum si praecedãt, quę tamẽ nõ possunt ipsum dissoluere si sequantur, sicut de affinitate patet, & similiter de disparitate cultus.

Ad secundum respon. quòd ille textus, & alij similes loquuntur secundum tempora Costantini, quo tempore non erat tutum fideli cohabitare cum infideli Iudęo, nisi promisisset se velle conuerti ad fidem, sicuti etiam hodie non permittitur, nisi velit cõuerti ad fidem.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia infideles non baptizati non sunt adstricti statutis iuris diuini, & ideo si contraxerint aliqui infideles in gradibus secundum legem diuinam prohibitis Leu. 18. siue vterq. siue alter ad fidem conuertatur non possunt in tali matrimonio commanere, si autem cõtraxerint in gradibus prohibitis per statutum ecclesiae possunt commanere si vterq. conuertatur, vel si vno conuerso sit spes de conuersione alterius.

Ad quartum respon. negando consequentiã, quia habere plures vxores est cõtra legem naturae, cui etiã infideles sunt adstricti, & Ideo non est verum matrimonium in infidelis, nisi cum illa cum qua primo contraxit, vnde si ipse cum omnibus suis vxoribus conuertatur potest cum prima cohabitare, & alias debet abijcere, si autem prima conuerti noluerit, & aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cũ illa de nouo, quod cum alia haberet, & idem est dicendum de fideli si conuertatur post quam repudiauerat primam vxorem, & duxerat aliam, quia cõtra legem naturae est repudiare vxorem, tenetur. n. primã quam

quam repudiauerunt accipere si conuerti voluerit, & aliam abijcere.

ARTIC. IIII.

Vtrum fidelis discedens ab vxore infideli possint aliam ducere in vxorem.

1 AD quartum videtur dicendum, quòd non, quia indissolubilitas matrimonij est de ratione ipsius, cum repudium vxoris sit contra legem naturæ, sed inter infideles erat verum matrimonium, ergo nullo modo potest illud dissolui.

2 Præterea crimen superueniens non soluit matrimonium, sed si mulier vellet cohabitare sine contumelia creatoris nō est solutum matrimonii vinculū, quia vir non potest aliam ducere, ergo peccatum, vxoris, quæ non vult cohabitare sine contumelia creatoris, non soluit matrimonium, vt possit vir aliam vxorem ducere.

3 Præterea vir, & vxor sunt pares in vinculo matrimonij, cum ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere, videtur, quòd nec fideli liceat.

Sed contra facit c. 3. 28. q. 1. ibi, simili modo, si vnus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit Apost. 1. Cor. 7. infidelis si discedit discedat, & in cap. seq. ead. q. dicit Aug. de fide, & operibus c. 16. uxor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. S. Thom. in supplem. 3. p. q. 59. art. 4. & 5.

Respon. dicendum loquendo de solutione matrimonij quantum ad habitationem, & mutuam seruitutem, hoc est in potestate fidelis, sed loquendo de solutione matrimonij quantum ad raptionem vinculi, dicendum est, quòd infidelis, aut vult cohabitare cū conuerso ad fidem sine contumelia creatoris, & scandalo ipsius conuersi, aut non, primo casu non licet fideli aliam ducere, quia isto casu non est solutum vinculum matrimonij inter eos, in alio casu poterit vir discedēs aliam ducere in tribus causis, in quibus matrimonium soluitur, etiam quo ad vinculū inter eos, qui tres casus comprehenduntur istis versibus.

Sperne spernentem (ecce primum) vel blasphema re volentem (ecce secundum)

Vel te credentem in scelus ad mortale trahentem. (ecce tertium).

Nam sunt absq. mora sic vincula rupta priora.

Ad primum respon. quòd verum est de matrimonio rato, & perfecto, quod non est sine sacramento baptismi cuiusmodi nō est matrimonium infideliū quod est imperfectum.

Ad secundum respo. negando consequentiā, quia licet crimen non soluat matrimonium, disponit tamen ad solutionem, vndè crimen vxoris nolentis habitare sine contumelia creatoris absoluit virum à seruitute, qua tenebatur vxori, vt non possit ea viuente aliam ducere, vinculum autem illud soluitur cū vir obligatur alteri fideli inseparabili vinculo, tunc. n. fortius vinculum soluit minus vinculum.

Ad tertium respon. negando minorem, quia post quam fidelis contraxit est solutum vinculum ex vtraq. parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad effectum.

QVÆST. II.

QVòd vere vxore viuente alterum ducere non possit &c.

De hac q. dictum est satis supra in proximo præcedenti articulo.

QVÆST. III.

Vtrum vere biganus sit reputandus qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram.

PRo solutione huius q. notandum est, quòd in sacramēto ordinis duplex vnitas significatur prima est vnitas corporis veri Christi, Christus. n. vnam accepit sponsam, s. humanitatē, quam nunquā dimisit, & semper ei unica fuit, ex quo eam assumpsit, & hæc significatur per sacramētum ordinis vt. sic Deus filius vnam tantum naturam habuit humanam postquam aliam sibi non coiunxit, sic sacerdos non nisi vnicam coniungem carnaliter sibi vnitam, si ue ante baptismum, siue post habere debet, & ideo bigamus cuiusmodi dicitur, qui carnem suam diuisit in plures propter defectum huius significationis non ordinatur ad ministeriū cōficiendi corpus Christi. Secunda vnitas est corporis mistici. Christus. n. corpus suum, quòd est, est Ecclesia sibi vnam despon sauit, & sic vnam, quod non plures de qua cantica. 4. vna est sponsa mea, una est columba mea. Ad designandum ergo unitatem Christi, & ecclesiæ debet esse ordinatus, & sacerdos vnam, & non plures habuisse vxores, ut sacramentum ordinis non discrepet ab hac unitate, unde propter defectum huius unitatis bigamus non ordinatur cum defectus utriusq. unitatis sit in eo, qui carnem suam in plures diuisit, siue ante baptismum siue post, tanquam uerus bigamus est reputandus, & ab ordine ergo repellendus c. Acatius 28. q. 1.

CAVSA. XXIX.

CVidam mulieri nobili nuntiatum est, quòd à filio cuiusdam nobilis petebatur in coniugem. præbuit illa assensum. Alius uero quidā ignobilis atq. seruilis conditionis nomine illius se ipsum obtulit atq. eam in coniugem accepit, ille qui prius si bi placuerat tandem uenit eamq. sibi in coniugem petit, illa se delusam conqueritur, & ad prioris copulam aspirat.

1 Hic primum quæritur an sit coniugium inter eos.

2 Secundo si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit illum esse seruum an liceat ei statim ab illo discendere.

QVÆST. I.

QVòd autem coniugium &c.

Pro

Pro declaratione huius q. videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum error impediat matrimonium.

1 AD primum videtur dicendum, quòd error impediat matrimonium primo, quia Isac credidit benedicere Esau.tamen benedicendo Iacob benedictus est Gen. 27. ergo à simili, qui credit ducere vnam in vxorem, & ducit aliam valet matrimonium.

2 Præterea Iacob credidit cognoscere Rachelem,& cognouit Liam, & tamen matrimonium fuit.

3 Præterea illud potest impedire matrimonium de sui natura, quòd habet contrarietatem ad bona matrimonij, sed error non est huiusmodi, ergo non impedit matrimonium.

4 Præterea sicut consensus requiritur ad matrimonium ita intentio requiritur ad baptizantem sed si aliquis baptizat Ioannem intelligens baptizare Petrũ nihilominus Ioannes est verè baptizatus, ergo error non excludit matrimonium.

Sed cõtra dicitur in summa 29.q.1. vbi Gratianus inquit consensus est duorum, vel plurium sensus in idem, qui autem errat non sentit, non ergo consentit, id est simul cum alijs sentit sine.n.consensu nullũ matrimonium esse potest. S.Thom. in supplem. 3.p. q.51.art. 1.

Respon. dicendum, quòd in essentialiter ordinatis remoto primo, remouetur secundum, sed actus intellectus essentialiter præcedit actum voluntatis, ergo deficiente actũ intellectus necessario deficit actus voluntatis, sed error facit deficere actũ intellectus in cognitione certæ, atq. determinatæ personæ, ergo deficit circa eandem personã actus voluntatis, siue consensus, sine quo non potest esse matrimonium, ergo sequitur, quod error impedit matrimonium.

Ad primum respon. negando consequentiã, quia non est simile, tum quia benedictio est opus Dei circa quòd non potest cadere error, sed consensus est actus hominis circa quem potest cadere error, tum quia benedictio illa secundum veritatem debebatur Iacob.

Ad secundum respon. quòd matrimonium illud non fuit perfectum ex concubitu causato ex errore, sed ex consensu, qui post modum accessit.

Ad tertium resp.negando consequentiam, quia licet error non contrarietur alicui bono matrimonij secundum se, contrariatur tamen omnibus in sua causa, quia contrariatur consensui sine quo nullum bonum matrimonij potest esse.

Ad quartum respon.negando cõsequentiam, quia character baptismalis non causatur ex intentione baptizantis directè, sed ex elemento materiali exterius adhibito, intentio autem operatur solum vt dirigens elementum materiale ad effectum proprium, sed vinculum matrimonij ex ipso cõsensu causatur directè, & sic non est simile, & not. quòd error circa hoc dicitur quadruplex, primò error personæ, vt quando putatur Iohannes, qui est Petrus, secundo error conditionis, quando putatur liber, qui est seruus, & isti duo impediunt contrahendum, & dirimunt contractum. Tertius est error fortunæ, vt quando putatur diues, & est pauper Quartus est error qualitatis, quando quis putatur bonus, & est malus, & isti duo vltimi errores non impediunt matrimoniũ, nec dirimant contractum.

QVÆST. II.

SEcunda quæstio proposita &c.

Pro declaratione huius quæ. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum error conditionis seruilis impediat matrimonium.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia si hoc esset verum inter seruos nõ posset esse coniugium, quod est falsum.

2 Præterea si seruitus impedit matrimonium, aut iure naturali, aut positiuo, naturali iure non impedit, quia secundum hoc omnes homines sunt æquales, de iure autem positiuo minus, quia illud discendit à iure naturali, ergo nullum ius impedit matrimonium contrahendum.

3 Præterea illud, quòd impedit matrimonium æqualiter impedit siue sciatur siue non, vt patet de consanguinitate, sed seruitus vnius cognita ab altero non impedit matrimonium, ergo seruitus quantum in se est non habet impedire matrimonium.

Sed contra facit cap. 4.29. q.2. vbi in Concilio apud Vermeriam c. 6. dicitur si quis ingenuus homo vxorem ancillã alterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit, si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute deredta, si eam à seruitute redimere potest faciat, si non potest si voluerit aliam accipiat. S.Thom. in supplem. 3.p.q. 52.art. 1.& seq.

Respon. dicendum, quòd conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium, non autem seruitus scita, si tamen seruus contrahit cum ancilla, quam putabat esse liberam, talis error nõ impedit matrimoniũ, quia æquale vinculum est vtrobiq. nec esse necesse, quod nobiliorem conditionem habeat vxor, quam vir, similiter si seruus contrahit cum libera, quam putabat esse seruam talis error nõ impedit matrimonium, quia non fit deterior conditio cõtrahentis, nec est aliquid, quod bonis matrimonij opponatur.

Ad primum respo.negando minorem, quia huiusmodi conditio seruitutis contrariatur omnibus bonis matrimonij, & quòd arguitur, quod inter seruos non posset esse matrimonium negatur consequẽtia, quoniam nos loquimur de seruitute ignorata ab alio coniuge.

Ad secundum respon. negando assumptum, quia seruitus est de iure positiuo, & deriuatiue à iure naturali, ius.n naturale dictat, quòd pœna sit pro culpa infligenda, seruitus autem est quædam pœna determinata à iure positiuo, deriuata autem à iure naturali, sicut determinatum ab indeterminato, & ideo iure positiuo factum est, quod seruitus ignorata matrimonium impediat, ne aliquis sine culpa puniatur,

tur,est.n.quædam pœna vxoris, quod habeat uirum seruum, & è contra.

Ad tertium respon.negando assumptum vniuersaliter,licet ri ita sit in consanguinitate, potentia tamē coeundi scita non impedit,& ignorata sic,& ita est de seruitute.

ARTIC. II.

Vtrum seruus possit contrahere matrimonium sine consensu Domini.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nō, quia nemo potest dare alicui, quod est alterius sine consensu Domini, sed seruus est res Domini, ergò non potest contrahendo matrimonium dare alteri potestatem corporis sui vxori sine consensu Domini.

2 Præterea seruus tenetur obedire Domino,sed Dominus potest ei præcipere, quòd in matrimonio nō consentiat, ergo sine consensu eius non potest matrimonium contrahere.

3 Præterea seruus potest vendi à Domino in extraneas regiones,quo vxor sua nō poterit eū sequi,quòd esset inconueniens si matrimonium inscio Domino contrahere posset.

Sed contra dicitur in cap. 2.29.q. 2.vbi Zacharias Papa dicit si quis liber ancillam in matrimonium acceperit non habet licentiam dimittere eam(si consē su amborum coniuncti sunt) excepta causa fornicationis,sed vna lex deinceps erit per omnia, & viro,& fœminæ,si ergò consensu amborum perficitur matrimonium, ergò non requirit cōsensu Domini.S.Tho. in supplem.3.p.q.52.art.2.

Respon.dicendum,quòd de necessitate non requiritur cōsensus Domini, vt seruus contrahat matrimonium, honestum tamen, & vtile est,vt requiratur ne molestet eos,postea si eo inuito fiat, ratio est, quia illud, quod est de iure positiuo nō præiudicat ei, quod est de iure naturali, nec diuino,sed seruitus est de iure positiuo, cum ergo matrimonium inter personas legitimas sit de iure naturali, nam fuit de iure diuino,& ante legem scriptam.Gen. 2. erant duo in carne vna dicendum est,quod seruitus non possit matrimonio derogare facit cap. 1 de coniug.seru.

Ad primum respon. quòd seruus est res Domini quantum ad ea quæ naturalibus superadduntur,sed quantum ad naturalia omnes sunt pares.

Ad secundum respon.quòd seruus tenetur obedire Domino in his, quæ Dominus licite potest præcipere, at Dominus non potest præcipere seruo,vt abstineat ab his, quæ naturalia sunt, vt à cibo,& potu, ergo nec etiam à matrimonio.

Ad vltimum respon. quòd si seruus contraxit sciē te Domino, tunc, quia concedens principale dicitur concessisse, & accessorium ideo pro reddendo debitum vxori tenetur eo casu relinquere seruitium Domini,si vero contractū fuerit ignorante, & contradicente Domino, tunc censebitur contractum saluo iure Domini,quo casu si vtrumq.facere non potest magis tenetur seruire Domino quàm reddere debitum vxori.

QVAEST. XXX.

QVidam populorum frequentia impeditus &c.

1 Quæritur primum, an vxori suæ debitum reddere valeat,qui proprium filium de sacro baptismate suscepit.
2 Secundo an sponsalia contrahuntur inter infantes
3 Tertio an spirituales, vel adoptiui filii naturalib. copulari valeant.
4 Quarto an vxorē compatris vxoris suæ alicui ducere liceat.
5 Quinto an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet.

QVAEST. I.

QVòd autem proprium filium in spiritualem sibi transferens vxori suæ debitum reddere non valeat &c.

Pro declaratione huius q.videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum cognatio spiritualis impediat matrimonium.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non,quia perpetuum impedimētum matrimonii nō potest stare cum matrimonio, sed cognatio spiritualis stat cum matrimonio.c.de eo.30.q. 1.sicut cum aliquis in casu necessitatis filium baptizat,tunc enim fit vxori suæ spirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonium separatur.

2 Præterea nihil impedit matrimonium, quòd non contrariatur alicui bono matrimonii,at hoc non contrariatur,ergo non impedit.

3 Præterea contrariorum non est idem effectus, sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus,vt patet,cum ergo disparitas cultus matrimonium impediat, videtur, quod spiritualis cognatio id non faciat.

Sed contra facit 30. q. 1.in principio vbi Gratianus inquit, Nulla.n.authoritate permittitur,vt quis commatri suæ carnaliter copuletur cōc.c. veniens.de cognat.spirit. S. Thom.in supplem. 3. par.quæ.56. articulo 1.

Respon. dicendum, quòd cognatio spiritualis impedit matrimonium, quia vinculum quanto magis spiritualius,tanto sanctius obseruandum, sed vinculum spirituale est sanctius corporali, cum ergo vinculum cognationis carnalis matrimoniū impediat multo fortius cognatio spiritualis impediet, distinguendum tamen est,aut cognatio spiritualis præcedit matrimonium, aut sequitur si præcedit est conclusio, quòd impedit contrahendum, & dirimit contractū si sequitur est conclusio, quòd non impedit matrimonium quantum ad eius essentiam. i.quantum ad eius vinculum,sed quantum ad actum matrimonii.i. debiti carnalis redditionem, nisi fuerit inducta in casu necessitatis, vt quando pater baptizat filium in articulo mortis similiter si factum fuerit per errorē adhibita diligētia debitā,si autē factum sit in fraudē,

tunc ille qui facit fraudem priuatur iure petendi debitum, sed non reddendi si ei petitum fuerit vsq. ad quem gradum impediat, est in cap. 2. sess. 24. Conc. Trident.

Ad primum respon. falsum esse, quòd impedimentum illud stet cum matrimonio si præcedit, bene autem si sequatur, vt dictum est.

Ad secundum respon. quòd quamuis spiritualis cognatio non impediat aliquid de bonis principalibus ipsius matrimonii, tamen impedit aliquid de secundis bonis, quæ est amicitiæ multiplicatio, quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitiæ per se vnde oportet, quod ad alios per matrimonium familiaritas, & amicitia quæratur.

Ad tertium respon. quòd non est inconueniens, quod duo ad inuicem contrarientur eidem, sicut magnam, & paruum æquali, & sic disparitas cultus, & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia in alio propinquitas quã matrimonium requirat, & ideo ex vtraq. parte matrimonium impeditur, quomodo autem, & quando, & vsq. ad quem gradum cognatio spiritualis matrimonium impediat dicitur in cap. Docet. sess. 24. concil. Trid. de reformat.

QVÆST. II.

SPonsalia ante septemnium contrahi non possunt. &c.

Pro declaratione huius quæstionis, videndum est an sit verum, quòd dicit.

ARTIC. I.

Vtrum sponsalia ante tempus septemnii contrahi possint.

1 AD hoc vr̃ dicendum, quòd sic, quia contractus, qui per alios fieri potest non requirit discretionem in illis ad quos pertinet, sed sponsalia fieri possunt per parentes vtroque illorum ignorante, quorum sunt sponsalia, ergo ita fieri possunt ante septemnium sicut post.

2 Præterea sponsalia ad matrimonium ordinantur, sed in matrimonio nõ assignatur vnum tempus puellæ, & puero, sed diuersum, ergo nec in sponsalibus idem vtriq. assignari debet.

3 Præterea si aliqui iuxta ætatem pubertatis quamuis ante eam contrahant per verba de præsenti reputatur inter eos matrimonium esse, ergo pari ratione si ante septemnium, dummodo sint propinqui contrahunt per verba de futuro reputabuntur inter eos esse sponsalia.

Sed contra dicitur c. 1. 30. q. 2. vbi Nicolaus Papa dicit vbi non est vtriusq. consensus nõ est coniugiũ, ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & èconuerso nihil faciunt, nisi vterq. puerorum, postquã venerit ad annos discretionis consentiat, etiam si pater, & mater hoc voluerint, & fecerint conc. cap. si infantes. de sponsa. impub. in 6. S. Tho. in supplem. 3 p. q. 43. art. 2.

Respon. dicendum, quòd sponsalia sunt quædam promissio futurorum, oportet ergo, quod istorum sit iusta promissio qui aliquomodo promittere possunt, quod non est, nisi illorum, qui habent aliquam prudentiam de futuris, quæ vsum rationis requirit.

Ad primum respon. negando consequentiã, quia contractus factus per alium non habet firmitatẽ, nisi ille pro quo fit consenserit, quod non potest fieri ante septemnium, vnde sponsalia contracta pro ipsis per parentes robur habent in quantum venientes ad debitam ætatem non reclamant, & sic censentur ratificata.

Ad secundum respon. negando consequentiam, quia nõ est simile de sponsalibus, & matrimonio, quia in matrimonio requiritur non solum vsus rationis, sed etiam dispositio corporis vt sit aptum generationi, & quia puella in duodecimo anno est ad hoc apta, pueri autem in fine secundi septemnii, ideo dicitur matrimonium, sed quia ante septemniũ, tam pueri, quam puellæ carent vsu rationis ideo sponsalia contrahere non possunt.

Ad tertium respon. quòd etiam in sponsalibus si appropinqnant ad tempus septemnii contractus spõsalium habet robur, quia vt dicit Philos. in 2. Phis. quod parum deest, nihil deesse videtur, quæ propinquitas determinatur secundam conditionem contrahentium, quia in aliquibus magis acceleratur vsus rationis, quàm in alijs.

QVÆST. III.

QVod autem spirituales, vel adoptiui filii &c.

Pro declaratione huius quæst. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum adoptio impediat matrimonium.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia sacramenta ecclesiæ non subduntur humanis legibus, & matrimonium est sacramentum ecclesiæ, adoptio autem inducta est per legem humanam, ergo videtur, quod nod impediat.

2 Præterea cura spiritualis est dignior, quàm cura corporalis, sed ex hoc, quod aliquis curæ alicuius subditur spiritualiter, non contrahitur aliquid propinquitatis vinculum, alias omnes, qui habitant in parochia essent propinqui sacerdoti, & cum filio eius non possent contrahere, ergo nec adoptio, quæ trahit adoptatum in curam adoptantis hoc facere potest.

3 Præterea talis legalis cognatio nullo bono matrimonij repugnat, sed omne, quòd præstat impedimentum matrimonio ratione alicuius boni repugnat ergo &c.

Sed contra facit cap. 1. 30. q. 3. vbi Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum cap. 2. dicit si, ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit, quanto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cæleste sacramentum regeneratio sancti spiritus vincitur. S. Tho. in supplem. in 3. p. q. 57. art. 2.

Respo.

Respon. dicendum, quòd lex diuina illas personas maxime à matrimonio exclusit, quas necesse erat cohabitare, ne si ad eas liceret carnalis copula facile pateret concupiscentiæ locus ad quam reprimendã matrimonium est ordinatum, & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibitum est, inter tales matrimoniũ cõtrahi, & talis prohibitio est per ecclesiam approbata, & inde est, quod legalis cognatio matrimonium impedit.

Ad primum respon. quòd lex humana ad hoc non sufficeret, nisi per ecclesiam id fuisset confirmatum.

Ad secundum resp. negando consequentiam, quia per illum non inducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum patrare concupiscentiæ, & ideo ex illis non causatur propinquitas, quæ matrimonium impediat.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia per cognationem legalem impeditur bonum naturalis honestatis propter quod conseruandum principaliter est institutum matrimonium.

QVÆST. IIII.

Relicta vero compatris vxoris suæ &c.

Quia materia cognationis spiritualis reformatur in concil. Trident. in capit. Docet. experientia sess. 24. de reformat, nihil aliud dicam hoc in loco.

QVÆST. V.

Quòd autem Clandestina cõiugia fieri non debeant &c.

Quia materia hæc reformatur in conc. Tri. sess. 24. capit. 1. de reform. vbi omnino matrimonia clandestina tolluntur, & ponitur modus contrahendi matrimonium in facie ecclesiæ Ideo hic ea non tepeto.

CAVSA XXXI.

Vxorem cuiusdam alius cõstuprauit eo mortuo adulter adulteram sibi in vxorem accipit, filiã ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iurauit, illa assensum non præbuit, deinde pater alij eam tradidit à primo reposcitur.

1 Quæritur an possit duci in coniugium, quæ prius est pullura per adulterium.

2 Secundo an filia inuita sit tradenda alicui.

3 Tertio an post patris spõsionẽ illa possit nubere alij

QVÆST. I.

Adulterio polluta prohibetur duci in coniugium &c.

Pro declaratione huius q. videndum est,

ARTIC. I.

Vtrum quis possit ducere in vxorem, quam polluit per adulterium.

1 Ad hoc videtur dicendum, quod non authoritate Leonis Papæ dicentis. Nullus ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio cap. 1. 31. q. 1.

Sed contra facit ratio, quia ecclesia non debet reijcere, quòd Deus licitum esse monstrauit, sed Deus monstrauit adulteros coniungi licitum esse, quia nul lo præcepto prohibetur, nec in veteri, neq. in nouo testamento, ergo concl. vera, vnde Aug. lib. 1. c. 10. de nuptijs. dicit, deniq. mortuo viro, cum quo verũ connubium fuit, fieri potest coniugium cum quo præcessit adulterium.

Respon. dicendum, quòd quædam crimina impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum, Primum est incestus cap. si quis viduam. 32. q. 7. secundum est vxoricidium c. interfectores 33. q. 2. Tertium est raptus sponsæ alterius ca. statutum 27. q. 2. Quartum si insidiando proprio matrimonio proprium filium suscepit de sacro fonte cap. de eo. 3. q. 1. Quintum quando, quis interfecit proprium sacerdotem c. qui presbiterum. de pen. & rem is. Sextum solemnis penitentia c. de his. 33. q. 2. Septimum si quis scienter monialem in vxorem acceperit ca. hi qui. 27. q. 1. in quibus impedimentis si timetur de incontinentia potest, & debet Episcopus dispensare, hoc est dare licentiam nubendi cap. antiqui. 33. q. 2. in quibusdam tamen locis talis rigor non seruatur, vt ex his petatur licentia. Quædam vero sunt crimina, quæ dirimunt matrimonium contractum, Primum est si mulier machinata est in mortem vxoris alterius, & ipsam cum effectu occiderit animo habendi virum illius in suum, idem si quis machinatus fuerit, & cum effectu occiderit virum alicuius, vt habeat vxorem eius, tales si contraxerint sunt omnino separandi cap. si quis viuente. 31. q. 1. Secũdum crimen est adulterium, & de hoc ponitur conclusio responsiua ad istam quæstionem, quod indistincte, & absolute potest quis ducere in vxorem, quam polluit per adulterium, nisi in tribus casibus primo si viuẽte marito fidem ei dedit, quod eo mortuo duceret eam in vxorem, & hoc procedit quãdo tam adulter, quàm adultera sciebat impedimentum, alias matrimonium non dirimeretur, secundo si alter eorum in mortem mariti machinatus est cum effectu, in his duobus casibus impeditur matrimoniũ contrahendum, & dirimitur contractum, quia talis prohibitio perpetua est c. relatum. 31. quæ. 1. Tertio quando contraxit de facto cum ea, primum. n. matrimonium facit, quod non stat secundum.

Ad primum respon. quòd iste textus restringitur ad casus istos assignatos, nam quando obstat impedimentum criminis impedit materiam huius sacramenti, & hoc rationabiliter ordinatum est ab ecclesia, vt plurima homicidia, & adulteria eccitentur, quæ illius causa familiaritatis fieri possent.

QVÆST. II.

Quòd autem aliqua non sit cogenda nubere alicui &c.

Pro declaratione huius quæstionis videndum est.

AR-

ARTIC. I.

Vtrum consensus impediat matrimonium.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia, quod nihil est matrimonium non impedit; sed nulla est consensus coactio, quia consensus est actus liberi arbitrij, quod non potest cogi, ergo &c.

2 Præterea omnis vir, aut est constans, aut inconstans, sed coactio per metum non cadens in constantem virum, non impedit matrimonium. Coactio autem per metum non cadit in constantem virum, quia fortis impauidus est, vt dicit Arist. 3. Ethic.

3 Præterea sicut ad matrimonium requiritur consensus, ita ad baptismum requiritur intentio: sed coactus timore ad recipiendum baptismum recipit sacramentum baptismi, ergo coactus ad consentiendum, aliquo timore matrimonio, obligatur.

Sed contra facit, quòd dicitur in summa 31. q. 2. vbi Gratianus refert Ambrosium dicentem super epi. 1. ad Corint. (Nubat cui vult tantum in Domino) idest quem sibi aptum putauerit, illi nubat, quia in vitæ nuptiæ solent malos prouentus habere, tantum autem in Domino hoc est, vt sine suspicione turpitudinis nubat, & viro suæ religionis nubat.

Respon. dicendum, quòd metus cadens in constantem virum impedit matrimonium, quia vinculum matrimonij perpetuum est; vnde illud, quod perpetuitati repugnat tollit matrimoniũ, sed metus qui cadit in constantem virum perpetuitatem contractus tollit, quia potest peti restitutio in integrum, ergo talis metus impedit matrimonium. Præterea matrimoniũ significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ fit per libertatem amoris, ergo non potest fieri per coactum consensum. S. Thom. in supplem. 3. p. q. 47. art. 4.

Ad primum respon. negando minorem, nam licet voluntas non possit cogi coactione absoluta, potest tamen cogi coactione conditionata.

Ad secundum respo. negando minorem, nam coactio conditionata bene cadit in constantem virum ad illud Arist.

Respon. quòd ipse non dicit, quòd fortis virtuosus non timeat, sed quod non timeat non timenda.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia intentio nõ est causa efficens sacramẽti in baptismũ, sed solum eliciens actionem agentis, consensus autem est efficiens matrimonium, vnde non est simile.

QVÆST. III.

QVòd autem post parentum sponsionem &c. Pro declaratione huius q. qua quæritur vtrum post patris, vel parentum sponsionem filiu, sant filia possit alteri nubere, dicendum est sub certis conclusionibus, prima si sponsalia sint contracta à parentibus filiorum consensu interueniente, vel subsequente, vel in adulta ætate, siue ante, dum modo post septemnium, valent, & tenent, nec licet filijs ab eis discedere 27. q. 2. per totum, secunda sit concil. si sponsalia sunt de futuro, licet filij non debeant cum alijs contrahere, si tamen cum alijs contraxerint de præsenti valebit, & tenebit matrimoniũ cum alijs, nisi aliquid aliud impedimentum adsit &. duobus. de sponsa duorum si vero sponsalia sunt cõtracta à parentibus siue consensum filiorum, siue filijs contradicentibus, siue non. siue ante septemniũ, siue post, siue in adulta, ætate siue ante, est conclusio tertia, quod filij, nisi postea consentiant, nec valent, nec tenent, nec coguntur stare illis, & sine peccato discedere possunt, & alij nubere c. vnico. 30. q. 2. honestum tamen esset stare sponsioni paternæ, sed non compelluntur, sicut dictum est.

CAVSA. XXXII.

QVidam vir cum non haberet vxorem quandam meretricem sibi coniugio copulauit &c.

1 Hic primum quæritur, an meretrix licite ducatur in vxorem.

2 Secundo an ea, quæ causa incontinentiæ ducitur sit coniux appellanda.

3 Tertio cuius arbitrium aliqua sequatur an liberi aui an originarij patris.

4 Quarto si viuente vxore liceat alicui filio ex ancilla quærere.

5 Quinto si ea, quæ vim patitur pudicitiam amitte te comprobatur.

6 Sexto si adulter adulteram possit dimittere.

7 Septimo si viuente dimissa aliam possit accipere.

8 Octauo, si infidelem sub præmissa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere.

QVÆST. I.

QVòd autem meretrix in coniugem &c. Pro declaratione huius q. dicendum est primo, quòd nullus debet ducere meretricẽ ante quã pœniteat, quia etiam vxorem adulteram tenere non debet, quia patronus esset turpitudinis ca. 1. & seq. 32. q. 1. secundo, quod meritorium est meretricẽ ducere post peractam pœnitentium cap. 5. & seq. 32. q. 1. Tertio, quòd virginitas præfertur matrimonio, non tamen per hoc improbantur nuptiæ cap. nuptiæ 32. q. 1. vbi Ambrosius inquit nuptiæ terram replent virginitas paradisum.

QVÆST. II.

QVòd autem non sit vxor, quę sola causa incõtinentiæ ducitur &c. Pro declaratione huius q. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum ad contrahendum matrimonium necessarium sit tria bona esse in contrahentium intentione, videlicet fidem, prolem, & sacramentum.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic, quia ad contrahendum matrimonium necessariũ est consentire in ea, quę sunt de essentia matrimo-

matrimonij; sed prædicta bona sunt de essentia matrimonij, vt habetur c. sicut.§. His ita 32.quæ.2. in fine ergo &c.

2 Preterea illa intentio est necessaria ad contrahendum, cuius opposita impedit matrimonium, sed si contrahentes intẽdant agere, contra bonum prolis, vel fidei, vel sacramenti non contrahunt matrimonium c. aliquando. 32.q.2. vbi si abinitio tales sunt non sibi per connubium, sed per stuprum potius cõueniunt, ergo &c.

3 Præterea bonum fidei est de necessitate huius sacramenti, quia si quis consentiat in aliquam, & postmodum aliam ducat non est sacramentum, quod est ob defectum fidei, ergo &c.

Sed contra facit ratio, quia homo potest contrahere cum illa, quam scit non posse parere, sed sic cõtrahens non potest habere bonum prolis in intentione, ergo illud bonum non est necessarium esse in intentione contrahentium matrimonium.

Item vir potest cum muliere verum matrimoniũ contrahere, quamuis intendat aliam mulierẽ adulterando cognoscere, sed talis non habet in intentione bonum fidei, imo habet in intentione oppositum, ergo bonum fidei non est necessarium esse in intentione contrahentis verum matrimonium.

Tertio probatur, quòd nec sacramentum sit de necessitate siue substantia matrimonij, quia si aliquis contrahat cum aliqua per verba de præsenti est matrimonium contractum, & tamen illo transeunte ad religionem ista potest nubere, ergo non erat vinculum inseparabile.

Respon. dicendum iuxta Richar. in 4. quòd prædicta tria bona esse in intentione potest intelligi dupliciter, aut in habitu & implicite, aut in actu, & explicite. Qua distinctione habita sit ista conclusio, necessarium est prædicta tria esse aliquo prædictorũ modorum.s.habitualiter, & implicite in intentione contrahentium, patet conclusio, primo de bono sacramentali, quia contrahentes necessario, cum contrahunt consentiunt in vinculi inseparabilitate, ratione cuius est matrimonium bonum sacramenti vnde Aug. sacramentum ita inseparabiliter adhæret coniugio, vt sine illo esse non videant, illo etiam modo necessario est bonum fidei esse in intentione contrahetium aliquo modo, in bono.n.fidei considerantur duo, vnum.s.essentiale, quod est non negare vsum sui corporis, si coniux alius petat. alterum accidentale bonũ fidei accessorium est non exhibere alteri, quam suo coniugi vsum sui corporis.

Ratione primi, necessarium est bonum fidei esse in intentione contrahentium ad minus habitualiter, & implicite, ratione autem alterius non est necessarium ad contrahendum matrimonium de bono prolis, & patet conclusio, pro quo notandum, quòd bonũ prolis tripliciter potest considerari.s.aut prolis susceptione, & educatione absolute, aut sub cõditione si Deus eã dederit, seu pro nõ procurãdo aliquod impedimẽtũ prolis, primo modo non est necessariũ bonum prolis esse incõtrahentium intentione, nec actualiter, nec habitualiter, & implicite, vnde si cõtrahentes intẽderẽt non suscipere prolẽ nec educare si Deus eam daret, vel venena sterilitatis procurarẽt, ne proles veniret, matrimonium sic contractũ esset nullũ; vt supra inductũ est in vno argumẽtorum, loquendo de esse actualiter in intentione contrahentium sit ista conclusio actualiter, & explicite sic ad contrahẽdũm matrimonium, nõ est necessarium aliquod prædictorum bonorum esse in contrahentium intentione, sufficit.n. quod in cõtrahendo intẽdãt illud quod inter contrahentes requiritur ad matrimonium.

Ad primum resp. quòd ratio procedit de intẽtione in habitu, & implicite, & de bono prolis secundum, quod accipitur pro susceptione, & religiosa educatione sub hac conditione etiam, vt dictum est, & de eo, quod est essentiale in bono fidei.

Ad secundum patet respõsio p ea, quæ dicta sunt de bono prolis.

Ad tertiũ resp. quòd ratio non procedit, quia ibi nõ soluitur matrimonium, nisi per mortem spiritualem, sicut consumatum nisi per mortem corporalẽ.

Ad argumenta pro alia parte patet responsio ex dictis quoniam prima procedit de bono prolis, vt accipitur pro prolis susceptione absolute.

Ad secundum resp. quòd procedit eo, quod in bono fidei est accidentale, seu accessorium, cõclusio igitur sit, quod, & si nihil cogitent de istis bonis est verum matrimonium, sufficit.n. quod non apponatur condictio, uel pactum, quod contra faciunt.

ARTIC. II.

Vtrum actus coniugalis possit esse sine omni culpa.

1 AD secundum uidetur dicendum, quòd sic primo, quia matrimonium est sanctum, & bonum, patet, quia à Deo fuit institutum, & confirmatum per presentiam suam ad nuptias Ion. 2. & approbatum per responsionem suam Mat. 19. sed sancta re potest homo uti sine peccato, ergo &c.

2 Præterea omne, quòd Deus præcipit potest fieri sine peccato, sed Deus pręcepit prolem procreare Gen. 2. post lapsum, ergo possibile est hoc facere sine peccato.

Sed contra dicitur c. 3. 32.q. 2. ubi Aug. de bono coniug. c. 6. dicit quidquid inter se cõiugati immodestum inuerecundum, sordidum uegerunt uitium est hominum non culpa nuptiarum, & infra. Neque .n. illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur &c. ubi notatur, ꝙ coitus inter cõiuges, q̃ fit causa, incõtinẽtiæ uitandæ est peccatum ueniale.

Resp. dicendum, quòd actus coniugalis ad multa ordinari potest, primo ad bonum prolis ꝓcreandæ ad cultum diuinũ, quo casu non solum fit absq. peccato, sed etiã erit actus meritorius.

Secundo potest ordinari ad redditionẽ debiti coniugis petẽtis expresse, uel interpretatiuæ etiã quãdo nulla spes est de prole, sicut post cõceptionẽ, & isto modo est etiã cõclusio, quod nõ sit peccatum, sed sit ex parte reddẽtis actus meritorius, qa actus iustitię factus ex charitate meritorius est: reddere autẽ debitũ act⁹ iustitię est 1. Co. 7. uir uxori debitũ reddat.

Tertio potest ordinari ad explẽdã libidinẽ tãrum extra legem matrimonij, & tunc peccatum dicitur cap. liberorum 32. quæst. 4. ubi Hieron. dicit uoluntates, quæ de meretricum amplexibus capiunt

piunt in vxore damnandæ sunt, & hoc quando id egisset, etiam cum ea, quæ non fuisset illius vxor.

Quarto potest ordinari ad satisfaciendum concupiscentiæ propriæ, tamen infra legem matrimonij, sic tamen, quod nullo modo id faceret, nisi cum vxore, & tunc est conclusio, quòd sit tantum peccatum veniale, quia vti re non propter debitum finem semper est peccatum saltim veniale finis autē matrimonij est bonum prolis, vel redditio debiti, vtrumque istorū iste prętermittit, ergo peccat saltim venialiter.

Quinto potest actus coniugalis ordinari ad remedium contra morbum corporalem, de isto modo videtur, quòd sit peccatum veniale, quia quamuis intendere conseruationem sanitatis non sit per se malum, tamē hæc intentio efficitur mala si ex ea aliqua sanitas intendatur, quod non est ad hoc ordinatum nec principaliter, & nullo modo potest esse finis matrimonij, sicut qui ex sacramento baptismi salutem tantum corporalem quæreret.

Sexto potest ordinari actus coniugalis ad euitandam fornicationem in se, vel in vxore si est ordinatus ad vitandam fornicationem in vxore, tunc est sine peccato, si vero ad euitandam fornicationem in se, tunc est peccatum veniale, quia ad hoc non est matrimonium institutum nisi secundum aliquam indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus.

QVAEST. III.

DE tertia vero q. Pelagius definit scribens Potentio defensori.

Patrē puellæ ecclesiæ nostræ famulū actū vero eius liberis ortum constat esse naturalibus, & ideo aui magis electionem de coniunctione neptis, quàm patris eius, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium decernimus attendi c. 1. 32. q. 3.

QVÆST. IIII.

QVOD autem ex ancilla &c.
Pro declaratione huius q. videndum erit.

ARTIC. I.

Vtrum concubitus concubinarum sit contra l. naturæ.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, vt habetur in summa 32. q. 4. vbi Abrahā, & Iacob propter sterilitatem vxorum ingressi sunt ad ancillas, qui non creduntur in hoc egisse cōtra legem naturæ.

2 Præterea ius positiuum à naturali lege profectum est, sed secundū ius positiuum fornicatio simplex nō prohibetur, immò potius secūdū antiquas leges mulieres quædam lupanaribus tradendæ condemnabantur, ergo habere concubinam non est contra legem.

3 Præterea quicumq; re sua vtitur, vt vult nemini facit iniuriam, sed ancilla est res Domini, ergo si Dominus vtatur ea ad libitum, non facit iniuriam alicui, & ita habere rem cum concubina non est contra legem naturæ.

4 Pręterea concubitus, qui non est contra bonum prolis neq; contra bonum fidei non est contra legem naturæ, sed aliquis concubitus concubinarius potest esse huiusmodi, vt concubentes habeant diligentiā de prole suscipienda, & educanda, & seruent sibi inuicem fidem, ergo potest esse concubitus concubinarius non contra legem naturæ.

Sed contra facit ratio, quia secundum omnes leges filij, qui de concubinis nascuntur sunt vituperabiles, sed hoc non esset nisi concubitus ex quibus nascuntur esset naturaliter turpis, ergo concubinatus est contra legem naturæ.

Præterea matrimonium est naturale 27. q. 1. per totam in principio, sed hoc non esset si sine præiudicio legis naturę posset homo coniūgi mulieri prætet matrimonium, ergo concubinatus est contra legem naturę. S. Thom. in supplem. 3. p. q. 65. Art. 3.

Respon. dicendum iuxta S. Thom. & dominum Bonauent. ius naturale dicitur tripliciter, cōmuniter, proprie, & magis propriè, & secundum hoc tripliciter diffinitur ab Isidoro vno modo sic ius naturale est, quod in lege, & in euangelio continetur, vt sicut diffinitur supra in principio decreti dist. 1. & sic accipiendo ius naturale ponitur ista conclusio, quòd habere concubinam est contra legem, & euangeliū vbi præcipitur non mechaberis, vbi prohibetur omnis coitus non matrimonialis, Exo. 2. Deut. 5. & Mat. 7. secundo dicitur ius naturale proprię, quod est cōmune omnium nationum, & hoc ius est, quod dictat ratio recta, & sic accipiendo ius naturale est cōclusio secunda, quod habere concubinam est contra legem naturæ, patet pro quo notandum, quod hoc modo dicitur aliqua actio esse contra legem naturæ, quę non est conueniens fini debito, siue quæ non ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quæ de se est improportionata fini illi, hoc habito probatur sic primo conclusio, finis ad quem natura ex concubitu tendit, est proles procreanda, & educanda, & vt bonum hoc quęreretur posuit delectationem in coitu, vt Constantinus dicit, quicumque ergo concubitu vtitur propter delectationem, quæ in ipso est non referendo ad finem à natura intentam contra naturam facit, sed huiusmodi est, qui concubinam habet, qui non quærit, nisi libidinem, & delectationē in coitu, patet ex nomine res à fine plerunq; nominatur tanquam ab optimo, vnde sicut coniunctio matrimonij à prolis bono nomen accepit, quod per matrimonium principaliter quæritur.

Secundo sic ratio naturalis dictat prolis educationē vsq. ad perfectum esse, & ideo per consequens, vt vult commentator 8. Ethicorū natura vitā coniugū indiuiduam, i. inseparabilē, fornicans autē peracta libidine quęrit fugā, & verecundatur se habere prolē, vt pote iniquitatis suæ testē, & ideo non vult educare illam, etiam non confiteri aliquando esse suam.

Tertio sic ex eodem fundamento natura etiam dictat prolis suæ disciplinationem quo ad scientiam, & virtutē, vt dicit cōmētator, ideo dictat natura non tātū saluare speciē quo ad esse naturale, sed quo ad bene esse, & pfectū esse, quod cōsistit in sciētia, & virtute, cū autē huiusmodi educatio plis à parētib. debeatur per longum tēpus existit lex naturæ, vt pater, & mater in longum tempus commaneant ad subueniendum

veniendum communiter communi proli, vnde, & aues quę communiter nutriunt pullos ante completam nutritionem nó separatur à multa societate, quæ incepit in concumbendo, hæc autem obligatio ad commanendum fœminam marito matrimonium facit, & ideo patet, quod accedere ad mulierem non coniun ctam sibi matrimonio, quę concubina vocatur est contra legem naturæ.

Tertio modo dicitur ius naturale proprijssime, quod natura docuit omnia animalia, & capiendo hoc modo ius naturale, est conclusio tertia, quod habere concubinam siue accedere ad non suam per matrimoniū non est contra legem naturæ patet de multis brutis animalibus.

His habitis dicendum est ad rationes in oppositū ad primam de patriarchis respon. quod ancillæ ad quos patriarchę leguntur ingressi veræ fuerunt vxores, non autem concubinę accedebatur.n.ad ipsas maritali affectu.

Ad secundum respon. negando consequentiam, & ratio est, quia in gentilibus quantum ad multa lex non offuscata erat, vnde accedere ad concubinam malam non reputabant, sed passim fornicatione quasi re licita vtebantur, vnde leges multę eorum fuerūt iniquę non procedentes à lege naturę inter quas fuit illa de fornicatione, vnde præualente religione christiana lex illa, & multæ aliæ extirpatæ sunt, vnde Ambrosius libro de patriarchis dicit, nemo sibi blanditur de legibus hominum, omne struprum adulterium est, nec viro licet, quod mulieri non licet, eadem à viro, quæ ab vxore debetur castimonia, quicquid in ea, quæ non sit legitima vxor cōmissum fecit adulterij damnatur crimine.

Ad tertiam respon. quòd ratio non procedit multiplici ratione, primo, quia iniuria opponitur iustitiæ, lex autem naturalis non solum prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum, hic contra legem naturæ est, vt aliquis immoderatè comedat quāuis talis rebus suis vtēs nulli faciat iniuriā, tū secundo facit iniuriam Deo contra cuius statutum præsumitur agere, tunc tertio, quia facit ibi iniuriam pro eo, quod se de ordinando peccat, tum quarto, quia licet ancilla sit res Domini, quo ad obsequium, non tamen est res sua ad concubitum, tum quinto, quia etiam interest qualiter quisq. re sua vtatur, tum sexto, quia talis facit etiam iniuriam proli procreandæ ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio concubinaria ordinatur, vt dictum est supra.

Ad quartam respon. negando consequentiam, & ratio est, quia quamuis aliqui sufficienter prouideåt proli quantum adea, quæ respiciunt bonum prolis, quamuis in concubendo hanc intentionem habeant, hoc tamen eorum concubitum non excusat, quoniā fit contra legem naturæ, quia cum ius non solū scriptum, sed etiam naturale potius adaptetur ad ea, quę fiunt frequentet illud, quod cadit sub legis determinatione iudicatur secundum illud, quod raro, & in aliquo casu accidere potest: præterea, vt dicit S.Tho. licet aliquis de tali concubitu prolem quærat non est conueniens talis concubitus ad bonum prolis in quo nō solū intelligit ipsius procreatio p quā ꝓles esse accipit, sed etiā educatio, & instructio, sicut dictum est.

QVÆST. V.

QVòd autem pudicitiam violenter eripi non possit multorum authoritatibus probatur, est .n. virtus animi, quę violentiam non sentit. Corpori namq. vis infertur non animo. vnde quamuis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis seruetur illæsa tamen castitas duplicatur, sicut beata Lucia fertur dixisse Pascasio (si in vitā me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam) non .n. inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si in thura manu mea ponas, & per manū meā sacrificias Deus hæc attendit, & deridet de sensibus.n.& voluntatibus iudicat Deus.

Hinc Ambrosius scribit in lib. 2. de virginibus, tolerabilius est mentem virginem quam carnem habere vtrumq. bonum si liceat, si non liceat saltem non homini castæ, sed Deo simus. virgo prostitui. potest adulterari non potest, vbicumq. Dei virgo est templum Dei est, nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam, & idem ad virginem lapsam c.4. De vera non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta, & Isido. in Synonimis lib.4 Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus fuerit corruptus, munda à contagione anima caro non peccat c.1.& seq. 32.q.5.

Pro declaratione huius q. notandum est, quòd duplex est pudicitia.s. corporis, & animi, pudicitia corporis, quæ carnis integritas dicitur per violentiā aufertur c. nupriarum. 25.q.2. pudicitia vero animi per uiolentiam sine uoluntate auferri non potest.

QVÆST. VI.

ECCE, quòd ista dimitti non valet &c.

Pro declaratione huius q. notandum est, quod adulter adulterum dimittere non potest, quia ex quo vir in eodem peccato existit non debet uxorem punire accusando consimili peccato delinquentem cum dictum sit Ioan.8. quicumq. uestrum sine peccato est, primus lapidem in illam mittat, & Luc.6. (Hipocrita primum eijce trabē de oculo tuo, & postea educas festucam de oculo fratris tui, & Au. in epist. ad Pascentium 174. loiquum est, ut quisq. de alio iudicare uolet, & iudicari de se nolit, unde in hoc dici solet, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur c.fin.de adulter.

QVÆST. VII.

NVnc autem quæritur si ille, qui dimiserit uxorem suam causa fornicationis illa uiuente aliā ducere possit.

Pro declaratione huius q.uidendum est unum.

ARTIC. I.

Vtrum diuortio celebrato vir possit aliam uxorem ducere, vel uxor alium virum.

1 AD hoc uidetur dicendum, quòd sic, & facit primo Mat.19. qui dimiserit uxorē, & duxerit aliā excepta causa fornicationis,

mechatur, ergo si recta est exceptio licet ex causa fornicationis dimittere, & aliam ducere.

2 Præterea post diuortium vir in nullo tenetur vxori nec quantum ad debitum soluendum, nec quo ad cohabitationem, ergo à lege vxoris solutus, ergo cum alia contrahere poterit.

3 Præterea vxor adulterando diuisit carnem suã, sed sacramentum matrimonij est, quòd sint duo in carne vna, ergo sacramentum per fornicationem soluitur, & consequenter aliam ducere potest.

Sed contra facit c. 1. 32. q. 7. vbi Aug. de bono coniug. c 7. dicit interueniente diuortio, non aboletur illa confederatio nuptialis, ita vt sibi coniuges sint etiam separati, & in c. 2. ead. q. vbi Aug. lib. 2. c. 4. de adulterinis, licite dimittitur coniux ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris &c.

Respon. dicendum, quòd cum fuerint legitimæ personæ fuit inter eos sacramentum, quòd est vinculum insolubile, vnde diuortium non est separatio quantum ad vinculum sacramentale, vnde 1. Cor. 7. præcipio non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, secundo facit ratio, quia si alter posset nubere cũ matrimonium non claudicet, possent vterq. nubere, ergo quotiescunq. aliqua vellet alterum maritum posset habere fornicando, quod stultum est, tertio facit ratio si propter fornicationem solueretur matrimonium omnino, ergo si aliquis cognosceret vxorem ex quo fornicata est cum iam non sit inter eos matrimonium peccaret mortaliter, quod inconueniens est dicere. Quarto facit ratio, quia nullus debet de peccato suo reportare commodum, sed reportaret si liceret adulteræ ad aliud magis desideratum connubium transire, & esset occasio adulterandi volentibus alia matrimonia quærere, ergo non licet. S. Thom. in supplem. 3. p q. 62. art. 5.

Ad primum respon. negando consequentiã, quia exceptio illa in verbis Domini nõ refertur ad vtrũq. actum, sed ad alterũ tãtum. s. ad actum dimissionis.

Ad secundum respon. negando consequentiam, quia licet vir facto diuortio in nullo teneatur vxori, nec vxor viro, nihilominus tamẽ sacramentaliter est ligatus ei, & quia est ei alligatus quamdiu viuit, ideo non potest alteri alligari, potest tamen continentiam vouere viro inuito, ex quo propter debitum priuauit se iure petendi debitum.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia non est de ratione sacramenti, quod caro sit indiuisa, sed de nobilitate, & dignitate, quamuis. n. caro alterius diuidat, nihilominus sunt duo in carne vna.

QVÆST. VIII.

CVm itaq. probatũ sit, quòd hic vxorẽ suã dimittere, & aliã ducere nõ potest, quæritur si liceat ei hac conditione peccare, vt infidelẽ ad fidem adducat, quòd non possit fieri Aug. affirmat in lib. 1. de adulterinis coniugijs ca. 24. quòd est c. 1. 32. q. 8. id non solũ mœchandũ nõ est (quod facit nõ quidã, sed omnis, qui dimittit vxorẽ suã, & ducit alterã, & si propterea duxerit, vt faciat christianã &c. nullus. n. peccare debet propter aliquod bonũ habẽdũ, seu malũ euitandum, iuxta illud non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

CAVSA XXXIII.

QVuidam vir maleficijs impeditus vxori suæ debitum reddere non poterat, alius interim clanculo eam corrupit à viro suo separata corruptori suo publice nubit, crimen, quod admiserat corde tantũ Deo confitetur, redditur huic facultas cognoscendi eam, repetit vxorem suam, qua recepta, vt expeditius orationi vacaret, & ad carnes agni prius accederet, continentiam se seruaturum promisit, vxor vero cõsensum non adhibuit.

1 Hic quæritur an propter impossibilitatem coeundi a viro suo aliqua sit separanda.

2 An post separationem ei nubere valeat cum quo prius fornicata est.

3 Si sola confessione cordis crimen possit doleri.

4 Si tempore orationis, quis valeat reddere cõiugij debitum.

5 An vir sine consensu vxoris continentiam uouere possit, vel si minis, uel terroribus licentiam vouendi ab ea extorquere valeat.

QVÆST. I.

QVod autem propter impossibilitatem reddendi debitum &c. pro declaratione huius q. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum impossibilitas coeundi separet matrimonium.

1 AD hoc uidetur dicẽdũ, quòd non, quia verũ est matrimoniũ sine carnali coitu, sed quandocũq. aliquis habet esse perfectũ, sine quo non impeditur aliquid per defectum illius, ergo impotentia coeundi non impedit matrimonium.

2 Præterea uoluntas continendi in utroq. coniugũ non soluit matrimonium, ergo nec necessitas continendi pari ratione, sed ubi est impotentia, est necessitas continendi, ergo &c.

3 Præterea matrimoniũ est uinculũ insolubile, sed possibile est impotentiã coeundi accidentalẽ contrahi, ergo si non soluitur post matrimoniũ cõtractum superueniente impedimento, nec dicetur solui ante.

Sed contra facit c. 1. 33. q. 1. ubi Greg. Ioanni Rauenati scribens dicit, quia autẽ interrogasti de his qui matrimonio uincti sũt, & nubere nõ possũt, si ille aliã vel illa aliũ ducere possit, de quib. scriptũ est, uir, & mulier si se cõiunxerint, & postea dixerit mulier de uiro, quod non possit coire cũ ea, si potest probare per iustum iudicium, quod uerum sit accipiat alterum, si autem ille aliam acceperit separentur, S. Thom. in supplem. 3. p. q. 58. art. 1. & seq.

Resp. dicẽdũ sub certis cõclusionib. prima, quòd impotẽtia coeũdi naturalis, & perpetua impedit matrimoniũ cõtrahẽdũ, & dirimit iã cõtractũ, ista conclusio probatur, primo sic, in matrimonio obligatur homo ad reddẽdũ debitũ, sed nullus potest se obligare ad impossibile, sed impotens coire non potest debitũ soluere, ergo non potest matrimoniũ cõtrahere.

Secundo sic matrimonium est institutum in officium, & in remedium, ergo inter personas inter quas, nec officium, nec remedium potest esse, non potest esse matrimonium.

Secunda conclusio si alter coniugum petat se parationem separandi sunt, sed ille ex parte cuius allegatur impedimentū perpetuo maneat absq. spe coniugij alius vero cui vult nubat.

Tertia conclusio, si ambo volunt mutuo cohabitare possunt, vt qui nō potest mulierem habere, vt vxorem, habeat in sororem.

Quarta conclusio, quòd si vir sciat se impotentē ad coeundum, & scienter contrahit cum aliqua, si mulier vult cohabitare cum eo, non potest ab ea recedere, patet conclusio extra de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit c. primo, & extra eo. c. consultatio. verum quia dubium est vtrum impotentia talis sit perpetua. Ideo Ecclesia vtriq. adhibet debitam diligentiam ad sciendum perpetuitatem, & in dicit cohabitare per tres annos, & experiri actum illum fideliter, & sine fraude, & rimedio, si possent esse contra talem impotentiam.

Ad sciendum autem, quòd præcesserit, siue quod inuentum est creditur iuramento septem testiū, vel etiam inspectioni claustorum, alioqui statur verbo viri, decipitur tamen aliquando ecclesia, & cum constat de deceptione, quia repertum est, quod ille in quo impedimentum inuenitur carnalem copulam cum eadem, vel cum alia perfecisse iubet eos quos separauerat ad priora vota redire, reintegrando præcedens matrimonium, & dirimendo secundum.

Si vero impotentia coeundi sit temporalis cui potest subuenire beneficio medicinæ, vel processu ætatis est conclusio quinta, quòd talis impotentia non impedit matrimonium: ista cōclusio patet C. de nup. l. sancimus, & vigesimaseptima. quæstione prima. c. nuptiarum bonam. in principio. His habitis dicendū est ad rationes in oppositum.

Ad primum respon. negando consequentiam, quoniam licet actus carnalis copulæ non sit necessarius ad matrimonium, potentia tamen coeundi est neccessaria, qui per matrimonium datur vtriq. coniugum potestas in corpore alterius, respectu carnalis copulæ concordat sanctus Thomas, & Dominus Bonauentura, & Rychardus.

Ad secundum per idem patet responsio, voluntas .n. continendi non impedit matrimonium, quoniam vt dicit Dominus Bonauentura adhuc manet ordinabilitas ad actum cum voluntate, quia non est necesse esse perpetuam pro eo, quod voluntas potest verti, & ideo non est simile de impotentia coeundi & de voluntate continendi.

Ad tertiam respon. negādo consequentiā, & ratio est, quia licet verum sit quòd postquā matrimoniū contractum est legitime, si tunc superuenerit illegitimitas non soluit matrimonium, si tamen præuenit impedit contractionē, & ideo impedit, quod est si videatur matrimoniū cōtrahi secūdū facies hominum tamen secundū veritatem nō cōtrahitur, & ideo dicitur dirimere iā cōtractū, nō quia illud vinculū infrīgant, sed tantū est impedimentū, quod, & si de facto consumetur in facie hominum, nullā tamen soliditatem habet, hæc Dominus Bonauentura.

QVAEST. II.

Quod autem ei cum quo prius fornicata fuerat &c.

In hac q. dicitur an illa possit duci in coniugium quam prius polluit quis per adulteriū, & cōcl. est, quod si adulter non fuerit machinatus in mortem viri, nec vxor fidem dederit adultero de contrahendo cum eo, tunc potest cum illo cōtrahere, quia mulier mortuo viro soluta est à lege uiri, & potest nubere cui vult in Domino, iuxta Apost. 1. Cor. 7. de hoc dictum est supra 31. q. 1.

QVÆST. III.

His breuiter decursis, in quibus extra negotij finem aliquantulum euagati sumus ad præpositæ causæ tertiam quæstionem pertractandā qua quæritur utrum sola cordis contritione, & secreta satisfactione, absq. oris cōfessione quisq. possit Deo satisfacere redeamus.

Huius q. occasione Magister hic lōgum tractatum de pœnitentia intersit, qui tractatur in septem partes, quæ distinctiones nuncupātur, partitus est, in qua rum prima proponitur, & tractatur quæstio præmissa an absq. oris confessione, & satisfactione per solā cordis contritionem peccatum dimittatur. In secunda tractat, an charitas semel habita possit amitti, in tertia proponit an pœnitentia sit iteranda, vel nō in quarta, an peccata dimissa redeant, in quinta, quæ in pœnitentia assumenda à peccatore consideranda veniant. In sexta cui, vel qualiter pœnitens confiteri debeat, in septima de pęnitentia finali. 1. Quæ in vitæ fine quæritur, & accipitur, an. s. valeat ad vitam consequendam, vel non.

Pro declaratione primę distinct. videdum est primo.

DE POENIT. DIST. I.

ARTIC. I.

Vtrum sola contritione absque confessione, & satisfactione exteriori dimittatur peccatum.

1 AD hoc videtur dicēdū, quòd sic, primo, q̄a qui potest plus potest, & minus, sed sola cōtritio in casu potest supplere vicē baptisma tis ergo etiam supplere potest vicem confessionis.

2 Præterea, quæcunq. medicina, quę omnia illa in se claudit, quæ opponuntur morbo, & causis morbi illa per se sine alia efficax est ad morbi expulsiones, sed cōtritio est huiusmodi medicina cōtra actuale morta le peccatum, ergo sine confessione, & satisfactione ex cludit morbū, maior patet ex se, minor probatur ex eo, quod in actuali peccato nihil aliud est, nisi culpa, & pęna, & cōtraria illorū sunt in contritione, quia gratia cōtrariatur culpæ, & pęna de peccato cōtrariatur passioni, quę est delectatio, & sustinentia illius doloris, soluit pęnę obligationem, quæ est in reatu.

3 Præterea Maria Magdalena per solam cordis contritionem fuit sanata, vt habetur Luc. 7. ergo &c.

Præterea quęcunq. sunt de essentia, & de necessitate alicuius, nunquam relinquũt ipsum, sed confessio, & satisfactio quandoq. non sunt de pęnitentia, vel non pro vt modo sunt, ergo non sunt de essentia. Ergo cum pænitentia per essentiam suam sit sufficiens ad morbi expulsionem, & sola contritio sit essentialis, videtur, quod ipsa sola sine confessione, & satisfactione sufficiat ad actualis peccati deletionem.

5 Præterea in momento infusionis gratiæ soluitur culpa, & pœna æterna, & hoc momentum in contritione ante confessionem est, & satisfactionem, ergo videtur idem, quod prius.

Sed contra dicitur.cap. non potest.de pœnit.Dist. 1.vbi Ambro.lib.de paradiso.c. 14. Non potest.quisquam iustificari à peccato, nisi ante fuerit peccatum confessus, & c.perfecta.de Pœn. Dist 1. vbi Ioannes os aureum de pœnitentia dicit, perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre, & infra in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera pœnitentia, vt nouissimæ in concil.Trid.sess. 13.Can.6.

Respon. dicendum, quòd omne sacramentũ consistit in dispensatione ministrorum ecclesiæ, sed nihil dispensatur, nisi cognitum, ergo ad hoc, quod ministet operetur circa pœnitentis peccata, oportet ipsam præcognoscere peccatum, sed non potest scire, nisi per confessionem, ergo ad dispensationem sacramenti exigitur confessio, per solam, ergo contritionem, vt excludit confessionem, & satisfactionẽ, tam in actu quam in proposito non dimittitur peccatum, sed necesse est, quod confessio, & satisfactio saltem propositæ simul cum contritione concurrant ad dimissionem peccati, vnde etiam sine istis non est vera contritio.

Ad primum respon. negando minorem si intelligatur, quòd contritio excludit tam propositum baptismi, quàm actũ suppleat vicem baptismi, nunquã excludit votum baptizandi in non baptizato, sed actum tantum, & similiter concedimus, quòd contritio in simili articulo necessitatis potest excludere actum confessionis, sed nonquam votum si adsit facultas, dicta autem omnia operan tur in voto existentia, quia Deus respicit voluntatem, quæ cum sit cõpleta pro facto habetur.

Ad secundum resp. quòd maior non est vera, nisi medicina illa omnia, quæ continet sufficienter illa contineat, præterea illa minor est falsa, quia contritio huiusmodi non est medicina sufficiens sine confessione, & satisfactione in voto, vel in actu existentibus.

Ad tertium respon. quòd non est simile de illis, qui immediate remissionem peccatorum susceperũt à Christo, qui habuit potestatem excellentiæ.

Ad quartũ resp.negãdo minorẽ, quoniã semper exigebatur aliqua recognitio peccati, præcedẽs ipsum peccatũ in genere, vel specie, vel nomero, & ita pænitentia nunquã fuit sine cõfessione quãtũ ad effectũ confessionis in genere, licet sine confessione tali qualis nũc est in ecclesia, & p cõsequens habetur in voto ad minus cõfessionẽ, & satisfactionem esse de essentia pœnitentię.

Ad quintum resp. quòd licet in momento tollatur culpa, tamen exigitur motus liberi arbitrij in peccati detestationem, cum quo concurrunt in eodem momento confessio, & satisfactio in voto, nihil.n.prohibet, quod tria ista sint in eodẽ momento vnum in actu.s.contritio, & duo in uoto.s. confessio, & satisfactio.

DE PENITENT. DIST. II.

QVIA vero de pænitentia semel cæpit haberi sermo aliquantulum altius repetendum videtur &c.

In hac Distinct.tractatur vtrũ pænitẽtia possit iterari, vel non, verum qoia solutio huios q. moltum videtur pendere ex solutione alterios q. videlicet an charitas semel habita possit amitti, vel non, primo dicemus de hoc, deinde in seq.Dist.dicetur de reiteratione pœnitentię.

ARTIC. I.

Vtrum charitas semel habita amitti possit.

1 AD hoc videtor dicendum, qoòd non, primo per cap. charitas, de pœnit. dist. 2. vbi Aug. ad Iulianum comitem scribit dicens, charitas, quæ deseri potest nunquam vera fuit, si ergo charitas semel habeatur nonquam amittetur.

2 Præterea Aug.super epist. 1.Iohãnis tract.8. Radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest.c.5.de pænit. Dist.2.

3 Præterea, quòd est fortissimom non potest vinci à debilissimo, sed charitas est fortissima, qoia fortis est, vt mors.c.4.de pænit.Dist.2.vbi Greg.in 10.Moral.c.22.facit cantica.8. valida est vt mors dilectio, peccatum autem est debilissimom, quia malum est infirmum, & pigrũ, vt dicit Dion.in. 4. de Diu.nom. ergo charitas nullo modo potest per peccatũ expelli.

4 Præterea liberum arbitrium nõ inclinatur ad peccatum, nisi per aliqnod motiuũ ad peccandũ, & amorẽ sui, & cupiditatem, & quidquid aliud huiusmodi ergo charitas amitti non potest.

5 Præterea si peccatũ expellit charitatẽ, aut peccatũ, quòd est, aut qnod nõ est, sed nõ peccatum quod est, quia illud charitatẽ nõ superat, nec illud, quod nõ est quia illud, quod nõ est non potest agere, ergo peccatum non expellit charitatem.

6 Præterea omnis, qui habet charitatem est natus ex Deo, sed omnis natus ex Deo non peccat 1.Ioã. 3. ergo omnis, qui habet charitatem non peccat, & per consequens charitas semel habita non amittitur.

Sed cõtra facit c.sicut.de pænit.dist. 2. vbi Aug.in tract.9.de li.arb.dicit, sicut seta introducit linũ, ita timor introducit charitatẽ, crescit charitas, minuitur timor, & econuerso de hoc dicitur in canone 23. cõcil. Trid.sess.6.de iustificat.Itẽ facit Apocal.2. habeo ad uersum te pauca, quod charitatẽ primã reliquisti. Itẽ quicunq.nõ potest peccare habet libernm arbitrium confirmatũ, sed nõ omnis habẽs charitatẽ habet liberum arbitrium confirmatum, ergo aliquis habens charitatem potest peccare, & ita charitatem amittere. S.Thom.2.2.q.44.art.11.

Respon.

Respon. dicendum, quod sicut dicit Gratianus in litera huius distinctionis, quorumdam fuit opinio, & sententia, quòd charitas semel habita nunquam amittitur, & hoc posueruot propter perfectio nem illius vinculi, & ardorem siue feruorem amoris: crediderunt.n. illud vinculum esse tantæ perfectionis, quod nullo agente posset dissolui, & illum amorem esse tanti feruoris, quòd nullo modo posset extingui propter dignitatem, & excellentiam ipsius charitatis, & hoc affirmare, nisi sunt multis authoribus, sicut in ipsa prima parte huius distinctionis magister Gratianus satis copiose ostendit, sed hæc positio non est opinio nec rationalis sententia, imo error, & insania potius est dicenda, quooiam repugnat sacræ scripturæ repugnat experimento fidei nostræ, repugnat nihilominus rectæ rationi, sicut in discursu huius distinctionis luce aperta ostenderur.

Pro intelligentia vero huius quæstionis est notandum cum sancto Tho. io secunda secundæ quęstio. 24.art. 11. quòd tripliciter possumus cōsiderare charitatem, vno modo ex parte spiritus sancti mouentis animum ad diligendum Deum, & ex hac parte charitas impeccabilitatem habet ex virtute spiritus sancti, qui ineffabiliter operatur, quodcunq. volue rit, vnde impossibile est hæc duo esse vera simul, quod spiritus sanctus velit mouere aliquem ad actum charitatis, & quod ipse charitatem amittat peccando, nam donum perseuerantiæ computatur inter beneficia Dei, quibus certissime liberantur quicumq. liberantur, vt August. dicit in libro de prædestinatione sanctorum. Alio modo potest considerari charitas secundum propriam rationem, & sic charitas non potest, non nisi illud, quod pertinet ad charitatis rationem, vnde charitas nullo modo potest peccare, sicut nec calor potest infrigidire, & sic in iustitia non potest bonum facere, vt Aug. dicit in libro de sermone Domini in monte.

Tertio modo potest considerari charitas ex parte subiecti, quòd est vertibile secundum arbitrij libertatem, potest autem attendi comparatio charitatis ad hoc subiectum, & secundum vniuersalem rationem, qno comparatur forma ad materiam, & secundum specialem rationem, quo comparatur habitus ad potentiam, est autem de ratione formæ, quod sit in subiecto amissibiliter quando nō replet totam potentialitatē materiæ, sicut patet in formis generabilium, & corruptibilium, quia materia borum sic recipit vnam formam, quasi non repleta potentialitate materiæ, per vnam formam, & ideo vna forma potest amitti per acceptionem alterius, sed forma corporis celestis (quia replet totam materiæ potentialitatem) ita quod non remanet in ea potētia ad aliam formā inamissibiliter inest. sic ergo charitas patriæ, quia totā potentialitatē rationalis mētis implet scilicet omnis actualis motus eius fertur in Deū inamissibiliter habetur. Charitas autē viæ nō replet potē tialitatē sui subiecti, quia nō sēper actu fertur in Deū vnde quando actu in Deum nō fertur, potest aliquid occurrere per quod charitas amittatur. Habitui autem proprium est, vt incliner potentiā ad agēdum quod conuenit habitui in quantum facit aliquid videri bonum, quod ei conuenit, malum autem, quod ei repugnat, sicut enim gustus diiudicat sapores secū dum suam dispositionem, ita mens hominis diiudicat de aliquo faciendo secundum suam habitualem dispositionem. Vnde, & philosophus dicit in 4. Ethic. quod qualis vnusquisq. est, talis finis videtur ei, ibi.n. charitas inamissibiliter habetur, vbi id quod conuenit charitati non potest videri, nisi bonum. s. in patria, vbi Deus videtur per essentiam, quæ est ipsa essentia bonitatis, ideo charitas patriæ amitti, non potest, charitas autem viæ, in cuius statu non videtur ipsa Dei essentia esse essentia bonitatis) potest amitti. His visis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primā respon. dupliciter primo iuxta S.Tho. in 2.2 & in.qq. disputatis, quòd vera dilectio de sui ratione habet, quod nunquam amittatur, qui enim vere diligit hoc in animo suo proponit, vt nunquam dilectionem amittat, sed quandoq. propositum mutatur, sic dilectio, quæ vera fuit amittitur, si autem aliquis habuit in proposito vt à diligendo, quando q. deficeret vera dilectio non fuisset, dicimus ergo quòd charitas, quæ deseri potest ex ipsa ratione charitatis vera charitas non est, hoc enim esset si hoc in suo amore haberet, sicut dictum est, quod ad tempus amaret, & postea amare desineret, quod non esset veræ dilectionis, sed si charitas mutatur cōmutabilitate subiecti contra propositū charitatis, quod in suo actu includitur, & hoc non repugnat veritati charitatis.

Secundo respon. iuxta Dominum Bonauenturā in 3. Dist. 31. in expositione literæ, quòd virtus vera dupliciter dicitur, aut quia habet operationem debitam sibi, aut quia producit ad finem, propter quem est, & hoc vltimo modo dicitur in authoritate præfata charitas, quæ deseritur non vera, quia si deseritur non acquiritur finis debitus, ideo potius vana, quàm vera est reputanda, & ita authoritas præfata non facit contra propositum.

Ad secundam cum dicitur, si charitas est radicata nihil mali producere potest, respondetur, quòd verum est quantum est de se, quia sic (vt dictum est) charitas non potest, nisi id, quod pertinet ad rationē eius, nihilominus ex parte vertibilitatis subiecti potest aliud contingere, sicut dictum est, & ad confirmationem cum dicitur, quod habens charitatem habet Christum fundamentum respondetur, quod iuxta Dominum Bonauenturam verum est, sed sic Christus est fundamentum, quod non sustentat, nisi volentem sibi inniti, & spiritus sanctus non gubernat in esse gratuito, nisi volentem sibi cooperari, & ideo, quamuis id fundamentum sit immobile, & adiutorium sit immutabile, tamen quia liberum arbitrium ex sui defectibilitate recusat inniti illi fundamento, & cooperari illi adiutorio, peccando deficit in se ipso, ac per hoc priuatur charitate propter defectum sui, non propter defectum fundamenti, aut adiutorii.

Ad tertiam respond. negando consequentiam quoniā nō est de defectu charitatis, quod à peccato vincatur, sed ex defectu habentis charitatem, quia non vtitur charitate, vt dictum est.

Ad quartam respon. quòd charitas secundum rationem sui actus excludit omne motiuum ad peccandum pertinet.u. hoc ad rationem charitati, vt velit non concupiscere, nec inordinate amare, sed quando q. contingit, quòd charitas actu non agit, & tunc potest interuenire aliquod motiuum ad peccandum, cui si consentiatur charitas amittitur.

Ad quintam respon. iuxta S. Thom. in 3. quòd in eodem instanti in quo peccatum aduenit charitas expellitur, & sicut illud est primum instans, in quo peccatum esse incipit, sicut patet in naturalibus de duabus formis contrarijs.

Ad sextam respon. quòd authoritas illa intelligitur si ille qui habet charitatem velit vti charitate, per quam filius Dei est, per eam.n potest peccato resistere.

DE POENIT. DIST. III.

HEC de charitate breuiter scripsimus propter eos qui pœnitentiā negāt reiterari posse &c. Pro declaratione huius dist. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum pęnitentia possit iterari.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia sacramentum pœnitentię habet efficaciam à passione Christi, sed passio Christi est vnica, ergo, & pœnitentia.

2 Præterea sicut baptismus non iteratur ne fiat iniuria sacramento, ita eadem ratione nec pœnitentia iterari potest.

3 Præterea venia inceentiuum præbet delinquendi, sed Deus nemini dat occasionem peccandi, ergo dari non debet locum pœnitentiam iterandi.

4 Præterea spiritualis curatio, quæ per pœnitentiam fit significatur per corporales curationes, quas Dominus miraculo fecit, sed in illis curationibus non legitur, quod aliquem bis sanauerit, ergo nec per pęnitentiam aliquis potest bis spiritualiter sanari.

Sed contra facit cap. septies de pœnit. dist. 3. vbi Hieron. in epist. ad Rusticum de pœnit. ibi, septies cadit iustus, si iustus quomodo aditur, sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit, & non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam peccata donantur.

Secundo illud Exech. 18. quotiescunq. ingemuerit peccator, & c. omnium iniquitatum suarum non recordabor, sed non dicit peccatorem, ergo etiam verum est de eo, qui recidiuauit, quia terminus in conditionali, & ante positus, tenetur vniuersaliter. S. Tho. 3.2.q.84.art.x.

Respond. dicendum, quòd error fuit maximus, & crudelissimus, quorumdā, qui tangitur in hac distinctione, qui presumpserūt dogmatizare, quòd pœnitētia non possit reiterari error iste recte crudelissimus est, tum quia clauderet viscera diuinæ misericordiæ, tum quia ferè omnes peccatores cogeret desperare, vnde confitendū est, quod pęnitentiā reiterari potest quandiu sumus in hac vita, quę cōclusio probatur sic Ecclesiastic. 21. Dist. secundum magnitudinē eius sic, & misericordia illius cū eo est, sed magnitudo illius est infinita, ergo, & misericordia, ergo nō coarctatur per vnam pœnitentiā, vt postmodum ad se conuersus non parcat.

Præterea secundo sic. Deus pronior est ad miserandum, quàm ad puniendum, sed quātumcunq. homo Deo seruierit, si pœnitet de bono facto Deus obliuiscitur bonorū, cuius ergo per oppositum si pœnitet de malo remittet ei mala, quæ egit.

Tertio iuxta Alexan. de Hales, & Bonauenturam, si homo non potest iterum pœnitere, aut, hoc est non potest iterum pœnitere, aut quia Deus non acceptat, nō primo, quia lib. arb. est in nobis vertibile, & tota die verti videmus, non secundo modo, quia pęnitere est cōteri, & humiliari de peccato, sed dicit psa. 50. sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiatum Deus non despicies, ergo nec ex parte hominis confitentis, & pęnitentis, nec ex parte Dei suscipientis prohibetur pœnitentiā iterari.

Ad rationes in oppositum ad primam respon. negando consequentiam, quoniam non est simile de pœnitentia, & baptismo, vnde quare pœnitentia reiteratur, & non baptismus est quadruplex ratio, vt ponit S. Thom. in 4. di. 14. Prima est, quia pœnitentia non imprimit characterem, sicut baptismus, character autem est indelebilis, Secunda, quia baptismus est contra morbum non reiterabilem. s. contra originale peccatum, pęnitentia autem contra peccatum actuale, quod iteratur. Tertia, quia baptismus habet efficaciam à passione Christi, sine actu nostro, & ideo, quia passio est vna tantū, baptismus est vnus, sed pœnitentia est sanatio spiritualis, semel autem aliquid generatur, sed pluries curari, siue sanari potest, quandiu in hac vita viuit.

Ad secundum patet responsio ex prima, quia non est simile de pœnitentia, & de baptismo.

Ad tertium respon. S. Tho. quod sicut iustus Dominus summè iustitiam diligit, ita summè peccatum odit, & ita quantum ex hoc ipso est ipsum destruere semper paratus est, dumtamen ex parte hominis non remanet, qui pœnitentiam negligit, vel contemnit, nec obstat, quòd quidam ex hoc sumunt occasionem desperandi, quod esset grauius, nam respondetur iuxta Dominū Durandū in 4. negādo, quod hoc sit facilitas veniæ, quę præbeat occasionē talē, quoniā nō est facilitas veniæ, quādo ꝓ culpa exigitur pœna cōdigna, quod facit Deus remittēdo culpam, quia ꝓ qualibet culpa quātumcūq. iterata exigit pœnā correspondentem.

Ad quartam resp. sicut infra respondetur argumētis hæreticorū vbi Aug. respondet huic argumēto dicens, quòd ꝓ hoc, quod Domino sanauit plures, nō solum à diuersis infirmitatibus, sed etiā à similibus plures. s. cęcos illuminauit, & plures leprosos mūdatos figuratū fuit, quod homo ꝓ pœnitētiā sanādus erat à peccatis, quæ diuerso tēpore cōmitteret nec obstat, quod nō legit quod Dominus eundē infirmū sanauerit pluries, quia licet nō legatur, nō negatur tamē esse factum, sed quia scriptum est Ioan. vltimo multa quidem, & alia fecit Dominus Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. præterea occulta fide videmus,

videmus, quod frequenter homines infirmãtur & diuina virtute (quæ omnia restaurat) curantur.

DE POENIT. DIST. IV.

QVia vero multurum auctoritatibus supra mõstratum est pœnitentiam uere celebrari & peccata uere dimitti ei,qui aliquando in crimen recasurus est, quæritur an peccata dimissa redeant.

Pro declaratione huius dist.uidendum est, an uerum sit,quod propositum fuit.

ARTIC. I.

1 AD hoc videtur dicendũ, quòd peccata dimissa redeant quãtum ad maculam primo facit Psal. 108. In memoriam redeat iniquitas patrum eius, & Matth. 18. serue nequam omne debitum dimisi tibi.

2 Præterea remoto operimento apparet,quod operiebatur, sed Charitas operit multitudinem peccatorum. 1.Pet.4 ergo uidetur, quòd per recidiuam peccati peccata dimissa redeant.

3 Præterea, sicut se habet culpa ad mortificandum, ita se habet charitas ad uiuificandum, & èconuerso, sed charitas subsequens viuificat opera mortificata, ergo pari ratione culpa sequens facit delere maledicta.

4 Præterea peccati dilectio est effectus gratię immediatus, sed remota causa immediata remouetur effectus, ergo remota gratia priuatur dilectio peccati, sequitur, quod priora peccata remaneant indeleta.

Sed contra cap. diuina clementia. de pęnit.dist.4. vbi Gelasius Papa diuina clementia, peccata in ultionem vlterius redire non patitur. S. Thom. 3. par. q.88.art.1.

Respond. dicendum, quòd peccata dimissa non redeunt illo pacto quo ad essentiam, & culpam, siue maculam pro quo notandum est, quod aliquid potest redire dupliciter, vel in se, & sic peccata dimissa non redeunt quantum ad maculam, vel in suo effectu, & hoc modo peccata dimissa redeunt in quantum ex peccatis dimissis, aliquid in sequentibus relinquitur, ex hoc enim, quod homo Deum per peccatorem offendit post remissionem peccatorum pręcedentium quandam deformitatem ingratitudinis actus sequentis peccati acquiritur, & ideo communiter dicitur, quod redeunt quantum ad ingratitudinem.

Ad primum respond. quòd omnes authoritates sonantes, quod peccata dimissa redeant sunt intelligendæ, quod redeant non in se, sed in suo effectu, vt dictum est.

Ad secundam in qua opponitur de remotione operimenti dicendum iuxta Dominum Bonauenturam, quòd aliud est operiri in conspectu hominis aliud in conspectu Dei,in conspectu hominis operiri potest aliquid,ita tamen,quod propter hoc non desinit,sicut pictura operitur panno, non quia non sit, sed quia non apparet, in conspectu autem Dei quæ nihil potest latere operire est facere,quòd non sit & hoc modo charitas operit priora peccata dolendo ea, & ideo cum iam non sit remoto operimento non apparet,ratio autem procedebat de operimento primo concordat. S.Thom.

Ad tertiam de gratia uiuificante respond. dupliciter primo iuxta dominum Bonauenturam negando consequentiam & ratio est, quia non est simile: tum ex parte gratiæ,tum ex parte bonorum, tum ex parte misericordiæ,ex parte gratiæ quoniam ipsa est potentior ad bonum, quàm culpa in malum, ex parte bonorum, quia connexio est in bonis & manent in unitate corporis mystici,nõ sic est in malis ex parte etiam diuinę misericordię est differentia,quia pro pitior est ad miserandum, quàm ad cõdemnandum, & ideo non ualet.

Secundo respond. iuxta S. Thom. & D. Durandum, quòd non est simile de bonis mortificatis per peccatum,quod reuiuiscant per pœnitentiam, quòd redeant per sequentem culpam, quia merita nõ mortificantur per peccatum, nisi quia pręstatur impedimentum quo durante non sequitur præmium, & ideo amoto eo habent ualorem suum: sed ipsa pœna debita peccatis non solum impeditur per pœnitentiam, sed uere remittitur & ideo per sequentem culpam non reuocatur, quin sit simpliciter remissa, & non solum impedita, & ratio est secundum Thomam, quia remissio peccatorum est principaliter opus Dei, sed mortificatio præcedentium meritorium est opus hominis, homo autem sua actione nõ potest euacuare simpliciter opus Dei, quamuis possit impedire,ne sibi possit, & ideo homo per peccatum sequens non potest remissionem peccatorum præcedentium annullare, & ita per consequens peccata illa remissa non possunt redire, potest autem sua actione euacuare, quod per ipsam factum est, & ideo post mortificationem meritorum præcedentium per merita sequentia pœnitus annullare præcipue gratia adiutus.

Ad quartam respond. quòd duplex est causa quædam educens effectum tamen in esse quædam est & hoc conseruans, de secũda habet veritatem illa maxima, quòd destructa ea destruitur effectus, non de prima, vnde cultellus infligit plagas, non tamen oportet, quòd destructo cultello destruatur plaga, sic in proposito est intelligendum, quod gratia in suo primo aduentu facit culpam,quæ inuenit in anima non esse.

DE POENIT. DIST. V.

IN pœnitentia autem, quæ peccatorum considerare oportet.

Pro declaratione huius distinct.uidendum est.

ARTIC. I.

Vtrum circunstantiæ aggrauent peccatum.

1 AD hoc uidetur dicendum, quòd non, quia nihil augetur, nisi ex suo simili, vnde intentio qualitatis quantitatem corporalem, nõ negat, sed aditio alterius corporis, sed circunstantiæ non sunt peccata, sed sunt quędã peccati accidentia, ergo circunstantiæ peccatum non aggrauatur.

2 Præterea tota ratio mali in peccato ex auersione,

non

non autem ex parte conuersionis consistit, ergo non aggrauat malitiam peccati.

3 Præterea priuationes non intenduntur, sed malū priuatio quædam est boni, ergo malitia peccati per circunstantias intendi non potest.

Sed contra in cap. consideret. de pœnit. dist. 5. vbi Aug. de vera & falsa pœnit. cap. 15. dicit Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius uitij multiplici executione &c.

Respond. dicendum, quod in confessione circunstantiæ quandoque aggrauant peccatum, immo quandoque immutant in aliam speciem: probatur ista cōclusio, primo sic ex quibus causatur unumquodque ex eisdem augeri potest, sed ex circunstantijs inordinatis fit peccatum in quantum per defectum circunstantiæ modus virtutis corrumpitur, ergo circunstantiæ aggrauant peccatum. S. Thom. 1. 2. quæstione 73. art. 7.

Secundo rhetores ex circunstantijs trahunt argumenta ad accusandum, vel excusandum, laudandū, vel uituperandum, sed accusatio, vel excusatio, laus vel vituperium fiunt de bono vel malo, aut minus bono, aut minus malo, ergo circunstantiæ augent actus bonitatem, vel malitiam.

Tertio, sicut dicit Aug. in 6. de Trinitate in his, quæ non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius in bonis, & similiter in malis idem est esse malus, quod peius, sed malitia in actu peccati ex hoc est, quod deficit à debita proportione ad finem ad quem proportionatus redditur per debitum commensurationem circunstantiarum ergo defectus debitæ circunstantiæ malitiam in actu causat, & quia per vnam circunstantiam deficientem, vel appositam magis elongatur, vel minus à debita proportione ad finem, sequitur, quod circunstantia facit actum magis malum, vel minus, & secundum hoc dicitur aggrauare peccatum.

Secunda conclusio aliquæ constantiæ in tantum grauant actum peccati, quod illum mutant in aliam speciem peccati. pro cuius conclusionis declaratione est notandum, vt ponit dominus Durandus in 4. & satis aperte colligitur ex S. Thom. quod triplex est genus circunstantiarum, quædam sunt, quę secundum se important conuenientiam, vel disconuenientiam ad rectam rationem, sicut quod res aliena accipiatur de uoluntate Domini, vel præter eius uoluntatem, prima enim circunstantia conueniens est rationi, sed alia à ratione discordat, similiter, quod res accepta præter voluntatem Domini accipiatur in sacro loco directe est contra rationem propter reuerentiam sacri loci.

Aliæ sunt circunstantiæ, quæ de se non important aliquam inconuenientiam, vel disconuenientiam ad rectam rationem, important tamen supposito quodam alio, sicut accipere rem alienam in quantitate magna, uel parua non discordant a recta ratione: supposito tamen, quod indebite accipiatur, puta furto, vel rapina maiorem disconuenientiam includit acceptio rei alienæ in magna quantitate, quam in parua, sed non in alienam speciem mutat.

Aliæ vero circunstantiæ sunt, quæ nec de se, nec quocunque alio supposito includunt disconuenientiam rectam rationem, nec inclusam nutriunt nec augent, sicut quod res aliena accipiatur cum manu dextra, vel sinistra. His suppositis sique notatis patet conclusio videlicet, quod aliquæ circunstantiæ trahant peccatum in aliquam speciem. Vnde circunstantiæ primi generis ponunt in actu rationem peccati & secundum multitudinem earū est in eodem actu multitudo peccatorum sicut in acceptione rei alienæ ponit species peccati, quod accipiatur clam, vel per violentiam: & primo modo est furtum, secundo modo rapina, si accipiatur furtum, vel furta de loco sacro non solum est furtum, vel rapina, sed etiam sacrilegium, & sic sunt plura peccata & non unum. Cuius ratio est, quia vbicunque in actu vno sunt plures defectus, vel deformitates, quarum vna non est per se determinatiua alterius ibi sunt plura peccata, sed in re furtiuè accepta, vel uiolenter, in loco sacro sunt plures deformitates, quarum vna non est determinatiua alterius ergo ibi sunt plura peccata, maior patet; quia formalis ratio peccati consistit in hoc, quod non formatur rectæ rationi; & talis deformitas vocatur defectus, vel deformitas actus moralis. minor, quia in furtiua acceptione rei alienæ de sacro loco est duplex deformitas, vna qua accipitur res aliena præter voluntatem domini, altera irreuerentia sacri loci, qui habet immunitatem nec una illarū est per se determinatiua alterius, quia potest fieri furtum sine irreuerentia loci sacri, propter quod in sacrilegio non videtur esse vnum peccatum tantum, sed duo & idem intelligendum est in omnibus alijs peccatis, quando in actu uno sunt plures circunstantiæ malæ, quarum una non est determinatiua alterius. Et sic patet qualiter circunstantiæ primi generis se habent ad actum peccati.

Sed contra hoc diceret aliquis, quod species rei non potest variari, nisi per illa quæ sunt intrinseca rei, sed circunstantiæ non sunt intrinsece actui, quo ad essentiam actus, nec limitant eius speciem, quod ad esse naturæ, ergo nō mutant, vel addunt speciem.

Respond. secundum Durandum, quod circunstantiæ non sunt intrinsece actui simpliciter, sunt tamen intrinsece actui quo ad bonitatem, vel malitiam moralem, & ideo hanc mutare, vel nouam addere priore specie non mutata.

Ad idem est dominus Bonauent. qui respondens ad hoc argumentum illud, quod dat speciem est essentiale intrinsecum, circunstantiæ autem sunt extrinsece, & accidentales variabiles, ergo circunstantiæ, non possunt dare, vel mutare speciem. Resp. sic quod duplex est esse. s. esse naturę, & esse moris, & aliud est accidentale, secundum esse naturæ, quod tamen non est accidentale secundum esse moris, & quamuis circunstantiæ sint accidentales actui secundum esse naturæ, tamen essentiales sunt secundum laudem, vel vituperium, quæ laus uenit ex parte moris, vel eius contrarium, & si tu obicias, quòd non debet dici circunstantiæ, dicendum est, quia aliqua est circunstantia respectu esse naturalis, quæ non est circunstantia respectu peccati, sed forma, vt puta furti accipere rem non suam inuito domino, aliquando circunstantia respectu actiuæ, quantum ad esse na-

naturæ & in quantum peccatum, quia fine ea nihilominus poteſt eſſe peccatum, ſicut accipere rem alienam, vel ſacram de loco ſacro, & ita eſt circunſtãtia & forma, circunſtãtia reſpectu peccati furti, quia ſine ea poterat eſſe furtum, ſed forma reſpectu ſacrilegij.

De circunſtantijs autem 2. generis, quæ non important de ſe conuenientiam, aut diſconuenientiam, ad rectam rationem ponitur tertia concluſio, quòd tales circunſtantiæ non ponunt in actu nouam ſpeciem, ſed in eadem ſpeciæ augent culpam, vel minuunt, ſicut in exemplo de acceptione rei alienæ in magna quantitate, vel in parua, patet concluſio ex ipſis terminis, quia quod importat de ſe deformitatē, non ponit ſpeciem peccati, ſed poſita auget, vel minuit, ſed deformitas huius generis eſt huiuſmodi ut patet ex præcedentibus ergo & c.

Quarta concluſio circunſtantiæ tertij generis nō ponunt actu in ſpeciem peccati, nec poſitam augent nec minnunt, patet concluſio, quia nullam differentiam habent ad rectam rationem ſecundum bonum, vel malum, nec ſecundum ſe, vt ponant nouam ſpeciem peccati, vt circunſtantiæ primi generis, nec alio ſuppoſito, vt ponant augmentum in culpa, vel detrimentum, nec circunſtantiæ ſecundi generis, vt patet per exemplum poſitum de acceptione rei alienæ cũ manu dextra, vel ſiniſtra.

Quinta concluſio aliquæ circunſtantię aggrauant in infinitum iſta concluſio declaratur ſic, iuxta S. Thom. in 4. qui ait, quod quando circunſtanti mutat ſpeciem, poteſt in infinitum aggrauare, ſed non ſemper hoc facit, quia quando ex deformitate ſpeciali quam circunſtantia addit, habet directe oppoſitionem ad charitatem, quod oſtendit ex hoc, quod eſt directe contra pręceptum, cuius finis eſt charitas, tunc in infinitum grauitatem addit. ſ. peccati mortalis, quando autem illa deformitas non directe habet oppoſitionem ad legem Dei, ut ſit contra eam, ſed pręter eam non aggrauat in infinitum, ſine ſit veniale cui additur, ſiue mortale, ſicut ad actum gulæ qui eſt prępropere addit hæc circunſtantia lente lautè ſpecialem deformitatem, quæ etiam ea ſe peccatum poteſt facere, ſed non eſt directe contra legē, & ideo non aggrauat in infinitum, ſed ſi actui veniali puta laute, & ſtudioſe reparationi additur ebrietas notabilis talis circunſtantia diceretur aggrauare in infinitum, poſſumus ex prędictis iuxta dominum Petrum de Palude elicere quinque genera circunſtantiarum, primum eſt earum quæ nec alleuiant, nec grauant, ſicut accipere alienum manu dextra, ſiue ſiniſtra, aut de mane, aut ſero. Secundum eſt earum, quæ alleuiant, vt facere malum bona intentione, uel ex ignorantia, Tertium eſt earum, quæ grauant, ſed non mutant, vt furari multum. Quartum eſt earum, quæ grauant & mutant, ſed non in infinitum, ut quando vnum, qnod eſſet veniale, vel primum mortale, & ſecundum veniale, vt in ſpeciebus gulæ. Quintum eſt earum, quæ grauant, & in infinitum, vt cum veniali additur mortale.

Iam ad rationes in oppoſitum dicendum eſt ad primum reſpondetur, qnòd ratio illa procedit in his in quibus augmentum fit per additionem, non autem in quibus fit per intentionem. Nam ſicut non oportet, quod albedini addatur albedo, ad quod aliquid fiat magis album, vt dicitur 4. Phy. ſimiliter nō oportet, quod peccatum addatur peccato ad hoc, quod fiat magis peccatum.

Ad ſecundum reſpō. quòd ex hoc ꝙ ex inordinata conuerſione ad commutabile bonum redditur actus improportionatus ad conuerſionem ad finem, ideo fundamentum auerſionis eſt conuerſio in peccato & propter hoc circunſtantiæ, quæ ex parte conuerſionis tenent ſe, poſſunt peccati malitiã augere.

Ad tertium reſpond. quòd licet priuationes non intendantur ex ſeipſis, intendi tamen poſſunt quandoque ex cauſis ſuis, ſicut cæcitas per elongationem ab actu videndi, & ſimiliter ex inordinata conuerſione malitia in actu intenditur.

DE POENIT. DIST. VI.

CVi autem debeat fieri confeſſio, vel qualem illum oporteat eſſe, qui aliorum crimina iudicat. & c.

Pro declaratione huius diſt. videndum eſt.

ARTIC. I.

Vtrum in confeſſores requiratur magna ſcientia.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd ſic, quia confeſſor ſuſcipit regimen animarum, quod eſt ars artium vnde Greg. in Paſtorali nulla ars doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur.

2 Præterea confeſſor habet locum medici ad ſanandum vulnera animarum, ad quam nulli dubium magna ſciẽtia requiritur.

3 Præterea confeſſor eſt dux directorum aliorum, vnde magna in eo ſcientia requiritur, facit Mat. 15. Nam ſi cæcus à cæco ducatur ambo infoueam cadent: vnde Aug. de vera & falſa pœnit. cap. 10. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cum negligens circa ſe extiterit negligatur ab illo, qui cum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit.

Sed contra, quia videmus multos in eccleſia in hoc officiò conſtituros multum ignaros, & tamen ſuſtinentur ab eccleſia, cum ergo eccleſia non erret videtur, quod confeſſores communiter non teneantur habere totam ſcientiam. Hodie tamen Conc. Trid. diſponit vt ad hoc ignari non admittantur ſeſſ. 23. capitulo. 15.

Reſpond. dicendum iuxta dominum Albertum magnum. S. Thom. & Bonau. in 4. diſt. 17. quòd ſciẽtia, quæ requiritur in confeſſore, & quæ pro huiuſmodi temporis neceſſitate ſufficiat, eſt vt ſciat diſtinguere inter peccatum mortale, & veniale ex genere, quia alia pœnitentia eſt iniongenda pro neniali & alia pro mortali, & pro mortalibus alia, & alia ſecundum grauitatem eorum, item perplexis quæſtionibus tenetur ita diſcretus inquit Alber. mag. vt talia difficilia eſſe ſciat nec procedendum in eis eſſe ſine di-

discretorum consilio, vel canonicorum authoritate. Item quod sciat inquit Bonau. ad quæ sua potestas se potest extendere, quia si ad aliquod genus peccati non potest extendere manum, necessarium est ei cognoscere, alioqui in periculum animæ suæ, & confitentium audit confessiones, & si subditi non cognoscunt eius simplicitatem, tenetur discretos consulere alioqui vtrique peccant grauiter, & de hac discretione loquitur Aug. addit Albet. Mag. puto, quod hęc nesciens peccat mortaliter audiendo, & eum instituens peccat adhuc plus, quam ipse & permittens institutum ministrare etiam mortaliter peccati, si sua interest talia prohibere. Hæc Alber.

Ad rationes in oppositum respond. quòd omnes sunt sicut dicit Albertus intelligendæ quantum, ad hanc scientiam, de qua dictum est quoniam ista sufficit regulariter confessori, nisi sit in gradu sublimiori, quia talis ad maiora tenetur, vt Episcopus & Archiepiscopus.

DE POENIT. DIST. VII.

TEmpus vero pœnitentiæ est vsque ad vltimum articulum vitæ.

Pro declaratione huius dist. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum in extremo vitæ possit aliquis uere pænitere.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non per cap. a. de pœnit. dist. 7. vbi Aug. lib. 50. Homil. 41. dicit si autem vis agere pœnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

2 Præterea contritio habet annexum votum confitendi & satisfaciendi, sed hoc propositum habere non potest qui in fine vitæ pœnitet, ergo non potest vere conteri.

3 Præterea arguitur de Antiocho, quem pænituit in morte, nec veniam consecutus est, de quo dicitur. 2. Machab. 9. orabat scelestus Dominum à quo non erat misericordiam consecutus, & Iudas, de quo dicitur penitentia ductus retulit triginta argenteos, Math. 27.

Sed contra dicitur in cap. 1. de pænit. dist. 7. vbi Leo Papa in epist. 90. alias 92. ad Rusticum. ca. 5. dicit nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

Respond. dicendum sub hac conclusione quandiu homo est in præsenti peregrinatione vsque ad vltimum vitæ terminum potest vere pænitere, & misericordiam consequi suorum peccatorum, probatur conclusio. Tum exemplo latronis, qui in fine vitæ suæ pænitens misericordiam inuenit audiens, Hodie mecum eris in Paradiso Lucæ. 23.

Secundo sic probatur sapientia Dei & misericordia vincit humanam malitiam, sed homo potest usq; ad extremum vitę peccare, ergo potest vsque tunc de peccatis per diuinam misericordiam consequi veniam consequentia patet.

Tertio sic probatur Deus qui dat omnibus affluēter nulli gratiam denegat, qui quod in se facit, vt se ad gratiam præparet, hoc est manifestum.

Hæc autem præparatio ad gratiam fit per motum liberi arbitrij, vnde quandiu manet huiusmodi vsus liberi arbitrij in hac vita, in qua nondum est confirmatum ad malum potest se præsentare ad gratiam de peccatis dolendo, ergo quandiu durat præsens vita potest homo remissionis gratiam cōsequi suorum peccatorum.

Secunda conclusio, pænitentia quantuncunque sera, dummodo sit vera prodest ad salutem, patet ex dictis, secundo per illud, quod habetur in capitulo si pęnitentiam, & capitulo sequenti. 26. quæstione sexta.

Tertia conclusio, nulli pænitenti in extremo vitæ suæ est deneganda pænitentia, patet conclusio ex superiori, & etiam patet in textu, vbi sic inquit, si quis positus in ultima necessitate ægritudinis voluerit accipere pænitentiam illi non negamus, quod petit. Conclusio hęc habetur in capit. si pænitentiam. 26. q. 6. vbi Iul. Papa dicit, si pęnitentiam morientibus presbyter abnegauerit, reus erit animarum, quia dominus dicit, quacunque die fuerit conuersus peccator ad ipsum vita viuet, & non morietur. vera enim confessio in vltimo tempore esse potest, quia dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est, sicut latro vnius momenti pænitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confessionis, hæc ille.

Quarta conclusio est talis pænitentia tarda, quæ fit in extrema vitę raro est fructuosa probatur hæc conclusio multipliciter colligendo ex dictis siue rationibus Be. Aug. in litera, primo quia in tali pænitentia tarda raro habetur displicentia vera, & sufficiens de peccato, quoniam propter vehementiam passionis & dolorum in parte sensitiua, qualem habet communiter in articulo mortis positus, quæ quādoque impediunt vsum rationis ne quis plene deliberet.

Secundo patet conclusio, quia in tarda pænitentia magis videtur habere locum timor seruilis, quàm filialis, sicut dicit Aug. in litera.

Tertio patet, quia in repentinis cum homo operatur secundum habitum, non facile est habituatus in peccato sicut in virtutibus bonus.

Quarto patet propter assistentiam vxoris, & consanguineorum, qui magis mouent ad dolorem carnis, quàm animæ magis de separatione amicorum, quam de cōmissione peccatorum, verum licet talis pænitentia sera raro sit fructuosa, nihilominus dono diuinæ gratiæ potest esse utilis, vt diximus, vnde dicit Petrus de Palude, etiam qui seipsos interficiunt, quia possunt in vltimo momento pænitere, licet non sint sepeliendi, nec pro eis orandum publicè, tamen occultè potest orari pro illis ab illis, qui credunt, quia forte occiderunt eos, quærebant eum & reuertebatur.

Quinta conclusio optime consulatur peccatoribus, ut in vita, dum sani sunt pæniteant de peccatis suis, vnde Eccle. 17. confiteberis viuens, & viuens confiteberis sanus, sanus dicit non egrotans ad mortem.

His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primum respond. quòd Aug. non velit dicere quod vniuersaliter ita sit de omnibus, sed ideo ita loquitur, vult enim ostendere in verbis illis, quòd pœnitentia, quàm aliquis in fine vitæ agit non est certum signum salutis, quia incertum est quando aliquid de peccato, quod iam facere non potest, pœnitet, verum voluntatem peccandi amisit, quod magis manifestum est de illo, qui peccare adhuc potest, si pœniteat, quod voluntatem mutauit, nihilominus tamen etiam quando aliquis non potest vltra peccare potest voluntatem mutare, vt nolit, quod prius voluit etiam si posset.

Ad secundum respond. negando minorem, dicimus enim, quod in contritione sufficit propositum conditionarum satisfactionis, & confessionis, vt si velit si possit, & tale etiam propositum de impossibili esse potest.

Ad tertium respond. quòd Antiochus veniam consecutus fuisset, si verè pœnituisset, sed non vere pœnituit, quia non amore iustitiæ de peccatis commissis doluit, sed timore pęnę, quam sustinebant & hoc etiam vt dicit S. Thomas multis in fine pęnitentibus contingit, quia non est facile, vt affectus in quê homo toto vitæ suæ tempore inclinauit in aliquid subito ad contrarium retrahatur, nec tamen est impossibile, quia liberum arbitrium non cogitur ex habitu acquisito, nec prouidentiæ Dei potest terminus præfigi per quem etiam in extremo vitæ veræ pœnitentię motus inspiratur quandoque.

QVÆST. IV.

Quod autem orationis tempore &c.

Pro declarationes huius quæstionis uidendum est Primo.

RTIC. I.

Vtrum temporib. sacris peccat quis petendo debitum.

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, primo sic matrimonium est institutum in remedium concupiscentiæ, vt fornicatio euitetur, sed possibile est, quod homo magis teneatur de opere carnis in die solemni, ergo illo die licet adhibere remedium per petitionem debiti.

2 Præterea matrimonium est medicina, sed medicina debemus vti omni tempore morbi, ergo & matrimonio.

3 Præterea, non est alia ratio quare diebus festiuis non sit petendum debitum, nisi quia sunt orationi deputati, ergo alijs horis licebit petere debitum.

Sed contra dicitur in cap. Christiano. 33. q. 4. vbi Aug. in lib. quæstionum veteris, & noui testamenti, q. 127. Christiano cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet, propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire; quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit, quod postulatur, vnde Apost. 1. Cor. 7. Ex consensu ait abstinendum ad tempus, vt vacetur orationis S. Thom in Suppl 3. par. q. 64. art. 7.

Respond. dicendum sub ista conclusione, quòd non licet temporibus sacris petere debitum, ista conclusio probatur sic, licet enim actus matrimonialis culpa careat, tamen, quia rationem deprimit propter carnalem delectationem hominem reddit ineptum ad spiritualia, & ideo in diebus in quibus præcipuê spiritualibus est vacandum, non licet petere debitũ, præterea sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eundem rationem, sed in loco sacro non licet petere debitũ, ergo nec in tempore sacro.

Ad rationes in oppositum. Ad primum respond. negando consequentiam, & ratio est secundum S. Thom. quia tempore illo possunt alia remedia adhiberi ad consequentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi, quæ adhibent etiam illi, qui perpetuo continent.

Ad secundum respond. eodem modo, quia alia sunt remedia illius morbi, sicut dictum est.

Ad tertium respond. negando consequentiam, & ratio est secundum S. Thom. quia licet non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se seruare idoneum ad orandum, secunda conclusio licet nõ liceat petere debitum diebus sacris, non tamen est peccatum mortale ista conclusio patet nulla circunstantia aggrauat in infinitum, sed tempus indebitum est circunstantia quædam, ergo non aggrauat in infinitum, vt faciat mortale, quòd alias esset ueniale, & ideo non peccat mortaliter (inquit S. Thom.) si uir vel vxor in die festiuo debitum petat, sed tamen grauius est peccatum si sola delectationis causa petatur, quam si propter timorem, quo quis sibi timet de lubrico carnis debitom petat, concor. dominus Bonau. dicens peti non potest sine culpa & si aspectus sit ad delectationem grauis est culpa, si autem ad lubricũ carnis, & suam infirmitatem cuius est conscius, uel conscia, & uehementer timet & propter hoc petit veniale peccatum potest esse, attamen vix contingit, quod in pręcepuis diebus non sit peccatum graue, hæc ille. Ad idem est Petrus de Palud. dicens, non licet petere debitum temporibus processionum & ieiuniorum & festorum, non tamen est mortale, sed veniale, nisi comitaretur nimius contemptus, ita quod propter tempus etiam si Deus præcepisset non abstinerent, quia circunstantia non aggrauat in infinitum.

ARTIC. II.

Vtrum diebus festiuis quis sine peccato possit reddere debitum.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nõ primo ex cap. 1. 33. q. 4. vbi Hyeron. in sermone de esu agn dicit, scitis fratres christiani quoniam quicunque vxori debitum reddit uacare non potest orationi, nec de carnibus agni comedere debet.

2 Præterea peccantes & consentientes pari pœna puniuntur ad Rom. 1. sed ille, qui reddit debitum, consentit peccanti, ergo & ipse peccat.

3 Præterea ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum; & ita ad aliquod tempus determinatum, ergo

ergo pro tempore illo iniquo quis orare tenetur sed dere debitum non debet, sicut nec eo tempore quo tenetur temporali Domino ad speciale obsequium.

Sed contra facit illud 1. Cor. 7. nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu, vt vacetis orationi ad tempus, ergo non licet abstinere, etiam propter orationem, nisi vtroque consentiente, ergo quando aliquis eorum petit alter reddere tenetur, secundo sic beati, qui faciunt iudicium & iustitiam omni tempore, sed reddere debitum est opus iustitiæ, ergo licitū est omni tempore.

Respond dicendum, quòd cum mulier habeat potestatem in corpore viri, quantum ad actum generationis spectat & econuerso tenetur vnus alteri debitum reddere quocunque tempore, & quacunque hora salua debita honestate, quæ in talibus exigitur, quia non oportet, quod statim in publico reddat cōcor. Raymun. dicens exactus debet reddere, nisi caute, & sine periculo posset differre eodem modo alij Doctores.

Ad rationes in contrarium. Ad primam respond. quòd Hiero. loquitur de honestate non de necessitate.

Ad secundum respond. quòd ratio non procedit, quia iste, qui reddit debitum petenti quantum in se est, non consentit, sed id quod ab eo exigitur inuitus, & cum dolore reddit, & ideo non peccat hoc enim propter lubricum carnis est diuinitus ordinatum, vt semper petenti debitum reddatur, nec aliqua occasio peccati detur.

Ad tertiam respond. negando consequentiam, & ratio est secundum S. Thom. quia non est aliqua hora ita determinata ad orandum quin possint recompensari in alijs horis, & ideo obiectio non cogit. Circa hoc quęritur vtrum vir debeat auertere vxorem ne petat, vel vxor virum.

Ad hoc respond. iuxta S. Thom. in 4. dist. 23. quòd non debet hoc facere, nisi propter aliquam rationabilem causam, & nunc etiam non debet cum magna instantia auertere propter pericula, quæ possent imminere.

QVÆST. V.

Quod autem sine consensu vxoris uir continentiam vouere non possit.

Pro declaratione huius quintæ quæstionis videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum vir uel uxor possit sequuta copula sine licentia alterius uouere continentiam?

1 Ad hoc videtur dicendum, quòd sic, quia licitum est uiro uxore etiam prohibente accipere vxorem in subsidium terræ sanctæ. cap. ex multa. §. quam autem deuoto, ergo & uotum continentiæ poterit ea nolente emittere.

2 Præterea maritus vxore nolente poterit corpus suum ad martytium exponere, ergo multo magis hoc votum emittere poterit.

3 Præterea non est expectandus consensus eius, qui non potest dissentire, at in hoc dissentire non potest, quia impediret perfectionem spiritualem ergo. &c.

4 Præterea sicut in actu matrimonij requiritur debiti redditio, ita debiti petitio, sed vnus potest sine consensu alterius vouere, quod debitum non petat, cum hoc sit ius suæ potestatis, ergo pari ratione potest uouere, quod debitum non reddat.

Sed contra facit cap. 1. 33. q. 5. vbi Aug. super Psal. 149. in fine, si dicat vir continere iam uolo, nolo autem uxor non potest, quod enim tu uis non vult illa, nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam si nupserit te uiuo adultera erit, Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum: Redde debitum, & si non exigis redde pro satisfactione perfecta Deus computabit, si non, quod tibi debetur exigis, sed reddis, quod debetur vxori & Apost. Cor. 7. Nec fraudetis uos inuicem, nisi communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

Respond. dicendum sub ista conclusione, quòd vnus coniux post copulam carnalem nō potest emittere votum continentiæ simpliciter, vel ad tempus sine consensu, uel licentia alterius, patet ista conclusio, primo ex præsenti capitulo, & alijs sequentibus secundo sic, nullus potest facere uotum de alieno, sed vir non habet potestatem sui corporis, sed coniux, ergo sine consensu eius non potest facere uotum continentiæ, vel simpliciter, vel ad tempus.

Tertio sic iuxta S. Thom. uouere voluntatis est, & etiam ipsum uotum ostendit, unde de illis non potest esse licitè votum, quæ naturæ subiacent qualia non sunt ea, in quibus unus alteri tenetur, & ideo in talibus non potest aliquis votum emittere sine consensu eius, cui tenetur. Vnde cum coniuges sibi inuicem teneantur in redditione debiti, ut dictum est, per quam continentia impeditur, non potest unusquisque sine consensu alterius continentiam uouere, & si uouerit peccat inquit S. Thom. & non debet seruare, sed agere pœnitentiam de malo uoto facto. His habitis dicendū est ad rationes in oppositū.

Ad primum respond. negando consequentiam, & ratio est, quia illud votum crucis factum est in fauorem, & necessitatem terræ sanctæ, nec facta est omnino derogatio iuri uxoris, quia debet mulier velle pro necessitate tanta continere ad tempus, quod si nolit potest uirum suum sequi, sed cum uouit continentiam, tunc omnis mulier iure suo priuatur, & secundum tempus totius vitæ suæ.

Ad secundum respond. negando consequentiam, & ratio est secundum Dominum Bonauenturam, quia vir mori potest pro Christo si necessitas immineat, & mulier tenetur hoc velle, & si vir uoluntarie se offerat, mulier non potest vetare, quia ipso mortuo potest cum alio contrahere, sed sic non est cum uouet uxore uiuente.

Ad tertium respond. negando, quòd alter coniux dissentiens uoto continentiæ alterius peccet, quia non dissentit, vt bonum illius impediat, sed ne sibi præiudicium generet.

Ad quartum respond. quòd duplex est opinio hic quidā enim dicunt, quòd vnus coniugū absque consensu alterius potest uouere, quod non petet debitum

tum non autem, quod non reddat, quia in primo vterque est sui iuris, sed non in secundo & nullus opinionis est D. Bonau. & Richardus. Alij dicunt, quòd non potest vouere non reddere, nec non exigere, vt dicit S. Thom. probabilius dicunt, & ratio est, quia si alter nunquam peteret debitum ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dum oporteret vnum semper confessionem debiti petenti subuenire, & ideo alij probabilius dicunt, quod neutrum po test vnus sine alterius consensu vouere.

ARTIC. II.

Vtrum vnus coniugum possit ante carnalem commistionem continere?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd sic per cap. ex publico. de conuers. coniugat. vbi conceditur viro intrare religionem vxore nolente, sed plus est intrare religionem, quam continere, ergo. Conc. nouissime Conc. Trid. in sess. 24. de sacramento matrimonij can. 6.

2 Præterea per consensum contrahitur matrimonium, etiam si non consentiatur in copulam carnalem, si ergo non obligatur, nisi ad id, quod consentit videtur, quod possit sine licentia alterius continere.

3 Præterea si omnis vir esset obligatus ad soluendũ debitum ante carnalem copulam nihil adderet carnalis copula ad consumationem matrimonij, sed hoc est falsum ergo.

Sed contra facit 1. Cor. 7. vxori vir debitum reddat similiter & vxor viro, sed ante commistionem sunt vir & vxor, ergo ante commistionem tenentur.

Secundo sic mulier non tenetur continere, & non potest cum alio contrahere ergo potest iustè debitum exigere, sed iuste exigenti iniustum est negare, ergo vir tenetur reddere.

Respond. dicendum, quòd sicut dicit D. Bonauentura ante consumationem matrimonij vtraque persona nec omnino obligatur nec omnino est libera; non omnino obligatur, quia potest mori mundo & sic matrimonium soluetur ipso viuente in carne, & tunc cum hoc facit est omnino absolutus, nec omnino est liber, quia si vult huic mundo viuere necesse habet petenti debitum reddere, & quia in medio est inter vitam huius seculi, & uitam religiosam sine spiritualem. Ideo sacri canones terminum præfixerunt, vt possit deliberare videlicet duorũ mẽsiũ, vel circa. Et ideo dicendum, quod vxore petente continere potest per duos menses, sed post vel tenetur reddere debitum, vel manifestare se mundo mortuum, per solemne votum in religionem ingressum, quod si non fecit tenetur ad debitum soluendum.

Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam negando consequentiam, & ratio est, vt dicit D. Bonau. quia introitus in religionem facit mori mundo & solui vinculum; vnde nullo modo fit sponsæ præiudicium, non sic est autem cum maneat in seculo.

Ad secundum respond. quòd ratio non procedit, quia quamuis non oporteat consentire in copulam carnalem, oportet tamen consentire in copulam coniugalem, quæ necessario ordinat ad illam, nisi interueniat mors specialis.

Ad tertium respond. negando consequentiam, nam addit & quantum ad significationem & quantum ad obligationem, quia enim sunt unum corpus & vna caro, ideo vnus non potest transire de hoc mundo reliquo remanente, & ideo non potest vouere continentiam, nisi coniux pariter voueat. Præterea tenetur ad statim reddere copulam, sed ante addatur ei spatium duorum mensium & ita addit.

CAVSA XXXIIII.

QVidã vir in captiuitatẽ ductus est; postea vxor eius audiens illum esse mortuum, nupsit alij, demum ille de captiuitate rediens repetit vxorem suam illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris uiri.

Nunc primum quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ viuente viro suo alteri nupsit?

An redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.

QVÆST. I. & II.

PRo declaratione. 1. & 2. quæst. dicendum est, quòd qui alij nupserit putans virum suum mortuum esse illo redeunte ad priorem redire cogitur, ita determinat Leo Papa scribens Nicetæ Aquiliensi Episcopo epist. 77. cap. 1. quod dictum est in cap. 1. 34. q. 1. Ideo dicendum est, quòd mulier, quæ nubit viro viuente, aut sciebat quando contraxit cũ secundo virum suum esse mortuum, aut non si sciebat eum in veritate viuere adultera est tam secundum Euangelicam, quam Apostolicam doctrinam. Nam quo ad hoc idem est de viro, & de muliere Dominus Mat. 19. dico autem vobis, quòd qui dimiserit vxorem suam & aliam duxerit mechatur, sic etiã mulier, quæ viuente viro suo scienter alium duxerit mechatur & adulteratur vlterius Apostolus. 1. Cor. 7. dicit, quòd mulier alligata est legi. s. coniugali quãto tempore vir eius viuit, lex autem coniugalis secundum Apostolum est idem, quod vir reddat debitum vxori suæ, & vxor viro: mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir, similiter vir potestatem sui corporis non habet, sed vxor: ergo contra legem matrimonij agit, quæ viuente viro suo alteri nubit, si vero credebat virum suum mortuum, & hoc credendi habebat iustam causam, & credens se esse viduam & solutam à lege viri sui alteri nupserit, creditur excusari ab adulterij reatu per ignorantiam facti, quę etiam peritissimos fallit.

Surgit quæstio vtrum talis potuit contrahere viuente marito. respond. in glo. quod ex quo habuit iustam causam credendi maritum suum mortuum esse potuit.

Alia quæstio vtrum dubitans tantum de morte mariti & contrahit cum alio, teneatur reddere debitum Respond. gl. quòd licet contrahere non debuerit, reddere tamen debitum tenetur, petenti, sed ipsa non potest exigere, vt extra de secundis nuptijs cap. dominus.

Alia quæstio vtrum vir in tali casu potest, eam dimittere

mittere respondet glo. quòd sic propter adulterium, cum non habuerit probabilem causam mortis suæ.

Alia quæstio vtrum si mulier credat maritum suũ viuere, est tamen mortuus, & contrahat, vtrum ibi sit verum matrimonium? respond. glo. quòd sic, dicit Hug. hoc esse verum si credit hoc licere contrahere cum alio primo viuente & absente, quia sic, consentit in eum matrimoniali affectu, ipsa tamen adultera est in reatu, licet adulterium nõ committat. Nam dicit lex, quòd tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat C. de furtis. l. si quis seruo, minor tamen pœnitentia ei imponetur.

Alia questio quæritur qualiter fides debeat fieri ecclesiæ, ad hoc, quod talis mulier possit sine peccato contrahere: ad hoc respondetur secundum Hug. quòd licite potest nubere si per duos testes, aut plures probauerit, quod occubuerit f. qui eum mortuũ viderunt, vel eius sepulturæ interfuerint, & etiam si non nisi unũ testem, & est publica vox, crederem sufficere si ex alijs videatur verisimile. f. quia ille diu stetit, vel quia senex erat & ęgrotus, & huiusmodi, si vero nihil horum est, nec alias probare potest maneat innupta, in quo nullum est peccatum, & ideo hoc tutius est, quàm nubere, in dubijs enim tutior uia est eligenda.

Secunda autem quæstio faciliter soluitur, nam ista mulier cogi debet, vt ad primum vitum redeat, & ad hoc per censuram ecclesiasticam cogi debet, si nollet: tum primo, quia iustitia exigit vt unicuique reddatur, quod suum est, corpus autem vxoris est viri ergo debet vxor compelli, ut restituatur viro suo, & non remaneat cum alieno; tum secundo, quia crimina debent arceri & cohiberi, nec debent remanere impunita secundum legem diuinam, naturalẽ, & humanam, sed dum mulier viuente viro suo alteri se coniungit, committit crimen adulterii, vt dictum est in 1. q. per Euangelicam & Apostolicam doctrinam, ergo mulier ista cogi debet, vt separetur à secundo cum quo adulteratur, & restituatur primo cuius est vxor.

CAVSA XXXV.

Qvidam vir mortua vxore sua alienam sibi in matrimonio copulauit, quæ vxori defunctæ quarto gradu consanguinitatis viro autem sexta linea adhętebat post triennium vero liberis ex ea susceptis accusatur apud ecclesiam iste prætendit ignorantiam.

1 Hic primum quæritur si liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem?

2 Si ex consanguinitate vxoris aliquam possit in coniugem duci?

3 Vsque ad quem gradum debeat quisque abstinere siue à proprijs siue ab vxoris suæ consanguineis?

4 Quare vsque ad sextum gradum consanguinitatis computatur ita, quod nec ultra progreditur nec infra subsistit?

5 Quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt?

6 Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant?

7 An illi, qui de incestuosis nati sunt filij reputentur?

8 Si ignoranter de consanguinitate, vel affinitate ali qua in vxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhærere?

9 Si contigerit ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis aliquam à viro suo separare, quæ post quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an ex secunda coniugia sint rescindenda, & priora sint reintegrãdat

10 Si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex eis suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri?

QVÆST. I.

Qvod autem consanguineas nostras siue vxoris nostræ in coniugium nobis?

Pro intelligenda huius primæ quæstionis videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum liceat alicui ducere in vxorem consanguineam?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd sic primo exemplo sanctorum patrum, sicut Abraam Isac & Iacob, qui in coniuges leguntur accepisse consanguineas suas Gen. 11. & 14. & 29.

Præterea in lege præcepit Dominus Moysi, vt nullus duceret vxorem, nisi de propria tribu & familia Num. 36. Item si aliquis absque liberis moreretur præcepit Dominus, vt frater eius, uxorem defuncti sibi copularet & ex ea semen fratris sui suscitaret Deut. 25. quod cum præcepto Apostolico non sit sublatum uidetur, quod maneat in sui dispositione.

3 Præterea omne animal diligit sibi simile eccl. 13. ergo quanto magis aliquæ personæ sunt similes, & coniunctæ magis sunt natæ inuicem conuenire & copulari, sed matrimonium est copula atque coniunctio, ergo consanguinitas magis expedit ad matrimonium, quàm impediat.

4 Præterea nihil impedit matrimonium, nisi repugnet bonis matrimonij, sed hoc non repugnat.

Sed contra facit cap. 1. 35. q. 1. vbi Aug. lib. 15. c. 16. de Ciu. Dei dicit cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex puluere & coniugis eius ex viri latere marium & fœminarum coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent viri sorores suas coniuges acceperunt, quod profectò quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione prohibente: Item fecit Leuit. 18. omnis homo ad proximam consanguineam non accedat, ut releuet turpitudinem eius S. Thom. in supplem. 3. par. q. 34. artic. 4.

Respond. dicendum, quòd non licet alieni consanguineam ducere, nam hoc uinculum matrimonio præbet impedimentum: quædam enim consanguinitas

nitas impedit matrimonium propter dictamen legis naturæ, quædam ex dictamine legis diuinæ, quædam in aliquo gradu propter statutum ecclesiæ, Propter dictamen legis naturæ impeditur matrimoniũ filiæ cũ patre vel filij cum matre, vnde in lege naturæ dictum est, & habetur Gene. 2. relinquet homo patrẽ, & matrem, &c. constat, quod illud non intelligitur de derelictione quantũ ad habitationem, ergo intelligitur de derelictione quantum ad matrimonij contractionem, ergo patet, & mater ex lege naturæ nõ sunt legitimæ personæ ad contrahendũ matrimoniũ respectu filij, & filiæ, & si quæratur ratio quare est dicendum, quod tantum propter reuerentiam, & honorem, qui debet exhiberi patri, & matri, natum enim dictat, quòd alio affectu sunt tractandi parentes, & alio affectu coniuges, vnde contra naturã esset, quod si deberent tractari turpiter parentes, sicut se contractant coniuges, & magis tamen est contrarium naturæ, quod filius matrem teneat subiectã, vnde, & quædam animalia bruta abhorrent coire cũ matre sua quandiu cognoscant eam esse suam matrẽ, quod patet per illud, quod narrat philosophus 8. de animalibus de camelo, & de equo. Alia n. ratio huius institutionis naturæ est, vt dicit D. Bonau. propter generationis susceptionem quæ debet procedere non retrocedere propter dictamẽ legis diuinę impeditur matrimonium propter consanguinitatem in primo gradu, & secundo ex vna parte vnde Leu. 18. prohibentur copulari matrimonialiter plures personæ, puta naturali fœdere simul cõmorantes, & sunt. 12. scilicet. mater, nouerca, soror, neptis, amita, matertera, vxor patris, vxor fratris, nisi præmortui sine liberis, priuigna, filia priuigni, vel priuignę, soror vxoris, quæ in lege naturæ permittebantur, vt Lia, & Rachele copulatis Iacob huius diuinæ legis rationẽ doctores assignant duplicẽ, prima est propter honestatẽ qui. n. mulierem cognoscit reuelat eius turpitudinẽ, & discooperit eius ignominiã, & hoc inhonestum est fecere propinquæ, maxime cũ honestas dictet, quod soror est tractanda, vt vxor, & hinc est in præcepto, quod dicit nõ discooperies turpitudinem eius istam rationem assignat D. Bonau. Alia ratio est S. Thom. & aliorum ne repressio concupiscentiæ, quæ reperiretur si quælibet consanguinea in matrimonium duceretur, quia magnus concupiscentiæ aditus præberetur inter illas personas, quas oportet in eadem domo conuersari, nisi esset carnalis copula interdicta, cũ. n. electio non fit, nisi possibilium, eo ipso, quod concupiscibile minuitur, vel tollitur concupiscentia. Vnde quandiu cohabitantium virorum, & mulierem in eadẽ domo posset esse matrimoniũ, sicut tales psonas prædictas cõtingit simul habitare concupiscẽtia nõ haberet frenũ, sed ex eo, quod matrimoniũ sit impossibile inter tales, quia prohibitũ cessat cõcupiscẽtia. Tertio ex prohibitione ecclesiæ inter consanguineas prohibetur matrimonium vsque ad quartum, & infra, in hoc autem gradu, & vltra in linea transuersali permissum est, vt extra de consang. & affi. non debet, in linea autem recta in infinitum prohibetur matrimonium, vt dicit Hu adeo, q; si Adam hodie viueret non inueniret vxorem i huius autem statuti quasi factum est ad dilatandam dilectionem, sine a-micitiam inter homines, quia tamen homo ad consanguineas vxoris, sicut ad suos se habet huic multiplicationi amicitiæ præiudicium fieret, si aliquis consanguineæ coniunctam duceret vxorem, ac per hoc noua amicitia per matrimonium nulla accresceret, & ideo per ecclesiã plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati.

Ad rationes in oppositum ad primam respo. sicut magister respondet in littera, quòd non sequitur, illis patribus licuit, ergo nobis licet, licuit. n. eis tunc tum necessitate impellente, tum secundo diuina permissione, vel iussione mediante nobis autem non licet, tum quia nulla similis necessitas vrget, tum quia iam est diuinitus nobis prohibitum.

Ad secundam similiter respon. negando consequẽtiam, quia tunc paucis existentibus fidelibus, & periculum imminebat maximum, si homines copularentur infidelibus, quia sæpe declinabant ad idolatriam, & efferebantur idolatræ ideo præceptum illud habebit locum pro tempore illo, & ex causa illa, sed post prohibitum est, ne quis accederet ad consanguineã Leu. 18. & sic falsũ, quod nulla lege legatur ꝓhibitũ.

Ad tertiam respon. negando consequentiam, cuius ratio est secundum S. Thom. quia non inconueniens est duarum vnionum vnam ab altera impediri, sicut vbi est identitas non est similitudo, & similiter consanguinitaris vinculum potest impedire matrimonij coniunctionem concordat D. Bonau. dicens quod alius est modus affectionis quo diligenda est vxor, & alius quo diligenda consanguinea, & ideo coniunctio affectionis naturalis repugnat copulæ matrimoniali, & ideo si copuletur per affectionis vinculum non sequitur, quod debeat copulari per matrimonium.

Ad Quartam respon. quòd licet coniunctio cõsanguineorum ex toto non contrarietur bono matrimonij, contrariatur tamen obseruationi eius, & aliqualiter honestati, & insuper impediret dilationem charitatis, & amicitiæ, sicut patet ex prædictis.

QVÆST. II. ET TERT.

Quia ergo consanguineorum &c.

Hic intitulatur secunda, & tertia quæstio simul, quia consimiles sunt, & de eis communiter loquuntur capitula. quæstio secunda est an liceat ducere in vxorem aliquam de consanguinitate vxoris, solutio est, quòd non. tertia est vsq. ad quem gradum sit abstinendum tam in consanguinitate, quã in affinitate solutio: est vsq; ad quartum gradum, inclusiue.

Pro declaratione istarum quæstionum videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum affinitas impediat matrimonium?

Ad hoc videtur dicendũ, quòd nõ, quia nihil impedit matrimonium, nisi, quod est ei cõtrarium, sed affinitas non contrariatur matrimonio, cum sit effectus eius, ergo non impedit matrimonium.

M Præterea

2 Præterea in lege erat præceptum ducere vxorem fratris Leuit. 18. Sed illa erat affinis, ergo affinitas non impedit matrimonium.

3 Præterea secundum iura consanguinei succedunt defuncto in rebus suis, in quibus ipse dominium habebat & possessionem, sed uir habet dominium in mulierem per matrimonium, ergo secundum iura consanguinei debent succedere in vxore, in qua tamen manet affinitas.

Sed contra facit c. de propinquis. 35. q. 2. vbi Fabianus Papa dicit de propinquis, quia ad affinitatem per virum & vxorem veniunt defuncta vxore vel viro in quinta generatione coniungatur S. Thom. in supplem. 3. p. q. 55. art. 6.

Resp. dicendum, quòd affinitas impedit matrimonium, ista conclusio patet Leu. 18. vbi dicitur turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, sed illa est tantum affinitas per totum, sed nota, quòd conclusio est intelligenda de affinitate, quæ præcedit matrimonij contractionem, talis. n. impedit matrimonium cõtrahendum, & dirimit iam contractum, eadem ratio qua consanguinitas, si autem matrimonium sequatur non potest ipsum dissoluere, cum sit vinculum insolubile, vt. s. dictum est.

Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quòd ratio non procedit, ratio est quia affinitas non contrariatur matrimonio ex quo causatur, & ita illud non impedit, sed cõtrariatur matrimonio, quod cũ affine contrahendum esset, & illud impedit.

Ad secundam resp. quòd præceptum illud erat in casu quando. s. frater moriebatur sine prole, vt suscitaret semen fratri suo, quod tunc requirebatur, quod per propagationem carnis cultus religionis multiplicatur, quod nunc locum non habet, & sic patet, quod non ducebat vxorem eam quasi gerens propriam personam, sed quasi supplens defectum fratris sui, concordant S. Thom. & Bonau.

Ad tertium respon. negando consequentiam, quia non est simile, quia res possessæ à uiro non efficiuntur aliquid vnum cum ipso uiro, sicut efficitur una caro cum ipso: unde ratio non procedit.

ARTIC. II.

Vtrum per concubitum illicitum contrahatur affinitas.

1 AD secundum videtur dicendum, quòd nõ, quia affinitas est res quædam honesta, & res honesta non causatur ex inhonestis, ergo ex inhonesto & illicito coitu non causatur affinitas.

2 Præterea affinitas est vinculum legitimum, quòd institutum est à Deo & ab ecclesia, cùm ergo fornicatio sit contra legitimitatem, & contra diuinum statutum ex fornicario & illicito coitu non causabitur affinitas.

3 Præterea per coitum extra matrimonium non cõtrahitur irregularitas ad ordines suscipiendos, ergo pari ratione nec illegitimitas ad matrimonium cõtrahẽdum, si ergo affinitas facit illegitimitatẽ, videtur, quod per talem coitum affinitas non contrahatur.

4 Præterea vbi est consanguinitas non potest esse affinitas, quia affinitas personarum est proximitas ex carnali copula proueniens omni carens parentela, sed aliquando contingeret ad consanguineos & ad se ipsum affinitatem si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter cognosceret consanguineam suam incestuose, ergo affinitas non causatur ex illicito coitu.

Sed contra facit c. Nec eam. 35. q. 3. vbi Greg. Papa ad Felicem Episcopum Mesianæ Ciuitatis lib. 12. epist. cap. 31. dicit Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit in coniugium ducere ulli profecto licet Christianorum, aut licebit, quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cũctis hominibus. Incestuosos vero nullo coniugij nomine deputandos à sanctis Patribus dudum statutum esse legimus: de hoc dicitur in Conc. Trid. sess. 24. de reform. matr. c. 4. vbi restringitur ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu coniunguntur S. Thom. in supplem. 3. p. art. 3.

Resp. dicendum, quòd affinitas generaliter causatur per omnem coitum, siue licitum siue illicitũ: probatur ista conclusio sic, primo non ob aliud contrahitur affinitas per coitum, nisi quia est carnis cõmistio per quam vir & mulier sunt una caro, sed hoc nõ est in actu tantum legitimo, uerum etiam in fornicario secundum quod dicitur. 1. Cor. 6. qui adhæret meretrici unum corpus cum ea efficitur.

Secundo patet conclusio ex diffinitione affinitatis. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens &c. Sed carnalis copula est etiam in illicito coitu, ergo illicitus concubitus affinitatem causat.

Ad rationes in oppositum resp. Ad primam, quòd fornicario concubitus est aliquid naturale quod commune fornicationi, & ex hac parte affinitatẽ causat, aliud est inordinatum per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur: vnde affinitas semper honesta remanet, quamuis causa sit aliquo modo inhonesta.

Ad secundam patet per idem responsio, quia in fornicatione sunt duo, est. n. actio substracta quæ est naturalis & deformitas voluntatis, quia aliquis vult cognoscere non suam; Quantum ad primã est actio naturalis bona, & à Deo, quantum ad secundam dicit defectum & deformitatem, & sortitur nomen uitij, vinculum ergo affinitatis contrahitur ratione primi, non ratione secundi.

Ad tertiam resp. negando consequentiam, & ratio est iuxta D. Bonau. & Richardum, quia carnalis copula non generat irregularitatem, nisi inquantũ inducit defectum sacramenti, & qm̃ defectus præsupponit aliquod esse sacrm̃, quod in fornicaria copula nullum est, & per cõsequens fornicaria copula nullus defectus sacramẽti interuenit, & hinc qđ irregularitas nõ contrahitur per coitũ extra matrimoniũ, affinitas respicit vnitatẽ carnis, & hoc est cõe tam actui fornicario, quàm legitimo, ideo potest causare affinitatem non irregularitatem.

Ad quartam resp. negando consequentiã & rõ est, iuxta S. Thom. quia non est inconueniens relationes ex opposito diuersas eidem inesse ratione diuersorum, & ideo potest esse inter aliquas duas

per-

personas affinitas & cōsanguinitas non per illicitum concubitum, sed ēt per licitum, sicut cum consanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem consanguineam meam ex parte matris; vnde quod dicitur in diffinitione affinitatis inducta omni parentela carens intelligendū est in quantū huiusmodi, sicut diximus cum eis diffinitionē superius explanaremus nec tamen sequitur, quòd aliquis cōsanguineā suā cognoscēs sibi ipsi sit affinis, quia affinitas sicut & cōsanguinitas diuersistem requirunt, sicut etiam similitudo.

QVÆST. IV. & V.

QVia hic agitur de gradibus consanguinitatis & affinitatis cum hæc corrigantur per cap. non debet. de consang. & affin. quod est Innoc. 3. in Concil. generali later. in cap. 50. dicendum est iuxta illum textum.

Prohibitio quoq; copulæ coniugalis quartum cōsanguinitatis & affinitatis gradum de cætero nō excedat, qm̄ alterioribus gradib. eā nō pōt abq; graui dispendio huiusmodi prohibitio obseruari, quaternarius vero numerus bene congruit prohibitioni coniugii corporalis, de quo dicit Apost. 1. Cor. 7. quod vir non habet potestatē sui corporis, sed mulier neq; habet potestatē sui corporis, sed vir: qa quatuòr sunt humores in corpore, q̄ cōstāt ex quatuor elementis.

QVÆST. VI.

NVnc quæritur quibus occasionibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit.

Pro declaratione huius 6. q. vidēdum erit primo.

ARTIC. I.

Vtrum ad separationem matrimonij sit procedendum uia accusationis.

1 AD hoc videtur dicendum, q̄ non primo sit accusationem inscriptio præcedit, qua quis se ad talionē obligat, si ꝓbatione defecerit, sed hoc nō requiritur qn̄ agitur de matrimonii separatione, ergo accusatio ibi locum non habet.

2 Præterea in causa matrimonii audiuntur soli propinqui cap. 1. 35. q. 6. sed in accusationibus admittuntur etiam extranei ergo.

3 Præterea si matrimonium accusari deberet hoc faciendum esset quando minus difficile quod separetur, sed hoc est quando sunt tantum sponsalia contracta, tunc autem non accusatur matrimonium, ergo nunquam in isto casu potest fieri accusatio.

Sed contra dr̄ in c. 1. 35. q. 6. vbi Fabianus Papa dicit consanguineos extraneorū nullus accuset, vel cōsanguinitatem in synodo cōputet, sed propinqui ad quorū notitiā pertinet id est pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio, si autē progenies tota defecerit ab antiquioribus, & veracioribus quibus eadē propinquitas nota sit Episcopus canonice perquirat; & si inuenta fuerit propinquitas separentur Conc. cap. seq.

Resp. dicendum, q̄ ad separationem matrimonii conuenienter proceditur per accusationē probatur concl. sic iuxta S. Tho. accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis substineatur quasi innocens, qui culpā hēt; sicut autē ex ignorantia facti contingit, quòd aliquis homo reputatur innocēs, qui in culpa est, ita ex ignorantia alicuius circunstantiæ contingit, quod aliquid factum reputatur licitum, quod illicitum est, & ideo sicut homo accusatur quandoq; , ita & factum ipsum accusari potest, & sic matrimonium accusatur quando propter ignorantiam impedimenti æstimatur legitimum, quod est illegitimum.

Ad rōnes in oppositū. Ad primā Resp. negandō assumptū vniuersaliter, qm̄ obligatio ad pœnā talionis hēt locū qn̄ persona accusatur de crimine, quia tunc non agitur ad punitionē eius, sed qn̄ accusatur factū tunc non agitur ad pœnā facientis, sed ad impedimentum hoc, quod est illicitum, & ideo in matrimonio accusator nō se obligat ad aliquā pœnā, sed talis accusatio pōt verbo & scripto fieri, ita quod exprimatur & persona accusans matrimonii, & quæ accusatur & impedimētū, pp quod accusatur, dicit autē Raym. q̄ in prædicto improprie sit accusatio, quia nō fit inscriptio in qua accusator obligat se ad talionem, sed dēt denunciatio fieri, quæ fit propter peccatum iniuncti male permanent, & potest fieri etiam sine scriptis, sed melius est, quod fiat in scriptis ar. extra de test. spo. c. literas ext. qui matrimonium accusare possunt cap. à nobis Huius denūciationis forma talis est Ego talis denuntio vobis D. Episcopo, quòd matrimonium talis & talis stare non potest, quia sunt consanguinei, vel affines in tali gradu designando personas.

Ad secundam resp. primo, q̄ extranei nō possunt scire consanguinitatē, nisi per consanguineos, de quibus probabilius est, quod sciant, vnde qn̄ ipsi tacent suspicio habetur cōtra ipsum extraneum, qd ex maleuolētia procedat, nisi per cōsanguineos probare uoluerit bene repelletur ab accusatione qn̄ sunt consanguinei, qui tacent & per quos probare nō pōt, sed cōsanguinei inquantum sunt propinqui non repelluntur ab accusatione qn̄ accusatur matrimoniū pp aliquod impedimentum perpetuum, quod impedit cōtrahendum & dirimit contractum, sed qn̄ accusatur ex hoc, quod dicitur non fuisse contractum, tunc parentes tanquā suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate & diuitiis de quibus probabiliter æstimari potest, quod uellent, quod matrimonium staret ext. de test. cap. super eo. Secundo resp. sicut dicitur, quod in litera quando progenies tota deficerit bene assumuntur extranei.

Ad tertiā resp. q̄ rō nō procedit, quia qn̄ matrimoniū nondum est contractum, sed sponsalia tātum nō pōt accusari, quia nōn accusatur, quod nō est, sed pōt denūnciari impedimētum, vt matrimoniū cōtrahatur.

ARTIC. II.

Vtrum in causa diuortij sit procedendum per testes?

1 AD secundnm videtur dicēdum, q̄ non, quia in aliis causis adducuntur ad testificādum quicunq; sunt omni exceptione maiores, sed hic non admittuntur extranei, licet sint omni exceptione maiores, ergo &c.

2 Præterea matrimonium est fauorabilius, quis aliæ causæ, in quibus de rebus pure corporalibus agitur, sed in illis non potest esse idē accusator & testis, ergo nec in matrimonio, & ita videtur, quod non conuenienter in causa ista per testes procedatur, sed contra dicitur in textu proxime citato in præcedenti art.

M 2 Resp.

Resp.dicendum est, q conuenienter proceditur in ista causa per testes, sicut in alijs probatur conclusio ista sic, testes inducũtur in causis, ut super his de quibus dubitatur fiat iudici fides, in cã ista sicut in alijs causis, quia non debet præcipitari sententia de eo, qđ non cõstat, ergo in hac causa procedẽdũ est per testes sicut in alijs causis; uerũ vt dicit S.Tho.iuxta iuristas in hac causa multa specialia inueniuntur.s. quod idẽ põt esse accusator & testis arg.infra c. Episcopus. itẽ quod non iuratur de calumnia, cũ sit causa quasi spiritualis. Itẽ quod consanguinei admittuntur ad testificandum. Itẽ quod non obseruatur omnino ordo iudiciarius, quia tali denunciatione facta cõtumax põt excõicari lite non contestata. Itẽ valet hic testimoniũ de auditu, & quod post publicationẽ testiũ possunt testes induci, & hoc totum est, ut peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest, & per hæc patet Respond. ad obiecta.

QVÆST. VII.

QVòd autem quæritur &c.
Pro declaratione huius 7.q. videndum est.

ARTIC. II.

Vtrum filij nati extra uerũ matrimoniũ sint illegitimi?

1 AD hoc videtur dicendum, q non, quia quicunq. est secũdũ legẽ ad minus naturæ, quæ est fortissima, ergo qlibet filius est legitim⁹.

2 Præterea cõiter dicitur, q legitimus est, qui de legitimo matrimonio natus est, uel de eo, qui de legitimo matrimonio nato reputatus est, sed contingit quandoque, quod aliquid matrimonium reputetur legitimum, quod non sit ergo,

Sed contra dicitur c.1.35.q.7. vbi Aug.sup.Leuit. q.76. dicit quid est quicunq. dormierit cũ cognata sua sine filijs morietur, cũ filij ex huiusmodi coniunctionibus & ante nati sint, hodieq. nascantur an hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicunq. ex eis nati fuerint non deputentur filij. j. nullo parentibus iure succedant S. Thom. in supplem. 3.par. q.68.artic. 1.

Resp. dicendum sub ista conclusione, q filij, qui nascuntur extra verũ matrimonium plerunq. sunt illegitimi. Ita cõclusio probatur illegitimũ dicitur, qđ est contra legẽ, sed illi, qui nascuntur extra matrimoniũ nascũtur extra legẽ, ergo sunt illegitimi. Pro qua conclusione est sciendum prout colligitur extra qui fi. sint legit. c. tanta. in gl. & inducunt Alb. S.Thom. & Richar. quod quadruplex est status filiorum; quidam .n. sunt naturales & legitimi, sicut qui nascuntur ex legitime matrimonio, quidam naturales & non legitimi, vt filij, qui nascuntur ex simplici fornicatione, quidã legitimi & naturales, sicut filij adoptiui, quidã nec legitimi nec naturales, ut spurij nati ex adulterio siue de stupro, siue de incestu, tales.n. nascũtur & cõtra legem positiuã & expresse contra legem naturæ.

Ad rõnes in oppositũ, ad primã resp. negando consequentiã, & rõ est secundum Alb. natura est duplex .s. generis hominis & differentiæ, filii autẽ qui nascũtur ex illicito coitu nõ nascuntur, nisi lege naturæ primo modo dictæ, & illa est pecorina, & ideo ad bonũ hominis, qđ est bonũ rõnis ex illa lege non reputantur legitimi concor. S.Tho. dicens, q quãuis tales nascuntur secundũ naturã, quæ cõis est homini & aliis animalib. tũ nascitur cõtra legẽ naturæ, quæ est propria hominibus fornicatio.n & adulterium sunt contra legem naturę humanæ; Ideo tales secundum nullam legem sunt legitimi.

Ad secundam resp. quòd si scienter contraxerunt non excusantur à peccato & filii non sunt legitimi.

QVÆST. VIII.

DE his vero qui ignoranter coniuncti sunt &c.
Pro declaratione huius 8.q. videndum est.

ARTIC. I.

Vtrum gradus consanguinitatis ecclesia potuerit taxare olim vsque ad septimum gradum, & nunc vsque ad quartum impedientes matrimonium.

1 AD hoc vł dicendum, q nõ, quia cum Deus non prohibuerit matrimonium, nisi duodecim personas Leuit.16. quę omnes vel sunt truncus, uel in primo, uel in secundo gradu, ergo ecclesia aliter disponere non potuit.

2 Præterea matrimonium est sacramentum sicut baptismus, sed non posset ex statuto ecclesiæ fieri, quod ille qui ad baptismum accedit, nõ suscipiat characterem ergo nec circa matrimoniũ statuere potest, quod non fit inter eos quos ius diuinum non prohibet.

3 Præterea ius positiuum non potest ea, quæ sunt naturalia remouere, uel ampliare, sed cõsanguinitas est naturale, quod quantum est de se, aptum est impedire matrimonium, ergo circa illud ius positiuum nihil disponere potest., sicut non potest facere, quod sint consanguinei vel non.

4 Præterea vbi est eadẽ cã ibi est idẽ effectus, sed cã quare consanguinitas impedit matrimoniũ est bonũ prolis repressio concupiscentiæ, & multiplicatio amicitiæ, sed ista omni tempore sunt necessaria, ergo omni tempore debuissent æqualiter esse,

Sed contra facit, q dicitur Luc.10. qui vos audit me audit, & q. vos spernit me spernit, ergo præceptũ ecclesiæ habet firmitatem sicut præceptum Dei, sed ecclesia quãdoq; prohibuit, quãdoq; concessit quosdam gradus quos lex vetus nõ prohibuerat, ergo illi gradus matrimoniũ impediũt S.Th. in supplem. 3.p. q.54.art.4. facit Conc. Trid. Can.4. sess.24.

Resp. dicendum, q ecclesia secundum varietatem temporum conuenienter statuit, & taxauit gradus cõsanguinitatis matrimonium impedientes. Ista conclusio probatur iuxta D. Bonau. qui ostendit, quod potuit, & quod nunc tẽporib. nostris taxauerit usq; ad quartum gradum, congruum fuit & utile & necesse, primo quidem, quod potuit ostendit sic per scripturam, quia in principio in constitutione matrimonii in lege naturæ duæ excipiebantur personæ .s. pater & mater Gen. 2. Relinquet homo patrem & matrẽ &c. & post processum temporis in lege fuerunt plures prohibitæ, sicut patet Leu. 17. si ergo lex Euangelica abundare debet à Mosaica, ergo in lege Euangelica plures debuerunt excipi, sed Christus in propria persona non excipit, ergo si nihil diminutum

debet

debet esse in ecclesia posse determinandi personas relinquit ecclesiæ maxime Petro & eius successori, Quod attendentes sancti Patres exceperunt multos gradus cõsanguinitatis ex quo apparet, quod ipsi posse habuerunt, si autẽ tu quæras quare magis circa hoc sacramentũ posse relinqui ecclesiæ. Resp. q ratio huius, quia illud sacramentũ in contractu consistit, qui est personæ ad personã & quoniã Dominus plenã iurisdictionẽ dedit Petro super spiritualia & ampliorẽ, quã reges terræ, & Imperator habeat super tẽporalia, sed regis & principis potentia põt contractus limitare, vt malæ fidei possessor iudicetur qui cõtra eorum interdictũ mercatur, Quid mirũ si dedit ecclesiæ posse, immo debuit dare, vt posset legitimitatẽ, & idoneitatẽ ad contrahendũ determinare. Si tu quæres quare ipse Christus per se non determinauit dici, põt, q secundũ diuersa tẽpora oportebat diuersas personas, & diuersos gradus excipi, quia ergo statuta diuina nõ decet sic mutare, sicut humana, hinc est, quod non ipse Christus debuit limitare, sed limitandos ipsos Petro & successorib. eius cõmittere, sic patet, quod ecclesia potuit gradus consanguinitatis determinare, olim determinauit vsq. ad septimũ gradũ, & hoc rationabiliter, ut ait S. Thom. tum quia ex hoc de facili non remanebat cõis radicis memoria. Tũ quia septiformis gratiæ spiritus sancti congruebat post modũ circa hæc vltima tẽpora restrinxit vsq. ad quartũ gradũ, quod congruũ fuit, quia consanguinitas ortũ habet ex propagatione, propagatio autem ex semine, semen autẽ habet in se naturã quatuor humorũ & quatuor elementorũ, & hinc est, quòd consanguinitas ante quartã generationẽ non debuit determinari & iterum infra illum gradum nõ debuit cõmisceri, nec in matrimonium copulari vbi potestas corporis alij datur, sicut ergo corpus quatuor cõstat elemẽtis, ita gradibus dẽnt distare, quod dẽnt carnaliter cõmisceri, & ita lex noua super legẽ mosaycã plus dẽt addere perfectionis, q̃ ex mosayca super legem naturæ, tunc euangelica saltẽ duos dẽt addere, vt sic iustitia euangelij nõ tantũ superet iustitiã legis, sed ẽt superabundet. fuit ẽt vtile restringere vsq. ad quartũ gradũ quia vinculũ matrimonij ratione affinitatis, quæ ibi contrahitur fouet charitatẽ & fœderat inimicos, & quoniã charitas nostris tẽporib. refriguit, ideo citius nunc rũpitur vinculũ amoris, quã in ecclesia primitiua, & alligatus vinculo citius fugit, & qui fuerat proximus frequentissime fit inimicus, vt ergo fugiens possit reuocari cũ à quarto gradu, & deinceps iã ab affectione amoris homines frigescant, vtile fuit constituere, ut post quartũ gradũ posset fugiens reuocari ad uinculum, posset ẽt considerari inimicus propter quã utilitatẽ debebat summus Pontifex in priori prohibitione dispensare, & cum ista vtilitas sit frequentissima vtile, fuit vt fieret ius cõe: cæterũ fuit necesse pp periculũ, quoniã pp multitudinẽ cõsanguinitatis eorũ & breuitatẽ dierũ vix põt aliquis cõputare cõsanguineos vsq. ad 3. gradũ, & itã erat ibi maximũ periculũ, & frequentissime contingebat homines iungi in gradus prohibitos, immo vix poterat aliquis euadere, & ideo oportuit prius statutum retractare tale periculũ, vel talis necessitas: nã fuit tẽpore primitiuę ecclesiæ, tum quia homines erant lõgioris vitæ, tum quia minoris generationis. Nunc autem deuenit in hominibus potentia virtutis nutritiuæ & augmentata est potentia uirtutis generatiuæ propter feruorẽ libidinis, quæ viget nunc in hominibus, adeo, quod secundum communem cursum possent homines ita multiplicari, quod vix vsq. ad quartum gradum, nedum usq. ad octauum vix inueniret aliquis cum qua contraheret, propter periculum ergo oportet reuocare illud statutum de 7. gradu & hoc .s. vsq. ad quartum gradum statuere, & ita fuit potissima causa quare mutatũ est, sicut expresse dicitur in decretali edita in conc. ult. vbi dicitur non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem tẽporum statuta uariẽtur humana, præsertim cum vrgẽs necessitas, uel euidens vtilitas hoc exposcit, hoc autẽ non solum necessitas exposcebat, sed ẽt utilitas requirebat, & aderat congruitas & potestas, ideo recte vsq. ad quartũ gradũ impediri matrimonium rectissime & irreprehensibile statuit, & ordinauit ecclesia.

Ad rationes in oppos. Ad primã resp. quòd ecclesia inspirata spiritu sancto hoc rationabiliter fecit, ut amicitia diuturnior esset, & plures essent rationes nectentes homines in amore, & pace, vt dicit Alber. ecclesia ergo hoc præsuntuose non fecit, sed authoritate diuina sibi data, sicut dictum est.

Ad secundum resp. negando cõsequentiã & ratio est, quia non est simile, matrimonium.n. non tantum est sacramentum, sed & officium, & ideo, vt dicit S. Tho. magis subiacet ministrorum ecclesię, quàm baptismus, qui est sacramentum tãtum, quia sicut cõtractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus & officia spiritualia lege ecclesię.

Ad tertium resp. negando consequentiam, & ratio est secundum S. Tho. quia licet consanguinitas vinculum sit naturale, tamen non est naturale, quod consanguinitas carnalẽ copulã impediat, nisi secundum aliquẽ gradũ & ideo ecclesia suo instituto non facit, quod aliqui sint, uel non sint consanguinei, quia secũdũ omne tẽpus æqualiter cõsanguinei remaneãt, sed facit, quod carnalis copula sit licita, vel illicita secundum diuersa tempora in diuersis cõsanguinitatibus.

Ad quartam resp. negando consequentiam, & ratio est, quia ut dicit S. Tho. & .s. diximus non est eadem causa secundum diuersa tempora gradus cõsanguinitatis prohibendi unum, quod alio tempore utiliter conceditur alio tempore salubriter prohibetur, concordat D. Bonau. respondens, quòd olim per sanctos Patres prohibitũ fuit vsq. ad 7. gradum, dicens quod rationabiliter reuocatum est tempore moderno, nec fuit reuocatum, quia esset male statutum, sed quia quod congruebat tempori primitiuo, non congruebat statui nostro propter maiorem iam perfectionem, quæ est in nobis, & propter maiora pericula.

QVÆST. XI.

VNde quæritur si ecclesia fraude testiũ, aut ignorantia eorum decepta aliquos separauerit, qui post reparationem alia coniugia contraxerit, si postea deprehensa fuerit calliditas, uel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegranda.

Pro declaratione huius q. sit conclusio, quòd in his in quib. uertitur periculũ animę reuocatur sentẽtia

falsa lata, etiam post millesimum annum, quandocunqoe veritas declarabitur, quod si ille, qui tulerit sententiam desierit esse Iudex successor eis constito de veritate, eam reuocabit c. 3. & seq. 35. q. 9.

QVÆST. X.

De ea vero quæ ad secundas nuptias transijt vtrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex secundis nuptijs suscepta consanguineis prioris viri copulari possit merito quæritur.

Pro declaratione huius q. videndum est,

ARTIC. I.

Vtrum sit uerum, quod affinitas maneat post mortem?

1 AD hoc videtur dicendum, quòd non, quia cessante causa, cessat effectus, sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri ad Rom. 8. ergo.

2 Præterea consangninitas causat affinitatem, sed consangnitas cessat per mortem viri ad consanguineos suos ergo.

Sed contra dicitur cap. r. 35. q. 10. vbi Greg. scribens Venetio Episcopo Caralitano dicit si vna caro fiunt quomodo potest aliquis eoru propinquus pertinere vni, nisi pertineat alteri. Hoc minime posse fieri credendum est. porrò vno defuncto in superstite affinitas non deletur S. Thom. in suppl. 3 p. q. 55. art. 2.

Respon. dicendum, quòd affinitas non aboletur, set permanet in superstite mortua etiam persona ratione cuius fuit contracta, patet ista conclusio sic, affinitas est perfectum vinculum inter quos est consanguinitas, ergo & affinitas & ita non soluitur affinitas soluto matrimonio tertiæ personæ, pro cuius conclusionis amplioti intelligentia est notandum iuxta S. Thom. in quarto, quod relatio aliqua desinit esse dupliciter vno modo ex corruptione subiecti, alio modo ex subtractione causæ, sicut similitudo esse desinit quando alter similium moritur, vel quando qualitas, quę erat causa similitudinis subtrahitur, si autem quędam relationes quę habent pro causa actionem, vel passionem ad motum vt dicitur hoc mataphorice, quarum quædam causantur ex motu in quantum, aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio mouentis & moti, quædam autem in quantum habent aptitudinem ad motum, & mobilem, vt Dominus & seruus, quędã autem ex hoc, quod aliquid prius motum est, sicut pater, & filius, non. n. ex hoc, quod est generati nunc ad inuicem dicuntur, sed ex hoc quod est generatum, aptitudo autem ad motum, & ipsum moueri transit, sed motum esse perpetuum est quia, quod factum est nunquam desinit esse factũ. & ideo paternitas & filiatio nunquam destruuntur per subtractionem causæ, sed solum per corruptionẽ subiecti per alterum extremorum, & similiter dicendum est de affinitate, quæ causatur ex hoc, quod aliqui coniuncti sunt, non ex hoc coniunguntur. vnde non dirimitur manentibus illis personis, inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur persona ratione cuius contracta fuit.

Ad rationes in oppositum, ad primam respond: negando consequentiam, & ratio est, quia coniunctio matrimonij causat affinitatem, non solum secundũ, quod est actu coniungi, sed secũdum quod est prius coniunctum esse.

Ad secundam resp. negando cõsequentiam, & ratio est, quia consanguinitas non est proxima causa affinitatis, sed coniunctio ad consanguineum non solũ, quæ est, sed quæ fuit, & ideo non sequitur ratio.

CAVSA XXXV.

Filiam cuiusdam ignorante patre quidam muneribus illexit, & ad conuiuiũ inuitauit finito conuiuio iuuenis uirginem oppresit, quo comperto à parentibus iuueni traditur puella, ac more nubentiũ à iuuene dotatur, & publice in vxorẽ ducitur.

Quęritur primo, an ille raptum admiserit?

An rapta raptori nubere posit patre assensum præstante?

Pro declaratione primę q. dicendum est secundum Isid. lib. 5. Etymol c. 26. vbi dicit raptus quoque illicitus coitus à corrumpendo est dictus, vnde qui rapta potitur stupro fruitur c. 1. 36. q. 1.

Pro declaratione 2. q. dicendũ est, quòd dicit Grationus §. His authoritatibus. 36. q. 2. ibi sed raptor & rapta nomina sunt vitiorum non personarum. vitia autem cum per pęnitentiam purgata fuerint nomina eorum abolentur. vnde Greg. in homil. 29. in euang. ait apud omnipotentem quippe dominum non ille fallax habetur, qui culpam mendacij per pœnitentiã delet: prohiberur ergo nupta copulari raptori, nunquam vitium rapinæ aboleatur, donec ille raptor & illa rapta iure appellantur: cæterũ cum illa patrię potestati restituta fuerit, & raptor suæ rapinæ pœnitentiam egerit, non prohibẽtur ad inuicem copulari cap. apod. §. prohibetur. 36. q. 2. Hodie vero in Conc. Tri. sess 24. de reform. matr. c. 6. ita disponitur Decernit sancta Synodus inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit nullum posse consistere matrimonium, qood si rapta à raptore separata fuerit, & in loco tuto, & libere constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat.

SVMMA DECRETI GRATIANI

NOVITER EMENDATI,

In qua ponitur Concordia discordantium Canonum.

AVCTORE SEBASTIANO MEDICE FLORENTINO,
Doctore, Equite Sancti Stephani, & Prot. Apostolico.

PARS TERTIA.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.

De Consecratione.

DISTINCTIO PRIMA.



HIC incipit tertia, & vltima pars huius operis, in qua de ecclesiasticis sacramentis tractatur; & licet baptismus sit ianua omnium sacramentorum; & ob id uidetur prius agendum esse de eo; verum quia ecclesia cœterorum sacramentorum locus est; Ideo rationabiliter primo agitur de consecratione ecclesiarum, & de altaribus, & ornamentis, quæ sunt præparatoria ad dignam sacram. admin. In secunda agit de sacram. Eucharistiæ. In tertia distinct. tractat de festiuitatibus Domini, & sanctorum. In quarta de sacramento baptismi. In quinta de sacramento confirmationis.

Pro declaratione huius 1. dist. & eorum, quæ in ea dicuntur videndum est primo.

ARTIC. I.

Vtrum liceat sacramentum Eucharistiæ celebrare in locis non consecratis?

1 AD primum videtur dicendum, quòd sic, quia hoc sacramentum est repræsentatiuum Dominicæ passionis; sed Christus non est passus in domo, sed extra portam ciuitatis; ergo &c.

2 Præterea, Christus celebrauit hoc sacramentum in domo non consecrata, vt Luc. vigesimo secundo, & Apostoli erant vnanimiter perdurantes in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, ergo non oportet domos esse consecratas.

3 Præterea, alia sacramenta in locis non consecratis ministrantur; ergo & istud.

Sed contra facit capitulo primo, & sequent. de consecr. distin. 1. ibi, consecrationes ecclesiarum, & Myssarum celebrationes non alibi, quàm in sacratis Domino locis, absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus, quibus sunt nota ueteris, & noui testamenti præcepta. Secundo facit ratio; si Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant loca, in quibus Domino sacrificabant habebant consecrata; multo magis res, quibus veritas, & gratia data est per Iesum Christum. Ioan. primo, non debemus, nisi in templis Deo sacratis myssam celebrare; Quod nouissime idem disponitur in Concil. Trident. sess. vigesima secunda, in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Myssæ vers. ne vè patiantur &c.

Respondeo dicendum sub hac conclusione, quòd non licet sacramentum Eucharistiæ celebrare, nisi in locis sacris; quæ conclusio ne dum ex præsenti capitulo habetur; sed ex multis alijs sequentibus, vt ex c. Myssarum, & ex c nullus presbyter.

Pro cuius conclusionis conuenientia plenius intelligenda notandum. cum Sanctus Thomas in tertia parte quæstione 83. artic. 3. quod in his, quæ circunstant hoc sacramentum, duo considerantur, quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorum, quę circa Domini passionem sunt acta. Aliud autem pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur; & non solum sicut in figura, vnde consecrationes adhibentur his rebus, quę veniunt in usum huius sacramenti. Tum propter reuerentiam huius sacramenti; vnde omnia, quæ ad consecrationem huius sacramenti pertinent sunt consecrata; sicut ipsi sacerdotes, & ministri, & vestes, & vasa, & domus, & altaria, tunc ad repræsentandum, effectum sanctitatis, quæ ex passione Christi prouenit. secundum illud ad Hebr. vlt. vt sanctificaret per suum sanguinem populum, tum etiam ad designandum sanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc sacramentum, in quo continetur Christus sanctorum, & qui totius sanctitatis causa est, recipere debent, quare merito non debet hoc sacramentum regulariter celebrari, nisi in domo consecrata, & in altari consecrato; dico regulariter, quia si necessitas adsit, vel propter destructionem ecclesiarum in aliqua terra, vel quia in itinere sunt constituti, tunc licet in locis non consecratis consecrare Domino, dummodo habeatur altare portatile consecratum, &

alia, quæ ad consecrationem huius misterij requiruntur; alias non licet, nisi Episcopo concedente sicut in cap. concedimus, ead. dist. Hoc etiam requirere videtur sanctitas rei tractandæ, cum enim illud, quod ibi tractatur S. Dominus Iesus sit sanctus sanctorum, non debet nisi in loco sacro & Deo dedicato consecrari.

Ad rationes in oppositum. Ad primum dicendum, quòd licet hoc sacramentum repræsentatiuum sit passionis Christi; non tamen est eadem ratio de loco passionis, & de loco celebrationis huius sacramenti. Pro quo notandum, quod domus consecrata significat ecclesiã, secundũ illud 1. Ti. 3. vt scias quando te oporteat in domo Domini conuersari, quæ est ecclesia Dei uiui. extra ecclesiam autem non est locus veri sacrificij. Et ideo hoc sacramentum regulariter non est celebrandum, nisi in domo consecrata. Sed quia ecclesia non est concludenda sub finibus gentis iudaicæ; sed etiam in vniuerso mundo fundata & extendenda, ideo passio Christi non est celebrata infra ciuitatem iudæorum; sed sub dio ut sic totus mundus se haberet ad passionem Christi, ut domus, nihilominus, ut dicitur in hac dist. in cap. concedimus, in itinere positis; si ecclesia defuerit, sub dio, uel tentorijs, si tabula consecrata, cæteraque sacra misteria, quæ ad illud officium pertinentia sunt, ibi affuerint myssarum solemnia celebrari concedimus.

Ad secundum dicendum negando assũptũ; nisi quo ad ea, quæ essẽtialia sont sacramento in alijs uero, quæ ad solemnitatem, & non ad essentiam sacramentorum pertinent, multa obseruat ecclesia, quæ à Christo vel eius Apostolis constituta non leguntur, aut obseruata; sed à sanctis patribus spiritu Sancto dictante rationabiliter postea sunt ordinata.

Ad tertium dicendum, quòd non est simile de sacramento confirmationis, & de sacramento Eucharistiæ; quia hæc continet Christum sanctum sanctorum, & non illud, & ideo loci sanctificatio non requiritur in sacramento confirmationis, sicut in sacramento altaris.

ARTIC. II.

Vtrum omissione loci sacri, vestium, & uasorum sacrorum, fiat consecratio?

1 AD secundum videtur dicendum, quòd non, quia vt dicit Dion. in 3. cœlestis Hier. operationes Hierarchiæ ordinantur secundum diuinas leges, sed ille, qui prætermittit ritum ab ecclesia institutum, non sequitur diuinas leges; ergo non obseruans diuinas leges nõ consecrat, cum consecrare sit actus Hierarchicus, quia est actus ordinis.

2 Præterea, totus ritus sacramenti suam habet significationem; sed significatio est essentia sacramenti; ergo & ritus consecrandi; ergo si præter mittitur nõ est uera consecratio.

3 Præterea, dispensatio sacramentorum ad ministros pertinet, sicut dispensatio rerum temporalium subiacet ordinationi principum secularium, ut habetur. 1. Cor. 4. sed si circa dispensationem rerum temporalium aliquid fieret contra constituta principum haberetur inane; ergo & istud.

Sed contra habetur in capitulo secundo, & seq. de consecr. dist. 1. in quibus apparet, quod hęc sunt non ad essentiam; sed ad solemnitatem sacramenti.

Respondeo dicendum cum Sanctus Thomas in tertia parte quæ. 83. artic. 1. & 3, quòd omissis alijs, de quibus fit hic mentio, videlicet sacris locis, aut sacris altaribus, aut sacris uestibus, aut hora determinata, aut ornamentorum & uasorum qualitate constituta; nihilominus fit consecrato; dummodo adsint, quæ sont de essentia sacramenti; scilicet ordo, & intentio ex parte consecrantis; & materia, & forma ex parte consecrati; grauiter tamen peccat, qui aliter facit, & degradandus esset patet concl. ista sic, illa non sunt de essentia sacramenti, sed de solemnitate, ergo si omittuntur; nihilominus consecratum est sacrificium, patet consequentia. Antecedens probatur. si quæ sunt de essentia sacramenti sunt eadem apud omnes; sed ritus sacramenti non sunt idem apud omnes, nec secundum omne tempus, vt patet; ergo ritus talis, non est de essentia, & per cons. sine hoc ritu potest fieri consecratio. secundo probatur conclusio à simili sic. In baptismo sunt quædam à sanctis Patribus instituta; quæ si omittantur non reputatur sacramentum irritum; quia sunt tantum ad solemnitatem sacramenti, ergo & hic si omittantur illa, quæ pertinent ad solemnitatem consecrationis uera consecratio erit.

Ad rationes in oppositum, Ad primam dicendum, quòd leges diuinæ, quæ pertinent ad essentialem institutionem sacramenti, si mutentur, nihil fit, vt si alia materia esset, aut alia forma, secus autem de legibus, quę pertinent ad solemnitatem sacramenti cuiusmodi sunt istæ.

Ad secundam respondetur, quòd significatio rei sacramentalis est de essentia sacramenti, & hoc sufficienter habetur per materiam: significatio autẽ, quæ super additur in ritu, est de solemnitate, non de essentia sacramenti, & ideo si ista mutetur, & non prima non oportet, quod mutatio fit in sacramento.

Ad tertium dicendum, quòd dispensatio sacramẽtorum pertinet ad ministros ecclesiæ, sed consecratio eorundem principaliter est ab ipso Deo, & ideo ministri ecclesiæ non habent aliud statuere circa formam consecrationis, sed circa usum sacramenti, & modum celebrandi, & ideo si sacerdos uerba consecrationis proferat super materiam debitam cum intentione consecrandi, sine omnibus prædictis scilicet domo, & altari, calice, uestibus, & corporali, & huiusmodi ab ecclesia institutis, consecrat quidem in ueritate corpus Christi, peccat tamen grauiter ritum Ecclesię nõ obseruans, uel potest formalitas rñderi, sacramenta .n. originem habent ab institutione diuina, & ideo omissio alicuius, quod sit ab ecclesia institutum non potest impedire, quin uerum sacramentum fiat impediret autem si sacramenta ex institutione humana efficaciam haberẽt, sicut actiones seculares ex institutione principũ ratificãtur, id eo &c.

ARTIC. I.

Vtrum conueniat ecclesiam consecrari?

1 AD tertium uidetur dicendum, quòd non, quia nihil frustra in ecclesia fieri debet frustra autem consecratur ecclesia, cum sit res inanimata, & non susceptiua gratiæ, uel alicuius spiritualis uirtutis, ergo &c.

Sed contra facit cap. 3. de consecr. Dist. 1. ubi Iginus Papa dicit omnes basilicæ cum missa debeot sem per consecrari.

Respondeo dicendum, quod conuenienter in ecclesia institutum est, ut ecclesiæ consecrentur, quæ quidem conuenientia ex quinque causis colligitur, propter quas tẽplum domini, siue ecclesia consecratur. Primo quidem ut diabolus & potestas eius inde penitus expellatur.

Secundo consecratur ecclesia, ot ad eam confugiẽtes saluentur, onde aliquæ ecclesiæ post dedicationem à principibus priuilegiantur, ot qni ad eas con fugiunt saluentur, unde 23. q. 5. in cap. reos. obi dicit canon. reos sanguinis defendit ecclesia, ne uitam perdant. Et ob hanc rationem Ioab in tabernaculum legitur fugisse, & cornu altarius apprehendisse. 3. Regum 2.

Tertio consecratur ecclesia, ot ibidem orationes exaudiantur, quia figuratum est 3. Reg. 8. ubi Salomon dedicato templo ait ad Dominum, quicunqoe rogauerit in loco isto exaudietur in loco habitaculi in cœlo, & cum exaudies propitius etis, item in oratione, quæ in missa dicitur dedicationis, ita cantatur Concede ut omnes qui deprecaturi conueniunt ex quacunquæ tribulatione coosolationis tuæ beneficia consequantur.

Quarto consecratur ecclesia, vt in ea laudes Deo soluantur, quòd fit in septem horis canonicis, de mo do autem quo exsoluendæ sint laudes Deo, quia a liò conuenientius loquendum erit, sufficiat nunc audire, quod B. Bernard. in quodam sermone dicit fratres mei immolantes hostiam laodis iungamos verbis sẽsũ, sensui affectũ, affectui exultatiõné, exultario ni maturitatem, maturitati humilitatem, humilitati liberalitatem.

Quinto ecclesia consecratur, vt ibidem digne ecclesiastica sacramenta ministrentur, & hæc ratio assignatur quasi per totam istam distinctionem.

Ad rationem vero in oppositum factam dicẽdum iuxta S. Th. in 3. parte q. 83. Art. 1. & seq. quòd ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata consecrantur non quia gratiæ sont susceptiua, sed ex consecratione adipiscuntur qoandam spiritualem virtutem, per qoam apta redduntur diuino cultui, vnde homi nes deuotionem quandam participant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur vnde etiam. 2. Mac. 3. dicitur, vere virtus Dei erat in loco, nam ipse, qui habet in cælis visitationem, & habitationem visitator, & adiutor est lo ci illius, & inde est, quod huiusmodi loca ante con secrationem emundantur, & exorcizantur, vt exinde virtus inimici pellantur, & eadem ratione ecclesiæ, quæ sanguinis effusione, vel cuiuscunq. semine pollutæ fuerint, reconcilientur, quia per peccatum ibi commissum apparet ibi aliqua operatio inimici, propterea etiam infra eod. di. 3. cap. ecclesias. præcepit Io. dicens, ecclesias Arrianorum vbicunque inueneritis catholicas, eas diuinis precibus & orationibus absq. vlla mora consecrate.

ARTIC. IIII.

Vtrum ritus consecrationis, qui obseruatur sit conueniens?

1 AD quartum videtur dicendum, quòd nõ, quia nihil ridiculum esse debet in ecclesia, sed multa uideotur ridiculosa in ritu consecrationis ecclesiarum, qui obseruatur, vt quod põtifex circum eat ter ecclesiam, ter cum baculo percutiat super limen ecclesiæ, dicendo attollite portas, item, quòd chrismate perungat io pariete Cruces depictas, & huiusmodi, ergo uidetur, quod talis ritus non sit conueniens.

Sed contra facit cap. 3. & seq. & per totum de consecratione Distin. 1.

Respondeo dicendum, quòd ritus, qui obseruatur in consacratioœ ecclesiarum, est conueniens, pro batur sic. Ea quæ per ecclesiã statuũtur, ab ipso Christo ordinantur, qui dicit Matt. 18. vbicunq. fuerint duo, uel tres in nomine meo, in medio eorum sum, sed ista in consecratione ecclesiarum ab ecclesia ordinata sunt ergo ista accipienda sunt, ita ac si à Christo forent instituta, & per consequens conuenienter suot ordinata.

Et sic patet responsio ad obiectum.

ARTIC. V.

Vtrum aliquis determinari debeat locus ad orationem?

1 AD quintum uidetur dicendum, qoòd oon, quia dicitur Ioan. 10. venit hora quando nec in monte hoc, nec Hyerosolimis adorabitis patrem, eadem autem ratio videtur de alijs locis, ergo non est determinandus locus, ad orationem.

2 Præterea, dicitur ad Titum 2. volo vos orare in omni loco leuantes puras manus &c.

3 Præterea, dicitur Ion. 20. spiritus est Deus, ergo non requirit corporeum locum, vel templum, in quo quis oret.

Sed contra dicitur io c. oemo de consecr. dist. 1. & ibidem per totam dist.

Respondeo dicẽdum sub duabus conclusioibus. Prima est, quòd nullus locus ad laudem Dei, & orationem secundum se excloditur, vnde in omni loco oratio ad Deum fieri potest, quod patet per illud Psal. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino, vbi glo. inquit, sicubi non dominatur, ibi non benedicatur, vbique est, vbique benedicatur, nullus excusatur, sicut ergo nulla creatura, sic nullus locus ad laudem Dei excipitur.

Secunda conclusio orationes publicæ, sicut psalmodia,

modia, & huiusmodi, quæ ab ecclesia sunt instituta, quæ faciunt ad consolationem, & excitandam deuotionem fidelium, & maxime oblationes sacrificiorũ, conuenientissime fiunt in aliquo loco determinato, quem ecclesiam siue templum dicimus. Patet conclusio ex 1.cap.huius distinctionis, vbi dicitur, quod præcipiente Domino Moyses tabernaculum, & Salomon templum ædificarunt. Item secundum illud Psal.25. in ecclesijs benedicite Domino, super quo verbo dicit Damascenus lib.1.cap.11 5. dicitur ecclesiam locus Dei hoc enim in glorificatione eius velut quoddam templum determinamus, in quo, & eas, quæ ad Deum sunt intercessiones facimus ratione sic probatur conclusio, si esset indifferenter in omni loco orandum, frustra consecrarentur ecclesiæ ad orandum. Cũ spiritu sancto dictante ecclesiæ consecrentur, patet, quod eodem dictante locus aliquis determinatus est eligendus ad orandum. Est autẽ hic notandum, vt dicit S.Thom.2.2.q.84.art.3. quòd in omni oratione, vel ad orationem principalis est interior deuotio mentis, secundarium vero, quod pertinet exterius ad corporalia signa, mens autem interius apprehendit Deũ quasi non compræhensum sliquo loco, sed corporalia signa necesse est, quod in determinato loco sint, & ideo determinatio loci non requiritur principaliter, quasi sit de necessitate ipsius orationis, sed secundum quandam congruentiam, sicut & alia corporalia signa, locus, ergo determinatus eligendus est ad orandum, & hoc propter multiplicem rationem. Primo propter formæ generalis obseruationem Matt.21. domus mea domus orationis vocabitur. Secunda propter mutuam multorum ad orãdum inuitationem ad Col.3. cõmouentes vos metipsos in psalmis, & canticis spiritualibus cantantes in cordibus Deo. Tertio, quia talis locus excitat deuotionem. Quarto propter angelorum maiorem frequentiam ob dominici corporis reuerentiam, & honorem, & quod figuratum Gen.28. vbi Iacob. lapidẽ erexit in titulũ, de quo dixit lapis iste vocabitur Domus Dei, vbi vidit angelos ascendentes in scala, & descendentes. Quinto propter faciliorem impetrationem, quod satis datur intelligi 3.Regu.8. Sexto propter loci consecrationem ex qua specialem deuotionem percipiunt orantes, vt magis exaudiantur, sicut patet ex adoratione Salomonis 3.Reg.8. Septimo propter sacra mysteria, & aliã sanctitatis signa, quæ ibidem continentur. Octauo propter concursum multorum orantiũ ex quo fit oratio magis exaudibilis. Secundum illud Matt.18. vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum, & ita in eo Deus inhabitat, secundum illud Exo.25. faciant mihi sanctuarium, & inhabitabo in medio eorum.

Ad rationes in oppositũ respondetur, quòd Deus per illa verba non prohibet se adorari in aliquo loco determinato, sed tantum pronunciat cessationem adorationis tam secundum ritum Iudæorum adorantium in Hyerusalem, quàm etiam secundum ritum Samaritanorum adorantium in monte Garizim uterque enim ritus cessauit veniente spiritualis euangelij veritate, secundum, quam in omni loco Deo sacrificatur, vt dicitur Malach.1.

Ad secundam patet responsio ex dictis, verum est enim, quod simpliciter ad orationem non requiritur locus determinatus.

Ad tertiam respondetur, quòd locus determinatus exigitur ad orandum non propter Deum, qui adoratur, vel oratur, quasi loco concludatur, sed propter ipsos adorantes quibus prouenit multiplex inde commoditas, vt dictum est.

ARTIC. VI.

Vtrum sacrificium, siue oblatio eucharistia conuenienter offeratur in pluribus locis, etiam non consecratis?

1 AD sextum videtur dicendum, quòd in vno tantum loco sit offerendum, dicitur .n. Deut.12. Ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in omni loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, sed vnus locus tempore Moysi erat tantum electus à Domino, in quo fiebãt tantum sacrificia, ergo etiam nunc in vno tantum loco esset sacrificandum; probatur consequentia, quia veritas debet respondere figuræ.

Sed contra facit cap. sicut de consecra. Dict.1. vbi Felix omnibus orthodoxis epist.1. dicit, sicut non alij, quàm sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in alijs, quam Domino sacratis locis, idest in tabernaculis, diuinis precipibus, à pontificibus delibuti missas cantare, aut sacrificiis offerre licet, vbi in pluraliter loquitur de locis consecratis, in quibus sacrificia offeruntur.

Respondeo dicendum, quòd tempore gratiæ sacrificium corporis Christi conuenientissime in multis locis fit, tum propter diuinam scripturam, dicitur enim. Malach.1. in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus. Tum propter ampliationẽ diuini cultus. Ad augmentum enim diuini cultus pertinet, quod fiant multa altaria, & multa loca, & templarum propter multitudinem fructuum huius sacramenti, & sacrificii, magnum enim dispendium consequentur fideles ex raritate cõsecrationis huius sacramenti siue oblationis huius sacrificii. Tũ propter multitudinem populi christiani, qui nullo modo possent in vno loco conuenire ad oblationem huius sacramenti.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd veritas semper in omnibus correspondeat figuræ, verũ quòd sacrificia veteris legis fuerunt figura Christi offerentis se in sacrificiũ Deo patri pro nobis, quod factum erat in vno loco tantum, & ita in hoc ueritas conuenienter correspondet figuræ: ratio autem vnitatis templi, vel tabernaculi in antiqua lege; vt dicit Sanctus Thomas in prima secundæ, potest esse literalis & figuralis, literalis quidem est ratio ad exclusionem idolatriæ, quia gentiles diuersis Dijs diuersa templa constituebant; & ideo, vt firmaretur in animis hominum fides vnitatis diuinæ uoluit Deus vt in vno loco tantum sibi sacrificium offerretur. Et iterum, vt per hoc ostenderet, quod corporalis cultus

non propter se erat ei acceptus, & ideo compescebantur ne passim, & vbique sacrificium offerent; sed cultus nouę legis, cuius sacrificio specialis gratia continetur, est secundum se Deo acceptus; & ideo multiplicatio altarium & templorum acceptatur in noua lege, quantum vero ad ea, quæ ponebantur ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis, & profetarum, erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata, in quibus conueniebant ad laudem Dei, quę dicebantur synagogæ, sicut nunc dicuntur ecclesiæ, in quibus populus christianus ad laudem Dei congregatur, & sic ecclesia nostra succedit in locum, & templi, & synagogæ, quia ipsum sacrificiũ ecclesiæ spirituale est, vnde non distinguitur apud nos locus sacrificij, à loco doctrinæ. Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significatur vnio ecclesiæ, vel militantis, vel triumphantis.

ARTIC. VII.

Vtrum celebrationes ecclesiarum debeant cum solemnitate recoli in ecclesia?

1 AD septimum uidetur dicendum, quòd nõ, quia sola diuina operatio debet recoli cum quadam solemnitate secundum illud Psal. 91. in operibus manuum tuarum exultatio, sed ecclesia, vel altare opere humano consecratur, sicut, & calix, & ministri, sed horum consecrationes non recoluntur in ecclesia, ergo nec celebrationes ecclesiarum, vel altarium cum solemnitate recoli debẽt.

Sed contra facit c. solemnitates. de consecr. Dist. 1. vbi Greg. Papa dicit solemnitates dedicationum ecclesiarum, & sacerdotum, per singulos annos solemniter sunt celebrandæ, ipso Domino exemplum dãte, qui ad festum dedicationis templi, omnibus faciẽdi dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus venit, sicut scriptum est, facta sunt encenia in Hierosolimis, & Siems erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

Respondeo dicendum, secundum S. Thomam in tertia parte q. 83. art. 3. in versi. ad 4. quòd celebrationes dedicationum ecclesiarum conuenienter solennitantur, & recoluntur in ecclesia annuatim. tum exemplo veteris legis, tum exemplo obseruationis Christi, de quo in seqnenti capitulo, tum ex constitutione ecclesiæ, vt hic infra dist. 3. c. pronunciandum.

Ad argumentum in contrarium respondetur, dupliciter, primo, quod non est simile de ecclesia, & alij ministris ecclesiæ, quoniam consecratio altaris repræsentat sanctitatem Christi consecratio vero domus, sanctitatem totius ecclesiæ, ideo conueniẽtius recolitur cum solemnitate consecratio ecclesiæ, vel altaris, quàm aliquod aliorum. Agitur autem octo diebus solennitas dedicationis, vt dicitur in seq. capitu. ad significandum beatam resurrectionem Christi, & membrorum ecclesiæ.

Secundo respondetur negando minorem, consecratio enim nõ est opus solius hominis, cum habeat spiritualem virtutem, quam non ab homine, sed à Deo habere potest.

ARTIC. VIII.

Vtrum si altare ecclesiæ moueatur ecclesia iterum veniat reconsacranda?

1 AD Octauum videtur dicendum, quòd nõ, quia distincta est consecratio altaris à consecratione ecclesiæ, ergo à consecratione vnius non sequitur altera, sicuti è contrario.

Sed contra facit c. si motum. de consecr. dist. 1. vbi Iginus Papa dicit, si motum fuerit altare, de nouo consecretur ecclesia.

Respondeo dicendum, quòd cum dicitur si motum est altare consecretur ecclesia, non est sic accipiẽdum, quod propter altare execratum ecclesia sit reconsecranda, nec èconuerso, quod propter ecclesiã execratam altare sit reconsecrandum, quia, vt dictũ est, alia est ecclesię consecratio, & alia altaris, & sæpe fit hæc sine illa, & èconuerso, & sæpe exacratur ecclesia, & non altare, & èconuerso, & ideo, quod hic dicitur, quod c. si motum, & c. consecretur ecclesia, debet exponi i. altare; vt nomine ecclesiæ intelligatur altare, sic èconuerso nomine altaris, quandoque intelligitur ecclesia, vt 1. quæstio. 3. quæsitum altare.

Sed pro qua motione intelligitur altare execratũ? non ne altare viaticum de loco ad locum mouetur, & tamen nõ recõsecratur, vt infra ea. dist. concedimus. Ad hoc respondetur, quòd motio altaris pro qua intelligitur execratum, hic sequendo Host. & Vug. accipienda est in quinque casibus. Primus est, quando altare ex toto destructum est, & tunc reædificatur tunc enim reconsecratur, seu debet reconsecrari. Secundus, quando superior tabula, quæ dicitur mensa, & in qua fit principaliter consecratio mota, vel in sua forma mota, vel enormiter vltra medietatem fracta sit, sed enormitas tamen ad arbitrium Episcopi referenda est. Tertius casus assignari potest, quãdo pertracta mensa in angulis, & cornibus altaris, in quibus pręcipiè solet fieri altaris consecratio, fuerit enormiter destructa. Quartus, quando motus fuerit aliquis de lapidibus principalibus stipitis mensã contingentibus: nam in illa coniunctione præcipuè intelligitur esse altaris consecratio, extra cap. ad hoc & c. quod in dubijs, quod quidem intelligitur, quãdo super quatuor colũnas est altare, & vna mota sit secus de alijs lapidibus parietis sine stipitis, quæ nõ tangunt mensam, quia propter illorum motionem non est altare reconsecrandum. Quidam hoc etiam intelligendum esse dicunt de altari portatili, quod tandiu durat eius consecratio, quamdiu coniunctio eius integra materialiter, non est reconsecrandum, si tota mensa cum sibi adhærentibus lapidibus transferatur de loco ad locum, vel in eodem loco in circuitu sursum, vel deorsum, sicut nec reconsecratur altare portatile, Quintus casus est, quando sigillum altaris, idest lapis quo sigillantur reliquiæ fractum sit, vel diminutum fuerit, reconsecrandnm est altare, vt in præsenti capitulo, & extra eo. cuius. & cap. quod in dubijs. Sextus casus, quod quando altare sic augeretur, quod omittit superiorem formam, quia forma dat esse rei, tunc enim consecrandum est

arg. 5.

sig. 5. q. 2. hoc eius, propter autem modicum additamentum non execratur, sed tunc sacrum dicitur extra eod. quod in dubio.

ARTIC. IX.

Vtrum ecclesia semel consecrata possit iterum consecrari?

1 AD nonum videtur dicendum, quòd sic, quia ecclesia materialis (cum sit res inanimata) non recipit in sua consecratione characterem indelebilem, cui fieri iniuria videtur, si iterato consecratur, sicuti fit si quis bis baptizaretur, aut ordinaretur in eodem ordine.

Sed contra dicitur in cap. ecclesijs.de consecr. distin. 1. vbi concil. Nicæn. dicit, Ecclesijs semel Deo dicatis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ &c.

Respondeo dicendum, quòd ecclesia semel consecrata, nisi in casibus datis consecrari non debet, ratio iuxta sententiam S.Tho. in tertia parte q. 64.art. 5. character sacerdotalis est quædam participatio sacerdotij Christi, sacerdotium autem Christi, est æternum, secundum illud Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisadech. & inde est, quod omnis sacrificatio, quæ fit per sacerdotiũ, est perpetua reconsacrata manente, nedum in rebus animatis, sicut, cum quis ordinatur per Episcopum, qui amplitudinem habet sacerdotij, sed etiam in rebus inanimatis, nam ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper, nisi destruatur.

Ad rationem in oppositum respondetur iuxta eundem S. Thom. vbi supra q. 83. art. 3. negando consequentiam, quia ecclesia in consecratione sua licet nõ recipiat caractherem, recipit tamen virtutem quãdã, per quam apta redditur diuino cultui, vt scilicet homines deuotionem quandam exinde participent, vt sint parationes ad diuina, nisi propter irreuerentiam impediantur. Vnde dicitur 2. Macha. 3. vere Dei virtus quædam in loco est enim ipse, qui habet in cælis habitationem visitator, & adiutor est loci illius, & cum hic virtus semper maneat in loco ipso manẽ te consecratio iteranda non est.

ARTIC. X.

Vtrum conuenienter institutum sit, vt non sine vestibus, & vasis sacris, & altari missa celebretur?

1 AD decimum videtur dicendum, quòd nõ, quia Christi actio est nostra instructio, sed Christus non in alijs, quàm in proprijs vestibus celebrauit, ergo &c.

2 Præterea, in primitiua ecclesia non legitur, quòd apostoli vsi sint talibus vestibus, & alijs huiusmodi in celebratione missarum, ergo inconuenienter facta fuit earum institutio.

3 Præterea, ista varietas, & ornatus vestimentorum, & vsorum videtur magis ad ostentationem quandã, quàm ad deuotionem, ergo inconueniens fuit facta talis institutio, quòd maxime est deuotionis, & virtutis.

Sed contra facit cap. altaria cap. vestimenta ca. vasa de consecr. dist. 1. S. Thom. 3. prima quæstio. 83. Artic. 3.

Respondeo dicendum, quòd vtrumque cõueniẽs institutum est, videlicet, vt missa non celebratur in vestibus communi vsui deputatis, sed in specialibus, puta sacris. Et quod non nisi super altare aliquod cõsecratum celebretur. De vestibus autem potest mul tiplex ratio assignari.

Primo, quia hoc in veteri lege ita obseruatum legitur præcepit.n. Dominus Moysi, vt faceret Aaron sacerdoti, & filijs suis vestes sanctas in gloriam, & decorem, vt non nisi loti, sacris vestibus induti sacerdotio fungerentur, sicut habetur Exod. 28. & 31. & hoc, quia per vestes sacerdotales virtutes quibus ornari debent sacerdotes designãtur, quæ in ipsis ministris reperiuntur, ad digne peragendum tantum mysterij officium. Cum autem sacerdotes nouæ legis maioris debeant esse perfectionis, quam sacerdotes veteris legis, cum potiora sint sacramenta, quæ per ipsos tractantur, merito institutum est, vt sacerdotes nouæ legis non nisi vestibus sacris induti debeant celebrare hoc præstantissimum sacrificium.

Secundo, institutum est, vt non cum vestibus cõmunis vitę vsu pollutis diuina celebrentur mysteria, vt detur intelligi, quòd cũ conscientia mundã, & virtutum vestibus adornata Domini sacramenta tractanda sunt.

Tertio, ad designandum, quòd minister altaris singulariter prę alijs debet splendere, cum aliquo exemplo sanctæ conuersationis, ideo ait Hyero. habet religio christiana alterum habitum in ecclesiasticis officijs. Alterum in communi vsu, vt clericus cuncto populo exemplum præbeat bonæ conuersationis.

Quarto, ad ornatum, & decorem ecclesiæ, hoc institutum est, vnde Dauid, qui plurima disposuerat ad decorem ecclesię, dicit in spiritu Psal. 25. Domine dilexi decorem Domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quod vero etiam conuenienter institutum sit, vt missa non nisi super altare celebretur. Ex hoc patet, quia omnia sacrificia, tam ante legem, quàm in tempore veteris legis, figuratiua huius sacrificij, scilicet corporis, & sanguinis Christi, oblata leguntur super altare aliquod Genesi 8. dicitur ædificauit Noe altare, Domino, & tollens de cunctis volucribus, & pecoribus obtulit super altare. Abraam etiam, vt habetur Genesi 12. ædificauit altare Domino, qui apparuit ei idem legitur de Moyse Ex. 25. idem de Salomone 3. Reg. 7. merito ergo ecclesia instituit, vt missa, in qua sacrificium offertur, quod erat signatum per sacrificia primitiua, non nisi super altare aliquod celebraretur. Tunc dicendum est ad rationes.

Ad primam respondetur, negando consequentiã, licet enim bene arguat ratio illa, sicut dictum est superius, circa primum capitulum, & dicetur infra in sequenti cap. quod huiusmodi vestes sacræ, & altare non sint de substantia consecrationis, nihil hominus non arguit, quod non faciant ad solemnitatem, & decorem, ratione quorum in processu temporis ecclesia

ecclesia ita instituit fiendum, vnde dicit Christus, in instituendo hoc sacramentum, non fuerit vsus alijs vestibus, quam suis, non sequitur tamen propter hoc, quod ecclesia non conuenienter instituerit, quod alij ministri missam celebraturi alijs vestibus scilicet sacris misterium hoc peragant, sicut licet Christus hoc sacramentum instituerit, & assumpserit post cœnam, nihilominus conuenienter ecclesia ordinauit, vt hoc sacramentum non nisi à ieiunis celebretur, vt infra cap. liquet. dist. 2. præterea, licet Christus ita fecerit, non tamen prohibuit aliter fiendum ab alijs, rationibus supra assignatis.

Ad secundam dicendũ, simili modo negando consequentiam, quia dato, quod Apostoli vsi nõ fuerint, nec altari, nec vestibus sacris in celebratione missarũ, non sequitur, quod quæ post per Prælatos ecclesiæ ordinata sunt ad ornatum ecclesiæ, & decorem, non sint conuenienter instituta, sicut est de vsu sacramentorum, vestium, & altarium quemadmodum enim Apostoli tempore suo potuerunt instituere aliqua, quæ à Christo constituta nõ leguntur, ita eorum successores potuerunt alia circa ceremonialia, & solemnitates sanctorum ordinare, quæ prius obseruata, aut non fuerunt, aut non leguntur.

Ad tertiam respondetur, negando assumptũ, quoniam iste vsus vestium sacrarum, in celebratione missæ, non fit ad ostentationem, & inanem gloriam, sed in signũ qualis debet esse ille, qui vult celebrare missam digne, sicut dictum est, vnaquæque enim illarũ vestium significat virtutem necessariam aliquã sacerdoti, qui vult illi misterio se digne exhibere, vel ad decorem ecclesiæ, sicut dictum est.

Ad quartam respondetur, negando etiam consequentiam, ratione dicta superius.

ARTIC. XI.

Vtrum altare, in quo consecrandum est corpus Christi, debeat esse lapideum?

1 AD vndecimum videtur dicendũ, quòd non, quia dicitur Exod. 30. facias altare de lignis Sethim, altare autem illud fuit altare holocausti, quo significatur altare, in quo repræsentatur oblatio veri holocausti, quod fuit oblatum pro humani generis redemptione si ergo veritas debet respondere figuræ videtur, quod altaria ecclesiæ lignea esse debeant.

2 Præterea, facit 5. Greg. 7. vbi Salomon fecit altare aureum, ergo videtur, quòd hoc metallum maxime conueniret altari, in quo consecratur corpus Domini propter sui pretiositatem.

3 Præterea, legitur Exod. 20. vbi Dominus præcipit quod fieret altare de terra.

4 Præterea, in ecclesia lateranensi est altare ligneum in quo Beatus Petrus, & alij sancti patres dicuntur celebrasse, ergo videtur, quod in primitiua ecclesia non erant altaria lapidea.

Sed contra facit c. altaria. il 1. de consecr. dist. 1. vbi conc. Ephes c. 26. & seq. Altaria, si non fuerint lapidea, chrismatis vnctione non consecrentur.

Respondeo dicendum, quod conuenienter ordinatum est, quod altare consecrationis sit lapideum, siue petrinum magis, quàm de alia materia, duplici ratione, vt S. Thom ponit in tertia parte q. 83. art. 3. in resp. ad V. primo, quia competit, significationi huius sacramenti, Tum quia altare significat Christũ dicitur autem. 1. Cor. 10. petra autem erat Christus. Tum etiam, quia corpus Christi in sepulcro lapideo reconditum fuit. Secunda ratio, quia hoc competit quo ad vsum sacramenti, quia lapis hẽt cõmunitatẽ, ex qua haber, quod sit facilis ad habendum, vnde nõ potest esse dispendium multum ex eius carentia. Tũ propter durabilitatem, ex qua habet aptitudinem ad hoc, quod consecretur, non enim conueniret, quod aliquid vnctione sacra consecraretur, nisi esset solidũ & durabile. Et quia omnia ista expressius repræsentantur in materia lapidea, quam in alijs, ideo congruentius institutum est, vt altaria sint lapidea, quam de alia materia.

Ad rationes in oppositum. Ad primam, & secundam simul respondetur dupliciter. Primo iuxta glo. & Hu. quòd illud de Exo. c. 30. propter figurã potius dictum est, quàm propter aliud. Nam altare de lignis Sethim ibi per figurã dicitur vita iustorum munda, firma, & incorrupta ad offerendum sacrificia bonorum operum præparata, per altare vero aureum, quod Salomon facit, significatur conuersatio perfectorum, qui sunt in fide firmi sapientia fulgidi, & virtutibus ornati, quales debent esse Deo offerentes. Secundo respon. quòd non est simile de altari veteris legis, & de altaribus in tempore gratiæ, quia cum vbicunq; terrarum celebretur misterium corporis, & sanguinis Christi, necesse fuit, vt altare fieret de materia, quæ facilis esset ad habendum, hoc autem nõ erat necesse in veteri lege, cum in vno loco tantum altare fieret.

Ad tertium dicendum, quòd, vt dicit S. Thom. illud mandatum fuit ad idolatriam remouendum, siue, ad detestandum idolatriæ cultum, gentiles enim idolis construebant altaria ornata, & sublimia, in quibus credebant, quid sanctitatis numinis esse.

Ad quartum respondetur hic, ex hoc c. quod altaria esse non possint, nisi lapidea, sed bene hoc institutum ibi est, quod altare consecrandum non sit, nisi lapideum. Cuius ratio assignata est iam ante in corpore quæstionis. Quod vero ligneum fuerit quandoq; altare conceditur, sed ex causa, qua cessante institutum est, vt de lapide fiant. vnde Alexander de sales in 3. de hoc loquens dicit, quod, quia ab Episcopatu Apostolorum principis, vsq; ad tempora beati Syluestri, seuiente persecutorum rabie, certa nõ erat Statio Episcopalis, sed vbicunq; necessitas compulit siue in cryptis, siue in domibus religiosorum, siue in aliis locis quibuscun; missam celebrabant super altare ligneum in modum arcæ concauum, quod ponebatur à sacerdotibus vbicunq; Episcopus Romanus latitabat, super quo die cenæ, & Sabbato sequenti a summo Pontifice ministerium peragitur sacerdotale.

ARTIC. XII.

Vtrum consecrata ecclesia, conuenienter altaria consecrentur?

1 AD duodecimum videtur dicendum, quòd non, quia nihil frustra in ecclesia debet fieri, quæ

quæ spiritu sancto gubernatur, sed consecrata ecclesia videntur in ea omnia consecrata, ergo videtur, quod altaria non debeant consecrari.

Sed contra facit c. altaria.de consect. distin. 1. vbi concil. Agat. c. 14. Altaria placuit, non solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari S.Tho.3.p.q. 83.art. 3.ad 3.

Respondeo dicendum, quòd conuenienter non solum ecclesia, sed etiam altare consecratur, & hoc triplici ratione. Prima est ad sacramentum Domini ibi offerendum Gen. 8. ædificauit Noe altare Domino, & tollens de cunctis volucribus, & pecorib. mūdis, obtulit super altare, hoc autem significabant sacramentum corporis, & sanguinis Domini, quod in memoriam passionis domini immolatur, iuxta illud, quod nobis Dominus præcepit Luc. 22. dicens hoc facite in meam commemorationem. Secundo ad nomen Dei inuocandum. Gen. 12. ædificauit Abrahā altare Deo, qui apparuit ei, & inuocabit ibi nomen Domini, hæc autem inuocatio nominis Domini, quę fit super altare, proprie dicitur missa, eo, quod ibi cælestis missio. s. Christus, à patre mittitur, qui ipsam hostiam consecrat, & per eundem à nobis patri mittitur, vt pro nobis intercedat, bene ergo ipsa hostia sacra missa vocari potest. Tertio consecratur ad reuerentius Deo decantandum, secundum illud Ecclesiast. 47. dedit illi contra inimicos potentiam, & stare fecit contra altare cantores, & in sono eorum dulces fecit modulos.

Ad rationes in oppositum respondetur, quòd falsum est, quòd ecclesia consecrata, intelligantur omnia alia in ea consecrata. Vnde alia est consecratio ecclesiæ, alia altaris, & ideo vna sine altera, fieri potest.

ARTIC. XIII.

Vtrum liceat in calice de alia materia, quam de auro, argento, vel stanneo consecrare?

1 AD decimumtertium videtur dicendum, quòd sic. Primo, quod liceat in calice de petra, quia calix significat sepulchrum Christi, quod excisum est in petra, patena vero lapidem suppositum, ergo videtur, quod de lapide fieri debet.

2 Preterea videtur, quòd in calice de ligno esset consecrandum, prout consecrabant antiquitus pauperes clerici c. vasa.de consecr.dist.1.

3 Præterea videtur, quòd in calice vitreo possit cōsecrari sicuti statuit Zepherinus 16. Rom. Pontifex, qui patenis vitreis missas celebrari constituit.

4 Præterea, in calice aureo non est celebrandum per ea, quæ habentur c. aureū. 12. q. 2. vbi dicitur, quòd aurum sacramenta non quærent.

Sed contra fecit c. vt calix.de consecr.dist. 1. vbi in concil Rhemensi c. 6. dicitur, vt calix Domini cum patena si non ex auro omnino ex argento fiat, si quis autem tam pauper est, saltem, vel stanneum calicem habeat de ære autem, aut oricalco calix non fiat, quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum prouocat, nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præsumat missam cantare.

Respondeo dicendum, quòd propter reuerentiā sacramenti statutum est, vt calix de ista materia fiat de ligno vero prohibetur, quia cum sit porosum absorbet sanguinem, de vitro etiam propter fragilitatē S.Tho.3.p.q.83.art.3.ad 8.

Ad primum respondetur, quòd non licet in calice lapideo celebrare. Et ad probationem respondetur negando consequentiam, vnde licet calix significat sepulchrum Christi, non sequitur propter hoc, quod significans, & significatum debeant in materia conuenire.

Ad secundum, & tertium dicendum est, negando consequentiam, quia licet aliquo tempore huiusmodi calicibus de ligno, & vitro sacerdotes vsi fuerint, postea tamen propter periculum, quod imminebat, etiam propter vasorum in vtilitatem, aliter statutum est, vt ex dictis patet.

Ad quartum respondetur, quod, vt ex dictis ibidem colligitur Ambrosius, & canon loquuntur in casu, quo res ecclesiarum distrahendę sunt pro alimonia pauperum, & pro redemptione captiuorum, vnde dicitur ibidem, nonne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori, & certe habebas aurum de quo ministrasses alimoniam. Cur captiui in captiuitatē ducti, nec redempti, ab hoste occisi sunt, quod dices, timui ne templo Dei ornatus deessent, respondebit aurum sacramenta non quærunt, ornatus sacramentorum, redemptio est captiuorum. Alij, qui, exponunt sic, aurum sacramenta non quærunt, quantum ad sui efficaciam. Non enim minorem efficaciam habent si in alteriusmodi vasis conficiantur, vel non quærunt quę ad hoc, vt inde magis placeār Deo, Non enim ex eo, quod in auro conficiantur magis placent Deo, sed ex conficientium sanctitate, & virtute.

ARTIC. XIIII.

Vtrum corporale, in quo celebrandum est conuenientius fiat de serico, quam de lineo panno, & de albo, quam de alio colore?

1 AD decimum quartum videtur dicendum, quòd sic, quod debeat esse de panno serico, qnia sicut aurum est pretiosius inter materias vasorum, ita sericum inter alios pannos, ergo sicut calix fit de auro, ita corporale deberet esse de serico.

2 Preterea, Cum corpus Christi consecrandum sit maxime nobilitatis videtur, quod corporale super, quod celebrandum est, sit maximæ nobilitatis, hoc est de nobiliori materia, quam fieri possit.

3 Præterea, videtur dicendum, quòd debeat esse de panno non tantum albo, sed etiam rubeo, quia in hoc ministerio repræsentatur sponsus ecclesię, sed in statu passionis, non tantum fuit candidus, sed etiam rubicundus, iuxta illud Cant. 4. Amicus meus candidus, & rubicundus, ergo &c.

Sed contra facit c. consulto. de consecr. dist. 1. vbi Euseb. &c

Euseb. & Sylu. Pontifices ibi consulto omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico panno aut tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro linteo ab Episcopo consecratn, terrenn scilicet lino procreato, atq; contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit S.Thom. 3.p.q.83.art.3.

Respondeo dicendum, quòd institutum hoc sanctorum patrum, quod corporale debeat esse non de serico, aut panno tincto, sed de panno lineo puro, fuit conuenientissimum,& hoc triplici ratione. Primo, propter repræsentationem sepulturę Christi in sindone linea cum qua sepultus fuit, & hæc ratio assignatur in litera. Secundo, propter maiorem mundiciam, quoniam inter omnia genera pannorum illa, quæ sunt de lino puro, ad candorem perspicuum perducta, mundissima sunt, & melius possunt mundari. Tertio conuenientia ista colligitur ratione misterij profundioris, profundius enim significant panni huiusmodi albi ea, quæ Christo cótingebát, quod ex verbis canonis etiam colligitur, dicit enim, quod sacrificium celebrandum est. Primo in puro lino, in quo notatur puritas, & innocentia omnimoda sine macula aliqua ipsius Salnatoris, prorsus enim est, cui nihil est admistum alterius naturæ, Secundo, additur terreno, in quo notatur corpus ipsius Saluatoris passibile, & mortale de corpore terreno Virginis assumptum. Tertio, subiungit canon procreato, atq; cum texto. 1. panno lineo multiplici tunsione ad candorem perducto, in quo significatur Christi passio, in qua Christus cruciatibus, & doloribus ad gloriam peruenit immortalitatis, & ita sancti Dei per multas tribulationes perueniunt ad regnum Dei act.14.

Ad rationes in oppositum. Ad primam responde tur negando consequentiam, quoniam pannus sericus, licet est pretiosior panno lineo, non tamen propinquitate tanta corpus domini repræsentat per idé patet respon.ad 2.

Ad tertium etiam pariter respondetur, quòd nec pânus tinctus ita repræsentat omnia supra dicta, quæ fuerunt in Christo, sicut pannus non tinctus. Præterea, ratio nó militat, quia sicut dicitur in litera pannus, in quo sacrificium altaris celebratur, repræsentat sindonem, in qua inuolutum erat corpus Domini in sepulchro. Et dicit Hug. quòd corporalis palla sindonem, qua inuolutum fuit corpus Christi significat, hanc autem significationem non ita faceret pannus tinctus, quare pannus lineus albus per totú conuenientior materia est corporalis altaris.

ARTIC. XV.

Vtrum conuenienter sit declaratum tempus celebrationis missæ?

1 AD decimum quintum videtur dicendum, quòd non, quia inconuenienter videtur institutum, quod in natiuitate Domini de nocte, & ter celebretur, quia passio Christi commemoratur sexta feria in ecclesia ante Pascha, non autem in Natali, cum ergo sacramentum sit commemoratiuum passionis Dominicæ, non videtur conueniens quod in Natali ter celebretur, in passione autem totaliter intermittatur.

2 Præterea, hoc sacramentum pertinet ad tempus gratiæ, quæ per diem significatur, secundum illud ad Rom.12. nox præcessit, dies autem appropinquauit, ergo videtur, quod non sit celebrandum de nocte.

3 Præterea, arguitur, quòd omni hora celebrari debeat, quia licet sumere corpus Christi omni hora in necessitate, ergo omni hora, instante necessitate, celebrari debet, consequentia patet.

4 Præterea, hora vespertina deberet celebrari, sicuti celebrauit Christus, cuius omnis actio esse debet nostra instructio.

5 Præterea, ordines sacri sunt conferendi circa vespertinam horam c. ordinationes 75. Dist. sed ordines sacri non conferuntur sine celebratione missarú, ergo illa hora licitum est missas celebrare.

6 Præterea, videtur, quòd media nocte sit celebrandum, quia dies inchoatur in media nocte c. consulnit de offic. deleg. l. more Romano ff. de ferijs, sed in c. nocte. de consect. dist. 1. dicitur, quòd in prima parte diei licitum est celebrare, ergo &c.

7 Præterea, hoc sacramentum est commemoratio diuinæ passionis, sed Christus passus est hora sexta, sic, & eadem hora celebrari deberet.

Sed contra dicitur in ca. nocte de consecr. dist. 1. vbi Thelesphorus Papa vij. à Petro in epistola ad omnes c. 2. dicit Nocte sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent præsbiteri, & hymnum angelicum in illis solemniter decantent, quoniam, & eadem nocte ab angelo pastorib. nuntiatus est, reliquis vero temporibus missarum celebrationes ante horá diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia, & eadé hora Dominus crucifixus est, & super Apostolos spiritus sanctus descendisse legitur.

Respondeo dicendum, quòd conuenienter determinatum est in c. præsentis, tépus celebrationis missæ. Pro quo notandum cum S. Thom. in 3. parte q. 83. art. 2. quòd in celebratione huius misterij attenditur, & repræsentatio Dominicę passionis, & eius fructus participatio, & secundum vtrumq; oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius sacramenti, quia enim fructu dominicæ passionis continue egemus propter continuos defectus, quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur, vnde, & Dominus petere nos docet Lucæ vndecimo, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quod exponens beatus Augustinus in libro de verbis Domini dicit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodum græci in oriente facere consueuerunt. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit, quia vero Dominica passio celebrata est à 3. hora vsq; ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei solemniter celebratur hoc sacramentum in ecclesia, & dicit notanter solemniter celebratur, quia nó obseruatur hæc temporis determinatio in omnibus missis: missarum enim quædam est pro defunctis, & ista lic[illegible] antatur qualibet hora diei, dumtaxat ante non[illegible], vt colligitur ex c. sequenti; quædam n. est particularis, vel priuata, seu votiua, & dicitur illa, quam sacerdos priuatim. 1. populo non vocato celebrat

lebrat ex deuotione sua, vel alterius, puta pro peccatis, pro periculis remouendis, vitandis, pro pace, in honorem sanctæ Trinitatis, vel sanctæ Mariæ, & huiusmodi, & hoc licite cantatur qualibet hora diei dumtaxat ante nonam, ita tamen, quod eius occasione populus non abstrahatur à solemni missa diei, vt infra ea.di. in c.hoc attendendum. vnde S.Thom. in quarto dicit priuatæ missæ dici possunt à mane vsque ad tertiam, vel etiam vsque ad nonam in diebus ieiuniorum. Missa vero solennis, siue publica, dicitur, quæ cantatur de die illo, vel festo illius diei. Et solenniter debet cantari, & populus per solita signa, scilicet campanarum, conuocari. Et de talibus missis solemnibus accipiendum est, quod dictũ est, quod regulariter cantantur in tribus horis, scilicet tertia, sexta, & nona, vt dicit S.Thom. Hu.& Host. in summa. Instituta autem est solennis missæ celebratio, vt dicit S.Thom. fieri illis tribus horis, scilicet intertia dieb. testis, sexta in dieb. pro festis, nona in diebus ieiuniorũ, quia in missa recolitur mors Christi, qui quidem hora tertia crucifixus est, linguis Iudæorum clamantium crucifige, crucifige eum etiam à militibus verberatus Marcus 15. & eadem hora spiritus sanctus descendit super Apostolos. Hora sexta crucifixus est manibus militum, vt habetur Ioan. 9. hora nona voce magna clamans emisit spiritum. Matt. 29. verum diebus ieiuniorum potest missa retardari, vt post nonam cantetur, maxime quando sunt ordines celebrandi, & precipue in sabbato sancto. Tum propter prolixitatem officij, tum etiam, quia ordines pertinent ad diem Dominicum, vt habetur distinc.75.c. quod à patribus. Præterea hoc, quod dictum est de tempore celebrationis, intelligendum est regulariter, quia occurrente necessitate possunt missę celebrari prima parte diei, vt infra ea distinctio. c. neces.

Quibus notatis dicendum est ad argumẽtum. Ad primum dicendum negando consequentiam, quoniam, vt inquit S.Thom. non est simile de die natalis domini, & feria sexta in parasceue, quoniam cum adueniente veritate cessare debeat figura, & hoc sacramentum figura sit dominicæ passionis, conueniens est, vt in die, qua ipsa passio Christi recolitur, prout realiter gesta est, non celebretur consecratio huius sacramenti, ne tamen ecclesia eo etiam die sit sine fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exibitum, etiam corpus consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illa die, non autem sanguis propter periculum, & quia sanguis specialius est imago passionis dominicæ. In die autem natiuitatis Christi non est hoc, quare non est simile.

Præterea, in die natiuitatis domini plures missæ celebrantur propter triplicem Christi natiuitatem, quarum vna est æterna, quæ quo ad nos est occulta. Vnde Esai. 53. generationem eius, quis enarrabit. Et ideo vna missa cantatur de nocte, in cuius introitu dicitur Dominus dixit ad me filius meus es tu &c. Alia autem est temporalis, sed spiritualis, quia scilicet Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris, vt dicitur 2.Pet.1.& propter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitu dicitur, lux fulgebit super nos. Tertia est natiuitas temporalis, & corporalis, secundum quam nobis visibilis processit ex utero virginali, carne indutus, & propter hoc cantatur tertia missa in plena luce, in cuius introitu dicitur, puer natus est nobis, licet è conuerso posset dici, vt dicit S.Thom. quod natiuitas æterna secundũ se est in plena luce, & propter hoc in euangelio tertiæ missę fit mentio de generatione æterna: vnde dicitur euangelium Ioannis. In principio erat verbũ. Secundum autem natiuitatem corporalem ad literã natus est de nocte, in signum, quod veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ, vnde, & in missa noctur na dicitur euangelium de corporali natiuitate.

Ab alijs autem assignantur aliæ causę, vna propter tres in vna persona Christi substantias, vt illa de nocte significet corpus, illa de aurora animam, illa de die diuinitatem.

Alia causa ratione mysterij, quoniam per illas tres repræsentatur triplex status ante legem, sub lege, & in lege, seu status gratiæ, illa, quæ cantatur de nocte repræsentat primum, quia tunc omnes erant in tenebris, vnde dicitur in missa illa prophetia populus gentium, qui ambulabat in tenebris &c.

Secunda, quæ dicitur in aurora repræsentat statũ sub lege, in quo iam incipiebat clarescere cognitio saluatoris per scripta legis, & profetarum licet non plene, & ideo missa illa cantatur inter noctem, & diem, & dicitur officium, lux fulgebit.

Tertia, quæ dicitur in die repræsentat statum gratiæ secundum illud Apostoli ad Rom.3. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, vnde dicitur officium, puer natus est nobis, alia causa assignatur ab alijs, quæ designatur his versibus, quos ponit Hostien in summa tres in natali debent missæ celebrari. Quarum prima sacram Christi signat genituram. Altera venturi designat gaudia Christi. Tertia iam natum, quod lex sacra forte figurat, verum quòd plures missæ aliquando celebrantur in vna die, etiam cõtingit in alijs diebus, quãm natiuitatis, in quibus occurrunt plura Christi beneficia, vel recolenda vel expectanda, vnde tunc plures missæ celebrantur in die, puta vna pro festo, alia pro ieiunio, vel pro mortuis.

Ad secundam respõdetur negando consequentiã, licet enim verum sit, quòd regulariter hoc sacramentũ de die celebrandum est, & non in nocte, quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Ioan. 9. me oportet operari, quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Ita tamen, quod principium diei sumatur non à media nocte, nec ab ortu solis, i. quando solis substantia apparet super terram, sed quando incipit apparere aurora, tunc enim quandoq; dicitur sol ortus, sc. quantum claritas radiorum eius apparet, vnde, & Marc.16. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum, orto iam sole, tamen venerunt cum adhuc tenebrę essent ad monumentum, vt dicitur Ioan. 20. sic enim hanc contrarietatem soluit Augu. in li. de consensu euangelistarum. Specialiter tamen in nocte natalis missa celebratur propter hoc, quod in ea natus est Christus, vt habetur in c. præsenti, & similiter in sabbato Paschę circa noctis principium propter hoc, quòd Dominus nocte surrexit, cum adhuc tenebre essent ante manifestum solis ortum, vnde in oratione dicitur. Deus qui

qui hanc sacratissimam noctem, quamuis hoc, vt dicit S. Thom. in 4. nõ oporteat semper obseruari. Sic ergo propter priuilegium harum noctium est, quod celebratur in his noctibus missa, quod non est fiendum in alijs.

Ad tertium respondetur negando consequentiã, & negatur etiam, quod sit simile de sumptione corporis Christi, & de celebratione eius, quia vnum istorum, scilicet sumere corpus Christi omni tempore in necessitate, est concessum ab ecclesia, alterum vero, scilicet consecrare, non, sed contrarium, sed contra institutionem ecclesiæ nihil est præsumendũ ergo &c.

Ad quartum respon. negãdo consequentiam. Nõ enim tenemur Christum imitari in omnibus, vt patet. Specialis quædam causa fuit quare tempore illo sacramentum hoc Christus consecrauit. Nam, vt sacramentum hoc cordibus discipulorum fortius imprimeretur, ideo vltimo post cænam, & in fine diei hoc sacramentum consecrauit, & discipulis tradidit, vnde sicut non imitamur eum in celebrando post cenam, ita nec in tempore diei.

Ad quintum dicendum, quòd hoc singulariter est in diebus ordinum, ratione iam dicta.

Ad sextum respondetur, quòd media nocte secundum ecclesiam incipit dies naturalis, vt in allegato cap. consuluit. extra de offic. deleg. Non autem artificialis, de quo loquitur capitulum præsens, quod in eo solo liceat celebrare.

ARTIC. XV.

Vtrum in diuinis laudibus vt debemus cantibus corporalibus?

1 AD decimum sextum videtur dicendum, quòd non, dicitur ad Colos. 3. docentes, & commouentes vos metipsos in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, ergo non corporalibus.

2 Præterea, Hyer. super illud ad Ephes. 5. cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino dicit audiant hæc adolescentuli, quibus in ecclesia est officium psallendi Deo non voce, sed corde cantandum &c.

3 Præterea, laudare Deum conuenit magnis, & paruis, iuxta illud Apoc. 19. laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli, & magni, sed maiores, qui sunt in ecclesia non decet cantare c. in sancta. dist. 92. ergo &c.

4 Præterea, id faciebat synagoga, vt in Psal. 32. cõfitemini domino in Cythara &c. quod facere non debet ecclesia ne videtur iudaizare.

5 Præterea, principalior est laus mẽtis, quã laus oris, sed laus mentis impeditur per laudẽ oris, ergo cãtus non sunt in diuinis laudibus adhibendi.

Sed contra dicitur in c. De hymnis. de cõsec. dist. i, vbi conc. tolet. 4. c. 12. dicit, de hymnis canendis, & saluatoris, & Apostolorũ habemus exemplũ, Nã, & ipse Dñs hymnũ dixisse phibetur, Mat. euãg. attestãte c. 24. & Hym. dicto exiuerũt in montem oliueti.

Respondeo dicendũ secundo S. Tho. in 2. 2. q. 91. art. 2. quòd laus vocalis necessaria est, vt mens prouocetur in Deũ, & ideo quæcũq; ad hoc vtilia esse possunt, in diuinas laudes congruenter assumuntur. Manifestum est autẽ, quod secundũ diuersas melodias sonorum animi hominũ diuersimode disponũtur, vt patet p philosophũ 8. Poli. & per Beothiũ in prologo musicæ, & ideo salubriter fuit institutũ, vt in diuinas laudes cantus assumeretur, vt animi infirmorũ magis prouocarentur ad deuotionem, vnde Aug. dicit in 10. confessio conducor cantandi consuetudinẽ approbare in ecclesia, vt per oblectamenta auriũ, infirmorum animus in affectũ pietatis consurgat. Et de se ipso dicit in 9. confess. fleui in hymnis, & canticis suis, suaue sonantis ecclesiæ tuæ vocibus commotus vehementer.

Ad primum, ergo dicendũ, quòd cantica spiritualia possunt dici non solũ ea, quæ interius canuntur in spiritu, sed etiã ea, quæ exterius ore cantãtur, in quantũ per huiusmodi cantica spiritualis deuotio prouocatur.

Ad secundum dicendum, quòd Hyeron. non vituperat simpliciter cantum, sed reprehendit eos, qui in ecclesia cantant more theatrico, non propter deuotionem excitandã, sed propter ostentationem, vel delectationem prouocandum. Vnde Aug. dicit. 10. confessio cum mihi accidet, vt me amplius cantus, quã res, quę canitur moueat, pænaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.

Ad tertium dicendum, quòd nobilior modus est prouocandi homines ad deuotionem per doctrinã, & prædicationem, quã per cantum, est ideo Diaconi, & prælati, quibus cõpetit per prędicationẽ, & doctrinã animos hominũ prouocare in Deum, non debent cantibus insistere, neq; per hoc à maioribus retrahantur, vnde ibidẽ Greg. dicit cõsuetudo est valde reprehensibilis, vt in Diacono ordine constituti modulamini vocis inseruiãt, quos ad prælationis officium, & eleemosinarum studium, vacare congruebat.

Ad quartum dicẽdum, quòd si philosophus dicit in octauo Pol. neq; fistulas ad disciplinã est adducẽdũ, neq; aliqd aliud artificiale organũ, puta cytharã, & si quid tale alterũ est, sed quæcunq; faciunt auditores bonos, & huiusmodi autẽ musica instrumẽta magis animũ mouent ad delectationẽ, quã per ea formetur interius bona dispositio. In ueteri autẽ testamento vsus erat taliũ instrumentorũ, tum quia populus erat magis durus, & carnalis, vnde erat p huiusmodi instrumenta prouocandus, sicut, & p prouisiones terrenas, tum etiam, quia huiusmodi instrumenta carnalia aliquid significabant.

Ad quintum dicendum, quòd per cantum, quo quis studiose ad delectationẽ vtitur abstrahitur animus à consideratione eorũ, quæ cantantur, sed si aliquis cantet propter deuotionem attentius cõsiderat quę dicit, tũ quia diutius moratur super eodẽ, tũ q̃a, vt Aug. dicit in 10. cõfessio. oẽs affectus spiritus nostri, pro suaui diuersitate, habent proprios modos in voce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur, & eadem est ratio de audientibus, & si aliquando non intelligant, quæ cantantur, intelligunt tamen propter quid cantantur, scilicet ad laudem Dei, & hoc sufficit ad deuotionem

excitandam, non tamen est in cantu aliquid lasciuum, seu imputum miscendum, habetur in concil. Trid. sess. 22. de obseruandis, & vitandis in celebratione missæ.

ARTIC. XVII.

Vtrum liceat velato capite celebrare?

1 AD decimum septimum videtur dicendum, quòd sic, quia multi orant in ecclesia cooperto capite, qui dicendi non sunt, quod peccent.

2 Præterea, illi qui cantant psalmos in choro, sępe velato cantant capite.

3 Præterea, prædicans, vel docens velato capite manet, ergo, & ille qui celebrat, cum Apostolus vtroq; posuerit orans, scilicet, aut profetans.

4 Præterea, facit de eo, qui ob capitis passionē, non posset, nisi velato capite in ecclesia orare.

Sed contra dicitur cap. Nullus. de consecr. dist. 1. vbi Zach. Papa in synodo Romana c. 13. dicit Nullus Episcopus, præsbiter, aut Diaconus, ad solemnia missarum celebranda, præsumat cū Baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere, quoniā, & Apostol 1. Cor. 11. prohibet viros velato capite orare in ecclesia, & qui temere pręsumpserit communione priuetur.

Respondeo dicendum, quòd vt inquit beatus Th. super epistolam ad Cor. cōsiderandum est, quod quilibet homo iudici assistens suam conditionem, vel dignitatem debet profiteri, & præcipue assistēs Deo, qui est omnium iudex, & Ideo, qui Deo assistunt ordinatissime, & conuenientissime se gerere debēt, secundum illud ecclesiastici .s. custodi pedem tuum ingrediens domum Domini, dupliciter autem homo assistit, vno modo humana ad Deum referens, quod quidem fit orando, secundum illud ecclesiastici ce. 38. in conspectu altissimi depręcabuntur, aperiet os suum in oratione pro delictis depręcabitur. Alio modo diuina ad homines referens, quod quidem fit annunciando alijs, quæ diuinitus sunt reuelata ad edificationē ecclesiæ, quomodo accipitur profetia, cū dicit Apostolus 1. Cor. 14. qui prophetizat ecclesiā ædificat. vnde signāter dicit apostolus. vir orans, & prophetans, his .n. duobus modis vir Deo, tāquā iudici, siue Domino assistit, pertinet autē ad dignitatē viri, vt in præfato capitulo ostēdit apostolus, velamine carere, quia in hoc ostēdit se Deo immediate subiectū, & nō habere super caput suū aliquā aliā potestatē existentē ex ordine naturæ, sicut mulier, quæ viro subiecta etiā est, & ideo, vt dicit hic apostolus vir orans, & prophetizans velato capite deturpat caput suū. s. rē incōuenientē sibi agit, sicut .n. in corpore pulchritudo dicitur cōsurgere ex debita proportione mēbrorū in conuenienti quantitate, vel colore, ita in actib. humanis dicitur pulchritudo ex debita pportione verborū, & factorū, in quibus lumē rationis splēdet, vnde etiā p oppositū intelligitur, quādo cōtra rationē aliquā agitur, & nō obseruatur debita proportio in dictis, & factis, & ita videtur, quod indecenter fit, cū quis altari, orādo, aut pronunciādo populo reuelata diuinitus, velato capite assistit, & per consequens peccat, vnde sequitur in tex. & si temere præsumpserit communione priuetur.

Ad rationes in contrariū respon. ad primā dicēdū quòd duplex est oratio vna priuata, quā, scilicet aliquis Deo offert in propria persona. Alia publica, quā quis Deo offert in persona totius ecclesiæ, vt patet in orationibus, quæ in ecclesia p sacerdotes dicūtur, & de talibus orationibus Apostolus loquitur, & ideo arg. de orationib. priuatis siue secretis nō procedit, in talibus .n. priuatis, seu secretis orationibus tectio siue coopertiō capitis seruit ad maiorem mentis quietudinem.

Ad secundam dicēdum, quòd ratio non procedit, quia psalmi nō cantantur ab vno singulariter se Deo præsentante, sed quasi à tota communitate, vt dicit S. Thom. & dominus Nicol. de Lyr. ideo conuenienter possunt cantari capite velato, quia verbū apostoli intelligitur, quādo aliquid ab vno cantatur singulariter se Deo præsentante in persona ecclesiæ.

Ad tertiam respon. quod consequentia non valet, quia ille, qui prædicat, aut docet in scholis, ex propria persona loquitur. vnde, & Apostolus ad Rom. 2. nominat euangeliū suum, scilicet propter industriā, qua vtebatur in pręedicatione euangelij, sed ille, qui sacram scripturam in ecclesia recitat, puta legendo lectionem, epistolam, uel euangelium, ex persona totius ecclesiæ loquitur.

Ad quartum dicendum, quòd necessitas nō habet legem, extra de obser. ieiu. c. consilium, & ca. quod non est. ext. de reg. iur. unde si tanta capitis passio est ut nisi uelato capite altari non possit assistere, uidetur, quod sine peccato uelato capite astare posset, maxime in loco secreto, uel ubi omnibus nota est misterij difficultas standi ad altare capite discoperto.

ARTIC. XVIII.

Vtrum fidelis ad vltus non audiens missam in die festo peccet mortaliter?

1 AD decimū octauū videtur dicendum, quòd nō, quia sicuti Deus, ita nec ecclesia ponit pręceptum de impossibili, facit c. nemo. de reg. Iur. in 6. sed multis esset impossibile, vt infirmis, peregrinantibus, ergo non omnes ad id obligantur.

Sed contra facit c. missas. de consecrat. dist. 1. ubi concil. Agat c. 47. dicit missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine pręcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non pręsumat, quod si fecerit ab ipso publice confundat.

Respondeo dicendum, quòd non audire missam die dominico potest esse peccatū mortale, aliquādo ueniale, aliquādo nullū, tūc .u. est mortale quādo fit ex cōtēptu uero, vel interpretato, vocat autē cōtēptu interpretatiuū, quādo sine causa legitima missā nō audit, & ad spectacula uadit causā legitimā uocat, quando detinetur corporali infirmitate, uel inimicorū timore, uel aliquo alio simili, quod secundū rectū iudicium excusatio legitima debeat reputari, & talis ab Episcopo debet confundi, vt in hoc cap. missas. dicitur, quod autem talis peccet mortaliter probatur per hoc, quod excommunicari debet, vt patet ea. dist. c. qui die. excomunicatio autem fieri non debet

bet nisi pro peccato mortali 3. q. 3. nemo tunc autem est peccatum veniale, cum hoc omittit non ex causa tam legitima, sed ex aliqua mentis infirmitate, sicut ex aliqua passione, vel ex pigritia, si tamẽ ad hoc non fuerit assuetus, tunc autem nullum est peccatum, cum hoc committit ex aliqua licita causa. vnde glo. super hoc cap. missas, dicit hoc præceptum esse diço, vnde contra hoc pręceptum faciunt, qui diebus Dominicis missam non audiunt, nisi necessitas aliqua cogat. hæc Hostien. est præterea, hic considerandum, quod si seculares omittentes audire missam diebus Dominicis nulla necessitate impediti peccant, multo amplius clerici, & religiosi in hoc delinquentes peccant. vnde Hu. super verbo secularibus i. laycis dicit multo fortius hoc præcipitur clericis.

DE CONSACRATIONE

DIST. II.

Continuari potest hoc pacto. Dictum est supra de celebratione missæ, verum quia tota vis eius constat in consecratione corporis Christi, merito hic agitur de hoc sacramento.

Pro declaratione huius 2. dist. plura vidẽda sũt, secundum, quòd magister proposuerit, & primo.

ARTIC. I.

Vtrum eucharistia sit sacramentum?

1 Ad primum videtur dicendum, quòd nõ ad idem .n. non debent ordinari duo sacramenta, quia vnum quòdq; est efficax ad suum effectum producendum, cum ergo ad perfectionem ordinetur confirmatio, & euchar. vt Dion. in 4. Cæl. Hierarch. videtur eucharistiam non esse sacramentum, cum confirmatio sit sacramentum c. de his. de consecr. dist. 5.

2 Præterea, in quolibet sacramento nouæ legis id, quod visibiliter subijcitur sensui, efficit inuisibilem effectum sacramenti, sed species panis, & vini non efficiunt ipsum corpus Christi verum, quod est res, & sacramentum, neque corpus Christi misticum, quod est res tantum in eucharistia, ergo videtur, quod eucharistia non sit sacramentum.

3 Præterea, sacramenta nouæ legis habentia materiam in vsu materiæ perficiuntur, sicut baptismus in ablutione, si ergo eucharistiæ, sit sacramentum perficeretur in vsu materiæ, quod patet esse falsum, quia forma huius sacramenti sunt verba, quæ in consacratione materia dicuntur, ergo eucharistia non est sacramentum.

Sed contra facit cap. primo de consecratione distinctio. 2. vbi Alex. Papa in epist. prima capitulo quarto omnibus orthodoxis dicit in sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solemnia Domino offeruntur passio Domini miscenda est & c. hoc sacramentum. de consecr. Dist. 2. vbi Aug. tract. 26. cap. 6, super Ioan. dicit, hoc sacramentum pietatis est, signum vnitatis. vinculum charitatis, & nouissime in concil. Trid. sess. 7. can. 1. ponit illud inter septem sacramenta nouæ legis à Domino Iesu Christo instituta, & S. Thom. in 3. p. q. 73. art. 1.

Respondeo dicendum, quòd eucharistia est sacramentum, quæ conclusio sic ostenditur, omne remedium ordinatum principaliter in subsidium vitæ spiritualis, sub rebus sensibilibus positum, est sacramentum, hoc patet dicit Aug. 10. de ciuitate Dei, & ponitur infra e. di. in c. sacrificium, quod sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma, sed eucharistia est remedium ordinatum principaliter in subsidium vitæ spiritualis, sub rebus sensibilibus propositum, patet, tum quia, vt dicit beatus August. vbi supra est sacrificium inuisibilis sacrificij sacramentum i. signum sacrum. Tum, quia sicut est in vita corporali, sic suo modo est in vita spirituali, gerunt enim corporalia similitudinem spiritualium, sed in vita corporali sic est, quod nõ solum requiritur generatio, per quam vita acquiritur, & augmentum, per quod ad perfectam quantitatem perducitur, sed etiam alimentum, per quod homo in vita conseruatur, ergo similiter in vita spirituali præter baptismum, qui est spiritualis regeneratio in quo vita spiritualis tribuitur, & confirmationem, per quam nobis augmentum spirituale acquiritur, opus est nutritione spirituali, per quam vita spiritualis acquisita conseruatur. hæc autem est eucharistia. secundum illud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vnde, & proponitur nobis sub speciebus sensibus pertinentibus ad nutrimentum, ergo manifeste patet, quod eucharistia, quę est spirituale alimentum, sit sacramentum.

Ad rationes in contrarium Ad primam respondetur, quòd non ad idem genus perfectionis ordinatur sacramentum eucharistiæ, & sacramentum confirmationis. Pro quo notandum S. Thom. in 3. p. q. 73. art. 1. quòd duplex est perfectio. vna est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentum, & talis perfectio cõpetit confirmationi. Alia autẽ est perfectio, quã homo consequitur ex adiunctione cibi, vel induméti, vel alterius huiusmodi, & talis perfectio cõpetit eucharistię, quę est spiritualis pfectio Ad secundã respondetur, quòd materiale elementũ nõ est causa alicuius virtutis, quæ in ipso est, nec alicuius spiritualis effectus in homine, secundũ se, sed mediante virtute, vnde aqua baptismi nõ causat aliquẽ spiritualẽ effectũ secũdũ se, sed propter virtutẽ spiritus sancti in aqua existentẽ. vnde chrysostomus dicit super illud Ioa. 5. Angelus Domini descendit secũdũ tẽpus & c. in baptizatis nõ simpliciter aqua operatur, sed cũ spiritus sancti suscipit gratiã, tunc omnia soluit sicut .n. se habet virtus spiritus sancti ad aquã baptismi. Ita se habet corpus Christi verũ ad species panis, & vini. vnde species panis, & vini nõ efficiunt aliud, nisi virtute corporis Christi veri.

Ad tertium respondetur, quòd non est simile de sacramento eucharistiæ, & de alijs sacramentis. Pro quo notandum, quòd sacramentum dicitur ex eo, quòd continet aliquid sacrum, potest enim aliquid esse sacrum dupliciter, scilicet absolutè, &

in ordine ad illud. Hęc autem eſt differẽtia inter euchariſtiã, & alia ſacramenta habentia materiã ſenſibilem, quia euchariſtia continet aliquod ſacrum abſolute, ſcilicet ipſum Chriſtum. Aqua vero baptiſmi continet aliquod ſacrum, in ordine ad aliud, ſcilicet virtutem ad ſacrificandum. Et eadem ratio eſt de chriſmate, & alijs ſenſibilibus. Et ideo ſacramentum euchariſtiæ perficitur in ipſa conſecratione materiæ, ad hominem ſanctificandum, & ſic non eſt ſimile.

ARTIC. II.

Vtrum euchariſtia ſit vnum ſacramentum, vel plura?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non ſit vnum ſacramentum, ſed plura, per textum in cap. In ſacramentorum oblationibus, de conſecr. Diſt. 2. vbi loquitur de hoc ſacramento in plurali numero.

2 Præterea facit, quòd dicitur in collecta purificent nos quæſumus Domine ſacramenta, quæ ſumpſimus, quod dicitur poſt euchariſtiæ ſumptionem.

3 Præterea, impoſſibile eſt multiplicato genere, non multiplicari ſpeciem, ſicut, quod vnus homo ſit plura animalia, ſed ſignum eſt genus ſacramenti, cum igitur in euchariſtia ſint plura ſigna, ſcilicet panis, & vini videtur conſequens eſſe, quod ſint plura ſacramenta.

4 Præterea, vnitas rei eſt ex vnitate formę, & materiæ, ſed in euchariſtia, eſt duplex materia ſcilicet panis, & vinum, & duplex forma duplici materiæ reſpondens, ergo ſequitur, quod ſint plura ſacramenta non vnum.

Sed contra facit illud, quòd in collecta dicitur hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam. Item facit cap. in ſacramento, &c. hoc ſacramentum, de conſecr. diſt. 2. vbi apparet, quod ſit vnum non plura ſacramenta Sanctus Thom. 3. p. q. 73. art. 2.

Reſpondetur, quòd euchariſtia vnum eſt ſacramentum, quæ concluſio ſic probatur, quia ſi non eſſet vnum, ſed duo, vel plura, ſequeretur, quod ſacramenta nouæ legis non eſſent tantum ſeptem, quod eſt contra doctrinam communẽ vniuerſalis eccleſiæ. Præterea, quæcunque ordinantur ad idem efficiendum, & ſignificandum pertinent ad vnum ſacramentum, ſed omnia, quæ in euchariſtia ſunt, pertinent ad idem repræſentandum, ſcilicet mortem Domini, & idem efficiendum, ſcilicet gratiam, per quã homo incorporatur corpori myſtico, quod eſt eccleſia, ergo eſt vnum tantum ſacramentum. Ad intelligendum autem, qua vnitate euchariſtia dicatur vnum ſacramentum. Eſt notandum, quod vt colligitur. 5. Metaph. vnum numero dicitur trib. modis. Primo modo ſicut indiuiſibile eſt vnum, vt punctus, & vnitas, quod neque eſt multa actu, neque potentia. Alio modo, quod eſt vnum continuitate, quod tamen eſt multa potentia, ſicut linea. Tertio modo, quod eſt perfectiue vnum, ſicut dicitur calciamentum vnum, quod habet omnes partes, quę requiruntur ad calciamentum, & hæc vnitas dicitur in omnibus illis, ad quorum integritatem aliqua exiguntur, ſicut vnus homo, vna domus. Et quia ad eſſe ſacramenti plura concurrunt, ſicut forma, & materia, & huiuſmodi, ideo ab vnitate, ſcilicet perfectionis dicitur ſacramentum vnum eſſe, quod ſic patet. Illa enim ſunt de integritate alicuius inſtrumenti, quæ requiruntur ad operationem illam, ad quam inſtrumentum deputatum eſt: hoc autem ſacramentum deputatũ eſt à Diuina inſtitutione ad cibationem ſpiritualẽ, quæ per cibationem corporalem ſignificatur, & quia cibatio corporalis duo requirit, ſcilicet aliquid per modum cibi, & aliquid per modum potus, ideo ad integritatem huius ſacramenti, ex diuina inſtitutione eſt aliquid per modum cibi, ſcilicet corpus Chriſti, & aliquid per modum potus, ſcilicet ſanguinis, & ita in euchariſtia vnum eſt ſacramentum, vnitate perfectionis reſultantis ex illis duobus. Ad rationes in contrarium.

Ad primam, & ad ſecundam ſimul reſpondetur dicendo, quòd euchariſtia dicitur plura ſacramenta in locis illius allegatis, propter pluralitatem ſignorum, ſcilicet ſpecierum panis, & vini ſub quibus, hoc ſacramentum conficitur; quæ quidem materialiter plura ſunt perfectiuè tamen vnum, quod etiam ex collecta illa apertè colligitur, in qua primò dicitur pluraliter, purificent nos quæſumus Domine ſacramenta, quæ ſumpſimus, & poſtea ſingulariter ſubditur, hoc tamen ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, ad oſtendendum, quod hoc ſacramentum quodammodo eſt multa ſimpliciter autem vnum.

Ad tertiam patet reſponſio ex dictis, quia licet panis, & vinum materialiter ſint plura ſigna, formaliter vero, & perfectiuè vnum ſunt, in quantum ex eis perficitur vna refectio.

Ad quartam, ſatis patet reſponſio ex dictis, ratio autem non probat, niſi, quòd ſacramentum ſit multa materialiter, & hoc uerum eſt, eſt autem unum perfectiuè; quia omnia multa quę ſunt in eo ordinantur ad perfectionem ſacramenti huius, quæ eſt in ſignificatione unius perfectæ ſpiritualis refectionis; unde licet in ea ſit duplex materia rei, una tamen eſt perfectiuè, & licet duplex ſit forma, ſecundum quod duplex eſt materia, unum tamen intelligitur perfectiuè, & ita ſacramentum eſt unũ perfectiuè ſicut dictum eſt.

ARTIC. III.

Vtrum conuenienter aſſignetur duplex materia huius ſacramenti?

1 AD tertium uidetur dicendum, quòd non, quia quanto aliquid eſt ſimplicius, tanto nobilius, ſed hoc ſacramentum eſt nobilius alijs, ergo ſimplicius, cum ergo alia ſacramenta tantum materiam habeant, uidetur, quod non debeat eſſe duplex materia huius ſacramenti.

2 Præterea, materia ſacramẽti debet reſpõdere ei, quòd eſt ſacramẽtũ, & res ĩ ſacramẽto, ꝗa eſt ſignũ eius

eius, Sed totum illud, quòd est res sacramentum, continetur sub specie, scilicet totus Christus, ergo panis est sola materia huius sacramenti, & sic idem, quod prius.

3 Præterea, hoc sacramentum ordinatur ad vsum fidelium, sed tantum hoc sacramentum ministratur sub vna specie, scilicet sub specie panis, immo si quis aliter hoc sacramentum populo ministraret, grauiter erraret, vt disponitur in Concil. Triden. sess. 22. cap. primo, & sequen. de communione, sub vtraque specie.

Sed contrarium dicitur in c. 4. de consecr. dist. 2. Vbi concil. Martini Bracarensis. c. 55. Non oportet aliquid aliud in sacramento offerri, præter panem & vinum & aquam, quæ in typo Christi benedicuntur; quia dum in cruce penderet de corpore eius sanguis effluxit & aqua, Hæc tria in Christo vnum sunt, & oblatio Dei in odorem suauitatis. & c. 5. ead. dist. ubi concil. 3. Cartag. c. 24. In sacramento corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aquæ mistū. Nec amplius in sacrificijs offeratur, quàm de vuis, & frumentis. S. Th. 3. p. q. 74. Artic. 1.

Respondeo dicendum, quòd conuenienter institutum est, vt duplex materia sit huius sacramenti, q̃ conclusio sic ostenditur iuxta S. Th. loco citato materia enim sacramenti debet competere, & significationi sacramenti, & vsui; & vtroque modo exigitur duplex materia in hoc sacramento. vsus enim huius sacramenti est manducatio, quæ ad sui integritatem, & cibum, & potum exigit, & ideo huius sacramenti duplex debet esse materia, vna, quæ in cibum sumitur, & alia, quæ in potum. Significatio autem sacramenti est duplex, vna, secundum quam repræsentatur præteritum; & sic hoc sacramento repræsentatur passio Christi, in qua separatus est eius sanguis à corpore, & ideo separatim in hoc sacramento offerri debet signum corporis, & signum sanguinis in duplici materia existente. Alia significatio sacramenti est de effectu per sacramentum inducendo; quia sacramenta efficiunt quod figurant; & sic cum hoc sacramentum ad salutem corporis & animæ sumatur, valet. n. vt ait Ambros. ad tuitionem animæ, & corporis, oportet, quod sub specie panis, ad significandum salutem corporis, & sub specie vini, ad significandum salutem animæ, hoc sacramentum perficiatur.

Ad rationes in contrarium respōdetur, Ad primā negando assumptum vniuersaliter: quoniam simplicitas per se non est causa nobilitatis, sed perfectio. vnde ubi pfecta bonitas in vno simplici inuenitur simplex est melius, quàm compositum, quoniam autem conuerso simplex est imperfectum, compositum vero perfectum, & tunc compositum est nobilius, quā simplex, sicut homo est nobilior terra. Et ideo hoc sacramentum, quamuis sit magis compositum alijs sacramentis, ratione materiæ; est tamen nobilius, quia est magis perfectum. Quod autem ad perfectionem eius hæc compositio exigitur, patet ex dictis.

Ad secundam dicitur, quòd quamuis totus Christus sit sub specie panis, secundum rei veritatem, nō tamen est ibi ex ui sacramenti, nisi corpus eius, vt ex dictis pater, quod venit in vsum fidelium.

Ad tertiam respondetur negando consequentiā; quia quod populo non detur hoc sacramentum sub duplici specie, sed sub vna tantum, scilicet panis, hoc non est ideo, quod hoc sacramentum in vna sola specie consistat, sed propter periculum effusionis euitandum sit, facilius. n. vna gutta sanguinis laberetur, quam aliqua particula corporis, quod periculū profecto emineret si indifferenter populo, in quo senes, & pueri, infirmi, & sani continentur, sub vtraque specie administraretur. Vnde ministris altaris secundum consuetudinem aliquorum Monasteriorum antiquorum, & etiam secundum consuetudinem quam obseruat Romanus pontifex, quando solemniter celebrat, datur participatio sanguinis, de quibus præsumitur, quod in talibus magis sint cauti. In lege etiam veteri de libaminibus nihil habeant offerentes, sed soli sacerdotes, per quæ significabatur potus huius sacramenti, de sacrificijs autem habeāt, quibus significabatur cibus huius sacramenti.

ARTIC. IIII.

Vtrum aqua sit vino permiscenda in sacramento altaris?

1 AD quartum uidetur dicendum, quòd non; quia sacrificium istud fuit figuratum per oblationem Melchisedech, qui Gen. 9. nō legitur obtulisse nisi panem, & vinum; ergo in hoc sacramento non est miscenda aqua.

2 Præterea, diuersorū sacramentorum diuersæ sunt materiæ; sed aqua est materia baptismi; ergo nō debet ad materiam assumi huius sacramenti.

3 Præterea, panis, & vinum sunt materia huius sacramenti, sed pani nihil aliud adiungitur, ergo neq; vino debet aliquid adiungi.

Sed contra faciunt iura adducta superius in artic. præcedenti & S. Thom. 3. Par. q. 74. art. 6.

Respondeo dicendum, quòd vino, quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri, sicut habetur in præsenti cap. ex authoritate beati Cipriani. Idem etiam habetur extra de celebrat. mis. cap. ult. Et hoc multiplici ratione. Primo quidem propter institutionem, probabiliter enim creditur, quod dominus hoc sacramentum instituerit in uino aqua permisto, secundum morem terræ, quia vbi vinum nunquam sine aqua bibitur, propter vini fortitudinem, licet de aqua in euangelio non fiat mentio, quia non est principalis materia in hoc sacramento; vnde Prouer. 9. dicitur bibite vinum, quod miscui vobis.

Secundo, quia conuenit repræsentationi Dominicę passionis. vnde dicit Alexand. Papa in superiori ca. Non debet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunque permistum, quia vtrunque ex latere Christi profluxisse legitur.

Tertio, quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramenti, qui est vnio populi christiani ad Christum, appositio enim aquæ ad vinum significat

gnificat vnionem membrorum ad caput, quia, vt Iul us Papa dicit in capitulo cum omnino. 1.e.d. videmus in aqua populum intelligi. In vino vero ostendi sanguinem Christi, ergo cum in calice vino aqua miscetur Christo populus adunatur. Et hæc est ratio prima, quæ tangitur in littera, cum ait beatus Cyprianus. Si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine Christo, alias sine nobis, quia designatur non in vtilitatem populi esse effusus.

Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam æternā. Vnde Ambr. dicit in lib. de sacramētis, Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.

Ad rationes incontrarium dicendum. Ad primā negatur consequentia, quia sicut Ambrosius dicit sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quæ in eremo fluxit de petra. Secundum illud 1. Cor. 10. bibebant autem de spirituali consequēte eos petra, qua re sacramētū altaris nō tantū vinum, sed & aquam debet continere. Ad secundam dicendum, quòd ratio non procedit, quia aqua ad alium vsum assumitur in sacramento baptismi, & ad alium in hoc sacramento altaris. Assumitur quidem in baptismo ad vsum ablutionis, in hoc autem sacramento assumitur ad vsum refectionis. Secundum illud Psalm. 22. super aquam refectionis educauit me.

Ad tertiam respondetur dupliciter. Vnomodo negando minorem, aqua anim pani apponitur in sua confectione, cum panis ex aqua, & farina conficiatur, & ideo etiam aqua vino miscetur, vt neutrum sine aqua existat.

Secundo respondetur, quòd argumentum non procedit, quia non est simile de pane, & vino, quia cum effectus redemptionis a capite deueniat ad mēbrum, per sanguinis effusionem magis apponitur aliquid ad significandum populi vnionem ad sanguinem, quàm ad corpus.

ARTIC. V.

Vtrum permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd sic, per c. sic in sanctificando. de consecr. Dist. 2. vbi Cyprian. libro 2. Epistola 2. dicit sic in sacrificando calice Domini offerri aqua sola non potest.

2 Præterea, significatio est de essentia sacramenti, sed aqua significat aliquid, quod est principale in hoc sacramento, scilicet vnionem corporis mystici ad caput, ergo aqua est de necessitate sacramenti.

3 Præterea, hoc sacramentum est memoriale Dominicæ passionis, sed ex latere Domini patientis nō solum fluxit sanguis, sed etiam aqua, ergo ex vino sine aqua sacramentum hoc confici non potest.

Sed contra dicitur in capitulo secundo de consecratione distinctione secunda. vbi Cyprianus in libro secundo epist. 2. dicit si quis de necessitatibus nostris ignoranter, vel simpliciter non seruauerit, vt scilicet aquam vino misceat in sacra. potest simplicitati eius venia concedi, quod non esset, si aqua fuisset de necessitate huius sacramenti Sanctus Tho. q. 74. art. 7. in 3. p.

Respondeo dicendum, quòd appositio aquæ non est de necessitate huius sacramenti, quod sic declaratur secundum Sanctum Tho. in 3. parte iam citata iudicium de signo, an sit de necessitate, & integritate sacramenti, an non, sumendum est ex eo, quod significatur per illud. Appositio autem aquæ ad vinum refertur ad significādum participationem huius sacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, quod per aquam immissam vino significatur populus adunatus Christo, vt dictum est in præcedenti articulo. Et generaliter infra ea. d. capit. cum omne. Hoc etiam, quod de latere Christi pendentis aqua fluxit ad idem refertur, quia per aquam significabatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per passionem Christi, cum ergo hoc sacramentum perficiatur in consecratione materiæ, & vsus fidelium non sit de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum, manifestum est, quod appositio aquæ non est, de necessitate sacramenti, vnde vinum sine aqua potest consecrari, sed consecrans peccat. Ad idem est Dominus Bona. in 4. ita dicens, de integritate huius sacramenti sunt quatuor. Materia, forma, ordo, & intentio consecrantis. de congruitate autem, & bene esse, sunt quæ sunt his annexa, aqua autem cum non sit aliquod horum, non est de necessitate; sed annexum est materiæ, scilicet vino, quæ adiungitur vino, & in ipsum conuertitur, & postmodum in sanguinē, & ideo est de congruitate.

Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quòd verbum Cypriani in præsenti capit. exponendum est, non potest. 1. non debet, quia illud possumus, quod de Iure possumus, & ideo quantum ad id, quod debet fieri est simile ex parte corporis, & sanguinis, non autem quantum ad id, quod fieri potest, quia aqua est de substantia panis, non autem de substantia vini.

Ad secundam dicitur, quòd aqua non significat aliquid principale in hoc sacramento, quod sit de substantia sacramenti, sed, vt dictum est, effectum, vel vsum consequentem.

Ad tertiam negatur consequentia. Et ad probationem dicitur, quod non est simile, quia, vt dicit Sanctus Thom. in 3. parte effusio sanguinis directè pertinebat ad ipsam passionem Christi. Est enim naturale corpori humano vulnerato, quod ex eo fluat sanguis, sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis, sed ad demonstrandum effectum, qui est ablutio ipsius à peccatis, & refrigerium contra peccarum concupiscentiæ, & ideo aqua non seorsum offertur à vino in hoc sacramento sicut vinum offertur seorsum a pane, sed aqua offertur vino permista vt ostendatur, quod vinum, per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam ad eius necessitatem. Aqua autem secundum quod adiungitur vino.

ART,

ARTIC. VI.

Vtrum conueniens materia huius sacramenti sit panis, & vinum.

1 AD sextum videtur dicendum, quòd non, quia hoc sacramentum perfectius debet repræsentare passionem Christi, quam sacramenta veteris legis, sed carnes animalium, quæ erant materia sacramentorum, seu sacrificiorum veteris legis expressius signant passionem Christi, quam panis, & vinum, ergo conuenientius materia huius sacramenti, magis assignarentur carnes animalium, quàm panis, & vinum.

2 Præterea, materia sacramenti oportet competere vsui sacramenti, & significationi, sed expræssius significat caro animalis alicuius carnē Christi, quam panis, quia maiorem habet conuenientiam ad ipsam, & iterum magis reficit, ergo magis debet esse materia huius sacramenti caro, quàm panis.

3 Præterea, sacramenta infirmis ministrari debent, quia medicinæ sunt, sed vinum non datur infirmis, ergo non debet esse materia huius sacramenti.

Sed contra dicitur in concil. Martini Brachar. cap. 55. ibi non oporter aliquid aliud in sacramento offerri præter panem, vinum, & aquam &c. Sanctus Thom. 3. p. q. 74. art. 1.

Respondeo dicendum, quòd conuenientissime ponitur materia huius sacramenti panis, & vinum, quæ quidem conuenientia ex multis patet, vt deducit Sanctus Thom. in 3. parte. Primo ex parte vsus sacramenti quæ est manducatio, sicut aqua sumitur in sacramento baptismi ad vsum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua. Ita panis, & vinum, quibus omnes homines reficiuntur, allumuntur in hoc sacramento ad vsum spiritualis manducationis, ut sic esset hominibus familiaris vsus huius sacramenti. Vnde Damasc. quia consuetudo est hominibus panem comedere, & vinum bibere coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus eius, & sanguinem, vt per ea, quæ sunt secundum naturam, in quibus vita conseruatur, ad ea, quæ sunt supra naturam, anima transferatur.

Secundo, ex effectus conformitate, quia sicut panis præ cæteris cibis corpus confortare, sustentare, & vegetare dicitur, vt in glo. prima ad Cor. 11. & vinum cor hominis lætificare, ita viuificum hoc sacramentum, & salutare animę, vitam spiritualem præ cæteris confortat, conseruat, atque iucundat. Tertio capitur conuenientia ex ipso ritu celebrationis. Mundius quippe ministrari potest, honestius que tractari, atque teseruari, securius hoc sacramentum sub speciebus panis, & vini, quàm sub aliarum rerum specie, quæ in cibum hominis assumuntur.

Quarto, ex similitudine ad figuram, de qua Gen. 14. habetur, quòd Melchisedech sacerdos altissimi obtulit panem, & vinum. Adimpletur, ergo antiquæ figuræ veritas in hoc, quod sub speciebus panis, & vini institutum est hoc cæleste misterium.

Quinto, ex significatione duplicis rei huius sacramenti, quia panis ex multis granis conficitur, & vinum ex multis vuis confluit, quod competit ad significandum corpus Christi verum, quod ex purissimis sanguinibus beatissimæ virginis Mariæ formatum est, & misticum, quod ex diuersis fidelibus cōstituitur, vt habet gl. super illo 1. Cor. 6. multi vnum corpus sumus. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, quia licet carnes animalium occisorum expressius repræsētent Christi passionem, quàm panis, & vinum, tamen minus competunt ad communem vsum huius sacramenti, quæ est manducatio, & ad ecclesiasticam vnitatem seruandam, quæ est effectus huius sacramēti, & ideo magis panis, & vinum ponuntur materia huius sacramenti, quàm carnes animalium.

Ad secundam respondetur negādo minorem, quoniam caro de ratione sui non dicit aliquod ordinatū in cibum, sed quandam rem naturæ, & ideo non cōpetenter significaret caro animalis carnem Christi, vt est cibus fidelium, secundum, quod in hoc sacramēto continetur, sicut panis, quia in hoc confectus est, vt sit cibus.

Ad tertium dicitur, quòd vinum, quamuis non detur infirmis, qui morbo febrili subiacent, datur tamen debilibus, vt confortentur, & similiter hoc sacramentum non est dandum his, qui sunt in febre peccati, sed ad confortationem debilium, qui à peccato liberati sunt.

Respondeti etiam potest ad idem secundum S. Thom. in 3. parte, quòd ratio non procedit, quia, & si nocumentum timeatur prouenire infirmo ex sūptione vini, non tamen est necesse, vt omnes accipiētes corpus Christi accipiant sanguinem licet per concomitantiam adsit sanguis cum corpore.

ARTIC. VII.

Vtrum requiratur ad materiam huius sacramenti, quod sit panis triticeus?

1 AD septimum videtur dicendum, quòd nō, quia magis videtur consonum ad significandum Dominicam passionem panis ordeaceus, qui est durior, de quo etiam turbas pauit in monte Ioannes 6. quàm panis triticeus, qui est delicatus.

2 Præterea, in omni aqua potest perfici sacramentū baptismi, vt nullus ex defectu materiæ à perceptione sacramenti fraudetur, ergo similiter omnis panis debet esse materia huius sacramenti, vt nullum inopia excuset.

3 Præterea, panis huius sacramenti materia est, qui ex multis granis confectus veritatem corporis mistici designat, sed hoc inuenitur in pane de alijs frumētis confecto, ergo ille panis potest esse materia huius sacramenti.

Sed contra dicitur in c. in sacramento. de consecr. dist. 2. vbi Concil. Cartag. 3. c. 24. dicit. Nec amplius in sactificijs offeratur, quàm de vuis, & frumentis, cum superius dixerit nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum &c. S. Thom. 3. p. q. 74. art. 3.

Respondeo dicendum, quia propria materia hui⁹ sacramenti, est panis triticeus, quod multiplici ratio

ne ostenditur. Primo, ex institutione Christi. Nam ipse hoc pane confecisse creditur, vt habetur in concilio Cartaginensi, vt in cap. isto habetur expræsse.

Secundo, ex effectu, quia panis triticeus melius cæteris nutrimentum præstat, vnde panis triticeus est præcipuus cibus ad humani corporis nutrimentũ vnde propter excellentiam, & nobilitatem sui effectus, panis triticeus conuenientius significat excellẽtiam gratiæ, quæ in hoc sacramento confertur.

Tertio, ex vsu sacramenti, quia ad usum sacramẽtorum sumitur materia, qua communius homines vtuntur, panis autem triticeus est, qui communius in vsum cibi venit. Alij autem panes non videtur esse introducti, nisi propter defectum tritici, vnde panis simpliciter dictus, intelligitur de tritico, sicut oleum de oliuis; vnde maxime conuenit huic sacramento, cuius vsus est in manducando, vt supra dictum est.

Quarto, sumitur ratio ex parte rei contentę, quæ est Christus, qui se grano frumẽti comparauit, Ioan. 12. vbi ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c. super quo dicit Aug. cum sint multa grana seminum, nulli se Christus comparat, nisi frumento, ex quo mos cæpit ecclesię de solo hoc grano corpus. Christi confici.

Quinto, sumitur ratio ex conuenientia veritatis cum figura. Omnia enim genera panum oblatorum in lege, quibus significatum fuit illud sacramentum, erant de tritico, vnde Exo. 29. panes azimos, & crustulam absque fermento, quæ aspersa sint oleo, lagana quoque azima oleo lita, de simila triticea cuncta facies.

Ad rationes in contrarium dicendum est. Ad primam respondetur secundum S. Thom. in 4 quòd in passione Christi non fuit aliqua duricia ex parte spiritus, qui patiebatur, sed summa benignitas. Et quia hostia panis significat, & continet ipsum Christum, ideo non ita competit huic sacramento panis ordeaceus, vel alterius modi, sicut panis triticeus, qui est delicatior, & suauior. Præterea licet panis ordeaceus aliquo modo repręsentet corpus Christi verũ, & mysticum, non tamen ita expræssè, sicut panis triticeus, & maximè in quantum Christus cibus est, & ideo ratio non procedit.

Ad secundam dicendum, quòd non est similis ratio de materia baptismi, & huius sacramenti, propter duo.

Primo, quia omnis aqua est eiusdem speciei secũdum philosophum, & ideo non differt in quacunque aqua, dummodo naturalis sit, baptismus fiat. Sed ita non omnia grana ex quibus consueuit panis confici sunt eiusdem speciei. Secundo, quia sacramentum hoc, scilicet eucharistię non est sacramentũ tantæ necessitatis, sicut est sacramentum baptismi.

Ad tertiam dicendum, quòd illud, quod obiectio tangit est causa quare ex pane fit hoc sacramentum, non autem quare ex tali pane. Sed hanc oportet superaddere, sicut proprium ad commune, cuius iam multiplex ratio assignata est in corpore quæstionis quare &c.

ARTIC. VIII.

Vtrum sacramenti huius materia sit uinum uitis?

1 AD octauum videtur dicendum, quòd non, quia sicut aqua est materia baptismi, sic vinum est materia huius sacramenti; sed in qualibet aqua potest fieri baptismus; ergo, & in quolibet uino; puta malorum granatorũ, vel mororum, & huiusmodi potest confici hoc sacramentum.

2 Præterea, in aliquibus terris non sunt uites, nec facile vinum ad eos portari potest; ergo debuit à diuina prouidentia prouideri, vt aliquis alius liquor loco vini possit assumi.

Sed contra facit textus supra in art. proximo adductus; item facit ratio, sicut Dominus se comparauit grano frumenti Ioan. 12. Ita se comparauit viti Ioan. 15. Ego sum vitis vera. ergo sicut in hoc sacramento non debet assumi, nisi panis de tritico, ita nec vinum, nisi de vite. Sanctus Thomas tertia par. quæst. 74. art. 5.

Respondeo dicendum, quòd ex solo vino vitis potest confici hoc sacramentum, pro quo inducuntur tres rationes, a S. Thom. in tertia par. propter institutionem, videlicet Christi, qui in vino vitis hoc sacramẽtum instituit, vt patet ex eo, quod ipse dicit Luc. 22. circa institutionem huius sacramenti, amodo non bibam de hoc genimine vitis &c.

Secundo, ad materiam sacramentorum assumendum est id, quòd propriè & communiter habet talem speciem; tale enim magis deseruit significationi sacramenti; proprie autem vinum dicitur, quod de vite sumitur. Alij autem liquores vinum dicuntur, secundum quandam similitudinem ad vinum vitis.

Tertio, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia; vnde scriptum est in Psal. 103. quod vinum lætificat cor hominis. Et Ecclesi. 31. vinum in iocunditate creatum est. Et in eodem exultatio, est animæ & corporis uinum moderatę potatum. Concordant omnes doctores theologi.

Ad rationes in contrarium dicendum. Ad primã, quòd non est simile, quia omnis aqua est eiusdem speciei, sed non est sic de vino; vnde aliqui liquores non dicuntur proprie vinum; sed secundum aliquã similitudinem ad verum vinum; vt dictum est.

Ad secundam dicendum, quòd non est aliqua terra, ad quam non possit tantum de vino portari, quantum sufficit ad celebrandum; vnde ratio illa non cogit.

ARTIC. IX.

Vtrum sacramentum Eucharistiæ sit maius cæteris sacrificijs?

1 AD nonum videtur dicendum, quòd non; quia bonum commune potius est, quàm bonum vnius. 1. Ethic. at matrimonium ordinatur ad bonum commune speciei humanæ per viã

generatio-

generationis; ſacramentum autem Euchariſtiæ ordinatur ad bonum proprium ſumentis; ergo non eſt potiſſimum ſacramentorum.

3 Preterea, digniora ſacramenta eſſe videntur, quæ per maiorem miniſtrum conferuntur, ſed ſacramenta confirmationis, & ordinis; conferuntur per maiorem, nempe per Epiſcopum ergo & &c.

3 Præterea, illud videtur potius, ex quo alia dependent, non è conuerſo, ſed ex baptiſmo dependet Euchariſtia; non enim quis accipere poteſt Euchariſtiã, niſi prius fuerit baptizatus, ergo baptiſmus eſt maius Euchariſtia.

Sed contra dicitur in cap. Nihil in ſacrificijs. de conſecr. diſt. 2. vbi Alex. Papa quintus à Petro in epiſt. 1. dicit, Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus, & ſanguis Chriſti; nec illa oblatio hac potior eſt. Sed hæc omnes præcellit, quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda eſt, atque ab omnibus veneranda; & ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli, & uenerari debet.

Reſpondeo dicendum, quòd hoc ſacramentum Euchariſtiæ ſimpliciter maius eſt omnibus alijs ſacramentis, quod multiplici ratione oſtenditur.

Primo quidem, excellentia, & nobilitate rerum cõſentarum in eo; continet enim in ſe nobiliora in omni genere entis, & illud, quod eſt nobiliſſimum in fine nobilitatis; continet autem Chriſtum, in quo tres ſubſtantiæ concurrunt, ſcilicet caro, anima rationalis, & Deitas corpus autem Chriſti, de puriſſimis ſacratiſſimæ virginis ſanguinibus, ſpiritus ſancti manibus formatum, atque ipſi Deitati coniunctum omni corpore nobilius eſt, atque perfectius. Anima vero Chriſti diuinis ſplendoribus candidata, omni ſapientia & virtute pleniſſima, vt pura, cui non eſt datus in donis & virtutibus ſpiritus ad menſuram, Io. 6. omnem intellectualem creaturam nobilitate tranſcendit & perfectione, Deitas vero fons & origo omnis boni, quæ ex inſeparabili unione ad naturam aſſumptam, in hoc ſacramento veraciter ex concomitantia continetur; in infinitum nobilitate, & perfectione rebus ſuperemanet vniuerſis; de quo Propheta in Pſal. 144. Magnus Dominus, & laudabilis nimis; & magnitudinis eius non eſt finis.

Secundo, excellentia huius ſacramenti ſuper alia ſacramenta, colligitur ex plenitudine ſanctitatis; continetur enim in hoc ſacramẽto realiter ipſe Chriſtus ſanctus ſanctorum; vtpote in quo, iuxta Apoſtolum, habitat plenitudo diuinitatis corporaliter; ideſt veraciter ad Colo. 2. In alijs autem ſacramentis continetur quædam virtus ſanctificatiua inſtrumentalis deriuata à Chriſto. Cum autem ſemper, quod eſt per eſſentiam tale, potius ſit eo, quòd eſt tale per participationem, manifeſtè patet, hoc ſacramentum potiſſimum eſſe omnium ſacramentorum.

Tertio, hoc apparet ex ordine ſacramentorum ad inuicem. Nam omnia ſacramenta videntur ordinari ad hoc ſacramentum, tanquam ad finem, vt dicit S. Thom. in 3. pa. q. 55. art. 3. Hinc beatus Dioni. c. 3. eccleſiaſticæ hierarchiæ dicit, quòd non conuenit, aliquem perfici perfectione hierarchica, niſi per diuiniſſimam euchariſtiam.

Quarto, excellentia nobilitatis huius ſacramenti ſuper alia, apparet ex ritu ipſorum ſacramentorum. Nam ferè omnia ſacramenta conſumantur in euchariſtia, vt dicit Dyon. 3. cap. eccleſiaſticæ hierarchiç, ſicut patet, quod ordinati communicant, & etiam baptizati ſi ſint ad vlti.

Quinto, hoc apparet ex ſingularitate, & ſublimitate miraculorum, quibus ſplendet hoc ſacramentũ præ cęteris. Tantis enim, & tot hoc admirabile ſacramentum fulget miraculis, vt humana intelligentia omnium obtundatur, tanto ſplendore maieſtatis deficiunt omnes ſenſus in eo. Tactus quidem in cõtractione, in contemplatione uiſus, in ſapore guſtus, olfactus in odore, ſolus quidem auditus fide Chriſti inſtructus percipit veritatem.

Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. Ad primam reſpondetur, ſecundum Sant. Thom. in 3. par. quòd matrimonium ordinatur ad bonum commune corporaliter, ſed bonum commune ſpirituale totius eccleſiæ continetur ſubſtantialiter in ipſo euchariſtię ſacramento, quare nobilius eſt, quàm ſacramentum matrimonij.

Ad ſecundam dicendum, quòd aſſumptum non eſt verum, ſimpliciter, quia, vt dictum eſt, dignitas magis accipienda eſt ex parte rei contentæ, quàm ex parte miniſtri, vnde nihil prohibet aliqua ſacramenta ſecundum quid, vt puta miniſtri, eſſe digniora ſacramento. euchariſtiæ, vt puta confirmationis, & ordinis ſacramenta, quibus tamen ipſum euchariſtiæ ſacramentum ſimpliciter dignius eſt, quia vero per ordinem, & confirmationem deputantur fideles Chriſti ad aliqua ſpecialia officia, quod pertinet ad officium, ideo tradere huiuſmodi ſacramenta pertinet ad ſolum Epiſcopum, qui eſt quaſi princeps in eccleſia: per ſacramentum vero euchariſtiæ non deputatur homo ad aliquod officium, ſed magis hoc ſacramentum, vt inquit S. Thom. in 3. parte, eſt finis omnium ſacramentorum, vt dictum eſt.

Ad tertiam, dicendum eſt negando conſequentiã, quòd cum character ſacerdotalis ſit quædam participatio ſacerdotij Chriſti, & hoc ſacramentum contineat ipſum Chriſtum, multo dignius eſt hoc ſacramentum, quàm ſacramenta imprimentia Chriſti characterem.

Ad quartam dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte ſiue ratione neceſſitatis, qua baptiſma eſt maius cæteris ſacramentis, cum ſine eo nemo ſaluari poſſit. Iuſta illud Ioannis 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei Et infra 4. capitulo firmiſſime tene, &c. nulli, & ita ex hac parte baptiſmus potiſſimum eſt ſacramentorum, ſicut ordo, & confirmatio habent quandam eminentiam ex parte miniſtri, vt dictum eſt. Et matrimonium ratione ſignificationis. Nihil enim prohibet aliquid eſſe ſecundum quid dignius, quod tamen non eſt dignius ſimpliciter.

ARTIC. X.

Vtrum ſumptio ſacramenti altaris ſit de neceſſitate ſalutis?

1 AD decimum videtur dicendum, quòd ſic per cap. peracta, de conſecr. Diſt. 2. vbi Anach. Papa

Papa epist. 1. dicit, Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. dicit enim Ioan. 6. Nisi manducaueritis & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

2 Præterea, hoc sacramentum est quodam spirituale alimentum; sed alimentum corporale est de necessitate corporis salutis; ergo etiam hoc sacramentum est de necessitate salutis spiritualis.

3 Præterea, sicut baptismus est sacramentum. Dominicæ Passionis, sine quo non est salus, ita etiam & Eucharistia 1. Cor. 11. quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibentis, mortem annunciabitis donec veniat.

Sed contra facit, quod dicit August. ad Bonifac. contra Pelagianes lib. 4. cap. 12. vol. 7. Nec id cogitetis paruulos vitam habere non posse, qui sunt expertes corporis, & sanguinis Christi.

Præterea, facit ratio; quia illud, sine quo potest haberi gratia, non est de necessitate salutis; sed sine sumptione huius sacramenti potest haberi gratia, immo debita sumptio huius sacramenti præsupponit gratiam in suscipiente; ergo eius susceptio non est de necessitate salutis.

Præterea, pueri baptizati moriuntur ante sumptionem huius sacramenti, & non damnantur; damnarentur autem, si hoc sacramentum esset de necessitate salutis. ergo &c. Sanctus Thom. 3. par. quæst. 73. artic. 3.

Respondeo dicendum, quòd aliquod sacramentum potest esse necessariũ simpliciter, & dupliciter; vt ait dominus Duran. in 4. Vno modo ratione sui. Alio modo ratione præcepti; ratione sui, quando scilicet effectus est ad salutem necessarius. Sic dicendum de sacramentis est, quod quædam sunt de necessitate salutis, quantum ad communitatem, ita scilicet ab aliquo vel aliquibus de communitate suscipiantur, non autem à qualibet persona; & talia sunt ordo, & matrimonium; quod patet, quia effectum cuiuslibet eorum necessarius est communitati. Nam sine ordine non esset in communitate, qui ministraret sacramenta, quę sunt de necessitate salutis, saltem pęnitentiæ sacramentum in his, qui lapsi sunt in peccato mortali. Sine matrimonio etiam non maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus, nisi per matrimonium aliqui generarentur educandi ad cultum diuinum; quia tamẽ pro communitate ad hos actus sufficiunt aliqui; ideo non quælibet persona ad hoc sacramentum obligatur, nisi in casu, in quo tota communitas deficeret, nisi persona suppleret. Alia sunt sacramenta necessitatis, quæ respiciunt, personam singularem, & de numero horum est baptismus, & pęnitentia, hæc sunt necessaria. Baptismus quidem ad omnes, pænitentia vero, quoad lapsos in peccatũ mortali; & huius ratio est, quia illa sacramenta, sunt de necessitate salutis, quo ad quamlibet personam, quæ ordinantur ad tollendum defectum in compassibilem saluti; sed baptismus, & pænitentia sunt huiusmodi. Baptismus quidem, quo ad omnes propter peccatum originale, quia omnes nascimur filij iræ. ad Eph. 2. & ad hoc tollendum ordinatur baptismus. Pænitentia uero necessaria est ad salutem his, qui lapsi sunt in peccatum mortale, quod est incompassibile saluti; ergo hæc sacramenta scilicet baptismus, & pænitentia sunt de necessitate salutis; ita scilicet vt actu suscipiantur, vel saltem voto, quando susceptionem eorum impedit articulus necessitatis. Alia vero sunt sacramenta de necessitate salutis ratione præcepti, scilicet Eucharistia, & extrema vnctio.

Primo quidem ratione præcepti diuini; quia cũ sacramenta instituta sint propter salutem viatorum, non videtur, quòd absque contemptu homo uiator talia totaliter possit dimittere, habita copia ministri ea conferri uolentis, & ualentis; vnde qui talia non recipit, scilicet Eucharistiam & extremam vnctioné, quando probabiliter immineret exitus de statu viatorum & ecclesię militantis, videtur contemnere pręceptum diuinum; & propter hanc causam dicitur confirmatio esse de necessitate salutis, quando immineret casus confitendi nomen Christi coram persecutore; quia qui tunc non recipit sacramentum confirmationis, habita copia conferentis, cum pro tunc indigeat effectu eius, videtur esse contemptor sacramenti; quod est contrarium saluti; patet ergo, quod Eucharistia non est de necessitate salutis, ratione sui, quasi effectus eius sit necessarius ad salutem, quia effectus eius est consumatio in bono, & in gratia; quod pertinet ad perfectionem magis, quàm ad necessitatem. Est autem de necessitate salutis, ratione præcepti diuini; & iterum ratione præcepti ecclesiæ, quæ statuit, quòd saltem semel in anno sumatur in paschate. Nisi dimittat christianus de consilio sacerdotis ob causam rationalem. Alioqui viuus debet excommunicari, & moriens debet priuari ecclesiastica sepultura, nisi pœniteat; vt habetur extra de pæn. & re. c. omnis vtriusque sexus.

Ad rationes dicendum. Ad primam respondendũ est dupliciter. Primo, quòd authoritas illa Ioan. sexto, intelligitur de manducatione spirituali sine qua non potest esse salus.

Secundo respondetur, quod si intelligatur de manducatione sacramentali, tunc conceditur, quod sit necessaria sumptio huius sacramenti non ratione sui, sed ratione præcepti, sicut dictum est.

Ad secundam respondetur, quòd non est simile de alimento spirituali, & corporali: vnde, sm S. Th. in 3. par. hæc est differentia inter alimentum spirituale & corporale, quod alimentum corporale conuertitur in substantiam eius, qui nutritur, & ideo non potest ualere ad vitæ conseruationem alimentum corporale, nisi realiter sumatur; sed alimentum spirituale conuertit hominem in se ipsum, secundum illud quod Aug. dicit in lib. confess. quod quasi audiuit vocem Christi dicentis. Nec tu me mutabis in te, sicut cibus carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Potest autem quis in Christum mutari, & ei incorporari voto mentis, etiam sine huius sacramenti perceptione, & ideo non est simile.

Ad tertiam respondetur negando consequentiã, quoniam non eodem modo baptismus, & eucharistia dicuntur sacramenta passionis Christi, quoniam baptismus est matrimonium passionis, prout homo regeneratur virtute passionis eius & ita pertinet ad

initium

initium vitæ spiritualis. Eucharistia autem est sacramentum passionis Christi, prout homo perficitur in vnione ad Christum passum, vnde sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quæ est fundamentum spiritualis vitæ, ita eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quæ est vinculum perfectionis, vt dicitur ad Colos. 3. quare eucharistia non habet illam rationem necessitatis, quam habet baptismus.

ARTIC. XI.

Vtrum sacerdos consecrans possit licite à communione abstinere.

1 AD vndecimum videtur dicendum, quòd sic, quia in alijs sacramentis, qui consecrat materiam non vtitur ea, sicuti Episcopus consecrans chrisma non linitur eodem, sed hoc sacramentum consistit in consecratione materiæ, ergo necessario eo vti non debet.

2 Præterea in alijs sacramentis minister non præbet sibi ipsi sacramentum, ergo eadem ratione, nec istud dispensabitur sibi ipsi.

3 Præterea, vbi est maior necessitas ibi secundum ordinem charitatis, est magis subueniendum, sed potest contingere, quod post quam sacerdos consecrauerit alter indigeat eo sacramento, ergo illi, & non sibi ipsi dandum erit, vt puta, si tunc aliquis esset in periculo mortis constitutus.

Sed contra dicitur in c. Relatum. de consecr. Dist. 2. vbi concil. Tol. 12. c. 5. ibi certum est, quòd hi, qui sacrificantes non edunt, rei sunt Dominici sacramenti, & infra, ergo modis omnibus est tenendum, vt quotiescunq; sacrificans corpus, & sanguinem Iesu Christi Domini nostri in altario imolat toties perceptionis corporis, & sanguinis Christi participem se præbeat.

Respondeo dicendum, quòd semper ille, qui consecrat debet sumere corpus, & sanguinem Christi nisi impediatur, vel per violentiam, vel mortem, vel per infirmitatem, vel aliquid huiusmodi. Cuius ratio sumitur ex hoc, secundum S. Thom. in 3. parte, & intentione literæ præsentis c. eucharistia enim non solum est sacramentum, sed etiam sacrificium, quicunq; autē sacrificium offert debet fieri sacrificij particeps, quia exterius sacrificium, quod offert signum est interioris sacrificij, quo quis se ipsum offert Deo, vt Augustinus dicit 10. de ciuit. Dei, vnde per hoc, quod participat sacrificio ostendit se ad sacrificium interius pertinere. Similiter etiam per hoc, quod sacrificium populo dispensat, ostendit se esse dispensatorem Diuinorum populo, quorum ipse primo debet esse particeps, sicut Dion. dicit in lib. ecclesiasticæ hierarchiæ, & ideo ipse ante sumere debet, quam populo dispenset, vnde in præsenti cap. legitur, qua le est sacrilicium tui, nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur, per hoc autem fit particeps, quod de sacrificio sumit, secundum illud Apostoli 1. ad Col. 10. Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris, & ideo necesse est, quòd sacerdos, quoriescunque consecrat, sumat sacramentum integre.

Ad rationes, Ad primam dicendum, quòd consecratio chrismatis, vel cuiuscunque alterius materiæ, non est sacrificium, sicut consecratio eucharistiæ, & ideo non est similis ratio.

Ad secundum respon. quòd sacramentum baptismi perficitur in ipso vsu materiæ, & ideo nullus potest baptizare se ipsum, quia in sacramento non potest esse idem agens, & patiens, vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat se ipsum, sed panem, & vinum, in qua consecratione conficitur hoc sacramentum, & ideo non est simile.

Ad tertium respon. quòd in tali casu non oportet, quòd sacerdos communionem intermittat, sed potest dare infirmo petente partem hostiæ consecratæ

ARTIC. XII.

Vtrum liceat sumere hoc sacramentum sub vtraq; specie?

1 AD duodecimum respondeo dicendū, quòd clerici conficientes tenentur sumere sub vtraque specie c. comperimus. de consecrat. dist. 2. vbi Gelasius Papa dicit Cōperimus autē, quod quidam, sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacri cruoris abstineant, qui procul dubio (quoniam nescio qua superstitione docentur ad stringi) aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnius eiusdemq; mysterij, sine grandi sacrilegio, non potest prouenire.

Quo vero ad laycos, non decet eos sub vtraq; specie sumere, vt dixi in summa omnium hæresum ver. eucharistia in versic. 11. & habetur in concilio Trid. sess. 21. Can. 1.

ARTIC. XIII.

Vtrum liceat singulis diebus hoc sacramentum frequentare?

1 AD decimum tertium videtur dicendum, quòd singulis diebus sit communicandum, docuit enim nos Dominus quotidie orare, & petere panem super substantialem, & alius euangelista appellat illum panem quotidianum, & Amb. dicit, panis iste quotidianus, est accipe, quod tibi prosit, ergo videtur, quod quotidie sit communicandum.

2 Præterea, facit exempl. primitiuæ ecclesiæ, dicitur enim Act. 4. quotidie communicabant fideles, ergo, & nos quotidie sumere debeamus.

3 Præterea, hoc sacramentum est in remissionem venialium, ergo debeo semper accipere, quia semper pecco. capit. si quotiescunque. de consecratione Dist. 2.

4 Præterea isto sacramento excitatur feruor charitatis, quo homo Christo vnitur, sed hoc expedit, quod quotidie fiat, ergo quotidie est communicandum.

Sed contra facit c. quotidie. de consecr. dist. 2. vbi Aug. de Eccl. dogm. ca. 53. dicit Quotidie eucharistiæ communionem percipere nec laudo, neque vitupero.

Respondeo

Respondeo dicendum cum S. Thom. in 3. parte q. 8 n art. 10. quòd circa vsum huius sacramenti, duo veniunt consideranda, vnum quidem ex parte ipsius sacramenti, cuius virtus est hominibus salutaris, ex qua parte nulli dubium est, quin vtile sit continue ipsum suscipere, vt homo eius fructum continue percipiat. Et iden Ambro. ait in libro de sacramentis, & iam dictum est, si quoties effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo sẽper accipere, quia semper pecco. Et iterum iste panis quotidianus est, accipe quotidie, quod tibi prosit. Secundum, quòd est considerandum circa vsũ huius sacramenti. Ex parte sumentis, videlicet, quod cum summa reuerentia ad sacramentum accedat, & ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum, inuenerit, laudabile est, quod quotidie sumat, vnde Ambrosius, cum dixisset accipe quotidie, quod tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Et quia multoties in pluribus hominibus multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem, vel animæ, vtile omnibus hominibus non est hoc sacramentum quotidie accipere, sed quotiescunque se homo ad aliud paratum inuenit vnde Aug. in libro de ecclesiasticis dogmatib. & habetur in c. præsenti, quotidie eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero: pertinet ergo ad reuerentiam huius sacramenti, vt inquit Sanctus Thom. & quod quotidie sumatur, & quod aliquando abstineatur, vnde si quis experimentaliter cognosceret ex quotidiana assumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiam non minui, talis non differat quotidie communicare. Si autem sentiret per quotidianam frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere, vt cum maiori reuerentia post modum accederet. Quare videtur vnusquisque, quantum ad hoc, suo iudicio relinquendus, vnde Augu. dicit in littera præsenti, licet dixerit quispiam non continue accipiendam eucharistiam, alius affirmat continue accipiendam, faciat vnusquisque, quod secundum fidem suã pie credit esse faciendum, nec enim litigauerunt inter se Zacheus, & ille Centurio, cum aliter illorum gaudens suscipit Dominum, aliter dixit non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorẽ glorificantes, quamuis non eodem modo, amor autem, & spes, & quæ nos semper scriptura prouocat præferuntur timori. vnde etiam cum dixit Petrus, exi à me domine quoniam peccator homo ego sum. Respondit Iesus. noli timere. His habitis, patet responsio ad rationes, quoniam illæ procedunt de præparatis digne ad susceptionem huius sacramenti, talis enim vtiliter possunt frequentare hoc sacramentum, sicut faciebant, qui erant in primitiua ecclesia propter eorum singularem sanctitatem, verum, quia huiusmodi debita præparatio iam in paucis esse videatur, paucis, his diebus, videtur vtile quotidie accedere ad sacramentum hoc.

ARTIC. XIIII.

Vtrum virtute huius sacramenti peccata venialia dimittantur?

1 AD decimum quartũ videtur dicendum, quòd non, quia hoc dicitur sacramentũ charitatis c. hoc est. de consecr. dist. 2. Sed peccata venialia non contradicunt charitati, cum contrarium tollatur per suum contrarium c. t. de reg. iur. ergo videtur, quod peccata venialia per hoc sacramentum non tollantur.

2 Præterea, si peccata venialia remitterentur, frequenter homo esset sine peccato, etiam veniali, contra illud, quod dicitur 1. Ioan. 1. si dixerimus, quia peccatum non habemus nosmet ipsos seducimus.

3 Præterea, aut quis accedit contritus, aut non, si contritus, ergo est ei remissa culpa, ergo nullum habet effectum eucharistia super venialibus.

Sed contra dicitur in cap. si quotiescunque. de cõsecr. dist. 2. vbi Amb. lib. 4. de sacram. ca. ult. si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionẽ peccatorum effunditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur, qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

Respondeo dicendum, quòd virtute huius sacramenti deleantur venialia indignè suscipiente. Pro quo notandum, quod in hoc sacramento, duo possunt considerari, scilicet ipsum sacramentum, & res sacramenti, & ex vtroq; apparet, vt dicitur à S. Tho. in 3. parte q. 79. art. 4. quòd hoc sacramentum habet virtutem ad remissionem venialium peccatorum Nam hoc sacramentum sumitur sub specie cibi nutrientis: nutrimentum autem cibi necessarium est corpori ad restaurandum id, quod deperditur ex caloris naturalis concupiscentia. spiritualiter autem quotidie in nobis aliquid deperditur, ex calore concupiscentiæ per peccata venialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, & ideo competit huic sacramento, vt remittat peccata venialia, vnde, & Ambros. dicit in lib. de sacramentis, quod iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Res autem huius sacramenti est charitas, non solum quã tum ad habitum, sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc sacramento per quod peccata venialia soluuntur, vnde manifestum est, quod virtute huius sacramenti remittuntur peccata venialia.

Dicendum est, ergo ad rationes. Ad primam respondetur, quòd peccata venialia, & si non contrariantur charitati quantum ad habitum, contrariantur tamen ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum, ratione cuius peccata venialia tolluntur.

Ad secundam dicendum, quod tantus potest esse deuotionis feruor, quòd omnia peccata delet. Nec est inconueniens, quod aliqua hora homo sit absque peccato veniali, quamuis hoc diu durare non possit, propter difficultatem vitandi peccata venialia, vnde S. Thom. dicit, quòd illud verbum Ioan. non est intelligendum, quin aliqua hora homo possit esse absque reatu peccati venialis, sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.

Secundo respondetur, quod non oportet, quòd hoc sacramentum omnia peccata venialia deleat, sed secundum mensuram deuotionis, quia non est proximus effectus eius deletio venialium, sed ex consequẽti, sequitur enim feruorem charitatis excitatum in hoc sacramento.

Ad tertium dicendum, quod ratio non procedit, & si

& si accedat homo contritus ad hoc sacramẽtum, nõ sequitur, quod accedat sine omni culpa, quia cum gratia contritionis bene stat peccatum veniale, cum non opponantur ad inuicem.

ARTIC. XV.

Vtrum coitus coniugalis impediat huius sacramenti sumptionem?

1 AD decimum quintum videtur dicendum, quòd non, quia vt dicit Greg. in epist. ad Aug. Angl. episc. dicens si quis sua coniuge, non cupidine voluptatis captus, sed tantũ creãdorum liberorũ gratia vtitur, ille profectò se ingressu ecclesiæ de sum endo dominici corporis, & sanguinis misterio, suo est iudicio relinquendus, quia à nobis non debet prohiberi accipere, qui in igne positus nescit ardere.

2 Præterea, si hoc impediret sequerentur perplexitas, nam si peteretur debitum, constat, quòd tenetur soluere omni die, & tamen dicitur modo, quod est inconueniens.

Sed contra dicitur in c. omnis homo. de consecra. dist. 2. vbi concil. Eleberit. dicit omnis homo ante sacram communionem à propria vxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus, nec inter catholicos connumerabitur, qui in istis, videlicet tẽporibus pascha, pentecostes, & natali Domini non communicauerit.

Respondeo dicendum, cum S. Thom. in tertia parte q. 80. art. 7. quòd coitus coniugalis, sit sine peccato, puta quando non causa libidinis, sed causa prolis generandæ, aut fit causa debitum reddendi, non necessario impedit accessum ad communionem, licet bene de honestate, sicut de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato dicitur, scilicet propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem, ratione, cuius Hier. dicit super Matt. Si panes propositionis ab his, qui vxores tetigerant comedi nõ poterant, quanto magis panis, qui de cœlo descendit non potest ab his qui in coniugalibus paulo ante ad hæserunt amplexibus violari, atque contingi non quòd nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo carnes agni mãducaturi sumus vacare a carnalib. operibus debeamus, vt supra 33. q. 4. cap. sciatis, Sed quia hoc secundum congruitatem, & non secũdum necessitatem intelligendum est Gre. dicit, quòd talis est suo Iudicio relinquendus: si uero non amor procreandæ prolis, sed voluptas dominatur in opere, vt ibidem Greg. subdit, tunc prohiberi debet ne accedat ad hoc sacramentum, quia licet, vt dicit Petrus de palude, solum veniale, aut sola pollutio non impediat, vtrumq; tamen simul impedit, vnde, & sacerdotes in lege veteri in hebdomada sua, quando ministrabant, ab vxoribus abstinebant, nec licebat comedere panes sanctos, nisi mundis à mulieribus, multo minus in hoc sacramentum sanctum, tamen non est peccatum mortale, sicut nec illud erat mortale. concordat Albertus Magnus in quarto sic dicẽs puto, quod sic sit faciendum, sicut concilium Eliberitanum dicit in præsenti c. Si tamen alter coniugum inueniatur debitum reddere coactus, & non expetere, & hoc frequenter facere eo, quod alter etiam illo tempore non vult abstinere, ego communicare concederem illi, qui reddit inuitus, & alteri non, qui extorquet debitum, quando non est extorquendum, quia constat, quòd etiam illo tempore reddere tenetur, si probabiliter timet de incontinentia alterius. Concordat etiam Magister Alexander de Ales, qui in quarto ita dicit, quòd si cognoscat aliquis vxorem propriam, non causa libidinis adimplendæ, sed causa soluendi debitum postulatum ab vxore, bene licet illum cum reuerentia, timore & pænitentia accedere ad communionem diebus statutis ab ecclesia, & ad illud, quod inquit capitulum præsens, quod omnis homo à sacta cõmunione &c. dicit, quod intelligendum est, quantum est in se, vt non exigat, exactus tamen reddere debet, etiam si intendat communicare. Concordat etiam Dominus Bonauentura in 4. dist. 12. dicẽs. Si autem coniungitur vir vxori solum reddendo debitum, credo, quod non debeat retrahi, nisi de congruo, vel etiam causa prolis, & hoc dicit Gregorius. hæc ille. Et per hoc patet responsio ad rationes in oppositum.

ARTIC. XVI.

Vtrum existens in peccato mortali, si sumat hoc sacramentum, peccet mortaliter?

1 AD decimum sextũ videtur dicendum, quòd non, quia maximis bonis nullus male vtitur, vt inquit Aug. de lib. arb. sed corpus Christi est huiusmodi, ergo &c.

2 Præterea, infirmus non minus eget medicina, quàm medicus, sed Christus in propria specie veniens, vt medicus, non refugit peccatorum consortia, quia sicut dicit ipse Luc. 9. non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent, ergo cum Christus subsacramento proponatur, vt medicina non debet peccatoribus subtrahi.

3 Præterea, nullus peccat faciendo id, ad quòd tenetur, sed peccator ex præcepto ecclesiæ tenetur, saltim semel in anno in paschate, hoc sacramentum sumere c. omnis. de pæn. & remis. ergo quamuis sit in proposito peccandi, non peccat corpus Christi sumendo.

4 Preterea, sicut hoc sacramentum sentitur gusto, ita sentitur, & tactu, si ergo peccator peccet ex eo, quòd sumit hoc sacramentum gustu, ergo & tactu, videtur etiam, quod peccet videndo, quòd patet esse falsum, cum ecclesiam hoc sacramentum ad videndum, & ad adorandum proponat, ergo peccator non peccat manducans hoc sacramentum.

Sed contra facit c. qui scelerate. de consec. dist. 2. vbi Isid. lib. 1. c. 24. de summo bono, Qui scelerate viuunt in ecclesia, & communicare non desinũt, putantes se tali communione mundari, discant ad emundationem nihil sibi proficere, dicente propheta, quid est, quod dilectus meus fecit in domo mea scelera multa? Hyer. 11. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? & 1. Cor. 11. probet autẽ se ipsum

se ipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat, qui manducat indignè iudicium sibi manducat. S. Tho. in 3. p. q. 80. art. 4.

Respondeo dicendum, quòd scelerate uiuens, siue cum conscientia peccati mortalis manducantes corpus Christi mortaliter peccant, abutuntur enim hoc sacramento primo, ex eo, quod est sacramentum. Ex quo apparet, quod hoc sacramentum in modum cibi proponitur. Cibus autem non competit, nisi viuenti; vnde si carens vita spirituali per peccatum mortale accipiat hoc sacramentum abutitur ipso.

Secundo, ex eo, quòd est ibi res, & sacramentum, qui est Christus, qui est sanctus sanctorum, receptaculum eius debet esse sanctum. Et ideo, si aliquis cum contrario sanctitatis corpus Christi sumat, sacramento abutitur.

Tertio, ex eo, quòd est ibi res tantum, quod est corpus misticum; quia ex hoc ipso, quod aliquis ad hoc sacramentum accedit, significat se ad vnitatem corporis mistici tendere, vnde si peccatum in conscientia tenet, per quod à corpore mistico separatur fictionis culpam incurrit, & ita abutitur sacramento, & per consequens damnabiliter peccat.

Ad rationes ergo dicendum. Ad primam, quod verbum August. intelligendum est, de eo, quo vtitur quis sicut eliciente actum usus, sic enim virtutibus, quas maxima bona dicit, nullus male vtitur, sed non est intelligendum de eo, quo quis vtitur quasi obiectio vsus, sic enim virtutibus, quis male vtitur, qui de virtutibus gloriatur, & superbit. Et ita etiam quis potest corpore Christi male vti, sicut obiectio vsus.

Ad secundam dicendum, quòd duplex est medicina, vna remouens morbum, & talis infirmis debetur, & huic comparatur baptismus, & pœnitentia. Alia est promouens in perfectam sanitatem, & talis non debetur infirmis, sed tam sanctis, & huic comparatur hæc medicina, vtraque enim medicina per medicum datur, vnde non sequitur, si medicus non fugit infirmi consortium, quod qualibet eius medicina infirmis dari debeat.

Ad tertiam dicendum, quòd habens conscientiã peccati mortalis, qui dimittere non porponit, peccat accedens ad sumendum corpus Christi, quia indignè peccat, etiam non accedendo tempore ab ecclesia instituto, quia inobediens est, non tamen est perplexus, quia potest se ab hoc dubio eripere peccati propositum dimittendo. Tamen manente tali proposito minus peccat non sumendo, quàm sumendo, quia illud, quod est malum, secundum se, est maius malum, quàm illud, quod est malum prohibitum, vnde prius debet se permittere excommunicari, quàm cum proposito peccati mortalis corpus Christi sumat.

Ad quartam dicendum, quòd per uisum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramentũ, quia visus non pertingit ad substantiam corporis Christi, sed solum ad species sacramentales, sed ille, qui manducat non sumit solum species sacramentales, sed etiam Christum, qui est sub eis, & ideo à visione corporis Christi nullus prohibetur, qui sit sacramentum consecutus, scilicet baptismum. Non baptizati autem non sunt admittendi, etiam ad inspectionem huius sacramenti, vt patet per Dyonisium in lib. Ecclesiasticæ hierarchiæ, sed ad manducandum non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter sunt Christo coniuncti.

ARTIC. XVII.

Vtrum à laycis, hoc sacramentum sit conferendum?

1 AD decimum septimum videtur dicendum quòd sic, quia maioris videtur potestatis collatio sacramenti baptismi, quàm alterius, cum sit fundamentum omnium, sed illud licet layco, ergo & istud.

2 Præterea, layci, qui sunt maioribus virtutibus præditi maiori cum reuerentia tractabunt, quam clerici mali, ergo saltim per bonos laycos dispensari poterit.

3 Præterea, sicut sacerdotis est dispensare corpus Christi, ita & tangere, sed in aliquo casu licet layco tangere corpus Christi, puta si videret ipsum in terra iacentem, & non esset sacerdos, qui tolleret, ergo & in aliquo casu dispensare licebit.

Sed contra facit text. in cap. peruenit. de consecr. dist. 2. quòd est cap. 2. Conc. Remensi ubi hoc presbiteris tantum conceditur Sanctus Thom. 3. par. quæst. 82. art. 3.

Respondeo dicendum, quòd ad laycos dispensatio hujus sacramenti non pertinet, quæ conclusio probatur sic. Ad eosdem pertinet esse ministros ecclesiæ, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. ad Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mynisteriorum eius, sed layci non sunt ministri ecclesiæ, ergo non debent esse dispensatores sacramentorum.

Pro quo notandum, iuxta S. Thom. quòd sicut in corpore naturali sunt quædam membra principalia, per quæ virtutes, & operationes uitæ ad cætera membra decurrunt, ita & in ecclesia sacerdotes, & alij ministri sunt quasi membra principalia, quibus mediantibus, sacramenta vitæ populo dispensari debent; & ideo laycis quantunque sanctis, sicut nec consecratio, ita nec dispensatio huius sacramenti competit.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd non est simile de baptismo, & de hoc sacramento, & alijs, quoniam baptismus est sacramentum necessitatis, & ideo, tam laycis, quàm mulieribus indulta est huius dispensatio. Non sic de alijs, unde in quantum est sacramentum dignitatis, eius dispensatio est personarum digniorum, in quantum est necessitatis, est omnium in communi.

Ad secundum dicendum, quòd in hoc sacramento ad reuerentiam ipsius, non solum exigitur sanctificatio morum, sed etiam sacramentalis sanctificatio, quia & ipse calix, in quo sanctitas morum esse non potest, consecratur propter reuerentiam sacramenti.

Et similiter in dispensante hoc sacramentum, debet esse vtraque sanctificatio, vnde & manus sacerdotis unctione sanctificantur, ex. de sa. un. cap. 1. sicut & calix, & ideo, quia laycus hanc sanctitatem non habet,

habet, non poteſt hoc ſacramentum diſpenſare.

Ad tertiũ reſpõdetur, quòd ſicut baptiſmũ cõferre cõpetit ſacerdoti ex officio, tamen laycus in caſu neceſſitatis non peccat baptizans, ita corpus Chriſti ex officio tangere ſoli ſacerdoti competit, ſed in caſu neceſſitatis poteſt corpus Chriſti tangere etiam ſi ſit peccator, vt ſi in aliquo immundo loco iaceret, Sed non eſt ſimile de diſpenſatione ſacramenti quia diſpenſatio huius ſacramenti non eſt neceſſitatis, vnde ei, qui non poteſt ſacramentaliter manducare dicendum eſt, crede, & manducaſti. Præterea, non eſt ſimile, vt dicit Petr. de Palude, quia tactus ille non eſt ad conſecrandum, vel diſpenſandum, ſed cuſtodiendum, illa autem, quæ ſecundum legem communem tangunt hoc ſacramentum ad cõſecrandum, vel diſpenſandum, debent eſſe conſecrata, vel benedicta, vt corporale, vel calix, non autem pixis, in qua eſt in tabernaculo ſeruandum.

ARTIC. XVIII.

Vtrum caro Chriſti, ſub ſpeciebus panis, & vini, ſit adoranda adoratione latriæ?

1 AD decimum octauũ videtur dicendũ, quòd non dicit enim gl. ſuper illud Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt, caro a verbo aſſumpta ſine impietate adoratur à nobis, non dico illa adoratione, quæ ſoli creatori debetur.

2 Præterea cultus latriæ nulli creaturæ debetur, ſed caro Chriſti eſt creatura, ergo non ita adoranda.

3 Præterea, adoratio latriç debetur Deo in recognitionem maxime dominij Deut. 6. dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ſed Chriſtus, ſecundum quod eſt homo, eſt minor patre, ergo eius humanitas non eſt adoratione latriæ adoranda.

Sed contra facit c. Hos autem. de conſecr. diſt. 2. vbi Aug. in lib. ſent. proſpe. dicit Hos autem in ſpecie panis, & vini, quam videmus res inuiſibiles, idest Chriſti carnem, & ſanguinem honoramus, quod intelligendum eſt de adoratione latriæ, vt exponit Aug. ſuper illud Pſal. Adorate ſcabellum pedũ eius, quoniam ſanctum eſt, dicens caro ſine impietate adoratur à nobis, quia nemo carnem eius ſpiritualiter manducat, niſi prius adoret.

Reſpondeo dicendum, quod caro Chriſti adoratur adoratione latriæ, vnde Damaſcenus 3. lib. dicit Chriſtus eſt perfectus Deus, & perfectus homo, quem adoramus vna adoratione cum patre, & ſpiritu ſancto, & incontaminatam carnem eius, ſed perſona Chriſti adoratur latria, ergo caro eius.

Pro quo notandum iuxta ſanctum Thomam, & Dominum Bonauenturam in 3. diſt. 9. quòd honor latriæ exiberi poteſt alicui dupliciter: vno modo per ſe, alio modo per accidens. Per ſe autem debetur ei, in quo eſt ratio, & cauſa talis honoris per accidens honor alicui debetur, in quo eſt cauſa huius honoris, ſed habet aliquam habilitationem ad eum, cui per ſe debetur.

Hoc notato dicitur, quòd loquendo primo modo, caro Chriſti non eſt adoranda, ſcilicet per ſe ad oratione latriæ. Illi enim ſoli mens ſe debet offerre, vt ſuæ creationis principio, ſui operis actori, & ſuæ beatitudinis fini, ſuæ creationis principio in Pſal. 99. ipſe fecit nos, & non ipſi nos, ſui operis actori, ad Galat 3. inquit Apoſtolus. Ipſe operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Et Eſaias 26. omnia opera noſtra operatus eſt in nobis. ſuæ beatitudinis fini Gene. 15. dicit Dominus Abrahæ. Ego ſum merces tua magna nimis. Et illa, ſoli Deo cultus latriæ per ſe offerendus eſt, loquendo autem ſecundo modo per accidens, ad huc duplex conſideratio venit, de carne Chriſti, quia caro Chriſti, aut conſideratur, vt nominat ipſam humanitatem per ſe, non vt vnitam, & hoc modo non debetur adoratio latriæ, ſed duliæ, non cuioſcunq; quæ conuenienter exhibetur alijs creaturis, ſed quadam excellentiori, quam hyperduliam vocant. Alio modo accipitur, vt vnita diuinitati, ſiue verbo Dei. Tunc dicitur, quod eſt adoranda adoratione latriæ, qua adoratur ipſum verbum, cui vnita eſt, vna enim adoratione adoratur Chriſtus quantum ad vtramq; naturam, ſicut eadem adoratione adorantur in vno caput, & pedes. Concedendum ergo quod caro ſiue humanitas Chriſti adoranda eſt, adoratione latriç, in quantum eſt verbo vnita, quamuis, vt per ſe conſideratur, non, ſed dulia, vt dictum eſt. Et quoniam caro Chriſti nunquam eſt ſeparata, ideo ſemper conſideranda eſt, vt coniuncta, & ſemper adoranda latria.

Ad rationes. Ad primam reſpondetur, quod illa gloſ. intelligitur de carne ſiue humanitate Chriſti, prout in ſe nuda conſideratione conſideratur. Et hoc eſt, quod dicit Aug. Si hominem ſeparaueris à Deo illi nunquam credo, nec ſeruio. Et Damaſcenus inquit. Si intelligas ſubtilibus intelligentijs, quod videtur ab eo, quod intelligitur, inadorabilis eſt, ſcilicet adoratione latriæ. Hic autem non obuiant, quoniam ſecundum quod vnita eſt adoranda ſit latria, vnde Damaſcenus dicit. Non nudam carnem adoramus, ſed vnitam diuinitatem in vna hypoſtaſim diuini verbi.

Ad ſecundam patet reſponſio ex dictis verum eſt enim, quòd nulli creaturç debetur per ſe, ideſt ratione ſui latriæ honor, ſed bene per accidens, ſcilicet ratione alterius Diuinitatis, cui in vno, & eodẽ ſuppoſito verbo Dei vnitur, cui debetur honor latriæ.

Ad tertiam patet, verbum eſt enim, quòd honor latriæ non debetur humanitati Chriſti, ratione ſui, ſecundum quam Chriſtus minor eſt patre, ſed ratione diuinitatis, cui vnitur, vt dictum eſt.

ARTIC. XVIIII.

Vtrum corpus Chriſti debeat ſumi per modum manducationis.

1 AD decimum nonum videtur dicendum, quòd non, quia quod manducatur per os intrat, & quod per os intrat in ventrem vadit, & per ſeceſſum emittitur Matt. 15. quod dignitati corporis Chriſti non competit, ergo non debet

debet per modum manducationis sumi.

2 Præterea, quòd manducatur ad manducantem trahitur, sed sicut dicit Dion. de diuin. nom. nos nõ trahimus Deum ad nos, sed magis nos in Deum, ergo non debemus Deo coniungi, per modum manducationis,

3 Præterea, hoc sacramentum ordinatur ad refectionem mentis, sed refectio mentis, quæ erit per visionem, ergo deberet dari Christi corpus videndum non autem manducandum.

Sed contra facit c. quid est. de consecr. dist. 2. vbi Aug. de verbis euangelij, dicit quid est Christum manducare non hoc solum est in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indignè accipiunt, de quibus ait Apost. 1. Cor. 2. qui manducat panem, & bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat, & bibit &c.

Respondeo dicendum, quòd conuenientissime actum est, vt corpus Christi sumendum nobis proponeretur, per modum manducationis, quod sic ostenditur. Ad perfectionem nouæ legis exigitur, quod sit aliquod sacramentum in quo nobis Christus realiter coniungatur, & vniatur, non solum per participationem virtutis eius, sicut est in alijs sacramentis, & quia sacramentum est sensibile signum. Ideo oportet, quod alicui sensui vsus sacramenti appropríetur, in sensibus autem est triplex differentia, Quædam enim sensibus nec coniunguntur, nec vniuntur, sicut ea, quæ sentiuntur per modum extrinsecum, vt in visu præcipuè accidit, & auditu, & etiã olfactu, sed solum similitudines sensibilium ad sensum referuntur.

Quædam autem sensibilia coniunguntur quidẽ, sed non vniuntur realiter, sed per assimilationem qualitatis tantum, sicut accidit in tactu, quia qualitates tangibilium immutant tactum, nec tamen extangente, & tacto fit vnum, nisi secundum quid, Quædam autem, & coniunguntur, & vniuntur, sicut accidit in cibis, & potibus, & ideo sumptio huius sacramenti congruè per modum manducationis fit. Alia vero sacramenta nouæ legis, quibus per virtutem eis inditam Christo similamur, sicut in tãgendo tantum, vt baptismus, figuræ autem veteris testamenti, quæ solam similitudinem Christi venturi habebant, significabant per modum visionis. Cõpetit etiam manducatio passionis Christi in hoc sacramento repræsentante, per quam corpus Christi vulneratum fuit, conuenit etiam affectui, qui est robur animæ.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd ratio illa procedit de cibo, qui ordinatur ad refectionem corporis, cui competit digeri, & sic impuro se parato in membra conuerti, sed cibus iste ordinatur ad refectionem mentis, & propter hoc ratio non sequitur.

Ad secundam dicendum, quod de ratione manducationis est, quod aliquid per os introrsum sumatur, sed esse in aliter in spiritualibus, & temporalib. sumitur, quia in corporalibus, quod est incontinẽter, sicut locatum in loco. In spiritualibus autem, quod est incontinenter sicut anima in corpore, & ideo cõuenienter cibus corporis trahitur ad corpus, vt contentum ad continens cibus autem mentis trahit ad se mentem, vt continens contentum, propter quod Augustinus dicit sibi dictum. Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.

Ad tertiam dicendum, quòd res visa beatificans per essentiam soam videnti coniungitur in patria, quod quidem non accidit in visione corporali, & quod oportebat hãc coniunctionem significari per aliquod sensibile signum, oportuit illud sensibile ad hoc assumi, quod realiter coniungitur, & vnitur. In patria autem signis sacramentalibus opus non erit, nihilominus propter similitudinem ad ea, quæ nunc gerũtur, frequenter illa beata visio nobis per figurã manducationis in scriptura exprimitur,

ARTIC. XX.

Vtrum in oblatione huius sacrificij conuenienter repræsentetur passio Christi?

1 AD viges. videtur dicendum, quòd nõ, quia Christus semel mortuus est, ergo sufficit vna signatio crucis.

2 Præterea, ea, quæ in sacramentis fiunt, non sunt iteranda, ergo incouenienter fiunt tot cruces, & benedictiones in ea.

3 Præterea, Christus Instituens hoc sacramentum Matt. 26. non vsus est tot cæremonijs, & signis crucis, prout fit in missa, ergo inconuenienter.

Sed contra facit c. quia morte. de consecr. Dist. 2. vbi Ambr. ad c. 11. p. Cor. dicit, quia morte domini liberati sumus, huius rei memores in edendo, & potando carnem, & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt significamus.

Respondeo dicendum, quòd conuenienter Christi passio repræsentatur in celebratione huius sacramenti, pro quo notandum iuxta S.Thom. in 3. parte q. 83. art. 5. in resp. ad 3. quod passio Christi quibusdam gradibus peracta est: nam primo fuit Christi traditio à Deo à Iuda, & à Iudęis, quod significat trina crucis signatio super illa verba, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia.

Secunda fuit uenditio, est autem uenditus sacerdotibus, scribis, & phariseis, ad quod significandum fit iterum trina crucis signatio super illa uerba, benedictam, ad scriptam, ratam, uel ad ostendendum pretium uenditionis, scilicet 30. denariorum 30.n. multiplicationem recipiunt à ternario, additur etiã duplex crucis signatio super illa, ut nobis corpus, & sanguis, ad designandum distinctè personam Iudæ uenditoris, & personam Christi uenditi. Tertio autem fuit præsignatio passionis facta in cœna, ad quod designandum fiunt tertio duæ cruces, una in consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis, uel ad ostendendum, quod morte Christi hic specialiter repræsentata, duplex hominis natura, scilicet corpus & anima redempta est, uel per hoc signatur Christũ in duplici parte humanæ naturæ, scilicet, in corpore, & anima passionem sustinuisse, item, quia hoc sacramentum in mortis suæ memoriam exercendum

mandauit

mandauit, ideo statim post consecrationem sacerdos extensione brachiorum crucis effigiem repræsentat quarto loco fuit ipsa passio Christi, vnde ad repræsentandum quinque plagas duas manum, duas pedum, & vnam lateris.

Fit quartò quintuplex crucis signatio super illa verba, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ.

Quinto, repræsentatur extentio corporis, effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam crucis signationem, quæ fit super illa verba, corpus, & sanguinem sumpserimus omni benedictione &cæt. vel significantur vincula, & flagella, per duas primas cruces, per tertiam vero, qua sacerdos se ipsum signat dicens omni benedictione, designatur, quod Christi vulnera nostra sunt medicamenta.

Sexto, repræsentatur triplex actio, quam Christus fecit in Cruce, unam pro persecutoribus, cum dixit Lucæ 23. pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt, secundam pro liberatione à morte, cum dixit Matth. 27. Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, Lucę 23. Pater in manus tuas &cæt. & ad hoc significandum fit trina crucis signatio super illa verba, sanctificas, viuificas, benedicis, & cętera, vel ista trina crucis signatio fit ad repræsentandum, quod Iudæi ter dixerunt crucifige, verbo crucifigentes ipsum, quod fuit hora tertia.

Septimo, repræsentantur tres horæ, quibus dependit, scilicet ab hora sexta, vsque ad horam nonam, & ad hoc significandum fit iterum trina crucis significatio, super illa verba, per ipsum, & cum ipso, & in ipso, vel ad designandum crucifixionem manibus militum factam sexta hora, quæ post interuallum trium horarum facta est, vel ad repræsentandum tres cruciatus Christi, scilicet passionis, pro passionis, & compassionis passionem sustinuit, in corpore, pro passionem in mente, & compassionem in corde, de passione corporis ait, threnorum, Primo, attendite si est dolor sicut dolor meus &c. de passione mentis, & Matth. vigesimo sexto. Cępit contristari, & mestus esse, de compassione habetur, vbi pro crucifixoribus orauit dicens Lucæ 23. pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, has cruces facit sacerdos in hostia super calicem, quo significatur, quod Christus huiusmodi cruciatus sub stinuit voluntariè Isaia 53. oblatus est, quia ipse uoluit.

Octauo, repræsentatur separatio animæ à corpore per duas cruces subsequentes extra calicem. Item per ista significantur duo sacramenta, quæ de latere domini fluxerunt, scilicet aqua, & sanguis, aqua regenerationis, sanguis redemptionis. Ioan. 10. vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.

Nono, repræsentatur resurrectio Christi tertia die facta per tres cruces, quæ fiunt ab illa verba. Pax domini sit semper vobiscum, quæ virtute trinitatis tertia die facta est. Commistio enim specierum vnionem carnis, & animæ, quæ in resurrectione sunt vnitæ significat, nam panis refertur ad carnem, & vinum refertur ad animam. Inclinationes autem, quæ fiunt à sacerdore, etiam in aliquo passionem Christi designant designant enim Christi obedientiam ad patrem, ex qua mortem substinuit Philipen. secundo factus est obediens vsque ad mortem. Prætetea etiam tacita locutio exprimit concilium Iudæorum mortem Christi machinantium, vel discipulorum, qui palam Christum confiteri non audebant.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd ratio procederet, si per vnam crucis signationem, aut per vnam partem huius sacramenti passio Christi posset plene repræsentari, sed quia non potest, oportet, quod ad diuersa, quæ fuerunt in passione Christi repræsentanda, plura adhibeantur.

Ad secundam respondetur dicendo, quòd illud verum est de his, quæ essentialiter spectant ad integritatem sacramenti, vel dicendum, quod ad repręsentationem secundum idem nihil reiteratur in hoc sacramento, quoniam si crucis signatio reiteraretur, hoc esset ad diuersa designanda, quæ fuerunt gesta in passione Christi, sicut dictum est.

Ad tertiam respondetur, primo negando consequentiam istam, Dominus non fecit hoc in missa, ergo nos inconuenienter modo facimus.

Secundo, quia per hoc, quòd alia facimus in missa instituta, & ordinata sunt à sanctis patribus, qui spiritu sancto locuti sunt, non aliter celebramus, quam Christus, quia ea, quæ sunt de substantia, eadem obseruamus.

ARTIC. XXI.

Vtrum sit eadem hostia in pluribus altaribus?

1 AD vigesimum primum videtur dicēdum, quòd non, quia sequeretur, quòd vnum, & idem esset in duobus locis localiter, & circumscriptiue, quod est impossibile, & tamen consequentia patet, quia hostia est in altari localiter.

2 Præterea, si hæc hostia esset illa, sequeretur eadem ratione, quòd facta vna hostia vna pars esset alia, quod videtur esse falsum, quia impossibile est, quod vnum, & idem sit hemicirculare, & triangulare, quod tamen oporteret concedere, quia vna pars hostiæ est semicirculatis, & alia triangularis.

Sed contra facit cap. in Christo. de consecr. dist. secunda, vbi Ambrosius in epist. 10. ad Hebræos d'cit, in Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. quid ergo nos? non ne per singulos dies offerimus? offerimus quidem, sed ad recordationem mortis eius, & vna est hostia, & non multæ. Quomodo vna, & non multæ? quia semel oblatus est Christus &c.

Respondeo dicendū, quòd hostia in duplici significatione accipitur. Aliquando enim dicitur hostia ipse panis, qui offertur in altari tanquam materia consecrationis, vnde in oblatione panis dicitur. Suscipe domine sancte pater hanc immaculatam ho-

ftiam, quam ego indignus famulus tuus &c. quandoq; hostia dicitur verum corpus Christi quod oblatum est in ara crucis, & in hoc sacrificio offertur, de qua hostia dicitur in canone missæ, nos tui serui, sed & plebs tua sancta, offerimus præclaræ maiestati tuæ hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, &c. loquendo, primo modo, de hostiam, dicitur, quod alia, & alia hostia est, cum alia, & ali i fit species panis in vna, & in alia, loquendo de hostia, secundo modo, vna, & eadem est, sicut in hoc capitulo ex ratione assignata in eodem patet, quia idem est quod continetur sub vtraque, & idem est, quod ab omnibus offertur, videlicet corpus Christi verum.

Ad rationes. Ad primam patet responsio, procedit enim de hostia, secundum quod species panis dicitur, quandoque hostia.

Ad secundam respondetur negando consequentiam, dicimus enim cum Alexandro de Ales, quòd iste sermo non est verus, hæc pars est illa, diuisio enim in partes conuenit, non corpori Christi, sed speciei, iste tamen sermo est verus, iste accipit illud quod ille Accipi enim bene potest conuenire corpori Christi, non autem diuidi.

ARTIC. XXII.

Vtrum eucharistia à non ieiunis accipi possit?

1 AD vigesimum secundum dicendum, quòd sic, quia hoc sacramentum à Domino in cœna fuit institutum, sed ecclesia obseruat ea, quæ Dominus obseruauit in sacramentorum ad ministratione, sicut formam, & materiam, ergo & ritum seruare deberet, vt iam pransis hoc sacramen tum traderetur.

2 Præterea, dicitur primo Corinthio. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, sed tam Christus quam apostoli cõmunicauerunt in cœna, sumpto agno paschali, ergo &c.

3 Præterea, non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quam ante sumptionem, Sed sumpto sacramento licet cibum, aut potum sumere, ergo & ante sumptionem.

Sed contra facit cap. liquido. de consecration. distinction. secunda, vbi Augustinus in libro Respon. ad Ianuarium capitulo sexto dicit, liquido apparet, quando primo acceperunt discipuli; corpus, & sanguinem Domini, non eos accepisse ieiunos, nunquid tamen propterea calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod à Ieiunis semper accipitur, ex hoc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tanti sacramenti in os, Christiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per vniuersum orbem mos iste seruatur, &c. Sanctus Thomas tertia par. quæstione 80. artic. 8.

Respondeo dicendum, quòd aliquid dicitur malum, vel illicitum dupliciter, vno modo secundum se, vt mœchari, & furari, & hoc nullo modo potest bene fieri.

Alio modo dicitur aliquid malum, quia prohibitum, videndum est ergo, an sumere hoc sacramentum post alios cibos sit malum, & illicitum secundum se, an sit malum ex prohibitione. Quantum ad primum respondetur, quòd non est malum secundum se, cuius ratio est secundum Petrum de Palude, Primo, quia illud, quod est malum secundum se, nulla necessitate, bene potest fieri, nisi forte Deo dispensante, sicut illud, quod secundum leges temporales, & rationem inferiorem est malum, vt fornicari, & occidere innocentē, quæ ratio iudicatur per se mala, Deo dispensante possunt fieri licita, qui in præceptis secundæ tabulæ dispensare potest, vt de immolatione Isaac, spoliatione Aegyptiorum, vxorum fornicatione, sed non homine dispensante. Sed hoc, videlicet post prandium communicare, in casu necessitatis, potest esse licitum, sicut cum imminet alicui periculum mortis, & vt cum habetur, quod infirmus pransus in crastinum non potest expectare quin moriatur. de quo habetur infra ea. distinctio ne capitulo presbyter, ergo sequitur, quod post prandium sumere corpus Christi non sit secundum se malum, aut illicitum.

Secunda ratio eiusdem Petri de Palude est, quia si illud esset illicitum secundum se nec Papa posset in aliquo casu dispensare immo, si Papa dispensaret, non videretur eius dispensatio, nec aliqua consuetudo excusare infirmum communicantem, etiam in necessitate, post prandium, quia in his, quæ sunt de se mala nulla consuetudo excusat, extra de consue. c. cum tanto neque seruus potest tollere legem Domini, neque Papa dispensare in præceptis Dei, vnde de pœn. & rem. c. cum infirmitas. in fi. prohibetur medicis, ne propter, quodcunque periculum corporalis vitæ suadeant infirmis aliquid, quod sit contrarium animæ, puta sacrilegium, fornicationem, & huiusmodi, ergo uidetur, quod cum in communicando post prandium ecclesia dispenset, quod non sit secundum se illicitum, erit ergo solum malum, vel illicitum, quia ab ecclesia prohibitum, sicut patet in hoc cap. & supra Distinctione prima. capitulo sacramenta altaris. Huius autem prohibitio, quod rationabiliter facta sit, triplici ratione ostēditur secundum Sanctum Thomam in tertia parte quæstione 80. articulo octauo in corp. Primo propter ipsam sanctitatem sacramenti. decet enim, vt dicit Augustinus in honorem huius sacramenti, & ob eius reuerentiam, vt scilicet os christiani, quo sumendum est, non sit alio cibo prius imbutum, sed quasi nouum, & purum ad perceptionem eius reseruetur secundo propter deuotionem, quę exigitur ex parte recipientis, & attentionem, quę ex cibis acceptis impediti posset fumis ad caput ex sthomaco ascendentibus, tertio propter periculum vomitus, vel alicuius huiusmodi.

Ad rationes. Ad primam dicendū, quod forma, & materia sunt seruata à Dño instituēte hoc sacramētū quasi essentialia sacramento, & ideo oportuit, quod ecclesia hoc retineret, sed ordinem sumendi seruauit Dominus, quasi cõuenientē institutioni sacramē ti, vnde nõ oportet, quod id, q cõuenit principio, vel generationi alicuius rei, quod conueniat ei quando iam est in esse perfecto, similiter, quod compe tit sacra-

tis sacramento, quantum ad sui institutionem, non oportet, quod competat ei quantum ad suum vsum.

Ad secundam respondetur pariformiter.

Ad tertiam dicitur, quòd non est simile de ante sumptione sacramenti, & post, maior quidem deuotio requiritur in sumptione huius sacramenti, quia tunc percipitur eius effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quàm per sequentia, & ideo magis est institutum, quòd homines ieiunent ante sumptionem huius sacramenti, quàm post, debet tamen esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti, & reliquos cibos.

ARTIC. XXIII.

Vtrum hæc sit conueniens forma eucharistiæ, hoc, est, corpus, meum, & hic est calix sanguinis mei, &c?

1 AD vigesimum tertium videtur dicendum, quòd non per cap. quia corpus. de consecr. dist. 2. vbi inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suum corpus conuertit, dicens, accipite, & commedite hoc est corpus meum, ergo totum hoc videtur pertinere ad formam sacramenti, & eadem ratione de verbis pertinentibus ad sanguinem.

2 Præterea, illa verba videntur pertinere ad formã sacramenti huius, quibus Christus corpus, & sanguinem suum consecrauit, sed Christus ante benedixit panem acceptum, & postea dixit, accipite, & comedite, hoc est corpus meum, vt habetur Matth. 26. & similiter fecit de calice, ergo prædicta verba non sunt forma huius sacramenti.

3 Præterea, forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti, si ergo prædicta forma esset ex prædictis verbis, sequeretur, quòd alia verba in missa essent superflua, quod videtur falsum.

4 Præterea, in forma baptismi exprimitur persona ministri, & actus eius, cum dicitur ego te baptizo, &c. sed in prædictis verbis, nulla fit mentio de persona ministri nec de actu eius, ergo non est conueniens forma sacramenti.

Sed contra facit cap. Panis. de consecr. dist. 4. vbi Amb. lib. 4. c. 4. de sacram. dicit, quòd istis verbis vsus est Christus in consecratione, ergo &c. S. Tho. q. 78. art. 2. & 3. in 3. p.

Respondeo dicendum, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, alia vero sacramenta perficiuntur in vsu materiæ consecratæ. Item in alijs sacramentis consecratio materiæ consistit solum in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quamdam spiritualem virtutem, quæ per ministrum, qui est instrumentum animatum potest ad instrumenta inanimata procedere, sed in hoc sacramento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione substantiæ, quæ à solo Deo perficitur. Vnde minister in hoc sacramento perficiẽdo non habet alium actum, nisi prolationem verborum cum intentione. Et quia forma debet esse conueniens rei, ideo forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus. Primo quidem, quia formæ aliorum sacramentorum important vsum materiæ, puta baptizationem, vel consignationem, sed forma huius sacramenti importat solum consecrationem materiæ, quę in trans substantiatione consistit, puta cum dicitur hoc est corpus meum, vel hic est calix sanguinis mei, secundo, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cum dicitur. Ego te baptizo, siue ego te confirmo, siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur. Accipe potestatem &c. siue per modum deprecantis, sicut cum in sacramento extremæ vnctionis dicitur. Per istam sanctam vnctionem, & nostram intercessionem &c. Sed forma huius sacramenti profertur ex persona ipsius Christi loquentis, vt detur intelligi, quod minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quod profert verba Christi, cum ergo per hec verba exprimatur trãsubstantiatio ipsa panis in corpus Christi, in qua perfectio huius sacramenti consistit, patet, quod hæc forma huius sacramenti sit conueniens.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quid in his verbis, accipite, & comedite, intelligitur vsus materiæ consecratæ, qui non est de necessitate huius sacramenti, vt supra habitum est, & ideo nec hæc verba sunt de substantia formæ, quia tamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiæ consecratæ vsus, sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei. Ideo per omnia hęc verba exprimitur tota perfectio huius sacramenti, & hoc modo Eusebi. intellexit his verbis confici sacramentum, quantum ad primam, & secundam perfectionem ipsius.

Ad secundam dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt, quod Christus, qui habebat potestatem excellentiæ in sacramentis absque omni forma verborum hoc sacramentum perfecit, & postea verba protulit, sub quibus alij postea consecrarent, quod videntur sonare verba Innocentij tertij dicentis, sane dici potest, quod Christus virtute diuina confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedixerunt. Sed contra hoc expresse sunt verba Euangelij, in quibus dicitur, quòd Christus benedixit, quæ quidem benedictio aliquibus verbis facta est, vnde prædicta verba Innocentij sunt opinatiuè magis dicta, quàm determinatiuè. Quidam autem dixerunt, quòd benedictio illa facta est quibusdam alijs verbis nobis ignotis, Sed nec hoc stare potest, quia benedictio consecrationis nunc perficitur per recitationem eorum, quæ tunc reta sunt. Vnde si tunc per hæc verba non est facta consecratio, nec modo fieret. Et ideo alij dixerunt, quòd illa benedictio ex eisdem verbis facta est, quibus modo fit. Sed Christus ea bis protulit.

Primo quidem secretè ad consecrandum, secundo manifestè ad instruendum. Sed nec hoc stare potest, quia sacerdos consecrat proferens hæc verba non vt à Christo in occulta benedictione dicta, sed vt publice prolata, unde cum nõ habeant uim huiusmo di uerba, nisi ex Christi prolatione, uidetur,

quod etiam Christus manifeste ea proferens consecrauit. Et ideo alij dixerunt, quod Euangelistæ nō semper eundem ordinem in recitando seruauerunt, quo res sunt gestæ, vt patet per Augustinus in libro de consensu euangelistarum, & in cap. nihil obstat. Extra de verborum signific. Vnde intelligendum est ordinem rei gestæ sic, exprimi posse, Accipiens panem benedixit dicens, hoc est corpus meum, & demum fregit, & dedit discipulis suis, sed idem sensus potest esse in verbis euangelij, non mutatis. Nam hoc participium dicens concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea, quæ præcedunt, non autem oportet, quod hæc concomitantia intelligatur solum respectu verbi vltimi prolati, quasi Christus ista verba protulerit tunc, quando, scilicet dedit discipulis suis, sed potest intelligi con comitantia respectu totius præcedentis, vt sit sensus. dum benediceret, & frangeret, & daret discipulis suis hæc verba dixit. Accipite &c.

Ad tertiam dicendum, quòd quidam dixerunt, hoc sacramentum perfici non posse prædictis verbis prolatis, & alijs prætermissis præcipue, quæ sunt in canone missæ, sed hoc patet esse falsum. Tum ex verbis Ambrosij supra inductis. Tum etiam, quia canon missæ non est idem apud omnes, nec secundum omnia tempora, sed diuersa sunt a diuersis apposita. vnde secundum est, quod, si sacerdos sola verba prædicta proferret, cum intentione conficiendi hoc sacrificium, perficeretur hoc sacramentum, quia intentio faceret, vt hæc verba intelligerentur, quasi ex persona Christi prolata, etiam si verbis præcedentibus hoc non recitaretur, grauiter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacramentum, vt pura ritum ecclesiæ non seruans, Nec est simile de baptismo, quod est sacramentum necessitatis, defectum autem huius sacramenti potest supplere spiritualis manducatio, vt Augustinus dicit.

Ad quartam dicendum, quòd in sacramento baptismi minister aliquem actum exercet, circa vsum materiæ, quæ est de essentia sacramenti, quod non est in hoc sacramento, & ideo non est similis ratio.

ARTIC. XXIIII.

Vtrum hoc sacramentum conferat gratiam.

1 AD vigesimum quartum videtur dicendū, quòd non, quia hoc sacramentum est nutrimentum spirituale, nutrimentum autem non datur nisi viuenti, cum ergo vita spiritualis sit per gratiam non competit hoc sacramentum, nisi iam habenti gratiam. Non ergo per hoc sacramentum confertur gratia, vt primo habeatur.

2 Præterea, hoc sacramentum assumitur, ut quædam refectio spiritualis, sed hoc magis pertinet ad vsum gratiæ, quam, ad gratiæ executionem, ergo per hoc sacramentum gratia non confertur.

3 Præterea, in hoc sacramento corpus Christi offertur pro salute corporis, sanguis pro salute animæ, sed corpus non est subiectum gratiæ, sed anima, ergo ad minus quantum ad corpus gratia non confertur.

Sed contra facit cap. Christus de consecration. distinctione secunda, vbi Augustinus in epistola ad Treneum dicit, Christus panis est, de quo, qui manducat, viuit in æternum, de quo ipsemet dicit (& panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita &c. Sanctus Thomas tertia par. quæstione 79. artic. primo.

Respondeo dicendum effectus huius sacramenti potest considerari ex tribus. Primo quidem, & principaliter ex eo, quod in hoc sacramento continetur, quod est Christus, qui sicut in mundum visibiliter veniens contulit mundo vitam gratiæ, secundum illud Ioanis, 1. gratia, & veritas per Iesum Christum facta est, ita in hominem sacramentaliter veniens vitam gratiæ operatur, secundum illud Ioannis 6. qui manducat me viuet propter me. Vnde, & Cyrillus dicit viuificatiuum Dei verbum viuens se ipsum propriæ carni, fecit ipsam viuificatricem. dicebat enim ipsum nostris vniri quodam modo corporibus per sacramenta eius carnem, & pretiosum sanguinem, quæ accepimus in benedictione viuificatiua, & in pane, & vino. Secundo consideratur ex eo, quod per hoc sacramentum repræsentatur, quod est passio Christi, sicut supra dictum est, & ideo effectum, quam passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum fecit in homine, vnde super illud Ioannis decimonono continuò exiuit sanguis, & aqua dicit Chrysostomus, quod hinc suscipiunt principium sacra misteria cum accesseris ad tremendum calicem, vel ab ipsa bibiturus Christi costa, ita accedas, vt & ipse Dominus dicit Matthæi vigesimoquinto. Hic est sanguis meus, qui pro nobis, & promultis effundetur in remissionem peccatorum.

Tertio, consideratur effectus huius sacramenti ex modo, quo traditur hoc sacramentum traditur enim per modum cibi, & potus, & ideo omnem effectum, quem cibus, & potus materialis facit, quantum ad vitam corporalem, quod scilicet sustentat, auget, reparat, & delectat, hoc totum facit hoc sacramentum, quantum ad vitam spiritualem. Vnde Ambrosius dicit in libro de sacramentis, Iste panis est vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit in capitulo præcedenti. Chrysostomus dicit super Ioannis præstat se nobis desiderantibus, & palpare, & amplecti, & comedere, vnde & ipse Dominus dicit Ioan. 6. caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

Quarto, consideratur hoc sacramentum seu effectus huius sacramenti ex speciebus, in quibus hoc traditur sacramentum, Vnde, & Augustinus ibidem dicit Dominus noster corpus, & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquod rediguntur, & ex mulos namque aliud, scilicet panis ex multis granis in vnū cōstat. Aliud, scilicet vinū ex multis racemis confluit. Et ideo ipse

ipse alibi super Ioannem, & habetur infra eadē dist. ait hoc est sacramentum, o sacramentum pietatis, o signum unitatis, ó vinculum charitatis, & quia Christus, & eius passio est causa gratiæ, & spiritualis refectio, & caritas sine gratia esse non potest, ex omnibus præmissis manifestum est, quod hoc sacramentum gratiam conferat.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd sacramentum ex se ipso habet uirtutem gratiam conferendi, nec aliquis habet gratiam ante susceptionem huius sacramenti, nisi ex æquali uoto ipsius, vel per se ipsum sicut adulti, vel voto ecclesiæ, sicut parvuli. Vnde ex efficacia virtutis ipsius est, quod etiam ex voto ipsius aliquis gratiam consequatur, per quam spiritualiter uiuificetur.

Restat igitur, vt cum ipsum sacramentum realiter sumitur, gratia augeatur, & uitam spiritualis perficiatur.

Ad secundam dicendum, quòd hoc sacramentum confert gratiam specialiter cum virtute charitatis. Vnde Damascenus comparat hoc sacramentum carboni, quem Esa. 6. vidit carbo enim lignū simplex, non est, sed vnitum igni, ita & panis communicatio nis non simplex panis est, sed vnitus diuinitati. Sicut autem Gregorius dicit in homilia Pentecostes. Amor Dei non est otiosus magna enim operatur si est, & ideo per hoc sacramentum, quantum est ex sui virtute non solum habitus uirtutis, & gratiæ cōfertur, sed etiam excitatur in actum secundum illud 2. ad Corin. charitas Christi urget nos, & inde est, quod ex uirtute huius sacramenti, anima spiritualiter reficitur, per hoc, quod anima delectatur, & quodam modo in ebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, secundum illud canticorum. 5. comedite amici, & bibite, & in ebriamini carissimi.

Ad tertiam dicendū, quòd quia sacramenta operantur secundum similitudinem, per quam significant, ideo, per quandam assimilationem dicitur, quòd in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ, quamuis vtrumque totus sit Christus, vt supra dictum est, & licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dum in præsenti membra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo, vt habetur ad Roma. 6. & in futuro cor, nostrum sortietur in corruptionem, & gloriam animæ.

ARTIC. XXV.

Vtrum per hoc sacramentum augeatur virtutes?

1 AD uigesimum quintum videtur dicendū, quòd non, quia diuersarum causarum diuersi sunt effectus, sed Augumentum uirtutis est effectus baptismi, & etiam confirmationis, non, ergo eucharistię.

2 Præterea, per augumentum uirtutis ad perfectionem charitati venitur. Si, ergo per hoc sacramētum charitas, & aliæ uirtutes augeantur, toties possunt sumi, quod in hac uita homo ad perfectū charitatis veniret, quod non est nisi in patria, ergo quod damnatur in clementina ad nostram de hæret.

3 Præterea, omnes uirtutes simul augentur, si ergo augumentum uirtutum, esset effectus huius sacramenti, non magis deberet poni effectus charitatis, quam aliarum uirtutum.

4 Præterea, unius sacramenti unus est effectus propriè, ergo non deberet tot effectus assignari huic sacramento.

Sed contra facit c. credere de consecr. dist. 2. ubi Aug. super Ioan. c. 6. tract. 26. & seq. dicit credere in Iesum Christum, hoc est manducare panem vinum, Qui credit in eum manducat. Inuisibiliter renascitur &c. & per consequens eius bonum augetur.

Respondeo dicendum, quòd per hoc sacramentum augentur virtutes in anima aliquē sumentium illud. Probatur conclusio ista dicit enim dionysius, quod eucharistia habet uirtutem perfectiuam, cum autem nihil spiritualiter perficiatur, nisi per augmētum uirtutum, patet manifeste, quod effectus huius sacramenti sit uirtutis augmentum. Præterea, hoc patet ex illo, quod dicitur in oratione canonis, vt quotquot ex hoc participationem sumpserimus omni benedictio cælesti, & gratia repleamur. Cum autem ad plenitudinem gratiæ per augmentum uirtutum peruenitur, patet, quod huius sacramenti effectus sit augmentum uirtutum. Vnde Innocentius dicit. Per huius sacramenti uirtutē uniuersæ uirtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Pro cuius intellectu est notandum cum S. Thom. in quatto distinctione duodecima, quod proprius effectus cuiuslibet sacramenti debet assumi ad materiam sacramenti illius, sicut expurgatio ueteris uitæ, est effectus baptismi, per ablutionem aquæ significata, & ideo cum materiale in hoc sacramento sit cibus, oportet, quod effectus proprius huius sacramenti accipiatur secundum similitudinem ad effectum cibi, Cibus autem corporalis primo inciba tum conuertitur, & ex tali conuersione de perdita restaurat, & quantitatem auget, sed spiritualis cibus non conuertitur in manducantem, sed eum ad se conuertit. Vnde proprius effectus huius sacramenti est conuersio hominis in Christum, vt dicat cum Apostolo, uiuo iam non ego, uiuit uero in me Christus ad Galathas secundo. Et ad hoc sequuntur duo effectus augmentum spiritualis quantitatis in augmentum uirtutum, & restauratio de perditorum, in remissionem venialium, vel reparationem cuiuscunque præcedentis defectus.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quod augmentum virtutum fit per diuersa sacramenta, sed differenter, quia per sacramentum confirmationis augetur, & perficitur gratia, ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi per hoc autem sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis vita ad hoc, quod homo in se ipso perfectus existat. Notandum, quod augmentum dicitur dupliciter, vno modo communiter, prout inuenitur in viuentibus, & non viuentib. secūdū quod, quælibet additio augmētum facit, hoc mō virtutes augētur p omnia sacramenta, quę gratiā

Inueniunt in ſubiecto ex hoc, quod ipſa de ſe natae ſunt gratiam cauſare.

Alio modo augmentum dicitur proprie, prout eſt in uiuentibus ex coniunctione nutrimenti, & talis modus augmenti virtutum eſt proprius tunc ſacramento iſto.

Ad ſecundam dicendum, quod duplex eſt perfectio charitatis, ſcilicet vitæ, & patriæ, & quamuis non poſsit hoc ſacramentum exiſtentes in uia perducere ad perfectionem patriæ propter diuerſum ſtatum, poteſt tamen perducere ad perfectionem vitæ, per augmentum enim charitatis ad perfectionem patriæ in via peruenire non poſſumus. dicit autem magiſter Alexander de Ales, quod licet in hoc ſacramento augeantur virtutes, non tamen ex hoc ſequitur, quod contingat peruenire ad ſummum gradum virtutis in uia, frequenti ſumptione huius ſacramenti, quia hoc ſacramentum cum detur in robur medicinæ, & remedium magis fit hæc augmento; quantum ad robur ne ſuccumbat tentatione aduerſitatis, & in remedium, ne ſuccumbat tentatione voluptatis, & in medicinam, quantum ad curationem venialium, quàm quantum ad augmentum ſecundum eſſentiam uirtutum, & cætera. Vnde quantum ad tria augentur virtutes in hoc ſacramento, ſcilicet quantum ad robur contra tentationes aduerſitatis. Vnde dicitur panis confirmat cor hominis. Quantum ad efficaciam efficiendi animam ſobriam contra incentiua uoluptatis. Vnde gloſſa ſuper illud Matthæi decimo quarto. Accepit Ieſus panem; ebrietas felix, ſalutaris ſatietas, quæ quanto copioſius ſumitur, tanto ſobrietatem mentibus donare dignatur, quantum ad curationem venialium. Vnde Gregorius in homilia paſchali dedit nobis hoc ſacramentum ſalutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non poteſt, per iſtud ſacramentum peccatorum remiſſionem conſequamur.

Ad tertiam dicendum, quod charitatis proprium eſt transformare amantem in amatum, quia ipſa eſt, quæ extaſim facit, vt dicit Dionyſius, & quia augmentum uirtutum in hoc ſacramento fit per conuerſionem manducantis in ſpiritualem cibum, ideo magis attribuitur huic ſacramento charitatis augmentum, quàm aliarum uirtutum.

Ad quartam cum dicitur, quod vnius ſacramenti vnus eſt effectus, dicendum eſt, quod hoc eſt uerum primus, & proprius, plures tamen ſunt conſequentes. Effectus autem huius ſacramenti Primus eſt vnio membrorum cum capite Chriſto; & membrorum ad inuicem charitate mediante. Vnde Auguſtinus, vnus panis, & vnum corpus Eccleſia dicitur, pro eo, quod ſicut vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis componitur membris, ſic eccleſia ex multis fidelibus, charitate copulante, connectitur.

ARTIC. XXVI.

Vtrum hoc ſacramentum ſit dandum peccatori.

1 AD vigeſimum ſextũ videtur dicendũ, quod non, quia Medicus non debet dare medicinã infirmo, quam ſcit ſibi eſſe mortiferam, ergo nec ſacerdos agere debet.

2 Præterea, contra veritatem vitæ non eſt faciendũ aliquid propter ſcandalum vitandum, ſed hoc eſſet contra veritatem uitæ, cum dicatur Matt. 7. nolite ſanctum dare canibus, ergo quantumcunque poſſit orire ſcãdalũ, nõ eſt dãdũ hoc ſacramentũ peccatori.

3 Præterea, de duobus malis minimum eſt eligendum c. duo mala. 13. Diſt. ſed peccatori minus malum eſt ſi infametur, quàm ſi corpus Domini manducet indigne, ergo &c.

4 Præterea, ſi dat hoſtiam non conſecratam nullum ſcãdalũ oritur, ergo hoc magis dẽt facere, quã aliud.

Sed contra facit c. non prohibeat. de conſect. diſt. 2. vbi Aug. de loco proxime art. c. præc. citato, dicit non prohibeat diſpenſator manducare pingues terrę in menſa Domini, ſed exactorem moneat timere, & c. ſeq. ſicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, ſed male accipiendo locum in ſe diabolo præbuit, ſic indigne quiſque ſumens dominicum ſacramentum.

Reſpondeo dicendum ſecundum S. Thom. in 3. p. q. 80. art. 6. quod circa peccatores diſtinguendum eſt. Quidam manifeſti per euidentiam facti, vt publici vſurarij, aut publici raptores, etiam per aliquod iudicium eccleſiæ, vel ſeculare, talibus manifeſtis peccatoribus ſacerdos non debet dare corpus Chriſti, ſiue ſacram communionem, vt infra ead. diſtin. pro dilectione tua. Si uero non ſunt manifeſti peccatores, ſed occulti, ſacerdos non poteſt denegare ſacram communionem petentibus in publico, propter quatuor rationes, quas aſsignat San. Thom. in 4. diſt 9. prima quatuor prædictarum eſt, quia ſacerdos denegans peccatori occulto petenti publicè eucharistiam, uideretur eſſe reuelator confeſsionis, aut proditor criminis.

Secundo, quia quilibet chriſtianus ex hoc ipſo, quòd eſt baptizatus habet ius in perceptione eucharistiæ, niſi illud per peccatum mortale amittat, unde cum in facie eccleſiæ non conſtet iſtum amiſiſſe ius ſuum non debet ei in facie eccleſię denegari, alias daretur facultas malis ſacerdotibus pro ſuo libito punire maxima pœna quos uellent.

Tertia, propter incertitudinem ſtatus ſumentis, quia ſpiritus ubi uult ſpirat, unde ſubito poteſt eſſe compunctus, & diuinitus à peccato purgatus, & diuina inſpiratione ad ſacramentum accedere.

Quarta, quia eſſet ſcandalum ſi denegaretur, ſi uero eſt manifeſtum debet ei denegare, ſiue in manifeſto, ſiue in occulto petat, ut colligitur ex c. quod iure. ex. de pœ. & rem.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quod potius eligeret medicus medicinam eſſe mortiferam infirmo, quàm ſibi, ſi alterum oporteret. Et ſimiliter ſacerdos potius debet eligere, quod peccator aſſumat ad perditionem ſuam, quàm ipſe deneget in perditionem propriam, ſcandalizando, & peccatum occultũ reuelando, & præterea non eſt certũ, utrum ſit ei mortifera, quia ſubito homo ſpũ Dei mutatur.

Ad ſecundam dicendũ, quod non dimittitur tantum propter ſcandalum, ſed propter alias cauſas, quæ faciunt ad hoc, nec eſſet contra ueritatem uitæ, ſi negaret Dominus, ergo non prohibuit ſimpliciter,

pliciter, sed voluntatem dandi, dicens. Nolite sanctum &c. sacerdos in casu proposito non dat propria sponte, sed magis coactus. Nec est similis ratio de animalibus brutis, & de proiectione in lutum, quia causæ prædictæ non sunt ibi.

Ad tertiam dicendum, quòd secundum Innocent. 3. cum nemo debeat vnum mortale committere, vt proximus aliud non committat, eligendum potius sacerdoti non prodere peccatorem, quam vt ille non peccet, sed peccator debet potius eligere, vt abstinendo reddatur suspectus, quam communicando manducaret indignus.

Ad quartam dicendum, quòd nullo modo debet dari hostia non consacrata. Tum quia in sacramento veritatis, non debet esse fictio. Tum quia, cum manducans adoret, vt dicit Augustinus daret sacerdos ei occasionem idolatrandi, vnde decretalis dicit ext. de cœle. myst. cap. de hominis, in casu simili, quod falsa sunt abijcienda remedia, quæ sunt veris periculis grauiora.

ARTIC. XXVII.

Vtrum totus Christus integer maneat in cęlo?

1 AD vigesimum septimum videtur dicendum, quòd non, quia aliquid de sanguine Christi reseruatur in ecclesia pro reliquijs, ergo non est in cęlo corpus Christi, cum integritate omnium partium.

2 Præterea, præputius fuit aliqua pars corporis Christi, & tamen dicitur esse in ecclesia S. Ioannis de Laterano Romæ, ergo idem, quod prius.

Sed contra facit cap. inuitat. de consecr. distinct. secunda vbi Augustinus, in quodam sermone de verbis Euangelij, dicit per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cęlo &c.

Respondeo dicendum, & primo circa sanguinem Christi. An scilicet totus sanguis reassumptus fuerit in resurrectione Christi. Dicimus cum Sanctus Thomas in quolibeto, quod totum, quod fuit de veritate humanæ naturæ, reassumptum fuit à Christo, non autem illa, quæ de veritate humanæ naturæ non fuerunt, & ita erit in resurrectione nostra, verum, quamuis circa ea, quæ sunt de veritate humanæ naturæ sit diuersa diuersorum opinio, secundum tamen quamlibet opinionem, non totus sanguis nutrimentalis. i. quæ ex cibis generatur, pertinet ad veritatem humane naturæ, cum ergo Christus ante passionem comedit & bibit, nihil prohibet, in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertineret, & quem non oporteret ad corpus eius in resurrectione redire, Sed loquendo de sanguine, qui est in passione effusus pro redemptione humani generis, dicimus quod totus in resurrectione ad corpus Christi redierit. Quod triplici ratione probat S. Th. ubi supra.

Prima est, seu accipi potest ex ætate Christi patientis. passus est enim in perfectissima ætate, in qua propter fortitudinem caloris, & virtutis desiccantis superfluitates corporis, videntur ea, quæ in homine inueniuntur ad veritatem humanæ naturæ pertinere, tanquam ad maximam perfectionem adducta.

Secunda sumitur ex merito passionis. Si enim martirum illæ partes in quibus passionem pro Christo substinuerunt quendam priuilegiatum fulgorem in resurrectione habebunt, vt Augustinus dicit. 21. de ciuitate Dei, multo magis sanguis Christi, quem pro salute humani generis effudit ad gloriosam resurrectionem reparatus est.

Tertia ratio sumi potest ex ipsa passionis virtute. Sanguis enim ille in passione effusus humanum genus sanctificauit secundum illud ad Hebre, vlti. Iesus, vt sanctificaret per sanguinem suum populum, extra portam passus est, humanitas autem Christi salutiferam virtutem habuit ex virtute verbi sibi vniti, vt Damascenus dicit in tertio libro, vnde manifestum est, quod sanguis in passione effusus, qui maxime fuit salubris, fuit diuinitati vnitus, & ideo oportuit, quod in resurrectione vniretur alijs humanitatis membris, siue partibus, & ita habetur primo, quod totus sanguis, qui fuit de veritate humanæ naturæ in Christo resurrexit. Secundo, quod totus sanguis, qui effusus est in passione Christi, cum totus uideatur pertinuisse ad veritatem humanitatis suæ, dicitur resurrexisse in eius resurrectione.

Ad rationes. Ad primam, in qua dicebatur, quod sanguis quidem in quibusdam ecclesijs seruatur pro reliquijs Christi, & adoratur à populo, & credendum est, quod ecclesia ibi non errat. Ad hoc respondetur primo, quod sanguis ille de quadam imagine percussa miraculose fluxisse dicitur, & hoc etiam Sanctus Thom. in 3. parte q. 54. art. 2. ad. 3. confirmat, ita dicens sanguis ille, qui in quibusdam ecclesijs pro reliquijs obseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam Imagine Christi percussa. Addit autem Sanctus Thomas in quolibet præfato, vel alias ex corpore Christi, ita quod non videtur inconueniens, quòd de sanguine nutrimentali Christi. i. qui ex cibis in Christo generatus est, aliquid dicatur in terris remansisse. Sed de adoratione illius remanet difficultas, qua adoratione adorabitur talis sanguis. Ad hoc Magister Ioann. de Poliaco respondens in quolibeto quar to articulo 3. dicit, quòd si illi, qui talem sanguinem habent, dicerent, quòd sanguis ille fluxerit de corpore domini, maledicerent iudicio suo, sed quod adorandum ostendant non videtur periculum, quia ille sanguis, vt dicitur à quibusdam de quadam imagine Christi in contumeliam Christi percussa, vel potuit fluxisse de hostia consecrata puncta in Christi contumeliam, sicut Parisijs contingit, si fluxerit de corpore Christi potest, & debet adorari adoratione latriæ, sicut sacratissimæ reliquiæ Christi: si fluxit de imagine Christi aut hostia consecrata, quia talis fluxus fuit miraculosus repræsentans Christi passionem, & ipsum Christum passum, ideo debet adorari adoratione latriæ, non propter

se, sed propter Christum, & eius passionem, quàm representat, sicut & Christi imago. De præputio vero dominus Bonau. in 4. 12. dist. ponit plures modos dicendi in ista materia. dicit enim sic, quod obijcitur de Preputio dicendum, vel quod non fuit de carne Christi secundum speciem, sed diuina dispensatione paruni de carne secundum materiam, vt daretur nobis in deuotionem, sicut reliquiæ, & sic dicendum est de sanguine, vel aliquid fuit de veritate, & illud resurrexit cum Christo & est in cęlo, & residuum mansit, aliqui tamen dicunt, quod circumcisi resurgent sine præputio, quia est signaculum ad decorem: & si tu obijcias, quod totum resurgit. dicunt quod verum est totum, quod spectat ad rem, vel pulchritudinem, & ideo non est instantia de præputio. quod autem eorum verius sit difficile est scire tamen, quocunque modo dicatur, verum est, quod totus Christus quantum ad esse, & bene esse. in cœlo est, hæc sic patet responsio ad omnes rationes,

ARLIT. XXVIII.

Vtrum Christus sit in sacramento secundum totam suam quantitatem?

1 AD vigesimum octauum videtur dicendum, quòd non, quia quantitas corporis Christi nõ inuenitur extra corpus Christi; nec corpus Xp̃i sine propria quãtitate, sed cõstat, qđ corpus Xp̃i nõ est vltra dimẽsiones panis, nec aliqua pars dimẽsionis est sub quã nõ sit corpus Xp̃i, ergo si est ibi quãtitas tota corporis Xp̃i, nec excedit dimensiones panis, nec exceditur, sed communis animi conceptio est, quod duæ quantitates, quarum vna, alteri supposita, neque excedit, neque exceditur, sicut æquales: ergo quantitas corporis Christi tota æquatur quantitati panis, quod est falsum, quia cõuenit esse & maiorem, & minorem.

2 Præterea, nullum corpus secundum totam quantitatem suam potest contineri indifferenter à parua, & magna quantitate extrinseca, sed corpus Christi indifferenter continetur sub parua parte, vel magna panis consecrati, ergo non est ibi secundum suam totam quantitatem.

3 Præterea, quandocunque sub aliqua quantitate extrinseca continetur corpus aliquod, habens partes distinctas, secundum suam intrinsecam quantitatem totã, cõuenit assignare sub qua parte illius quãtitatis figuræ partes contineantur, sed corpus Christi cum sit organicum habet partes distinctas, si ergo secundum suam totam quantitatem continetur sub dimẽsionibus panis, erit assignare vbi sit caput eius, & manus & pedes, quod est impossibile, quia paruitas quantitatis non sufficient ad talem distantiam, & precipue cum partes habeant distãtias determinatas,

Sed contra facit c. qui manducat. de consecr. dist. 2. vbi Aug. in serm. de verbis Domini dicit totus erat apud patrem, quando venit in virginem impleuit illam, nec recessit ab illo: veniebat in carnem, vt cum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt angelos pasceret, & in cap. seq. ead. dist. dicit Hyer. in Leuitc. singuli accipiunt Christum dominum, & in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis Sanctus Thomas in tertia parte quæstione 76. artic. quarto,

Respondeo dicendum, quòd corpus Christi est in hoc sacramento secundum totam suam quantitatem. patet hæc conclusio, quia, qua ratione ponitur ibi pars quantitatis, eadem ratione debet poni ibi esse tota quantitas, quia sicut corpus Christi non separatur à propria quantitate, ita vna pars quantitatis non separatur ab alia, vtrumque enim sine mutatione corporis Christi non posset euenire, ad cuius rei ampliorem manifestationem. Notandum, iuxta Alexandrum de Ales in quarto, quòd in hoc sacramento, quædam sunt secundum naturam, quædam supra naturam, sed non supra intellectum, & supra naturam. Secundum naturam sunt ibi accidentia, quędam, sicut color, sapor, in magnitudine aptitudo accidentis respectu actus sui, sicut albedinis ad immutandum visum. supra naturam, sunt accidentia sine subiecto vt color, sapor, rotunditas, siue substantia, hoc autem est supra naturam, sed non supra intellectum, intelligit autem intellectus accidentia sine subiecto per abstractionem, supra naturam, & intellectum est ibi Christus in tota quantitate, in quanta est in cœlo, & non excedit terminos illius paruulæ formę, hoc autem est supra naturam, & intelligentiam.

3 Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd ratio non procedit, quia in suppositione directe quantitas applicatur quantitati, & quia quantitas Christi non directe applicatur quantitati panis, quia non mediante ipsa corpus Christi sub dimensione panis est, ideo non est ibi aliqua suppositio quantitatis, & quãtitatem, nec aliqua commensuratio quantitatum, & ideo non sequitur, quod sint æquales.

Ad secundam respondetur, quod sicut illa, quæ non habent quantitatem possunt esse indifferenter, sub magna & parua quantitate, sicut patet de anima, quæ est indifferenter in magno & paruo corpore, ita illud, quod non ratione suæ quantitatis continetur sub aliqua quantitate potest esse indifferenter in magna & parua quantitate, sicut est in proposito.

Ad tertiam rñdetur, quòd situs sicut obiectio tangit quantitatem præsupponit, & quia quantitas Christi nullam habitudinem habet ad dimensiones panis, ideo etiam nec situs partium corporis Christi, & ideo quamuis corpus Christi, prout est sub sacramẽto, habeat partes distinctas, & firmatas situ naturali, non tamen est assignare in partibus dimensionis panis, vbi singulæ partes corporis Christi iaceant. Neq tamen sequitur, quod dicamus corpus Christi confusum, quia ordinem habent partes in se; sed secundum ordinem illum non comparantur ad dimensiones exteriores.

ARTIC. XXIX.

Vtrum sit uerum, quod ubi est pars corporis, sit ibi totum?

1 AD vigesimum nonum respondetur dicendum, quòd non, quia si vbi est pars, ibi sit totum,

tium, ergo vbi est vna pars, ibi quælibet, ergo pars non est distincta à parte, ergo corpus Christi est ibi confusum.

2 Præterea, si vbicunque est pars, ibi sit totum, ergo in eodem loco primo sunt partes, & totum, sed quæcunque sunt in eodem loco primo sunt æqualia, ergo pars, & totum sunt æqualia.

3 Præterea, nulla quantitas dimensiua continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius, sed Christus est in sacramento per suam quantitatem dimensiuã, ergo est impossibile, quod vbi est pars, ibi sit totum.

Sed contra facit cap. vbi est pars, de consecr. dist. 2. vbi Hilarius dicit vbi est pars corporis, est & totum. Eadem ratio est de corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit, de quo dicitur exod. 16. (qui plus collegerat non habuit amplius, neque qui minus parauerat, inuenit minus) Non est omnino quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Respondeo dicendum, quòd verum est, quod dicit B. Hilarius, sicut patet ex dictis in præcedenti c. quoniam si corpus Christi est totum in toto sacramento, & in qualibet portione eius, manifestum est, quod vbi pars est, ibi & totum esse confitendum est.

Ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam, confusio enim opponitur ordini partium, qui pertinet ad rationem situs, & quia corpus Christi non est situaliter sub sacramento, ideo non sequitur ibi aliqua confusio partium ex hoc, quod in quolibet signatio hostiæ est totum corpus, & quælibet pars eius, quamuis enim non sit accipere ordinẽ partium corporis Christi, secundum comparationẽ ad partes hostiç, tamen est accipere ordinem ipsarum adinuicem in corpore Christi, secundum propriam quantitatem. Et hoc est idem, cum eo, quod Bonauentura dicit, quod ibi non est confusio, quia & si partes non diuidantur secundum positionem in loco, diuiduntur tamen secundum positionem in toto, & ideo non est ibi confusio, quia est ibi positio, quæ est ordinatio partium in toto.

Ad secundam respondetur, quòd ratio illa procedit, ac si corpus Christi esset in sacramento, siue in loco, siue situaliter, quod non est verum, sicut dictum est.

Ad tertiam respondetur, quòd modus existendi cuiuslibet rei determinatur secundum illud, quod est ei per se, non autem secundum illud, quod est ei per accidẽs, sicut corpus est in visu, secundum quod est album, non autem secundum quod est dulce, vnde & dulcedo est in visu, secundum modum albedinis, non secundum modum dulcedinis, quia ergo ex ui sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimensiua eius est ibi concomitanter, & quasi per accidens, ideo quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modum, vt scilicet sit totum in toto, & singulæ partes in singulis partibus, sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto in qualibet parte.

ARTIC. XXX.

Vtrum Christus sub vtraque specie huius sacramenti contineatur?

1 AD trigesimum respondetur dicendum, quòd non, quia hoc sacramentum ad salutem fidelium ordinatur, non virtute specierum, sed virtute eius, quod sub speciebus continetur, quia species erant etiam ante consecrationem, ex qua est virtus huius sacramenti, si ergo nihil continetur sub vna specie, quod non contineatur sub altera, & totus Christus contineatur sub vtraque, videtur, quod altera illarum superfluat in hoc sacramento.

2 Præterea, sub nomine carnis omnes partes corporis continentur, sed sanguis est vna partium corporis, si ergo sanguis Christi continetur sub specie panis, non deberet seorsum consecrari, sicut nec seorsum consecratur alia pars corporis.

3 Præterea, quòd iam perfectum est iterum fieri nõ potest, sed corpus Christi iam incipit esse per consecrationem panis, ergo non potest esse, quod de nouo incipiat esse per consecrationem vini, & ita sub specie vini non continebitur corpus Christi, & per consequens totus Christus. Non ergo sub vtraque specie totus Christus continetur.

Sed contra facit cap. presbyter. de consecr. dist. 2. vbi concilium Vuomaciense dicit, Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit statim eum communicet, ne sine communione moriatur, vbi apparet, quod conseruaretur sub vna specie tantum, nisi totus Christus sub qualibet contineretur. Sanctus Thomas 3. par. quæst. 76. artic. secundo.

Respondeo dicendum, quòd certissime ex supradictis tenendum est, quod sub vtraque specie sacramenti totus est Christus, aliter tamen, & aliter, quæ conclusio sic declaratur. Nam sub speciebus panis est quidem corpus Christi, ex ui sacramenti, sanguis ex reali concomitantia, sicut supra dictum est de anima, & de diuinitate Christi. Sub speciebus uero vini est quidem sanguis Christi, ex vi sacramenti, copus vero reali concomitantia, sicut anima, & diuinitas ex eo, quod nunc sanguis Christi non est ab eius corpore separatus, sicut fuit in tẽpore passionis, & mortis, vnde si tunc fuisset hoc sacramentum celebratũ, sub speciebus panis fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub speciebus vini sanguis sine corpore, sicut erat in rei veritate.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd quamuis totus Christus sit sub vtraque specie, non tamen frustra. Nam primo quidem hoc valet ad repræsentandam passionem Christi, in quo seorsum fuit sanguis à corpore, vnde in forma consecrationis, sanguinis, fit mentio de eius effusione.

Ad secundam, quòd in passione Christi, cuius hoc sacramentum est memoriale, non fuerunt aliæ partes corporis ab inuicem separatæ, sicut sanguis, sed corpus indissolutum permansit secundum quod legitur Exod. 12. Os non comminuetis ex eo, & ideo in hoc sacramento seorsum consecratur sanguis à corpore,

poꝛe, non tamen aliqua pars alia.

Ad tertiam dicendum, quòd sicut dictum est, corpus Christi non est sub specie vini, ex ui sacramenti, sed ex reali concomitantia, & ideo per consecrationem vini non fit ibi corpus Christi per se, sed concomitanter.

DE CONSECRATIONE.

D I S T. III.

CОntinuari potest hoc pacto, in prima distinctione egit magister de myſtarm celebratione. In secunda de Eucharistia, sed quia in diebus festiuis communio potius frequentatur, ideo ordine congruo, post pręmissam de festiuitatum celebratione, continuat vbi generales festiuitates describit, quibus feriari debemus.

Pro declaratione eorum, quæ in ista dist. continentur videndum est primo.

A R T I C. I.

Vtrum conuenienter tradatur præceptum, de obseruantia dierum festorum?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, dicitur enim in Psal. 33. benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, sed feriæ instituuntur ad laudãdum Deum, Non ergo fuit conueniens, vt aliqui certi dies statuerentur ad laudandum Deum, sed omni tempore fieri deberent.

2 Præterea, si aliquod festum esset datum hoc maxime esset de obseruantia Sabbati, sed hoc non videtur, cum sit ceremoniale. secundum illud Exod. 31. videte vt Sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris, ceremonialia autem præcepta sunt sublata, ergo &c.

3 Præterea, quicunque transgreditur præceptum decalogi peccat, sed in veteri lege aliqui trãsgredientes obseruantiam Sabbati non peccabant, sicut circuncidentes pueros octauo die, & sacerdotes in templo Sabbatis operantes, dicitur enim Luc. 13. non ne vnusquisque vestrum soluit bouem, & asinum suum, & ducet ad arare, ergo inconuenienter ponitur hoc præceptum.

4 Præterea, præcepta decalogi, sunt etiam in noua lege obseruãda. sed in noua lege non obseruatur hoc præceptum, nec quantum ad diem Sabbati, nec in quantum ad Dominicam, in qua homines multa faciunt, ergo incouenienter datur hoc præceptum.

Sed contra facit cap. 1. de consecr. distinct. 3. vbi in Concil. Lugdun. dicitur pronunciandum est laycis, vt sciant tempora feriandi per annum, idest omnem Dominicam, ã vespera vsque ad uesperam, ne iudaismo capiantur. feriandi vero per annum isti sunt dies, Natalis Domini S. Stephani S. Ioannis. &c.

Respondeo dicendum, hic videnda sunt quatuor. Primo de conuenientia institutionis feriarum, idest dierum festorum, quibus vacandum sit diuinis. Secundo à quibus operibus cessandum est diebus festiuis. Tertio quibus operibus vacandum est diebus festiuis. Quarto de successione diei dominici obseruantiæ Sabbati, & aliarum festiuitatum solemnium solemnitatibus veteris testamenti.

Circa Primum, sit ista conclusio. conuenienter inter præcepta diuina traditum est præceptum de obseruatione alicuius diei, idest sabbati, in quo specialiter vacandum sit Deo probatur, ista conclusio iuxta S. Thom. in 2. 2. q. 122. artic. 4. sic cum necesse fuerit, ut homini præceptum daretur, per quod in vera religione fundaretur, & ad religionem pertineat cultum exhibere Deo; non tantum interiorem, qui consistit in oratione, & deuotione; sed etiam exteriorem aliquod sensibile signum; ait enim Tullius. 3. rhet. religio est uirtus, quæ cuidam superiori naturæ, quam diuinam uocant, cultum cerimoniamque affert; conueniens fuit, vt homini traderetur, præceptum aliquod de exteriori cultu, etiam secundum actus corporales, qui sunt quasi quędam signa interiorum, & spiritualium actuum; vt habetur, in c. sacrificium. ē. c. dist. 2. quæ per se Deus acceptat, vnde Aug. dicit in 4. de ciui. Dei, quibus Deo mens hominis coniungitur, sacrificium visibile inuisibilis sacrificij sacramentum; idest sacrum signum est; & quia nõ erat possibile omnibus quibus dabatur præceptum, vt semper, & qualibet die dimissis curis temporalium uacarent Deo assignata est, inter alios dies una præcipue ad vacandum Deo, scilicet dies sabbati, & hoc præcipue; quia illa die dicitur Deus cessasse ab opere suo secundum illud Gen. 2. compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab omni opere suo, quod patrarat; vnde hac ratione dies septima mandatur sanctificanda. i. deputanda ad vacandum Deo, vnde Exo. 20. præmisso præcepto de sanctificatione sabbati consequenter assignatur ratio; quia videlicet, sex diebus fecit Deus cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt & requieuit die septimo.

Secundo, quia secundum tropologicam significationem sabbatum significat quietẽ Christi in sepulchro, quæ fuit die septima.

Tertio quia secundum sensum moralem significat quietem à uitijs, quæ ad septimum numerum in genere deducuntur.

Quarto, quia secundum significationem anagogicam significat quietem animarum futuram in septima ætate in qua nos sumus.

Pręterea, etiam secundo, quod tempus aliquod deputetur ad uacandum Deo dictat ipsa ratio naturalis, & multo magis, quam ad vacandum sensibilibus operibus, & maxime cum ut ait Aristo. 9. Eth. homo sit magis intellectiuus, quàm sensitiuus; quare merito præceptum de obseruatione diei festiui ad vacandum Deo datum est nobis ab ipso Deo, inter alia pręcepta moralia.

Tertio præfata conclusio probatur sic iuxta eundem S. Thom. in 3. dist. 37. hominibus spirituali uita iuuentibus maxima cura adhibenda est, ut Dei omnipotentiam, & prouidentiam cognoscant; sed lex mosaica data est ad instruendum spiritualem uitam; ergo præcipue hoc illud debuit præcipi, quod Dei omnipotentiam, & prouidentiam, ad credendũ

ho-

homines assuefaceret; hæc autem est obseruatio sabbati, quæ in memoriam inducit, ut Rabi Moyses dicit, principium mundi, cuius factura septem diebus consumata est, qua supposita cunctis etiam simplicibus euidens est Deum omnipotentem esse, & ex prouidentia non ex necessitate agere; ergo conueniens fuit, vt obseruatio sabbati lege statueretur.

Circa secundum notandum cum S. Thom. in 2. 2. q. 122. artic. 4. quod opera, à quibus cessandum est in diebus festiuis sunt opera seruilia, secundum illud Leu. 23. omne opus seruile non facietis in eo; opus autem seruile dicitur à seruitute; est autem triplex seruitus, una quidem; qua homo seruit peccato, secundum illud Ioann. 8. qui facit peccatum seruus est peccati; & secundū hoc omne opus peccati dicitur seruile. Alia uero seruitus est, qua homo seruit homini; est autem homo alterius seruus non secundum mentem; sed secundum corpus; & ideo opera seruilia secundum hoc dicuntur opera carnalia, in quibus unus homo alteri seruit. Tertia est autem seruitus Dei, de qua Lucæ. 1. seruiamus illi in sanctitate & iustitia. & secundū hoc opus seruile, posset dici opus latriæ, quod pertinet ad Dei seruitium; qua distinctione posita, sit ista conclusio. Capiēdo opus seruile Dei non prohibetur in die festo, sed præcipue præcipitur exercendum patet, quia finis obseruationis festi est, vt exercitijs spiritualibus homo vacet Deo; Homo enim ad hoc ab alijs abstinet in die festo, ut vacet operibus ad Dei seruitutem pertinentibus. Et inde est, quod sicut dicitur Io. 7. circumcisionem accipit homo, vt non soluatur lex Moysi; inde etiam est, quod, sicut dicitur Mat. 12. sabbata sacerdotes in templo sabbatum violant. i. corporaliter in sabbato operantur, & sine crimine sunt. Et sic etiam sacerdotes in sabbato circumferentes arcam non transgrediebantur præceptum de obseruantia sabbati; similiter etiam nullius spiritualia actus exercitium est contra obseruantiam sabbati; puta si quis docet uerbo, vel scripto; unde numeri 28. dicit gl. quod fabri, & huiusmodi artifices otiantur in die sabbati; lector autem diuinæ legis, uel doctor, ab opere suo non desinit; nec tamen contaminatur sabbatum; sicut sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt.

Secunda conclusio, loquendo de opere seruili idest seruitute peccati, maxime prohibetur in die festo patet, inde, quia magis per opus peccati impeditur homo à diuinis; quàm per aliquod opus licitum quātis sit corporale; ideo magis cōtra hoc præceptum agit, qui peccat in die festo, quam per aliquod opus licitum, quod faciat; unde dicit dominus Bonauentura in tertio, maxime opera carnalia prohibentur; sicut ebrietates, lites, & iurgia, quæ maximè libertati spiritus repugnant, & hoc est, quod dicit Aug. in lib. de 10. chordis. dicitur ibi, ut spiritualiter obserues sabbatum, non quomodo iudæi obseruant carnalio otio; vagari enim uolunt ad nugas, atque luxurias suas; melius enim faceret iudæus in agro suo aliquod vtile, quàm in theatro seditiosus existeret; & melius fœminæ eorum lanam die sabbato facerent; quam tota die in neomenys suis impudicè saltarent. Hoc autem dicit Aug. non quia non sit cessādum in diebus solemnibus à negocijs actuum cæteriorum, sed quia maxime debent homines animum suum reuocare ab his, quæ maiorem occasionem peccandi præbent. Est autem hic aduertēdum, quòd peccans uenialiter die festiuo faciens opus seruile, quod de se est ueniale non agit contra hoc præceptum; quia peccatum ueniale nō excedit sanctitatem nec Dei seruitutem.

Tertia conclusio, loquendo de opere seruili à seruitute, qua homo seruit homini; talia seruilia opera contrariantur obseruantiæ festi, in quantum impediunt applicationē hominis ad diuina, sicut est agricultura, & opera meccanica; & huiusmodi, ad quorum exercitium olim soli serui deputabātur, de quibus in concilio apud Medardum, quod præsente Carolo Imperatore, dicitur celebratum, ut dicit Brocardus lib. 2. ita legitur, statuimus secundum quod in lege domini mandatum, ut opera seruilia diebus dominicis non agantur, quod uiri ruralia exerceāt, nec in uinea colenda, nec in campis arando, uel metendo, uel fœnum secando, uel sepem ponendo, vel in sylula extirpando, uel arbores scindere, vel in petris laborare, nec ad placita conueniant, nec mercatus fiat, nec uenationes exerceantur, & infra, feminæ opera textilia non faciant die dominico, non epulent, uestitua non consuant, non lauent, carpent, non liceat linum bractere, aut vestimenta lauare, nec barbices tondere, vt omni honore requies persoluatur, sed ad mysta tum solemnia vndique conueniant, & laudent Deū pro omnibus bonis, quæ nobis in illa conferre dignatus est. verum notandum, quod, vt ait, S. Thom. in secunda secundæ, vbi supra. Opera corporalia ad spiritualem Dei cultum non pertinentia in tantum serui lia dicuntur, in quantum proprie pertinent ad seruientes, in quantum vero sunt communia & seruis, & liberis, seruilia non dicuntur, quilibet autem tam seruus, quàm liber tenetur in necessarijs prouidere non tam sibi, sed etiam proximo; Præcipue quidem in his, quæ ad salutem corporis pertinent, secundum illud prouerbiorum. 4. Erue eos, qui ducuntur. 9. secūdario autem etiam in damno rei vitando, secundum illud Deutero. 23. non videbis bouem, & ouem fratris tui errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo. Et ideo opus corporale pertinens ad conseruandam salutem proprij corporis, nō uiolat sabbatum. Nō. n. est contra obseruantiam sabbati, quod quis comedat, & alia huiusmodi faciat, quibus salus corporalis conseruatur, & propter Machabæi non polluerunt sabbatum pugnantes ad sui defensionem die sabbati, vt legitur. 1. Machabeorū, similiter etiam nec Helias fugiens à facie Iezabel in die sabbati, & ꝓpter hoc etiam dominus. Mat. 12. excusat discipulos suos, qui colligebant spicas in die sabbati propter necessitatē, quàm patiebantur. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad salutem corporalem alterius, nō est contra obseruantiam sabbati, vnde dominus. Ioannes. 7. mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in die sabbati. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminentia damnum rei exterioris vitandum, non violabat sabbatum, vnde dominus dicit Matt. 12. quia est ex uobis qui habeat unā ouem, & ceciderit die sabbato in foueam, non ne tenebit, & leuabit illam, ex quibus colligere possumus tres

tres esse circumstantias, quæ opera corporalia faciũt esse licita in die festo. Primo obseruatio propriæ salutis, propter quam licitũ est die festo cibos coquere,& præparare. Item licitum est carnifices,& panifices preparare uictualia die festo,vt die sequenti vendant si prius non possent commodè præparare, aut præparata conseruare,vt dicit Guilielmus.Item licitum est die festo, meditari, tondi, & alia, quæ fiunt, propter conseruandam salutem proprij corporis.Itẽ instãte necessitate bellare die festo, in quo opere intelligēda veniunt omnia opera bello necessaria.

Secunda circumstantia est conseruatio salutis corporalis alterius, propter quod barbi tõsores, chirurgi medici,minutores, ad necessitatem hominum die festo licitè possunt operari.

Tertia circumstantia,est vitatio damni imminentis,propter quod licitum est iacentibus segetibus in agro, & fœnis in prato, & vuis in vinea si imineat tẽpestas, aut hostes discurrant per territorium,illas in die festo remouere: Item hac ratione licitum est ferratores ferrare die festo, si fiat in casu necessitatis & non poterit alias commode prouideri, Item hac ratione licitum est bestias cadente, aut infirmantes leuare & medicare. Breuiter omnia opera corporalia, quæ ad imminens damnum euitandum sunt necessaria,licite possunt fieri in die festo,

Circa tertium notãdum,quod quinque sunt,quibus in diebus festiuis specialiter vacandum est,ad dignè feriantibus.Primo quidem vacãdum est diuinis laudibus, & hymnis, & canticis spiritualibus, Deo psallentibus, ut Infra eadem dist.c. ieiunia, secundũ illud psal.80. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob.Secundo vacandum est prædicationibus, regularibus disciplinis, secundum illud Ecclesiast. 38 sapientiam scribe in tempore vacuitatis,7. vacationes festiuæ,& qui minoratur actu.1.mũdano opere percipiet,& illam,tertio vacãdum est meditationi sanctæ,vt puta,quam gloriosus sit Deus in potestate sua,quam potens in rerum creatione, quam prius,& largus eis, qui bene colunt Deum. Oculus.n.non vidit,nec auris audiuit,neque incor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se Prime ad Corinthios secundo,vnde Propheta in psal.33. gustate, & videte, quoniam suauis est dominus, beatus vir, qui sperat in eo.

Quarto vacãdum est in festo deuotæ orationi,tũc autem maxime, & fiducialius adorandus est Deus, Orandi sunt sancti,quando eorum festa celebrentur, & eorum gloria commemoratur, Maxime, quando ipse dominus inuitat nos dicens Matt.7. & Luc. 11 petite,& accipietis, quærite & inuenietis,pulsate,& aperietur vobis.&c.

Quinto vacãdum est in festis eleæmosynarũ largitionib.debēt. o. largitiones eleæmosynæ fieri magis in festis, quam in aliis diebus.hoc enim multũ iuuat ad impetrandum Dei,& sanctorum gratiam.Prouerbiorum 18.domũ hominis dilatat viam eius,& ante Principes spatium ei facit.

Circa quartum est notandum,vt inquit S.Thom. in secunda secundæ, vbi supra, quod obseruantia diei dominicæ in noua lege succedit obseruãtiæ sabbati in veteri lege.Non quidem ex ui præcepti legis, sed ex constitutione ecclesiæ, & cõsuetudine populi christiani, quæ ex ordinatione siue reuelatione diuina,& Apostolorum obseruatione exordium habuit. Conuenienter ergo loco diei sabbati instituta est dies dominica fidelibus celebranda,secũdum Augustinũ propter tria. Primo propter signatorum præeminentiam. Sedcundo propter ipsorum sanctorum excellentiam, Tertio propter ipsorum maiorem conuenientiam.Primo quidē, longe melior est & perfectior requies animarum,& corporum futura in octaua ętate, quã significat dies dominica, quæ est octaua dies hebdomadæ, quam sit requies animarum solum futura septima ætate, in qua nunc sumus, quam significat.dies sabbati,quæ est septima dies. Similiter secũda opera recreationis & regñationis, quæ fuerũt die dñica factæ excellētiora fuerunt, quã opera cessationis à creãdo,& quietis Xpi in sepulchro,quæ fuerũt facta die sabbati,eodem modo tertio, habere aliquid iam in re longe melius est, quam sperare in frustra spe, sed sabbatum significabat requiem animarũ, ut adhuc futuram, dies vero dominica, significat requiem animarum in nostro capite Christo inchoatã dominus vero Bonauentura in tertio ponit hanc obseruantiam diei dominicæ inductam. Tum propter memoriam beneficij redemptionis. Tum in figurã futuræ resurrectionis. Tum propter gaudium resurrectionis domini. Tum propter amotionem cuiusdam erroris, quia secundum gentiles dies dominica prius est, cum in principio huius diei incipiat dominari principalis planeta, ut dicunt, scilicet sol, propter quod vocabant eum diem solis, & exhibebant ei venerationem, ut igitur error solis excluderetur, & reuerentia cultus soli Deo exhiberetur præfixa fuit dies dominica, in qua populus christianus specialiter vacaret ad cultum Dei, & prætermitteret negotia terrena, quæ animam distrahunt, ne Deo intendat. Qualiter autem festa præcipue in lege noua succedant spem solemnitatibus, quæ fuerunt in veteri lege.sicut dies dominica sabbato,ita declarat.S.Tho. in prima secundæ quæstione. 103.artic.3. ita dicens sabbatum, quod significabat primam creationẽ, mutatur in diem dominicam, in qua commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi, & similiter alijs solẽnitatibus veteris legis nouæ solennitates succedunt, quia beneficia illi populo exhibita significat beneficia nobis concessa per Christum,vnde festo Pasche succedit festum passionis Christi,& resurrectionis,festo pentecostes, in quo data fuit lex spiritus uitæ festo neomeniæ succedit festum, beatæ Virginis, in qua primo apparuit illuminatio solis, i. Christi,per copiam gratiæ,festo tubarum succedunt festa Apostolorum, festo expirationis succedunt festa martyrum, & confessorum, & festo tabernaculorum succedit festum dedicationis ecclesiæ festo cœtus, atque collectæ succedit festum Angelorum,uel etiam festum omnium sanctorum. Nunc dicendum. Ad rationes in oppositum.

Ad Primam respondetur,nagando consequentiã, quia hic loquimur de uocatione diuinorum per cessationem ab operibus seruilibus, quod cum non esset possibile semper,& qualibet die cessare à seruilibus operibus,& illud præceptum daretur toti populo,

lo, conueniens fuit, vt certus dies institueretur festiuus, ad vacandum Deo hoc modo, & non totum humanæ vitæ tempus.

Ad secundum respondeo negando, quod præceptum de obseruantia sabbati sit simpliciter ceremoniale, vt enim inquit. S. Thom. in secunda secundæ, vbi supra. Præceptum de santificatione sabbat. litteraliter intellectum est partim morale, & partim ceri moniale. Morale quidem quantum ad hoc, quod homo deputet aliquod tempus vitæ suæ ad vacandum diuinis, inest enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei necessario deputetur tempus aliquod, sicut corporali refectioni somno, & alijs huiusmodi, vnde etiã spirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, secundum dictamen rationis naturalis, aliquod tempus deputat homo, & sic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis cadit sub præcepto morali, sed in quantum in hoc præcepto determinatur speciale tempus, in signum creationis mundi, sic est præceptum ceremoniale. Ponitur autẽ inter præcepta decalogi, in quãtũ est præceptũ morale, nõ in quãtũ est ceremoniale.

Ad Tertiam respondetur negando consequentiã, & cum dicitur, quod in veteri lege aliqui fuerunt transgredientes obseruantiam sabbati, & tamen &c. Respondetur quod illi, de quibus arguitur non trãsgrediebantur sabbatum, quoniam (sicut dictum est) talia opera, quæ erant ad cultum dei sicut circumcisio, & ea, quę faciebant sacerdotes in templo, & opera, quæ ordinabantur ad salutem corporalem, nõ violabant sabbatum, sicut dictum est, circa tertiam conclusionem.

Ad quartam respondetur, negando, quod in noua lege nõ obseruetur præceptum de obseruatione diei festi, quoniam (ut dictum est) obseruantia diei dominicæ succedit obseruationi diei festi sabbati. Et quando arguitur, quod multa fiunt in die dominica, quæ non fiebant in die sabbati. dicendum quod hoc non arguit. Cuius ratio est secundum S. Tho. in secunda secundæ, vbi supra, quod huius modi obseruantia die dominica non est figuralis sicut fuit obseruatio sabbati in veteri lege, & ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die dominica sicut in die sabbati, sed quædam opera conceduntur in die dominica, quæ in die sabbati prohibebantur, sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi de cõsecratione di, 3. peruenit in fin. Et etiam in quibusdam operibus probibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua, quam in veteri lege; quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quam nec in modico p̃terire oportet, opera enim secundum se considerata immutari possunt pro loco, & tempore. Vnde Alexãder tertius propter necessitatẽ indulget quibusdam, vt alecia capiant diebus dominicis, & alijs festis prę ter quam in maioribus anni solemnitatibus, vt habetur extra de fe. c. licet.

ARTIC. II.

Vtrum sancti homines sint festiuis honorificentijs colendi?

1 AD secundum videtur dicendum, quod nõ, quia nõ est faciendum aliquid, quod possit esse erroris occasio, sed festiuare homines mortuos, videtur ad errorem gentiliũ pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant, ergo sancti mortui non sunt talibus festiuis honorandi.

2 Præterea, sic homines ad hoc, ore, & exterioribus honorificentijs collaudantur, vt ad meliora prouocẽtur, sicut enim mali ex suis laudibus ad meliora prouocantur. Vnde prouerbiorum 27. dicitur cõmodo probatur in conflatorio argentum, sic probatur homo ore laudantium, sed sancti in cœlo per verba, aut laudes hominum non prouocantur ad meliora, cum eorum bonum non crescat, quia iam in termino sunt, ergo videtur, quod non sint talibus laudibus honorandi.

3 Præterea, si santi mortui deberent ita coli à fidelibus, videtur, quod eis sacrificium offerendum esset, sed hoc est proprium soli Deo, Vnde Exod. 22. dicit qui immolat Dijs occidetur, pręter domino soli, ergo sancti non sunt tali honorificentia collendi, quod dies mortis eorum celebrantur, laudes eis & sacrificia offerantur.

In oppositum est textus præsentis capituli supra in artic. proximo allegati & ext. de fer. c. conquęstus.

Respondeo dicendum, quod conuenientissime, actum est, vt sãcti, siue Angeli, siue homines festiuis laudibus honorẽtur, vnde dicitur Eccl. 20. laudemus viros, gloriosos, & patres nostros in generatione sua, vbi notandum, quod multiplici de causa institutum est, vt festiuitates sanctorũ in terris agamus magist. Guilielmus Antisiodorem. Episcopus in summa sua de officio, ponit sex rationes. Prima propter honorẽ diuinæ maiestatis, cum enim sanctis honorem impẽdimus, Deũ in sanctis honoramus, & ipsum in eis mirabile prędicamus, quia, qui sanctis honorẽ tribuit, illum specialiter honorat, qui eos sanctificauit.

Secunda est, propter auxilium nostræ infirmitatis, quia enim per nos salutem habere nõ possumus, ideo sanctorum intercessionibus indignemus, à quibus, vt adiuuari mereamur, merito ipsos honorare debemus legitur enim tertio Reg. 1. quod Bersabee, quæ interpretatur puteus satietatis in ecclesia triũphantis filio suo. i. ecclesiæ militanti regnum suis præcibus obtinuit.

Tertia est, propter augmentum nostræ securitatis, & ad spei nostræ subleuationem, vt per sanctorum gloriam, quæ nobis in eorum festiuitate proponitur nostra spes, & securitas augeatur. Si enim homines mortales nobis similes potuerunt, ita per sua me rita sublimari, constat quod nos similiter poterimus, cũ manus domini breuiata non sit.

Quarta est, propter exemplum nostræ imitationis, cum enim eorum festiuitates recensentur, ad eorum imitationem prouocamur, vt scilicet eorum exẽplo terrena contemnamus, & cælestia desideremus.

Quinta est propter debitum mutuæ vicissitudinis, sancti enim de nobis in cœlo festum faciũt, quia gaudium est angelis Dei, & animabus sanctis super vno peccatore pænitentiam agente, vt igitur eis vicissitudinem rependamus iustum est, vt, quia ipsi de nobis festum agunt in cœlis, & nos de ipsis festum agamus in terris.

Sexta est, propter procurationem nostri hono

tis

ris, cum enim Sanctos honoramus, tunc nostram rem agimus, & nostrum honoré procuramus, quia eorum festiuitas est nostra dignitas. Nam cum honoramus fratres nostros, honoramus nos ipsos, vnum Apostolus, omnia nostra sunt, nos auté Christi, charitas enim omnia facit communia.

Præter has autem rationes, ponit alias rationes Ioannes Damascenus lib. 4. cap. 7. quare scilicet sancti, & eorum corpora, seu eorum reliquię debeant honorari, quarum quędam sumuntur quantum ad eorum dignitatem, quædam quantum ad eorum pretiositatem corporum, dignitas autem eorum, vt ibidem dicit quadruplex est, quoniam ipsi sunt amici Dei, vt filij Dei, hæredes Dei, & duces nostri, Quantum vero ad corporum eorum prætiositatem, ponit etiam idem quatuor, & Aug. addit quintum, per quæ manifestatur pretiositas corporum, scilicet sanctorum, siue reliquiarum, ipsa enim sanctorum corpora fuerũt promptuarium Dei, templum Christi, alabastrum spiritualis vnguenti, fontes diuini, & organum spiritus sancti. Propter quę sancti merito ueniunt colẽdi.

Ad rationes. Ad Primam dicendum est, quòd ratio procederet si sanctos Angelos, aut homines honoraremus adoratione latriæ, sed hoc non facimus, sed adoramus eos adoratione duliæ, quæ viris optimis conuenit.

Ad secundam dicendum, quòd assumptum non est verum vniuersaliter, quoniam nec Deum, nec sanctos laudamus, vt ipsi prouocentur ad meliora, sed vt noster affectus magis in Deum, & sanctos excitetur per deuotionem, & alijs etiam sit in exemplum excitatiuum eorum in Deum, secundum illud psal. 33. semper laus eius in ore meo, & sequitur. Audiãt mansueti, & lætentur.

Ad tertiam respondetur, negando consequentiã, quia licet festiuitates sanctorum celebrandæ sint, nulli tamen eorum vel etiam Angelis, sed soli Deo sacrificare debemus. Vnde Aug. dicit 8. de ciuitate Dei non constituimus martyribus templa, nec sacerdotia, quoniam non ipsi, sed Deus eorũ nobis est Deus, vnde sacerdos non dicit offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorijs gratias agimus, & nos ad imitationem eorum adhortamur, Vnde Alexander de Ales. in tractatu canonis in quarto dicit. Non enim proprie loquendo, sanctis ad honorem dedicantur templa, consecrantur altaria, sacerdotia statuuntur, sacrificia offeruntur, sed Deo potius ad honorem sanctorum, ne forte si secus ageretur non cultus, sed idolatria committeretur, hinc dicit dominus Matt. 4. dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, idest seruituté cultus impẽdes.

ARTIC. III.

Vtrum ecclesia debuerit celebrare de sanctis veteris testamenti?

1 AD tertium videtur dicendũ, quòd sic, quia rationes, propter quas de sanctis noui testamenti festiuitas celebratur, videntur currere, ita de sanctis veteris testamenti, sicut de sanctis noui testamenti, sunt enim filij, amici, & hęredes, ergo pari ratione de eis est celebrandum.

2 Præterea si dicatur, quòd de illis non celebratur, vt in capitulo pręsenti habetur, cum ipsi mortui fuerint ante passionem Christi, ad inferos descenderũt, ergo videtur, quod propter illam rationem debeat omitti festum innocentium, sicut aliorum sanctorũ veteris testamenti.

3 Tertio idem arguitur de Be. Ioanne Baptista, & de Machabæis, de quibus habetur secundo libro Mach. qui non obstante, quod in limbum descenderũt, nihilominus tamen tam decollatio Bea. Ioannis Baptistę, quam Machabæorum martyrium celebratur.

In oppositum est textus allegati superius cap. in quo de alijs sanctis veteris testamẽti nulla fit mẽtio.

Respondeo dicendum, vt dicunt magistri, licet ecclesia orientalis festa faciat de sanctis vtriusque testamenti, occidẽtalis tamen ecclesia non celebrat de sanctis veteris testamenti, eo quod in morte eorũ ad Inferos descenderunt. Et hoc videtur certe rationabile, licet enim præfacti sancti de morte absque dubio finaliter transituri essent, ad ęternam gloriã aperta ianua regni cœlorum per Christum, vnde ad Hebræos ij. dicitur de eis sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones in Christo Iesu domino nostro, nihilominus, q̃a pro tempore mortis eorum non erat introitus, adhuc regni cœlorum, descendebant omnes in limbũ, vbi subditi erant pœnę, non gloriæ, & ideo de morte eorum ecclesia occidentalis festiua gaudia non celebrat. Excipiuntur tamen ab hac communi regula, Innocentes, Ioannis Baptista, & Machabæi, ꝓpter causas inferius assignandas.

Ad rationes in oppositum. Ad Primam respondetur negando assumptum, quoniam ratio principalis, propter quam in mortibus, vel in transitu sanctorũ festa celebramus, deficit in proposito, mortis enim sanctorum gaudia celebramus, propter gloriam animę, quam eos tunc consecutos credimus, vnde eorũ transitum cum gaudio recolimus, quia de morte ad vitã, de tenebris ad lucem, de exilio ad regnum, de miseria ad gloriam, de præsenti seculo nequam transiuerunt in cælum, hoc autem non fuit in morte patrum sanctorum veteris testamenti, qui non in cęlũ, ascenderunt, sed in limbum, siue ad inferos descenderunt, vbi non gloriæ, sed penæ subditi sunt, quia mortui erant ante Christi morté, per quam ianua regni cælestis aperta est, secundum illud Apostoli ad Hebręos ij. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiuit semel in sãcta, æterna redemptione inuenta.

Ad secundam respõdetur, quod speciale est in Innocentibus, quia licet in limbum descẽderint, ex eo tamen, quia in ipsis singulis occisus est Christus, martyrium eorum specialiter festiuat Ecclesia.

Ad tertiam respondetur eodem modo, dicit enim Guilielmus in rationali, quòd decollationis festum sancti Ioannis Baptistę celebrat ecclesia, quia pro veritate mortuus est, licet non sit solemnitas, sicut de natiuitate eius. Ad illud quod dicitur de Machabæi, respondetur, quod festum eorum recolit ecclesia propter quatuor.

Primo, propter pręrogatiuã martyrij, quia enim in

audi

audita supplicia super sanctos veteris testamẽti perpulerunt, ideo in hoc priuilegiati sunt, vt eorum passio merito celebratur, hæc ratio ponitur in historia scholastica.

Secundo, propter repræsentationem mysterij. Septenarius enim numerus est vniuersitatis. significantur autem in istis omnes partes veteris testamenti celebratione digni nam licet de ipsis non solennizet ecclesia, tum, quia ad limbum descenderunt, tũ quia multitudo nouorum intrauit, in his septem, impendit omnibus reuerentiam, quia per septem; vt dictũ est, vniuersitates designantur.

Tertio, propter exemplum patiendi, proponuntur enim in exemplum cæteris fidelibus, vt horum constantia ad zelum fidei, animentur, & ad patiendũ pro lege euangelij, sicut illi pro lege Moysi accingantur.

Quarto, propter causam supplicij, nam pro defensione legis suæ talia supplicia passi sunt, sicut christiani pro defensione legis Euangelij, si necesse fuerint pati debent esse parati, has tres vltimas rationes assignat magister Ioannes in summa de officijs.

ARTIC. IIII.

Vtrum licitum sit, die festo facere lauacrum, & alia opera, quæ prohibentur in l. veteri?

1 AD quartum videtur dicendum, quod non, quia lex noua arctior est lege veteri, ergo asperior illa, ergo eadem prohibere dicetur, cum per additionem se habeat ad illam.

2 Præterea, opera seruilia minus decẽt liberos, quã seruos, sed nos per mortem Christi facti sumus liberi Ioan. 8. si filius vos liberabit, verè liberi eritis, ergo magis in lege noua vacandum est operibus seruilibus, quàm in veteri.

3 Præterea, dicitur Mat. 5. nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum, & pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum, ergo magis debemus seruare diem festum, quam ipsi, & consequenter abstinere ab operibus iam dictis.

Sed cõtra facit c. peruenit de consecr. dist. 3. vbi Greg. Ciuibus Romæ lib. 1. epist. 3. dicit, & quidem, si pro luxuria, & voluptate, quis lauari appetit, hoc fieri nec religio quolibet die concedimus, si autem pro necessitate corporis, hoc nec die Dominico prohibemus

Respondeo dicendum, quòd opus seruile potest sumi tripliciter, vel scilicet à seruitute, peccati, vel seruitute Dei, vel à seruitute, qua homo seruit homini secũdum hanc triplicem seruitutem, sunt tres cõclusiones.

Prima quòd loquendo de operibus seruilibus à seruitute peccati, magis ꝓhibẽtur in lege noua, die dominico, siue festiua, quam in lege veteri in sabbato. Patet, quia lex noua perfectius regulat, & componit hominem quantum ad actus interiores, à quibus actus exteriores habent rationem peccati, vel bonitatis, quam faciebat lex vetus. Vnde Matthęi. 5. inquit Christus. audistis quia dictum est antiquis, non occides, ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo reus est iudicij, Et eodem modo dicitur in alijs præceptis. Ex quo patet, quòd lex noua non solum vetat actus exteriores inordinatos, sed etiam interiores.

Secũda conclusio, Opera seruilia dicta à seruitute Dei, quib. vacatur spiritualibus, & colitur Deus mul tò amplius iubẽtur fieri in lege noua, diebus festiuis, quam in veteri lege, in die sabbati. Patet, quia lex noua est spiritualis Io. 6. verba, quę ego loquor vobis, spiritus & vita sunt, lex vero vetus in huiusmodi cõparatione carnalis dicitur, vnde in lege noua præstantioribus virtutibus colitur Deus sacrationibus cærimonijs, maioribus, & melioribus sacrificijs altioris perfectionis, & in sanctimoniæ exercitijs.

Tertia conclusio. Opera seruilia à seruitute, qua homo homini seruit, non ita prohibentur in lege noua die dominica, sicut in veteri die sabbati. Patet, quoniam, vt inquit sanctus Thom. in 2. 2. quęstione; 122. artic. quarto. Quædam opera conceduntur in die dominica, quæ in die sabbati prohibebantur, sicut decoctio ciborũ, & huiusmodi, Et etiam in operibus prohibitis facilius, propter necessitatem, dispensatur in nouã, quàm in veteri lege, huius possunt assignari duæ rationes, vna est S. Thom. vbi supra, vide licet, quod lex vetus fuit figuralis. Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Cor. 10. figura autem perti net ad protestationem veritatis, quam nec in minimo præteriri oportet. Opera enim secundum se considerata immutari possunt pro loco & tempore.

Secunda ratio potest assignari, quia lex noua est lenior, quam vetus, vnde de noua dicitur Matth. 11. iugum meum suaue est, & onus meum leue, de onere importabili veteris legis inquit Petrus Apostolus act. 15. quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus, concẽduntur autem in lege noua multa opera corporalia in die festo, quæ possunt fieri licite maxime in tribus casib9. Primus est, cum vrget necessitas. Secundus, cum cultus religionis hoc requirit, Terentius, cum pietas persuadet.

Primus est, cum vrget necessitas, vnde dominus Matth. 12. excusat discipulos suos, qui colligebant spicas in die sabbati propter necessitatem, quam patiebantur c. Discipulos. infra dist. 5. propter necessitatem etiam conceditur lauacrũ, die dominica, vt in præsenti capitulo, propter necessitatem conceditur piscatio piscium, die festo, vt extra de fer. cap. licet. propter necessitatem conceditur bellare, die festo. 1. Machabæo. 2. & diebus quadragesimalibus. 23. q. 8. cap. si nulla vrget necessitas, propter necessitatem eõ ceduntur, quæ ad sustẽtationem & conseruationem salutis corporalis pertinet, vt decoctio ciborum, & alia huiusmodi quę humana necessitas expostulat ad sui conseruationem, propter necessitatem indulgetur in festis agricultura, collectura fructuum, putatio vinearum, vindemniatio earum, cum propter tempestatem, aut hostes, alijs diebus fieri non possint, ne occasione momenti, pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. Item propter necessitatem concedi tur appellari die festo, Item propter necessitatem, vt breuibus nos absoluamus, indulgetur omne opus seruile, alias licitum fieri.

Secundus casus est, cum scilicet hoc requirit cultus religionis, propter hanc causam multa opera corporalia conceduntur fieri die festo, sicut est pulsatio campanarum, incensio lampadarum, oblatio sacrificiorum, purificatio vasorum, administratio sacrmentorum, & alia huiusmodi multa: quæ ad ornamentũ ecclesiæ, & executionem diuinorum officiorum, & ad diuinum cultum ordinantur, & de hoc dicit dominus Matt. 12. sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, idest corporaliter in sabbato operãtur, sine crimine sunt, & sic etiam in sabbato circumferẽtes arcam sacerdotes, non transgrediebantur præceptum de obseruantia sabbati, de quo Iosuæ. 6.

Tertius casus, cum pietas persuadet, propter pietatem enim conceduntur multa opera corporalia fieri die festo. Propter pietatem conceditur cura infirmorum, & omnia quæ ordinantur ad salutem corporalẽ proximi. Vnde dominus increpãs Pharisæos ait Ioan. 7. mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in sabbato, propter pietatem conceditur etiam die festo cura aut liberatio rerum ab imminentibus periculis. Vnde dominus dicit Matt. 12. quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ceciderit in foueam sabbato, non ne tenebit & leuabit eam. Propter pietatem conceditur die festo exercitium operũ pietatis etiam corporalium, quoniã in operibus misericordiæ distinctio non est habenda. 75. Di. c. vtinam, & infra eadem dist. 5. nunquid propter pietatẽ conceduntur die festo fieri, quæ ad pacem, & concordiam pertinent, vt pacta & contractus C. eodem titu. l. vltima, Sed hic occurrunt duo dubia, Primum est: Vtrum liceat diebus festiuis pro eleemosyna arare agros pauperum, vel alia eorum opera facere.

Secundum, vtrum liceat diebus festiuis circa ædificationem ecclesiarum aliquid facere, vel operari.

Ad primum respondetur, quòd diebus dominicis, aut maioribus festiuitatibus non liceat, de minoribus autem festiuitatibus, sicut infra octauam Paschę, & similibus credo, quòd liceat sequi consuetudinem regionis, quam facit Episcopus, & non reprobat. verum ad hoc, quod licitè fiãt talia in festis, oportet primò, quòd propter ista non subtrahant se à diuinis. Secundò, quòd talia non faciant propter affectionem carnalem, aut spem remunerationis temporalis sed propter Deũ. Tertiò, quòd paupertas illius hoc exigere videatur.

Ad secundum dubium respondetur, quòd liceat liceat in festis, nisi sit prohibitum, vel consuetudini loci contrarium, operari circa ædificationem pauperum ecclesiarum, quæ non habent redditus sibi sufficientes, ita tamen, quòd huiusmodi labor non sit vsque ad vltimam fatigationem. Nec propter hoc dimittantur diuina, vt missa, & huiusmodi. Et hæc de tota quæstione.

Ad rationes in oppositum, ad Primam respondetur neganeq minorem, & cum dicitur, quòd se habet per additionem. Ad illam respondetur, quòd hoc nõ arguit maiorem difficultatem, quoniã, vt ait S. Tho. in Prima secundæ. Additio illa ad præcepta veteris legis, ad hoc ordinatur, vt facilius impleatur, quod mandabat lex vetus, vt ait Aug. Vnde per additionẽ prohibitionis de non irascendo fratri, facilius ad impletur prohibitio de non occidendo, & ideo per talem additionem non ostenditur, quòd lex noua sit grauior, sed magis, quòd sit facilior.

Ad secundam respondetur, quòd ratio non militat, quia nos per Christi passionem liberati sumus non à seruitute corporali, sed spirituali, quæ potest dici duplex, videlicet à seruitute diaboli, & ab obseruantia legalium præceptorum Ratione primæ maximè in lege noua cessãdum est à peccatis, sicut ab his, quæ maximè repugnãt spirituali libertati, quia Christus nos liberauit. Ratione secundæ conueniens ipsum fuit, vt diximus, quòd in lege noua non essent tot opera corporalia nobis prohibita in die festo, sicut in veteri, die sabbati, & ita ratio non procedit.

Ad tertiam respondetur, quòd dominus non requirit in nobis maiorem abundantiã iustitiæ, quàm in scribis & phariseis, quoad obseruantias legales, & rigorem, & multitudinem operum exteriorum, sed quoad sanctimoniam interiorum operum spiritualium, & ita ratio non est ad propositum.

ARTIC. V.

Vtrum crux Christi sit à fidelibus adoranda?

1 AD quintum videtur dicendum, quòd non, quia nullus pius filios veneratur contumeliam patris, Christus autem in ligno est opprobrijssimam mortem passus Sap. 2. Morte turpissima condemnemos eum, ergo à fidelibus non debet crux venerari, sed magis abhorreri.

2 Præterea, Asina, in qua Christus sedit, & honorificè susceptus est non est venerata, ergo multo minus lignum crucis, in quo Christus est dehonestatus.

3 Præterea, crux est pura creatura non vnita diuinitati, ergo videtur, quòd non veniat veneranda, neque adoranda.

Sed contra facit cap. crucis. de consecr. dist. 3. vbi Eusebius Papa in Epist. dicit Crucis domini nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis, gubernacula sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta est, in prædicto calendarium die, inuentionis festũ nobis solemniter celebrare mandamos S. Tho. 3. P. q. 25. artic.

Respondeo dicendum, quòd hic sont duo dicenda, Primo de adoratione sanctæ Crucis, secundo de conuenientia institutionis festiuitatis eiusdẽ. Circa Primum, sit ista conclusio, crux Christi est adoranda à fidelibus adoratione latriæ probatur conclusio illi exibemus adorationem latriæ, in quo ponimus spẽ salutis, sed in cruce Christi ponimus spem salutis. Cãtat enim ecclesia, ò crux aue spes vnica, hoc passionis tẽpore, auge pijs iustitiam, reisque dona veniã, ergo crux Christi est adoranda adoratione latrię Pro quo tamen notandum, iuxta sanctum Thomam in tertia parte quæstio. 25. artic. 4. honor, siue reuerentia non debetur, nisi rõnali creaturę, vnde insensibili non debetur honor, vel reuerentia, nisi ratione naturæ rationalis. Et hoc dupliciter. Vno modo in quantum repræsentat naturam rationalem. Alio modo in quantum ei quocunque modo coniungitur, Primo modo consueuerunt homines venerari regis imaginem.

nem. Secundo modo eius vestimentum; vtrumq; n. venerantur homines, eadem veneratione, qua venerantur & regem. Si autem loquamur de ipse Cruce, in qua Christus crucifixus est, vtroque modo est à nobis veneranda, vno modo, scilicet, in quantum repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea. Alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc, quod eius sanguine est perfusa, vnde vtroque modo adoratur eadem adoratione, cum Christo, scilicet adoratione latriæ, & propter hoc Crucem alloquimur, & deprecamur, quasi ipsum crucifixum. Si verò loquamur de effigie crucis Christi, in alia materia, puta lapidis, vel ligni, argenti, vel auri, sic, veneramur Crucem tantum vt imaginem Christi, & veneramur adoratione latriæ, Sed cótra hoc, quod dicitur, quòd propria crux Christi duplici adoratione adoranda est. Arguit Durandus in 3. dist. 9. sic. Id quod non potest esse susceptiuum alicuius virtutis, vel sanctitatis, non potest esse terminus alicuius adorationis: sed lignum in quo Christus pependit, non potest esse susceptiuum alicuius virtutis, vel sanctitatis. ergo non potest esse terminus adorationis. Nunquam ergo honor cruci debetur, nisi inquantum decet in memoriam crucifixi. Sed hoc non obstat. dicendum est enim, sicut prius, quòd crux Christi non solùm adoranda est adoratione latriæ, cum Christo, in quantum est imago ipsius crucifixi; sed et in quantum copulata est membris Christi, & sanguine ipsius respersa. vnde in Hymno dicitur. Arbor decora, & fulgida. & sequitur. Tam sancta membra tangere. Beata cuius brachijs &c. In quibus versibus laudatur ipsa crux. ex solo contactu cum corpore, & membris Christi.

Ad rationem Durandi respondetur, concedendo, quòd nihil est per se terminus adorationis, nisi creatura rationalis: sed per accidens bene potest esse creatura insensibilis. & hoc est ratione alterius, scilicet rationalis creaturæ; vel quam repræsentat, vel quia sibi coniungitur; & hoc modo adoratur crux; non enim adoratur per se; vnde non est ipsa terminus adorationis, sed Christus, cum quo coniuncta fuit, & cuius sanguine perfusa fuit. & ita ratio non procedit.

Circa secundum, notandum, quòd possunt assignari multæ rationes, propter quas ecclesia meritò honorat inuentionem sanctæ crucis.

Prima est, quia in cruce, & per crucem facta est humani generis redemptio, & ab hoste liberatio, & peccatorum remissio. Murus enim peccatorum, qui inter nos, & Deum erat, ibi ruptus est, pœna originalis peccati, qua quisque impediebatur intrare in gloriam, ibi remota est, & euacuata. Et sicut gladius Dauid, cum quo Goliam recidit, multo tempore seruatus fuit, & in honorem habitus; ita crux Christi, quæ per illum gladium figurata est, honoratur, & adoratur, & ei reuerentia exhibetur, salutatur, osculatur, & eius festum celebratur.

Secundò propter pretiositatem tanti thesauri inuenti; de quo optimè potest intelligi illud Mat. decimotertio. (Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro) ad litteram, inuenta est in agro, vel allegoricè, in agro ecclesiæ inuenitur crux Christi, quæ dicitur thesaurus; quia ex ea emprum est nobis regnum cœlorum.

Tertio, meritò institutum est festum de inuentione sanctæ crucis, propter multiplicem eius virtutem. Si enim Deus dedit aquis baptismalibus, vt possint sanctificare, iuxta illud Augustini super Ioan. Quæ tanta est vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Et in alijs sacramentis, ita credendum est, quòd per contactum Dominicæ carnis, lignum crucis sanctificatum fuerit, & dotatum multa virtute. Vnde Chrysostomus in homilia decimatertia. de cruce ita loquitur. Si nosse desideras charissimæ crucis virtutem, audi quanta dicere possim ad ipsius laudem. Crux est spes Christianorum, crux resurrectio mortuorum, crux dux cæcorum, baculum claudorum &c.

Quartò, festum sanctæ crucis institutum est in ecclesia, cum magna deuotione, & reuerentia fiendum, vt eius munere nos animemur, ad patienter sufferendum passiones, & labores, & perueniamus ad regnum cœleste, sicut Christus per passionem, & mortem crucis, peruenit ad gloriam immortalitatis, & resurrectionis. Exemplo Apostoli ad Gala. sexto. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et hoc de secundo.

Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd in cruce Christi, quantùm ad opinionem, vel intentionem infidelium, consideratur opprobrium Christi: sed quantùm ad effectum nostræ salutis, consideratur virtus diuina ipsius, quia de hostibus triumphat, secundùm illud ad Colo. secundo. ipsum tulit de medio, affigens illum cruci, & spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palàm triumphans, illos in semetipso. Et ideo dicit Apostolus ad Chor. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est; his autem, qui salui fiunt, id est nobis, virtus Dei est.

Ad secundam respondetur, sicut respondetur in gl. quòd non est simile, Tum primò, quia honor ille impensus super asinam, transitorius, & mundanus fuit; & de tali non est curandum. Ne ergo Christus terrenum honorem, vel humanam laudem videretur diligere; & vt nobis daret exemplum, talem non appetendi, nec curandum de talibus, asinam suam noluit honorari, nec de ea festum agi.

Tum secundò, quia de asina non prodijt nostra salus, sicut de cruce.

Tertiò, quia, vt ait dominus Guil. in Rationali, per asinam, sicut nec per alia multa, quæ Christus tetigit, non leguntur facta miracula, aut sanitates fieri; nec per illa redempti sumus sicut per crucem. & ideo ratio non procedit.

Ad tertiam respondetur, vt dicit S. Tho. in 3. parte, quòd crux Christi, licèt non fuerit vnita verbo Dei in persona; fuit tamen vnita ei aliquo modo, scilicet per repræsentationem, & tactum: & hac sola ratione exhibetur ei reuerentia, & honor; vt dictum est.

ARTIC. VI.

Utrùm sit conueniens, quòd die Dominico, sit semper Pascha celebrandum?

1 AD sextum videtur dicendum, quòd non: quia constitutio est inconueniens, si contrarietur iuri Diuino; sed institutio diuina fuit, quòd Pascha celebraretur luna 14. Aprelis, vt habet Nu. 9. ergo non semper est celebrandum die Dominico.
2 Præterea dicitur Baruch. 5. Hic est liber mandatorum Dei, lex, quæ est in æternum, sed ad legem pertinebat celebrare, ordine iam dicto. ergo non debebat variari.

Sed contra facit c. nosse. de cōsecr. dist. 3. vbi Pius Papa nonus à Petro, dicit Nosse vos volumus, quòd Pascha Domini die Dominico annuis temporibus sit celebrandum. conc. cap. seq. celebritatem.

Resp. dicendum, quòd huius institutionis triplex ratio potest assignari. prima est, ne ecclesia videatur Iudaizare, & figuris Iudaicis adhærere, in temporibus, & annis confidere. Secunda, quia ita præcepit Angelus, vt hic dicitur. Tertia, quia tali die resurrexit Dominus.

Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendū, quòd licèt pro tempore veteris legis, fuerit institutio, quòd Pascha celebraretur in quacunque die veniret luna 14. In noua tamen lege hoc immutatum est sicut factum est de alijs cerimonijs; & institutū, quòd die Dominica semper celebraretur, rationibus iam dictis.

Ad secundam respondetur, quòd lex vetus dicitur esse in æternum: secundùm moralia quidem simpliciter, & absolutè: secundùm cerimonialia verò, quantum ad ueritatem per ea figuratam, siue significatam. De hac materia latè discutitur in tractatu de reformatione animi, edita iussu sanctissimi. D.N. Papæ Gregorij XIII.

ARTIC. VII.

Vtrum imagine in ecclesia sint pingendæ?

1 AD septimum videtur dicendum, quòd nō: quia dicitur Exod. 2. Non facias tibi imaginem, neque sculptam similitudinem. ergo & cæt.
2 Præterea, dicit Damasc. Magnæ impietatis, & insipientiæ est, figurari quod diuinitatis est. ergo impium est facere imaginem Dei in ecclesia.
3 Præterea, cùm imagines non approbentur per sacram scripturam, videtur, quòd sit quædam noua præsumptio in ecclesia introducta. sed talia sunt extirpāda. ergo imagines Christi non debent venerari.

Sed contra facit cap. perlatum. de consecr. dist. 3. vbi Greg. lib. 9. epi. 9. dicit. Aliud est picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quod sit adorādum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus; quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant, in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Vnde, & præcipuè gentibus, pro lectione pictura est.

Respondeo dicendum, quòd imaginum institutio, siue introductio in ecclesia, rationabiliter, ac vtiliter facta est. vt enim ait sanctus Thomas in 3. q. 25. art. 6. & D. Bonauentura, introductæ sunt imagines propter triplicem causam, quarum aliquæ tanguntur in litera per B. Grego. videlicet, propter simplicium ruditatem, propter affectus tarditatem, & propter memoriæ labilitatem. Propter simplicium ruditatem inuentæ sunt, vt simplices, qui non possunt scripturas legere, in huiusmodi figuris, & picturis, tanquam in scripturis, apertius possint sacra misteria nostræ fidei legere. Propter affectus tarditatem similiter introductæ sunt; videlicet vt homines, qui non excitantur ad deuotionem, in his, quæ pro nobis gessit, dum illa auribus percipiunt; saltem excitantur dum eadem in figuris, & picturis, tanquam præsentia, oculis corporeis cernunt. Plus enim excitatur affectus noster, per ea quæ videt, quàm per ea, quæ audit. Vnde Horatius. segnius irritant animos dimissa per aures. Quàm, quæ sunt oculis subdita fidelibus, & quæ ipse sibi tradit spectator. Propter memoriæ labilitatem: quia ea, quæ audiuntur, citius traduntur oblidioni; quàm ea, quæ videntur: frequenter enim verificatur in multis illud, quod consueuit dici. Verbum intrat per vnam aurem, & exit per aliam. Item non semper est præsto, qui beneficia nobis præstita ad memoriam reducat per verba. Ideo dispensatione Dei factum est, vt imagines fierent, præcipuè in Ecclesijs, vt uidentes eas recordemur de beneficijs impensis, & Sanctorum operibus virtuosis.

Ad rationes: Ad primam respondetur; quòd non prohibetur illo præcepto facere quamcunque sculpturam, vel similitudinem; sed facere ad adorandum. Vnde subdit. non adorabis ea; nec coles. Et quia idem est motus in imaginem, & rem; eo modo prohibetur adoratio, quo prohibetur adoratio rei, enius est imago. Vnde ibidem intelligitur prohiberi adoratio imaginum, quas gentiles faciebant in venerationem Deorum suorum, idest dæmonum. Ideoque præmittitur. Non habebis Deos alienos coram me. Ipsi autem Deo vero (cùm sit incorporeus) nulla imago corporalis poterat poni. Sed quia in nouo Testamento Deus factus est homo, potest ei effici imago & in illa adorari

Ad secundam respondetur, quòd Damasc. bene dicit, quòd insipientiæ summæ est, figurare quod diuinum est: in quantum, scilicet, diuinum; quia sic, est incircumscriptibilis, & infigurabilis, sed non est hic quantum ad humanam naturam assumptam, secundùm quam figurabilis est. Vnde ipse Damas. subiungit, quia Dominus propter viscera misericordiæ suę, factus est homo, & cum hominibus conuersatus est, miracula fecit, passus est, crucifisus est: hæc ad memoriam hominum scripta sunt. Quia uerò non omnes gratias noscunt, nec lectioni vacant, Patres decreuerunt, velut quosdam triumphos imaginibus describere, ad velocem memoriam.

Ad tertiam dicendum, quòd introductio imaginum Ecclesia creditur ex traditione Apostolica emanasse. Apostoli quidem, ut inquit S. Tho. in 3. par.

familiari instinctu spiritus sancti, quędam ecclesijs tradiderunt secundū, quę nō reliquerunt in scriptis; sed in obseruatione ecclesię, per successionē fidelium sunt ordinata. vnde Apostolus dicit. 2. ad Theo. 2. Stat.& tenete traditiones, quas, siue per sermonem .s.ab ore prolatum, siue per epistolam, s.scripto transmissam &c. & inter huiusmodi traditiones est imaginum introductio, & adoratio. vnde & B. Lucas dicitur depinxisse imaginem Christi, quę Romæ habitur; & etiam imaginem matris eius.

ARTIC. VIII.

Vtrùm imago Christi sit adoranda adoratione latriæ?

1 AD octauum videtur dicendum, ꝙ non, per c.venerabilis.de consecr.dist. 3. vbi in sexta synodo.art. 6.dicitur. venerabiles imagines Christi non Deos appellant, neq; seruiunt eis, neq; ab eis expectant futurum iudicium: Sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum, venerantur eas, & adorant: Sed non seruiunt eis, cultu diuino, nec alicui creaturæ.

2 Præterea, Christo debetur adoratio latrię, ratione diuinitatis, non humanitatis. ergo imago Xp̄i, cū sit eius, quantū homo, nō adorabitur adoratione latrię.

3 Præterea, nobilior, & melior est imago diuinitùs impressa, quàm ab hominibus sumpta. Sed imagini impressæ in anima rationali, non debetur adoratio latriæ. ergo minus imagini corporali.

4 Præterea, fortiùs est fugiendū ritus idolatriæ, quã legales cęrimoniæ. Sed ecclesia fugit ritū cęrimoniarū legaliū, ne videatur iudaizare. ergo pari ratione fugit ritum idolatriæ, ne videatur idolatriæ.

5 Præterea, in operibus gentilium non debemus cōmunicare, vt dicitur ad Ephes. 5. Sed gentiles de hoc præcipuè inculpantur, quia adorant imagines, vt ad Rom. 1. ergo videtur, quòd imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ.

Sed contra facit, quod dicit Damasc. lib. 3. sent. quòd honor imaginis refertur ad prototypō, idest, exemplar. ergo idem est adorare imaginem, & eum, cuius est imago. Sed Christus adorandus est cultu latriæ. ergo & eius imago S. Tho. 3.p. q. 25. art. 3 s.

Resp. dicendum, quòd imago Christi adorãda est adoratione latriæ. Hanc conclusionem probat D. Bonauentura sic. eandem reuerentiam exhibemus & exhibere debemus imagini beatæ Virginis, quam ipsi Virgini; & sic de alijs sanctis ergo eadem reuerentia exhibenda est imagini Christi, quã ipsi Christo. Sed Christo exhibetur cultus latriæ. ergo & debet exhiberi imagini suæ. Pro declaratione veritatis huius quæstionis, est notãdum cum S.Tho. in 3. p. q. 25. art. 3. quòd, sicut Philosophus dicit in libro de memoria & reminiscentia, duplex est motus animæ in imaginem. Vnus quidem in imaginem ipsam, secundum quod est res quædam. Alio modo in imagine, in quãtum est imago alterius. Et inter hos motus hæc est differentia; quia primus, quo quis mouetur in imaginem, prout est res quædam, est alius à motu, qui est in rem. Secundus autem motus, qui est in imaginem, in quantum est imago, est unus, & idem cum illo, qui est in rem. Sic igitur dicendum, quòd imagini Christi, in quantum est res quædam, puta, lignum sculptum, vel pictum, nulla reuerentia exhibetur; quia reuerentia non debetur nisi rationali creaturæ. relinquitur ergo, quòd exhibeatur reuerentia solum in quantū est imago: & sic sequitur, quòd eadem reuerentia exhibeatur imagini Christi, & ipsi Christo. cùm igitur Christus adoretur adoratione latriæ, consequens est, quòd eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

Ad rationes in oppositū. Ad primã resp. ꝙ ex tex. præsentis c. in quo dicitur, ꝙ Xp̄iani non dicunt imagines Deos; nec seruiunt eis sicut Dijs; nec spem salutis ponunt in eius: Nec cultu diuino eis seruitur. non habetur aliud, nisi quod imagines non adorantur per se, aut prò se, siue ratione sui; sed ratione alterius. vnde honor eis exhibitus, trãsit in id, cuius sunt imagines, sicut in obiectū venerationis, & terminū intentionis adorantis, dicit.n. Aug in li. 3. de Trinitate. Qui veneratur tale signum diuinitus, eius.n. significationē, quã intelligit, non hoc veneratur, quod videtur, & transit; sed id potius, quò.i. ad quod, talia cūcta referenda sunt. Et isto modo sunt intelligenda dicta Doctorū Sãctorū, dicētiū, aliqñ imagines nō esse adorãdas: sicut est visus Gregorius dicere in c. redēti.

Ad secundã dicēdū, ꝙ adoratio latriæ debetur humanitati Xp̄i, licèt nō rōne sui, sed rōne diuinitatis, cui est vnita. Damasc. dicit 3. lib. Adoratur autē caro Xp̄i, incarnato Deo verbo, Non pp seipsam; sed pp vnitum, secundum hypostasi, verbum Dei. Et idē habetur sup illud Psal. 98. Adorare scabellū pedū eius.

Ad tertia resp. ꝙ nō est simile de imagine in creatura rōnali impressa, & de alia: quia creaturæ rōnali debet reuerētia pp se ipsã. & iō, si creaturæ rōnali, in qua est imago Dei impressa, exhiberetur adoratio latrie, posset esse erroris occasio, vt si motus adorantis in homine sisteret, in quãtum est res quædã, & nō referretur in Deum, cuius est imago; quod nō potest contingere de imagine sculpta, puta, in materia sēsibili.

Ad quartam dicendum, quòd ecclesia nullum seruat ritum idolatriæ, adorando imagines modo supra dicto. Non.n. adorantur adoratione sui, ita quòd credatur aliquid diuinum esse in eis.

Ad quintã resp. ꝙ Apostol⁹ prohibet cōicare operib. infructuosis gētiliū: cōicare autē vtilib. operibus eorū, Apostolus nō ꝓhibet. Adoratio autē imaginū est inter infructuosa opa cōputãda, quãtū ad duo, vt ait S.Tho. vbi sup. Primò quidē, quantum ad hoc, ꝙ quidã eorum adorabant ipsas imagines, vt res quasdã, credentes in eis aliquid diuinitatis esse, pp responsa, q̃ dæmones in eis dabãt, & alios mirabiles huiusmodi effectus. Secundo, pp res, quarū erãt imagines. Statuerant.n. imagines aliquib. creaturis, quas in eis veneratione latriæ adorabant, & venerabantur. Nos autē adoramus adoratione latriæ imaginē Xp̄i, qui est verus Deus, nō propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, ut dictum est.

DE CONSEC. DIST. IV.

COntinuari potest hoc pacto, Dictū est de sacramento Eucharistiæ, tãquã digniori, & consummatiuo omnium sacramētorū, vtpote de eo, in quo substantialiter continetur: à quo omnis aliorum sacramentorū fontaliter sanctificatio procedit, & virtus & de celebritate festorū, in quib. hoc sacram. frequentatur. Nunc agitur de sacramento baptismi, quod est ianua sacramentorum.

ARTIC. I.

Vtrum conueniens materia baptismi sit aqua?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non, quia baptismus secundũ Dion. & Damasc. habet vim illuminatiuam. Sed illuminatio maximè cõpetit igni. Ergo debet magis fieri in igne, quàm in aqua: pręsertim cum dicatur Mat. 3. Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne.

2 Præterea, in baptismo significatur ablutio peccatorum. sed multa alia sunt ablutiua, quàm aqua, sicut vinum, & oleum, & alia huiusmodi. ergo etiam in his fieri potest; non autem in sola aqua.

3 Præterea, sacramenta ecclesiæ fluxerunt de latere Christi pendentis in Cruce. sed inde fluxit nõ solum aqua; sed etiam sanguis. ergo videtur, quòd etiam in sanguine deberet fieri baptismus; quod conuenit cũ effectu baptismi, iuxta illud Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostri in sanguine suo.

4 Præterea; Aug. & Beda dicunt, ꝙ Christus, tactu suæ mundissimæ carnis, vim regeneratiuã, & purgatiuam cõtulit aquis. sed non omnis aqua continuat cum aqua Iordannis, quam Christus tetigit sua carne. ergo videtur, ꝙ non omni aqua fieri possit baptismus. & ideo in quantum huiusmodi, nõ est propria materia baptismi aqua.

5 Præterea, si aqua esset propria materia baptismi, non oporteret circa ipsã aliquid aliud fieri, ad hoc, ꝙ in ea baptismus fieret. sed in solemni baptismo aqua exorcizatur, & benedicitur. ergo videtur, quòd aqua secundum se non sit propria materia baptismi.

6 Præterea, si materia propria baptismi sit aqua, aut aqua simplex, aut pura, aut aquæ mixtæ, & impuræ, non simplices. Non aqua simplex, quia apud nos non est aqua pura: lixiuium tñ, quod est aqua mixta, est materia huius sacramenti. ergo videtur, quòd materia propria baptismi non sit aqua.

Sed contra facit cap. 1. de consec. dist. 4. vbi Aug. super Ioan. ꝙ est gl ord. in c. 3. dicit. Necessarium est visibile sacramentum aquę, ad ablutionẽ visibilis corporis; sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei, ad sanctificationẽ inuisibilis animæ. Renascitur homo, ex aqua, visibili sacramento, & spiritu inuisibili intellectu, vt symbolum baptismi visibiliter accipiat, & spirituale intellectum ipsius symboli pficiat, vel ex aqua visibili, & Spiritu sancto. Præterea dicitur Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.

Resp. dicendum, ꝙ ex institutione diuina, aqua est propria materia baptismi: & ita ex institutione diuina necessarium est baptismũ in aqua fieri. Huius autẽ institutionis cõueniẽtia põt colligi ex multis, iuxta S. Thom. in 3. parte. q. 66. art. 3. Primùm quidẽ ex ipsa ratione baptismi, quę est regeneratio in spiritualẽ vitam, ꝙ maximè cõuenit aquę. vnde & semina, ex quibus generãtur omnia viuentia, s. plantæ, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinẽt; ꝓpter quod philosophi posuerunt aquã oĩum rerum principiũ.

Secundò. quãtum ad effectus baptismi, quibus cõpetunt aquæ ꝓprietates, quę sua humiditate lauant, ex quo cõueniens est ad significandũ ablutionẽ peccatorum, sua frigiditate etiã tẽperat superfluitatẽ calorum; & ex hoc cõpetit ad mitigandã cõcupiscentiã fomitis, sua diaphonitate est susceptiua luminis, vnde competit baptismo in quantum est fidei sacrm.

Tertiò, quia cõuenit ad repræsentãdum mysteria Xp̃i, quib. iustificamur. Vt. n. dicit Chrisost. sup illud Io. Nisi quis renatus &c. Sicut in quodã sepulchro in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, & deindę nouus sursum ascendit.

Quartò, rõne suę cõmunitatis, & abundãtiæ est cõueniens materia necessitati huius sacramenti: potest enim vbique de facili haberi.

Ad rationes. Ad primã dicẽdum, ꝙ illuminatio ptinet ad ignẽ actiuè; illę autẽ, qui baptizat, nõ efficit illuminãs, sed illuminatus p fidẽ, quæ est ex auditu, ad Roma. 10. & ideo magis cõpetit aqua baptismo, q̃ ignis. Quod aũt dr̃. Baptizabit uos in spiritu, & igne. põt p ignem, vt Hier. dicit, intelligi Spiritus sanctus, qui sup discipulos in igneis linguis apparuit, vt dicitur Act. 2. Vel p ignẽ põt intelligi tribulatio, ut Chris. dicit sup Mat. quia tribulatio peccata purgat, & cõcupiscentiã diminuit. Vel quia, vt Hilarius sup Mat. baptizatis ĩ spiritu sãcto, reliquũ est cõsumi igne iudicij.

Ad secundã dicẽdum, ꝙ vinum, & oleum nõ cõuenienter sumunt ad vsum ablutionis, sicut aqua, nec ita pfectè abluunt; quia ex illorum ablutione cõtrahuntur aliquæ sordes; ꝙ non cõtingit de aqua. illa ẽt non ita cõiter, & abundanter habentur, sicut aqua.

Ad tertiam dicẽdum, ꝙ ex latere Xp̃i fluxit aqua ad abluẽdum; sanguis autẽ ad redimendum. & ideo sanguis cõpetit sacramẽto eucharistiæ; aqua autẽ sacramẽto baptismi; quę tamen habet uim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

Ad quartã dicendum, ꝙ uirtus Xp̃i deriuata est ad omnem aquam non propter continuitatem loci, sed ꝓpter similitudinem speciei, Vnde dicit Aug. in quodam serm. Epiphaniæ, quòd de Saluatoris baptismate fluxit, & tanq̃ fluuius fontiũ venas impleuit.

Ad quintã dicendũ, ꝙ illa benedictio, quæ adhibetur aquę, nõ est de necessitate baptismi, sed ptinet ad aliq̃ solẽnitatẽ, p quã excitat deuotio fideliũ, & impedit astutia dęmonis, ne impediat baptismi effectũ.

Ad sextã dicendum, ꝙ propria materia baptismi, est aqua pura, & simplex. Purã autẽ, & simplicẽ dico, quæ est citra mixtionem aquæ, salua specie aquę. Pro quo notandum cum S. Thom. in 3. par. ꝙ aqua suam puritatem, & simplicitatem põt amittere dupliciter, Vno modo p mixtionẽ vnius corporis alterius. Alio modo p alterationem. Vtrumq; autem horum põt fieri dupliciter. s. p artem, & p naturã. Ars autem deficit ab opatione naturæ; quia natura dat formã substantialem, q̃ ars facere non põt; sed omnes formę artificiales sunt accidentales; nisi fortè apponendo ꝓprium agens ad ꝓpriã materiã, sicut ignem cõbustibili, p quem modum à quibusdã quædã animalia p putrefactionem generãtur; Quæcunq; igit trãsmutatio circa aquã facta est p artem, siue cõmiscendo siue alterando, nõ trãsmutatur species aquæ. vnde in tali aqua põt fieri baptismus. nisi fortè aqua admisceatur; partẽ in tã parua quãtitate alicui corpori, ꝙ cõpositum magis sit aliud, quã aqua: sicut lutum magis est terra, q̃ aqua. Sed trãsmutatio, quæ fit à natura, quandoq; quidem speciẽ aquæ soluit; & hoc fit qñ aqua perficitur per naturam de substantia alicuius corporis mixti; sicut aqua conuersa in liquorem uuæ, est

vinum

vinum, Vnde non habet speciem aquæ. Aliquã aũt. si sit per naturam trãsmutatio aquę sine solutione speciei, & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua fluminis turbida, ex permistione terrestriũ partium. Sic igitur dicendum est, ꝙ in qualibet aqua qualitercunq; trãsmutata, dũmodo nõ soluatur species aquę, potest fieri baptismus. Ex quibus corollariè sequuntur aliqua. Primò, ꝙ cùm transmutatio sit, quæ fit in aqua maris, & in alijs aquis, quæ penes nos sunt, nõ sit tãta, quæ soluat speciem aquæ, quòd in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

Secundò, ex eadẽ ratione sequitur corollariè, ꝙ in lixiuio & in aquis sulphureorũ balneorũ potest fieri baptismus patet, quia tales aquæ non incorporantur per artẽ, vel naturã aliquibus corporibus mistis; sed solã alterationẽ quãdã, recipiũt, ex hoc, ꝙ trãseũt per aliqua corpora. excepit tñ Alb. Magnus lixiuiũ, quod multã hẽt admistionẽ acutorũ corporũ: quia in tali, sicut nec in brodio pingui, nec in vrina, nec in ceruisia potest fieri, vt inquit, baptismus.

Tertiò, ex eisdem sequitur corollariè, quòd cum aqua rosacea sit liquor à rosa resolutus, in ea non potest fieri baptismus: & eadem ratione, nec in aquis alchimicis; sicut nec in uino.

Et si quis diceret, ꝙ in aquis pluuialibus, quæ per subtilitatem vaporũ generantur, fit baptismus, quare ergo similiter non in aquis alchimicis, quæ generantur etiã à corporib. aliquibus, & in aqua rosacea, quæ generatur per subtiliationem à rosis?

Resp. ꝙ non est simile, nec eadem ratio de illis, & aquis pluuialib. quę generantur pro maiori parte ex subtiliatione vaporũ resolutorũ ex aquis: minimum aũt est ibi de liquoribus corporum mistorum, quæ tñ per huiusmodi sublimationẽ, virtute naturæ, quę est fortior arte, resoluũtur in verã aquã, ꝙ ars facere non potest. vnde aqua pluuialis nullã naturam retinet alicuius corporis misti, quod de aquis rosaceis, & de aquis alchimicis dici non potest.

ARTIC. II.

Vtrùm fides necessariò requiratur ad baptismum?

1 AD secundum videtur dicendum, ꝙ nõ, quia baptisma ad virtutes se habet tanquam primum sacrm: quia imprimẽdo characterem disponit ad fidem, sed primum potest esse sine posteriori, ergo sacramentum baptismi est integrum cum defectu fidei.

2 Præterea, cùm nobilior sit charitas, q̃ fides, & efficatior ad merendum, si baptismus habet efficaciam ab aliqua virtute, potius videtur, quòd debeat habere à charitate, quàm à virtute fidei.

Sed contra facit, quòd dicitur in textu supra art. proximo citato, & quod dicit Ambrosius, quòd baptismus est sacramentum fidei. si ergo deest fides, deest illud S. Thom. 3. p. q. 68. artic. 8.

Respondeo dicendum, quòd fides necessaria est sacramento baptismi, quæ conclusio probatur, quia omnia sacramenta habent virtutem à fide, quia sicut Aug. super Ioan. ait, verbum Dei perficit sacramentum, nõ quia dicitur, sed quia creditur. Ratio autem necessitatis, & cõgruitatis fidei respectu omnium sacramẽtorum generaliter, & respectu baptismi specialiter, sumitur sic, secundùm D. Bonauenturam in 4. dist. 3. ratio autem necessitatis, est: quoniam in fide est prima ratio viuendi, & prima ratio eleuandi supra naturam, propter quam rationem uiuendi necessaria est fides in sacramentis: quoniam gratia sacramentalis cõparatur ad virtutem passionis, vt ad meritum, & ad virtutem Trinitatis, sicut ad principium, & effectiuum. Ad hoc autem, quòd virtus passionis magis operetur, & disponat in sacramentis, quã alibi; necesse est, quòd aliquo modo copuletur huiusmodi signis: hoc autem nõ potest esse sine eo, in quo est prima vnio; & hoc est fides, per quam meritum fit mẽbrorum: dum enim credimus, quæ pro nobis passus est, meritum Christi fit ecclesiæ, sic ad hoc quòd virtus diuina specialiter influat, & mirabiliter supra naturam, necessaria est fidei virtus, in qua est prima ratio eleuandi potentiam supra naturam: & hæc est fides, unde ei maximè attribuitur virtus faciendi miracula. Ratio autem congruẽtiæ est, quia sicut sacramẽta dicunt quoddã velamẽ gratiæ interioris, quod tamen aliquo modo illuminat, sic fides velamẽ dicitur futuræ contemplationis, & visionis; & tamen hoc velamẽ potius est illuminationis, quàm obscurationis. & rursus, sicut in sacramentis est aliquid misticum, & aliquid gratuitum, sic aliquid in fide respicit non tantùm intellectum, sed etiam affectum. Hæc igitur est rõ generalis, quare fides est necessaria in omnibus sacramentis; sed specialiter appropriatur baptismo, quoniam baptismus est primus inter sacramenta, & ianua sacramentorum, sicut fides est ianua omnium virtutum. Et rursus, quia in hoc sacramẽto magis explicitè est professio fidei, quàm in aliquo alio sacramento. Et ex hoc patet cuius articuli fidei sit necessaria fides, s. passionis, à qua est meritum, & trinitatis, quæ est principium effectiuum.

Ad Rationes. Ad primam resp. quòd quamuis baptismus sit primus ad virtutes, respectu suscipiẽtis, non tamen respectu ecclesiæ, in qua suscipitur sacramentum.

Ad secundam, qua arguebatur de charitate, patet responsio ex dictis. Ratio enim non procedit: tum quia charitas non ita congruit, sicut fides, rationibus supradictis. Tum quia fides ecclesię vera non est sine charitate.

ARTIC. III.

Vtrum baptismus sit de necessitate salutis?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non, quia per Christum non est hominibus arctata via salutis, sed ante Christi aduẽtum poterant homines saluari, sine sacramento baptismi, ergo etiam post Christum.

2 Pręterea, baptismus vr̃ maxime institutus in remedium salutis, & maxime in remedium peccati originalis, sed ille, qui est baptizatus cum non habeat originalem peccatum, non videtur, quod possit trãsfundere in prolem, ergo filij baptizatorum non videntur esse baptizandi ad consecutionem vitæ eternæ.

3 Præterea, baptism. dat ad hoc, ꝙ aliqs p gr̃m mũdetur, sed hoc cõsequuntur illi, qui sunt sanctificati in vtero sine baptismo, ergo non omnes tenentur ad suscipiendum baptismum.

Sed cõtra facit c. nõ potest de cõsecr. dis. 4. vbi Io. Chrys. dicit, nõ põt quis gratiam vitæ cælestis acquirere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem, per donum baptismi salutaris Domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Itẽ facit illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Resp. dicendũ, quod oẽs, qui gratiam vitæ cęlestis, & gloriam consequi volunt tenentur nunc ad susceptionem baptismi, quę conclusio probatur sic iuxta S. Tho. in 3. parte q. 68 art. 1. quia ad illud homines tenentur, sine quo salutem consequi nõ possunt, manifestum est autẽ, quod nullus salutẽ põt consequi nisi per Christum, vnde & Apostolus dicit ad Rom. 5. sicut per vnius delictum in oẽs homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiã in omnes homines in iustificationem vitæ: ad hoc autem datur baptismus, vt aliquis p ipsũ regeneratus incorporetur Christo, factus mẽbrũ ipsius. vnde dicitur ad Gal. 3. quicũq; in Christo baptizati estis, Christũ induistis. vnde manifestum est, quod oẽs ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus.

Ad rationes. Ad primã dicẽdũ, quòd nũquã hoĩes potuerunt saluari, etiam ante Christi aduentũ nisi fierent mẽbra Christi, quia vt dicitur Ac. 4. nñ est aliud nomen datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. sed ante Christi aduẽtũ homines Christo incorporabantur, per fidẽ futuri aduẽtus, cuius fidei signaculũ erat circuncisio, vt Apostolus dicit ad Ro. 4. antequã vero circũcisio institueretur, sola fide, vt Greg. dicit cũ sacrificiorũ oblatione, quib. suã fidẽ antiqui patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. post aduentũ etiã Christi homines per fidem Christo incorporãtur ſm illud ad Ephesios 3. habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. sed alio signo manifestatur fides rei iam pręsentis, quàm demõstrabať quãdo erat futura: sicut alijs verbis significatur presens pręteritũ, & futurũ, & ideo licet ipsũ sacramentum baptismi, nõ semper fuerit necessariũ ad salutem, fides tamen, cuius baptismus sacramẽtũ est, semp necessaria fuit. Postea vero facta institutione, & diuulgatione baptismi, factũ est ipsum sacramẽtum baptismi necessarium ad salutem.

Ad ſm dicẽdũ, quòd illi, qui baptizati renouãtur per spiritũ sanctũ, corpus tamẽ remanet subiectũ vetustati peccati, ſm illud ad Ro. 8. corpus quidẽ mortuũ pp peccatũ, spũs vero viuit propter iustificationẽ, vnde Aug. lib. 6. c. 6. probat cõtra Iulianũ, ꝙ nõ baptizatur in homine quicquid in eo est, infra eadem dist. ca. qui in maternis. manifestum est autem, quod homo non generat generatione carnali, & ideo filij baptizatorum cum peccato nascuntur originali: vnde indigent baptizari.

Ad tertiã dicẽdũ, quòd illi, qui sũt sãctificati in vtero, cõsequũť quidẽ grãm emundãtẽ à peccato originali, nõ tñ ex hoc ipso cõsequũtur characterẽ, quo Xpo cõfigurẽtur, & ppter hoc si aliqui, qui nũc sãctificarẽtur in vtero, necesse esset eos baptizari, vt p susceptionem characteris, alijs membris Christi conformarentur.

ARTIC. IIII.

Vtrum necessario requiratur fides offerentis ad hoc, quod baptismus paruulis prosit?

1 AD quartũ videtur dicẽdũ, quòd sic, per c. illud. de cõsecr. di. 4. vbi Aug. de lib. arb. li. 3. c. 23. dicit. piè recteq; creditur prodesse paruulo fides eorũ, à quibus consecrandus offertur.

2 Præterea, ad Ephes. 4. dicitur. vnus Dñs, vna fides vnũ babtisma. ea quo ordine designatur, ꝙ vnitas fidei pręcedit vnitatẽ baptismi, ergo & baptismus ad hoc, ꝙ sit paruulis efficax baptizatis, requiritur fides, sed non in paruulis, quia illi credere non possunt, ergo uel in conferentibus, vel in offerentibus.

3 Præterea, secundũ Damasce. baptizatis datur gr̃a secundũ proportionẽ fidei, sed nõ paruulorum, cum illi nullã habeãt ante baptismum, ergo offerentium, uel conferentium sacramentum.

Sed cõtra facit, quod dicit Aug. scribẽs ad Bonifacium, esto quod parentes ducãt filios suos per ignem nihil eis obest eorum infidelitas.

Resp. dicẽdum, quòd nõ est necessarium, ꝙ offerẽs habeat fidẽ. Probatur ista cõclusio, qa potest cõtingere, ꝙ tã qui baptizat, quàm qui offert, sit infidelis, & tunc si necessaria esset eorum fides, euacuaretur effectus baptismi, ꝙ nõ est verũ. vnde fides offerẽtiũ, quę hic paruulis dicit vtilis à Beato Aug. nõ intelligitur personalis fides eorũ, nisi pro quãto fides eorũ est ecclesię, quã ipsi tenentur habere, Hęc. n. necessaria est, vt baptismus in aliquo habeat efficaciã salutarẽ, sicut circa principium c. hui. di. dictũ est. vnde. S. Tho. in 4 di. 6. dicit, Nõ requirit fides personalis offerentiũ paruulũ ad baptismum, nec alicuius personę determinatę, sed solum fides ecclesię militãtis, quã nõ est possibile deficere totaliter, hoc Deo ordinãte, qui dicit Mat. vlt. ecce vobiscũ sum usq; ad cõsummationẽ sęculi. si tñ deficeret, suppleret illud, ꝙ de fide remãsit in ecclesia triũphãte. i. visio. nec offerẽs puerũ in persona sua dicit, credo, sed in persona pueri, vt sit sensus, credo. i. sacramẽtũ fidei præsto sum recipere. Cõcordat per omnia magister Alexander de Ales. in 4.

Ad rationes. ad primã resp. quòd per fidẽ offerẽtiu intelligit Aug. fidẽ ecclesiæ, maxime cum offerentes non illos solos dicat, quorũ paruuli gestãtur ad baptismũ, sed vniuersitatẽ scõrum, vt ipse in epist. ad Bonifacium dicit. Ab oĩs. n. inquit rectè offerri intelligũtur paruuli, quib. placet, ꝙ offerãť, & quorum indiuidua charitate ad cõmunionẽ sancti spũs admittuntur. & sic, ergo in fide ecclesiæ ministratur baptism⁹ paruulis, & talis fides, indubitãter eis prodẽst, quia eius uirtute efficaciam habet in eis.

Ad ſm pariter resp. negando cõsequentiã, quia licet in personis, quæ offerunt, vel adsunt in baptismo nõ esset fides, nihilominus in fide ecclesię tribuitur. Secundo dr̃, ꝙ offerẽs habeat fidem ecclesiæ, & ita illorum fides in quantum ecclesiæ fides est, prodest paruulis.

Ad tertiam dicendũ, quòd Damasce. loquitur de fide eius qui baptizať adultus. ibi. n. ſm pportionẽ gratiæ

gratiæ fidei, est proportio gratiæ virtutũ, vt inquit Alexander de Ales.

ARTIC. V.

Vtrum sacramentum baptismi conferat gratiam & virtutes?

1 AD quintum videtur dicendum, quod non, quia sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant, sed per baptismum figuratur emundatio animæ à culpa, non autem informatio animæ per gratiam, & virtutes, ergo &c.

2 Præterea, illud quod iam aliquis suscepit, nõ indiget iterum suscipere, sed aliqui accedentes ad baptismum, iam habent gratiam, & virtutes. Act. 10. vbi vir quidã erat in Cæsarea, nomine Cornelius Cẽturio cohortis, quæ dicitur italice, religiosus, & timens Deum, qui postea à Deo baptizatus est, non ergo per baptismum confertur gratia, & virtutes.

3 Præterea, virtus est habitus, ad cuius rationem pertinet, quòd sit qualitas difficile mobilis à subiecto, per quã aliquis faciliter, & delectabiliter operatur, sed post baptismum remanet in homine pronitas ad malum, per quod tollitur virtus, & consequitur difficultatẽ quis ad bonũ, quod est actus virtutis. ergo p baptismũ nõ cõsequitur qs gratiã, & virtutes.

Sed contra facit c. per aquam. de consecr. dist. 4. vbi Ambr. lib. 1. de sacram. c. 4. & seq. dicit. per aquam baptismi trãsitus est à terrenis ad cælestia. Hoc est .n. Pascha. i. transitus eius, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiã, ab inquinamento ad sanctificationem, qui per hunc fontem transit non moritur, sed resurgit. S.Tho. 3. p. 69. art. 4.

Respon. dicendum, quòd per baptismum confertur gratia, & virtutes, quæ conclusio probatur, primo per illud, quod ad Titum 3. dicit Apostolus, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. i. per baptismum, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nobis abunde. i. ad remissionem peccatorũ, & copiam virtutum, vt gl. ibidem exponit, sic ergo in baptismo datur gratia spiritus sancti, & copia virtutum. quod secundo, ratione ostẽditur, ex illo, quod beatus Aug. dicit in li. de baptismo paruulorũ, & habetur de cõs. dist. 4. ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporẽtur, vt mẽbra eius, sed à capite Xpo in omnia mẽbra eius gratiæ, & virtutis plenitudo deriuatur. secundum illud Ioan. 1. de plenitudine eius nos omnes accepimus, ergo manifestum est, quod per baptismum aliquis consequitur gratiã, & virtutes. hoc etiam est determinatum per Clem. 1. extra de summ. trin. & fi. ca.

Ad rationes in oppositũ. Ad primã dicẽdũ, quòd sicut aqua baptismi per suã ablutionẽ significat emũdationẽ culpę, & p suum refrigeriũ significat liberationẽ à pęna, itã p naturalẽ claritatẽ significat splendorẽ gratię, & virtutũ, & ita ratio non procedit.

Ad secundã resp. negãdo consequẽtiã, & ratio est, q̃a licet, sicut dictũ est, remissionẽ peccatorũ aliquis cõsequitur ante baptismũ, sm quod habet baptismũ in voto, vel explicitẽ, vel implicite, tamen cũ realiter suscipit baptismũ, fit plenior remissio quãtũ ad liberationẽ à tota pęna, & ita etiã ante baptismũ Cornelius, & alij consequuti sunt gratiã, & virtutes per fidẽ Christi, & desiderium baptismi, implicitẽ, vel explicitẽ. Post modum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ, & virtutum consequuntur, vnde super illud Psal. 22. super aquam refectionis educauit te: dicit gl. per augmentum virtutis, & bonæ operationis educauit me in baptismo, & ita per baptismum confertur gratia, & virtutes, vt in paruulis, vel ad minus augmentum gratię, & virtutum, vt in quibusdam adultis.

Ad tertiã dicẽdũ, negando consequentiã, quia & si difficultas ad bonũ, & pronitas ad malũ inuenitur in baptizatis, hoc nõ est pp defectũ habitus virtutũ, sed propter cõcupiscentiã, quę nõ tollitur in baptismo, sicut tamen per baptismum diminuitur vtrumq; istorum, ne homo ab his superetur.

ARTIC. VI.

Vtrum baptismum habuerit virtutem in contactu carnis Christi in baptismo, vel à passione eius?

1 AD sextum videtur dicẽdũ, quòd non habuerit virtutem à contactu, neque à passione Christi. à contactu, quia esto, quod Christus non fuisset baptizatus, virtute passionis eius deleretur culpa, nõ ergo habuit efficaciã à cõtactu Xpi.

2 Præterea, arg. quòd nec etiã à passione eius habuerit efficaciã, quia, vt dicit Aug. super Ioan. verbum, prout erat in principio apud Deum, viuificat animas secũdum autem, quod caro factũ est, viuificat corpora, ergo baptismus non à passione Christi hanc virtutem accepit.

3 Præterea, baptismus ordinatur ad hominis iustificationẽ 1. Cor. 6. abluti estis, & sanctificati estis, sed iustificatio attribuitur resurrectioni. ad Ro. 4. resurrexit propter iustificationem nostram, ergo nõ à passione, sed à resurrectione efficaciam habuit, facit ca. proprie. de consecr. dist. 4.

4 Præterea, virtus baptismi ex fide pendere dicitur c. 1. de consecr. distin. 4. Sed fides nostra non solum respicit passionẽ Christi, sed & alia misteria, ergo nõ hẽt virtutẽ suã à passione tãtũ, sed ab alijs misterijs.

Sed contra facit c. Numquam de consecr. dist. 4. vbi Aromatius in Mat. 6. Nunquã aquę baptismi purgare peccata credentium potuissent, nisi tactu Domini corporis sanctificatæ fuissent, & in c. proprie. de consecr. dist. 4. vbi Leo Papa in epist. 4. cap. 3. dicitur, ꝓprie in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis potentia baptismi nouã creaturam condidit ex vetere, vt in renascentib. & mors Christi operetur, & vita, dicente beato Paulo Apostolo ad Rom. 6. An ignoratis quia quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, cõsepulti .n. sumus cum illo per baptismum in mortem.

Resp. dicẽdũ, quod baptism⁹ quodãmodo recipit virtutẽ, & ex cõtactu carnis quasi incohatiue, q̃a tũc constituta est aqua in specie instrumenti iustificationis animarũ, & ex passione Christi, quasi cõpleta. Pro quo notandum, quod cum baptismus, sicut cætera sacramenta agunt, nisi per modum instrumenti, instrumentum autem non recipit virtutem, nisi secundum quod principali agenti continuatur, vt virtus eius quodammodo instrumentum transfun-

transfundatur. Principale autem agens ad iustificationem est Deus, sicut causa efficiens, & passio Christi sicut meritoria. Huic autem causæ continuatur sacramentum per fidem ecclesiæ, quæ instrumentũ refert ad principalem causam, & signum ad significatum, & ideo efficacia sacramentorum, uel virtus, est ex tribus. i. ex institutione diuina, sicut ex principali causa agente ex passione Christi, sicut ex causa prima meritoria, ex fide Christi, sicut ex continuante instrumentum principali agenti, & ita per consequens dicendum de efficacia, & virtute baptismi.

Ad orationes. Ad primum dicendum negando consequentiam, quia licet isto casu dato baptismus ex contractu carnis Christi non diceretur, quòd baptizato Christo non habuerit illam aliquo modo, sicut dictum est, vel dicatur, quod licet habuisset, æque sufficienter, non tamen ita conuenienter.

Ad secundam respondetur, negando consequentiam, quia licet verbum, secundum quòd erat in principio apud Deum, i. secundum, quod Deus viuificat animas, sicut agens principale caro tamẽ eius, & mysteria in ea perpetrata operantur instrumentaliter ad animæ vitam, & etiam corporis.

Ad tertiam dicendum, quòd iustificatio attribuitur resurrectioni, & passioni, licet differenter. Resurrectioni quidem ratione termini ad quem, qui est nouitas vitæ per gratiam. Attribuitur autem passioni ratione termini à quo .s. quantum ad remissionem culpæ, & sic intelliguntur authoritates inductæ.

Ad quartam dicendum, quod fides dat efficaciã baptismo, & alijs sacramentis, in quantum causæ principali ea quodammodo continuat, vt dictũ est, Et quia virtus sacramentorum, speciali modo, pertinet ad passionem ipsius, ideo per fidem passionis specialiter liberantur homines à peccatis, secundum illud ad Rom. 3. quem proposuit propitiatorem per fidem in sanguine eius, & ideo virtus baptismi, & aliorum sacramentorum, quæ ordinantur ad tollendum peccata, præcipuè esse ex fide passionis Christi dicitur.

ARTIC. VII.

Vtrum conuenienter assignentur duo tempora ad baptismum solemne .s. sabbatum Paschæ, & Pentecostes?

1 AD septimum videtur dicendum, quòd non, quia vbi maius est periculum ibi citius succurrendum est, sed homo propter fragilitatem naturę semper est in periculo vitæ, ergo ad suscipiendum baptismum non debet expectari aliquod tempus determinatum, sed statim baptizari debet.

2 Præterea, homo regeneratur in filium Dei per baptismum, ergo conuenienter in die natiuitatis in stitui deberet.

3 Præterea, baptismus Christi contulit vim regenerantiam aquis, in die epiphaniæ, quo baptizatus fuit, ergo tunc precipue deberet homo baptizari.

4 Præterea, baptismus habuit efficaciam à passione Christi, ergo eo die deberet celebrari baptismus.

Sed contra facit cap. duo tempora de consecr. dist. 4. vbi Leo Papa vniuersis Episcopis per Siciliam cõstitutis in epist. 4. cap. 5. Duo tempora idest Pascha & Pentecostes ad baptizandum à Romano Pontifice legitimè sunt præfixa.

Respon. dicendum, quòd conuenienter hæc tempora ordinata sunt. s. sabbatum Paschæ, & Pentecostes ad baptismum celebrãdum solemniter pro quo tamen considerandum est iuxta S. Thom. in 4. dist. 6. quòd in baptismo duo considerantur .s. substantia sacramenti, & solemnitas, & quantum ad substantiam sacramenti non est aliquod tempus determinatum ad baptismum, immo qualibet die, & qua libet hora, baptismus celebrari potest. Sed solemnis baptismus in ecclesia habet tẽpus deputatũ, scilicet duplex sabbatũ, de quo in litera dicitur. Cuius ratio est, quia baptismus habet efficaciam ex duobus scilicet ex virtute spiritus sancti, & ideo in vigilia Pentecostes celebratur solemniter baptismus. Item ex passione Christi, cuius morti aliquis configuratur per baptismum, quasi sepultus Christo in mortẽ, vt dicitur ad Rom. 6. & ideo celebratur solemniter in die sepulturæ Christi. s. in vigilia Paschæ.

Ad rationes ad primam dicendum, quòd in necessitate non oportet expectare ista duo tempora, quæ necessitas quadruplex est, vt habetur 1. ad dist. ca. hi qui. Prima est causa monitionis, vt si rex obsidet aliquam ciuitatem; vel oppidum, tunc .n. pueri illius loci baptizari debent, ne inbaptizati decedant. Secũda est gentilium persecutio. Tertia est naufragium. Quarta egritudo per infirmitatem naturæ, qui facile dissolui potest, & ob hanc causam singulis diebus, & horis fit baptismus, non solemnis, vt dicitur infra ad dist. c. cathecuminis, quod de cathecumenis baptizandis aliud decretum est, vt in Paschali festiuitate, vel Pentecostes veniant ad baptismum, cęteris autem solemniter tribus infirmi tantum debent baptizari, & quia pueri, qui infirmi computantur, propter naturæ imbecillitatem, & propter periculum damnationis, à qua non possunt aliter liberari, Ideo nunc cum ipsi pueri baptizantur, vt in pluribus, non expectantur hæc duo tempora, sicut in adultis expectari solent.

Ad secundam dicendum, quòd in festo natiuitatis recolitur natiuitas Domini secundum carnem. Nos autem nõ efficimur fratres eius natiuitate carnis, sed spiritus, ideo non oportet, quod tunc baptismus celebretur.

Ad tertiam, dicendum quòd per baptismũ Christi est tantum materia præparata ad actum baptismi, sed virtus agens in baptismo est, mysterium passionis Christi, & virtus spiritus sancti. Et quia agens in omnibus est principalius, quam materia, ideo potius in duobus determinatis temporibus baptismus celebrari debet, quam in epiphania, ideo non est institutum celebrari baptismum in die illa, ut excluderetur quorundam error, qui dicebant nunquam baptismũ posse conferri, nisi illa die, qua Dominus baptizatus est.

Ad quartam dicendum, quòd homo in baptismo configura-

configuratur passioni Christi, per modum cuiusdam coosepeliationis, vt Apostolus dicit, & ideo die sepolturæ conuenientius fit, quàm in die passionis.

ARTIC. VIII.

Vtrum baptismus Ioannis contulit gratiam?

1 AD octauum videtur dicendum, quòd sic, erat enim Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum Matt. 3. sed remissio peccatorum non fit sine gratia, ergo conferetur gratiam.

2 Præterea, dicit Damascenus purgat Ioannes spiritum per aquam, sed purgatio spiritualis non fit, sine gratia, ergo ille baptismus gratiam contulit.

3 Præterea, dicit Augustinus contra donatistas ita credam Ioannem baptizasse in aqua in remissionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, sed huiusmodi spes non potest esse sine gratia, ergo ille baptismus conferebat gratiam.

4 Præterea, baptismus Ioannis propinquior fuit baptismo Christi, quàm circũcisio, sed illa contulit gratiam, ergo & iste.

5 Præterea, sacramẽtum non instituitur, nisi ad causandum gratiam, vel significandum, sed per gratiam sacramenta veteris legis sufficienter erant significata, si ergo baptismus Ioannis gratiam non contulit, pro nihilo institutus fuit.

Sed contra facit c. proprie. de consecrat. dist. 4. vbi Leo Papa epist. 4. c. 3. dicit baptismum Ioannis non pertinuisse ad virtutem, qua per spiritum sanctum homines renascantur; & in Conc. Trid. Sess. 7. de baptismo, si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi Anathema sit. S. Thom. 3. par. q. 38 art. 3.

Resp. dicendum, quod baptismus Ioannis non cõferebat gratiam, quæ conclus. tripliciter probatur, Primo authoritate ipsius Ioannis, qui ait Mat. 3. ego baptizo vos in aqua, ille autem baptizabit vos in spiritu sancto, ex quo arguitur sic. Gratia per aquam, est remissio peccatorum, quæ non datur nisi per spiritum sanctum, sed baptismus Ioannis, qui erat in aqua, non fuit in spiritu sancto, vt patet ex differẽtia, quæ ponitur inter ipsum baptismum Christi, ergo baptismus Ioannis non conferebat gratiam. Item secundo, probatur ex determinatione ecclesiæ, quæ habetur in hoc capitulo, & in capitulo non regenerabatur. ead. dist. Tertio, ratione probatur sic, sacramenta non efficiunt nisi id, ad quod instituta sunt, sed baptismus Ioannis non fuit institutus, nisi ad præfigurandam baptismum Christi, & ad præparandam homines ad ipsum, vt ipse testatur Ioan. primo. ego vox clamantis in deserto parata viam domini, sicut dicit Esa. Propheta, ergo baptismus eius non conferebat gratiam, sed solum ad baptismum Christi dispone-bat: patet ergo, quod cum tota doctrina & operatio Ioannis præparatoria esset ad Christum, sicut ministri & inferioris artificis est præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex, quòd gratia erat hominibus conferenda per Christum, secundum illud Ioann. 1. gratia & veritas per Iesum Christum facta est, & ideo Ioannis baptismus gratiam nõ conferebat, sed disponebat ad eam. & hoc tripliciter vt ait S. Thom. in 3. parte, q. 38. artic. 3. vno modo quidem, per doctrinam inducentem homines ad fidem Christi. secundo, assuefaciendo homines ad ritum baptismi. Te tio, per pœnitentiam præparando homines ad suscipiendum effectũ baptismi Christi,

Ad rationes in oppositum, Ad primam dicendũ, quòd ille authoritas sic exponenda est, vt referatur ad diuersa baptismata. hoc modo Ioannes baptizans. s. baptismate suo, & prædicans. s. baptismum Christi, qui est in remissionem peccatorum. si autem referatur vtrunque ad baptismũ Ioannis, sic dicitur esse in remissionem peccatorum, quia baptizans imponebat dignos fructus pœnitentiæ agere, quibus remissio nem peccatorum consequerentur, vnde baptismus, eius erat quasi quædam protestatio, & professio, qua profitebantur homines pœnitentiam se acturos,

Ad secundam dicendum, quòd baptismus ille purgare dicitur, modo prædicto, vel etiã materialiter à sordibus corporalibus, in signum spiritualis purgationis per Christum futuræ, vel à cæcitate ignorantiæ, per doctrinam Ioannis Christum annunciantis.

Ad tertiam, dicendum, quòd spes semper ex gratia procedit, non tamen semper ex gratia habita, sed quandoque ex gratia expectata, & sic baptismus Ioannis spem faciebat remissionis peccatorum, non cõferens gratiam, sed promittens eam in hoc, quod præfigurabat baptismum Christi, quo gratia daretur, & ita accipiendum est dictum Aug.

Ad quartam dicendum, quamuis baptismus Ioannis magis conueniret cum baptismo Christi, quã circumcisio quantum ad materiam, non tamen conueniebat magis quantum ad causam institutionis, quia circumcisio ad necessitatem erat, vt remedium contra originale, sed baptismus Ioannis, vt assuefaciens ad baptismum Christi,

Ad quintam dicendum, quòd baptismus Ioannis expressius significabat baptismum. Christi quam sacramenta veteris legis, propter maiorem similitudinem ad Christum, & ideo magis de propinquo præparabat ad ipsum, & sermone, & quadam pœnitentiæ protestatione, vt dictum est,

ARTIC. IX.

Vtrum infidelis baptizare possit?

1 AD Nonum videtur dicendum, quòd non, p c. quos paganis. de consecr. dist. 4. vbi Greg. iubet baptizatos à paganis rebaptizari.

2 Præterea, forma non datur nisi ab eo, qui habet potestatem ad illam, quia, vt ait philosophus, cuius est actio, cuius est potestas operandi, sed qui non est baptizatus videtur quod nullam habeat potestatem cõferendi id, quod non habet, cum eo careat, quod est fundamentum fabricæ spiritualis. s. fidei.

3 Præterea, bapt smus est sacramentum fidei, ergo qui nunquam habuit fidem non potest conferre sacramentum fidei.

Sed contra facit c. Romanus. de consecra. dist. 4. vbi

ab institutione Christi, & ideo si prætermittitur aliquid eorum quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret, nisi ex aliqua speciali dispensatione eius, qui virtutem suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dati cũ inuocatione plena trinitatis, & iõ quicquid desit ab inuocatione plena trinitatis tollit integritatẽ baptismi, Nec obstat, quod in nomine unius personæ intelligitur alia, sicut in nomine patris intelligitur filius, aut quod ille, qui nominat vnam personam solam, potest habere rectam fidem de tribus, q̃a ad sacramentum sicut requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis, vnde non sufficit intellectus vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis trinitatis exprimatur, vnde & in baptismo Christi, vbi fuit origo sanctificationis nostri baptismi, affuit trinitas sensibilibus signis. s. pater in voce, filius in humana natura, & spiritus sanctus in columba.

Ad rationes in oppositum. Ad primã respõdetur, quòd tex. præsentis c. loquitur pro tempore primitiuę ecclesiæ in quo ex familiari consilio spiritus sancti, siue ex spirituali reuelatione Apostoli baptizabãt in nomine Christi, vt habetur act. 8. vt nomen Christi redderent amabile, & venerabile, quod ferè cunctis erat odiosum, secundum illud. 1. ad Cor. 1. Prædicamus Christum, & hũc crucifixum, iudæis quidẽ scandalum, gentibus autem stultitiam. quoniam ergo in collatione baptismi dabatur visibiliter spiritus sanctus, per hoc nomen Christi factum est amabile, & venerabile, quia in nomine illius tam prætiosa donata sunt illis, & hoc nunc Ecclesia posset, sicut tunc Apostoli potuerunt, si speciale pręceptum à spiritu sancto haberet, vt dicit S. Thom. in 4. & quia deficiẽte causã cessat effectus, Christi nomine publicato, & honorabili facto, redierunt ad formam sibi traditam à Domino Mat. vlt. quare non debuit, nec potuit in eo compleri sacramentum baptismi, quia ad tempus tantum illud institutum fuit. Nisi modo, vt diximus, iterum speciale à Deo emanaret præceptũ, siue reuelatio, siue dispensatio posset fieri vllo modo.

Ad primã resp. quòd sẽtẽtia Nicolai in pręsenti c. intelligenda est pro illo tempore. s. in prædicto articulo dispensationis.

Ad secundam patet respons. ex dictis. Apostoli enim sicut dictum est, ex speciali Christi reuelatione in primitiua ecclesia, in nomine Christi baptizabant ratione iam dicta, sed cum illa causa cessauit, p consequens & vsus illius formæ.

Ad tertiam respondetur, quòd B. Ambr. in illis verbis assignat rationem, quare cõuenienter talis dispensatatio fieri potuerit in primitiua ecclesia, quia in Christi nomine tota trinitas intelligitur, & ideo seruabatur integritas intelligibilis formæ, si non sensibilis. Nunc autem cessante illa causa, vt non modo intelligibilis, sed etiam sensibilis integritas formæ seruetur.

Ad quartam dicẽdum, quòd B. Ambr. in illis verbis vult dicere, vt dicit magister Alexander in 4. q̃ quando creduntur tres personæ, licet non proferatur nisi vna, est plenum sacramentum, quantum ad illam plenitudinẽ, quæ est ex fide. vnde dicit plenum est fidei sacramentum, non dicit plenum est sacramẽtum. q. d. licet requiratur in sacramentis fides, & confessio fidei, secundum illud ad Ro. 4. corde creditur ad iustitiam, ore autem fit cõfessio ad salutem. Nihilominus, si fides sit perfecta in corde, licet non sit confessio fidei in plena distinctione personarum, nihil deperit ipsi sacramento, propter defectum integritatis formæ, quæ necessaria est ad efficaciam sacramenti. Respondet autem. D. Bonau. in 4. aliter dicẽs, quod ibi ponatur signum pro signato, vt sit sensus, plena est fides, quæ designatur per sacramentum, & ita ratio non procedit.

ARTIC. XII.

Vtrum baptismus, per meliorem ministrum datus, maiorem effectum habeat?

1 AD duodecimum videtur dicendum, quòd sic: quia multiplicata causa multiplicat effectus, sed baptismus ex opere operato gratiam confert, sic ex opere operante idem faciet.

2 Præterea, baptismus magis est ordinatus ad salutem spiritualem, quam corporalem, sed aliquis baptizatus à sancto homine, quandoque salutem corporalẽ est consecutus, q̃ non est ex opere operato, sicuti patet de Constantino, quem Syluester baptizauit, ergo etiam quantum ad spiritualem salutem maiorem effectum operabitur.

Sed contra dicitur in c. si inter. de consecr. dist. 4. vbi Aug. contra Crescõnium lib. 3. cap. 6. dicit. si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior nõ est melior baptismus, qui per meliorem datur, nullo modo est malus, quia etiam per malum datur, quando idem baptismus datur. & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est, & in cap. seq. baptismus talis est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur.

Respond. dicendum, quòd baptismus datus per meliorem ministrum, quantum ad effectum baptismi per se, nõ est maioris valoris, quàm datus per minus bonum, Pro quo notandum, cum S. Thom. in 4. quod aliquid dicitur effectus alicuius per se, & per accidens. Per se quidem effectus alicuius est, quod p ipsum ad hoc ordinatũ producitur, sicut domus, dicitur effectus ædificationis. Per accidens autem, q̃ coniungitur ei, quod est effectus per se, sicut si habitatio domus dicatur effectus ædificationis, sic ergo dico, quod effectus per se baptismi æqualis est a quocunque detur, vel a bono, vel à malo, cæteris paribus ex parte baptizati, sed cum effectus baptismi potest aliquid aliud baptizato conferre, siue pertineat ad salutem corporis, siue animæ ex merito baptizantis, & hoc non est proprie effectus baptismi, quia baptismus est causa nisi instrumentalis, & non instrumentum agens virtute ministri, qui & ipse instrumentum est, sed uirtute Christi, & Dei. & per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTIC. XIII.

Vtrum fictio impediat baptismum?

1 AD decimum tertium videtur dicendum, quòd non, dicit enim Apostolus ad Galat. 3. quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis, sed omnes baptizantur in Christo, ergo induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum, & sic fictio non impedit.

2 Præterea, in baptismo operatur virtus diuina, quæ pót voluntatem hominis mutare in bonum, sed effectus causæ agentis non potest impediri per id, quod ab illa causa potest auferri, ergo fictio non potest impedire baptismi effectum.

3 Præterea, ea quæ sunt in natura, magis permanentia sunt, quàm ea quæ sunt in volūtate, sed originale peccatum, est peccatum naturæ, quod baptismi effectum non impedit, ergo nec alia indispositio voluntatis impediet.

4 Præterea, in naturalibus indispositio materiæ non impedit effectum agentis totaliter, nisi quando contraria dispositio, quę in materia est fortior, quam virtus agentis. sicut patet de aquositate lignorum per comparationem ad calorem ignis, sed virtus diuina, quæ in sacramētis operatur secretius ad salutē, est potentior qualibet indispositione nostræ voluntatis, ergo non potest propter indispositionem voluntatis effectus baptismi impediri.

Sed contra facit c. solet. de cōsec. di. 4. vbi ex Aug. lib. 7 cap. 53. de vnico baptismo, dicitur, quòd ad salutem spiritualem baptismus eis non prodest, si charitate careant S. Thom. 3. p. q. 69. artic. 9.

Resp. dicendum, quòd quatuor modis dicitur quis fictus. s. qui non credit, cum tamen baptismus sit fidei sacramentum. Alio modo pro hoc, quod cōtemnit ipsum sacramentum, sicut qui paruipendit, non æstimās in eo esse efficaciā ad saluādum. Tertio pro hoc, quod aliter celebrat. i. contra prohibitionē ecclesiæ succedit, puta ab excommunicato, vel cōtra communem ritum ecclesiæ, quod in omni sacramento ecclesiæ est obseruandum, ne aliter celebretur, Quarto p hoc, quod aliquis in deuotę accedit. sufficientia istorum modorum sic accipitur secundum S. Thom. in 4. dist. 4. ad hoc quod aliquid alicuius agentis effectum percipere debeat, oportet, quod se habeat in dispositione ad causam agentem, & ad effectum percipiēdum. Et ideo indispositio voluntatis, quæ effectum vltimum baptismi impedit est duplex, vna secundum ordinem ad ipsum sacramentū, alia secundum ordinem ad effectum sacramenti. Ad ipsum autem sacramentum contingit voluntatem esse indispositam dupliciter. Vno modo per subtractionē necessarij. Alio modo per positionem cōtrarii, quia autem omnis actio est per contactū, ideo necessarium est, quod recipiens sacramentum quodammodo contingat ipsum per intellectum, quem quidem contactum facit fides, & per affectum, quē contactum facit deuotio, & ideo indispositus reputatur, & qui non credit, & qui indeuote accedit. Similiter autem duplex est contrarium, quod subtrahi oportet, unum ex parte eorum, quæ exterius agūtur, & sic indispositus est, qui aliter celebrat. Aliud est, ex parte virtutis intrinsecę, quæ secretius operatur salutem, & sic indispositus est, qui contemnit. Similiter est per comparationem ad effectum baptismi, oportet enim quod disponat aliquis adhibendo necessarium. i. fidem, quæ cor purificat, & quod remouear contrarium. i. peccatum per contritionem.

Ad Rationes. Ad Tertiam dicendum quòd peccatum originale eo ipso quod non est voluntarium huius personæ voluntate, habet quod in voluntate, in qua vltimus effectus baptismi effici debet, indispositionem aliquam non causat, & ideo effectum baptismi impedire non potest.

Ad secundam dicendum, quod ratione voluntatis est, vt cogi nō possit, & ideo non est similis ratio de indispositione voluntatis, & aliarum rerum naturalium quæ per violentam actionem agentis dispositiones contrarias amittunt.

Ad primam dicendum, quòd baptizari in Christo potest intelligi dupliciter, Vno modo in Christo .i. in Christi conformitate, & sic quicunque baptizātur in Christo, conformati ei per fidem, & charitatē induunt Christum per gratiam. Alio modo dicuntur aliqui baptizari in Christo, inquantum accipiunt Christi sacramentum, & sic omnes induūt Christum, per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratię.

Ad quartam dicendum, quòd quando Deus voluntatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo non accedit fictus, sed non semper Deus hoc facit, nec ad hoc sacramentum ordinatur, vt de ficto fiat aliquis non fictus, sed vt non fictus aliquis accedens iustificetur.

ARTIC. XIIII.

Vtrum præter baptismum fluminis esse debeant alia baptismata?

1 AD decimum quartum videtur dicendum, quòd non, quia in omnibus, quæ sunt eiusdem speciei, est vnus modus generationis, sed baptismus est regeneratio in vitam spiritualem, quæ est vnius rationis in omnibus generatis, ergo non debet esse generatio nisi vnius modi, & ita tantum baptismus fluminis.

2 Præterea, baptismus condiuiditur contra alia sacramenta nouæ legis, sed alia sacramenta non multiplicantur, non enim sunt plures confirmationes. ergo &c.

3 Præterea sacramentum est genus baptismi, sed alia, quæ dicuntur baptismata, non sunt sacramenta, quia non seruatur debita forma & materia. ergo &c.

Sed contra facit cap. baptismi. de consecr. dist. 4. vbi Aug. lib. 4. cap. 22. de vnico baptismo. dicit esse triplex baptismus, acquæ. s. Flaminis, & sanguinis

Resp. dicendum iuxta S. Thom. 3. p. q. 66. artic. 11. loquendo propriè & singulariter de baptismo, solus est vnus baptismus, qui fit in aqua cum determinata verborum forma, & est sacramentum, de quo dicit Apostolus ad Ephes. 4 vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. alia autem non dicuntur baptismata simpliciter, &

& proprie, sed per quendam ordinem, siue attributionem ad baptismum aquæ. Et ponit exemplum dominus Durandus, de urina, de medicina, & de dieta, quæ dicuntur sana per attributionem ad sanitatem animalis: quia vrina est signũ sanitatis, medicina efficiens, dieta conseruans, & per hunc modum aliquid dicitur baptismus tripliciter. Primo quidem, inquantum est signum huius baptismi, & sic diluuium dicitur baptismus inquantum significat nostrum baptismum, quantum ad saluationẽ prefiguratam in saluatione humani generis, tunc facta in arca, vt dicitur. 1. Pe. 4. & Gen. 7. Item trãsitus maris Rubri, qui significat baptismum nostrum, quãtum ad liberationem à Dæmonũ seruitute, siue peccati, vt dicitur 1. Cor. 4. patres nostri in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Similiter ablutiones quędam veteris legis baptismata hoc modo dici possunt, vt aqua lustrationis quę erat facta de cineribus vitulæ ruffæ, & quædam similia, quę significabant nostrum baptismum, quantum ad purgationem peccatorum, quæ in baptismo fit. Alio modo dicitur baptisma quasi causa aliquo modo nostri baptismi, & sic baptismus Ioannis dicitur baptismus, quia fuit dispositio præparans ad baptismum nostrũ, & baptismus Christi quo Christus baptizatus est, vt dans efficaciam nostro baptismo. Quarto dicitur baptismus secundum proportionẽ ad effectum veri baptismi, & sic dicitur baptismus pœnitentiæ & baptismus sanguinis, vel quantum ad effectũ secundarium, qui est consummatio in bono, & sic dicit baptismus spiritus, de quo dicit Actuum primo. nos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos dies.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd baptismus sanguinis, & baptismus pœnitentiæ non valent ad regenerationem, nisi ei, qui habet baptismum aquæ in proposito, quando articulus necessitatis, nõ contemptus religionis sacramentum excludit, vt in littera dicitur, & sic quodammodo agit in vim baptismus aquæ.

Ad secundam dicendum, quòd alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus, ideo nõ oportuit, vt haberent aliqua suppentia, cum articulus necessitatis sacramentum excludat.

Ad tertiam Resp. quod prædicta duo baptisma, quia non conueniunt cum baptismi sacramento, significando, sed solum causando, non proprie possunt dici sacramentum, propter quod dicitur, quod per talia baptismata res suscipitur sacramenti, sine sacramento, vt dicit S. Thom. in 4.

ARTIC. XV.

Vtrum baptismus sanguinis sit potior inter omnia baptismata?

AD decimum quintum videtur dicendum, quod non, quia baptismus aquæ tribuit characterem, hoc autem non facit baptismus sanguinis, ergo nõ est potior eo, sed potius è conuerso.

2 Preterea, baptismus sanguinis non ualet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem. 1. Cor. 13. si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. sed baptismus flaminis ualet sine baptismo sanguinis, nõ enim soli martyres saluentur, ergo baptismus sanguinis non est potior.

3 Preterea, baptismus sanguinis habet efficaciam ex opere operante illius, qui patitur, baptismus autem aquæ ex passione Christi, ergo baptismus aquæ erit efficacior.

4 Præterea. per baptismum aquę datur homini gratia, per quam debetur ei aurea, sed per baptismum sanguinis debetur homini aureola; ergo cum aurea sit nobilior aureola, baptismus aquæ erit nobilior.

Sed contra facit ca. chathecumenum. de consecr. dist. 4. vbi Aug. scribens ad Fortunatum. & habetur in libro de dogmat. eccl. 74. dicit. cathecumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, in vitam ęternam habere non credimus, excepto martyrio, vbi tota baptismi sacramẽta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem suam, & interrogatus respondet. ille post confessionem, vel aspergitur aqua, vel intingitur, & hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. ille manus impositione Pontificis accipit spiritum sanctum, hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed spiritus patris, qui loquitur in illo. ille communicat eucharistię in commemorationem mortis domini, hic ipso Christo commoritur. ille confitetur se mundi actibus renunciaturum. hic ipsi renunciat vitæ. illi peccata omnia remittuntur, in isto extinguntur.

Resp. dicendum, quòd simpliciter & absolutè baptismus sanguinis est potior inter omnia alia baptismata, quod probatur per illud, quod dr̃ Iud. 6. tolle uitulum &c. baptismus sanguinis puriores reddit, quam baptismus aquæ.

Secundo, sic in baptismo sanguinis amplior est imitatio, & plenior professio passionis Christi, quam in baptismo aquæ, quia ibi est professio verbo & signo siue actu, hic verbo uero, signo, & actione & passione, sicut dedocit pulchrè Aug. in hoc c. sed ubi est amplior, & plenior imitatio, & professio passionis Christi, ibi est plenior virtus eius, à qua omnia sacramenta habent efficaciam, ergo.

Tertio, secundum S. Thom. in 3. p. q. 66. artic. 12. baptismus aquę efficaciam habet à passione Christi, & à spiritu sancto, quæ quidem duæ causæ operantur in quolibet horum trium baptismatũ, sed excellentius operantur in baptismo sanguinis: nam passio Christi operatur in baptismo per quandam figuralẽ repræsentationem, in baptismo autem flaminis, uel pœnitentię per quandam affectionem, sed in baptismo sanguinis per potissimũ dilectionis, & affectionis feruorem, secundum illud Ioan 15. maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. ergo baptismus sanguinis potior est absolutè inter alia baptismata.

Ad rationes. Ad primam dicendum negando cõsequentiam, quia character est res & sacramentum, non autem dicimus, quod baptismus sanguinis præeminentiam habeat secundum rationem sacramenti, sed

tij sed quantum ad sacramenti effectum.

Ad secundam dicendum, quod effusio sanguinis non habet rationem baptismi, si fit sine charitate, ex quo patet, quod baptismus sãguinis includit baptismum flaminis, & non è conuerso. vnde ex hoc probatur perfectior.

Ad tertiam dicendum, negando, quòd baptismus sanguinis solum habet efficaciam ex opere operante illius, qui patitur. Vnde dicimus, quòd baptismus sanguinis habet etiam efficaciam ex passione Christi cui expressius conformatur, quàm baptismus aquæ.

Ad quartam dicendum, quòd in baptismo sanguinis, aliquis non solum aureolam meretur, sed etiam auream, per gratiam tunc collatam, vel augmentum. Vnde, quod quidam dicunt, quod in baptismo sanguinis gratia non confertur, apparet solùm esse in pueris, qui pro Christo occiduntur, & etiam in adultis, quibus potest in ipso actu gratia dari, sicut & in baptismo aquæ, si se ad eadem disposuerint, & obicem aliquem non opponant Spiritui sancto. Et hoc patet per Augustinum in præsenti cap. in cuius fine dicit. Hic, scilicet, martyr, templum efficitur spiritus sanctus. Nullus autem efficitur templum spiritus sãcti, nisi gratiam accipiendo.

ARTIC. XVI.

Vtrùm in baptismo imprimatur character?

1 AD decimum sextum videtur dicendum, quòd non; quia in baptismo sanguinis non imprimitur, & tamen est dignior. ergo nec in isto.

2 Præterea, Baptismus fluminis non habet supra baptismum sanguinis, nisi aquam. sed aqua non habet hanc virturem, alioquin baptismus Ioãnis hoc idem fecisset, quod non est dicendum. ergo cõclusio vera.

3 Præterea, in quolibet sacramento, sicut in baptismo, est aliquid, quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res, & sacramentum, & non in quolibet aliorum, quod est res, & sacramentum, est character. ergo nec baptismo. vel si sic, cur tam varie?

4 Præterea, character videtur significare quoddam signum distinctum. sed distinctio membrorum Christi ab alijs fit per æternam prædestinationem, quæ non ponit aliquid in prædestinato, sed solum in Deo prædestinante. 2. ad Cor. 3. Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum, hæc nouit Dominus, quæ sunt eius. ergo videt, quòd baptismus, nec alia sacramenta imprimant characterem.

5 Præterea, character est signum distinctum. signum autem, teste Aug. in 2. de doctr. christiana. est quod præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire, nihil autem est in anima, quod aliquam speciem sensibus ingerat ergo videtur, quòd in anima non imprimatur character.

6 Præterea, ea, quæ sunt in sacramentis nouæ legis, ordinantur ad causandum gratiam. sed character non uidetur gratiam posse causare: quia multi characterem habere dicuntur, qui gratia carent. ergo non uidetur in sacramentis aliquis character imprimi.

Sed cõtra dicitur in c. quomodo. de consacr. dist. 4. vbi Aug. lib. 5. contra Donatistas. c. 26. dicit. Habere tamen, & dare, & accipere baptismi sacramentum, satis eluxit Pastoribus ecclesiæ catholicæ: & nuem, quæ foris errabat, & Dominium characterem foris accipiebat, uenientem ad Christiane unitatis salutem, ab errore corrigi, characterem tamen Dominicum in ea agnosci potius, quàm improbari &c.

Resp. dicendum, quòd in quibusdam sacramentis & maximè in baptismo imprimitur character. Quæ conclusio probatur, per illud 2. ad Cor. 3. Qui unxit nos, Deus est, & qui signat nos, & dedit pignus in cordibus nostris. Sed nihil aliud importat character q̃ quandam consignationem. ergo videtur, quòd Deus per sua sacramenta nobis suum characterem imprimat.

Ad Rationes. Ad Primam dicendum, quòd baptisma sanguinis non habet efficaciam sacramentalem; sed solùm meritoriam. & ideo ibi non confertur potestas spiritualis ad actiones hierarchias, nec character, sicut in baptismo fluminis, quod est sacramentum.

Ad secundam dicendum, quòd nec baptismus flaminis tantùm sufficit ad sacramentum nouæ legis, & iden characterem imprimit.

Ad tertiã dicendum, quòd quamuis id, quod est res, & sacramentum in baptismo, si character, non tamen oportet, quòd sit character in omnibus sacramentis, in quibus est res & sacramentum. Quare uerò in alijs sacramentis non imprimitur character? dicẽdum iuxta sanctum Thomam in 3. parte. q. 63. artic. 1. & artic. 6. quia, sicut dictum est, sacramenta nouæ legis ad dico ordinatur. i. in remedium peccati, & ad cultum diuinum. est autem omnibus sacramentis commune, quòd per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc, quòd gratia confertur: nõ autem omnia sacramenta ordinãt ad diuinum cultum; sicut patet de pœnitentia, per quam liberatur homo à peccato; non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum; sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacrificium ad diuinum cultum tripliciter. Vno modo, per modum ipsius actionis. Alio modo, per modum agentis. Tertio modo, per modum recipientis. Et per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum Eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, in quantum est ecclesiæ sacrificium: & per hoc quidem sacramentum non imprimitur homini character; quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquod aliud per agendum ulterius, uel recipiendum in sacramentis; cùm potius sit finis, & consummatio omnium sacramentorum, ut Diony. dicit 3. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. continet tamen in se ipso C hristum, in quo non est character, sed tota sacerdotij plenitudo. sed ad gentes in sacramentis pertinet sacramentum ordinis; quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta alijs tradenda. Sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi, per quod homo accipit potestatem accipiendi alia ecclesiæ sacramenta. unde baptismus dicitur ianua sacramentorũ. & ad idem ordinatur etiam quodammodo, confirmatio. Et ideo per hæc tria sacramenta,

menta,imprimitur charačter.f. per baptifmum,confirmationem,& ordinem.

Ad quartam dicitur, quòd fideles Christi ad præmium quidem futuræ gloriæ deputantur fignaculo, hoc eft, quodam fpirituali fignaculo eis infignito, quod charecter nuncupatur.

Ad quintam dicendum, quòd character animæ impræffus habet rationem figni,in quantum per fenfibile facramentum imprimitur.per hoc enim fcitur aliquis baptifmali charactere infignitus,quod eft ab lotus aqua fenfibili. Nihilominus tamen character, vel fignaculum dici poteft per quandam fimilitudinē,omne quod figurat aliqui, vel diftinguit ab alio, etiam fi non fit fenfibile: ficut Christus dicitur figura, vel character paternæ fubftantiæ, fecundum Apoftolum ad Hebr.1.

Ad fextum dicendum, quòd character eft caufa facramentalis gratiæ aliquo modo. Quòd autem quidam cum charactere gratiam non recipiunt, hoc ex eorum indifpofitione ad gratiam fufcipiendam,euenit.Et ad quod inducebatur,quòd non effet difpofitio ad gratiam,refponderur iuxta S.Thom.in.4.d.4. quòd verum eft,quòd character eft difpofitio ad gratiam,non per neceffitatem,fed per quandam cõgruitatis dignitatem:ex hoc enim ipfo,quòd homo mancipatus eft diuinis actionibus, & inter membra Xpi cõnumeratur, fit ei quædam congruitas ad gratiam fufcipiendam: quia Deus perfectè in facramentis homini prouidet. Vnde fimul cum charactere datur homini,vt poffit exercere fpirituales actiones fidelium, vel paffiones feu receptiones. datur gratia, qua hæc bene poffint fieri.

ARTIC. XVII.

Vtrùm recedente fictione, baptifmus fuum fortiatur effectum?

1 AD decimum feptimum videtur dicendum, quòd non:quia opus mortuum quod eft fine charitate,non poteft reuiuifcere,feu viuificari. fed qui fictè baptifmum accipit,recipit eum fine charitate. ergo non poteft viuificari, ut gratiam conferat.

2 Præterea, fictio videtur fortior baptifmate, cùm impedıat eius effectum.fed fortius non tollitur à debiliori: & fic peccatum fictionis non poteft tolli per baptifmum,fictione impedirum.ergo etiam fictione recedente, baptifmus non confequitur effectum fuum,qui eft remiffio peccatorum.

3 Præterea, effectus baptifmi eft ab omni culpa, & pœna abfoluere.fed hoc non accidit recedente fictio ne:quia pœna peccatorum, quæ poft baptifmum cõmifit, non abfoluitur; aliàs effer maioris efficaciæ in fictè accedentibus,quàm in alijs. ergo.

4 Præterea, ficut aliquis fictè accedit ad baptifmū, ita ad Euchariftiam. fed recedente fictione Euchariftiæ, effectum non recipit. ergo nec etiam recedente fictione baptifmi.

Sed contra facit cap. tunc valere. de confecr.dift. 4.vbi Aug.lib.5.de bapt.c.12.dicit.Tunc valere incipit ad falutem baptifmus, cùm illa fictio veraci confeffione receffit:quæ, corde in malitia, uel facrilegio perfeuerante, peccatorum, abolitionem non finebat fieri.S.Thom.3.p.q.69.artic.12.

Refp.dicendum, quòd recedente fictione,baptifmus effectum fuum confequitur: quia cuilibet culpæ in ftatu viæ poteft remedium adhiberi. fed contra originalem culpā nō eft aliud remedium,quàm baptifmus. ergo, cùm fictè accedētibus originale nō remittatur,oporteret baptifmum iterari, fi recedente fictione, baptifmus effectum fuum non haberet: quod eft inconueniens.ergo conclufio vera.

Ad Primam Refp.quòd baptifmus non habet folum effectum ex opere operante;fed magis ex opere operato, quod eft opus Dei, & non hominis.& ideo facramentum baptifmi nō eft opus mortuum in eo, qui fictè accepit, fiue qui fine charitate baptizatur. illud enim quod obijcitur de opere mortuo, intelligitur de operibus noftris.

Ad fecundum refp.verum effe, quòd peccatum fictionis, nō tollitur per baptifmum fictè fufceptum; quia fictione remota, baptifmus aufert omnem culpam,& reatum omnium peccatorum præcedentium baptifmum,& etiam fimul exiftentium cum baptizato,concurrit tamen baptifmus,& pœnitentia,fed baptifmus,ficut caufa per fe agens,pœnitentia ficut caufa per accidens,remouens, prohibens.

Ad tertium Refp. quod baptifmus recedente fictione, habet illū effectum,quem prius habuiffet,fi fictio non fuiffet.effectus autem baptifmi eft, nō tollere peccata futura,fed præfentia, vel præterita.& ideo baptifmus,fictione recedente,peccata præcedētia remittit;fequentia verò virtute contritionis,quæ fictionem amouet,quantùm ad culpam,fed non quātum ad pœnam totaliter.

Ad quartum refp. quòd non eft fimile de facramento Euchariftiæ; quia Euchariftia malè accepta,nihil relinquit gratis datum, difponens ad gratiam gratum facientem;ficut facit baptifmus. vnde in Euchariftia non imprimitur character, cuius virtute poffit aliquis efficaciam facramenti percipere, fictione recedente, ficut fit in baptifmo. Secundò,quia Euchariftia eft facramentum iterabile, baptifmus autem non.& ita non eft fimile.

ARTIC. XVIII.

Vtrùm cathechifmus præcedere debeat baptifmum?

1 AD decimum octauum videtur dicendum, quòd non:quia per baptifmum regeneratur homo ad vitam fpiritualem. fed homo prius capit vitam, quàm doctrinam. non ergo debet prius cathechizari,quàm baptizari.

2 Præterea, dicit Aug. in lib.de cathechi. Rudibus narratio plana eft, cum quifque primò cathechizatur ab eo, quod fcriptum eft.In principio creauit Deus cœlum,& terram. vfque ad præfentia tempora ecclefię. fed hoc non poteft fieri; nifi in longiffimo tempore: baptifmus autem non poteft differri. ergo &c.

3 Præterea,dicit Mat.7. Nolite fanctum dare canibus. fed fanctum dicitur ibi fcriptura facra, quæ non eft

est committenda immundis, prout sunt non baptizati. ergo &c.

Sed contra facit cap. ante. de consecr. dist. 4. vbi Rabanus Papa de inst. cleric. lib. 1. cap. 25. dicit, Ante baptismum cathechizandi debet hominem præuenire officium, vt fidei primùm cathecumenus accipiat rudimenta. prius enim ipse Iesus cæci nati oculos luto, & sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Siloe misit: quia priùs debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum iam credulus admitti, vt sciat cuius gratiæ in eo est particeps, & cui iam debitor fiat deinceps.

Resp. dicendum, quòd hic videnda sunt duo. Primò videndum est, quid sit cathechismus. Secundò respondebitur ad quæstionem, ostendendo quàm conuenienter cathechismus præcedit baptismum.

Quantum ad primum, sciendum iuxta sanctum Thomam, & dominum Durãdum in 4. d. 6. quòd sicut in alijs doctrinis sunt quædam principia communia, quæ necessarium est scire, quibus ignoratis, necesse est ignorare artem, quibus tamen scitis, necesse non est totam artem scire. sic in doctrina fidei, quædam sunt communia, quæ necessarium est scire, vt articuli Trinitatis, Incarnationis, Passionis, Aduentus ad Iudicium, Alia verò sunt subtiliora, & specialia, ad quæ omnes non tenentur. Instructio autem de quibuscunque, quæ scire necessarium est ad salutem, vocatur cathechismus: & diffinitur sic. Cathechismus est instructio circa fidei rudimenta, circa generalia fidei, quæ etiam rudibus sunt necessaria ad sciẽdum. Et hoc primò quantùm ad secundum. In quo videndum est, quàm conueniẽter cathechismus præcedat baptismum, Est sciendum, quòd huius conuenientiæ ratio multiplex assignatur. Prima est sancti Thomæ in 3. parte. q. 71. art. 1. quia baptismus est fidei sacramentum, cùm sit quædam professio fidei Christianæ. Ad hoc autem quòd aliquis fidem accipiat, requiritur, quòd de fide instruatur; secundùm illud ad Rom. 10. Quomodo credent, quem non audierunt? quomodo autem audient, sine prædicante? ergo ante baptismum conuenienter præcedit cathechismus. Secunda est domini Durandi in quarto. sic in baptismo fit obligatio ad ea, quæ sunt fidei, & eorum, quæ ad fidem pertinent. sed nullus debite obligatur ad aliquid, nisi sciens, & volens. ergo congruũ est ut ea, quæ sunt fidei, proponantur baptizando, saltem in generali; vt ipse profiteatur fidem, & obligetur ad obseruantiam. hoc autem fit in cathechismo. ergo conuenienter cathechismus præcedit baptismum.

Tertiò, idem ostenditur authoritate Christi; qui dans formam generalem baptizandi præmittit doctrinam ipsi baptismo, Mat. vltimo. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c.

Quartò, hæc conuenientia accipitur figuraliter ex Christi exemplo, qui cæci nati oculos illuminaturus, et ex luto facto ex sputo eius, per quod intelligitur instructio diuinæ sapientiæ, primò oculos eius liniuit, & post ad aquas Siloe, per quas baptismus figurabatur, transmisit; vt habetur Io. 9. & inducit in exemplum venerabilis Rabanus in textu præsentis capi.

Quintò, hoc conuenienter fit, vt dicit Diuus Bonauentura in 4. vt intelligatur, quòd non coactè, sed voluntariè, qui baptizatur ad diuina præcepta vel imperia facienda se obligat.

Ad Rationes. Ad Primam respondetur, quòd vita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptismũ, præsupponit vitam naturæ rationalis, in qua potest esse homo particeps doctrinæ; & ita potest præcedere baptismum, siue generationem ipsam spiritualem aliqua instructio fidei.

Ad secundam respondetur, vt dicit S. Tho. in 4. quòd non est necessarium, quòd cathecumenus omnia in particulari discat, quæ in tota Biblia continentur; sed in quadam summa: vt. s. videat, quomodo in quolibet statu mundi Deo cura fuit de hominibus: & sicut dictum est, talium instructio dicitur cathechismus, de alijs autem debet instrui processu temporis.

Ad tertiam respondetur, quòd Dominus loquitur de immundis, qui fidei contrariantur. non de illis, qui ad fidem accedere volunt. vnde sequitur ibi, ne conuersi disrumpant vos. glos. veritatem impugnando fidei vestræ.

ARTIC. XIX.

Vtrùm cathechizare sit officium sacerdotum?

1 AD decimum nonum videtur dicendum, quòd non: quia Diaconi habentes purgatiuam virtutem, ordinantur super immundis, quorum primi gradus sunt cathecumeni. ergo ad Diaconum pertinet eos instruere.

2 Præterea, illius est instruere baptizandum, cuius est ad baptismum eum adducere: hoc autem ad patrinum spectat. non ergo ad sacerdotem.

3 Præterea, docere ad episcopum spectat, Dion. in 5. eccl. hierarc. non ergo ad sacerdotem.

Sed contra facit cap. cathechismi. de consecr. dist. 4. vbi Concil. Agat. c. 13. dicit. Cathechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusque ecclesiæ possunt fieri; sicut in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore, ministerium famulatus nostri exhibemus, solemniter fieri comprobamus.

Resp. dicendum cum S. Thom. in 3. p. q. 71. artic. 4. quod minister ad sacerdotem cõparatur, sicut instrumentale agens ad principale; vt indicat ipsum nomen ministri. agens autem secundarium non agit sine principali agente cooperante; quantò autem operatio est potior, tantò principale agens indiget paucioribus ministris. potior autem est operatio sacerdotis, in quantum confert ipsum sacramentum, quàm in præparatorijs ad sacramentum. & ideo supremi ministri, qui dicuntur Diaconi, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum. dicit enim Isidorus, quod ad Diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ agunt in sacramẽtis Christi: in baptismo. s. in chrismate, patena, & calice. Inferiores autem ministri cooperantur sacerdoti in his, quæ sunt præparatoria ad sacramenta: sicut Lectores in cathechismo, Exorcistæ in exorcismo, dicendum ergo, quòd, & si cathechizare alijs, quàm sa-

cerdotibus, conueniat: sacerdotum tamen officium principalius est.

Ad Rationes. Ad Primam respondetur dupliciter, iuxta dicta, quòd & si Diaconi, & alij ministri super immundos habeant operationem cathechizandi, & exorcizandi; ministerialem tamen, & quasi instrumentalem: sed sacerdos habet principalem.

Secundò respondetur, iuxta S. Thom. in 4. quòd in primitiua ecclesia, quando adulti ad baptismum veniebant, qui magna instructione indigebant, hoc per Diaconum exerceatur, sacerdotibus circa maiora occupatis: & ideo Dionysius illud Diaconibus attribuit.

Ad secundam Resp. quòd ratio non procedit; quia competer non instruit ante baptismum de fide, sed conuersum iam recipit, ad instructionem præsentans.

Ad tertiam respondetur, quòd, ut dicit S. Thom. in 3. parte. q. 71. artic. 4. & in 4. multiplex est instructio. Vna conuersiua, & hęc propriè est sacerdotum, quorum est prædicare, & docere. Vnde Dionysius hanc instructionem Episcopo attribuit in 2. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ. & potest competere cuilibet prædicatori, uel etiam cuilibet fideli. Secunda est instructio disciplinalis, qua quis eruditur de fidei rudimentis: quid. scredere debeat, & qualiter ad baptismum accedere debeat: & hoc pertinet ad officium Diaconi; & per consequens sacerdotis: quia quicquid est Diaconi, est etiam sacerdotis, & principaliter. Tertia instructio, quæ sequitur baptismum, est instructio de conuersione humanæ uitæ; & hæc pertinet ad patrinos. Quarta instructio est de profundis mysterijs fidei, & perfectione humanæ uitæ: & hoc ex officio pertinet ad Episcopos. Ex his patet responsio: quoniam licèt Episcopo attribuatur instructio cathecumenorum, de qua loquitur; non tamen ita, quòd non conueniat sacerdotibus; sicut ex dictis patet.

ARTIC. XX.

Vtrùm conuenienter exorcismus præcedat baptismum? Item, an debeat sequi cathechismum, vel è conuerso?

1 AD vigesimum uidetur dicendum, quòd non: quia exorcismus est contra energumenos .i. arreptitios, ordinatus. sed non omnes accedentes ad baptismum sunt tales. ergo non conuenienter debet præcedere baptismum.

2 Preterea, primò debet curari causa, quàm effectus sed peccatum est causa quare in quibusdam Diabolus potestatem habet, secundùm illud Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. si ergo exorcismi sunt ad potestatem Diaboli pellendā, uidetur quòd deberet priùs aliquis per baptismum à peccato mundari, quàm per exorcismum à potestate Diaboli liberati.

3 Preterea ad idem, superfluum est diuersa remedia ordinari. sed ad potestatem Diaboli auferendam introducta uidetur aqua benedicta. ergo superflui sunt exorcismi.

Sed contra facit cap. postquàm. de cōsecr. dist. 4. vbi Rabanus de inst. cleri. lib. 1. c. 27. dicit. Postquā se baptizatus per coofessionem veræ fidei io alterius cōmendauerit domininm, & per abrenuotiationem à prioris possessoris se alienauerit seruitio, exsufflatur ab eo sæua potestas, ut per pium sacerdotis ministerium spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus. S. Thom. in 3. par. q. 71. artic. 2.

Resp. dicendum, quòd conuenienter fit, ut exorcismus præcedat baptismū, cuius cōuenientia, iuxta S. Tho. in 3. p. q. 71. art. 2. sic ostenditur. quia quicun que opus aliquod sapiēter facere proponit, priùs remouet impedimenta sui operis, ut dicitur Hier. 4. Nouate uobis nouale, & nolite serere super spinas. Diabolus hostis est humanæ salutis, quę homini per baptismum acquiritur: & habet potestatem aliquam in homine, ex hoc, quòd subditur originali peccato, uel etiam actuali. Vnde conuenienter ante baptismū expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutē hominis impediant. Quam quidem dæmonis expulsionem significat exufflatio. Benedictio autem cum manus impositione, præcludit excluso uiam, ne redire possit. Sal autem per os missum, & narium, & auriū sputo linitio, secundùm redemptionem fidei, quantum ad aures: & approbationem, quantum ad nares: & confessionem, quantùm ad os. Olei uerò inunctio significat aptitudinem, siue expeditionem hominis ad pugnandum contra dæmones.

Ad Rationes. Ad primam dicendum, quòd energumeni dicuntur interius laborantes, à Diabolo uexati corporaliter: ab en, quod est in, & orgen, quod est labor. & quamuis non omnes accedētes ad baptismum, sint energumeni, nec inter laborantes à Diabolo uexati corporaliter; tñ interiùs laborant, uel infirmantur propter infectionem fomitis, Diabolo in eis potestatem habente.

Ad secundam dicendum, quòd Maior illius propositionis non habet uerum, qñ effectus confirmat causam: tunc enim priùs laborandum est ad curandū effectum, ut sic expeditius procedatur ad curationē causæ. potestas autem dæmonis, quæ ex peccato sequitor, & tenet, conseruat hominem in malitia, & in peccato. & ideo prius euacuanda est potestas dæmonis, & debilitanda. quod in exorcismo fit, ne curationem causæ, idest peccati, in baptismo fiendam impedire possit.

Ad tertiam dicendum, quòd Diabolus impugnat nos ab interiori, & ab exteriori. aqua autem benedicta ordinatur contra impugnationes dęmonum, quę sunt ab exteriori. exorcismi vero contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab interiori. Vnde & illi cōtra quos dantur, dicuntur energumeni, idest, interius laborantes. Vel dicendum cum S. Tho. in 3. p. q. 71. art. 3. quòd sicut in remedium contra peccatum secū dò datur pœnitentia, quia baptismus non reiteratur: ita in remediū cōtra impugnationes dæmonū secū dò datur aqua benedicta: quia exorcismi baptismales non reiterantur.

Ad secūdā sic pceditur, & uidetur, ꝙ exorcismus debeat pcedere cathechismū, & nō e cōuerso. Et primò sic. prius est remouere malū, q̄ aliquis pficiatur in bonū: siue prius est expellere malū q̄ inserere bonum. sed p exorcismū expellit malū, p cathechismū

Q inse-

inseritur bonum. ergo exorcismus debuit primo ordine fieri.

In oppositum est tex. præs.cap.

Resp.dicendum,quòd ordo positus, in quo cathechismus præcedit exorcismum,est conuenienter positus, pro quo notandum, quòd vt inquit Bonau.in fine di.6.quarti,ista duo possunt tripliciter ordinari. s.aut ratione eius ad quod sunt, aut ratione eius à quo dispensantur,aut ratione eius in quem fiunt.Primo casu sic; quia cathechismus est ad perfectionem intellectus;& exorcismus ad id,quod respicit ad effectum; quia ad suggestionem Diaboli expellendā cathechismum præcedit.Si ratione eius à quo dispensatur,quia instructio est ab ordine lectorum,& exercizatio ab exorcistis, & lectorum ordo præcedit; sic ēt ante exorcismum est cathechismus. Si ratione eius, in quem fiunt, sic dicendum est, quòd si adultus est baptizandus, prius est capax doctrinæ, quàm gratię, si paruulus e conuerso.& ideo in adultis præcedit cathechismus, in paruulis e conuerso exorcismus. & ideo ordo iste est secundùm aliquas ecclesias.nec seruatur ille, qui consueuit esse in primitiua ecclesia, quia tunc baptizabantur adulti,nunc autem paruuli. Hæc ille.

Ad rationem factam in oppositum resp. secundū S. Thom.in quarto.in fine 6.dist.quòd uerum est qđ assumitur, si utrumque in eodem genere accipiatur.: hoc autem non est hic :quia cathechismus ordinatur ad bonum, non efficiendo aliquid, sed solum instruendo. exorcismus autem remouet malum,etiam operando. & ideo instructio in talibus debet operationem pręcedere ; ut sciat homo quid in eo fieri debeat,Et ita ratio non procedit.

ARTIC. XXI.

Vtrùm ea quæ aguntur in exorcismo,efficiant aliquid,an solùm significent?

1 AD vigesimumprimum uidetur, quòd solū significēt:quia si puer exorcizatus moriatur ante baptismum, salutem non cōsequitur nec liberatur à potestate Diaboli. ergo nihil efficit exorcismus.

2 Præterea,hoc solùm pertinet ad sacramentum nouæ legis, ut sit signū & causa.si ergo exorcismus efficeret, & significaret, sequeretur ꝙ esset sacramentū.

3 Præterea, sicut exorcismus ordinatur ad baptismum:ita si aliquid in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectum baptismi.sed dispositio ex necessitate ꝑcedit formam perfectam;quia forma perfecta non recipitur, nisi materia disposita.sequeretur ergo,quòd nullus posset consequi effectum baptismi,nisi primò exorcizatus:quòd patet esse falsum.non ergo ea,quæ fiunt in exorcismo,aliquem effectum habent.

Sed contra facit c.sicut nostis. de consec.dist.4.ubi Aug.de. symbolo.lib.1.cap.1. dicit. Sicut nostis,fratres charissimi,& paruuli exsufflantur, & exorcizantur,vt pellatur ab eis Diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, ut possideret homines.&c.

Resp.dicendum,quòd ea,quæ exorcizando dicūtur, frustra dicerentur, nisi aliquem effectum haberent, præcipuè cùm ecclesia imperatiuis uerbis,& nō solùm per modum orationis vtatur ad expellendam dæmonis potestatē, puta, cùm dicit.ergo maledicte Diabole exi ab eo.& ideo dicendū est,secundùm alios,ꝙ non tantum significēt; sed ēt efficiant aliquid, non tantum in corpore, sed etiam in anima.in corpore quidem, ut impediatur Diabolus à uexatione corporis,ne illū interimat.in anima verò,ut impediatur à nocumēto animæ, per quandā cohibitionē. Verumtamen principaliter exorcismi effectus ptinet ad animam, sicut colligitur ex ipsis rationibus, quæ dicuntur exorcizando. Est tñ hic notandum, ꝙ exorcismi licèt habeant effectum,differenter tñ à baptismo, nā per baptismum datur homini gratia ad plenam remissionē culparum : per ea vero, quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentū extrinsecū, prout dæmones salutē hominis impedire conantur. & hoc primum impedimentum excluditur per exsufflationes, quibus potestas dæmonis in homine, quantum ad maculā peccati, & reatū pœnę, quousq; peccatum per baptismū tollatur.& secūdum hoc dicit Cyprianus.Sciā Diaboli nequitiam posse remanere,vsque ad aquam salutarē;in baptismo aūt omnem nequitiam mittere.Aliud aūt impedimentum est extrinsecū,prout.s.homo ex infectione peccati originalis,habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria.Vnde Rabanus de institutione clericorum. & habetur infra cap. postea. Tanguntur (dicit) quòd per saliuam typicam, & sacerdotis tactum, sapientia diuina salutem operatur cathecumenis : ut aperiantur eis nares, ad accipiendum odorē notitiæ Dei; ut aperiantur aures, ad audiendum mādata Dei:ut aperiantur illis sensus in intimo cordis, ad respondendum interroganti de fide. Ex quibus clarissimè apparet responsio quęstionis, qua quæritur, an exorcismus sit necessarius.

Ad Rationes dicendum. Ad primam resp. quod per ea, quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa,propter quam homo punitur post mortem;sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionē culpæ per sacramentum. in tali ergo decedente ante baptismum exorcismus non habet effectum in collatione gratiæ; sed solū in debilitate potestatis dæmonis:& valet hoc ei tantùm in uita:post mortem uerò exorcismus non ualet sine baptismo. Vnde talis ante baptismum moriēs,dānatus est,cum decedat non renatus ex aqua,& Spiritu sancto. Quod uero præpositio dicit, quòd exorcizatus ante baptismum decedens,& moriens, tenebras patiatur, non uidetur uerum,ut dicit S.Thom.quia tenebrę, illę in sola carentia diuinæ uisionis consistunt, cum non habeant aliquam pœnam sensibilem. hæc autem æqualis erit; quia priuatio non accipit magis,& minus.

Ad secundam resp. quòd non solum de ratione sacramenti est, ut sit signum & causa alicuius effectus sed effectus principalis, qui est gratia remittens culpam,qua subueniunt perfecto morbo, contra quem sacramentum ordinatur. quod quidem nō fit per ea quæ aguntur exorcismo, sed solum habent effectum contra contrarias indispositiones, & impedimenta gratiæ:& ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam,quæ secundum impedimenta multiplicantur,ut inquit S. Thom.

Ad

Ad tertiam resp. quòd exorcismus non est disposi tio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem; sed fides, & intentio, vel propria eius, qui baptizatur, si sit adultus, vel ecclesiæ, si sit paruulus. ea verò quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad remouendum impedimenta, vt dictum est; & ideo sine eis potest aliquis consequi effectum baptismi. non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo, & tunc cessante periculo debent suppleri; vt seruetur vniformitas in baptismo. nec frustra suppletur post baptismum; quia sicut impeditur effectus baptismi ante quam percipiatur; ita potest impediri postquàm fuerit perceptus.

ARTIC. XXII.

Vtrum hæc sit conueniens forma baptismi. ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti?

1 AD Vigesimum secundum videtur dicendū, quòd non: quia actio debet magis attribui agenti principali, quàm secundario, siue ministro. sed principale agens in baptismo est Christus, secundùm illud Ioan. 1. Hic est, qui baptizat. homo autem baptizans est tantùm minister baptismi. ergo inconuenienter dicit minister. ego te baptizo. &c.

2 Præterea, sacramenta à diuina institutione habent efficaciam, & virtutem. sed ex forma, quam Dominus tradidit Mat. vlt. vbi dicitur. Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. non potest haberi, quod ego te baptizo. sic vera forma baptismi: quia hoc participium, baptizantes, ponitur ad designandum exercitium actus; non quasi pars formæ. ergo uidetur, quòd non sit de necessitate formę.

3 Præterea, sicut præcipit Deus actum docendi, ita & actum baptizandi. sed non exigitur ad docendū, quòd sacerdos dicat, ego te doceo. ergo nec ad baptismum, quòd dicat, ego te baptizo.

4 Præterea, verba non possunt dirigi ad eum, qui non est sensus verborū perceptiuus. sed quandoque qui baptizatur non potest percipere sensum verborum, sicut quando puer baptizatur. ergo non debet dicere baptizo te: sed, baptizo Ioannem.

5 Præterea; baptismus à persona Christi efficaciam habet, & figura est mortis Christi, ad Rom. 6. ergo potius debuit in forma baptismi fieri mentio de fide passionis, quàm de fide Trinitatis.

6 Præterea, illud, in quo personæ non conueniunt, debet de eis pluraliter dici. sed personæ distinguuntur quantùm ad nomen; quia filij nomen patri non conuenit, nec è conuerso. ergo non debet dici in nomine, sed, in nominibus.

7 Sed contra facit cap. si non. de consecr. dist. 4. vbi Aug. lib. 6. cap. 25. de unico baptismo dicit. Et quia illa certa euāgelica verba, videlicet, Mat. vlt. Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. sine quibus non potest baptismus consecrari: tantum valent, vt per illa sic euacuentur quæcunque in prece vitiosa contra regulam fidei dicuntur. S. Thom. 3. p. q. 66. artic. 6.

8 Resp. dicendum, quòd conueniens forma baptismi est, qua dicitur. ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amē. Patet hęc conclusio ex traditione vniuersalis ecclesiæ; quæ cùm à spiritu sancto regatur, in his quæ de necessitate salutis sūt, errare non potest. Est tamen sciendum iuxta Dominum Durandum. & D. Petrum de Palude in 4. d. 3. quod etiam colligitur ex sententia Beati Thom. q. in prędicta forma sunt quatuor expressa. Nominatio personarum in Trinitate. Secundum est, expressio actus baptizandi, & personę suscipientis, cùm dicitur, baptizo te. Tertium est, expressio baptizantis, ego. Quartum est, quod pertinet ad confirmationē totius, Amen. & secundùm hoc videntur ponendæ quatuor conclusiones. Prima est, quòd expressio triū personarum est de necessitate baptismi. Secunda est, quòd expressio actus, & personæ suscipientis, similiter sunt de necessitate sacramenti. Tertia est, quòd expressio baptizantis personæ, nō est de necessitate baptismi sacramenti. Quarta est, quòd, amen, nec est de necessitate præcepti, nec de substantia sacramenti.

Prima conclusio, dicens, quòd expressio trium personarum in Trinitate, sit de necessitate baptismi, probatur tripliciter. Primò de traditione, quæ habetur Mat. vlt. Baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Secundò ratione sic. quia cùm baptismus sit specialiter sacramentum fidei: per baptismum enim ascribitur quis primo cętui fidelium: & ideo in ipso debet esse fidei protestatio, & insinuatio, & maior expressio, quàm in cæteris sacramentis. Ex hoc arguitur sic. Exterior fidei protestatio debet respondere interiori actui fidei. sed non est sufficiens fides interior, qua creditur in unam personam sine alia. ergo nec est sufficiens exterior protestatio, qua exprimitur vna persona sine alia. ergo cum ad baptismum requiratur protestatio fidei, & maximè articuli Trinitatis, qui primus est, patet quòd non sufficit expressio unius personæ, nisi omnes exprimantur.

Tertio patet idem expressè ex determinatione ecclesiæ, quæ habetur infra ead. dist. c. in synodo. vbi dicitur. Sic in prædicta synodo sacerdotes voluerūt, vt qui unam de Trinitate personam in baptismo non nominaret, illud verum baptisma non esset, nec esse posset: quod pro certo uerum est.

Ad Rationes. Ad primam respondetur, secūdùm S. Thom. in 3. parte. q. 66. artic. 5. quòd actio attribuitur instrumento, sicut immediato agenti: attribuitur autem principali agenti, sicut in cuius uirtute instrumentum agit. & ideo in forma baptismi conuenienter utrunque designatur. designatur quidem minister, sicut exercens actum, per hoc quod dicitur, ego te baptizo: & causa principalis, ut in cuius uirtute sacramentum agitur, per hoc quod dicitur, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quod autem additur, ego, in forma nostra, non est de substantia formę (ait S. Thom.) sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis, ut dictum est.

Ad secundā resp. quòd in uerbis illis Dominus principaliter non intendit tradere formam Apostolis; quia prius eis tradiderat quando baptizabant ante Passionem: sed intendit eis præcipere actū baptizandi, secundùm formam priùs datam eis. Et ideo ex verbis illis potest probabiliter accipi forma prædicta,

dicta, quamuis expressiuè ponatur.

Ad tertiam respond. negando consequentiam: quia non est simile de actu baptismi, & de actibus alijs; quoniam (vt ait Sanctus Thomas) alij actus habent efficaciam ex ipso exercitio tantum; sed actus baptizandi habet efficaciam ex forma verborum: & quia talis efficacia est sacramentalis, ideo oportet, quòd verba formæ significando efficaciam actui præbeant; & propter hoc oporter baptizantem actum suum verbo significare, quamuis hoc in alijs actibus non reperiatur.

Ad quartam respond. iuxtà Sanctum Thomam, quòd assumptum est verum de verbis, quæ proferuntur de causa significationis tantùm: non autem de illis, quæ proferuntur in formis sacramentorum, quæ etiam oportet ad res non intelligentes proferri, vt effectus verborum determinetur ad res illas. Vnde etiam dicitur, exorcizo te creatura salis.

Ad sextam resp. secundùm Sanctum Thomam in 4. quòd nomen non competit uoci, nisi secundum quod facit notitiam de re. nomen enim dicitur, quasi notamen; notitiam autem habemus de Trinitate per fidem: & quia est una fides Trinitatis, & vna confessio fidei, quamuis sint diuersæ uoces significantes tres personas, ideo dicitur, in uomine, quasi in vocatione, quæ fit per confessionem exteriorem interioris fidei. Vel dicendum (vt idem dicit in 3. parte) quòd, & si sint tria nomina personalia trium personarum; est tamen vnum nomen essentiale. virtus autem diuina, quæ operatur in baptismo, ad essentiam pertinet. & ideo non dicitur, in nominibus, sed in nomine. Vel, vt supra dictum est, dicitur in nomine, vt vnitas essentiæ designetur.

ARTIC. XXIII.

Vtrùm pueri sint baptizandi?

AD vigesimum tertium videtur dicendum, quòd non; quia baptismus est sacramentum fidei. Sed pueri non possunt credere; quia non possunt cum assertione iudicare. ergo &c.

2 Præterea, in eo, qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi baptismum: quæ intentio non est in pueris.

3 Præterea, in baptismo fit quædam obligatio ad ea, quæ sunt fidei: quę obligatio non fit ab eo, qui non est suæ voluntatis.

4 Præterea, si in matrimonio carnali requiritur consensus; multò magis in spirituali.

Sed contra facit c. paruuli, de consecr. dist. 4. vbi Isid. de officijs. lib. 2. cap. 24. dicit. Paruuli alio profitente baptizantur; quia adhuc loqui, vel credere nesciunt: sicut etiam ægri, muti, & surdi, quorum vice alius profitetur, vt pro eis dum baptizantur, respondeat.

Respond. dicendum, quòd pueri sunt baptizandi. Probatur. primò, quia baptismus circumcisioni successit. sed circuncisio pueris conferebatur. ergo & baptismus pueris debet dari. Sanctus Thomas 3. par. q. 68. art. 9.

Secundo sic. Dyon. dicit vlt. cap. ecclesiasticæ hierarc. quòd diuini nostri duces. i. Apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

Tertiò sic. gratia superabundauit plusquàm delictum. Sed delictum ratione originalis peccati transiuit in paruulos; multò fortius gratia Christi: illa autem maximè est in sacramento baptismi. ergo paruuli suscipere possunt sacramentum baptismale. Pro quo notandum cum Sancto Thoma in 4. distin. 4. quòd diuersi status mundi comparantur diuersis ætatibus vnius hominis, sicut Aug. dicit in lib. 84. quæstionum. Vnde sicut nullus status mundi fuit, in quo esset humano generi præclusa via salutis; ita nulla ætas vnius hominis est, in qua sibi uia salutis præcludatur. Vnde cùm in pueris sit peccatum originale, per quod à consecutione saluris æternæ impeditur, oportet, quòd eis adhiberi possit aliquod remedium ad remouendum dictum impedimentū: hoc autem est baptismus. vnde diuinæ misericordię contradicit, qui negat baptismum paruulis posse exhiberi: & propter hoc hęreticum est hoc dicere.

Ad rationes. Ad primam respondetur, quòd sicut dicit Isidorus in hoc c. pueri, alio profitente, baptizantur: ita etiam Beatus Aug. scribens ad Bonifaciū, dicit (ut habetur inf. ead. dist. c. in ecclesia) In ecclesia Saluatoris paruuli per alios creduntsicut ex alijs ea, quæ in baptismo remittuntur, peccata traxerunt. nec impeditur eorum salus, si parentes sunt infideles: quia (sicut dicit B. Aug. eidem. Bonifacio scribens) offeruntur paruuli ad percipiendum spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamuis etiam ab ipsis, si ipsi boni fideles sunt, quàm ab uniuersa societate sanctorum atque fidelium. ab omnibus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quòd offerant, & quorum charitate ad cōmunioné sancti spiritus adiunguntur. infidelitas autem propriorum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorum sacrificijs imbuere conarentur, pueris non nocet: vt Aug. habet ibidem. & habetur inf. ead. dist. c. quæris. Ad authoritatem Mat. vlt. dicitur, sicut dicit Aug. & Beda, quòd paruuli per alios credunt; vnde fides ecclesiæ supplet, quod minus est in paruulis. Vel dicendum, quòd verbum Domini referendum est ad alios tantùm, qui per doctrinam Apostolorum instruendi erant, qui erant adulti: de quibus prædixit. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Nulli enim eorum, quibus Euangelium prædicandum erat, baptismus dari debuit nisi crederet.

Ad secundam respondetur, quòd quemadmodum dicit Aug. in c. mater ecclesia. inf. ead. dist. paruuli fideles proptereà rectè vocantur; quoniam per fidem eos gestantium quodammodo profitentur. Ita eadem ratione possunt dici intendentes, non per actum proprium, seu proprię intentionis, cùm ipsi contra nitantur, & plorent; sed per actum eorum, à quibus offeruntur.

Ad tertiam dicendum, sicut sæpe in superioribus dictum est, quòd cùm obligatio, quæ fit in baptismo, non fit ad aliquid, ad quod non teneatur aliquis, homo, per alium etiam fieri potest, &c.

Ad

Ad Quartam resp. quòd, vt dicit magister Alé. de Ales. aliud est in matrimonio carnali, & spirituali. in parte. est simile. in adultis enim requiritur utrobique consensus: in paruulis verò de consensu parentũ contrahuntur sponsalia; sed non omnino ratificantur, nisi per consensum illarum personarum, cùm venerit ad adultam ætatem. in paruulo uerò contrahitur matrimonium spirituale per gratiam Christi, a qua habet uirtutem baptismus, & per ipsum consensum ecclesiæ: sicut dicit Isidorus in cap. præsenti, quòd alio profitente, baptizantur, qui adhuc loqui, vel credere nesciunt. ut dicit Aug. ad Bonifacium, vt possit regenerari per officium uoluntatis alienę, cùm offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus: ex quo generatur oblatus. ratificatur autem, ex consensu patrini, & fide ecclesiæ, ipsum matrimonium spirituale, suscepto baptismatis sacramento. & quòd hoc est dissimile, respectu matrimonij carnalis; in alijs autem similitudo attenditur.

ARTICULUS XXIIII.

Vtrùm mentecaptis sit conferendum sacramentum baptismi?

1 AD Vigesimumquartum videtur dicendũ, quòd non: quia fides in adultis requiritur, quæ non potest exquiri in mentecapto, & non habenti vsum rationis.

2 Præterea, in adultis non solum originale, sed etiã actualia peccata delentur: sed ad hoc requiritur proprius motus liberi arbitrij, quem non habet furiosus. ergo.

3 Præterea, nulli contradicenti datur hoc sacramentum: sed quandoque isti contradicunt. ergo.

4 Præterea, dormientes, secundùm Philosophum, viuunt vita plantę. sed baptismus non datur nisi uiuenti vita humana, quæ est secundùm animam rationalem. ergo dormienti dari non debet.

Sed contra facit capitulũ ægrotantes. de consecr. distinctione quarta. vbi Isid. de offic. lib. 2. cap. 24. dicit Ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cùm voluntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur.

Respondeo dicendum cum sancto Thoma, in tertia parte, quęstione 68. articulo duodecimo, circa amentes distinguendum est. Quidam enim sunt à natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiam nullus vsus rationis apparet: & de talibus, quantum ad baptismi susceptionem, videtur idem iudicium, quod de pueris, qui baptizantur in fide ecclesiæ, sicut dictum est. Alij verò sunt amentes, qui ex sana mente, quam habuerunt prius, in amentiam inciderunt: & tales sunt iudicandi secundum voluntatem, quam habuerunt, dum sanæ mentis existerent. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum, debet exhiberi eis in furore, vel amentia constitutis, etiam si tunc contradicant. Alioqui si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit, dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi. Quidam uerò sunt, qui & si à natiuitate fuerint furiosi, & amentes, habent tamen aliqua lucida interualla, in quibus recta ratione vti possunt. vnde si tunc baptizari voluerunt, baptizari possunt, etiam in amentia constituti: & debet sacramentum tunc conferri, si periculum timeatur. Alioqui melius est vt tempus expectetur, in quo sint sanæ mentis, ad hoc, quòd deuotius suscipiant sacramentum. Si autem tempore lucidi interualli, non appareat in eis voluntas baptismum suscipiendi, baptizari non debent, in amentia constituti. Quidam verò sunt, qui & si non omnino sanæ mentis existant, in tantum tamen ratione vtuntur, quòd possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. & de talibus idem est iudicium, sicut de his, qui sanæ mentis existunt, qui baptizantur volentes, non inuiti.

Ad Rationes. Ad primam dicendum, quòd si sit amentia à natiuitate, & nunquam habuit lucida interualla, talis non pro adulto, sed pro paruulo iudicandus est. Si verò talis habuit lucida interualla, dicendum est, quòd licèt nunc non habeat vsum fidei, habere tamen potuit prius, quando habuit propositum baptizandi; & hac ratione potest baptisma suscipere.

Ad secundam resp. quod sicut in adulto, qui habet vsum rationis, disponit ad gratiam baptismalem motus liberi arbitrij, quem habebat dum sanæ mentis erat.

Ad tertiam resp. quod assumptum est verum, cùm quis animo contradicit. cùm enim effectus baptismi in mente suscipiatur, non impeditur, nisi ex contradictione mentis. Illi autem, qui mentis vsum non habent, non contradicunt mente, sed magis fantasia ducti. & ideo, talis contradictio non impedit effectum baptismi, quando mentis consensus præcessit.

Ad quartam resp. quòd dormientes baptizandi non sunt, nisi periculum mortis immineat: quod tamen similiter distinguendum est de dormientibus, sicut de illis, qui amentiam incurrunt post statum sanæ mentis, videlicet, quod tales, si in eis in vigilia existentibus apparuit propositum, quòd vellent baptizari, in periculo constituti, sunt baptizandi; sicut Aug. narrat, quarto confess. de amico suo, qui baptizatus est nesciens, propter periculum mortis. Et hinc potest fieri argumentum, vt dicit D. Petrus de Palude, in quarto. vt si dormiens, qui in vigilia habuit intentionem, & propositum percutiendi clericum, licèt ipsum ante non percusserit, sed postmodum dormiens surgit, & ipsum percutiat, mutilando uel interficiendo, quòd sit irregularis. & hoc ratione propositi, & uoluntatis accedentis. & fortè excommunicatus, cùm illud quod fit in somno, procedat ex malitia, quam vigilans conceperat: sicut proijciens lapidem, licèt mox ante percussionem pœniteat, non euadit excommunicationem; sicut nec ille, qui mandauit, & ante pœnituit, sed mandatum non reuocauit, etiam si non potuit.

ARTIC. XXV.

Vtrum peccatoribus hoc sacramentum sit conferendum?

1 AD vigesimum quintum videtur dicendum, quòd sic: dicitur enim Zach. 13. in illa die erit fons patens Domini Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatę. quod quidem intelligitur de baptismo. ergo peccatoribus est exhibendum.

2 Præterea, dicitur Mat. 12. Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus. malè autem habentes sunt peccatores, cùm igitur spiritualis medicina s. Christi medicina sit baptismus, sequitur quòd peccatori sit conferendus.

3 Præterea, nullum subsidium peccatori debet subtrahi: sed peccatores baptizati characterem recipiunt, qui est dispositio ad gratiam. ergo baptismus peccatoribus est conferendus.

Sed contra facit c. omnis. de consecr. dist. 4. vbi Aug. lib. de pęnitentiæ medicina. cap. 2. dicit. Omnis, qui iam suæ voluntatis factum est arbiter, cùm accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pęnitētia, cū baptizantur, soli paruuli immunes sunt: non dum enim uti possunt libero arbitrio.

Item idem Aug. dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.

Resp. dicendū secūdū S. Tho. in 3. p. q. 68. art. 4. quòd aliquis potest dici peccator dupliciter. Vno modo per maculam, & reatum præteritum; & tunc sit ista conclusio. Quòd baptismus est ad hoc specialiter institutus, vt per ipsum peccatorum sordes mūdentur, secundùm illud ad Ephesios. 5. Mundans eam. s. ecclesiam. lauacro aquæ, in verbo vitæ. Alio modo potest quis dici peccator ex voluntate peccandi, & proposito persistendi in peccato; & tunc sit ista conclusio. Quòd sic peccatoribus non est sacramentum baptismi conferendum. patet primò: quia per baptismum homines Christo incorporantur, secundùm illud, ad Gal. 3. Quicunque in Christo baptizati istis, Christum induistis. Quandiu autem aliquis habet voluntatem peccandi, non potest esse Christo coniunctus. ad Cor. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Et hoc est, quod in præsenti cap. Aug. dicit. & habetur in lib. de pœnitentia, quòd nullus suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouam uitam inchoare, nisi eum veteris vitæ pœniteat.

Secundò, quia in operibus Christi, & essentię, nihil debet fieri frustra: frustra autem est, quod non pertingit ad finem, ad quem est ordinatum. Nullus autem habens volontatem peccandi, simul potest à peccato mūdari, ad quod ordinatur baptismus: quia hoc est ponere contradictoria esse simul.

Tertio, quia in sacramentalibus signis non debet esse aliqua falsitas: est autem signum falsum, cui res signata non respondet: ex hoc autem quòd aliquis lauandum se præbet per baptismum, significatur quòd se disponat ad interiorem ablutionem: quod non contingit de eo, qui habet propositum persistendi in peccato. Vnde manifestum est quòd talibus peccatoribus sacramentum baptismi non est conferendum.

Ad Rationes. Ad primam resp. quòd illud uerbum intelligendum est de peccatoribus, qui habent uoluntatem recedendi à peccato.

Ad secundam resp. quòd spiritualis medicus. s. Christus, dupliciter operatur, uno modo interius per se ipsum, & sic pręparat uoluntatem hominis, ut bonum uelit, & malum odiat. Alio modo operatur per ministros, exterius adhibendo sacramenta. & sic operatur perficiendo id, quod est interius inchoatum. Et ideo sacramentum baptismi non est exhibendum, nisi ei, in quo interioris coniunctionis aliquod signum apparet: sicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, nisi in eo aliquis motus vitalis appareat.

Ad tertiam Resp. quòd baptismus est fidei sacramentum; fides antem informis non sufficit ad salutem: nec ipsa est fundamentum; sed sola fides formata, per dilectionem operatur: ut Aug. dicit in lib. de fide & operibus. Vnde nec sacramentum baptismi salutem conferre potest, cum uoluntate peccandi, quæ fidei formam excludit. Non autem est per impressionem characteris aliquid disponēdum per gratiam, quamdiu apparet in eo uoluntas peccandi: quia Deus neminem ad uirtutem compellit, sicut Damas. dicit lib. 2. orth. fid. cap. 30.

ARTIC. XXVI.

Vtrùm ante baptismum teneatur peccata sua confiteri, & pro his satisfacere?

1 AD Vigesimum sextum uidetur dicendum, quòd sic: quia ad iustitiam Dei pertinere videtur, ut pro quolibet peccato aliquis puniatur. Eccl. vlt. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium. Sed opera satisfactoria imponuntur peccatoribus pœnitentibus. ergo conclusio vera.

2 Præterea, per opera satisfactoria excitantur peccatores de nouo conuersi ad iustitiam, & subtrahuntur occasiones peccandi. sed hoc maxime necessarium est nuper baptizatis. ergo &c.

3 Præterea, non minus debitum est, ut homo satisfaciat Deo, quàm proximo: sed nuper baptizato iniungendum est, ut satisfaciat proximo. ergo & Deo satisfaciet.

4 Præterea, baptizabantur multi à Ioanne, & confitebantur peccata sua. Mat. 3. ergo multò magis in baptismo Christi, qui est perfectior.

5 Præterea, dicitur Prouerbiorum trigesimo quarto. Qui abscondit scelera sua, non diligetur, qui autem confessus fuerit, & dereliquerit ea, misericordiam consequetur, sed ad hoc aliquis baptizatur, ut misericordiam consequatur. ergo &c.

6 Præterea, pœnitentia requiritur ante baptismum, Actuum secundo. Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum. sed confessio est pars pœnitentiæ. ergo &c.

Sed

Sed contra facit cap. fine pœnitentia, de consecr. dist. 4. vbi Ambr. super epist. ad Rom. cap. 11. dicit. Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei: quia gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod, sed solam fidem, & omnia gratis condonat.

Respond. dicendum, quòd peccatoribus baptizatis non sunt iniungenda aliqua opera satisfactoria. Hęc conclusio sic probatur, iuxta S. Thom. in 3. par. quæst. 68. art. 5. sicut Apostolus dicit, ad Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus per baptismum in mortem. Ita. s. quòd homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi. Manifestum est autem ex supradictis, quòd mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis non solùm nostris, sed etiam totius mundi: vt dicitur 1. Ioan. 2. Ergo ei, qui baptizatur, pro quibuscunque peccatis non est aliqua satisfactio iniungenda: hoc autem esset iniuriam facere passioni, & morti Christi, quasi ipsa nõ esset sufficiens ad plenariam satisfactionem pro peccatis baptizandorum.

Ad rationes. Ad primam dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de baptismo paruulorum. cap. 26. Ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporentur, vt membra eius. Vnde & ipsa pœna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut & pœna vnius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius membri. Vnde Esa. 53. dicitur. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

Ad secundam dicendum, quòd super baptizati excitandi sunt ad iustitiam, non per opera pœnalia, sed opera facilia, vt quasi quodam lacte facilis exercitij promoueantur ad perfectiora. vt glo. dicit super illud Psal. 139. Sicut ablactatus est super matrem suam. Vnde & Dominus Discipulos suos de nouo conuersos, à ieiunio excusauit: vt patet Mat. 9. & hoc est quod dicitur. 1. Pet. 2. sicut primogeniti infantes lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

Ad tertiam dicendum, quod restituere malè ablata proximis, est satisfacere de iniurijs illatis, & cessare à peccando; quia hoc ipsum, quod est detinere aliena, & proximum non placare, est peccatum. Et ideo peccatoribus baptizatis iniungẽdum est, quod satisfaciant proximis, sicut & quod desinant à peccato. Non est autem eis iniungendum, quod pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur. & ita non est simile.

Ad quartam dicendum, quod in baptismo Ioannis non remittebantur peccata: sed erat baptismus pœnitentiæ; & ideo accedentes ad illud baptisma, conuenienter confitebantur peccata, vt secundùm qualitatem peccatorum, eis pœnitentia determinaretur. Sed baptismus Christi est sine exteriori pœnitentia, vt Ambr. dicit. Vnde non est similis ratio.

Ad quintam dicendum, quod baptizatis sufficit confessio interior, Deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc, quod diligantur, & misericordiam consequentur: nec requiritur confessio specialis, ut dictum est.

Ad sextam dicendum, quod confessio est pars pœnitentiæ sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, vt dictum est; sed requiritur interioris pœnitentiæ virtus. & ita ratio non procedit.

ARTIC. XXVII.

Vtrùm in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum suscipiat, qui patrinus eius sit?

1 AD vigesimum septimum videtur dicendum, quod non; quia Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus, & habetur Matthæi, tertio. ibi, baptizatus Iesus confestim descendit de aqua. ergo, nec in alterius baptismo hoc requiritur.

2 Præterea, baptismus est spiritualis regeneratio; Sed in carnali generatione non requiritur, nisi principium actiuum & passiuum, quod est pater, & mater. cùm igitur locum patris obtineat minister, & locum matris aqua, vt dicit Aug. in sermone de Epiphania. ergo non requiritur alius.

3 Præterea, in sacramentis ecclesiæ nihil derisorium esse debet. sed hoc videtur derisorium, præsertim in adultis baptizatis, qui per se substineri possunt. ergo saltem in adultis hoc videtur superfluum.

Sed contra facit cap. in cathechismo. de consecr. dist. 4. vbi Iginius Papa dicit. In cathechismo, & in baptismo, & in confirmatione, vnus patrinus fieri potest. non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiũtur. disponitur hodie tamẽ in Conc. Trid. in sess. 24. cap. docet. de reform. quòd ad summum vnus, & vna baptizatum de baptismo suscipere possunt. Vnde Dion. in 2. eccl. Hierarch. cap. 2. dicit, quòd sacerdotes assumentes baptizatum, tradunt adductionis susceptori, & duci. San. Thom. 3. par. q. 66. art. 7.

Respond. dicendum, quòd requiritur, non tamen de necessitate sacramenti; sed multum rationabili conuenientia, vt aliquis de sacro fonte eleuet baptizatum, qui eius curam specialem habeat educandi, in his, quæ fidei sunt. Quæ conclusio sic ostenditur. spiritualis regeneratio, quæ fit per baptismum, assimilatur quodammodò carnali generationi, vt dicitur. 1. Pet. 2. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo. ergo etiam in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pædagogi, ipsum informando, & instruendo eũ, qui est nouitius in fide, de his, quæ pertinent ad fidem, & ad vitam Christianam: ad quod prælati ecclesiæ vacare non possunt, circa communem curam populi occupati. paruuli enim & nouitij indigent speciali cura, præter communem. & ideo requiritur, quod aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem, & tutelam. Et hoc est, quod Dion. dicit, vlt. cap. eccl. hier. diuinis nostris ducibus. 1. Apostolis, ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secundùm istum modum,

quòd parentes pueri traderent puerum cuidam docto in diuinis pedagogo, & reliquum sub ipso poer agat, sicut sub domino, patre, & saluationis sanctæ susceptore.

Ad rationes. Ad primum dicendum, quòd Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur; sed vt alios regeneraret: & ideo ipse post baptismum non indiguit pædagogo, tanquam paruulus.

Ad secundam dicendum, quòd in generatione carnali non requiritur ex necessitate, nisi pater, & mater: sed ad facilem partum, & æducationem pueri conuenienter requiritur obstetrix, & nutrix, & pædagogus, quorum vicem implet. in baptismo ille, qui puerum de sacro fonte lauat. Vnde non est de necessitate sacramenti; sed vnus solus potest in aqua baptizare, necessitate imminente.

Ad tertiam dicendum, quòd baptizatus non suscipitur à patrino de sacro fonte, propter imbecillitatem corporalem; sed propter imbecillitatem spiritualem, vt dictum est.

ARTIC. XXVIII.

Vtrùm in maternis vteris existens, possit baptizari?

1 AD vigesimum octauum videtur dicendum, quod sic: quia efficacius est donum Christi ad salutem, quàm peccata Adæ ad damnationem, ad Rom 5. Sed puer in maternis vteris existens, damnatur propter peccatum Adæ; ergo multò magis saluari potest per donum Dei, quòd est baptismus.

2 Præterea, nulli statui hominum præcluditur via salutis, ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri: sed existentes in maternis vteris homines sunt, cùm sint sortiri animam rationalem, & sunt in periculo damnationis. ergo cum eis non possit remedium adhiberi perueniendi ad vitam, nisi per baptismum, videtur, quòd debeant baptizari.

3 Præterea, puer in materno vtero existens, est quædam quasi pars matris: sicut fructus pendens in arbore, pars arboris dicitur. ergo baptizata matre, baptizatur puer in ea existens.

4 Præterea, cùm mater manumittitur, & partus similiter per consequens: eò quòd partus est pars viscerum. ergo idem videtur de liberatione à seruitute peccati.

5 Præterea, maior est gratia sanctificationis, quàm gratia baptismi; sed paruulus existens in vtero, est capax sanctificationis, vt patet de Ioan. Bapt. Luc. 1. ibi, ad huc replebitur Spiritu sancto ex vtero. ergo paruulus in vtero existens, potest baptizari.

Sed contra facit cap. qui in maternis. de consecr. dist. 4. vbi Isid. lib. 1. sent. de summo bono. cap. 24. dicit. Qui in maternis vteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus ad huc secundùm Adam non est, renasci secundùm Christum non potest. neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit. Vnde dicitur Ioan 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto &c.

Respond. dicendum, quòd puer existens in vtero matris, non potest baptizari aliquo modo. Quæ conclusio sic ostenditur iuxta sanctum Thom. in 4. dist. 6. & in 3. par. q. 68. art. 11. baptismus est actio hierarchica; vnde per ministros ecclesiæ conferendus est: vel eos, qui in necessitate vicem ministrorum obtinent. puer autem quamdiu est in vtero matris, non potest subijci operationi ministrorum ecclesiæ; nec est hominibus notus, vnde non potest baptizari. Præterea, præfata conclusio iuxta eundem sic ostenditur. de necessitate baptismi est, quòd corpus baptizandi aliquo modo abluatur, cum baptismus sit quædam lotio: corpus autem infantis antequam nascatur ex vtero, non potest aliquo modo ablui aqua. nisi fortè dicatur, quòd ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur, ad filium existentem in ventre, peruenit. sed hoc non potest esse, tum quia anima pueri ad cuius satisfactionem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris. Tum quia corpus pueri animati iam est formatũ, & per cõsequens à corpore matris distinctum, & ideo baptismus, quo mater baptizatur, non redundat in prolem in vtero existentem. & hæc est ratio Aug. in cap. præcedenti. si ad matris.

Ad rationes. Ad primam respondemus, quòd pueri existentes in maternis vteris, nondum prodierunt in lucem, vt cum alijs hominibus vitam ducãt; vnde non possunt subijci actioni humanæ, vt per eorum ministerium sacramenta perficiant, possunt tamen subijci operationi diuinæ, apud quam viuunt, vt quodam priuilegio gratiæ sanctificationem consequantur; sicut patet de sanctificatis in vtero. Quod ergo saluari non possunt in vtero per donum baptismi, non est ex defectu sacramenti, sed ex parte illorum, qui sacramento subijci non possunt.

Ad secundam resp. quòd non est ex defectu diuinæ misericordiæ, quòd pueris in maternis vteris existentibus, remedium non adhibetur; sed quia non sunt capaces illius remedij, per quod secundùm legem communem, participes passionis Christi efficiantur, à qua est remissio peccatorum; quia non possunt subijci operationi ministrorum ecclesiæ; per quos talia remedia ministrantur.

Ad tertiam Resp. primò, vt dicit S. Thom. in 3. parte. q. 68. artic. 11. quòd puer in vtero matris existẽs, non est aliquid eius per cõtinuationem, & vnionem materialis partis ad totum: sed dicitur aliquid eius per quãdam colligationem corporum distinctorum. Vnde non procedit ratio.

Secundò resp. quòd l[illegible]t puer in vtero matris existens; quamuis sit coniunctus matri, secundùm corpus, quod ab ipsa traxit; tamẽ est omnino distinctus; secundùm animam rationalem, quam ab extrinseco habet. Et ideo secundùm immutationem corporalẽ matris, immutatur corporaliter; sed non oportet, quòd sanctificata matre per baptismum puer sanctificetur.

Ad quartam resp. cum Alexandro de Ales, quòd non est simile de baptismo, & manumissione: baptisma enim est personale beneficium, nec personam egreditur; secus est in manumissione. Dicitur autem partus pars viscerum; non quia simpliciter sit pars;

sed

ſed quia non poteſt peti per interdictum de liberis exhibendis. & ideo quò ad hoc dicitur pars quodam modo per quãdam colligationem fœtus cum matre, vt dictum eſt.

Ad quintam Reſpon. negando conſequentiam; quia hoc non eſt, quia illa ſit maior, & alia minor; ſed quia vna. ſ. gratia baptiſmalis confertur mediante ſacramento ſenſibili, cui non poteſt ſubijci puer exiſtens in vtero. gratia ſanctificationis poteſt conferri ſine ſacramento; & ideo illam ex priuilegio poteſt conſequi, etiam in vtero exiſtẽs. Ideo paruulus &c.

ARTIC. XXIX.

Vtrùm puer poſſit in fide parentum ſaluari?

1 AD Vigeſimum nonum videtur dicendum, quòd ſic: quia non minoris efficaciæ eſt fides tempore gratiæ, quàm tempore legis. ſed tempore legis ſaluabantur pueri in fide parentum. ergo etiam tempore gratiæ.

2 Pręterea, per Chriſtum non eſt arctata via ſalutis hominibus, cùm ipſe dicat Ioan. 10. Ego veni, vt vitã habeãt, & abundantius habeant. ſed ante aduentum Chriſti ſaluabantur quidam in fide parentum; ergo & poſt eius aduentum idem erit.

Sed contra facit cap. quiſquis. de conſecr. diſt. 4. vbi Aug. de baptiſmo paruulorum. lib. 1. cap 16. dicit. Quiſquis ex concupiſcentia carnis, & lege peccati, & mortis, carnaliter generatur, regenerari ſpiritualiter opus habet: vt non ſolùm ad regnum Dei perducatur, verùm etiam à peccati damnatione liberetur. Sicut enim per primum hominem in peccato, & morte naſcuntur; ſic etiam per Chriſtum in iuſtitia, & vita ęterna in baptiſmo renaſcuntur. & in c. nulla. ead. diſt. Nulla, præter baptiſmum Chriſti, ſalus promittitur infantibus: quia infantes ſi per ſacramentũ, quod ad hoc eſt diuinitus inſtitutum, in credentium numerum non tranſeant, profectò in tenebris manent. Facit maximè quod dicitur Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto. &c.

Reſp. dicendum, quòd puer in deſerto, vel alibi, ſine baptiſmo aquæ, vel vicem eius habentis, moriẽs ſaluus nõ erit, ſed damnabitur. Iſta concluſio probatur iuxta S. Thom. in quolibeto 6. ſic vt ab illa damnatione, quam humanum genus incurrit propter peccatum primi parentis, nullus poteſt liberari, niſi per Chriſtum, qui ſolus ab illa damnatione immunis reperitur. ita oportet ut ei incorporetur, ſicut capiti membrum. Hoc autem tripliciter poteſt fieri. primò quidem per ſuſceptionem baptiſmi, ſecundùm illud ad Galat. 3. Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis &c. ſecundò, per ſanguinis effuſionem propter Chriſtum: quia per hoc etiam aliquis paſſioni conformatur Xp̃i, à qua efficaciam ſortitur baptiſmus. Vnde dicitur de martyribus, Apocalip. 7. quòd lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Tertio modo, per fidem, & dilectionem, ſecundùm illud Prouerb. 15. Per miſericordiam, & fidem purgãtur peccata. & Act. 15. dicitur. Fide purificans corde eorum, & per fidem habitat charitas in cordibus noſtris, vt habetur ad Ephe. 3. Vnde & baptiſmus dicitur fidei ſacramentum. & ſecundùm hoc dicitur eſſe triplex baptiſmus. ſ. aquę ſpiritus, & ſanguinis: quia alia duo ſupplent vicem baptiſmi aquæ. ſi tamen adſit propoſitum ſuſcipiendi talem baptiſmum, ita. ſ. quòd articulus neceſſitatis, non autem contemptus religionis, ſacramentum excludat. manifeſtum eſt aũt, quòd in pueris nondũ habentibus uſum rationis, non poteſt eſſe motus fidei, & dilectionis, aut propoſitum ſuſcipiendi baptiſma. ergo non poſſunt ſaluari, niſi per baptiſmum aquæ, vel per baptiſmum ſanguinis, ſi propter Chriſtum occidantur: ex quo non ſolùm Chriſtiani; ſed etiam martyres fierent: vt Aug. dicit de innocentibus. Et ſic patet, quòd puer ille moriens in deſerto ſine baptiſmo, ſalutem non conſequitur.

Ad Rationes. Ad primam dicendum, quòd ſecundùm quoſdam, tempore legis naturæ nõ ſufficiebat ad ſalutem paruulorum ſolus motus fidei, per aliquod ſenſibile ſignum; & ſecundum hoc nihil differebat id, quod tunc requirebatur, ab eo, quod nunc requiritur ad ſalutem: niſi quod nunc iſtud ſignum ſenſibile eſt determinatum; tunc autem erat indeterminatum, & pro uoto adhibebatur. Aliorum opinio eſt, quòd ſolus interior motus fidei, relatus ad ſalutem pueri, ſufficiebat ad ſalutem pueri, nec tamen nũc diminuta eſt fidei virtus; ſed augmentatur gradus ſalutis; quia nunc, qui ſaluantur per Xp̃m, ſtatim introducuntur in regnum cęlorum: quod tunc non erat. Vnde non eſt inconueniens, ſi ad hoc aliquid amplius requiratur. ſ. baptiſmus, vt dicitur Ioan. 3. niſi quis &c.

Ad ſecundam dicendum, quòd per Xp̃m eſt ampliata ex hoc ipſo hominibus via ſalutis, & per eum aperta eſt eis ianua vitæ ęternę, quæ ante clauſa erat per peccatum primi parentis.

DE CONSEC. DIST. V.

COntinuari poteſt hoc pacto. Dictum eſt ſupra de baptiſmo. hic dicitur de confirmatione; quia ſicut baptiſmus eſt ianua intrantium; ita confirmatio eſt ſacramentum primum progredientium; tum quia hoſtia prius lauabatur in littore, & poſtea offerebatur in holocauſtum.

Pro declaratione huius V. diſt. plura videnda ſunt. & primo.

ARTIC. I.

Vtrùm hoc ſacramentum ſit omnibus exhibendum?

1 AD primum videtur dicendum, quòd non ſit omnibus exhibendum. Primò, quia hoc ſacramentum ad quandam excellẽtiam datur. ſed illud, quod ad excellentiam pertinet, non cõpetit omnibus ergo hoc ſacramentum non debet dari omnibus.

2 Secundò ſic. hoc ſacramentũ datur ad confitendũ fidem, & ad pugnandum pro ipſa. ſed hoc non competit pueris. ergo non eſt dandum omnibus.

3 Tertio ſic. Melchiades Papa dicit in ſequenti cap. poſt baptiſmum. per hoc ſacramentum confirmamur ad pugnam. ſed pugnare non competit mulie-

ribus

tibus propter fragilitatem ſexus. ergo nec mulieribus hoc ſacramentum debet dari,

4 Quartò confirmatio eſt ſacramentum confeſſionis, vt, ſi quis liberè confiteatur fidem Xp̄i, ſed muti non poſſunt confiteri ore. ergo non debet eis dari, hoc ſacramentum, aliàs fruſtra daretur eis.

5 Quintò, morientes à pugna huius vitæ ſubtrahuntur. ſed ad robur in pugna huius vitæ datur confirmatio, ergo non debet dari morientibus.

In oppoſitum eſt textus præſentis cap. 1. vbi ex Vrbano Papa omnib. Chriſtianis, epiſt. 1. c. 27, dr. qa cum ſpiritus ſanctus infunditur, cor fidele ad prudẽtiam, & conſtantiam dilatatur. ergo omnibus eſt exhibendum.

Reſp. dicendum, quòd hoc ſacramentum omnibus fidelibus exibendum eſt in quacunque ętate, aut cuiuſcunque ſtatus, & conditionis ſint. Quæ concluſio probatur, primò, authoritate ſic. dicitur Act. 2. quòd Spiritus ſanctus adueniens repleuit totam domum, vbi erant ſedentes. per quam ſignificatur eccleſia. & poſtea ſubditur, quòd repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. ſed ad illam plenitudinem conſequendã hoc ſacramentum datur. ergo eſt omnibus, qui ſunt in eccleſia, exhibendum. Ratione ſic probatur. Per ſacramentum promouetur homo ſpiritualiter ad ætatem perfectam; hoc autem eſt de intentione naturæ, vt omnis, qui corporaliter naſcitur, ad perfectam ætatem perueniat. ſed hoc quandoque impeditur ꝓpter corruptibililatem corporis, quod morte præuęnitur: multò autem magis de intentione Dei eſt omnia ad perfectionem deducere, ex cuius imitatione hoc natura participat. Vnde & Deuter. 32. dicitur. Dei perfecta ſunt opera. anima autem, ad quam pertinet ſpiritualis natiuitas, & ſpiritualis ætatis pfectio, immortalis eſt, & poteſt ſicut tempore ſenectutis ſpiritualem natiuitatem conſequi, perfectamque ętatẽ: quia huiuſmodi corporales ætates animæ non præiudicant. & ideo hoc ſacramentum, per quod homo ꝓmouetur ſpiritualiter ad ætatem perfectam, omnibus exhibendum eſt. S. Thom. 3. p. q. 72 artic. 8.

Ad Rationes. Ad Primam reſp. quòd hoc ſacramentum datur ad quandam excellentiam; non quidem unius ad aliud, ſicut ſacramentum ordinis; ſed hominis ad ſe ipſum, ſicut idem perfectus vir exiſtens, habet eccleſia ad ſe ipſum puerum. licèt autem id, quod datur ad excellentiam primo modo, nõ ſit exhibendum omnibus hominibus; vnde ſacramẽtum ordinis; quia huiuſmodi excellentiam habet, non omnibus exhibetur. Nihilominus quod ſecundo modo datur ad excellentiam, omnibus exhibendum eſt.

Ad ſecundã reſp. iuxta Alex. de Ales. & Bo. ꝗ paruuli non armantur pro ſtatu illius ætatis, vt tunc pugnent: nec hoc niſi conuenienter: quia arma illa nõ ſunt aggrauantia, ſed alleuientia; nec ſolum defendẽtia, ſed præmiantia. & melius eſt hominem muniri ante læſionem, quàm poſt. & conformiter ponit S. Thom. in 4. dicens. Quamuis pueris tunc non competit confiteri fidem, vel pugnare, certum tamen eſt, quòd per effectum baptiſmi, quem ſuſcipiunt, fiunt idonei ad pugnam, & confeſſionem, ad perfectam ætatem peruenientes; niſi gratiã acceptam, per peccatum amittant.

Ad Tertiam reſp. quod licèt mulieribus non competat bellum corporale, competit tamen bellum ſpirituale, ad quod hoc ſacramentum robur confert, & fortitudinem. vnde quædam mulieres glorioſum reportaſſe leguntur de hoſte triumphũ, ſicut patet de beata Agnete, & beata Cęcilia, & alijs ſacris virginibus, quæ martyrizatę ſunt pro confeſſione, & nomine Xp̄i. Quare ab hoc ſacramento mulieres non ſunt excludendæ.

Ad quartam reſpondetur. primo, quod ſacramentum hoc eſt ad roborationem fidei in corde, & per conſequens ita indiget hoc ſacramento mutus, ſicut alius. Secundo dicitur, quod quamuis muti non poſſint confiteri ore, poſſunt tamen confiteri nutibus, & poſſunt habere voluntatem, & propoſitum confitendi. Et ideo eis non eſt denegandum hoc ſacramentum.

Ad quintã reſp. quòd quamuis morientes abſtrahantur à pugna, tamen vadunt ad locum præmij, in quo ad menſuram gratiæ datur menſura gloriæ. & ideo utile eſt ſuſcipere hoc ſacramentum, quod augmentum gratię operatur. S. verò Tho. in 3. p. q. 72. artic. 8. ad hoc argumentum pulchrè reſpondens dicit alio modo, ſic. quòd quia anima, ad quam pertinet ſpiritualis ætas, ad quam anima promouetur, per hoc ſacramẽtum immortalis eſt; ideo morituris hoc ſacramentum dandum eſt, vt in reſurrectione perfecti appareant. Et ideo Hugo de S. Vict. dicit, ꝗ omnino periculoſum eſſet, ſi ab hac vita ſine confirmatione migrare contingeret; non quia damnaretur, niſi fortè per contemptum: ſed quia detrimentum perfectionis pateretur.

ARTIC. II.

Vtrum ſacramentum confirmationis conferat gratiam?

1 AD ſecundum videtur dicendum, quòd nõ: quia gratia gratum faciens ordinatur contra culpam, & non contra pœnam. ſed hoc ſacramentum non exhibetur, niſi iam baptizatis, & mundatis à culpa. ergo per hoc ſacramentum non confertur gratia gratum faciens.

2 Præterea ſic, baptiſmus non habet minus ordinẽ ad gratiam gratum facientem. ergo cum confirmatus iam habeat gratiam, quam in baptiſmo ſuſcepit, ſicut patet in pueris, videtur, quod in confirmatione gratia gratum faciens conferatur.

3 Pręterea, ad illud, quod poteſt fieri in mortali peccato, non requiritur gratia gratum faciens. ſed aliqui in peccato mortali exiſtentes, poſſunt fortiter nomẽ Chriſti confiteri. ergo cum confirmatio ſit ſacramentum confeſſionis nominis Chriſti, uidetur quod nõ detur ibi gratia gratum faciens.

Sed contra eſt textus præſentis c. Spiritus ſanctus. de cõſe. diſt. 5. vbi dicit Melchiades Papa in epiſt. ad epiſc. Hiſp. c. 2. Spiritus ſanctus in fonte baptiſmi plenitudinem tribuit ad medelam, in confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.

Reſp. dicendum, quod in hoc ſacramento confirmationis confertur gratia gratum faciens, Concluſio

iſta

ista ex duobus extenditur sic, per S. Thom. in 4. dist. 7. & 3. P. q. 72. artic. 7. In quolibet sacramento est aliqua sanctificatio. sed quædam sanctificatio est in sacramento, quæ est communis omnibus sacramentis .s. emūdatio à peccato, vel à reliquijs peccati, & quædam sanctificatio, quæ est specialis in quibusdam sacramentis imprimentibus characterem. .s. deputatio ad aliquod. sacrum: vtraque autem sanctificatio gratiam gratum faciētem requirit: quia illud, quod directè contrariatur peccato, est gratia: contraria autem contrarijs curantur. vnde idem remedium non potest adhiberi contra peccatum, & sequelas eius, nisi per gratiam gratum facientem.

Præterea, in hoc sacramento datur spiritus sanctus ad robur, qui non datur nisi cum gratia gratum faciente. S. Thom. d. loco artic. 7.

Ad Rationes. Ad primam resp. negando assumptum: quoniam gratia ordinatur etiam contra pœnam. quæ ordinata est ad culpam. quæ sequitur ex illa: confirmatio autem ordinatur contra pœnam, quæ est ex culpa causata, ad culpam inclinans; & talis est pusillanimitas, vt dicit Alex. & Bonau. & ideo ex consequenti habet repugnantiam ad gratiam; & propter hoc contra ipsam oportet, quòd gratia gratum faciens detur.

Ad secundam resp. negando coosequentiam: quia non est simile de sacramento confirmationis: quia sacramentum baptismi (vt dicit S. Thom.) est sacramentum necessitatis, gratia quæ confertur in eo ordinatur io communem statum salutis, & non in aliquē specialem effectum. & propter hoc per baptismum ei qui habuit gratiam gratum facientem, non additur alia gratia oova, sed illa quæ prius inerat augetur. Secus autem est de confirmatione, quæ oon est sacramentum necessitatis. Vnde etiam gratia ad aliquem specialem effectum ordinatur: & propter hoc gratia confirmationis potest addi ad gratiam, quæ perficit in communi statu vitæ.

Ad tertiam Resp. quòd licet aliquis possit constāter, etiam si sit in peccato mortali, fidem Christi confiteri, sicut qui est confirmatus; non tamen ita laudabiliter, nec ita idoneè, & conuenienter: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. non etiam ita vtiliter: quia talis confessio non esset meritoria ad salutem; nec etiam ita faciliter: sacramentum autem ordinatur non solùm ad hoc, quòd aliquid fiat qualitercunque; sed ad hoc quòd alquid idoneè fiat, nisi sit defectus ex parte recipientis sacramentum.

ARTIC. III.

Vtrum confirmatio detur in robur ad confitendum nomen Christi?

1 AD tertium videtur dicendum, quòd non: quia in baptismo datur gratia in remissionem peccatorum. hæc gratia datur ad confirmationem. ergo confirmatio datur ad statum in innocentia baptismali.

2 Præterea, videtur quòd non debeat dari plus fidei, quàm alteri virtuti; cum sacramenta dentur ad omnes virtutes.

3 Præterea, cùm perfectionis fidei sit, vt credatur corde, & coofiteatur ore; cum non detur aliquod sacramentum in robur fidei, in quantum creditur; videtur quod non sit aliquod dandum in robur eius, in quantum confitetur.

Sed contra facit cap. nouissimè. de consecr. dist. 5. vbi Raban. de inst. cleri. lib. 1. cap. 30. dicit. Nouissimè à summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum alijs, idem donum quod ipse in baptismate consecutus est per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capitis summitate, per Pontificem verò in fronte. vt in priore vnctione significetur spiritus sancti super ipsum descensio, ad habitationem Deo consecrandam: io secuoda quoque vt eiusdem spiritus sancti septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis, & scientiæ, & virtutis, in hominem declaretur.

Resp. dicendum, cum capitulo præsenti, quòd cōfirmatio datur in robur ad confitendum iotrepidè fidem Xp̄i. Patet ista conclusio ex superioribus. Vnde dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad Primam resp. quòd Hugo noo intendit in verbis illis dicere, quòd stare io statu baptismalis innocentiæ, sit principalis, & proprius effectus confirmationis, sed generalis. & hoc concedimus: quia, qui tempore oportuno negat fidem, cadit à statu gratię. Vnde ad negare, sequitur non stare.

Ad secundam respondetur, negando assumptum: quia sacramentum eucharistiæ datur in robur charitatis: si autem quæratur, quare solummodo dantur sacramenta in robur istarum virtutum. .s. Fidei, & charitatis? respondet magister Alex. de Ales tripliciter. Primò, quia ab his duabus virtutibus pendet principaliter fortitudo spiritualis ædificij: qoia in fide est prima fundatio: in charitate summa eleuatio, & vltima consummatio. secundò, quia tenemur ad duo. .s. ad obseruantiam Fidei, & exercitium in moribus. Vt enim dicitur prima Ioan. 4. Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. Tertio quia virtus est circa bonum & difficile. summum boom in virtutibus, est charitas: summum difficile, fides. propter quod aliqua sacramenta dari in robur fidei, & charitatis, oecessitatis maxime est & vtilitatis.

Ad tertiam resp. negādo minorem. dicimus enim quòd maioris difficultatis est confiteri fidem, quàm credere. & propter hoc magis datur confirmatio fidei, in quantum confitetur, quàm in quantum creditur.

ARTIC. IIII.

Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti confirmationis?

1 AD Quartum videtur dicendum, quòd non; quia hoc scramētum iostitutum est à Christo promitteote discipulis spiritum sanctum, absque chrismati .s. vnctione. ipsi etiā Apostoli hoc sacr̄m conferebant per solam manus impositionem, absque chrismate. dicitur enim Act. 7. quòd Apostoli imponebant manus super baptizatos,

eos, & accipiebant Spiritum sanctum, ergo chrisma non est materia huius sacramenti.

2 Præterea sic confirmatio quodammodo perficit sacramentum baptismi, vt supra ead. dist. capi. 1. & ita debet ei conformari, sicut perfectio perfectibili. sed in baptismo materia est simplex elementum, s. aqua. ergo huius sacramenti non est conueniens materia chrisma, quod conficitur ex oleo, & balsamo.

3 Præterea, sacramenti materia debet esse omnibus communis; quia omnibus sacramenta proponuntur in salutem. sed oleum oliuæ, & balsamum non est apud omnes, ergo non est conueniens materia alicuius sacramenti.

In opp. est tex in c. præsenti, in prin. artic. cit. & in c. vnico, de sacra vnctione. S. Thom. 3. p. q. 72. art. 2.

Resp. quòd chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Quæ conclusio probatur sic. illud est conueniens materia huius sacramenti, quod habet maximam conuenientiam cum effectu huius sacramenti; quia sacramenta ex naturali similitudine repræsentant, vt dicit Hugo de sancto Vict. in lib. de sacramentis. sed chrisma habet maximè conuenientiam cum effectu cõfirmationis. ergo chrisma est cõueniens materia huius sacramenti, consequentia patet: probatur minor; quia confirmatio ordinatur ad audacem confessionem fidei, tempore persecutionis, vt colligitur ex præsenti cap. Ad hoc autem requiruntur duo, scilicet, nitor fidei, & firma credulitas cordis, & odor famæ in confessione oris. Primum autem repræsentatur in oleo, quod est lucidum, maximè oleum oliuarum, quod est simpliciter oleum. Secundum autem significatur in balsamo, quod est maximi odoris, & præseruat à corruptione. Et ideò cõpositum ex oleo, & balsamo, est cõueniens materia confirmationis. S. verò Thom. in 4. hanc conclusionem, ex parte eius, vnde initium sumpsit confirmationis sacramentum, declarat sic. Hoc sacramentum initium sumpsit ex aduentu Spiritus sancti in discipulos: qui, quamuis spiritum sanctum habuissent in munere gratiæ, quo perficiebantur ad ea, quæ ad singulares personas eorum pertinebant; tamen in die Pentecostes acceperunt spiritum sanctum in munere gratiæ, quo perficiebantur ad promulgationem fidei in salutem aliorum. Et ideo facta est apparitio spiritus sancti in linguis igneis, vt verbis essent profluí ad diuidendam fidem Xpi, & diuulgandam. ut Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperũt loqui. Igni autem nihil conuenientius accipi potuit loco eius, in materia confirmationis, quàm oleum: tum quia lucet: tũ quia maximè est nutritiuũ ignis. Figuræ autem linguæ, nihil conuenientius esse potest, quàm balsamum, propter odorem: quia propter confessionem linguæ, odor bonæ notitiæ Dei diffunditur in omni loco. Et ideo sicut visibilis apparitio spiritus sancti fuit in ignem figurata figuræ linguæ; ita materia confirmationis est oleum balsamatum: vt oleum pertineat ad conscientiam, quam oportet nitidam habere eos, qui confessores diuinæ fidei constituuntur; & balsamus ad famam, quam oportet defendere, & diffundere, & verbis, & factis fidei confessores.

Ad Rationes. Ad Primam resp. negando consequentiam. aliud est enim conferre rem sacramenti, sine sacramento; quod potuit facere Xps. & aliud est conferre sacramentum sine materia sensibili. Vnde dicendum, quòd Apostoli semper conferebant secundum communem legem hoc sacramentum, mediante chrismate. Præterea, ut dicit S. Thom. in 3. parte, in loco citato. licèt Christus ex potestate, quam habet in sacramentis, contulerit Apostolis rem huius sacramenti. i. plenitudinem Spiritus sancti, sine sacramẽto; nihilominus tamẽ aliquid conforme materiæ huius sacramenti exhibitum fuit Apostolis sensibiliter in collatione spiritus sancti. quod enim super eos spiritus sanctus sensibiliter descendit in specie ignis, ad eandem significationem refertur, ad quam refertur oleum. Descendit etiam in figura linguæ, quod ad idem refertur significandum, quod significat balsamum.

Ad secundam Resp. negando consequẽtiam, quia dissimilitudo magna est inter baptismum, & confirmationem. baptismus enim cum detur ad spiritualem vitam consequendam simpliciter, & inter sit sacramentorum, quasi principium, & elementum omnium aliorum, competit sibi materia, quæ sit simplex elementum. Sacramentum autem confirmationis datur ad plenitudinem consequendam spiritus sancti, cuius est multò conformis operatio; secundùm illud Sapien. 7. Est autem in illa spiritus intelligentiæ sanctus multiplex. & 1. ad Cor. 12. Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem spiritus. & ideo conuenienter huius sacramenti est materia composita.

Ad tertiam videtur, quod ratio illa procedit de sacramentis necessitatis cuiusmodi non est hoc sacramentum. baptismus enim est sacramentum absolutę necessitatis; & ideo eius materia debet ubique inueniri. hoc autem sacramentum, cum non sit tantę necessitatis, non requiritur, quòd vbique inueniri possit eius materia; sed sufficit, quòd possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

A R T I C. V.

Vtrum hoc sacramentum sit conferendum in fronte?

1 AD Quintum uidetur dicendum, quòd nõ: quia hoc sacramentum est perfectiuum baptismi, ut dictum est. sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. ergo hoc sacramentum non debuit conferri solùm in fronte.

2 Præterea sic. hoc sacramentum datur ad robur spirituale, ut dicitur in præsenti cap. nouissimè. sed spirituale robur maximè consistit in corde; ergo hoc sacramentum magis debet conferri supra cor, quàm in fronte.

3 Præterea, hoc sacramẽtum datur homini ad hoc, quòd liberè fidem Christi confiteatur, ut habetur, in cap. præsenti. sed oris confessio fit ad salutem, ut dicitur ad Rom. 10. ergo hoc sacramentum magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

4 Pręterea, uertex est nobilior pars corporis, q̃ frõs. sed sacerdos, qui est inferior, quàm Episcopus, vngit baptizatos in vertice, vt dicitur in præsenti cap. ergo Episcopus nõ debet inungere cõfirmandos in frõte.

In opositum est tex. presentis capi. nouissimè. de cosect. dist. 5. S. Thom. in 3. P. q. 72. artic. 8.

Resp.

Resp. dicendum, quòd conuenienter vnctio, quæ fit in confirmatione, exhibetur in fronte. datur enim spiritus sãctus ad robur spiritualis pugnæ, vt dicitur in littera. vt fortiter etiam inter aduersarios fidei fidem Christi confiteatur. Vnde conuenienter signatur chrismate signo crucis, propter duo. Primò quidem, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis; quod quidem debet esse euidens, & manifestum. inter omnia autem loca corporis humani maximè manifestus est frons, qui quasi nunquam obtegitur. & ideo linitur confirmatus chrismate in fronte, vt in manifesto demonstraret se esse christianum; sicut & Apostoli post receptum spiritum sanctum, se manifestauerunt, qui priùs in cænaculo latebant.

Secundò, quia aliquis impeditur à libera confessione nominis Christi, propter duo. s. propter timorem, & propter verecundiam; vtriusque autem horum signum, maximè manifestatur in fronte, propter propinquitatem imaginatiuæ: & propter hoc spiritus à corde directi ad frontem ascendunt. Vnde verecundati rubescunt; timentes autem pauescunt, vt dicitur in 4. Ethi. Ideo in fronte signatur Chrismate, vt neque propter timorem, neque propter erubescentiam nomen Christi confiteri prætermittat.

Ad Rationes. Ad Primam resp. quòd non est simile de baptismo, & de cõfirmatione. quia per baptismum regeneramur ad uitam spiritualẽ, quæ ad totum hominem pertinet. sed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius signum ferendum est in fronte.

Ad secundam dicendum, quòd principium fortitudinis est in corde. sed signum apparet in fronte. Vnde dicit Ezech. 3. Ecce dedit frontem tuam duriorem frontibus eorum. Et ideo sacramentum eucharistiæ, quo homo in se ipso confirmatur, pertinet ad cor. secundùm illud Ps. 103. Panis cor hominis confirmet. sed sacramentum confirmationis requiritur in signum fortitudinis ad alios: & ideo exhibetur in fronte.

Ad tertiam dicendum, quòd hoc sacramentum non datur ad liberè confitendum simpliciter fidem Christi; quia hoc fit etiam in baptismo. sed datur ad confitendum libere nomen, & fidem Christi. & ideo non debet dari in ore, sed in fronte, vbi apparent signa passionum. s. verecundiæ, & timoris, quibus libera confessio impeditur.

Ad quartam respondetur, iuxta S. Thom. in 4. quòd ratio non procedit; quia vnctio, quæ datur in vertice à sacerdote, significat dignitatem regalem, & sacerdotalem in baptizato; quia intelligit esse de numero illorum, quibus dicitur, Vos estis gens sancta, regale sacerdotium. 1. Pet. 2. & ideo in vertice fit ad significandum eminentiam dignitatis collatæ. sed vnctio confirmationis ad fortiter defendendum dignitatem acceptam, quod amplius est, & ideo in loco publico dari debet.

ARTIC. VI.

An sacram. confirm. imprimat characterem? & an præsupponat characterem baptismi? & vtrum iterari possit?

1 AD sextum videtur dicendum, quòd non: quia character imprimit signum distinctum. sed per sacramentum hoc non distinguitur homo ab infidelibus, nec etiam à fidelibus non confirmatis, ergo &c.

2 Præterea, character est spiritualis potestas; potentia autem non est nisi actiua, & passiua. actiua confertur per sacramentum ordinis: passiua per sacramentum baptismi. ergo confirmatio nullum imprimit characterem.

3 Præterea, in ueteri lege erat necessaria pugna sicut & in noua. sed in lege veteri non erat sacramentum aliquod characterem imprimens. ergo nec in lege noua.

Sed contra facit c. dictũ. de consecr. dist. 5. ubi ex Concil. Tarraconensi. cap. 6. dicitur. Dictũ est nobis, quòd quidam de plebe bis, vel ter, vel eo amplius, Episcopis ignorantibus tamen, ab eisdem episcopis confirmentur. Vnde visum est nobis, eandem confirmationem, sicut nec baptisma, iterari minimè debere; quia bis, vel ter, uel amplius baptizatos, aut confirmatos, non sæculo, sed soli Deo sub habitu regulari, uel clericali religiosissimè famulari decretum est. S. Thom. 3. p. q. 72. artic. 5. & seq.

Resp. dicendum, quòd in sacramento confirmationis imprimitur character. Probatur ista conclusio multipliciter. secundùm S. Thom. in 4. Primò sic, character est signum conformans nos Trinitati increatæ, vt dicit Magister. sed sicut oportet nos conformari ei in potentia, & sapientia, ita & bonitate. Cum ergo in baptismo imprimatur character fidei cõformans nos diuinæ sapientiæ; & in ordine character potestatis conformans nos diuinæ potentiæ, uidetur quòd in confirmatione imprimatur character plenitudinis spiritus sancti, conformans nos diuinæ bonitati.

Præterea sic. per characterem adscribimur ad familiam Iesu Christi. sed Christus, sicut est pater noster, & sacerdos, ita est & Rex noster. cùm ergo per characterem baptismalem adscribamur ei, quasi patri filij regenerati per baptismum: & per characterem ordinis ei, tanquam ministri sacerdoti summo. uidetur quòd simili ratione in confirmatione debeat imprimi character, quo conformemur ei, quasi milites regi.

Præterea, declaratur sic. omne sacramentum, per quòd aliquis deputatur ad aliquod sacramentum, imprimit characterem; cùm character nihil aliud sit, quàm quædam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. deputatur autem aliquis ad spirituale simpliciter, uno modo, vt aliquis spiritualia recipiat, & ad hoc aliquis deputatur per baptismum. quia baptizatus potest esse particeps omnia spiritualis receptionis. baptizatus verò non est susceptiuus sacramentorum. vnde character baptismalis est quasi

quæ-

pœna quædam contracta, quæ secundum quod huiusmodi non redit sine reiteratione; licèt consimilis meritò culpę actualis efficiatur in peccante. Quarta, quia singulare, & vnicum est, quod significat allegoricè. significat enim aduentū Spiritus sancti in Apostolis in die Pentecostes. Act. 2. qui semel factus est; & postquam in eos descendit, nunquam ab eis recessit. Vt ergo signum signato responderet, conuenit, ut semel tantùm donetur, quia ratio, quia semel tantùm sacramentum datur, quod perficit: ex quo enim ordinatur ad sacramentum, quod nullo modo reiteratur. s. ad ipsum baptismum, quem perficit, vt in c. de his. supra ead. distinct. congruit, vt nec illud reiteretur.

Ad Rationes. Ad Primam in oppos. resp. negando consequentiam; quia non est similis ratio: quia Eucharistia non imprimit characterem sicut est in confirmatione: & ideo non procedit argum:

Ad secundam resp. quòd confirmatio datur contra infirmitatem, pro ut est contracta per peccatum originale, & sic non redit, & si ipsius infirmitas actualis peccati redeat.

Et ex his sit positus finis huic Sūmę Decreti, subijciēs in omnib. & singulis in ea cōtentis, iuditio ac censurę sacrosanctę Rom. Eccl. Ad laudem, & gloriā omnipotētis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

F I N I S.

SEBASTIANI
MEDICIS FLORENTINI
I. C. Equitis S. Stephani, & Prothon. Apoſtol.

SVMMA
OMNIVM VIRTVTVM


Secundum communem opinionem Doctorum.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.

Nunc primum in lucem edita.

EDITIO PRIMA.

CVM PRIVILEGIIS.




VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam. M D LXXXVII.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. GABRIELI PALEOTO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, primò Bononiæ Archiepiſcopo, & Principi Optimo.

Sebaſt. Med. S. P. D.



VOD mihi ex ſuſcepto onere datur otij, & ſi admodum exiguum ſit, illud in uoluendis ſacrarum litterarum, ac piorum patrum monumentis libenter pono; vt nō modo laborum meorum, ſed earum etiam horarum, quæ ſucciſiuæ dicuntur, apud poſteros, ſi modo fieri vnquam poſsit, ratio aliqua conſtet. Cum igitur non iucundè minus, quàm ſtudioſè, quæ ab optimis Magiſtris de virtutibus, tùm Theologicis, tùm Cardinalibus traduntur, lectitaſſem, cumque multa cognitione digna, atq; ad ſalutem animarum vtilia in eo tot lectionum quaſi curriculo obſeruaſſem, viſum mihi fuit, vt illa Typis commiſſa in conſpectum hominum emitterentur; cuius laboris, ſi, quem ſpectaui fructum, non retulero, vt proſim alijs, hoc certè me apud optimos viros, ac bene de aliena induſtria iudicantes, conſecuturum confido, vt meum in re tanta ſtudium boni, æquique conſulant: ſed totam hanc diſputatio-

nem cuinam aptius, quam tibi Illustrissime præses dedicem? non eo tantum nomine, quod in Archiepiscopali munere obeundo, me Vicarium habes, sed etiam quod de ijs virtutibus, quæ hic explicantur, tu optimè iudicare, & differere soles, & in ijsdem magno te animi conatu semper exercere contendis. Tu enim ea quotidianis & sermonibus prædicas, & actionibus pro animarum tibi creditarum salute præstas, quæ fidem confirmare, spem augere, charitatem inflammare possint; quæ fortitudinem in laboribus, prudentiam in consilijs, in rerum vsu temperantiam, Iustitiam in distributione tuam mirabiliter ostendunt, quæ Cardinales virtutes, Cardinali dignæ homine te Cardinalem olim ad sacrũ Cardinalium numerum, aggregarunt. Quare te nunc demisse rogo, Illustrissime Princeps, vt hanc lucubrationem qualis illa cunque sit, ab homine tibi multis nominibus deuinctissimo, serena fronte accipias exiguum, si rem spectes, maximum, si mentem intuearis, summæ erga te obseruantiæ meæ pignus. hoc si te minus mouet, illud spero mouebit, quod de ijs hic agitur virtutibus, quas tu & vehementer diligis, & in tuo grege maximè relucere desideras. hæc efficiet ratio vt ne hoc de Virtutib. opus asperneris, & quod libenter dat Propræsul, libenter Præsul accipias. Quod si acciderit, mirum equidem in modum lætabor, atq; hanc præcipuam, ac primam suscepti laboris, mercedem esse arbitrabor.

Vale. Bonon. Nonis Ianuarij. M. D. LXXXVII.

INDEX EORVM, QVAE IN SVMMA VIRTVTVM CONTINENTVR.

Pa-

FINIS.

SVMMA VIRTVTVM EX MENTE COMMVNI DOCTORVM AVCTORE SEBASTIANO MEDICE FLORENTINO IVRECONSVLTO.

Equite S. Stephani, & Prothonotario Apostolico.

PARS PRIMA.

DE VIRTVTIBVS IN GENERE TIT. I.

Definitio virtutis. Quæst. I.



1 IRTVS est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nullus malè utitur, quã Deus in nobis sine nobis operatur, Aug. lib. 2. de libero arb. ca. 15. Mag. sent. lib. 2. dist. 27. in prin. Alex. de Ales 3. p. q. 62. memb. 2. S. Tho. 1. 2. q. 55. ar. 4 S. Ant. in 4. par. tit. 1. cap. 2. in princ. Rayn. ver. virtus ca. 1. S. Bon. in 2. sent. dist. 27. in 3. dubio ubi etiam Durandus q. 1. Astens. lib. 2. tit. 9. art. 1. Dom. Sot. lib. 1. de Iust. & iure q. 1. art. 1. Perald. 1. par. tit. de uirt. in communi cap. 3. Philiarcus in Man. sacerd. titu. de tertio Sacerdotis munere. §. 1. Vinc. in 3. p. spec. lib. 1. dist. 1. hæc definitio conuertitur cum suo definito,
2 & per consequens dicitur bona, vt dixi in summa peccatorum capitalium 1. par. q. 1. quod autem conuertatur cum suo definito patet, quia ex ipsa
3 virtute quatuor bona causantur. Primum est perfectio voluntatis, vnde dicitur quod virtus est bona qualitas mentis: Secundum est directio operis; vnde subditur, qua rectè viuitur. Nam rectè, vel benè uiuere in benè operari consistit; Tertium est exclusio criminis, vnde subiungitur, qua nullus malè vtitur, ubi nota quod nullus potest malè uti actu uirtutis, eo quod actus uirtutis, uel à virtute ꝓcedẽs, nunquam potest esse malus, immò semper est bonus. Potest tamen aliquis malè uti virtute tanquam obiecto, puta cum male sentit de virtute, cum odit eam, uel superbit ea. Isidorus de summo bono hoc probat dicens: Cum quis ex deteriore melior esse cœperit: caueat de acceptis extolli uirtutibus; ne grauius per virtutes corruat, quàm prius ex lapsu vitiorum iacebat. Nota etiam quod cum dicitur
4 virtus est, qua rectè viuitur; distinguitur virtus à scientia, & ab arte, licet enim hæ sint qualitates bonæ, non tamen sunt qualitates uoluntatis, sed potius intellectus: & ideò cum non regulent, vel dirigant voluntatem, aliquis potest eis malè vti, & malè uiuere habens eas. Quartum bonum, quod à uirtute causatur est infusio diuini muneris cum consensu humanæ voluntatis, undè subiungitur, quã Deus in nobis sine nobis operatur, vbi nota quòd virtus infusa causatur à Deo in nobis, sine nobis agentibus, uel operantibus, non tamen sine nobis consentientibus S. Tho. 1. 2. q. 55. art. 4. in sol. 5. & 6. arg. Rayn. ver. virtus c. 1. in prin. S. Ant. 4. p. tit. 1. c. 1. col. 1. Prætereà dicitur secundò bona hæc definitio, cum sit tradita per omnes causas uirtutis, ut dixi ego in tract. de defin. p. 1. q. 4. nu. 27. causa namque formalis virtutis, sicut & cuiuslibet rei, accipitur ex eius genere, & differentia, cùm dicitur bona qualitas, genus enim virtutis qualitas est, differentia autem bonum, esset tamen conuenientior definitio, si loco qualitatis habitus poneretur, qui est genus propinquum, uirtus autem, non habet materiam ex qua, sicut nec alia accidentia, sed habet materiam circa quam, & materiam, in qua, scilicet subiectum, materia autem circa quam est obiectũ uirtutis, quod non potuit in prædicta definitione poni, eo quod per obiectum determinatur uirtus ad speciem, hic autem assignatur definitio uirtutis in communi; unde ponitur subiectum loco causæ materialis, cum dicitur quod est bona qualitas mẽtis, finis autem uirtutis cũ sit habitus operatiuus, est ipsa operatio, ideò dicitur ibi, qua rectè uiuitur, causa autem efficiens uirtutis infusæ, de qua definitio datur Deus est, ꝑp quod dicitur, quã Deus in nobis, sine nobis operatur, quę quidẽ particula si auferatur, reliquum definitionis, erit cõe oĩbus virtutibus, & infusis, & acquisitis S. Tho. 1. 2. q. 55. art. 4. in corp. Vincentius 3. pa. spec. li. 1. dist. 1. Ter-

tio & vlt. dicitur bona hæc definitio, quia conſtat ex genere, & differentijs, vt dixi in tract. de defin. p. 1. q. 4. num. 2. Genus eſt ibi ver. qualitas, quæ ſtat lo co generis, bona dicitur ad differentiam malarum qualitatum animæ, dicitur quoque bona, quoniam à Deo bono datur, & bonos facit, & ad bona perdu cit, mentis dicitur ad differentiam qualitatis, quæ ſunt in corpore, qua rectè viuitur, ponitur ad differentiam qualitatum, quibus rectè intelligere, ſicuti eſt ſcientia & ad differentiam rei, quæ ſe habet ad malum, ſicuti habitus vitioſus, ibi (qua nullus malè vtitur) ad differentiam rei, quæ habet ſe quandoque ad bonum, quandoque ad malum, ſicuti opinio ſe habet ad verum, & falſum, virtus autem eſt habitus ſemper ſe habens ad bonum S. Thom. d. loco & Vinc. vbi ſupra.

Virtus vnde dicatur. Quæſt. II.



ECVNDO quæro, vnde dicatur virtus? Reſp. quod virtus dicitur ſecundum Etymologiam quaſi vis intus; vel quaſi virum tuens, ſeu quaſi viri ſtatus Vincent. in 3. par. lib. 1. diſt. 1. in fine; Itẽ dicitur virtus à vi, vnde Dominus uocat virtuoſos violentos Math. c. 11. Regnum Dei vim patitur, & violen ti rapiunt illud, & hoc; cap. 16. loquens de illo dicit, omnis. n. in illud vim facit, virtuoſus autem tripliciter vim facit ſibi, primo ardua aggrediendo, & quæ ſunt ſupra hominem; ſecundo Aduerſa patiendo Act. c. 14. per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei. Tertio à Placitis abſtinendo Gen. ca. 8. ſenſus, & cogitatio humani cordis in ma lum prona ſunt, ab adoleſcẽtia ſua. Ideò quaſi cum quadam violentia oportet hominem ab his, quæ ſibi placent compeſci Perald. 1. pa. c. 2. col. 4. allegans Ouid. in epiſtol. eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Differentia virtutum, donorum, fructuum, & beatitudinum & gratiæ. Quæſt. III.



1 ERTIO quæro, an differant inter ſe, virtutes, dona, fructus, beatitudines & gratia? Reſp. quod ſic, virtutes. n. à bonis ſie diſtinguuntur, quòd virtutib. homo diſponitur ad ea, quæ interius, vel exterius agit, ſecundum quod à ratione mouetur, bonis verò ad eadem diſponitur, ut à Deo mouetur S. Th. 1. 2. q. 68. art. 1. alia eſt ratio Greg. 1. Mor. dona ſunt data in adiutorium virtutum, ſed nihil datur in adiutorium ſui ipſius, ergo differunt inter ſe, præterea timor numeratur inter dona, qui tamen non eſt uirtus, ſed paſsio. Durandus in 3. diſt. 34. q. 1. Præterea Aug. in ſermone Domini in monte c. 6. in gl. in fine orationis Dominicæ, in precibus eſt vt impetremus dona, in donis vt operemur mandata, de operatione, beatitudines conſequuntur; ergo ſi hæc ita ſe habent ſecundum ordinem, dona; & operatio mandatorum, quæ fiunt ſecundum virtutes, quæ autem ordinem habent, ſecundum quod huiuſmodi eadem non ſunt, ergo hęc non ſunt idem. Alex. de Ales 3. p. q. 62. Med. 2. Similiter virtutes diſtinguũtur à beatitudinibus, quod patet, quia quędam cõnummerant inter beatitudines, quæ nec ſunt virtutes, nec dona, ſicuti paupertas, & luctus, & pax, differunt ergò beatitudines à virtutibus, & à donis S. Tho. 1. 2. q. 69. art. 1. concludens ibi quod beatitudines diſtinguuntur quidem à virtutibus, & donis, non ſicut habitus ab eis diſtincti, ſed ſicut actus diſtinguuntur ab habitibus; Item quod uirtus differat à gratia, patet, quia homo dicitur gratus Deo à gratia una, unde homo totaliter gratus, non dicitur habere gratiam niſi unam. Sed una uirtus, uel unum donum, non facit hominem totaliter gratum; ponatur. n. quod poſsit haberi ſine Charitate fides, ſiue una politica ſine alia, uel donum timoris ſine dono pietatis, non diceretur homo ſimpliciter gratus. Eſt ergo gratia una, virtutes uerò, & dona multiplicantur ſub una gratia: quare eſt gratia ſicut integrum quoddam, & collectum reſpectu multarum uirtutum, ſed quæ ſic ſe habẽt non ſunt idem, ergo differunt. Præterea gratia eſt habitus, qui ſemper eſt in ſuo actu, uirtus uero non ſemper, ergò non ſunt idem. Item gratia eſt propriè principium uiuendi Gal. 5. uirtutes uero merendi, Ita arg. Alexand. de
2 Ales 3. p. q. 62. Med. 1. ubi cõcludit, quod uirtutes, dona, & huiuſmodi cætera in comparatione ad efficiens, idem profectò ſunt quod gratia, minimè autem in comparatione ad recipientẽ; qui idẽ Alex. in membr. ſeq. concludit, quod hæc dici pñt dupliciter, cõiter ſcilicet, & propriè. Si cõiter accipiantur omnia, nõ eſt inconueniens, quod omnia omnibus conueniant ſi aũt accipiantur propriè, nequaquam, unde quę dirigunt uires ad agendum, uirtutes ſunt, quæ uero illas uires diſponunt ad rectè patiendum dona dicuntur; hmõi aũt actionibus, ſeu paſsionib. benè egreſsis ab ipſis uiribus, & rectè, ſequitur delectatio ex ipſis, & hæc dicitur fructus: hæc Alex. d. loco; cõiter aũt ſecundũ quod uirtus dicitur bona qualitas &c. ẽt dona dici poſsẽt uirtutes, ſimiliter ſi donum dicatur rõ irreddibilis, nõ eſt dubiũ quod omnia poſſunt dici dona, ſimiliter ſi fructus dicatur omne illud, quod pp ſe eſt appetendũ, non eſt dubium quin omnia ſint fructus, & idem Alexand. Med. 3. in fine dicit quod nõ per hoc ſequitur quod alia à uirtutibus ſuperfluant, nã hoc uerum eſſet, ſi nõ eſſent ad alios actus, uel alios modos eliciendos, quã ſunt actus uirtutum, ſed an ſimul ſint dona, & uirtutes, uel alterum altero prius? Reſp. ſecundum ſubſtantiã ſimul ſunt uirtutes, & dona, ſcd͂m autem uſum, illas his præire nihil prohibetur Alex. in 3. p. q. 62. memb. 4. Item utrũ uirtutes ſint præferendæ donis? Reſp. quod dona præferuntur uirtutibus, tã intellectualibus, q̃ moralibus, ſunt tamen inferiora Theologicis uirtutibus S. Tho. 1. 2. q. 65. art. 5. ult. quæro utrum uirtus, quam acquirimus ex operum aſſuetudine, ſit eiuſdem ſpeciei cũ uirtute infuſa? Reſp. quod, nõ quia q̃libet differẽtia indiffinitione polita, mutata diuerſificat ſpeciẽ, ſed in definitione virtutis infuſæ ponitur, quã Deus in nobis ſine nobis operatur, vt dixi in 1. q. ergo virtus acquiſita, cui hoc non conuenit, non eſt eiuſdem ſpeciei cum infuſa S. Tho. 1. 2. q. 63. art. 4.

Genera

Genera virtutum quot sint. Quæst. IIII.



VARTO quæro, quot sint Ge-
nera virtutū? Resp. tria esse ge-
1 nera virtutū. Sunt.n. quędā vir-
tutes Theologicæ, quædā intelle
ctuales, quædā morales, virtutes
quidē Theologicæ sunt, quibus
mens humana Deo coniungitur,
2 virtutes aūt intellectuales sunt, quibus iō ipsa per-
ficitur, virtutes aūt morales sunt, quibus vires appe
3 titiuæ perficiūtur ad obediēdū rationi S. Tho. 1. 2.
q. 68. art. 8. de singulis dicemus latius suo loco infe
rius conc. Rayn. ver. virtus c. 2. dicens uirtutes mo-
rales sunt quæ mediū attendunt, s. mediū rationis,
vel rei. S. Tho. 1. 2. q. 64. virtutes intellectuales sūt,
quibus intellectus perficitur. S. Tho. 1. 2. q. 57. su-
pernaturales sunt, quę immediatè Deū conspiciūt,
S. Tho. 1. 2. q. 62. S. Ant. 4. p. tit. 1. c. 1. §. 4. conc. Phi-
liarē. in Man. Sacer. tit. de tertio Sacerdotis Mun. §.
2. Astens. lib. 2. tit. 9. de virt. art. 2. dicit quod uirtu-
4 tibus moralibus ordinatur homo ad se ipsum, & ad
proximū, Theologicis ad Deū, nā obiectū moraliū
est creatū, Theologicatū aūt est ens increatū; S. An.
5 in 4. p. tit. 1. c. 1. §. 1. dicit quod uirtutes alię sunt na
turales, Aliæ acquisitæ, Aliæ infusæ. Primæ insunt
ex dispositione naturali, quę non sunt perfectę uir-
tutes, sed potius quædā semina, & incboationes vir
tutū, quæ inclinationes, & aptitudines ad uirtutes
appellantur Iob. c. 31. Ab infantia mecū creuit mi-
seratio, & ex vtero matris meę egressa est mecū. Mi
seratio virtutis est; Acquisitæ verò uirtutes sunt ex
frequentatione actuali, seu operum assuetudine, ex
hoc.n. quod quis vtitur cibo moderate acquirit ab-
stinētiā, nō tamē per unicū actū homo efficitur vir
tuosus sicut nec vna hirūdo facit ver. neq; vna dies
facit beatū, sed ex frequentatis actibus fit habitus;
infusæ aūt virtutes sunt illæ, quæ causant ex gratia
Dei, sunt aūt istę nō solū fides, spes, & charitas, sed
ēt oēs aliæ, ut prudētia iustitia, & huiusmodi, & dif
ferunt in tribus, Primo in casualitate, quia infusæ
causantur à Deo, non ex actu humano, acquisitæ
aūt ex actibus humanis, itē Deus operatur in instā-
ti, homo aūt paulatim. Ideo uirtutes acquisitæ tem
pus non parum requirunt, infusę in instanti per gra
tiā iustificati obtinentur. Secundo differūt in corru
6 ptibilitate. Nā uirtus acquisita non corrūpitur quo
ad habitū per vnū actū cōtrariū, nō.n. directè actus
contrariatur habitui, sed habitus actui. habitus au
tē uirtutis infusæ corrumpitur per vnicū actū pec-
cati mortalis, immo omnes uirtutes infusæ simul
deficiunt per mortale, quia quodlibet mortale di-
rectè contrariatur gratiæ, & tollit gratiā quæ causa
est huiusmodi uirtutū, Remota autem causa remo-
uetur effectus, vnde Aug. Omnis uirtus patitur de-
trimentum ab uno vitio & Iac. 2. offendens in uno
factus est omniū reus, s. uirtutū c. consideret. 5. dist.
3 Tertio differunt in vtilitate, quia actus virtutis in
fusæ est meritorius vitæ æternæ, non autem actus
virtutis acquisitæ sine gratia Hæc Sanctus Ant.
dicto loco §. 2. & sequenti.

Aequales an dicantur virtutes est an uirtus esse possit maior uel minor. Quæst. V.



VINTO quæro, vtrum vir-
tutes sint æquales, & an vna
virtus esse possit maior, vel mi
nor? Resp. quod nō, quia vbi-
cumque esse potest Augmen
1 tum, & superabundantia, po-
test esse inæqualitas, sed in vir
tutibus inuenitur superabun
dantia, & Augmentum. dicitur enim Math. capi.
5. Nisi abundauerit Iustitia vestra plus quam scri-
barum & Phariseorum, non intrabitis in Regnum
Cęlorum, & prou. 16. dicitur in abundanti Iustitia
virtus maxima est. Ergo videtur quod virtus possit
esse maior, vel minor S. Thom. 1. 2. q. 66. art. 1. vbi
concl. quod tametsi secundum se, nō sit se ipsa ma
ior, vel minor, respectu tamen subiecti maior, vel
minor dici contingit, vel secundum variationem
temporis in eodem, vel secundum inclinationem
maiorem in diuersis, vel aliquo alio accidenti natu
ræ, vel gratiæ, dicitur tamen vna secundum speciē
virtus, alia maior, & excellentior, sed an sint æqua-
les? Resp. quod quantitas virtutum potest attendi
dupliciter. Vno modo secundum rationem speciei,
& sic non est dubium, quod vna virtus vnius homi
nis sit maior quam alia, sicuti Charitas fide, & spe.
Alio modo potest attendi secundum participatio-
nem subiecti; pro vt scilicet intenditur, vel remitti-
tur in subiecto, & secundum hoc omnes virtutes
vnius hominis sunt æquales quadam æqualitate
proportionis, in quantum æqualiter crescunt in ho
mine, sicuti digiti Manus sunt inęquales secundū
quantitatem, sed sunt æquales secundum propor-
tionem; cum proportionabilter augeantur, huius-
modi autem æqualitatem oportet eodem modo ra
tionem accipere, sicut & connexionis; æqualitas
enim est quædam connexio virtutū secundū quan
titatem S. Tho. 1. 2. q. 66. art. 2. dicens, virtutes om-
nes in vno, eodemque homine ęquales sunt, vt pru
dentia, vel Charitate Regitur secundum proportio
nes æqualitatem, vt vero respiciunt propriam ma-
teriam & actus inæquales esse contingit cō:. Vinc.
3. p. lib. 1. Dist. 11. Rayn. ver. virtus c. 2. ver. secunda
cōsideratio, dicam infer. cum de uirtutibus loquar
quæ comparantur ad inuicem, & primo quæro an
uirtutes morales præeminenant intellectualibus?
Resp. quod cum uirtus Moralis sit in rationali per
participationem, uirtus autem intellectualis in ra
tionali per essentiam 1. Eth. c. fi. uol. 5. sed rationale
per essentiam est nobilius, quam rationale per par-
ticipationem, ergo uirtus intellectualis est nobilior
uirtute morali. S. Tho. 1. 2. q. 66. art. 3. ubi concl. qđ
habitus morales, quāuis sint magis uirtutes habiti-
bus intellectualibus; habitus tamen intellectuales
nobiliores habitus simpliciter sūt, quā uirtutes mo
rales, quæ perficiūt appetitū in ordine ad obiectū
inferius obiecto intellectus. Secūdo q̄ro quæ sit p̄-
2 cipua uirtus īter uirtutes morales. Res. Iustitia Aris.
5. Eth. c. 1. uol. 5. dicit ꝙ Iustitia est p̄clarissima uir-
tutū ipsa enim i se virtutes cōtinet oēs S. Th. 1. 2. q.

66.art.4. vbi concl. quod Iustitia cum inter omnes
virtutes morales sit rationi propinquior, quia in
voluntate consistens dirigit hominem ad actum er
ga alios, est omnibus excellentior, quàm in nobilita
5 te fortitudo, post quam temperantia est, Tertio quę
ro quæ sit maxima inter virtutes intellectuales ?
Resp. sapientia Arist.6.Eth.cap.7. dicit, quod sapiē
tia est sicut caput inter virtutes intellectuales San.
Thom.1.2.q.66.ar.5. dicens quod magnitudo vir
tutis secundum suam speciē consideratur ex obie
cto; obiectum autem sapientiæ præcedit inter obie
cta omnium virtutum intellectualium considerat
enim causam altissimam, quæ Deus est lib. 1. Me-
taph.c.1.& quia per causam iudicatur de effectu, &
per causam superiorem de causis inferioribus, inde
est quod sapientia habet iudicium de omnibus a-
lijs virtutibus intellectualibus, & eius est ordinare
omnes, & ipsa est quasi Architectonica respectu
omnium. Quarto quæro quę sit maior inter virtu-
tes Theologicas ? Respo. Charitas Paul.1.ad Cor.
15.ibi. Nunc autem manēt spes, fides, & Charitas;
tria hæc, maior autem horum est Charitas S. Tho.
1.2.q.66.articu.6. dicens quod cum tres virtutes
Theologicæ respiciant Deum, sicut proprium obie
ctum, non potest una earum dici maior altera, ex
hoc quod sit circa maius obiectum, sed ex eo quod
una se habeat propinquius ad obiectum, quàm
alia; & hoc modo Charitas est maior alijs, nam alię
important in sui ratione quandam distantiam ab
obiecto, est enim fides de non visis, spes autem de
non habitis, sed amor Charitatis est de eo, qui iam
habetur; est enim amatum quodammodo in aman-
te, & etiam amans per affectum trahitur ad vnio-
nem amati, propter quod dr̄ Iohan.1.c.4. qui ma-
net in Charitate in Deo manet & Deus in eo hæc
S.Thom.d.loco conc.cum his S. Ant.4.par.tit.1.c.
4.Rayn.vers. virtus cap.4. dicens quod si virtutes
considerentur in diuersis hominibus, & secundum
diuersa tempora, tunc dico quod vna virtus potest
esse maior, vel minor in vno, quā in alio, & hoc pp
quatuor rationes, s. propter maiorē dispositionem,
assuefactionem, discretionem & infusionem.

Connexę quomodo & quando dicantur esse virtutes. Quæst. VI.

1 
EXTO quęro, vtrū virtutes di
cantur esse connexæ, & primo q
de virtutibus moralib. an sint in-
ter se connexę, vt vna absq; altera
esse nō possit? Respō. virtutes mo-
rales perfectas necesse est ad inui
cē cōnexas esse, vt altera sine altera esse non possit,
vnde Ambr. super Lucam cap.6.in fine uol.5. dicit
Connexæ sibi sunt concatenatæq; virtutes, ut qui
unam habet plures habere videatur & Aug. 6.c.4.
vol.3.de trin. dicit, quod virtutes, quæ sunt in ani-
mo humano, nullo modo separantur ab inuicem &
Greg. 22. moral.c. 1. dicit quod vna virtus sine a-
lijs, aut omnino nulla est, aut imperfecta, & Cic.li.
2. Tusc. in vnam virtutem confessus es te nō habe
re, nullā necesse est te habiturum S. Tho. 1. 2.q.65.
art. 2. Philiarc. Man. Conf. tit. de Tertio Sacerd.
Mun.5.virtutes Rayn.ver.uirtus c.5.S. Ant.4.p.tit.
1.c.5.Viguer.titu.de vir.temper.cap. 8.Vinc.vol.3.
2 lib. 1. dist. 10. ratio est, quia discretio pertinet ad
prudentiam, rectitudo ad iustitiam, moderantia ad
temperantiam, firmitas animi ad fortitudinem, &
in quacunque materia iusta considerantur. & secū-
dum hoc manifestè apparet ratio connexionis: nō
enim firmitas hēt laudē uirtutis, si sit sinè modera-
tione vel rectitudine, aut discretione vnde Greg.
22.Moral.c.1. dicit quod uirtutes si sint disiunctæ
non possunt esse perfectæ secundum rationē uirtu
tis, quia nec prudentia uera est quę iusta, fortia, &
tēperans non est; Alia ratio est, quia nulla uirtus
pōt esse absq; prudentia quia propriū uirtutis mo-
ralis est facere electionem rectam, cum sit habitus
electiuus similiter prudentia, quæ est consiliatiua
iudicatiua, & præceptiua eorum, quę sunt ad finem
similiter prudentia nō potest haberi absq; alijs vir-
tutibus. cum prudentia sit recta ratio agibiliū, ad
quos rectè quis se habet per uirtutes morales. vndè
sicut scientia speculatiua non pōt haberi sine intel-
lectu principiorum, ita nec prudentia sine virtuti-
bus moralibus, ex quo manifeste sequitur uirtutes
4 morales esse connexas hæc. S.Tho.d. loco Pręterea
quod uirtutes sint connexæ patet, quia uirtus respi
cit rectā regulā, seu ordinē rōnis; & hoc quatuor
modis, primo in actione interiori & sic est pruden
tia, quæ est recta ratio agibilium, quæ sunt in ipso
homine, Secūdo uirtus respicit ordinē rōnis in ope
ratione exteriori, & sic est iustitia, Tertio uirtus re-
spicit ordinē rationis in passione delectabili. est.n.
quędā passio. s. concupiscentia delectationū impel
lens, ad aliquod contrariū rōni, & hanc moderatur
tēperantia: quarto uirtus respicit bonū, seu ordinē
rōnis in passione horribili, vel pęnali. Nā quædam
est passio circa horribilia, & pęnalia. s. timor à bono
rōnis retrahens, & impediēs, & ideo fortitudo fuit
necessaria quæ passionē hanc moderaret; Prætetea
vbi est pugna vitiorū, ibi dēt esse victoria virtutū,
3 nā bonū vincit malū, quatuor sūt sunt vitia, quibus
in hac vita ab hoste inuadimur. s. stultitia, iniquitas,
timor, & concupiscentia contra quæ quatuor sunt
scuta, quibus pugnamus. s. Prudētia cōtra stultitiā;
Iustitia cōtra timorē, Tēperātia cōtra cōcupiscen-
tiā Rayn.ver.virtus c.3. Secundo quæro vtrū virtu
6 tes morales sint connexæ cū uirtutibus Theologi-
cis? Resp. qđ sic, quia tres virtutes Theologicæ sub
illis quatuor cōtinētur, nā fides sub prudētia, spes
sub fortitudine, Charitas sub Iustitia cōtinetur, mo
rales tamē consistunt in usu operū, illę vero tres in
cōtēplatione diuinorū Rayn. d. loco tertio, quæro
7 vtrū uirtutes morales esse possint absq; Charitate?
Resp. quod nō, Iuxta illud 1.Io.3. qui non diligit
manet in morte; Sed p virtutes perficitur vita spi-
ritualis, ipsæ.n. sunt. quib. recte viuit Aug.1. de lib.
Arb.c.18. ergo nō possūt esse sine dilectione Cha-
ritatis S.Th. 1.2.q.65.ar.2. dicēs quod virtutes mo
rales pro vt sunt operatiuę boni in ordinē ad finem,
qui non excedit facultatē naturalē hominis, possūt
per opera humana acquiri, & sic acquisita sine cha-
ritate esse possunt; sicuti fuerunt in multis Gentili-
bus. Secundum aūt quod sunt operatiuæ boni in or
dine

dinē qd vltimū finē supernaturalem sic perfectè, &
rectè habent rationem virtutis, & nō possunt hu-
manis actibus acquiri, sed infunduntur à Deo, &
huiusmodi virtutes morales sine charitate esse non
possunt; vnde sicut virtutes dirigentes homines in
finem naturalem, non sunt sine prudentia: virtutes
etiā morales virtutes infusæ dirigentes in finem su-
pernaturalē, sine charitate esse non possunt. Quarto
quæro vtrū Charitas possit esse sine virtutibus mo-
ralibus? Resp. quod non; quia per Charitatē tota
lex impletur. Ro. 13. qui diligit proximū legē imple-
uit; sed tota lex impleri non pōt, nisi per oēs virtu-
tes morales, quia lex præcipit de omnibus actibus
virtutum, Arist. 5. Eth. c. 1. ergò qui habet Charita-
tē habet omnes virtutes morales; & Aug. serm. 1.
Dom. p. 4. ser. 46. col. 10. dicit quòd Charitas inclu-
dit in se omnes virtutes cardinales; vndè cū Cha-
ritas sit principium omniū bonorum operum, quæ
hominem in finē vltimum dirigunt, necessariò si-
mul. cum ipsa infunduntur omnes aliæ morales vir-
tutes, non obst. quod aliqui sancti dicantur aliquas
virtutes non habere, nā illud procedit inquantum
patiuntur difficultatem in actibus earum, quamuis
habitus omnium uirtutum habeant; S. Tho. 1. 2. q.
65. art. 3. Vinc. p. 3. lib. 1. dist. 10. ver. ad tertium, ubi
concluditur, quod Deus non minus operatur perfe
ctè in operibus gratiæ, quā in operibus naturæ, sed
in operibus naturæ non inuenitur principium insali
qua re quod inueniatur in ea, quæ sunt necessaria ad
opera perficienda, sicuti in animalibus reperiuntur
organa, quibus perfici possunt opera, ad quæ pera-
genda anima habet potestatem. Charitas verò est
principium omnium bonorum operum, quæ ad vl-
timum finem diriguntur; vnde oportet quod cum
Charitate simul infundantur omnes virtutes mora-
les, quibus homo perficit singula genera bonorum
operum, unde qui amittit Charitatem per peccatū
mortale, amittit oēs uirtutes morales infusas. Quin-
to quæro an fides, & spes possint esse sine Charita-
te? Resp. quod sic. gl. super Math. c. 1. dicit quod fi-
des generat spē, spes verò Charitatē, sed generans
est prius generato, & potest esse sine eo. ergo fides
pōt esse sine spe, & spes sine Charitate. S. Tho. 1. 2.
q. 65. art. 4, dicens quod fides, & spes, sine Charita-
te possunt quidem aliqualiter esse; perfectæ autem
uirtutis rōnē sine Charitate non hēnt, sicuti tēperan
10 tia, vel fortitudo sine prudentia. Sexto quæro utrū
Charitas possit esse sine fide, & spe? Resp. quod nō.
nā Paul. dicit ad Hebr. 11. sine fide impossibile est
placere Deo, quod maximè pertinet ad Charitatē,
ut patet illud prou. 5. Ego diligētes me diligo. spes
ēt est, quæ introducit ad Charitatē, ergo Charitas
nō pōt haberi sine fide, & spe. S. Tho. 1. 2. q. 66. art.
5. dicens quod sicut aliquis nō posset cū aliquo ami
citiā habere, si discederet, vel desperaret se posse ha
bere aliquā societatem vel familiarē conuersationē
cū ipso, ita aliquis non pōt habere amicitiā ad Deū
quæ est Charitas, nisi fidem habeat, per quam cre-
dat huiusmodi societatem, & conuersationē homi-
nis cum Deo, & speret se ad hanc societatē pertine
re, & sic Charitas sine fide, & spe nullo modo esse
pōt S. Thom. d. loco vinc. 3. p. lib. 1. dis. 10. in fine.

Acquisitio virtutum quomodò fiat. Quæst. VII.

SEPTIMO quæro quibus modis ac-
quirantur virtutes, & primo quæro vtrū
virtutes insint nobis à natura? Resp. qd
nō, quia id quod inest homini à natura
inest omnibus hominibus commune, & nō
tollitur p peccatū; quia & in Dæmonibus naturalia
manēt, Dion. c. 4. p. 4. de Diuin. nom. Sed uirtus nō
inest omnibus hominibus, & abijcitur per peccatū,
ergo non inest homini à natura. non obst. quod uir
tutes dicuntur naturales, eo quod sint secundū rōnē,
quæ est homini naturalis, nā illud pcedit sm qd se-
minaria virtutū insint nobis à natura in quarū rō-
nales sumus, sicut etiā ex naturali dispositione corpo
ris, quā qs hēt ex natiuitate vnus habet aptitudinē
ad miserēdū, alius ad tēperatè uiuēdū, alius ad aliā
uirtutem, iuxta illud Iob. ca. 31. ab infantia creuit
mecū miseratio, & de utero egressa est mecū. virtu
tes igit nō sunt nobis naturales, nisi sm aptitudinē,
& incohationē, nō aūt sm perfectionē, uirtutes ta-
men Theologicæ sunt penitus ab extrinseca causa,
hominibus collatæ ad eorū naturā iuuandā S. Tho.
1. 2. q. 36. art. 1. Durand. 3. sent. dist. 33. q. 1. Rayn.
ver. virtus. c. 1. ver. 2. Philar. cap. man. Sacerd. tit. de
Tertio Sacerdotis munere §. sicut. Vinc. 3. p. lib. 1.
2 dist. 9. in prin. Secundo quæro utrū virtutes aliquæ
insint nobis per infusionē? Resp. quod sic.
Sap. 8. Sobrietatē, & Iustitiā docet prudentiā, & vir
tutē. S. Tho. 1. 2. q. 63. ar. 3. dicens quod oportet ef-
fectus esse suis causis, & principijs proportionatis,
omnes aūt uirtutes procedunt ex quibusdā natura-
libus principijs, in nobis præexistentibus, loco quo-
rum conferuntur nobis à Deo uirtutes Theologi-
cæ, quibus ordinamur ad finem supernaturalem: vn
de oportet, quòd his etiam uirtutibus Theologicis
proportionaliter respondeant alij habitus diuinitus
causati in nobis, qui sic se habeant ad uirtutes Theo
logicas, sicut se habent uirtutes mortales, & intelle
3 ctuales ad principia naturalia virtutū; Tertiò quæ-
ro utrum aliquæ uirtutes causentur in nobis ex as-
suetudine operū? Resp. quod sic. Dion. c. 4. vol. 4.
de Diuin. nom. dicit quod bonum est uirtuosius,
quàm malū, sed ex malis actibus causantur habitus
virtutū: ergo multo magis ex bonis actibus pos-
sunt causari habitus virtutū. S. Tho. 1. 2. q. 63. art. 2.
vbi conc. qd in hominib. sunt aliquæ uirtutes non
nisi diuinitus infusæ, & aliquæ ex consimilibus vir-
tutū operibus acquisitæ, quæ videlicet hominem or
dinant in bonum ratione humana regulatū, Quarto
quæro quid requiratur in adeptione virtutis? Resp.
quod in adeptione virtutis requiritur tēpus, actus,
& modus; primo tēpus, quia virtus, ut dictum est,
non inest nobis à natura; secundo requiritur actus,
sed non vnicus actus, sed plures ut dicam in seq.
quæst. Tertio requiritur modus, qui est triplex, pri
mus est medium attendere, hoc est declinare ab ex-
tremis, vt dicam inferius cū de medio virtutis age
tur. Secundus est appetitū dirigendo. s. ut contra
rium faciat eius, ad quod magis ad male agendum
inclinatur, exemplo illorum, qui dirigunt ligna di-
storta, qui dum volunt ea dirigere, in aliam partem

torquent; Tertius modus est infectiuum excludere, non.n. possumus in delectationibus diutius immorari, quãdo delectamur in eis, & ideo eas in principio vitare debemus Rayn. ver. uirtus c. 1. uer. 2. S.Ant.4.par.tit.1.cap.2.per totum.

Habitus vtrum dicatur virtus humana. Quæst. VIII.



1 CTAVO quæro, utrũ virtus humana sit habitus? Resp. quod sic Aris.li.prædic.in prędic.qualitatis in prin. ponit esse habitus scientiã, & uirtutẽ S. Tho.1.2. q.55.art.1.dicens, quòd cũ uirtus sit pfectio potẽtię in ordine ad actũ, necessario virtus est habitus; non obst. qđ habitib. nõ mereamur, sed actibus, alioquin homo męret continuè ẽt dormiẽdo, sed uirtutibus meremur, ergo uirtus nõ est habitus; nam Resp. quod aliquo dicimur męreri dupliciter. uno modo sicut ipso merito, eo modo, quo dicimur currere cursu, & hoc modo meremur actibus, Alio modo dicimus mereri aliquu, sicuti principio merendi, sicut dicimur currere potentia motiua; & sic dicimur mereri uirtutibus, & habitibus hæc.S.Tho.d.loco in 3.arg.Vinc.3.p.lib.1.tit.de virtutibus in prin. Se

2 cũdo quæro an sit habitus operatiuus? Resp. quod sic, Arist.2. Eth.c.6. dicit quod uirtus uniuscuiusq; rei est, quę opus eius bonum reddit S. Tho. 1.2.q. 55.art.2.dicens, quod uirtus humana, cum sit perfectio potẽtię in ordine ad opus, oportet ipsam esse ad habitum operationum. Tertio quæro utrum vir

3 tus humana sit habitus bonus? Resp. qđ sic Aug. lib. de moribus Eccl.c.6. dicit, Nemo autẽ dubitabit, quod virtus animam facit optimam & Arist. 2. Eth.c.6.dicit quod uirtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.S. Tho. 1.2.q. 55.art.3. dicit quod uirtus humana, quæ est habitus operatiuus, cum disponat hominem in ordine ad ultimum, in quod res potest, necessario bonus est habitus, & boni operatio, non obst. quod uirtus in infirmitate perficiatur Paul. 2. ad Cor. 12. & infirmitas dicatur esse malum, nam Resp. quod tanto ratio perfectior esse ostenditur, quanto infirmitates corporis, & inferiorum partium magis potest uincere, & tolerare, & ideo uirtus humana, qua rationi attribuitur, in infirmitate perfici dr; non quidẽ rõnis, sed in infirmitate corporis, & inferiorũ partiũ.

Subiectum virtutis in qua potentia Animę reperiatur. Quæst. IX.



ONO quęro, subiectum virtutis, in qua potentia animę reperiatur? & primo quęro vtrum virtus esse possit in potẽtia animę sicut in subiecto? Resp. qđ

1 sic. S. Tho. 1.2.q.56. art.1. dicens quod virtutẽ pertinere ad potentiam animę ex tribus potest esse manifestũ. Primo quidẽ ex ipsa ratione virtutis, quę importat perfectionem potentię; perfectio autem est in eo; cuius est perfectio. Secundo ex eo; quod est habitus operatiuus, vt dixi supra q. præc. omnis autẽ operatio est ab anima per aliquã potentiã, Tertio ex hoc quod disponit ad optimũq; optimũ aũt est finis, qui uel est operatio rei, uel aliquid consecutũ per operationẽ à potentia egrediẽtem, vnde uirtus humana est in potentia animę, sicut in subiecto: hæc S.Tho.d.loco Conc. Vinc. p.3.

2 lib.1.tit.de virt.dist.2.in princ. non tamen vna uirtus esse potest in pluribus potentijs animę, quia virtus est in potentia animæ sicuti in subiecto, sed idẽ accidens non potest esse in pluribus subiectis; ergo una uirtus non potest esse in pluribus potentijs animę S.Tho.1.2.q.56.art. vbi dicit, quod impossibile est unam virtutem esse in duabus potẽtijs, nisi illę ordinem ad inuicem habeant, in participatione illius uirtutis; & sic una uirtus pertinere potest ad plures potentias, ita quod in una sit principaliter, & se extendat ad alias, per modum diffusionis, uel per modum dispositionis, secundum quod una potentia mouetur ab alia, & secundum quod una potẽtia accipit ab alia, Item declara quod cum uirtus sit, quæ simpliciter & actu bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit; impossibile est intellectũ esse subiectum uirtutis simpliciter, nisi secũdũ ordinẽ ad uoluntatem, quę uirtutis simpliciter subiectum est, & ita procedit illa ratio quod mens maximè dicitur intellectus; subiectum autem virtutis est mens, ergo intellectus est subiectum uirtu

3 tis: ita S.Tho.d.loco art. 3. Sed quęro utrum uirtutis subiectũ sit irascibilis & concupiscibilis? Resp. quod sic, qa fortitudo ponitur in irascibili S. Tho. d.loco art.4.dicens quod irascibilis, & concupiscibilis dupliciter considerari possunt, uno modo secũdum se, in quantum sunt partes appetitus sensitiui & hoc modo non competit eis quod sint subiectum uirtutis. Alio modo possunt considerari in quantum participant rationem, per hoc quod natę sunt rationi obedire, & sic irascibilis, uel concupiscibilis potest esse subiectũ uirtutis humanę; non tamen uires apprehensiuæ sensitiuæ sunt subiectũ virtutis, quia omnes uirtutes, uel sunt intellectuales Arist. 2.Eth.c.1. morales autem uirtutes omnes sunt in parte appetitiua, intellectuales in intellectu 6.Eth.c.1.nulla ergo uirtus est in uiribus sensitiuis apprehensiuis interius. S.Tho.d.loco.at.5. dicens, quod cum uirtus sit habitus perfectus, quo nõ nisi bonum opus operari potest, in uiribus sensitiuis, & apprehensiuis nõ est uirtus, qua verũ cognoscitur, cognitio autem ueri, non consumatur in uiribus sensitiuis apprehensiuis, sed huiusmodi uires sunt quasi pręparatorię ad cognitionem intellectiuam; proprium tamen subiectum uirtutis est uoluntas, quia maior perfectio requiritur in mouense quàm in moto; sed voluntas mouet irascibilem, & concupiscibilem, multo ergo magis, debet esse uirtus in voluntate, quàm in irascibili, & concupiscibili. Sanctus Thom.1.2.quæst.56.art.6. Vinc.3.p.lib.1.tit.de virt.dist.2.

Moralis virtus an consistat in medio. Quæst. X.



DECIMO quæro, vtrum Moralis virtus sit in medio? Resp. quod sic, artic. 2. Eth. c. 6. vol.
1 5. Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 64. Act. 1. dicens quod quæuis moralis virtus consistere in medio dicitur, vel in mediocritate consistere, non quidem inter duo vitia necessario, sed effectiue, circa propriam materiam mediocritatem constituens. Manifestum est enim, quod inter excessum, & defectum medium est æqualitas, siue conformitas. vnde manifeste apparet, quod uirtus moralis in medio consistit, vt liberalitas inter prodigalitatem, & auaritiam; non obst. quod quędam virtutes tendant in aliquod maximum, vt magnanimitas, uirginitas, &
2 dare omnia pauperibus; nam Respond. quod si consideretur quantitas absoluta ipsarum virtutum dicitur maximum, & extremum, sed si considerentur per comparationem ad alias circumstantias habent rationem medij; quia in hoc tendunt huiusmodi virtutes secundum regulam rationis. 1. vbi oportet & quando oportet, & propter quod oportet: excessus autem si in hoc maximum tendatur, quando non oportet, vel vbi non oportet, vel propter quod nō oportet defectus aūt est, si nō tēdatur in hoc maximum, vbi oportet & quando oportet vnde Arist. 4. Eth. cap. 3. quod magnanimus est quidem magnitudine extremus, eo autem quod vt oportet, medius; virginitas autem, & paupertas est abstinere ab omnibus venereis & ab omnibus diuitijs, propter quod oportet, & secundum quod oportet. 1. secundum mandatum Dei, propter vitam æternam, si autem hoc fiat secundum quod non oportet. 1. secundum quandam superstitionem illicitam, vel etiam propter inanem gloriam erit superfluum: si autem non fiat quando oportet, vel secundum quod oportet, est vitium per defectum, vt patet in transgredientibus vitam virginitatis, & paupertatis, sed an uirtus consistat in me
3 dio rei, uel rationis? Resp. medium in quo moralis uirtus consistere dicitur non est medium rationis, quasi in actu rationis consistens, sed est in re secundum quandam conformitatem ad rationem S. Thom. 1. 2. quęst. 64. art. 2. similiter & uirtutes intellectuales dicuntur esse in medio: nam ars est uirtus intellectualis 6. Eth. cap. 3. & tamen artis est aliquod medium 2. Eth. cap. 6. Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 64. art. 3. dicens quod bonum uirtutis intellectualis speculatiuæ, consistit in quodam medio per cōformitatē ad ipsam rem, secundū quod dicit esse quod est, uel non esse, quod non est, in quo ratio ueri consistit, excessus autem secundum affirmationem falsam, per quam dicitur esse quod non est: defectus autem secundum negationem falsam accipitur per quam dicitur non esse, quod est, eodē modo accipitur medium per conformitatem ad rē in uirtutibus intellectualibus practicis, sicuti in speculatiuis, nam ipsa comparata ad rem habet
4 rationem mensurati. Item quæro utrum uirtutes Theologicæ consistant in medio? Resp. quod non; nam in omnibus, in quibus consistit uirtus in medio, contigit peccare per excessum, sicuti & per defectum: sed circa Deum, qui est obiectum uirtutis Theologicæ, non contingit peccare per excessum dicitur enim Eccles. 43. Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum potestis: maior enim est omni laude ergo uirtus Theologica non consistit in medio S. Thom. 1. 2. q. 64. art. 4. dicens quod medium uirtutis accipitur per conformitatem ad suā regulam, uel mensuram secundum quod contingit ipsam transcendere uel ab ea deficere. uirtutis autem Theologica duplex potest accipi mensura. una quidem secundum ipsam rationem uirtutis, & sic mensura, & regula uirtutis Theologicę est ipse Deus; fides nostra regulatur secundum ueritatem diuinam, Charitas autem secundum bonitatē eius spes autem secundum magnitudinem omnipotentiæ, & pietatis eius; & ista ē mensura excedens omnem humanam facultatem. unde nunquam potest homo tantum diligere Deum quantum diligi debet, nec tantum credere, aut sperare in ipsum quantum debet: unde multo minus potest ibi esse excessus. & sic bonum talis uirtutis non consistit in medio, sed tanto est melius quāto magis acceditur ad summum. Alia uero regula uel mensura Theologicæ uirtutis est ex parte nostra; quia & si nō possumus ferri in Deum quantū debemus; debemus tamen ferri in ipsum credendo, sperando, & amando secundum mensuram nostrę conditionis. undè per accidens potest in uirtute Theologica considerari medium & extrema ex parte nostra. non obst. quod spes dicatur medium inter desperationem & præsumptionem nam Resp. quod spes est media inter præsumptionem, & desperationem ex parte nostra, in quantum scilicet aliquis præsumere dicitur ex eo quod sperat à Deo bonum, quod excedit suam conditionem, uel non sperat, quod secundū suā conditionem sperare posset, nō aūt pōt esse super abundantia spei ex parte Dei, cuius bonitas est infinita; sicut etiā fides est media inter contrarias hęreses, non per cōparationē ad obiectum quod est Deus, cui non pōt aliquis nimis credere, sed in quātū ipsa opinio humana est media inter contrarias opiniones S. Tho. 1. 2. q. 46. art. 4. Durandus in 3. sent. dist. 30. q. 3. & seq. Vinc. 3. p. lib. 1. dist. 12.

Durare an dicantur virtutes post hanc vitam. Quæst. XI.



VNDECIMO quæro utrum uirtutes morales maneant post hanc uitā? Resp. quod sic Sap. 1. dicit quod iustitia perpetua est, & immortalis S. Tho. 1. 2. q. 67. art. 1. dicens quod quāuis nō remaneant morales virtutes post hāc uitā, quo ad illa rū materiā; manebunt tamē in beatis quo ad illud, ꝙ in ipsis rōnis est, vnde non remanebit de iustitia

quantũ ad commutationes, & distributiones de fortitudine quantũ ad terribilia, & pericula, de temperantia quantũ ad concupiscentias prauas.

2 Secundo quæro vtrum, virtutes intellectuales maneant post hanc vitam? Respond. quod sic; quia firmior est cognitio vniuersalium, & necessario quàm particularium, & contingentium: Sed in homine remanet post hanc vitam cognitio particularium contingentium, puta eorum, quæ quis fecit, vel passus est; secundum illud Lucę 16. Recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Ergo multo magis remanet cognitio vniuersalium, & necessariorum, quę pertinet ad scientiã, & ad alias virtutes intellectuales S. Tho. 1.2. quæst. 67. art. 2. dicens, quòd virtutes intellectuales post hanc vitam in hominibus manent secundũ id quod est in ipsis formale, videlicet intelligibiles species in intellectu seruatas, non manent autem quo ad materiale, scilicet ipsa phantasmata, vnde dictum Apost. 1. ad Corin. 13. quod scientia destruetur, est intelligendum quantum ad id quod est materiale in scientia, & quantum ad modum intelligendi, quia scilicet, neque Phantasmata remanebunt destructo corpore. neque erit vsus scientię per conuersionem ad Phantasmata: Sanct. Thom. 1.2. quęst. 67. artic. 2. Tertio & vlt. quæro

3 an virtutes Theologicę maneant post hanc vitam? Resp. Primo, quod fides non manet à post 2. ad Cor. 5. quam diu sumus in corpore peregrinamur à Domino: per fidẽ enim ambulamus & non per speciem: Sed illi, qui sunt in gloria non peregrinatur à Domino, sed sunt ei pręsentes ergo fides non maneret post hanc vitam in gloria Sanctus Thom. 1.2. quęst. 67. artic. 3. dicens, cum fides sit, qua quis credit, quæ non videt, beatus autem id videat, quo beatificatur, impossibile simpliciter est, illam simul cùm beatitudine in eodem permanere subiecto. Nõ obst. Quod fides sit nobilior scientia, scientia autem remanet vt dictum est; nam Respond. quod illud procedit ex parte obiecti, nam eius obiectum est veritas prima, scientia tamen habet perfectiorem modum cognoscendi, qui non repugnat perfectioni beatitudinis, scilicet visioni, sicut repugnat ei modus fidei, non obst. quod fides sit fundamentum Paul. 1. Cor. 3. quo sublato tolluntur etiam virtutes, nam Resp. quod est fundamentum quantum ad id, quod habet de cognitione, & Ideo quamdiu perficietur cognitio erit perfectius fundamentum: quod idem dicendum est de virtute spei, quæ scilicet non manet post mortem Paul. Rom. 8. quod videt quis quid sperat, sed beati vident id quod est obiectum spei scilicet Deum; ergo non sperant. Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 67. artic. 4. ibi cum spes sit, qua id speramus quod non habemus, in patria verò omne quod sperauimus iam habeamus, impossibile est post hanc vitam in stato gloriæ spem permanere Sanctus Thom. d. loco, qui in artic. 5. dicit quod nihil spei remanet in gloria, fidei tamen secundum genus remanere aliquid potest, cognitio videlicet, non autem aliquid ad numerum, vel speciem eius attinens: non obst. quod beati sperent gloriam corporis Ecclesi. 24. qui edunt me ad huc esurient, & qui bibunt me adhuc sitiẽt, nam Resp. quod sicut non proprie dicitur aliquis sperare se habiturum aliquid, qui habet argentum quod statim in potestate eius est, vt emat, similiter illi qui habent gloriam animę non proprie dicuntur spe-

4 rare gloriam corporis, sed solum desiderare; Sed vtrum remaneat charitas post hanc uitam in gloria? Respond. quod sic Paulus. 1. Cor. 15. Charitas non quam excidit, Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 67. Art. 6. dicens quod quando imperfectio alicuius rei non est de ratione speciei ipsius, nihil prohibet, idem numero, quod prius fuit imperfectum postea perfectum esse: sicut homo per argumentum perficitur, & Albedo per intensionem, Charitas autem est Amor: de cuius ratione non est aliqua imperfectio. potest enim esse, & habiti & non habiti, & visi & non visi, quod non contingit in reliquis virtutibus Theologicis. nam quæ habentur non sperantur, & quæ videtur non creduntur per fidem, nam Augus. serm. 27. de verb. Apost. in princ. quid est fides? credere quod non uides & Paul. ad Hebr. 11. fides est substantia sperandarum rerum Arg. non apparentium vt dicam inferius suo loco. Charitas autem non euacuatur per gloriæ perfectionem, sed eadem numero manet Sanctus Thom. dict. loco Conc. Rayn. versic. virtus cap. 6. S. Ant. 4. par. tit. 1. cap. 7. Durand. 3. sent. dist. 38. quæst. 4. & seq. Vinc. 3. par. 1. tit. de virt. dist. 13.

Operatio virtutis quæ dicatur. Quæst. XII.

DVODECIMO Quæro qd operetur uirtus? Resp. quod inter alia virtus excludit tria, scilicet culpam;
1 Pœnam, & tristitiam. Primo virtus infusa excludit culpam, quia ipsa est cùm Charitate, quę est radix omnium, qua posita omnia peccata mortalia tolluntur, sicut vnum contrarium excludit alterum, quod ita non contingit de virtutibus acquisitis, quæ non excluduntur per vnicum actum peccati mortalis; quia necessario non includunt Charita-
2 tem; Secundo virtus excludit pœnam, nam licet antequam homo habeat virtutem, faciat sibi violẽtiam quandam ad operandum, sed post habitam, operationes sunt delectabiles. Tertio virtus excludit tristitiam, nam omnia virtuosus de sua virtute lętatur Rayn. vet. virtus cap. 1. versic. 3. S. Ant. 4. ti. 1. cap. 3. dicens quod virtutes operantur in nobis à malo exclusionem, In prælio triumphationem & in Cœlo præmiationem vnde Apost. ad Roma. 13. Induamur arma lucis, respectu primi dicuntur indumenta, respectu secundi arma, respectu tertij lucis: unde est non solum vtile sed etiam necessariũ virtutes acquirere, quod probatur rõne, anthoritate, & similitudine 1. ratione probatur duplici videlicet regulæ, & Pugnæ, ratione regulæ, Quatuor modis, primo in actione interiori & sic est prudentia,

deotia, quę est recta actio agibilium, quæ sunt in homine, secundo virtus respicit ordinem rationis in operatione exteriori, & sic est iustitia, tertio virtus respicit ordinem rationis in passione delectabili, est enim quędam passio.s.concupiscentia delectationem impellens ad aliquid contrarium rationi, & hãc moderetur temperãtia. Quartò virtus respicit bonum, seu ordinem rationis in passione horribili vel pœnali. Nam quædam est passio circa horribilia, & pœnalia. s. timor à bono rationis retrahens, & impediens, & ideo fortitudo erat necessaria, quæ passionem banc moderaretur S.Tho. 1.2.q.61. Art.2. Ratione pugnæ est etiam necessaria virtus, nam vbi est pugna vitiorum ibi dicitur necessaria virtus, & ibi debet esse victoria virtutũ, nam bonum vincit malum, quatuor autem sunt vitia, quibus in præsenti vita ab hoste prouocamur scilicet stultitia, iniquitas, timor & concupiscentia, & quatuor sunt virtutes, quibus cõtra prædicta vitia pugnamus, prudentia contra stultitiam, Iustitia contra iniquitatem, fortitudo contra timorem temperantia contra concupiscentiam similiter probatur auctoritate, quod virtus sit nobis vtilis, & necessaria: nam Sap. cap. 8. dicit labores illius magnas habent virtutes. Sobrietatem, & sapientiam docet & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus sobrietas, pro temperantia, sapientia, pro prudẽtia Iustitia, virtus pro fortitudine, ita exponit Hugo d. loco vltimo probatur similitudine & figura, quod virtus sit vtilis, & necessaria hominibus: Nam Exod. 20. dicitur quod Aaran habebat quatuor ordines lapĩdum & singuli ordines habebant tres lapides, quod exponens Greg. dicit quatuor ordines Gemmarum in pectore habet sacerdos, cum omne quod agitat debet esse prudentia circumspectum, fortitudine firmum, Iustitia rectum, temperantia à malis omnibus segregatum, sed ijdem ordines primo quatuor virtutes, babent tres Gemmas, cum prudentia, fortitudo, Iustitia, temperantia trinitatis fide, & operatione consistit: Rayn. ver. virtus cap. 4. Per totum cum igitur virtus sit homini vtilis & necessaria est omni laude dignissima, de cuius laudibus satis dixit Perald. 1. p. summæ tit. de virtutibus in principio per totum.

De virtutibus in specie Tit. II.



DICITVM est supra Titulo proximo de virtutibus in genere, quatenus scilicet pertinet in communi ad intellectuales, Morales Cardinales, & Theologicas: nunc sequitur videre de ipsis in specie, deinde in particulari de singulis dicemus.

1 Primo igitur quæro an habitus intellectuales speculatiui, sint virtutes? Respondeo quod habitus speculatiui, cum non perficiant partem appetitiuam, sed solam intellectiuam, non sunt virtutes, nisi quo facultatem bene operandi secundum habitum præstant, non autem quo bonum vsum S.Th. 1.2.q.57. Art.1. & sunt tres tantum habitus speculatiui, intellectuales, scilicet sapientia, quæ est de maximè cognoscibilibus ab homine, scientia, quæ est de diuersis cognoscibilium generibus ab homine per ratiocinium quomodocumque acceptis; & intellectus, qui est simplex, & certissima primorum principiorum notitia; S.Thom. 1.2.q.57. Art. 2. sed vtrum habitus intellectualis, qui est ars sit

2 virtus? Resp. quod Ars nihil aliud est, quàm recta ratio aliquorum operum faciendorum; quorum tamen bonum non consistit in eo quod appetitus humanus aliquo modo se habet, sed in eo quod ipsum opus, quod fit, in se bonum est, nõ enim pertinet ad laudem artificis, inquantum artifex est, qua voluntate opus faciat, sed quale sit opus, quod faciat. Sic igitur ars propriè loquendo, habitus operationis est, & tamen in aliquo conuenit cum habitibus speculatiuis, quia etiam ad ipsos habitus speculatiuos pertinet, qualiter se habeat res, quam cõsiderant, non autem qualiter se habeat appetitus humanus ad illas: dummodo enim verum Geometra demonstret, non refert qualiter se habeat secundum appetitiuam partem, vtrum sit lætus, vel iratus, & ideo eo modo ars habet rationem virtutis, sicut & habitus speculatiui, in quantũ scilicet, nec ars, nec habitus speculatiuus faciunt bonum opus quantum ad vsum, quod est proprium virtutis perficientis appetitum, sed solum quantum ad facultatem bene agendi, vnde cum sit habitus operationis qui se habet ad bonum secundum hoc dici potest virtus, non obst. quod aliquis quandoque male vtatur arte, virtute autem nullus malè vtitur nam Resp. quod cum aliquis habens artem operatur malum artificium, hoc non est opus artis, imò est contra artem, sicuti etiam cum aliquis sciens verum mentitur, hoc quod dicit, non est secundũ scientiam, sed contra scientiam, vnde sicut scientia se habet ad bonum semper, ita & ars, & secundum hoc dicitur virtus. Sanctus Thomas dicto loco Articulo tertio conc. 5. Aut. in 4. p. tit. 1. c. 1. §. quarto, & sequenti.

Distinctio virtutum Moralium, ab intellectualibus. Quæst. II.



SECVNDO quæro vtrum omnis virtus sit Moralis? Resp. quod nõ, Arist. 1. eth. in fine volu. 5. Dicentes de moribus nõ dicimus quoniam sapiens, vel intelligẽs, sed quoniam mitia, vel sobrius. sic igitur sapientia & intellectus non sunt morales, quæ tamen sunt virtutes, non ergò omnis virtus est moralis S. Thom. 1. 2. qõ. 58. Art. 1. dicens cum secundum vim appetitiuam inclinetur homo in bonum, non omnes virtutes morales sunt, sed illæ solæ, quæ in parte animæ appetitiua sunt, & distinguitur virtus moralis ab intellectuali Arist. 1. eth. ca. fi. in fine vol. 5. dicimus enim harum aliquas intellectuales, has morales, vnde vt intellectus diuersus est ab appetitu, ita morales virtutes ab intellectualibus di-

cernas

uerſas eſſe neceſſarium eſt S.Tho.d. loco Art.2.& ſufficienter diuiditur virtus per moralem, & intellectiuã, quia cum virtus humana ſit qua homo ad benè operandum perficitur, quæuis virtus humana eſt vel intellectualis, quę ad intellectum, vel moralis, quæ ad appetitum ſpectat, duo enim ſunt motiua in homine, ratio ſcilicet, & appetitos. Ariſt. 3. de Anima text. 48. vnde omnis virtus humana oportet quod ſit perfectiua alicuius iſtorum principiorum, ſi quidem ſit perfectiua intellectus ſpeculatiui, vel practici, ad bonum hominis actum, erit virtus intellectualis: ſi autem ſit perfectiua appetitiuæ partis, erit virtus moralis. Vndè relinquitur quod omnis virtus humana, vel eſt intellectualis, vel Moralis S.Thom.d.loco Art.3. Item quæro

2 vtrum Moralis virtus poſſit eſſe abſque intellectuali? Reſp.quod non Greg. 22.Moral.c.1.dicit, quod cæteræ virtutes, niſi ea, quæ appetunt prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſint, ſed prudẽtia eſt virtus intellectualis S.Thom. 1.2.q.57.Art. 4.ergo virtutes morales non poſſunt eſſe ſine intellectualibus, ratio eſt, quia moralis virtus eſt habitus electiuus 1.faciens bonam electionem, quæ ad hoc vt ſit bona duo requiruntur, primo vt ſit debita intentio finis, & hoc fit per virtutem moralem, quæ vim appetitiuam inclinat ad bonum conueniens rationi, quod eſt finis debitus. Secundo vt homo rectè accipiat ea, quæ ſunt ad finem, & hoc non poteſt eſſe niſi per rationem rectè conſiliantem, iudicantem, & præcipientem quod pertinet ad prudentiã, & ad virtutes ſibi annexas vnde virtus moralis abſque prudentia eſſe non poteſt, & per conſequens nec ſine intellectu; poteſt tamen virtus moralis ſine quibuſdam intellectualibus virtutibus eſſe, ſcilicet ſine ſapientia, & arte, non autem abſq; prudentia, & intellectu: ſed an intellectualis virtus quę prudentia eſt poſſit eſſe ſine morali? Reſpond. quod licet aliæ virtutes intellectuales ſine virtute morali eſſe poſſint, prudentia tamen pro vt eſt virtus intellectualis, abſque virtute morali eſſe non poteſt, ratio eſt, quia prudentia eſt recta ratio agibilium, non autem ſolum in vniuerſali, ſed etiam in particulari, in quibus ſint actiones circa quas verſatur virtus moralis S. Tho.1.2.q.58.Art.5.

Moralis virtus an Dicatur paſſio. Quæſt. III.



ERTIO quæro vtrum Moralis virtus dicatur paſſio? Reſpon. quod non, Ariſ.2. Eth.c. 5.ibi paſſiones neque virtutes ſont, neque malitiæ: ratio eſt

1 quia cum virtus moralis non ſit motus, ſed magis principiũ appetitiui motus, in bonum diri gens, impoſſibile eſt paſſionem eſſe, paſſiones enim ex ſe ipſis non habent rationem boni, vel mali, bonum autem eſt ſecundum rationem S. Thom.1.2. q.59.Art.1.virtus tamen moralis nõ excludit paſſiones, ſed poteſt eſſe cum eis Aug.14.de ciuit. Dei c.9.ibi ſi peruerſa eſt voluntas, peruerſos habebit hos motus, ſcilicet, paſſionũ, ſi autem recta eſt, nõ ſolũ inculpabiles, verũ etiã laudabiles erũt. Sed nullũ laudabile excluditur per virtutẽ moralẽ; virtus ergo moralis nõ excludit paſſiones, ſed põt eſſe cũ eis, nõ tamẽ poſſunt inordinatæ paſſiones cũ morali virtute in virtuoſo eſſe, ſed vt à rõne moderatæ, poſſunt, cum morali virtute eſſe. S.Tho.1.2.q.59.

3 art.2.ſed vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum triſtitia? Reſp.quod ſic, exemplo Chriſti qui fuit perfectus virtute, ſed in eo fuit triſtitia: dicit enim Math.c.26. triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, ergo triſtitia poteſt eſſe cum virtute S. Thom.d.loco art.3.dicens: cum ſecundum virtutem homo rationi conformetur, Triſtitia de his, quæ rationi repugnant, poteſt & debet cum virtute eſſe, ſed triſtari de his, quæ virtuti, & rationi conueniunt, impoſſibile eſt cum virtute eſſe, quia virtus in proprijs delectatur, de his autem, quæ quocumque modo repugnant uirtuti, uirtus moderatè triſtatur, Item

4 quæro vtrum omnis uirtus moralis ſit circa paſſiones? Reſp. quod uirtutum moralium aliquæ circa operationes uoluntatis ſont, nonnullæ circa operationes appetitus ſenſitiui, paſſiones ſcilicet, unde nõ omnis uirtus moralis ẽ circa paſſiones, ſed quædam circa paſſiones, quædam circa operationes S. Tho.d. loco ar.4.non obſt.quod in paſſiua non ſit triſtitia & nihilominus adſunt uirtutes, Reſ. quod in beatis nullum impedimentũ reperitur, ideo nõ eſt locus triſtitię, idem in Reſp.ad 1.ultimo quæro

5 utrum aliqua uirtus moralis, poſſit eſſe abſque paſſione? Reſp. quod non, nullus enim Iuſtus eſt qui non gaudeat Iuſta operatione, 1.Eth.c.8. ſed gaudium eſt paſſio, ergo Iuſtitia non poteſt eſſe abſque paſſione: multo minus aliæ uirtutes S.Thom.d.loco art.5.ubi dicit quod ſi paſſiones fuerit inordinatę affectiones, manifeſtum eſt quod uirtus perfecta eſt ſinè paſſionibus. Si uerò dicantur omnes motus appetitus ſenſitiui, ſic planum eſt, quod uirtutes Morales, quæ ſunt circa paſſiones, ſicut circa propriam materiam, ſine paſſionibus eſſe nõ poſſunt: unde uirtus paſſiones inordinatas ſuperat, moderatas autem producit, ſicuti paſſiones inordinatę inducunt ad peccandum, non autem ſi ſunt moderatę, non obſt.quod Deus operetur abſque paſſione, nos autem ſecundum uirtutem Deo cõformamur Aug.de moribus Eccl.c.6.uol.1.Reſp. quod bonũ in uno quoque conſideratur ſecundũ cõditionem ſuæ naturæ, in Deo autem, & Angelis non eſt appetitus ſenſitiuus ſicuti in homine, & ideò bona operatio Dei, & Angeli eſt omnino ſine paſſione, ſicut & ſine corpore, bona autem operatio hominis eſt cum paſſione, ſicut & cum corporis miniſterio hęc S. Tho.d.loco in Reſp.ad 3.

Morales virtutes quomodo ab inuicem diſtinguantur quæſt. IIII.



VARTO quęro, quomodo diſtinguantur ab inuicem uirtutes Morales? & Primo utrum una

1 tantum ſit uirtus Moralis? Reſp. quod non, ſed plures, quia unus habitus non poteſt eſſe in diuerſis potentijs S.Thom.1.2.q. 56.art.2.ſed ſubiectũ uirtu-

virtutum moralium, est pars appetitiua animæ, quæ per diuersas potentias distinguitur S. Thom. 1. p. q. 80. art. 2. ergo non potest esse vna tantum virtus moralis S. Thom. 1. 2. q. 60. artic. 1. dicens quod appetibilia secundum motionem rationis cõstituuntur in diuersis speciebus, secundum quod diuersimodè se habent ad rationem. vnde sequitur quod virtutes morales sint diuersę secundum speciem, & non vnam tantum, non obst. quod finis vltimum virtutis sit vnus, nempe fęlicitas, & moralia respiciant speciem à fine: nam Resp. quod Moralia non habeant speciem à fine vltimo, sed à finibus proximis; qui quidem & si infiniti sint numero, non tamen infiniti sunt specie S. Thom. d. loco ad 3. quæ virtutes sunt in duplici differentia; nam

2 aliæ versantur circa operationes vt est iustitia, aliæ circa passiones, vt temperantia, fortitudo, & mansuetudo Arist. 5. Eth. c. 4. S. Thom. 1. 2. q. 60. artic. 2. dicens, quod operatio, & passio dupliciter potest comparari ad virtutem. Vno modo sicut effectus, & hoc modo omnis moralis virtus habet aliquas operationes bonas, quarum est productiua, & delectationem aliquam, vel tristitiam quæ sunt passiones S. Thom. 1. 2. q. 59. art. 4. alio modo potest comparari operatio ad virtutem moralem sicut materia circa quam est, & secundũ hoc oportet alias esse virtutes morales circa operationes. & alias circa passiones sed in quibusdam virtus est principaliter circa operationem, in quibusdam autem circa passionem, circa tamen operationes non solum vna, sed plures esse dicuntur, secundum quod diuersificantur actiones, seu operationes, quæ varijs Iustitiæ operibus regulãtur: ad iustitiam enim pertinet vt quis debitum reddat. Vnde omnes huiusmodi virtutes, quæ sunt circa operationes, habẽt aliquo modo rationem Iustitiæ; sed debitum nõ est vnius rationis in omnibus, aliter enim debetur aliquid æquali, aliter superiori, aliter minori, aliter ex pacto, aliter ex beneficio suscepto; & secundum has diuersas rationes debiti, sumũtur diuersę virtutes: puta Religio erga Deum, pietas erga parentes, gratia per quam redditur debitum benefactoribus, & sic de alijs. Sanctus Thomas 1. 2. quæstio. sexagesima articulo tertio qui in articulo sequenti dicit, etiam circa diuersas passiones esse diuersas virtutes; Fortitudo enim est Circa timorem, & audaciam, Temperantia circa concupiscentias, Mansuetudo circa iras Arist. tertio, Eth. capitulo sexto, & quarto, Eth. capitulo quarto, vnde impossibile est vnam, & eandem virtutem moralem esse circa omnes passiones, quamuis circa passiones contrarias eandem contingat virtutem esse, vt est fortitudo inter timorem, & audaciam, & sic de alijs, cũ enim virtus, moralis in quadam medietate consistat medium in contrarijs passionibus secundum eandem rationem instituitur, sicut & in naturalibus, idem est medium inter contraria vt inter Album, & nigrum.

Morales virtutes an distinguantur secundum diuersa obiecta quæst. V.

1 QVINTO, quæro vtrum virtutes Morales distinguantur secundum diuersa obiecta? & in hac dicemus; quot sint virtutes morales: Res. quod plures sunt virtutes morales, quę circa passiones sunt distinctæ vel secundum diuersas materias, vel passiones, vel eorum obiecta diuersa Sanct. Thom. 1. 2. q. 60. art. 5. S. Ant. 4. p. tit. 1. c. 1. §. 6. vincentius 3. p. lib. 1. tit. de var. Dist. 4. & seq. Philiarcus Man. Sacer. tit. de Tertio. Sacerd. Mun. ver. quot sunt virtutes, ex quorum dictis colligitur hæc Cõ. Concl. nam virtus, vel est circa operationes dirigendas; vel circa passiones regulandas. circa operationes est Iustitia, quæ in actionibus hominum ad alterum in ratione debiti ordinat. Si vero est circa passiones regulandas, vel est circa passiones, quę habent aliquod obiectum pertinens ad ipsam corporalem hominis vitam, vel circa passiones, quæ habent obiectum respicens exteriora bona; vel circa passiones quæ habent obiectum pertinens ad exteriores actus. Obiecta respicientia corporalem vitam, duo sunt, Quædam enim sunt vitæ contraria, & ad mortem tendunt, de quibus est fortitudo quæ est virtus inter timiditatem, & audaciã? inter extrema vitia consistens, quædam tendunt ad vitæ conseruationem, de quibus est temperantia, quę quãtum ad venerea, & ad cibos medium ponit, vt intemperantia, & insensibilitas extrema vitia uitẽtur. Obiecta quoque passionum ad exteriora pertinẽtia sunt in duplici differẽtia, quædam enim sunt mala, & tristabilia, quibus homo prouocatur ad Iram, respectu quorum est mansuetudo, quæ circa itam medium ponit inter iracundiam, & in irascibilitatẽ, quædam sunt bona concupiscibilia, & hæc sunt diuitiæ, & honores, circa mediocres diuitias est liberalitas, quæ medium inter prodigalitatem, & illiberalitatem tenet: circa magnas diuitias est

2 uirtus, quæ magnificentia dicitur cuius extremum secundum superabundantiam dicitur aportalia, quasi sine experientia boni, aliud verò extremũ dicitur paruificus. circa honores magnos, est magnanimitas, quæ est uirtus ponens medium rationis in prosequẽdis, uel fugiendis magnis honoribus, & oppositum extremum secundum super abundantiam, in minus prosequendo magnos honores dicitur caumates, secundum defectum dicitur pusillanimitas. Circa honores mediocres est Philothimia à Philos, quod est amor, & thimos quod est debitus, quasi debitus Amor honoris, uitium autem secundum super abundantiam habet idem nomen, & dicitur Philotimia, sed ad differentiam quando est uitium, significat amorem honoris absolute: quando uero est uirtus, debitum amorem honoris, uitium secundum defectum uocatur à Philothimia, ab à quod est sine. At si uirtus sit circa passiones, quæ habent obiectum pertinens ad

actus

actus humanos exteriores, huiusmodi virtutes in hoc conueniunt quod sint circa verba, & facta in quibus homines communicāt; sed differunt, quia in verbis, & factis, duo considerantur, veritas scilicet, & delectatio; quatenus in eis est veritas, sumitur virtus, quæ & veritas appellatur, media inter iactantiam, & ironiam; quatenus vero in eis est de- 1
lectatio, duæ habetur virtutes, nam si delectatio sit de verbis, & factis serijs, est virtus, quam Aristoteles Amicitiam, & nos affabilitatem vocamus, & vitium extremum per superabundantiam est placiditas, quando non nisi delectatio quæritur, at si etiam propria vtilitas quæratur, est Adulatio; vitiū secundum defectum potest dici litigium, vel briga, quando quis non curat alios contristari. Quod si delectatio sit in iocis, & ludis decentibus, est virtus quæ ertropelia nuncupatur, quasi se bene ad omnia vertens, & vitiosus per superabundantia in ludis, & iocis, dicitur bomolochus, à bomus, quod est altare, & lochus quod est raptor, ad similitudinem milui, qui semper volabat circa Aras idolorū, in quibus animalia imolabantur, vt aliquid raperet; at ille, qui sic excedit in ludo, ut semper insistat ad hoc, quod verbum, vel factum alicuius in ludū vertat, dicitur maleuolus: vitiosus vero ex defectu agrotos. i. quasi agrestis & vitiū agrütumchia hac dicit philiatem d. loco S. Thom. 1. 2. q. 60. art. 5. vbi dicit, sic igitur patet quod sunt decem virtutes morales circa passiones, scilicet, fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, Magnanimitas, Philotimia, Mansuetudo; Amicitia, veritas, eutrapelia, & distinguūtur secundum diuersas materias, vel secundum diuersas passiones, vel secundum diuersa obiecta. Quod si addatur Iustitia. quæ est circa operationes, erunt vndecim: sed quæro an reperiantur aliæ virtutes Morales, quæ versentur tantum circa passiones quantum circa operationes?

3 Resp. quod sic, prout sunt illæ, quæ peccatis capitalibus opponuntur, prout opponitur humilitas superbiæ, liberalitas Auaritiæ, castitas luxuriæ, Dilectio Inuidiæ Abstinentia Gulæ, Patientia iræ, deuotio Accidiæ Canisius titulo de septem peccatis Capital. c. 2. dicam inferius de singulis suo loco in particulari.

Cardinalium virtutum qualitas, & numerus, differentia & distinctio. Quæst. VI.




SEXTO quæro quid dicendū de uirtutibus Cardinalibus, & Primo utrū uirtutes morales debeant dici Cardinales, uel principales? Res. qđ sic. Amb. sup hoc li. 5. scimus uirtutes esse quatuor Cardinales, s. Tēperantiam, Iustitiā; prudentiā fortitudinem; hæ autem sunt morales, ergo uirtutes morales sunt Cardinales, S. Thom. 1. 2. q. 61. artic. 1. dicens quod uirtutes, quæ continent appetitus, dicuntur principales, huiusmodi autem sunt uirtutes morales, & inter intellectuales sola prudentia, quæ etiam moralis est secundum materiam. S. Thom. 1. 2. q. 58. art. 3. ad 1. unde conuenienter inter uirtutes morales ponuntur illæ quæ dicuntur principales, seu Cardinales, non obst. quod uirtutes Theologicæ uideantur magis principales, quia sunt circa finem, morales autem circa ea, quæ sunt ad finem, nam Resp. quod cum similiter de uirtute loquamur intelligimur loqui de uirtute humana, uirtutes autem Theologicæ sunt supra hominem, S. Thom. 1. 2. q. 58. art. 3. ad 3. unde non proprie dicuntur uirtutes humanæ, sed super humanæ, uel diuinæ. Itē quæro quot dicātur esse uirtutes Cardinales? Resp. quatuor, uidelicet Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Tēperantia Mag. sent. lib. 3. dist. 33. in princ. ubi S. Bon. quæst. 4. & Durand. q. 9. & Thom. 1. 2. q. 61. art. 2. ex mente Greg. 2. Moral. cap. 36. dicens quod in quatuor uirtutibus tota bona ope- 2
ris structura consurgit & Aug. lib. 54. de temp. c. 9. dicit, Iustitia est in subueniendo miserijs, Prudentia in præcauendis insidijs, Fortitudo, in perferendis molestijs, Temperantia in coercendis delectationibus prauis. & Sap. 8. Sobrietatem, & prudētiam docet Iustitiam, & uirtutem. Sobrietatem uocat temperantiam, & uirtutem uocat fortitudinem conc. Philiarbus Mainz. Sacerd. Pag. 139. vinc. 3. p. lib. 1. tit. de uirt. distin. 7. S. Ant. 4. tit. 1. cap. 1. 5. 7. Ratio dicti numeri est; quia principium formale uirtutis, est rationis bonum, quod dupliciter considerari potest, uno modo secundum quod in ipsa consideratione rationis consistit, & sic erit una uirtus principalis, quæ dicitur Prudentia. Alio modo secundum quod circa aliquid ponitur rationis ordo, & hoc uel circa operationes, & sic est Iustitia, uel circa passiones, & sic necesse est esse duas uirtutes: ordinem enim rationis necesse est ponere circa passiones, considerata repugnantia ipsarum ad rationem; quæ quidem potest esse dupliciter, uno modo secundum quod passio impellit ad aliquid contrarium rationi, & sic necesse est quod passio reprimatur, & ab hoc denominatur temperantia. Alio modo, secundum quod passio retrahit ab eo quod ratio dictat, sicut timor periculorum, uel laborum; & sic necesse est, quod homo firmetur in eo quod est rationis, ne recedat, & ab hoc denominatur fortitudo. Similiter & secundum subiecta idem numerus inuenitur. Quadruplex enim inuenitur subiectum huius uirtutis, de qua nunc loquimur, scilicet rationale per essentiam, quod prudentia perficit, & rationale per participationem, quod diuiditur in tria, idest in uoluntatem, quæ est subiectum Iustitiæ, & in concupiscibilem, quæ est subiectum temperantiæ, & in irascibilem, quæ est subiectum fortitudinis, non obst. quod dentur aliæ uirtutes principales respectu quarundam; nam Resp. quod omnes aliæ uirtutes quarum una est principalior alia, reducuntur ad prædictas quatuor, & quantū ad subiectum & quantum ad rationes formales. Alia ratio sumitur quod quatuor sint uirtutes Cardinales, dicit glo. in 4. Gen. refert S. Bonau. in 4. distin. 33. q. 4. quod fluuius, qui egrediebatur de Paradiso, diuidebatur in quatuor capita, per quæ intelliguntur quatuor uirtutes Cardinales. Præterea tres sunt actus, qui necessariò concurrunt ad

uirtu-

virtutem scilicet scire, velle, & operari, scire est ipsius prudentiæ, velle est bonum ipsius Iustitiæ, operari est temperantiæ, & fortitudinis, temperantiæ in prosperis, & fortitudinis in aduersis, præterea quatuor vulnera fuerunt nobis per peccatum inflicta, videlicet, ignorantia, concupiscentia, infirmitas, & malitia, contra ignorantiam est Prudentia, contra concupiscentiam est temperantia, contra infirmitatem est virtus fortitudinis, contra malitiam est virtus Iustitiæ, præterea virtus aut negotiatur circa malum, aut circa bonum, primo casu aut est inuatum & sic est temperantia, aut illatum & est fortitudo. Si circa bonum aut ratione vtilis, & est prudentia, aut ratione honesti, & sic est Iustitia; præterea virtus aut ordinate ad proximum aut ad seipsum, si ad se ipsum aut in eligendis, & est prudentia, aut in repuendis, & est temperantia, si ad proximū, aut in reddendis, & est Iustitia, aut in sub stendis, & est fortitudo præterea virtus aut est Regulatiua actuum respectu sui, aut proximi, primo casu triplici modo secundum actum principalem triplicis virtutis, videlicet rationalis, circa quam est Prudentia, concupiscibilis, circa quam est temperantia & irascibilis circa quam consistit fortitudo. si verò ultrus ordinetur ad alterum est vna virtus, quæ quidem dicitur Iustitia, quia vna est ratio secundum quam ad alterum ordinat, videlicet ratio debiti. Et quia hæc ratio potest attendi secundum actum cuiuslibet potentiæ, hinc est quod Iustitia Cardinalis, Circuire dicitur omnes uirtutes, & tamen una est propter unam rationem ordinandi ad alterum S. Bonau. d. loco, aliæ rationes colliguntur ex sequentibus tribus quæstionum.

Cardinales virtutes an sint tantum quatuor vel plures? Quæst. VII.



SEPTIMO quæro, utrū aliæ virtutes magis debeant dici principales, quā istę quatuor Cardinales? Resp. quod non Cicer. 2. de inuent. circa mediū ad has quatuor omnes alias uirtutes reducit S. Thomas 1. 2. q. 61. art. 3. dicens prædictas quatuor uirtutes dupliciter considerari posse. Vno modo secundum Communes rationes formales & secundum hoc dicuntur principales, quasi generales ad omnes uirtutes, ut puta omnis uirtus, quę facit bonum in consideratione rationis, dicatur prudentia, & omnis uirtus, quæ facit bonum debiti, & recti in operationibus, dicatur iustitia, & omnis uirtus, quæ cohibet passiones, & deprimit, dicatur tēperantia, & omnis uirtus, quæ facit firmitatem animi contra quascumque passiones, dicatur fortitudo, & licet dicantur speciales virtutes contra alias diuisæ, dicūtur tamē principales, propter principalitatem materię. Prudentia quia præceptiua est; Iustitia quia est circa actiones debitas inter equales, temperantia quę reprimit concupiscentias delectationū tactus: fortitudo, quæ firmat contra pericula mortis Hęc S. Th. d. loco conc. vnic. 3. pa. lib. 1. tit. de virt. dist. 7.

Cardinales virtutes an differant ab Inuicem Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, vtrum quatuor virtutes Cardinales, differant ab inuicem? Respo. quod sic, Aug. li. 1. c. 15. de moribus eccl. dicit quod quadripartita dicit virtus, ex ipsius Amoris vario affectu, & subiungit de prædictis quatuor virtutibus, prædictæ igitur quatuor virtutes sunt ab inuicem distinctæ, secundum diuersam rationem obiectorum. non obst. quod dicit Greg. lib. 22. Moral. c. 1. prudentia vera non est, quæ Iusta, fortis, & temperans non est, nec perfecta temperantia, quæ fortis, Iusta, & prudens non est; Nec fortitudo integra, quę prudens temperans, & Iusta non est; nec vera Iustitia, quę prudens, & fortis, & temperans non est, quod nō contigeret si prędictę quatuor virtutes essent ab Inuicem Inter se distinctæ, diuersę enim species eiusdem generis non denominant se Inuicem; nam Resp. quod istę quatuor virtutes dē nominantur ab Inuicem per redundantiam quandam. vnaquæque enim redundat in alias ea ratione, quod qui potest quod est difficilius, potest & id quod est minus difficile S. Thom. dicto loco in Resp. ad 1.

Cardinales virtutes aliæ politicæ aliæ purgatoriæ Alię purgati animi, Aliæ exemplares dicuntur Quæst. IX.



NONO quęro, vtrum Cardinales virtutes conuenienter diuidantur in uirtutes politicas, Purgatorias, purgati animi, & exemplares? Respond. quod sic. Macrob. lib. 1. fol. 2. in somnio Scipionis dicit, Plotinus inter philosophię professores cum Platone Princeps, quatuor sunt inquit, quaternarum genera virtutum, ex his primę Politicę vocantur, Secundę purgatorię, tertię autem purgati animi, quartę exemplares S. Tom. 1. 2. q. 61. art. 5. & in 3. sent. dist. 33. q. 1. art. 4. ad 2. & dist. 34. q. 1. artic. 1. Arg. 6. dicens ex mente Aug. lib. de Mor. eccl. c. 6. oportet quod anima aliquid se quatur ad hoc, quod ei possit virtus innasci, & hoc Deus est, quē si sequimur bene uiuimus: patet igitur, quod exemplar humanę virtutis in Deo pręexistat, sicut & in eo pręexist ūt omnium rerum rationes. Sic igitur virtus potest considerari, vel pro vt est exempl ariter in Deo, & sic dicuntur virtutes exemplares, ita scilicet quod ipsa diuina mens in Deo dicatur prudentia; Temperantia vero conuersio diuinę intensionis ad se ipsum, sicut in nobis temperantia dicitur per hoc, quod concupiscibilis conformatur rationi, fortitudo autem Dei est eius immu-

immortabilitas, iustitia verò Dei est obseruatio legis æternæ, in suis operibus, & quia homo secundum suam naturam est animal Politicum, virtutes huiusmodi pro vt in homine existunt, secundum conditionem suæ naturæ, politicæ vocantur, pro vt scilicet homo secundum has virtutes rectè se habet in rebus humanis gerendis, sed quia ad hominem pertinet, vt etiam ad diuina se trahat, quantum potest, Math. c.5. estote perfecti, sicut, & pater vester cælestis perfectus est, necesse est ponere quasdã virtutes medias inter peliticas, quæ sunt virtutes humanæ, & exemplares, quæ sunt virtutes diuinæ; quæ quidem virtutes distinguuntur secundum diuersitatem motus, & termini, ita scilicet, quod quædam sunt uirtutes transeuntium, & in diuinam similitudinem tendentium, & hæ vocantur virtutes purgatoriæ, ita scilicet, quod prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat, omnemque animæ cogitationem, in diuina sola dirigat; temperãtia vero relinquat inquantum natura patitur, quæ corporis vsus requirit: fortitudinis autem est, vt anima non terreatur propter excessum à corpore, & accessum ad superna: Iustitia verò est, vt tota anima consentiat ad huiusmodi propoliti viam, quædam verò sunt virtutes iam assequentium diuinam similitudinem, quæ vocantur virtutes purgati animi, ita scilicet, quod prudẽtia sola diuina intueatur, temperantia terrenas cupiditates nesciat, fortitudo passiones ignoret, iustitia cum diuina mente perpetuo fædere societur, eam scilicet imitando, quas quidem virtutes dicimus esse beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. Hæc S. Thom. 1. 2. q. 61. art. 5: Vinc. 3.p. lib. 1. tit. de virt. distinct. 7. in fine. Philiaren. Man. Sacerd. Tit. de Tertio Sac. Mun. §. quatuor.

Cardinales virtutes an sint ex dono Dei, vel ex assuetudine. Quæst. X.

10 DECIMO quero, vtrum virtutes Cardinales sint ex dono Dei vel ex assuetudine? Resp. quod virtutes Cardinales, & ab assuefactione sunt, & à Dei munere, vt policitæ ab assuefactione, vt gratuitæ à Dei munere S. Bonau. in 3. sent. Distinct. 33. quæst. 5. Dicens, quod virtutes Cardinales vno modo dicuntur virtutes, quia habilitant ad opera moralia, & huiusmodi dicuntur virtutes politicæ trahentes originem à natura, & completiuæ sunt ab operum frequentia, sed ab assuefactione. Alio modo dicuntur virtutes, non solum quia habilitãt ad huiusmodi opera, sed etiam, quia eleuant ad opera meritoria, tunc non habent ortum ab assuefactione, sed à diuino munere non à natura, sed à gratia, secundum quas intendit Theologus, hæc S. Bonau. d. loco.

Theologicæ Virtutes, an dentur. Quæst. XI.

11 VNDECIMO quæro, vtrũ sint aliquæ virtutes Theologicæ? Resp. quod sic, quia præcepta legis sunt de actibus virtutum; sed de actibus, fidei, spei, & Claritatis dantur præcepta in lege diuina, dicitur enim eccl. 2 qui timetis Deum credite illi, Item sperate in illum, Item diligite illum ergo fides, spes, & Charitas, sunt virtutes in Deum ordinantes, sunt ergo Theologicæ S. Tho. 1. 2. q. 62. Art. 1. dicens, quod præter morales virtutes, quibus homo iuuari potest ad naturalem finem consequendum, sunt aliæ virtutes hominis necessario infusæ, ad super naturalem finem consequendum, quę Theologicę sunt appellatę tum quia habent Deum pro obiecto in quantum per eas rectè ordinamur in Deum, quia à solo Deo nobis infunduntur, tum quia sola diuina reuelatione in sacra scriptura huiusmodi virtutes traduntur, & distinguuntur ab intellectualibus, & moralibus, nam quod est supra naturam hominis, distinguitur ab eo, quod est secundum naturam hominis; sed virtutes Theologicæ, sunt super naturam hominis, cui secundum naturam conueniunt virtutes intellectuales, & morales, ergo distinguuntur ab inuicem. S. Thom. 1. 2. q. 62. art. 2.

Theologicę virtutes quot esse dicantur, & quæ sit prior inter ipsas. Quæst. XII.

12 DVODECIMO & vlt. quæro, quot esse dicantur virtutes Theologicæ, & quæ sit prior inter ipsas? Resp. ad primum esse tres Paul. 1. ad Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, Charitas, tria hæc. S. Tho. 1. 2. q. 62. art. 3. dicẽs, quod homo sicuti per naturalem inclinationem ordinatur in finem sibi connaturalem, primò secundũ rationem, vel intellectum, in quantum continet prima principia vniuersalia cognita nobis per naturale lumen intellectus, ex quibus procedit ratio tam in speculandis quàm in agendis. Secùndo per rectitudinem voluntatis, naturaliter tendentis in bonum rationis, sed hæc duo deficiunt ab ordine beatitudinis supernaturalis 1. Cor. 2. oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, & his duobus modis procedũt virtutes intellectuales, & morales, virtutes autem Theologicæ hoc modo ordinant hominem ad beatitudinem supernaturalem; nam quantum ad intellectum adoluntur homini quædam principia supernaturalia, quæ diuino lumine capiuntur, & hæc sunt credibilia, de quibus est fides, quantum ad voluntatem, quæ ordinatur

dinatur

dinantur in illum finem, & quantum ad motum intentionis in ipſum tendentem, ſicut in id quod eſt poſſibile conſequi, pertinet ad ſpem, & quantũ ad unionem quandam ſpiritualem, per quã quodãmodo transformatur in illum finem, fit per Charitatem; appetitus enim vniuſcuiuſque rei naturaliter mouetur & tendit in finem ſibi cõnaturalem, & iſte motus prouenit ex quadam cõformitate rei ad ſuum finem: nõn obſt. quod fides, & ſpes imperfectionem quandam importent, quia fides eſt de his, quæ non uidentur, ſpes autem de his, quæ non habentur. unde habere fidem, & ſpem de his, quæ ſubduntur humanæ poteſtati deficit à ratione virtutis, nam Reſpond. quòd habere fidem & ſpem, de his; quę ſunt ſupra facultatem naturæ humanę, excedit omnem uirtutem homini proportionatam, ſecundum illud Pauli 1. Cor. 1. quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus, ideò poni poſſunt & debent inter uirtutes Theologicas, quarũ prima eſt fides, ſecunda autẽ ſpes, vltima uerò Charitas, S. Tho. 1. 2. q. 65. art. 4. dicens quod non poteſt in aliquid motus appetitiuus tendere, vel ſperãdo, vel amando, niſi quod eſt apprehenſum, ſenſu, aut intellectu, per fidem autem apprehendit intellectus ea, quæ ſperat, & amat. vnde oportet quod ordine generationis, fides præcedat ſpem & Charitatem. Similiter autem ex hoc homo aliquid amat, quod apprehendit illud ut bonum ſuum; per hoc autem quod homo ab aliquo ſperat ſe bonum conſequi poſſe, reputat ipſum, in quo ſpẽ habet quoddam bonum ſuum; vnde ex hoc ipſo quòd homo ſperat de aliquo, procedit ad amãdum ipſum, & ſic ordine generationis ſecundũ actus, ſpes præcedit Charitatem, ordine uerò perfectionis Charitas præcedit fidem, & ſpem; eo quod tam fides, quam ſpes per Charitatem formatur & perfectionem uirtutis acquirit. ſic enim Charitas eſt mater omnium virtutum, & radix, inquantum eſt virtutum omnium forma; unde & ſi ordine perfectionis Charitas ipſa prior ſit ſpe, & fide, ordine tamen generationis fides ſpem, ſpes Charitatem, præcedere dicitur Sanctus Tho. d. loco Vinc. 3. p. lib. 1. tit. de virt. diſt. 8. Sanctus Ant. 4. p. tit. 1. c. 1. §. 9. Phil. Man. Sac. tit. de Tertio Sacerd. Mun. §. ſunt quidem. Sanctus Thom. in 3. ſent. diſt. 23. q. 2. artic. 3.

Circa virtutes Theologicas, Primo erit conſiderandum de Fide; Secundo de Spe, Tertio de Charitate.

Circa Fidem triplex conſideratio occurrit, Primo de ipſa Fide, Secundo de præceptis pertinentibus ad illam: Tertio de donis intellectus & ſcientiæ ſibi correſpondentibus.

DE FIDE TIT. III.


Definitio Fidei. Quæſt. I.

1 

DICTVM eſt ſupra in proximis præcedentibus tit. de virtutibus in genere, & in ſpecie, ſequitur modo uidere de ſingulis uirtutibus in particulari, & primo quæro, quid ſit fides? Reſpond. fides eſt ſubſtantia ſperãdarum rerũ, argumentum non apparentium Paulus ad Hebreos cap. 11. Direct. Inquiſit. par. 2, tit. de fide Cath. quæſt. 1. Mag. ſent. in 3. diſt. 23. L. G. §. an. n. Doct. cap. firmiter, de ſumma trinit. & fide Cath. S. Th. 2. 2. q. 4. ar. 1. & in 1. par. ar. 2. q. 46. S. Bonau. in 3. ſent. diſt. 23. art. 1. q. 5. Sanctus Anto. 4. par. ti. 8. cap. 2. in prin. tab. uer. fides un. 2. Perald. 1. par. tit. de fide cap. 2. col. 2. Ray n. ver. fides cap. 1. Viguer. titu. de fide cap. 10. §. 1. Philaré. titu. de virt. in partic. §. 5. Aſtenſ. lib. 2. tit. de fide artic. 1. Angel. uer. fides num. 2. Dicitur autem ſubſtantia, hoc eſt inchoatio prima. Nam ſubſtantia ſolet dici prima inchoatio cuiuſlibet rei; & maximè quandò tota res ſequens continetur in primo principio, in uirtute, per quem modum prima principia in demonſtratione ſunt ſubſtantia ſcientię, & ſic dicitur fides ſubſtantia, hoc eſt inchoatio prima. Dicitur præterea ſperandarum rerum, hoc eſt rerum futurarum deſideratarum. Nam prima inchoatio, & principium rerum ſperandarum, in nobis eſt per fidei aſſenſum, quæ virtute continet omnes res ſperandas; in hoc enim ſperamus beatificari, quod aperta uiſione in ueritate uidebimus ea, quibus per fidem nunc adhęremus; dicitur quoque in definitione argumentum, hoc eſt inductiuum ad alicui firmiter adhærendum. Nam per argumentum intellectus inducitur ad alicui uero adhærendum; vnde ipſa firma adhęſio intellectus ad fidei ueritatem, hic dicitur argumentum; dicitur vlterius non apparentium, hoc eſt inuiſorum, & indemonſtrabilium, Nam articuli fidei ſunt inuiſi, & indemonſtrabiles, quia nec uidemus ad ſenſum, nec intelligere, nec inueſtigare valemus per demonſtrationẽ cogentem mentem, & neceſſarium argumentum; ſed tantum per diuinum dictum mentis oculis intuemur; Patet etiam bona, dicta definitio: nam per hoc quod dicitur ſubſtantia, diſtinguitur à ſpe, & charitate, quantum nulla eſt inchoatio, quia fides eſt virtutum fundamentum primum, & ſubſtantia, quod non eſt ſpes, nec alia uirtus, Item per hoc quod dicitur ſperandarum rerum, diſtinguitur uirtus fidei, à fide communiter ſumpta, quę ad beatitudinem ſperandarum non ordinatur, ut dicam in ſeq. quæſt. Præterea per hoc quod dicitur argumentum, diſtinguitur fides ab opinione, ſuſpicione, & dubitatione, per quas non eſt aliquid firma adheſio intellectus. ulterius per hoc quod dicitur non appa-

apparentium, distinguitur fides à scientia, & intellectu, per quæ aliquid fit apparens, ex quibus apparet optimam esse Apostoli definitionem fidei vt docet Directorium Inquisitorum d. p. 1. tit. de fide q. 1. per totam.

Fides quot modis dicatur Quæst. II.



SECVNDO quæro, quot modis dicatur fides? Resp. multis modis: primo sacramentum Baptismi c. debitum de Baptismo ca. de Iudæis 45. distin. Secundo castitas Thori. c. coniuges 27. q. 1. c. caue 28. q. 1. c. quemadmodũ, de iure Iurãdo. Tria enim sunt bona Matrimonij, fides scilicet, proles, & sacramentum c. fin. de cond. appos. cap. omne 27. q. 2. Tertio fides dicitur securitas, pactũ quod etiam hosti seruandum est cap. noli 23. q. 1. quarto quandoque fides dicitur cõscientia c. literas §. nos autem de Resti. spol. c. quoniam, de præscr. quod enim non est ex fide i. ex conscientia, peccatum est Paul. Rom. 14. c. quærat §. Item, de consecr. dist. 3. quinto dicitur fides i. credulitas secundum quam credimus id quod nõ videmus, fides enim est de re non visa c. in domo de pœnit. dist. 4. vnde dicitur fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sexto dicitur fides æquitas in actionibus considerata §. actionum inst. de Action. glo. Rubr. extra de summa Trin. & fide Cath. Direct. Inquisitorum p. 1. pag. 15. Septimo dicitur virtus Theologica, de qua in præsenti sermo est Sanct. Anton. 4. p. tit. 8. capitul. 1. in princ. Perald. 1. parte tit. de fide c. 2. Viguer. tit. de fide cap. 10. Sylu. ver. fides nu. 1.

Fides quid differat ab opinione, suspicione, & dubitatione. Quæst. III.



TERTIO quæro, quid differant inter se, fides, opinio, suspicio, & dubitatio Resp. quod differunt, quia per hæc tria intellectus non firmiter inhæret alicui, nam per dubitationem non magis tendit ad vnam partem, quam ad alteram. Per opinionem, etsi declinet fortiter ad vnã partem, tamen cum formidine de opposita, per suspitionem autem leuiter declinat ad vnam partem, per fidem autem firmiter inhæret credentibus sine hæsitatione S. Ant. 4. p. tit. 8. c. 2. §. 1.

Fides quotuplex sit Quæst. IIII.



QVARTO quæro quotuplex sit fides? Respõ. duplex, vna est formata quam habent boni, Alia est informis, quam habent mali, prima est formata charitate, alia autem caret forma charitatis. directorium Inquisitorum parte. 1. pag. decimaquinta col. secunda prima dicitur viua, alia vero dicitur mortua, Iacob. 2. fides sine operibus mortua est S. Thom. 2. 2. q. 4. art. 4. Rayn. versic. fides capitul. 14. & seq. fides viua est, quæ potens est elicere debitas operationes, quæ scilicet per Charitatem operatur Paul. ad Gal. c. 5. fides vero mortua est, quæ impotens est ad debitas operationes Iac. 2. si fides non habet opera, mortua est in semetipsa Perald. 1. p. tit. de fide cap. 29. Viguer. tit. de virt. fidei capitulo 10. §. 6.

Fides an sit virtus Quæst. V.



QVINTO quæro vtrum fides sit virtus. Resp. quod sic, homo enim per virtutes Iustificatur, sed per fidem homo Iustificatur Paul. ad Rom. 5. ibi Iustificati ergo ex fide, pacem habemus. non obs. quod fides informis sit eiusdem speciei cum fide formata, nam Resp. quod licet non differant specie, differunt autem sicuti perfectum, & imperfectum in eadem specie, vnde cum fides informis sit imperfecta, non pertingit ad perfectam rationem virtutis, nam etsi habeat perfectionem debitã actus fidei informis ex parte intellectus, non tamen habet perfectionem debitam ex parte voluntatis. Sicuti si temperãtia esset in cõcupiscibili, & prudentia non esset in rationali, temperantia non esset virtus: nam ad actum temperantiæ requiritur actus rationis, & actus concupiscentiæ, sicuti ad actum fidei requiritur actus volũtatis, & actus Intellectus. non obst. quod virtus dicatur gratia gratis data, & ponatur inter fructus qui distinguũtur à virtutib. Paul. ad corinth. 12. & ad Galat. 5. nam Resp. quod ibi ponitur fides pro aliqua fidei Excellentia, sicuti pro constantia fidei, vel pro sermone fidei. Fides etiam ponitur fructus secundum quod habet aliquam delectationem in suo actu, ratione certitudinis. vnde ad Galat. 5. vbi enumerantur fructus, exponitur fides de inuisibilibus certitudo S. Thom. 2. 2. q. 4. art. 5. Ad 3. & ad 4. Arg. non obst. quod demones credant, & contremiscant Iac. 2. & absurdũ videtur dicere quod Demon habeat virtutem cum habeat fidem, nam Resp. quod isthæc virtus pro vt est habitus virtuosus, & voluntarius, non est in demonibus, est tamen in eis pro vt virtus est, & gratuita S. Bon. 3. sent. dist. 23. q. 3. Alex. de Ales 3. p. q. 54. art. 7. dicens cum in Demonibus veritatis cognitio sit, absque Amore, proculdubio fides informis in eis asserenda est esse: est igitur fides formata virtus, & est vna virtus Pa. ad Eph. 4. vnus Dominus, vna fides, & hoc respectu obiecti formalis, quod est veritas prima, cui etiam inhærendo credimus quæcunq; sub fide continentur. Ex parte verò subiecti fides diuersificatur secundũ quod est diuersorum, vndè si fides sumatur pro habitu, quo credimus, fides, est vna species & differens numero in diuersis, si vero sumatur pro eo, quod creditur, sic etiam est vna fides, quia idem est, quod ab omnibus creditur, etsi sint diuersa credibilia, quæ

Cam-

communiter omnes credunt, tamen omnia reducũtur ad unum, non obst. quod fides sit communis omnibus fidelibus Christi, & unum accidens non potest esse in diversis subiectis, ergò non potest esse una fides omnium, nam Resp. quod illa ratio, procedit ex diversitate fidei, secundum numerum S.Thom.d.loco arti.6.& in Resp.ad 3.& non solũ est una virtus tantum, sed est prima inter omnes virtutes, fides enim est substantia sperandarum rerum, vt dixi supra quæst. 1.huius tit. sed substantia habet rationem primi, vt ibi dixi, ergò fides est prima inter omnes virtutes, quamuis nullæ virtutes, vt fortitudo, & humilitas per accidens ipsam fidẽ præcedere dicãtur, tanquam dispositiones ad illã, & in quantum remouent impedimentum credendi, sicuti fortitudo remouet inordinatum timorem impedientem fidem, humilitas autem superbiam, per quam intellectus recusat se submittere veritati fidei, ipsa tamen fides prima virtutum omnium simpliciter est. Sanctus Thomas secunda, secundæ quæst.4.art.7.conc.idem 1.2.q.6.art.6.& in 3.dist. 23.q.2.art.5.S.Bonau.3.dist.23.arti.1.q.1.& 3.& 4. Durand.d.loco q.6.

Obiectum fidei quid sit. Quæst. VI.




SEXTO quæro, quid sit obiectũ fidei? Respo. obiectum fidei esse veritatem primam. Dion.ca.7. de Diuinis nominibus dicit, quod fides est circa simplicem, & semper existentem veritatem, Hæc autẽ est veritas prima, ergo obiectum fidei est ueritas prima. Sanctus Thomas secunda, secundæ quæst. 1.art.1.dicens, cum nihil sub fide cadat, nisi in ordine ad Deum, veritas prima eius formale obiectũ est, cuius ratione, bis, quæ fidei sunt assentimus. nõ obst. quod proponantur nobis credenda non solum quæ pertinent ad Diuinitatem, quæ est ueritas prima, sed etiam quæ pertinent ad humanitatẽ Christi, & ecclesiæ sacramenta, & creaturarum cõditionem, nam Resp. quod etiam hæc cadunt sub fide, in quantum per hæc ordinamur ad Deum, & eis etiam assentimus propter diuinam veritatem S. Thom.in Resp.ad 1.d.loco conc.S. Bona.in 3.dist. 24.art.1.quæstio.2. Sanctus Anto.4.parte tit. de fide tit.8.capitulo quarto, Vincent.3.part.li.1.dist. 14.arti.primo.Rayn.versi.fides, capitulo decimo. Viguer.titul.de fide, capitulo decimo §.3.Astensis lib.secundo titu. de fide artic.2. Durandus.3.sent. distinct.24. quæstio.1. Directorium Inquisitorum 1.part.tit. de fide Catholica, quæstio.3, nume.1.ibi obiectum fidei est illud, per quod homo beatus efficitur, per accidens autem, vel secundario se habent ad obiectum fidei, omnia illa quæ in scriptura Dei diuinitus tradita continentur: cum igitur obiectum fidei sit ueritas prima, ei nullo modo potest subesse falsum, nulla enim virtus perficiens intellectum se habet ad falsum, secundum quod est malum intellectus. Aristot. 6. Eth. capitulo secundo, sed fides est quædam uirtus perficiens intellectum ergò fidei non potest, subesse falsum, Sanctus Thomas secunda, secundę, quæstio.1.articu.tertio & credendum est explicite quod fidei non possit subesse falsum. Direct.Inquis.par.1.tit. de fide Catho.quæstio.8.conc. Sanctus Bonau.3. sent. distin. 24.art.1.quæst.1. Vincentius 3.part.lib.1.dist. 14. articu.3.Durand.3.sent.dist.24.quæst 2. Item not. quod obiectum fidei capitur dupliciter, uno modo ex parte ipsius rei creditæ, & tunc dicitur aliquid incomplexum, scilicet res ipsa, de qua fides habetur. Alio modo ex parte credentis, & secundum hoc obiectum fidei est aliquid complexum, per modum enunciabilis, nam fides est media inter scientiam, & opinionem. Medium autem, & extrema sunt eiusdem generis. Cùm ergo scientia, & opinio, sint circa enunciabilia, videtur quod similiter uirtus fidei, sit circa enunciabilia, & ita obiectum fidei cum sit circa enuntiabilia, est aliquid complexum. Sanctus Thomas secunda, secundæ quæst.1.artic.secundo S.Bonau. 3.sent.distinc. 24.art.1.quæstio.3. Vincent.3.par.lib.1. distin.14. articulo secundo. Item quemadmodum fidei, non potest, subesse falsum, ita nec ei potest, aliquid sub esse visum; est enim fides argumentum non apparentiũ dixi supra quæstio. 1. huius titul. non obst. quod Thomas quia uidit credidit. Iohan.ca. 20. nã Respondetur Thomas aliud vidit aliud credidit, hominem vidit, & Deum credens confessus est, cum dixit, Dominus meus, & Deus meus. Sanctus Thomas secunda, secundæ, quæst.1.artic.3.S.Bonau.3.dist.24.art.2.quæstio.1. Vincentius 3.par.li. 1.distinct.14.art.4.Vig.tit.de fide capit.10.§.4. vnde quæ communiter, & simpliciter sub fide continentur, non sunt etiam scita, quemadmodum nec etiam visa: vnde Gregor. Homil. 26.in Euang. dicit quod apparentia non habent fidẽm, sed agnitionẽ: Ea ergo de quibus est fides, agnitionem non habent, sed ea quæ sunt scita, agnitionem habent: ergo de his, quæ sunt scita non potest esse fides, potest tamen contingere vt id quod est uisum, vel scitum ab uno homine, etiam in statu uitæ, sit ab alio creditũ, qui hoc non uidit, & hoc demonstratiue non nouit. Id tamen quod communiter omnibus proponitur hominibus, vt credendum, est communiter non scitum, & ista sunt, quæ simpliciter fidei subsunt, & ideo fides & scientia non sunt de eodem non obst. quod demonstratiuè probetur à Philosophis Deum esse, & Deum esse vnum, & alia huiusmodi, & quæ demonstratiuè probantur sunt scita, nam Respondetur quod hoc procedit ut talia inter credẽda numerentur, non quia de ipsis sit fides apud omnes, sed quia præexiguntur ad ea quę sunt fidei, & oportet ea saltem per fidẽ præsupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habẽt Sanctus Thomas secunda, secundę, quæstio. prima articulo quinto in Responsione ad 3. Sanctus Bonauen. 3. sent. distinct. 24. articulo secundo quæst. tertia. Vincentius 3.part. lib. primo, distinct. decimaquarta articulo quinto. Item not. quod quamuis fides & scientia, non sint de eodem, fides tamen est certior scientia. Paul. 2. Thessal. cum accepissetis à nobis auditus, scilicet per fidẽ, accepistis,

 id

id non vt verbum hominum, sed sicut verè est verbum Dei; sed nihil certius verbo Dei, ergo fides est certior cæteris virtutibus intellectualibus. Sanctus Thom. 2.2.q.4.artic. 8. Dicens quod quamuis sapientia, scientia, & intellectus quo ad nos certiores sint ipsa fide, secundum se tamen, cum fides primæ innitatur uirtuti, ea est omnium virtutum intellectualium certissima. Sanctus Thom. dicto loco. Durandus 3.distin. 23.quæst. 7. Viguer. tit. de fide cap. 10.§.primo versic.quinto. Fides quoque de eodem esse potest, de quo opinio; sed quæ assensio ex probabilibus rationibus derelicta dicitur. S.Bonau. 3.dist. 24.art. 2.q. 2.

Fides an sit in intellectu sicuti in subiecto. Quæst. VII.



SEPTIMO quero, utrum fides sit in intellectu sicut in subiecto? Respond. quod sic, quia fidei succedit visio patriæ Paulus Cor. 13. videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, sed visio est in intellectu, ergo, & fides. Sanctus Thom. 2.2.quæst.4. art. 2. dicens quod credere est immediatè actus intellectus, quia obiectum huius actus est verum, quod propriè pertinet ad intellectum, & ideo necesse est, quod fides quæ est proprium principium huius actus, sit in intellectu, sicut in subiecto.

Fidem qui dicantur habere. Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, qui dicantur habere fidem? Et primo, vtrum Angelus aut homo in prima sui conditione habuerit fidem? Respond. quod sic Quia Apost. ad Hebr. 11. dicit accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & inquiruntibus se remunerator sit. sed Angelus, & homo in sui prima conditione erant in statu accedendi ad Deum. Ergo fide indigebant. Sanctus Thom. 2.2.quæst.5.artic.1. dicens cum Angelus ante confirmationem, & homo antè peccatum eam beatitudinem non habuerint, qua Deus per essentiam videtur, necessarium fuit, quanquam in Dei gratia essent, illos fidem habuisse; Secundo quæro vtrum Dęmones habeant fidem? Respond. quod sic. Iacob. 2. Dęmones credunt & contremiscunt. Sanctus Thom. secunda secundæ, quæst. 5. artic. 2. dicens quanquam in dæmonibus ea fides non sit, quę ex imperio voluntatis à Deo mota est, tendentis in bonum, est tamen in illis fides aliqua coacta, qua euidentiæ signorũ diuinæ coguntur inniti authoritati, non obst. quod fides sit donum diuinæ gratiæ, vt dicam inferius, Dęmones autem dona gratuita amiserunt per peccatum, nam Respond. quod fides, quæ est in Dęmonibus, non est donum gratiæ, sed magis coguntur ad credendum ex perspicacitate naturalis intellectus, & ex signorum euidentia, ideo non pertinet ad laudem voluntatis ipsorum S. Thom. d. loco in Resp. ad. 1. & 3. Arg. Tertio quæro, utrum qui discredit vnum articulum fidei possit habere fidem informem, de alijs articulis? Resp. quod non, quia sicut peccatum mortale contrariatur charitati, ita discredere vnum articulum contrariatur fidei; sed charitas non remanet in homine post vnum peccatum mortale; Ergo neque fides, postquam discredit vnum articulum fidei S. Tho. 2.2.q. 5. art. 3. dicens quod in hæretico discredente vnum articulum fidei, non manet fides, neq̃ ſe formata, neque informis, cuius ratio est, quia species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti, qua sublata, species habitus remanere non potest. Formale autem obiectum fidei, est veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris, & Doctrina Ecclesiæ, quæ procedit ex veritate prima. vnde quicunque non inhæret sicut infallibili, & diuinæ Regulę doctrinę Ecclesię, quæ procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata, ille non habet habitum fidei; sed ea quæ sunt fidei alio modo tenet, quam per fidem; sicut si aliquis tenet mente aliquam conclusionem, non cognoscens medium illius demonstrationis, manifestum est, quod non habet eius scientiam, sed opinionem solum. Manifestum est autem quod ille, qui inhæret doctrinæ Ecclesiæ, tanquam infallibili regulæ, omnibus assentit, quæ Ecclesia docet; alioquin si de his, quæ Ecclesia docet, quæ vult tenet, & quæ non vult non tenet, non iam inhæret Ecclesię doctrinæ sicuti infallibili regulæ, sed propriæ voluntati. Et sic manifestum est, quod hęreticus, qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei, non est paratus sequi in omnibus doctrinam Ecclesię. Si enim non pertinaciter, iam non est hæreticus, sed solum errans. vnde manifestum est quod talis hæreticus circa vnum articulum, fidem non habet in alijs articulis, sed opinionem quandam secundum propriam uoluntatem. non obstat, quod homo possit habere scientiam alicuius facultatis circa quasdam conclusiones, alijs ignoratis nec non possit esse obediens circa quædam mandata, & non circa alia, ergo potest habere fidẽ circa quosdam articulos, & non circa alios, nam Respond. quod in diuersis conclusionibus vnius scientiæ sunt diuersa media, per quæ probatur, quorum unum cognosci potest absque alio. Sed omnibus articulis fidei inhæret fides propter vnum medium, scilicet propter veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam Ecclesiæ intelligentis sanè, & ideo qui ab hoc medio decedit, totaliter fide caret; similiter diuersa præcepta legis possunt referri, vel ad diuersa motiua proxima, & sic vnum sinè alio seruari potest, vel ad vnum motiuum primum, quod est perfectè obedire Deo, à quo decidit quicunque vnum præceptum transgreditur, secũdum illud Iac. 2. qui offendit in vno factus est omnium reus. S. Thom. d. art. 3. in Resp. ad 2. & tertium. conc. S. Ant. 4. p. tit. 8. cap. 2. §. 3. & seq. Durandus in 3. dist. 23. q. 9. S. Tho. in 3. distin. 76. artic. 7. & 3. dist. 3. quæst. c. 3. artic. 3. & quolib. 6. q. 4. art. 1. Quarto quæro utrum

fides

fides posit esse maior in vno, quàm in alio ? Resp. quod sic, quia vbicunque inuenitur paruum & magnum, ibi inuenitur maius, & minus; sed in fide inuenitur magnum, & paruum; Dicit enim Dominus Petro Math. 14. Modicę fidei quare dubitasti? Et Mulieri dixit Math. Mulier magna est fides tua. Ergo fides potest esse maior in uno, quàm in alio. S.Thom.2.2. quæst. 5. artic. 4. dicens quod quantitas habitus potest ex duobus attendi, vno modo ex obiecto, alio modo secundum participationem subiecti. obiectum autē fidei potest dupliciter considerari, vno modo secūdum formalem rationem, alio modo, secundum ea, quæ materialiter credenda proponuntur. formale autem obiectū fidei est vnum & simplex, scilicet veritas prima, vnde ex hac parte fides non diuersificatur in credentibus, sed est una species in omnibus, sed ea, quæ materialiter credenda proponuntur sunt plura, & possunt accipi, vel magis, vel minus explicitè, & secundum hoc potest unus homo plura explicitè credere, quàm alius: & sic in uno potest esse maior fides secundum maiorem fidei explicationem. Si uerò consideretur fides secundum participationem subiecti, hoc contingit dupliciter: Nam actus fidei procedit ex intellectu, & ex voluntate, potest ergo fides in aliquo dici maior; vno modo ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatē, alio modo ex parte uoluntatis, propter maiorem promptitudinem seu deuotionem, vel confidentiā Quinto quæro vtrum fides creuerit quoad multiplicationem credendorum ? Respond. quod nunquam quo ad credendorum multiplicationem; sed bene quo ad eorundem explanationem creuit. S. Bonau. 3. sent. dist. 23, art. 2. quęst. 1. Similiter profecit quidem, & creuit secundum statum communem, processu temporum, ita vt longe lateque hodie ueritas effulgeat ob Christi natiuitatem. Sāctus Bonau. d. loco quæst. 2. Qui in quæst. 3. dicit, quod certitudo fidei quantum ad ueritatem dictantem nec augeri, nec minui potest, sed bene quo ad ipsum credentem. conc. Vinc. 3. par. lib. 1. dist. 15. art. 13. & 14. & 15.

Causa fidei qua dicatur esse. Quæst. IX.



NONO quæro, quæ sit causa fidei ? an scilicet ipsa homini infusa sit à Deo ? Respond. quod sic, Paulus ad Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & non ex uobis, ne quis glorietur, donum. n. Dei est S. Tho. 2. 2. q. 6. art. 1. Canisius tit. de fide c. 4. Vig. tit. de fide. c. 10. §. 7. S. Tho. d. loco dicit, quod ad fidem duo requiruntur, quorum vnum est, ut homini credibilia ponantur quod requiritur ad hoc, quod aliquid homo explicitè credat; aliud autem quod ad fidem requiritur, est assensus credentis ad ea, quæ proponuntur. Quantum ergo ad primum horū, necesse est quod fides sit à Deo. Ea enim quę sunt fidei, excedunt rationem humanam. vnde non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo reuelante, sed quibusdam quidem reuelantur immediatè à Deo, sicut sunt reuelata Apostolis & Prophetis. Quibusdam autem proponuntur à Deo mittente fidei prædicatores. Paulus ad Rom. 10. quomodo prædicabunt nisi mittantur. quantum vero ad secundum scilicet ad assensum hominis potest considerari duplex causa, una quidem exterius inducens, sicuti miraculum uisum, vel persuasio hominis inducentis ad fidem, quorum neutrum est sufficiens causa. videntium. n. vnum & idem miraculum, & audientium eandem prædicationem, quidam credunt, & quidam non credunt: Ideo oportet ponere aliam causam interiorem, quę mouet hominem interius ad assentiendum his, quæ sunt fidei quo casu cum eleuetur supra naturam suam, oportet quòd hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente, quod est Deus, & ideo fides quantum ad assentiendum, qui est principalis actus fidei est à Deo interius mouente per gratiam; ampliatur hoc etiam procedere in fide informi, quę dicitur etiam donum Dei gl. Pauli 1. ad Corinth. 13. informitas namque fidei non pertinet ad rationem speciei ipsius fidei, cum fides dicatur informis propter defectum cuiusdam exterioris formæ: vnde illud est causa fidei simpliciter dictæ, hoc autem est Deus, ergo fides informis est donum Dei; non obst. quod non sit uirtus perfecta simpliciter perfectione uirtutis, est tamen perfecta quadam perfectione, quæ sufficit ad fidei rationem. non obst. quod quemcunque Deus sanat, totaliter sanat, nam Respond. quod accipiens à Deo fidem absque charitate, non simpliciter sanatur ab infidelitate, quia non remouetur culpa præcedentis infirmitatis, sed sanatur secundum quid, vt scilicet cesset à tali peccato, contingit enim sæpe quod aliquis desistat ab vno actu peccati, etiam Deo hoc faciente. qui tamen ab actu alterius peccati non desistat propria iniquitate suggerente. Sanctus Thom. dicto loco ad 1. & 3.

Fidei forma quid esse dicatur. Quæst. X.



DECIMO quæro, utrum charitas sit forma fidei ? Respon. quod sic, quia vnumquodque operatur per suam formam. Fides autem per dilectionem operatur, ergo dilectio Charitatis est fidei forma S. Tho. 2. 2. q. 4. artic. 3. dicens quod actus fidei ordinatur ad obiectum uoluntatis, quod est bonum, sicut ad finem. hoc autem bonum scilicet diuinum est proprium obiectum charitatis: & ideo Charitas dicitur forma fidei, inquantum per Charitatem actus fidei perficitur, & formatur cōc. Durand. 3. sent. dist. 23. q. 8. Pisan. ver. fides §. fin. S. Tho. in 3. dist. 23. q. 3. art. 1. Sed utrum fides informis fieri possit formata, & è contra? quod fides, quæ erat prius mortua, & informus, fit formata, & viuens gl. 2. Iac. ibi fides sine operibus mortua est S. Tho. 2. 2. q. 4. artic. 4. dicens, quod idem est habitus fidei formatæ, & informis. Cuius ratio est,

quia habitus diuerſificatur ſecundum illud, quod per ſe ad habitum pertinet. Cum autem fides ſit perfectior intellectu, illud per ſe ad fidem pertinet, quod pertinet ad intellectum. Quod autem pertinet ad uoluntatem, non per ſe pertinet ad fidem; ita quod per hoc fidei habitus poſsit diuerſificari. Diſtinctio autem fidei informis, & formatæ, eſt ſecundum id quod pertinet ad uoluntatē, ideſt ſecundum Charitatem; non autem ſecundū illud, quod pertinet ad intellectum, vndè fides formata, & informis, non ſunt diuerſi habitus, unde non eſt verū quod licet fides formata per peccatum fiat informis, & informis adueniente gratia fiat formata, per hoc adueniente fide formata, tollatur fides informis, & per hoc quod homo poſt fidem formatam peccet mortaliter, ſuccedat alius habitus fidei informis, vndè per peccatum mortale quamuis ſemper amittatur gratia, non tamen ſemper amittit fidem can.28. Concil. Trid. ceſſ.6. de iuſtificatione, ibi.

Si quis dixerit, omiſſa per peccatū gratia, ſimul & fidem ſemper amitti, aut fidem, quæ remanet nō eſſe veram fidem, licet non ſit viua; aut eum qui fidem ſine Charitate habet, non eſſe Chriſtianum: Anathema ſit.

Credibilia an eſſent per certos articulos diſtinguenda. Quæſt. VI.




NDECIMO quæro, utrū credibilia eſſent per certos articulus diſtingenda? Reſp. quod ſic, articulus.n. eſt, perceptio diuinæ veritatis tendēs in ipſam; ſed perceptio diuinæ veritatis competit nobis ſecundum diſtinctionem quandam; quæ.n. in Deo vnum ſunt, in noſtro intellectu multiplicantur; Ergo credibilia debent per articulos diſtingui, S. Thom. 2.2.q.1. artic. 6. dicens quod vbi occurrit aliquid ſpeciali ratione non viſum, ibi eſt ſpecialis articulus. vbi autem multa ſecundum eandem rationem ſunt cognita vel non cognita, ibi non ſunt articuli diſtinguendi. ſicut aliam difficultatem habet ad videndū, quod Deus ſit paſſus, & aliam quod mortuus reſurrexerit. & ideo diſtinguitur articulus reſurrectionis, ab articulo paſsionis. ſed quod ſit paſſus mortuus, & ſepultus, vnam, & eandem difficultatem habent, ita quod uno ſuſcepto, non eſt difficile aliud ſuſcipere: & propter hoc omnia hæc pertinent ad unum Articulum; Non obſt. quod omnia quæ ſunt in ſacra pagina ſint credenda, quę tamen non poſſunt reduci ad aliquem certum numerum, propter ſui multiplicitatem, nam Reſp. quod aliqua ſunt credibilia, de quibus eſt fides ſecundum ſe, vt quæ directè nos ordinant ad uitam ęternam ſicuti miſterium trinitatis, & Incarnationis Chriſti, & alia huiuſmodi, & ſecundum iſta diſtinguuntur articuli, quædam verò ſunt credenda non quaſi principaliter intenta, ſed ad prædictorum manifeſtationem, ſicuti quod Abraam habuit duos filios, & alia huiuſmodi, & ſecundum talia non oportet articulos diſtinguare, narratur.n. ea in ſacra ſcriptura ad manifeſtationem diuinæ maieſtatis, vel incarnationis Chriſti conc. S. Tho. 3. diſt. 25. q. 1. art. 1. quæ igitur fidei ſunt, cū nō vna, ſed quaſi pluribus partialibus, ac ſpecialibus rōnibus, ſibi inuicē coaptatis hominibus credenda proponuntur, conuenienter ſunt per certos articulos diſtincta, qui articuli non creuerūt ſecūdū ſubſtātiā tēporū ſucceſsione fidei; ſed quæcunq; poſteriores crediderunt explicite, eadē credidere implicitè pręcedētes patres vndè Greg. Hom. 16. in Ezech. dicit, quod ſecundum incremēta temporū creuit ſcientia ſanctorū Patrū, & quanto viciniores aduentui ſaluationis fuerunt, tanto ſacramenta ſalutis plenius perceperunt. S. Tho. 2.2. q.1. art. 7. & in 3. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 2.

Articuli fidei quot eſſe dicantur. Quæſt. XII.

DVODECIMO quæro, quot ſint articuli fidei? Reſp. cū fides ſit ſubſtātia ſperandarum: duo nobis videnda proponuntur, ſ. occultū diuinitatis, cuius viſio nos beatos facit, & myſteriū humanitatis Chriſti, per quod in gloriā filiorū Dei acceſſum habemus; Circa primū tria proponuntur credēda, primo quidē vnitas Diuinitatis, & ad hoc pertinet primus articulus. Secundo Trinitas perſonarū, & de hoc ſunt tres articuli, ſecundū eius perſonas. Tertiū verò proponuntur opera diuinitatis propria, quarū primū pertinet ad eſſe naturæ, & ſic proponitur nobis articulus creationis: ſecundū uerò pertinet ad eſſe gratiæ, & ſic proponūtur nobis ſub vno articulo omnia pertinentia ad ſanctificationē humanā. Tertiū verò pertinet ad eſſe gloriæ, & ſic proponitur nobis alius articulus de reſurrectione carnis, & de vita ęterna, & ita ſunt ſeptem articuli ad diuinitatē pertinentes. Similiter etiā circa humanitatem Chriſti ponuntur ſeptem articuli, quorū primus eſt de incarnatione, ſiue de conceptione Chriſti, ſecundus de natiuitate eius ex virgine. Tertius de paſsione eius, & morte, & ſepultura, quartus de deſcenſu ad inferos. Quintus de reſurrectione. Sextus de Aſcenſione. Septimus de aduentu ad iudiciū. Et ſic in vniuerſū ſunt quatuordecim. Poſſunt tamen etiam diſtingui, nō ratione eorum quæ creduntur ſed ſecundū numerū Apoſtolorū duodecim, ſex pertinentes ad Diuinitatem, & ſex ad humanitatē. Tres.n. articulos triū perſonarū cōprehēdunt ſub vno, quia eadē eſt cognitio triū perſonarū. articulum uero de opere glorificationis diſtingunt in duos, ſ. reſurrectionē carnis & gloriā animæ. Similiter articulum conceptionis, & natiuitatis coniungunt in vnum, & quā vis Euchariſtię ſacramentū ſingularē in ſe contineat difficultatē, non tamen de eo habetur diſtinctus artic. quia quatenus eſt ſacramentum continetur ſub articulo, credo ſanctā Eccl. qui eſt de effectibus gratiæ ſanctificantis, quatenus uero miraculoſe cōtinet Chriſtū ad Dei omnipotentiā pertinet. S. Tho. 2.2.q.1. art 8. c. qui Epiſcopus 23. diſt. c. vnico Seſſ. 3. Conc. Trid. S. Bonau. 3. ſent. diſt. 24. art. 3. q. 1. S. Ant. 4. p. tit. 8. cap. 4. §. 2. Vincen. 3. lib. 1. diſt. 14. art. 7. Viguer. tit. de fide cap. decimo. §. tertio. Cathechiſmus ex

Decreto Concil. in prin. Philiar. tit. de virt. in particulari. §. articulus est. Durandus in 3. sent. distin. 25. quæst. 2. Angel. ver. fides nu. 5. ibi Tab. nume. 5. & Sylu. nu. 2. Canys. tit. de fide capit. 6. qui plures patres citat explicantes Symbolum. Qui articuli conuenienter in Symbolo proponuntur, vt facilius posset omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei à virtute deficeret. Sanctus Thomas d. loco ar. 9. non obst. quod plura sint Symbola, quia necesse fuit edere plura Symbola, quæ in nullo alio differunt, nisi quod in vno plenius explicantur, quæ in alio continentur implicitè, secundum quod exigebat Hæreticorum instantia S. Thom. d. loco in Resp. ad 1.

Fidei Symbolum ad Pontificem ordinare spectat. Quæst. XIII.



ECIMOTERTIO, q͡ro ad quē pertineat Symbolū fidei ordinare? Resp. ad summū Pōtificem pertinet Symbolū fidei ordinare: nā editio Symboli facta est in Synodo Gn̄ali, sed hmōi Synodus facta est, auctoritate solius summi Pontificis, & absque eius auctoritate cōgregari non pōt. c. nec licuit 17. dist. Sanctus Thomas secunda, secundæ, q. 1. articu. 10. dicens, quod noua editio Symboli necessaria est ad uitandum insurgentes errores. Ad illius ergò auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ sunt fidei; vt ab omnibus in concussa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem summi Pontificis, ad quem maiores, & difficiliores ecclesiæ quæstiones referuntur c. oppressus 2. quæstio. 6. vnde & Dominus Petro dixit, quem summum Pōtificem constituit Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, & huius ratio est, quia vna fides debet esse totius ecclesiæ, secundū illud 1. Cor. 1. id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, quod seruari non potest, nisi quæstio fidei de fide exorta, determinetur per eū qui toti ecclesiæ præest, vt sic eius sententia, à tota ecclesia firmiter teneatur, & ideo ad solam auctoritatem summi Pontificis pertinet noua editio Symboli: sicut & omnia alia, quæ pertinent ad totam ecclesiam, ut congregare Synodum Generalem, & alia huiusmodi, & quamuis in doctrina Christi, & Apostolorum veritas fidei sit sufficienter explicata, nihilominus, quia peruersi homines, Apostolicā doctrinam, & cæteras doctrinas, & scripturas peruerterunt, ad sui ipsius perditionem 2. pet. cap. vlt. Ideò necessaria fuit temporibus præcedentibus explicatio fidei, contra insurgentes errores. Nō obst. etiam quod Athanasius, non fuerit Pontifex, nihilominus composuit Symbolum, nam Respo. quod Athanasius, non composuit manifestationem fidei per modum Symboli, sed magis per modum cuiusdam doctrinæ, vt ex ipso modo loquendi apparet, sed quia integrā fidei ueritatem eius doctrina breuiter continebat, auctoritate summi Pontificis est recepta, vt quasi regula fidei habeatur S. Tho. d. loco in Resp. ad 1. & 3.

Disputare de fide quis possit. Quæst. XIIII.



ECIMOQVARTO, quæro vtrum de fide liceat publicè disputare? Resp. in hoc duo esse cōsideranda: unū ex parte disputātis, aliud aūt ex parte audiētis. primo casu cōsiderāda est intentio: si n. disputet tāquam de fide dubitans, & ueritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquā dubius in fide, & infidelis: si autem disputet aliquis de fide ad confutandum errores, vel etiam ad exercitium, laudabile est, ex parte verò audiētium considerandum est utrum illi, qui disputationem audiunt, sint instructi, & firmi in fide, an simplices, & in fide titubantes, & quidem coram sapiētibus in fide firmis, nullum periculum est disputare de fide: si coram simplicibus est distinguendum, quia aut sunt sollicitati, siue pulsati ab infidelibus, putà Iudæis, vel Hæreticis, aut Paganis nitentibus in eis corrumpere fidem, aut omnino, non sunt sollicitati super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt aliqui infideles. in 1. casu necessarium est, publicè disputare de fide, dummodo inueniantur aliqui ad hoc sufficientes, & Idonei, qui errores confutare possint. Per hoc. n. simplices in fide confirmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas, & ipsa taciturnitas eorum qui resistere deberent, peruertentibus fidei ueritatem, esset erroris confirmatio, vnde Greg. a. Pastor. ca. 4. sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium, eos qui erudiri poterāt, in errore derelinquit: in secundo verò casu, periculosum est publicè de fide coram simplicibus disputare, quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierunt ab eo, quod credunt, in casu autem quo disputare licet, de fide, permittitur Clericis literatis, non autem laycis capit. quicuoque §. inhibemus de Hær. 6. ibi inhibemus quoque, ne cuiquam laycæ personę liceat publicè, vel priuatim de fide Catholica disputare, qui verò contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur: direct. Inquis. part. 1. quæstio. 10. pag. 50. Sanctus Thomas secunda, secundę q. 10. articu. 7. Sed an ea quæ fidei sunt, sint tentanda probari per rationes naturales? Respondetur, qđ non. Dion. capitu. secundo de diuin. nom. si aliquis est qui eloquijs resistat totaliter, longè errat à nr̄a Phylosophia, sed si ad ueritatem eloquiorum, scilicet sacrorum respicit, hoc etiam nos canone vtimur, vndè Hilar. de trin. non putet homo intelligentia sua, Trinitatis Sacramentum posse consequi, & Ambr. dicit, impossibile est Trinitatis scire secretum, mens deficit, uox silet. Direct. Inquis. par. 1. q. 11. nu. 4.

Fides an sit necessaria ad salutem. *Quæst. XV.*



DECIMOQVINTO, quęro vtrum credere sit necessarium ad salutem? Respond. quod sic, Paulus ad Hebr. 10. sine fide impossibile est placere Deo. Sanctus Thom. 2.2. q. 2. art. 3. dicens quod ultima beatitudo hominis, consistit in quadam supernaturali Dei visione, ad quam qui dem visionem, homo pertingere non potest. nisi per modum addiscendi à Deo Doctore Iohan. 6. Omnis qui audit a patre, & didicit, venit ad me. Huius autem disciplinæ fit homo particeps non statim, sed successiuè secundum modum suæ naturæ. Omnis autem talis addiscens, oportet quòd credat ad hoc, quòd ad perfectam scientiam perueniat, sicuti etiam Philosophus dicit, quod oportet addiscentem credere. Vndè ad hoc, quod homo perueniat ad perfectam visionem beatitudinis, pręrequiritur, quod credat Deo tanquam discipulus Magistro docenti. Non obst. quod inuisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciantur sempiterna quoque uirtus, eius, & Diuinitas. Paulus ad Roma. 1. quæ autem conspiciuntur intellectum non creduntur? Ergo non est necessarium ad salutem, quod homo aliquid credat: nam Respon. quod Inuisibilia Dei altiori modo, quantum ad plura percipit fides, quàm ratio naturalis ex creaturis io Deū procedens. Vndè dicitur Eccle. tertio Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. Sanctus Thom. dicto loco in Respond. ad 3. conc. Viguer. tit. de fide cap. decimo. §. secundo versic. 3. Cathec. in princ. Canis. tit. de fide cap. 3. & nota, quod necessarium fuit homini non solum suscipere per fidem ea, quæ supra rationem naturalem sunt, sed & ea, quę naturali lumine inuestigari possunt, necesse enim est credere Deum esse vnum, & incorporeum, quæ naturali ratione à Philosophis probantur. Sanctus Thom. secunda secundæ, quæstione secunda, artic. quarto & hoc propter tria, Primo quidem vt citius homo ad veritatis diuinę cognitionem pertingat, secundo, ut cognitio Dei sit communior, multi enim in studio scientiæ proficere non possunt, qui fraudarētur omnino à cognitione Dei, nisi præponerentur eis Diuina per modum fidei. Tertio modo propter certitudinem. Ratio enim humana in rebus diuinis est multum deficiens. vt ergò esset indubitata, & certa cognitio apud homines de Deo haberetur, oportuit, quod diuina eis per modum fidei traderentur, quasi à Deo dicta, qui mentiri non potest. inuestigatio enim naturalis rationis, non sufficit humano generi ad cognitionem diuinorum, etiam quæ ratione ostendi possunt; & ideo non est superfluum, quod talia credantur; Non obst. quod de eodem non sit scientia & fides, Sanctus Thom. secunda secundæ, quæstione prima artic. 4. 5. nam Respond. quod de eodem non potest esse scientia, & fides apud eundem, sed id quod est ab vno scitum, potest esse ab alio creditum, ut idem artic. 5. conc. Sanctus Thom. in 3. sentent. distinct. 24. art. 3. quęst. 1.

Credere quid sit. Quæst. XVI.



DECIMOSEXTO, quæro, quid sit credere? Respond. credere est cū assensione cogitare. Aug. lib. de prædest. c. 2. vol. 7. Sanctus Thom. 2. 2. q. 2. art. 1. ibi concludit quod credere est cum assensu cogitare, non ut cogitatio spectat ad vim cogitatiuam, seu ut communiter pro qualicunque actuali intellectus consideratione sumitur, sed ut importat intellectus considerationem, cum aliqua inquisitione, & uoluntatis con sensu. idem. Sanctus Thom. 3. sent. dist. 25. quæst. 2. artic. 2.

Credere Deo, credere Deum, & credere in Deum quid differant. Quæst. XVII.



DECIMOSEPTIMO quæro, quid differat inter se, credere Deo, credere Deum, & credere in Deum? Respond. quod aliud est credere in Deum, aliud credere Deo, & aliud credere Deum. Credere enim Deo, est credere vera esse quæ loquitur, quod & mali faciunt, & nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deum est credere, quod ipse sit Deus: quod etiā mali faciunt. Credere in Deum, est credendo Amare, & credendo in eum Ire, credendo, ei adhercre, & eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur impius, ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionē operari: ea. n. sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionē Dei. ipsa. n. dilectio opus fidei dicitur. Mag. sent. 3. dist. 23. L. D. S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 2. & in 3. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. Rayn. ver. fides. c. 5. conc. S. Ant. 4. p. tit. 8. cap. 3. §. 1. Viguer. tit. de virt. fidei cap. 10. §. 2. ver. 1. Philiarcus Man. Sac. tit. de virt. in particulari §. actus. Astens. lib. 2. tit. de fide artic. 7. & est unus ex actibus fidei corde credere, alter autem est ore profiteri. directoriam par. 1. in princ. pag. 7. de qua confessione dicemus inferius suo loco.

Explicitè à quis teneatur aliquid credere. Quæst. XVIII.



DECIMOOCTAVO quęro, verū homo teneatur ad credendum aliquid explicite? Resp. quod credibilia sunt in triplici differentia. Primo namque sunt quædam, quæ per se, & directè sunt credibilia, vtpotè quia sunt totius nostræ fidei Christianæ principia prima, & fundamenta, & ista sunt articuli fidei, quæ sunt totius

nostræ

nostræ credentię rudimenta, & hæc tenetur quilibet fidelis credere explicitè, in genere tamen, ut scilicet credat quod oēs articuli in generali, & quilibet in speciali sunt ueri, & nullus eorū est falsus, explicitè aūt articulū vnū ab alio scire, distinguere, & quēlibet sigillate, & distinctè credere explicitè, non tenetur omnis; sed quilibet secundum magis, & minus, prout congruit eius statui, & officio, cui præest, & in quo est: secundo sunt quædam credibilia, quæ directè & pro se, non sunt credibilia, sed potius indirectè; quia ad eorum negationem, & corruptionem sequitur negatio, & corruptio fidei articulorum omnium, vt sunt illa alia à fidei articulis, quæ in sacra scriptura continentur, vt potè quod Abraam duos filios habuit, vel quod Ioseph, Sponsus Mariæ fuerit, & similia, & ista, non tenetur quilibet explicitè credere, talia singillatim, sed solùm tenetur credere implicitè, in præparatione animi, vt sit paratus credere, quicquid in diuina scriptura continetur: attamen tunc tenetur quilibet explicitè credere quando ei constiterit, quod in diuina scriptura talia continentur, & per illum, vel illos, ad quem vel quos pertinet, deductus fuerit coram eo; vnde quilibet tenetur explicitè credere, quod omnia quæ sunt in sacra scriptura sint vera, quia diuinitus reuelata, an autem ista, uel illa in sacra scriptura contineantur (loquendo de alijs à fidei articulis) tenentur isti, vel illi, magis vel minus scire, & per consequens illa credere, pro vt eorum statui, & officio congruit, Tertio sunt quædā credibilia alia, quæ nec sunt fidei rudimenta, nec dare ponontur in d. sacra scriptura, sed sunt per ecclesiam ex illis, aut istis deducta, vt fidei consona, ac determinata, vt de fide credenda, vt spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio, vnica inspiratione, & non duabus, & ab eis tanquàm vnico principio, & non duobus capit. fideli, de summa trin. & fide Cath. & huiusmodi credibilia per Sanctam Ecclesiam determinata, & approbata, vt fide tenenda, non tenentur minus explicitè credere, sed benè implicitè, & in animi præparatione, vt credant omne id uerum esse & fide tenendum, quod vt fide tenendum est per Dei ecclesiam approbatum, medioeres autem, qui habent simplices erudire, tenentur aliqua de huiusmodi credere explicitè, nō tamen omnia talia credibilia singulariter, nec omnes æqualiter, sed secundum quod congruit, eorū statui, & erudirioni, qua habent simplices informare, Curati verò, & Religiosi, quibus incūbit ex officio prædicare, & confessiones audire, tenentur plura explicitè credere, quàm mediocres; maiores autem tenentur credere explicitè credibilia omnia talia, per ecclesiam vt fide tenenda determinata, & approbata, cum eis incumbat ex officio, eos qui huiusmodi de fide factas per ecclesiam determinationes, non admittunt, seu eis, non credunt, uel contra dicunt, punire, & sententialiter iudicare, ex quibus apparet, quis, & quæ explicitè credere debeat direct. inquis. part. prima, titu. de fide quæstio. 12. & in quæstio. 3. usque ad quęstio. 8. Sanctus Thomas secunda, secundæ, quæst. 2. ar. 5. usque ad art. 8. & in 3. sent. distinct. 25. quæst. 2. articu. secundo & seq. Vinc. 3. par. lib. 1. dist. 14. art. 13. S. Bonau. 3. sent. dist. 25. art. 1. quæst. 9. Philiar. Man. Sacerd. tit. de virt. in particulari §. cum teneamur. Ang. ver. fides num. 7. Pisan. §. 1. Ros. num. 1. Durand. 3. sent. 25. quæst. 1.

Confessio fidei, an sit necessaria ad salutem.
Quæst. XIX.



DECIMONONO quæro, vtrum fidei confessio sit necessaria ad salutem? Respond. quod sic, ea. n. quæ sunt necessaria ad salutem, cadunt sub præcepto diuinę legis: confessio autē fidei, cum sit aliquid affirmatiuum, non potest cadere nisi sub præcepto affirmatiuo: vnde eodem modo est de necessarijs ad salutem, quo modo potest cadere sub præcepto affirmatiuo, diuinæ legis præcepta autem affirmatiua non obligant ad semper, licet semper obligēt; obligant autem pro loco, & tempore, & secundum alias circumstantias debitas, secundum quas oportet actum humanū limitari ad hoc, quod sit actus uirtutis; sic igitur confiteri fidem non semper, nec in quolibet loco est de necessitate salutis, sed aliquo loco, & tempore; quando scilicet per omissionem huius cōfessionis, subtraheretur honor debitus Deo, uel etiam utilitas proximis impendenda; puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, uel quod non haberet fidem, uel quod fides non esset vera, uel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide; in huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis Paul. ad Rom. decimo. Corde creditur ad Iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem; In huiusmodi enim casibus necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alijs propalare ad instructionem aliorum fidelium, siue ad confirmationem, uel ad reprimendam infidelium insultationem; sed alijs temporibus instruere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles; si autem turbatio infidelium oritur de confessione fidei manifesta absque aliqua utilitate fidei, uel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publicè confiteri: vnde Dominus dicit Math. septimo. Nolite Sanctum dare canibus, neque mittatis Margaritas vestras ante porcos, ne conuersi dirumpant vos: sed si utilitas aliqua fidei speretur, aut necessitas adsit, contempta turbatione infidelium, debet homo fidem publicè confiteri: unde Math. decimoquinto dicitur, quòd cum Discipuli dixissent Domino, quod Pharisęi audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respondit, sinite illos, scilicet turbari; cęci sunt, & duces cęcorū. Direct. Inquis. p. 1. tit. de fide Cath. q. 9. S. Tho. 2. 2. q. 3. art. 1. & seq. Armilla ver. fides nu. 7. ibi Ang. nu. 8. Tab. 8. Syl. nu. 8. Est & alius actus fidei, nempè salutifera mortis susceptio Rayn. verbo fides, cap. 4. qui in cap. 8. dicit, quod substinere martirium est actus trium Virtutum, Charitatis; ut imperantis Fortitudinis, vt elicientis, Fidei vt testificantis,

nam ad veritatem fidei pertinet non solum ipsa credulitas cordis, sed etiam exterior protestatio, quæ non solum fit per verba, sed etiam per facta Iac. 2. Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

Effectus fidei qualis, & quotuplex. Quæst. XX.



IGESIMO quæro, qualis sit effectus fidei? Respond. quod est multiplex, quorum primus est timor. Iac. 2. Demomones credunt, & contremiscunt. S. Thom. 2. 2. q. 7. art. 1. dicens quod, cùm per fidem informem apprehendamus Deû iustum de peccatis vindicatorem, & per fidem charitate formatam apprehendamus ipsum esse quoddam summum bonum & altissimum, à quo separari pessimum est; necessariò ex illa nascitur in nobis seruilis timor, ex hac verò filialis; non obst. quod fides generet spem, quę est contraria timoris, & idem non est causa contrariorum; nam Resp. quod idem secundum contraria, potest esse contrariorum causa, non autem idem secundum idem. Fides autem generat spem, secundum quod facit nobis existimationem de præmijs, quæ Deus retribuit iustis. Est autem causa timoris, secundû quod facit nobis ęstimationem de pœnis, quas peccatoribus infligere vult. Sanctus Thom. d. loco Respon. ad secundum. Secundus effectus est purificatio cordis, Act. Apost. 15. Fide purificans corda eorum. S. Thom. 2. 2. q. 3. art. 2. dicens cum per fidem homo Deo, & diuinis inhæreat, consequitur in eo per illá à peccatis purificatio, & eo maior, quo maiori fuerit fidelis charitate affectus; Tertius effectus est quia credere meritoriû est, Paul. ad Hæbr. 11. Sancti per fidem adepti sunt repromissiones, quod nô esset nisi credendo mererentur Sanct. Thom. 2. 2. q. 2. art. 9. dicit cum credere sit actus intellectus assentientis diuinę veritati ex imperio uoluntatis motæ per gratiá, potest esse meritorius vitæ æternæ, ratio autem inductiua ad ea quæ sunt fidei non minnunt meritum fidei 1. Petr. cap. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos reddere rationem de ea, quæ in uobis est fide, & spe: non autem ad hoc induceret Apostolos, si per hoc meritum, fidei diminueretur, non ergo ratio diminuit meritû fidei. Sanctus Thom. 2. 2. q. 2. art. 10. dicens; Rationes humanæ si ad diuina afferantur, vt eis per fidem assentiamus, meritum omne prorsus tolient, si uero afferátur non ut credamus, sed ut magis & firmius, quæ fidei sunt suscipiamus, meritû non diminuunt Rayn. ver. fides cap. 9. qui in cap. 6. dicit quod ad hoc quod aliquis sit beatus, oportet quod habeat in se quatuor, quæ fidei formatæ conueniunt, primo quod credendo in Deum, Deum diligat, secundo ad Deum tendat, tertio quod Deo adhæreat, quarto quod in Deo, & membris eius requiescat S. Ant. in 4. par. tit. 8. cap. 1. de fide §. 6. ponit Nouem effectus fidei, primo de mundo triumphat. 1. Io. 5. hæc est victoria, quæ vicit mundum fides nostra, Secundo tentationes diaboli vincuntur, Paul. ad Eph. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela inimici ignea extinguere: tertio quis per fidem euadit multa mala Paul. ad Hebr. 11. sine fide impossibile est placere Deo: quarto ut dictum est purificat: quinto causat timorem ut dictum est: sexto desponsat animam Deo, osee. 2. desponsabo te mihi in fide: septimo facit exaudiri orationem Iac. 1. postulet autem in fide nihil excitans & Marc. 11. omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis; octauo fidei adscribuntur miracula Psalm. Omnia opera eius scilicet miraculo sa in fide. Paul. ad Hæbr. 11. per fidem obturrauerunt ora leonum. Nono dat uitam ęternam Abac. 2. beatus meus ex fide vicit, & Paul. Gal. 2. quod nunc viuo, in fide viuo filij Dei. vita. s. gratiæ; postea vita gloriæ.

Quæstio. XXI.



IGESIMOPRIMO quæro, vtrum in veteri lege debuerint dari præcepta credendi? Resp. quod non; quia in veteri lege non erant secreta fidei populo exponenda, & ideo supposita fide vnius Dei, nulla alia præcepta sunt in veteri lege data de fide, vnde Apost. ad Rom 8. legem veterem nominat legem factorû, & diuidit eá contra legem fidei. Ergo in lege veteri, non fuerunt pręcepta danda de fide. Necessarium tamen fuit in ueteri lege dari præcepta, quæ hominem quo ad intellectum, & scientiam perficerent: vnde dicitur Deut. 4. Audientes vniuersi præcepta hæc dicant, en populus sapiens, & intelligens. S. Thom. 2. 2. q. 16. art. 1. & 2.

Protestans quod credit omne, quod credit. S. Mater Ecclesia, negas tamen explicitè aliquem fidei articulum, an talis protestatio sufficiat ad salutem, & adiuuet protestantem. Quæst. XXII.



IGESIMOSECVNDO quæro, vtrum protestatio facta, quod aliquis credit quod credit S. M. E. negat tamen explicite aliquem articulum fidei, an talis protest. generalis, sufficiat ad salutem? Respond. quod taliter asserens, & protestans in genere, sed negans in specie, vel negat id quod explicitè tenetur credere, uel non. In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutê, nec adiuuat protestantem. vnde si simplex laycus protestetur vt est dictum, negat tamen expresse Dei filium esse incarnatum, vel passum, cum hoc teneatur explicite credere, talis protestatio non iuuat eû. & præsertim si taliter protestans, negat uocatus coram fidei Iudice cû pertinacia; tunc. n. negotiû quá plurimû aggrauatur. In secûdo vero casu, quâdo. s. protestans taliter, vt est dictû, negat illud, quod explicitè credere non tenetur, dicimus, quod si negat non corá Iudice fidei; seu si corá eo, ante quá per eundem sit informatus, quod istud quod negat sit contra fidem, paratus tamen credere, ut per eundem fidei Iudicem fuerit informatus, in quilibet

bet casu talis protestatio sufficit ei ad salutem, & adiuuat protestantem capit. dixit Apostolus 24. q. 5. si autem negat coram Iudice fidei, postquam est per eundem Iudicem informatus, quod illud quod negat est contra fidem, & ad huc in tali negatione pertinaciter, & contumaciter perseuerat, talis protestatio generalis sic protestanti non sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem, imò reddit eundem hæreticum pertinacem, quamdiu in negatione huiusmodi perseuerat c. ad Abolendā §. præsenti, de hære. c. qui in ecclesia 24. q. 3. tales autem hæreticorum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est à fidei Iudicibus indagandum, nam cum Catholicus audit fidem, & ecclesiam; intelligit fidem Catholicam, & ecclesiam Romanam, Hæreticus vero intendit fidem, suam hæresi & ecclesiam suam sectam; contra quam dicere non intendit, directè loquitur. p. 1. ti. de fide c. 12. de vitijs oppositis huic virtuti vide, quæ dixi p. 1. summæ pec. tit. 2. q. 31. & qq. seqq.

Et hęc quo ad virtutem fidei, cui opponuntur hæc sequentia vitia nempe infidelitas, Hæresis, Apostasia, Blasphemia, de quibus dixi in summa pec. c. p. 1. tit. secundo capitulo 31. & seq. & tit. 4. p. 1. q. 31. & sequenti.

Deinde considerandum est de dono intellectus, & scientiæ, quæ correspondet uirtuti fidei. Quæst. XXIII.



VIGESIMO tertio quæto, vtrum intellectus sit donum Spiritus Sancti? Respond. quod sic, cum enim per virtutem naturalem intellectus, non valeat homo singula, quæ in rebus latent penetrare, necessarium fuit ei cōferre quoddam intellectus donum, quo ad hanc eleuaretur celsitudinem. vnde Is. 11. requiescit super eum spiritus Domini spiritus sapientiæ, & intellectus, quod quis dem esse potest cum fide, non quidem secundum perfectam intelligentiam, vel quo ad ea, quæ per se sub fide cadunt, sed secundum notitiam imperfectam, & quo ad ea tantum, quæ ad fidem ordinantur. S. Thom. 2. 2. q. 8. art. 1. & seq. quod quidem do num inest omnibus habentibus gratiam, iuxta illud Psal. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Arg. à contrarium sensu, item hoc donū respondet sextæ beatitudini, scilicet beati mundo corde, qui purgato oculo potest videre, quod oculus non vidit, secundum Aug. in li. 1. c. 9. de serm. Domini in monte. S. Thom. d. loco art. 7. præterea sciendum est, quod in fructibus fides respondet do no intellectus, finis enim vniuscuiusque rei est fructus eius. Sed donum intellectus videtur principaliter ordinari ad certitudinem fidei, quæ ponitur fructus, vt dicit gl. ad Gal. 5. ergo &c. S. Tho. d. loco at. 8. scientia quoque donum est Spiritus Sancti nam ad hoc quod intellectus humanus perfectè assentiat veritati fidei, duo requiruntur vnū quod sane capiat quæ proponūtur, quod pertinet ad do num intellectus, aliud vt habeat rectum Iudicium de eis discernendo credenda à non credendis, & ad hoc pertinet donum scientiæ, quæ differt à sapientiæ dono, quod est cognitio diuinarum rerum, cognitio vero rerum humanarum & creaturarum quæ fit per secundas causas. S. Thom. 2. 2. q. 9. art. 1. & 2. cui dono respondet beatitudo: beati qui lu gent. S. Thom. 2. 2. q. 9. art. 4.

Consequenter post fidem considerandum est de spe, & primo de ipsa spe, secundo de præceptis pertinentibus ad ipsam, tertio de dono timoris.


DE SPE TIT. IIII.

Definitio spei Quæst. I.



PRIMO quærendum est quid sit spes? Resp. prout est virtus Theologica, qua spiritualia, & æterna bona sperantur id est, cum fiducia expectantur, potest sic definiri: Spes est certa expectatio futurę beatitudinis veniens ex Dei gratia & Meritis præcedentibus. Mag. sent. in 3. Dist. 26. l. A. S. Thom. 2. 2. q. 18. artic. 4. Philiarč. Man. Sac. tit. de virt. in Particulari. §. spes est. Canis. tit. de spe. c. 2. dicens spes est virtus diuinitus infusa, per quam certa cum fiducia nostræ salutis & æternæ vitæ, bo na expectantur: Perald. 1. p. summę vir. c. 1. Astens. lib. 2. tit. 61. art. 1. Vig. tit. de virt. fidei capit. 11. dicens, quod quo ad actum ita definiri potest, pro vt definit Magister, quo ad habitum autem sic definiri potest. Spes est virtus Theologica à Deo in voluntate infusa, qua homo inclinatur, & disponitur ad certitudinaliter expectandam futuram beatitudinem, mediante auxilio gratiæ Dei, qui dabit face re operam eritoria, ad aliam consequendam Sanct. Ant. 4. p. tit. 7. cap. 1. §. 2. dicens in dicta definitione tria contineti, primo eius actus dum dicitur, certa expectatio vt dicetur inferius suo loco; Secundo eius obiectum, cum dicitur futuræ beatitudinis Tertio meritum, cum dicitur, ex meritis & gratia proueniens, sine meritis enim aliquid sperare non spes, sed præsumptio dici potest. Mag. sent. d. loco & dicitur Spes secundū Etymologiam, quia est pes progrediendi ad ardua, quasi pes dicta vt dicitur in catholic. S. Ant. 4. p. tit. 7. 1. in princ.

Spes, & fides in quibus conueniant, & in quibus discrepare dicantur. Quæst. II.



SECVNDO quæro, in quibus conueniant, & in quibus differāt, Fides, & spes? Resp. sicut fides, ita & spes est de inuisibilibus: vn de Aug. in enchir. c. 8. Fidem appellamus earum verum, quæ non videntur. De spe quoque dicitur, Spes quæ vide-

tur non est spes, quod enim videt quis, quid sperarat? quod attinet ad non videre, vel quæ creduntur vel quæ sperātur, fidei, speique commune est. Distinguitur tamen fides à spe, sicuti vocabulo, ita etiam rationabili differentia. Est enim fides malarum rerum, & bonarum; quia & bona creduntur, & mala, & hoc fide bona non mala. Est etiam fides, & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus enim mortem Christi; quæ iam præterijt; credimus ascensionē, quę nunc est. Credimus venturum ad Iudicandum, quod futurum est, Item fides, & suarum rerum est, & alienarum. Nam & se quisque credit esse cœpisse, nec fuisse, vti que sempiternum & alia, atque alia non modo de alijs hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de Angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarū & ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur; Mag. sen. in 3. distin. 26. l. B. qui in litera seq. dicit, quod in Christo, & in sanctis iam beatificatis, & in Angelis non est fides, neque spes, nam in Christo fuerint bona Patrię, & Angeli cum Sanctis vident, & fruūtur ijs rebus, de quibus nos fidem, & spem habemus.

Differentia Spei, Desiderij, & cupiditatis quæ sit. Quæst. III.



ERTIO quęro, vtrum spes sit idem, quod desiderium, vel cupiditas? Resp. quod nō, quia diuersarum potentiarū sunt diuersæ passiones specie differentes: sed spes est in irascibili, desiderium autem & cupiditas in cōcupiscibili: ergo spes differt specie à desiderio, & cupiditate. S. Thom. 1. 2. q. 40. art. 1. dicens quod circa obiectum spei, quatuor cōditiones attenduntur. Primo quidem quod sit bonum; non enim proprie loquendo est spes nisi de bono, & in hoc differt à timore, qui est de malo; Secundo vt sit futurum, non enim spes est de præsenti iam habito, & per hoc differt à gaudio, quod est de bono præsenti. Tertio quod sit aliquid arduum cum difficultate adipiscibile, non enim dicitur aliquis sperare minimum, quod statim est in sua potestate, vt habeat, & per hoc differt à desiderio, vel cupiditate, quæ est de bono futuro absolute, vnde pertinet ad concupiscibilem, spes autem ad irascibilem. quarto quod illud arduum sit possibile adipisci, non enim aliquis sperat id, quod omnino adipisci non potest, & secundum hoc differt spes à desperatione. Si ergo patet, quod spes differt à desiderio, sicuti differunt passiones irascibilis à passione concupiscibilis. Sanctus Thomas dicto loco, conc. S. Ant. 4. tit. 7. cap. 1. §. 2. & seq. Tab. ver. spes numero 2.

Spes quotuplex sit. Quæst. IIII.



VARTO quæro quotuplex sit spes? Resp. duplex; quædā quæ est passio subiectiue existēns in irascibili, de qua dictū est in proxima præcedenti quęstione, & dicetur in sequentibus: alia è virtus Theologica causata à Deo per infusionem; subiectiuè existens in voluntate, de qua dictum est in 1. & 2. q. 5. & dicetur latius suo loco inferius S. Ant. 4. p. ti. 7. cap. 1. in princ. dicit, quod triplex est spes, videlicet naturalis, virtualis, & criminalis: prima est quędam passio, secūda est virtus Theologica de qua Psalm. 70. tu es, Domine spes mea, i. tu es causa spei meæ, tertia improprie dicitur spes propter aliquam apparentem similitudinem, quā habet cum ipsa, de qua in Psal. nolite sperare in iniquitate, & Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes, nam talis spes, quæ cadit in mutuo, inducit vsuram c. consuluit, de vsuris, maxime quando est causa principalis mutui, & hæc spes vltimo loco posita, est triplex. prima de se ipso prou. 28. qui confidit in corde suo stultus est, secunda est in homine Hier. 17. Maledictus vir qui confidit in homine Tertia est de re vana Sap. 5. Spes impij quasi lanugo, quæ à vento tollitur. omnis tamen ista mala spes improprie dicitur spes, & abijcienda est. S. Ant. d. loco §. 1. alia Distin. est Alex. de Ales. 3. p. q. 65. Membr. 1. in princ. quod spes alia dicatur formata, alia informis, dicens cum non sit maior ratio de fide, quam de spe circa informationem, si illa informis esse potest, & hæc pariter poterit esse informis.

Spes an sit in vi apprehensiua an in vi Appetitiua. Quæst. V.



VINTO quæro: vtrum spes sit in vi apprehensiua, an in vi appetitiua? Respon. quod spes est de bono, bonum autem in quantū huiusmodi, non est obiectum cognitiuæ, sed appetitiuę virtutis, ergo spes non pertinet ad cognitiuam, sed ad appetitiuam virtutem. Sanctus Thomas 2. quæst. quadragesima articulo secundo, quæ spes pro vt est passio, cum sit in irascibili quamuis causa eius sit experientia Arist. 3. Eth. capitulo octauo, aliqui sunt bonę spei propter multoties & multos vicisse, quod ad experientiam pertinet, in Iouenibus tamen & ebriosis abundare dicitur, omnes enim stulti, & deliberatione non vtentes, omnia tentant, & sunt bonę spei, quin imò & in brutis reperitur spes aliqua ex instincto naturę, futuri boni commodi, Sanctus Thomas 1. 2. q. 40. articulo 2. 3. 5. & 6.

Spes an sit virtus Quæst. VI.



EXTO quæro, vtrum spes sit virtus? Respond. quod sic, Greg.lib. 1. Moral.cap.28.dicit per tres filias Iob. significantur hæ tres virtutes, fides, Spes, Charitas, ergo spes est virtus S. Tho.2.2. q.17.ar.1. dicens: cũ per spem fiat actus hominis bonus, debitam Regulam attingens, scilicet Deum, eam quoque virtutem esse necessarium est, & licet qui sperat sit imperfectus secundum cõsiderationem ad id quod sperat obtinere, quod nõdum habet, est tamen perfectus quantum ad hoc quod iam attingit propriam regulam, scilicet Deũ cuius auxilio innititur. S. Thom.d. loco ad 3. Ampliatur vt dicatur virtus Theologica Paul. 1. ad Chor.13. vbi conummeratur, fides, Spes, & Charitas, quæ sunt virtutes Theologicæ S.Thom.d.loco art.5. dicens cum spei obiectum sit ipse Deus, ipsa est virtus Theologica: in hoc enim consistit ratio virtutis Theologicæ, quod Deum habeat pro obiecto S.Thom. 1.2.q.62.art. 1. Non obst. quod per spem alia bona adipisci sperentur, nam Res. quod ea sperantur in ordine ad Deum, sicut ad vltimum finem, vel sicut ad primam causam efficientem S, Th. 2.2.q. 17.ar.5.ad primũ. Est igitur spes Virtus Theologica, quę distinguitur à fide, & à Charitate, vbi enim non est distinctio ibi non est numerus sed spes conummeratur alijs virtutibus Theologicis Greg.lib.1.Moral.c. 28. ponit esse tres virtutes fidem, spem, & Charitatem: ergo spes est distincta ab alijs virtutibus S.Thom.2.2.q.17. art.6. dicens quod aliqua virtus dicitur esse Theologica ex hoc quod habet Deum pro obiecto, cui inhæret. potest autem aliquis alicui inhærere dupliciter, vno modo propter se ipsum alio modo in quantum ex eo in aliud deuenitur. Charitas facit hominem Deo inhærere, propter se ipsum, mentẽ hominis vniens Deo per affectum Amoris. Spes autem, & fides faciunt hominem inhærere Deo sicut cuidam principio, ex quo aliqua nobis proueniunt. De Deo autem prouenit nobis, & cognitio veritatis, & adeptio perfectæ bonitatis. Fides facit hominem Deo inhærere in quantum est nobis principium cognoscendi veritatem. Credimus enim ea vera esse, quæ nobis à Deo dicuntur. Spes autem facit Deo adhærere, pro vt est in nobis principium, perfectæ bonitatis, in quantum scilicet per spem diuino auxilio innitimur ad beatitudinem obtinẽdam, & sic spes distinguitur à fide & Charitate; fides tamen ipsam præcedit gl. Math.c. 1. dicit Abraam creauit Isac, idest fides genuit spem, S. Thom.2.2.q.17.ar.7.dicens, fidem spem absolute præcedere oportere cũ per illam nobis innotescat, quod possumus vitam adipisci æternam, & quod adhoc diuinum operatum est auxilium, & quãuis Charitas perfectione spem præcedat, origine tamen spes prior Charitate dicitur. Paul.1.Timot.1. Finis præcepti Charitas est de Corde puro, & conscientia bona, gl. idest spe, ergo spes est Prior Charitate. S. Thom.2. 2.q. 17.ar.8. vbi in Resp. ad 3. dicit, quod naturaliter Charitas præcedit spem formatam, & merita ex Charitate causata vndè spes dicitur ex meritis prouenire, quantum ad ipsam rem expectatam pro vt aliquis sperat beatitudinem se adepturum ex gratia, & meritis, vel quantum ad actum spei formatæ habitus autem spei, per quam aliquis expectat beatitudinem, non causatur ex meritis, sed pure ex gratia, & hoc modo spes præcedit Charitatem S.Thom.2.2.quęst. 17. articul.primo ad 1.conclu. Astens.lib.2.Tit.61.art.1. S.Ant.4.p.tit.7. cap.2.§. 1.S. Bonau.3.distin.26.art.2.q.1.Durand.d.loco q. 1.& seq. Tab.ver.spes nu.4.vinc. 3.p. lib. 1.Distin. 21.art.1.& seq.S.Thom.3.sent.Distin. 26.q.2. art. 2.& seq. Vinc. d.loco ar.3.& seq.

Spei obiectum quod esse dicatur. Quæst. VII.



EPTIMO quæro, quid sit obiectum spei? Respond. Beatitudo æterna Paul. ad Hebr. 6. Habemus spem incedentem, idest incedere facientem ad interiora velaminis. i. ad beatitudinem cœlestem, vt glossa dicit ibi d.loco S.Thom. 2.2.quæstio.17.artic.2. dicens quod spes, de qua loquimur attingit Deum; innitens eius auxilio ad consequendum bonum speratũ. Oportet autem effectum esse Causæ proportionatum, & ideo bonum, quod proprie & principaliter à Deo sperare debemus, est bonum infinitum, quod proportionatur virtuti Dei adiuuantis; Nam infinitæ uirtutis est propriũ, ad infinitum bonum perducere. Hoc autem bonũ est vita æterna, quæ in fruitione ipsius Dei cõsistit Non enim minus aliquid ab eo sperandũ est, quam sit ipse, cum non sit minor eius bonitas, per quam bona creaturæ communicat, quam eius essentia, & ideo proprium, & principale obiectum spei, est beatitudo æterna: Non obst. quod homo speret, & petat alia à Deo, quam beatitudinem vt patet in oratione Dominica Math.c.6. nam Respond. quod tunc homo licitè sperat, & petit à Deo, temporalia, & spiritualia, quando ipsa sunt in ordine ad beatitudinem æternam. Vnde spes quidem principaliter respicit beatitudinem ęternam; Alia vero quę petũtur à Deo, sunt secundario in ordine ad beatitudinem æternam S.Thom.d.loco ad 2.conc. idem in 3.sent.Distin.26.q.2.art.2.S.Ant.4 p. tit.7. c.3. S.Bonau. 3.sent.Distin.26.art. 2.q. 4. Rayn. versic. spes c.2. Vincentius 3.p.lib.1.Dist.22. in princ. Viguer.tit.de spe c.1 in princ. dicit duplex esse obiectum spei, scilicet materiale, & formale: obiectum materiale principale, & primarium, est beatitudo æterna, minus principale verò, & secundario sunt ea, quæ conducunt ad vitam æternam; Cum igitur obiectum spei sit beatitudo ęterna, sequitur quod licitè quis non possit sperare in homine. Ierem. Maledictus homo qui confidit in homine, Sanctus Thomas 2.2.quęst.17.ar.4. dicens quod spes Duo respicit, scilicet bonum, quod obtinere intendit, &

auxi-

auxilium, per quod illud bonum obtinetur. Donū autem, quod aliquis sperat obtinendum, habet rationem causę finalis, auxilium autem, per quod aliquis sperat illud bonum obtinere, habet rationem causę efficientis. In genere autem vtriusque causę inuenitur principale, & secundū. principalis enim finis est vltimus, secundarius autem finis est bonū, quod est ad finem. Similiter principalis causa agēs, est primum agens. Secundaria vero causa efficiens, est agens secundum instrumentale. Spes autē respicit beatitudinem ęternam, sicut finem vltimum; diuinum autem auxilium sicut primam causam inducentem ad beatitudinem. Sicut ergo non licet sperare aliquod bonum præter beatitudinem, sicut vltimum, sed solum sicut id quod est ad finem beatitudinis ordinatum, ita etiam non licet sperare de aliquo homine, uel de aliqua creatura, sicut de prima causa mouente in beatitudinem: licet autem sperare de aliquo homine, uel de aliqua creatura, sicuti de agente secundario, & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcumque bona consequenda, in beatitudinem ordinata. Et hoc modo ad sanctos conuertimur, & ab hominibus etiam aliqua petimus & vituperantur illi, de quibus aliquis confidere non potest ad auxilium ferendum. Sanctus Thomas dicto articulo octauo & 2. 2. q. 25. articulo primo ad tertiū, conc. Viguer. titulo de fide capitulo 11. col. 2. Sanct. Ant. 4. part. titul. 7. capitulo 2. §. 2.

Subiectum spei quod esse dicatur.
Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, quid sit subiectum spei; & primo quęro vtrum spes sit in voluntate sicuti in subiecto? Resp. quod sic, nam Anima non est capax Dei, nisi secundum mentem, in qua est memoria, intelligentia, & uoluntas. Aug. lib. 14. c. 3. & 6. de trin. sed spes est uirtus Theologica, habens Deum pro obiecto. Cum ergo non sit neque in memoria, neque in intelligentia, quæ pertinent ad vim cognoscitiuam, relinquitur, quod sit in uoluntate sicut in subiecto. S. Thom. 2. 2. q. 18. arti. 1. dicens, quod duplex est appetitus in homine, sensitiuus scilicet, & intellectiuus qui dicitur uoluntas. Actus autē spei uirtutis non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, quia bonum quod est obiectum principale huius virtutis, non est aliquid bonum sensibile, sed bonum diuinū. Et ideo spes est in appetitu superiori, qui dicitur uoluntas sicuti in subiecto. Nō autem in appetitu inferiori, ad quem pertinet Irascibilis: Secūdo quæro, utrum spes fuerit in Christo? Resp. quod non, quia semper actu fruebatur uisione diuina & quia in instanti suæ cōceptionis anima eius erat glorificata S. Ant. 4. parti. 7. ca. 2. in princ. Tertio quæro, utrum spes sit in Angelis, & in beatis? Resp. quod non Paul. ad Roman. 8. quod uidet quis, quid sperat, sed beati fruuntur Dei uisione, ergo in eis spes locum non habet. S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 2. vbi subtracto eo, quod dat speciem rei, resoluitur species, & res non potest eadem remanere, sicuti remota forma corporis naturalis, non remanet eadem secundū speciem. Spes autem recipit speciem à suo obiecto principali, sicut & cæteræ virtutes, obiectum autem principale eius est beatitudo æterna, secundum quod est possibilis haberi ex auxilio diuino. Quia ergo bonum arduum possibile, non cadit sub ratione spei, nisi secundum quod est futurum Ideo cum beatitudo iam non fuerit futura, sed præsens, non potest ibi esse virtus spei. Et ideo spes sicut & fides euacuatur in patria, & neutrum eorum in beatis esse potest. Non obst. Psalm. 30. in persona Christi in te Domine speraui &c. quia ibi large sumitur spes pro expectatione illius præmij accidentalis scilicet gloriæ, seu resurrectionis corporis gloriosi, quæ expectatio non est proprie spes uirtutis S. Th. in 3. sent. distin. 26. q. 2. art. 5. & seq. S. Ant. d. ca. 2. Non obst. quod beati expectent gloriam corporis Apocal. 6. nam Resp. quod gloria corporis est minimum quiddam, in comparationem ad gloriam animæ, & qui habet gloriam animæ, habet etiam sufficienter causam gloriæ corporis. Quarto quæro vtrum spes sit in damnatis? Resp. quod non, quia spes causat gaudium: Pau. ad Rom. 12. spe gaudentes, sed damnati non sunt in gaudio, sed in dolore & luctu, secundum illud Isaiæ 65. serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis prę dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. Ergo spes non est in damnatis S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 3. Quinto quęro vtrum Animæ existentes in purgatorio habeant spem? Respon. quod sic S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 3. dicens quod in damnatis non potest esse spes, quia non possunt apprehendere beatitudinem, vt bonum possibile, nec in beatis, vt bonum futurū: sed in uiatoribus, siue sit in vita ista, siue in purgatorio, potest esse spes, quia vtrobique apprehendunt beatitudinem vt futurum possibile. conc. S. Ant. 4. p. tit. 7. ca. 2. vbi dicit quod eadem spes fuit in animabus existentibus in limbo Antiquorum patrum. conc. Vinc. 3. p. lib. 1. Dist. 23. Ray. uerb. spes c. 4. per totum. Non ob. ad prędicta quod spes sit informis sicuti & fides, quę in dęmonibus reperitur, vt dictum est, ergo & spes nam Resp. quod fides est rerum bonarum & malarum, spes autem bonorum tantum futurarum ad se pertinentium, & ideo magis potest esse fides informis in damnatis, quam spes, quia bona diuina non sunt eis futura possibilia, sed sunt eis absentia S. Th. d. artic. 3. in Resp. ad 2. & hęc quę dicta sunt in hac 8. q. intellige de spe pro ut est uirtus Theologica: nam pro vt est passio, reperitur in brutis, & in Amentibus vt dictum est.

Sperare alteri beatitudinem, an quis possit. Quæst. IX.



ONO quæro, vtrum aliquis possit sperare alteri beatitudinem æternam? Respo. ex mente. S. Thom. 2. 2. q. 17. art. 3, dicentis, quanquã non absolutè præsupposita tamen Charitate, potest quilibet, non tantum sibi, sed alteri æternam sperare vitam, spes enim absolutè, non est nisi rerũ ad Deum pertinentium, qui curam eorum, qui spẽ habent, gerere perhibetur, sed præsupposita vnione amoris ad alterum, iam aliquis potest sperare, & desiderare alteri vitam æternam, in quantum est et vnitus per amorẽ, & ita intelligitur illud Iacob, vltorate pro inuicem, vt saluemini hęc, S. Thom. d. loco.

Spes viatorum an certitudinem habeat. Quæstio. X.



ECIMO quæro, vtrum spes viatorum certitudinem habeat? Resp. quod sic: est enim spes certa expectatio futuræ beatitudinis Mag. sẽ. 3. dist. 26. quod potest accipi ex hoc quod dicitur 2. ad Tim. 9. scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare S. Tho. 2. 2. q. 18. ar. 4. dicens quod spes est in uiatoribus certa. nõ quidem essentialiter, sed per fidẽ, omnem certitudinem habet conc. S. Bona. 3. sent. dist. 26. artic. 2. q. 5. Durand. d. loco q. 3. Rayn. vers. spes cap. 1.

De actu spei, an sit datum præceptum. Quæst. XI.



NDECIMO quæro, vtrum de actu spei sint data præcepta in ueteri testamẽto? Resp. quod sic, iuxta illud Psalm. sperate in eo omnis congregatio populi, & in pluribus alijs locis, non tamen expressa data sunt in Dealogo, quia præceptorum, quæ in sacra scri ptura inueniuntur, quædam sunt præambula legis, & quędam sunt de substantia legis. Pręambula quidem ad legem sunt illa, quibus non existẽtibus lex locum habere non posset, huiusmodi autem sunt præcepta de actu fidei, & de actu spei, quia per actum fidei, mens hominis inclinatur, vt recognoscat auctorem legis talem, cui se subdere debet. Per spem verò præmij homo inducitur ad obseruantiam præceptorum. De substantia legis sunt, quod homini iam subiecto ad obediendum parato, imponuntur pertinentia ad rectitudinem vitę. Et ideò ipsa præcepta statim in ipsa latione legis præponuntur per modum præceptorum. Sed præcepta fidei & spei, non erant proponenda per modum præceptorum, quia nisi homo iam crederet, & speraret, frustra ei lex præponeretur. Sed sicut præceptum fidei fuit proponendum per modum denunciationis, ita præceptum spei fuit proponendum per modum promissionis. S. Ant. 4. p. tit. 7. c. 2. §. 3. San. Thom. 2. 2. q. 22. art. 1.

Adiuuant tres species considerationum ad sperandum. Quæst. XII.



VODECIMO quæro, quid adiuuet ad sperandum? Resp. ad sperandum adiuuant tres species considerationum: prima est consideratio diuinæ bonitatis erga nos, secunda est consideratio nostræ operositatis, scilicet eorũ quæ pro Deo agimus & sustinemus; Tertia est cõsideratio beatorum suffragiorum. De primo 1. Iohan. 3. uidete qualem Charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus: Circa secundum, hoc est circa nostram operositatem, hæc est triplex. Prima operatio bonorum, quæ facimus, Psalm. 4. Sacrificate Sacrificium Iustitię, & sperate in Domino. Secunda est toleratio laborum, & tribulationum Ro. 5. tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò spẽ, spes autem non confundit, S. Bona. 3. dist. 26. q. 2. Tertia est conuersio peccatorum, multum enim habet cõducere ad spem, vt conuersio Magdalenæ, latronis & aliorum; Vnde Osee. 2. dicit. Dabis vallem Achor, ad aperiendũ spem, Tertia, & vlt. consideratio, quę adiuuat nos ad sperandum, est suffragium Sanctorum; vnde Ps. 120. Leuaui oculos meos in Montes id est ad Sanctos, sperãdo inde auxiliũ, nõ quod ab ipsis debeamus sperare obtinere gratiam, vel dona sed à Domino, meritis, & precibus Sanctorum: Propterea subditur Psalm. 120. Auxilium meum à Domino; qui fecit cœlum, & terram S. Ant. 4. p. tit. 7. c. 2. §. 4. & seq. Inter cęteros verò beatos Maria Virgo dicta est spes nostra, & aduocata nostra, vt dicit Ecclesia. quond. è, de qua late S. Anto. d. loco §. 5. qui vtilia & pulcra ponit lex, quæ debemus sperare, à Beata Maria Virgine.

Sperare quando debeamus. Quæst. XIII.



ECIMOTERTIO quæro; quãdo debeamus sperare in Deo? Resp. omni tempore. Oleæ ca. 12. spera in Deo tuo semper, præcipuè tamen in tempore tentationis, afflictionis, defectionis, & offensionis; primo quia spes, quam habemus de Deo, liberat ab omni tentatione, Prou. 30. Clipeus est sperantibus in se. Secundo sperare debemus in Deo tempore tribulationis, triplici ratione; primo quia Deus tribulatos non deserit. Iudit. 13. qui non deseris sperantes in te: secũdo, quia Deus tales eripit Paul. ad Corinth. qui de tantis periculis nos eripuit, & eruet in quem speramus. Tertio quia Deus sperantes in se, securos reddit: Psal. in Deo speraui non timebo, quid faciat mihi homo: Tertio debemus sperare in Deo, tempore defectionis. Sicut enim seruus in Domino diuite, & largo

largo ſperat, ſic tempore neceſſitatis in Domino eſt ſperandum, Pſalm. paraſti in dulcidine tua, pau peri Deis & Sap. 25. factus eſt fortitudo pauperi, ſpes à tribulatione, vmbraculum ab æſto; Quarto debemus ſperare in Deo, tempore offenſionis, eccl. ſecundo Reſpicite filij, nationes hominum, & ſcitote quod nullus ſperauit in Domino & confuſus eſt, quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? & quis inuocauit illum & deſpexit? Raynucius, verſiculo ſpes capitulo 7.

Sperari quæ debeant à Domino
Quæſt. XIIII.

DECIMO QARTO quæro, quæ ſint ſperanda à deo? Reſpō. plura & præcipue ea, quæ relucent in Dominica oratione. Math. ſexto, & Luc. vndecimo quæ ſunt ſeptem, videlicet.

1 *Pater noſter qui es in Cælis,*
2 *Santificetur nomen tuum*
3 *Adueniat Regnum tuum,*
4 *Fiat voluntas tua ſicut in cælo, & in terra*
5 *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*
Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
6 *Et ne nos inducas intentationem*
7 *Sed libera nos à malo. Amen.*

S. Ant. 4. p. tit. 7. cap. 2. §. 5. dicit, quod ſex ſunt, quæ poſſumus, & debemus ſperare; Primo ueniam peccatorum Iob. 13. ſi occiderit me, ſ. per contritionem, ſperabo in eum, ſcilicet quod parcat, & veniam præſtet, Secundo debemus ſperare donorū & virtutum, copiam, Eccl. 24. ſpes vitæ, & virtutis, ſ. eſt in eo qui habet veram ſapientiam ſecum. ſ. Deū Tertio debemus ſperare gloriam Cælorum, prou. 10 expectatio Iuſtorum lętitia, ſ. ſupernæ gloriæ, vndè ſpes dicitur certa expectatio futuræ beatitudinis, Quarto ſperare debemus iuuamen & ſubleuationem à miſerijs: prou. 29. qui ſperat in Domino ſubleuabitur, Quinto ſperare debemus illuminationem in ambiguis, & agendis, Pſal. 36. ſpera in eo, & ipſe faciet, & educet quaſi lumen Iodicium, tuum, Sexto ſperare debemus auxilium, & victoriam in temperationibus contra dęmones, mundum & carnem Iohan. 14. confidite quia ego vici mundum, & Pſal. 31. ſperantem in Domino miſericordia circumdabit.

De præceptis pertinentibus ad ſpem
Quęſt. XV.

DECIMO quinto quæro, vtrum de ſpe debeat dari aliquod pręceptum? Reſp. quod neceſſarium fuit, ante legem pręcepta aliqua dari ſpei, per modum promiſſionis, quibus homines ad legis obſeruantiam inducerentur, & poſt legem eadem dari oportuit, per modum admonitionis, vel præcepti, vt maiori diligentia legem cuſtodirent. Vnde Aug. ſuper illud Ioan. 15. Hoc eſt pręceptum meum ut diligatis inuicem De fide nobis quam multa mandata ſunt quàm multa de ſpe? ergo de ſpe conuenit aliqua pręcepta dari S. Thom. 2. 2. q. 22. art. 1. ſimiliter & de timore dandum fuit præceptum: ſicut enim aliquis inducitur ad obſeruantiam pręceptorum legis per ſpem pręmiorum, ita etiam inducitur ad legis obſeruantiam per timorem pœnarum, ſed de hoc nō fuit datum præceptum ſicuti neque de ſpe ſed ſicuti datum fuit pręceptum de ſpe per modū admonitionis, ita, etiam de timore filiali, vnde Deuter. 10. & nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum. Sed illud à nobis requirit, quod nobis pręcipit obſeruandum. Ergo ſub pręcepto cadit, quod aliquis timeat Deū. Donum autem timoris connumeratur inter dona ſpiritus ſancti Iſa. 11. quod intelligede timore filiali qui correſpondet virtuti ſpei, non enim per eū timemus ne nobis deficiat, quod ſperamus obtinere, per auxiliō diuinū, ſed timemus ab hoc auxilio nos ſubtrahere. Vnde iſte timor & ſpes ſe inuicem perficiunt. S. Thom. 2. 2. q. 19. art. 9. cui dono correſpōdet etiam paupertas ſpiritus, Aug. de ſerm. Domini in Monte lib. 1. c. 19. S. Tho. d. loco art. 12.

Effectus ſpei qui eſſe dicantur.
Quęſt. XVI.

DECIMOSEXTO quęro, q ſint effect⁹ ſpei. Reſp. plures, quorum primos eſt, quod ſpes eſt cauſa Amoris, gl. ſuper Math. cap. 1. Abraam genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob dicit, 1. fides ſpē, ſpes Charitatem: Charitas autem eſt Amor. Ergo Amor Cauſatur à Spe S. Thom. 1. 2. q. 40. artic. 7. dicens, ſpes cum bonum ſperatum reſpiciat, neceſſe eſt ex amore, & deſiderio boni cauſari. Secundus eſt effectus ſpei, ut ipſa conferat ad operationem, Paul. 1. Corinth. 9. dicit, quod qui arat, debet arare in ſpe fructus percipiendi, & eadem ratio eſt in omnibus alijs S. Th. 1. 2. q. 40. ar. 7. dicēs quod ſpes ex duobus adiuuat operationem, primo ex ratione obiecti, quod eſt bonum arduum, poſſibile. exiſtimatio enim ardui, excitat attentionem; exiſtimatio uero poſſibilia, nō retardat conatum. Secūdo uero ex ratione ſui effectus, ſpes enim cauſat delectationem, quę adiuuat operationem. Vnde ſpes operationem adiuuat. S. Ant. in 4 p. tit. 7. c. 1. §. 4. dicit, quod ſpes operatur quatuor bona: Primo dilectionis effectiua, ſecundo delectationis productiua, tertio operationis, perfectiua, quarto pręmiationis collatiua. concl. Rayn. uerſi. ſpes. cap. 6. poſſunt etiam addi ſeptem pręmia, ſeu utilitates conſequentes ex ſpei prima pęnitentię directiua, & incitatiua; Nemo enim digne agere poteſt pęnitentiam, niſi qui ſperauerit indul-

indulgentiam ca. nemo de pœn. dist. 1. Secundo est in angustijs magnis fortificatiua, Esa. 40. qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, Tertio est intelligentiæ aperitiua, Sap. 3. qui confidunt intelligent ueritatem, Quarto est malorum liberatiua, Psal. 21. in te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos. Quinto est tentationum triũphatiua, Psal. 55. In Domino speraui, non timebo, quid faciet mihi homo. Sexto est præseruatiua intentionis hominis. Paul. 1. Timo. 5. Galeam salutis assumite. i. spem salutis. Septimo est bonorum multiplicatiua. Psal. 51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei mei: & Psal. 129. à Custodia matutina usque ad noctẽ, speret Israel in Domino; Hæc S. Ant. 4 p. tit. 7. c. 1. §. 5. & hæc quò ad virtutem spei; cui principaliter opponuntur duo vitia, videlicet, desperatio, & præsumptio. vig. tit. de spe cap. 10. §. 1. S. Thom. 1. 2. q. 40. art. 4. de quibus dixi ego in summa Pec. Capit. par. 1. q. 14. tit. 5. & p. 1. q. 11. tit. a. per totum.

De dono timoris. Quæst. XVII.



DECIMOSEPTIMO quæro; vtrum Deus possit timeri? Resp. quod potest Deus timeri, non quidem sicut aliquod malum, sed vt à quo malum aliquod pœnæ esse pôt, quod est bonum simpliciter, malum autem secundum quid. Vnde Iere. 10. quis non timebit te ò Rex gentium. & Malach. 1. si ego Dominus, vbi timor meus. Est autem timor Domini, initium sapientiæ, vt in Ps. 110. qui si fuerit castus, vel filialis, dicetur donum Spiritus Sancti, quo nos Deum voluntariè reueremur, & nos ipsi subducere refugimus. Vnde Isa. 11. timor Domini enumeratur inter septem dona Spiritus Sancti, Vnde crescente Charitate, crescit filialis, ac castus timor, & diminuitur is, qui seruilis est. Vnde Aug. lib. 83. q. in q. 36. Dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientiam. i. quæ summè diligit Deũ, & proximum, tanquam se ipsum, ideò erit etiam in patria iste timor, vt in Psal. 18. timor Domini sanctus permanet in seculum seculi, cui quidem dono, respondet beatitudo, paupertas spiritus, secundum Aug. lib. 1. c. 9. de sermone Domini in monte. Timor Dei congruit humilibus, de quibus dicitur; beati pauperes Spiritu.

Consequenter considerandum est de Charitate; & Primo de ipsa Charitate, Secundo de dono sapientiæ ei correspondente, Tertio de præceptis pertinentibus ad ipsam.

DE CHARITATE. TIT. V.

Quid sit Charitas. Quæst. I.



PRIMO quæro, quid sit Charitas? Resp. Charitas est dilectio, qua diligitur Deus, propter se, & proximus propter Deum, vel in Deo. Mag. sent. in 3. dist. 27. L. B. vbi S. Bona. in 1. dubio S. Ant. 4. p. tit. 6. ca. 1. §. 3. Rayn. ver. Charitas cap. 2. vbi Angel. in prin. Philiarcus Man. Sacerd. tit. de virt. Theolog. Ros. Tab. & Sylu. versic. Charitas in prin. Astens. li. 2. tit. 62. ar. 1. Canisius tit. de Charitate, cap. 2. dicit quod Charitas est virtus infusa diuinitus, qua sincere diligitur propter se Deus, & propter Deum, proximus. Viguer. tit. de virt. Charit. cap. 12. in princ. Perald. 1. p. summę virt. c. 1. dicit in Deo dicitur in 1. definitione propter illos, qui iusti sunt, qui manent in Deo, per gratiam. Propter Deum dicitur, quantum ad illos, qui nondum sunt Iusti, qui adhuc amãdi sunt, vt Iusti fiãt, & in Deo per gratiam maneant, Hæc definitio traditur per effectum Rayn. d. loco cap. 2. versatur. n. Charitas circa duo mandata adimplenda, unum pertinens ad dilectionem Dei, quod est maximũ in lege mandatum. Deuth. 6. alterum pertinens ad diligendum proximum, Math. cap. 22. in his enim duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ, & finis præcepti est dilectio, & ea est gemina, idest Dei, & proximi. Mag. sent. d. loco & dicam ego inferius suo loco; & dicitur Charitas, quasi careitas, vel Chara vnitas, & dilectio quasi, Dei electio S. Ant. 4. p. tit. 6. c. 1. in princ.

Differentia charitatis, amoris, amicitiæ, dilectionis, et Beneuolentiæ. Quæst. II.



SECVNDO quæro, quæ differentia sit inter amorem, beneuolentiam, amicitiam, charitatẽ, & dilectionem? Respo. quod amor est quid generale, ad omnem amorem licitum, & illicitum, & pro, vt est passio est communis nobis, & brutis, & quando sic aliquid amamus, vt rei amatæ non velimus bonũ, sed ipsum bonum rei uelimus nobis, sicut dicimus amare vinum, equum, & huiusmodi non dicitur amor amicitiæ, sed amor concupiscentiæ: Sed quãdo aliquid amamus, ut ei bonum velimus dicitur amor beneuolentiæ. beneuolentia autem importat solam amationem unius ad alterum, etiam si ille non reamet, qui amatur, quæ fundatur super aliqua communicatione. Charitas autem est amor, fundatus super communicatione supernæ beatitudinis, dilectio autem dicitur actus ipsius Charitatis, qui est habitus quidam, & sic Charitas est quædam amicitia hominis ad Deum; & differt amicitia à Charitate, quia illa fundatur super honestate

virtutum

virtutum, Charitas autem ſuper bonitate diuina, cuius actus primus & principalis eſt dilectio. Hæc tamen omnia, vnum pro altero large ſumitur, & quemadmodum reſpectu Amici Amamus etiam attinentes, quamuis nos offenderent, & hoc non reſpectu ipſorum, ſed reſpectu Amici noſtri, ad quem illi pertinent, vt res ſuæ, ſic peccatores & inimicos debemus ex Charitate diligere, in quam tum ſunt creaturæ ipſius Dei, ad quem principaliter eſt Amicitia Charitatis. S. Ant. 4. p. tit. 6. c. 1. in Princ.

Charitas quotuplex ſit Quæſt. III.



TERTIO quæro, quotuplex ſit Charitas? Reſp. triplex, eſſentialis ſcilicet, perſonalis, & virtualis; Prima eſt Deus, Trinitas. Herem. 31. in Charitate perpetua dilexi te, ait Dominus, & in Hymno Trinit. Tu Charitas, tu puritas, & eſt ipſa eſſentia Dei, non autem accidens, ſicut in nobis, Charitas autem perſonalis, eſt ſpiritus ſanctus, de quo dicitur, 1. Io. 3. Deus Charitas eſt &c. Quod exponit S. Auguſtinus de ſpiritu ſancto, dicitur autem ſpiritus Sanctus Charitas, propter appropriationem, quia procedit per modum amoris, Vndè Greg. ipſe ſpiritus ſanctus amor eſt patris in filiũ, & filij in patrem, nõ tamen accidens, ſicut amor noſter. Charitas virtualis eſt amor creaturæ increatorem, gratia formatus, de qua Rom. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in Cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, non quod magis detur nobis à ſpiritu ſancto, quam à Patre & filio, cum inſeparabilia ſint opera trinitatis, ſ. perſonarum diuinarũ, ab extra, c. omnes, de conſecr. Diſt. 4. ſed quia gratis datur, & ex amore, ideo Magis attribuitur ſpiritui ſancto, qui dicitur amor Sanctus. Ant. 4. p. tit. 6. c. 1. in princ.

Gradus Charitatis quot dicantur eſſe? Quæſt. IIII.



QVARTO quæro, quot dicantur eſſe gradus Charitatis? Reſpond. tres, nam Charitas alia eſt incipiens, alia proficiens, alia perfecta S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 9. S. Ant. 4. p. cap. 2. §. 2. Perald. de plenitudine Charitate c. 18. vnde Aug. Tract. S. in fine vol. 9. in 1. Epiſtola Can. Ioan. dicit Charitas cum fuerit nata nutritur, quod pertinet ad incipientes, cum fuerit nutrita roboratur, quod pertinet ad proficiẽtes; cum fuerit roborata perficitur quòd pertinet ad perfectos S. Thom. d. loco dicit, ſicut infantilis ætas dicitur, antequam habeat vſum rationis, poſtea autem diſtinguitur alius ſtatus hominis, quando iam incipit loqui, & ratione vti. Iterum Tertius ſtatus eſt pubertas, cũ iam incipit poſſe generare, & ſic deinde quouſque perueniatur ad perfectum. Ità etiam & diuerſi gradus Charitatis diſtinguuntur, ſecundum diuerſa ſtudia, ad quæ homo perducitur p Charitatis augmentum. Nam primo quidem incumbit homini ſtudium principale ad recedendum à peccato, & reſiſtendum concupiſcentijs eius, quæ in contrarium Charitatis mouent. Et hoc pertinet ad incipientes, in quibus Charitas eſt nutrienda, vel fouenda, ne corrumpatur. Secundum autem ſtudium ſuccedit, vt homo principaliter intendat adhoc, quod in bono proficiat, & hoc ſtudium pertinet ad proficientes, qui ad hoc principaliter intendunt, vt in eis Charitas per Argumentum roboretur. Tertium autem ſtudium eſt, vt homo ad hoc principaliter intendat, vt Deo inhæreat, & eo fruatur, & hoc pertinet ad perfectos, qui cupiunt diſſolui, & eſſe cum Chriſto. ſicut etiam videmus in motu corporali, quod primum eſt receſſus à termino, ſecundum autem eſt propinquatio ad alium terminum, Tertium eſt quies in termino, qui gradus optime declarantur à Nicholao de lyra, in Pſalm. 133. qui eſt vltimus canticorum graduum.

Obiectum Charitatis quid ſit. Quæſt. V.



QVINTO quæro, quid ſit obiectum Charitatis? Reſp. per plures concluſiones, quarum prima ſit, quod obiectũ Charitatis eſt Deus, & non ſolum ſe extendit ad Deum, ſed etiã ad dilectionem proximi 1. Iohan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum, Sanct. Thom. 2. 2. q. 25. Artic. 1. dicens, quod ratio diligendi proximum, Deus eſt. Hoc enim in proximo debemus diligere, vt in Deo ſit. Vnde idem ſpecie actus eſt, quo diligitur Deus, & quo diligitur proximus, Si quis tamen diligeret proximum tanquam principalem finem, non autem propter Deum, quod pertinet ad Charitatem, reprehenſibilis eſſet, ſicuti vituperatur qui ſperat in homine, ſicuti in principali auctore ſalutis, non autem qui ſperat in homine ſicuti adiuuante miniſteraliter, ſub Deo S. Thom. d. loco ad 3. Secundo Charitas ex Charitate eſt diligenda, nam Aug. lib. 8. c. 8. vol. 3. de Trinit. dicit, qui diligit proximum, conſequens eſt, vt etiam ipſam dilectionem diligat. Sed proximus diligitur ex Charitate, ergo conſequens eſt, vt etiam Charitas ex Charitate diligatur, non quidem ſicuti amoris obiectum, ſed tanquam bonum, quod volumus his, quos ex Charitate diligimus. S. Thom. 2. 2. q. 25. art. 2. Tertio debemus Angelos ex Charitate diligere Aug. lib. 1. c. 30. vol. 3. de Doct. Chriſt. Iam vero ſi vel cui præbendum à nobis eſt, vel à quo nobis præbendum eſt, officium Miſericordiæ, rectè proximus dicitur Manifeſtum eſt præcepto, quo iubemur diligere proximum, etiam Sanctos Angelos contineri, à quibus multa nobis Miſericordiæ impenduntur officia, S. Tho. 2. 2. q. 25. art. 10. dicens, quod amicitia

citia charitatis, fundatur super communicatione beatitudinis æternæ, in cuius participatione communicant cum Angelis homines. Dicit enim Matth. 22. quod in resurrectione erunt homines sicut Angeli in cœlo. Et ideo manifestum est, quod amicitia charitatis, etiam ad Angelos se extendit. Quarto homo seipsum debet ex charitate diligere, Leu. c. 19. Diliges amicum tuum sicut te ipsum, ergo nos ipsos debemus ex charitate diligere, S. Tho. 2. 2. q. 25. art. 4. dicens, quod loquendo de charitate secundum propriam rationem ipsius, prout scilicet est amicitia hominis ad Deum principaliter, & ex cōsequenti ad ea, quæ sunt Dei. Inter quæ etiam est ipse homo, qui charitatem habet. & sic inter cætera, quæ ex charitate diligit, quasi ad Deum pertinentia, etiam se ipsum ex charitate diligit. Non obstat, quod amare se ipsum, sit vituperabile, 2. ad Timoth. 3. in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos. Nam respond. illud procedere secundum naturam sensibilem cui obtemperant, non autem secundum naturam rationalem, vt sibi velint ea bona, quæ pertinent ad perfectionem rationis, quo modo pertinet ad charitatem diligere seipsum. S. Thom. d. loco in resp. ad tertium. Item diligere debet etiam corpus suum ex charitate, & hoc secundum eius naturam, quo uti debemus ad seruitium Dei. Paul. Roman. 6. Exhibete membra vestra, arma iustitiæ Deo; Infectionem autem culpæ, & corruptionem pœnæ, in corpore nostro, diligere non debemus, sed potius ad eius remotionem anhelare, desiderio charitatis. Vnde Paul. ad Rom. 7. quis me liberabit de corpore mortis huius, & ad Phil. 1. Desiderium habēs dissolui, & esse cum Christo S. Thq. d. loco Artic. 5. Quinto peccatores sunt ex Charitate diligendi. Aug. primo. de Doctrina Christian. capitulo trigesimo, volumine tertio, cum dicitur. Diliges proximum tuum, manifestum est, omnem hominem proximum esse deputandum, sed peccatores non desinunt esse homines; quia peccatum non tollit naturam, ergo peccatores sunt ex Charitate diligendi. Sanctus Thomas secunda secundæ, quæstion. vigesimaquinta, Articul. sexto, dicens, quod debemus in peccatoribus odisse, quod peccatores sunt, & diligere, quod homines sunt, beatitudinis capaces; Vnde secundum naturam sunt diligendi, secundum autem culpam sunt odiendi, & ita intelligitur Psalmus. Iniquos odio habui, & alibi, perfecto odio oderam illos; Peccatores autem se ipsos ex Charitate non diligunt, iuxta Psalm. 10. qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Sanctus Thomas. 2. 2. quæsti. 25. Articul. 7. vbi concludit, quod mali diligunt se ipsos, secundum exterioris hominis corruptionem, sicuti boni amant se ipsos, secundum interioris hominis integritatem, & perfectionem. Sexto de necessitate salutis est, vt etiam inimicos diligamus, Math. capit. 5. Diligite inimicos vestros S. Thom. 2. 2. quæst. 25. Articul. 8. dicens, quod dilectio inimicorum, tripliciter potest considerari, vno modo vt inimici diligantur, in quātum sunt inimici, & hoc est peruersum, & Charitati repugnās, quia hoc est diligere malum alterius. Alio modo potest accipi dilectio inimicorum, quantum ad naturā, scilicet in vniuersali, & sic dilectio inimicorū, est de necessitate Charitatis, vt. s. aliquis diligens Deū, & proximū, ab illa generalitate dilectionis proximi, inimicos suos non excludat. Tertio potest considerari dilectio inimicorum in speciali, vt scilicet aliquis in speciali, moueatur motu dilectionis ad inimicum; & istud non est de necessitate Charitatis absolute, quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali, ad quoslibet homines singulariter, est de necessitate Charitatis, quia hoc esset impossibile, est tamen de necessitate Charitatis, secundum præparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum ad hoc, quod in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret, quamuis perfectionis esset, absque necessitatis Articulo inimicum diligere, in quem Charitatis signa exhibere tenemur, quibus necessario illos diligere cogimur, videlicet, signa communiter alijs exhibita, non autem quæ in particulari, quæ Amicis nostris ostendere consueuimus, nisi in necessitatis Articulo, & secundum animi præparationem S. Thom. 2. 2. quæst. 25. Articul. 9. Iuxta illud prou. 25. si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si siti da illi potum. Septimo regulariter, quatuor sunt diligenda, Aug. 1. de Doct. Christ. cap. 23. vol. 3. ibi quatuor sunt diligenda, vnum quod supra nos est, scilicet Deus; alterum, quod nos sumus; Tertium, quod iuxta nos est, scilicet proximus, Quartum, quod infra nos est, scilicet proprium corpus. S. Thom. 2. 2. quæst. 25. Artic. 12. dicens, quod Amicitia Charitatis super communicatione beatitudinis fundatur, in qua quidem communicatione vnum quidem est, quod consideratur, vt principium influens beatitudinem, scilicet Deus. Aliud est beatitudinem directè participans, scilicet homo, & Angelus, Tertium est id, ad quod per quandam redundantiam beatitudo deriuatur, scilicet corpus humanum. Id quidem quod est beatitudinem influens, est ea ratione diligibile, quia est beatitudinis causa. Id autem quod est beatitudinem participans, potest esse duplici ratione diligibile, vel quia est vnum nobiscum, vel quia est nobis consociatum, in beatitudinis participatione, & secundum hoc sumuntur duo ex Charitate diligibilia, prout scilicet homo diligit, & se ipsum, & proximum. Ita S. Thom. d. loco conc. Mag. sent. in quarto, distinct. 28. in principio S. Bonau. d. loco quæst. 6. S. Ant. p. quarta, Tit. 6. capitul. 3. & seq. Vincent. p. 3. libr. primo, Distinct. 27. Tab. ver. Charitas numer. 12. Asteus lib. 2. Tit. 62. Art. 3.

Creaturæ irrationales an sint ex Charitate diligendæ. *Quæst.* *VI.*


SEXTO quæro, vtrum creaturæ irrationales, sint ex Charitate diligendę Respond. quod non, quia dilectio Charitatis solum se extendit ad Deum, & ad proximum; sed nomine proximi non potest intelligi creatura irrationalis; quia non communicat cum homine in vita rationali. Ergo Charitas non se extendit ad creaturas irrationales. Possunt tamen ex Charitate diligi creaturæ irrationales, sicut bona, quæ alijs volumus, in quantum scilicet ex Charitate volumus eas conseruari, ad honorem Dei, & vtilitatem hominum, & sic etiam ex Charitate Deus eas diligit. S. Thom. 2.2.q.25. Art. 3. Similiter quæro vtrum dęmones sint ex Charitate diligendi, Resp. quod non, Isa. c. 28. Delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Sed perfectio pacis, & fœderis, est per Charitatem. Ergo ad Dęmones, qui sunt inferni incolæ, & mortis procuratores, Charitatem habere non debemus. S. Tho. d. loco Art. 11. dicens, quod dęmones possunt ex Charitate ab hominibus diligi, quo ad suam naturam, non autem quo ad culpam, in quantam illos conseruari in suis naturalibus desideramus, ad gloriam diuinæ maiestatis.

Subiectum Charitatis quod nam sit. *Quæst.* *VII.*


SEPTIMO quæro, vtrum voluntas sit subiectum Charitatis? Resp. quod sic, nam obiectum Charitatis est bonum, quod etiam est obiectum voluntatis: ergo Charitas est in voluntate, sicut in subiecto S.Thom. 2.2.q.24.Art.1. dicens, quod duplex est appetitus, sensitiuus scilicet, & intellectiuus, qui dicitur voluntas: vtriusque obiectum est bonum, sed diuersimode. Nam obiectum appetitus sensitiui, est bonum per sensum apprehensum, obiectum verò appetitus intellectiui, vel voluntatis, est bonum, sub communi ratione boni, prout est apprehensibile ab intellectu. Charitatis autem obiectum, non est aliquod bonum sensibile, sed bonum diuinum, quod solo intellectu cognoscitur. Et ideo Charitatis subiectum, non est appetitus sensitiuus, sed appetitus intellectiuus. i. voluntas conc. S. Ant. quarta, parte Tit. sexto, capitul. secundo, in principio. Vinc. tertia parte, libro primo. Distinctio. vigesimaquinta. Asteus. libro secundo, titul. 62. Articul. 2.

Charitas an sit aliquid Creatum in Anima. *Quæst.* *VIII.*


OCTAVO quæro, vtrum Charitas sit aliquid Creatū in anima? Resp. quod sic, Aug. lib. 3. de Doct. Christiana cap. 10. volum. tertio, dicit; Charitatem voco motum animi, ad fruēdum Deo, propter ipsum. Sed motus animi est aliquid creatum in anima. Ergo & charitas est aliquid creatum in anima S. Thom. 2.2. quæst. 1 3. art. 2. dicens, Charitas est habitus in anima creatus, quo homo inclinatur in actus omnium virtutum, propter Deum, ut illos promptè & faciliter operetur: Concor. Vinc. 3.p. lib. 1. dist. 23. art. 2.

Charitas an sit amicitia. *Quæst.* *IX.*


NONO quæro, vtrum charitas sit amicitia? Respon. quòd sic. Ioan. cap. 15. iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. Sed hoc non dicebatur eis, nisi ratione charitatis. ergo charitas est amicitia, San. Thom. secunda secundæ, quæstion. vigesimatertia. art. 1. dicens, cum sit aliqua communicatio hominis ad Deum, secundum quod nobis suam beatitudinem communicat, super hanc communicationem oportet aliquam amicitiam fundari, de qua Paul. 1. ad Corinth. 1. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius. Amor autem super hanc communicationem fundatus, est Charitas. Vnde manifestum est, quod charitas, amicitia quædam est hominis ad Deum, conc. Vinc. lib. 1. p. 3, dist. 24.

Charitas quomodo causetur in nobis. *Quæst.* *X.*


DECIMO quæro, vtrum charitas causetur in nobis per infusionem? Respon. quod sic, Paul. ad Rom. quinto. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum Sanctū, qui datus est nobis. Sanctus Thomas, secunda secundæ, q. vigesima quarta, artic. secundo, dicens, quod ipsa virtus charitatis, cum sit fundata super communicatione æternæ beatitudinis, non est naturalis, vel per vires naturales acquisita, sed per infusionem spiritus Sancti, in anima hominis infusa. Vnde Paulus ad Roman. 6. Gratia Dei vita æterna, Vnde cum excedat facultatem naturæ, non potest esse naturalis, neque per potentias naturales acquisita, nam effectus naturales, non transcēdūt suam causam, quæ charitas non dependet secundū suam quantitatem, ex naturæ conditione, vel naturali

capa-

capacitate, sed ex sola spiritus sancti gratia, eam infundentis. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 12. Hæc omnia operatur vnus, & idem spiritus, diuidens singulis prout vult. & Iohan. 3. spiritus vbi vult spirat, & Paul. 4. ad Ephes. vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. San. Th. 2. 2. q. 24. art. 3.

Charitas an sit virtus Quæstio. XI.



VNDECIMO quæro, utrū Charitas sit uirtus? Respon. quod sic, Aug. li. de Moribus Eccle. c. 11. uol. 1. dicit, quod Charitas est uirtus (quæ cum nostra affectio est rectissima) coniungit nos Deo, qua eum diligimus. S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 3. dicens, cum Charitas attingat Deum, quia coniungit nos Deo, consequens est Charitatem esse uirtutem, & est uirtus specialis, quia cōnumeratur specialibus uirtutibus, scilicet, spei, & fidei, Paul. 1. Corinth. 13. Nunc autem manent fides spes, & Charitas, tria hæc, ergo Charitas est specialis uirtus. S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 4. dicens quod actus, & habitus specificantur per obiecta; propriū autem amoris obiectum est bonum & vbi est specialis ratio boni, ibi est specialis ratio amoris. Bonum autem diuinum in quantum est beatitudinis obiectum, habet specialem rationem boni. Et Ideo Amor Charitatis, qui est amor huius boni, est specialis amor: vnde & charitas est specialis uirtus, & est una uirtus, nā sicuti obiectum fidei, est Deus, ita Charitatis: sed fides est una uirtus, propter unitatem diuinæ ueritatis, secundum Paul. ad Eph. 4. una fides, ergo etiam Charitas est una uirtus, propter unitatem diuinę bonitatis. S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 5. dicens, quod Charitas finis est unus, scilicet diuina bonitas. Vndè relinquitur quod Charitas est simpliciter una uirtus, quę est Excellentissima omnium. Paul. 1. Corinth. 13. Maior horum est charitas. S. Tho. 2. 2. q. 23. art. 6. dicens, semper id quod est per se maius est eo, quod est per aliud. Fides autem & spes, attingunt quidem Deum, secundum quod ex ipso prouenit, uel cognitio ueri, uel adeptio boni: sed Charitas attingit ipsum Deum, ut in ipso sistat, non ut ex eo aliquid proueniat. Et ideo charitas est excellentior fide, & spe, & per consequens omnibus alijs uirtutibus: sicut etiam prudentia, quę attingit rationem secundum se, est excellentior, quam alię uirtutes morales, quę attingunt rationem, secundum quod ea ea medium cōstituit, in operationibus, uel passionibus humanis, & sic charitas est excellentissima uirtutum, sine qua nulla potest esse uera uirtus. Paul. 1. corinth. 13. si distribuero in cibos pauperum, omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest: Sed uirtus uera multum prodest, secundum illud Sap. 8. sobrietatem & iustitiam docet prudentiam & uirtutem, quibus in uita nihil est utilius hominibus: ergo sine charitate uera uirtus esse non potest. Sanctus Thomas 2. 2. q. 23. art. 7. dicens quod uirtus ordinatur ad bonū: Bonū autē principaliter est finis, & ea quę sunt ad finem, non dicūtur bona, nisi in ordine ad finem, finis autem hominis est Dei fruitio, Psalm. 72. Mihi autem adhęrere Deo bonum est, & ad hoc ordinatur homo per charitatem, cum igitur per charitatem homo in ultimum finem dirigatur, nulla potest absque illa simpliciter uera uirtus esse, nam ipsa est etiam forma uirtutum. Mag. 3. sent. Dist. 23. §. G. S. Ambr. lib. 2. in Lucam. S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 8. dicens quod in moralibus forma actus, attenditur principaliter ex parte finis, quia principium moralium actuum, est uoluntas, cuius obiectum & quasi forma, est finis. Semper autem forma actus, consequitur formam agentis: unde oportet, quod in moralibus, id quod dat actui ordinem ad finē, det ei, & formam, sed per charitatem ordinantur actus omnium aliarum uirtutum ad ultimum finem. Et secundum hoc ipsa dat formam actibus omnium aliarum uirtutum; & pro tanto dicitur esse forma uirtutum. Nam & ipsæ uirtutes dicuntur in ordine ad actus formatos. hęc. Sanct. Thomas d. loco, conc. S. Bonau. 3. sent. Distinctione 27. q. 1. art. 1. & seq. Vinc. 3. par. lib. 1. Dist. 24. art. 3. & seq. S. Thom. in 3. sent. Dist. 27. q. 2. ar. 2. & seq. ex quibus colligitur, quod opera facta extra charitatem, dicuntur Mortua, hoc est non meritoria uitę ęternę, Rosella uer. charitas in princ. ubi Sylu. nu. 6. Tab. nu. 29. & Pisan. §. pen.

Charitas an Augeri possit Quæstio. XII.



DVODECIMO quæro, utrū charitas Augeri possit? Resp. quod sic, Aug. Tract. 5. in Iohan. vol. 9. dicit, quod charitas meretur Augeri, ut aucta mereatur, & perfici. S. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 5. dicit, quod charitas uię potest augeri. Ex hoc enim dicimur esse uiatores, quod in Deū tendimus, qui est ultimus finis nostrę Beatitudinis. In hac etiam uita tanto magis procedimus, quanto Deo magis propinquamus, cui non appropinquatur passibus corporis, sed affectibus mentis. Hanc autem propinquitatem facit charitas quia per ipsam mēs Deo uenitur, & Ideo de ratione charitatis uię est, ut possit augeri. sin. non posset augeri, iam cessaret uię processus, & Ideo Apostolus charitatē uiā nominat. 1. ad corinth. 12. adhuc excellentiorē uiā uobis demonstro: charitas ergo uię, usq; ad uiæ terminū, augeri pōt, nō tamē augetur per additionem charitatis ad charitatē, sed augetur in quātū intēdit in subiecto, quia charitas est forma simplex, simplex autē additū simplici, nō facit aliquid maius Arist. 3. Phi. tex. 59. uol. 2. ergo charitas nō augetur p additionem, Sa. Thom. 2. 2. q. 24. art. 5. non tamen quolibet actu charitatis, charitas augetur: sed

Quilibet disponit ad Augmentum eius, in quantum ex vno Actu Charitatis, homo redditur próptior iterum ad agendum secundum Charitatem, & habilitate crescente, homo prorumpit in actum ferventiorem dilectionis, quo conetur ad Charitatis profectum, & tunc Charitas augetur in actu. Sanctus. Thomas d. loco art. 6. & augeri potest in infinitum: est enim participatio quædam infinitæ Charitatis, quæ est spiritus sanctus: similiter etiam causa agens Charitatem, est infinitæ virtutis, scilicet Deus. Similiter etiam ex parte subiecti, terminus huic Augumento præfigi non potest, quia semper Charitatem excrescentem, super ea crescit habilitas, ad vlterius Augmentum, vndè relinquitur, quod Charitatis Augmento nullus terminus præfigatur in hac vita, S. Tho. d. loco art. 7. conc. Tab. ver. Charitas nu. 3. & seq. Rayn. d. loco capitulo 16. 17. & sequenti.

Charitas in hac vita an esse possit perfecta. Quæst. XIII.



ECIMOTERTIO quæro, vtrũ Charitas in hac vita possit esse perfecta? Resp. quod sic, Aug. super 1. Can. Ioha. Tract. 5. Charitas cum fuerit roborata, perficitur: cum autem ad perfectionẽ venerit, dicit, cupio dissolui & esse cum Christo. Sed hoc possibile est in hac vita, sicut in Paulo fuit, ergo Charitas in hac vita, potest esse perfecta S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 8. dicens quod perfectio Charitatis, põt intelligi dupliciter. Vno modo ex parte diligibilis, alio modo ex parte diligentis. Ex parte quidem diligibilis, perfecta est Charitas, vt diligatur aliquid quantum diligibile est. Deus autem tantum diligibilis est, quantum bonus est. Bonitas autem eius est infinita, vnde infinite diligibilis est. Nulla autem creatura potest eũ diligere infinite, cum quælibet virtus creatura sit finita. Vnde per hunc modum, nullius creaturæ Charitas potest esse pesecta, sed solum Charitas Dei, qua seipsum diligit. Ex parte vero diligentis, tunc est Charitas pesecta, quando diligit tantum quantum potest, quod quidem contingit tripliciter. Vno modo sic, quod totum cor hominis actualiter semper feratur in Deum, & hæc est perfectio Charitatis patriæ, quæ non est possibilis in hac vita, in qua impossibile est propter humanę vitæ infirmitatem, semper actu cogitare de Deo, & moueri dilectione ad ipsum. Alio modo, vt homo studium suum deputet ad vacandum Deo, & rebus diuinis, pętermissis alijs, nisi quantum necessitas pręsentis vitæ requirit. Et ista est perfectio Charitatis, quę est possibilis, in via, non tamen est communis omnibus habentibus Charitatem; tertio modo ita quod habitualiter aliquis totum cor suum, ponat in Deo; ita scilicet, quod nihil cogitet vel velit, quod diuinę dilectioni sit contrarium. Et hæc perfectio est communis omnibus Charitatem habentibus. Charitas igitur ex parte diligibilis, in hac vita, non valet esse perfecta, ea parte tamen diligentium, perfecta esse potest, cum quantum possibile est, ipsi Deum diligant.

Charitas an Diminui possit Quæst. XIIII.



ECIMO quarto quæro, vtrũ Charitas Diminui possit? Respond. quod Charitas secundum se, ac directè nullatenus diminui potest, dispositiuè tamen, & indirectè per uenialia peccata, & cessando ab opere uirtutum, potest diminui Charitas: ipsa enim in scripturis igni comparatur: Cantic. 8. Lampades eius scilicet Charitatis, Lampades ignis, atque flammarum. Sed ignis quamdiu manet, semper ascendit, ergo Charitas quamdiu manet, ascendere potest, sed descendere, idest diminui, non potest. Sanctus Thomas secunda secundæ, quęst. 24. articolo 10. quamuis patriæ Charitas, ubi Deus per essentiam uidetur, amitti non possit, Charitas tamen uię, in cuius statu Dei essentia non uidetur, amitti potest. Vndè Apoc. 2. habeo aduersum te pauca, quod primam Charitatem reliquisti. Sanctus Thomas dicto loco art. 11. quæ quidem per unicum peccatum mortale amitti potest. per peccatum enim mortale, fit homo dignus morte ęterna, Paul. Rom. 6. stipendia peccati mors, sed quilibet habens Charitatem, habet meritum uitæ æternæ. Ioan. 14. si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. In qua quidem manifestatione uita æterna consistit, Ioan. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti, Iesum Christum Nullus autem potest esse simul dignus uita æterna, & morte ęterna, ergo impossibile est, quod aliquis habeat charitatem, cum peccato mortali. Tollitur ergo charitas, per unum actum peccati mortalis; unum enim contrarium per aliud contrarium superueniens tollitur, quilibet autem actus peccati mortalis, contrariatur charitati, secundum propriam rationem, quæ consistit in hoc, quod deus diligatur super omnia & quod homo totaliter illi se subijciat, omnia sua referendo in ipsum. Est ergo de ratione charitatis, ut sic diligat Deum, quod in omnibus uelit se ei subijcere, & præceptorum eius Regulam in omnibus sequi. Quicquid igitur contrariatur præceptis eius, manifeste contrariatur charitati. S. Th. d. loco articulo 12. & in tertio sententia: Distinctione trigesimaprima quæst. 1. articulo 1. non obst. quod charitas sit fortior, quã uirtus acquisita, habitus autẽ uirtutis acquisitæ, nõ tollitur per unũ actũ peccati cõtrariũ; Nã Resp. charitas est habitus infusus. dependes ex dilectione Dei infundẽtis, qui sic se habet in infusione & conseruatione charitatis, sicuti sol in illuminatione aeris unde sicut lumen statim cessat in aere per hoc, quod aliquod obstaculũ po nat-

ponitur illuminationi solis; ita etiam Charitas statim deficit esse in anima, per hoc quod aliquod obstaculum ponitur, influentiæ Charitatis à Deo in anima, quod est peccatum mortale. Vnde Aug. 5. Genes. homo Deo sibi præsentē illuminat, absentem autem continuò tenebrat, à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione discedit. Non obsten. etiam, quod fides & spes per peccatum mortale non tollantur, quarum obiectum est etiam vltimus finis: nam Respond. quod Charitas importat vnionem quandam ad Deum, non autem fides neque spes, omne autem peccatum consistit in Auersione à Deo, & ideo omne peccatum mortale, contrariatur Charitati, Non autem omne peccatum mortale, contrariatur fidei, aut spei, sed quædam, determinata peccata, per quæ habitus fidei, vel spei tollitur. Vnde si quis dixerit Amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua, aut qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum. Anathema sit. Can. 28. Conc. Trid. de Iustific. sess. 6. vnde Charitas nō potest remanere informis, cùm sit vltima forma virtutum, ex hoc quod respicit Deum in ratione finis vltimi concl. cum prædictis Mag. sent. 3. Distin. 3. vbi S. Bonau. q. tert. 1. S. Ant. 4. p. tit. 6. cap. 2. §. 3. & seq. Vig. tit. de virt. Charitat. c. 12. §. 1. ver. 2. Rosella ver. Charitas nu. 11. vbi Tab. nu. 7. Raymu. cap. 13. & seq. Pisan. ver. Charitas in princ. Durand. 3. sent. Distin. 31. q. 1. Angel. versic. Charitas. nu. 7. & seq.

Charitas an sit de Præcepto. Quæst. XV.



DECIMOQVINTO quæro; vtrum Charitas cadat sub præcepto? Respond. quod sic. Dicitur enim Math. c. 22. Diliges dominum Deum tuū. ex toto corde tuo &c. hoc est maximum, & primum mandatum: secundū autem simile est huic, Diliges proximū tuum, sicut te ipsum, in his duobus mandatis, vniuersa lex pendet, & prophetæ. S. Ant. 4. p. tit. 6. cap. 5. per totum, Alex. de Ales. 3. p. q. 60. Membr. 5. art. 2. & seq. S. Thom. 2. 2. q. 25. artic. 8. S. Bonau. 3. sent. Dist. 30. vbi etiam Scot. quæst. 3. & sequenti. Canis. tit. de Charit. c. 3. Vinc. in 3. p. lib. 1. Distin. 34. per totam Tab. versiculo Charitas, numero 22. vbi Armil. num. 1. hoc tamen præceptum non impletur penitus ab homine, in hac morali vita, quia ex parte diligimus, sicuti ex parte cognoscimus, in futuro autem implebitur ex toto: impletur tamen ex parte secundum perfectionem viæ. Alia enim est perfectio currentis, alia peruenientis. & licet Duo sint præcepta Charitatis, pro vtroque sæpe vnum ponitur, quia nec Deus sine proximo, neque proximus sine Deo diligi potest. Mag. sent. 3. Distin. 27. litera F. & seq.

Modus Diligendi Deum & proximum quis sit. Quæst. XVI.



DECIMO sexto quæro, quis sit modus diligendi Deum & proximum? Respond. quod nullus reperitur modus, neque terminus diligendi Deū; quia cum omnium humanarū actionum, atque affectionum vltimus finis sit ipsa Dei dilectio, nullus ei est modus, ad terminus est ponendus, sed quanto plus diligitur, tanto erit dilectio melior. Vnde S. Bern. dicit, in lib. de diligendo Deum, quod causa diligendi Deum Deus est, modus sine modo diligere, vnde Math. c. 22. Diliges Dominum tuum ex toto corde, i. ex toto intellectu, ex tota anima, i. ex tota voluntate, ex tota mēte, id est, Memoria, & omnes cogitationes, & omnem vitam. & omnem intellectum, in illum conferas, à quo habes ea, quæ confers illi. Vnde nulla pars vitæ relinquatur, quæ vacare debeat, sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit & diligere Deum propter se, modus est diligendi Deum. Mag. sent. in 3. Distin. 27. litera E. Modus autem diligendi proximum, Tangitur Math. 22. ibi diliges proximum tuum sicut te ipsum, ubi tangitur diligendi ratio, & dilectionis modus: ratio tangitur in eo, quod proximus nominatur, & quia ad imaginem Dei factus, & secundū capacitatem gloriæ; nec refert si dicatur, proximus, frater, uel amicus 1. Ioan. 4. & leuit. c. 16. quia per omnia hæc eadem affinitas designatur, modus autem dilectionis tangitur cum dicitur, sicut te ipsum, quod non est intelligendum, quia ad hoc, quod aliquis proximum æqualiter sibi diligat, sed similiter sibi, & hoc tripliciter. Primo quidem ex parte finis, scilicet ut diligat proximum propter Deū, sicut se ipsum propter Deū, debet diligere, & sic sit dilectio sancta. Secundo ex parte regulæ dilectionis: ut scilicet aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solū in bonis: sicut & suæ uoluntati satisfacere debet homo, solū in bonis, ut sic dilectio proximi sit iusta. Tertio ex parte rationis dilectionis, vt scilicet non diligat proximum propter propriam utilitatem, uel dilectionem, sed ea ratione, quod uelit proximo bonum, sicut uult bonum sibi ipsi, ut sic dilectio proximi sit uera. Nam quando aliquis diligit proximum propter suam utilitatem, uel dilectionē nō uere diligit proximū, sed se ipsū; pōt addi ex parte boni desiderati, q desideret proximo beatitudinē, sicut sibi ipsi desiderat. Tab. uer. charitas nu. 28. Sylu. nu. 3. & seq. Durand. 3. sent. Dist. 27. q. 3. ord. autē diligēdi Deū, se ipsū, & proximū suū positus est à me, in sumā pec. capit. 1. p. tit. 3. q. 18. sed an sit Magis meritoriū diligere inimicū quā amicū. Resp. Magis esse meritorium diligere Amicū, quia illud quod est melius, est magis meritorium; sed melius est diligere amicum, quia melius est diligere meliorem, amicus autem, qui amat, est melior quam inimicus, qui odit, ergo diligere amicum

eſt magis meritorium, quàm diligere inimicum. S. Thom. 2. 2. quæſt. 27. artic. 7. ubi in artic. ſeq. concludit magis meritorium eſſe, diligere Deum, quā proximum, quia propter vnumquodque tale, & illud magis, ſed dilectio proximi, non eſt meritoria niſi propter hoc, quod proximus diligitur propter Deum, ergo dilectio Dei eſt magis meritoria, quam dilectio proximi.

Certitudinaliter an quis ſcire poſſit ſe habere charitatem, in hac vita. Quæſt. XVII.



DECIMOSEPTIMO, quæro, vtrum quis poſſit ſcire certitudinaliter, ſe habere charitatem? Reſp. quod non, Eccle. 9. Nemo ſcit vtrū odio, uel amore ſit dignus t nā Deus claudit oculos ſeruorū ſuorū, ne extollantur. Angelus verſi. charitas num. 10. Qui autem contrarium aſſeueraret, hæreticus eſſet, vt in Concil. Trid. Seſſ. 6. de Iuſtific. cā 9. & in Con. 1 a. & ſeq. eiuſdem Seſſ. & cap. 16. eiuſdem Seſſ. ibi & quia in multis offendimus omnes, vnuſquiſque ſicut miſericordiam, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque ſe ipſum aliquis, etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum uita, non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium; & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui ve ſcriptum eſt, reddet vnicuique ſecundum opera ſua: Et nota, quod licet nemo eſſe poſſit certus in præſenti vita, ſe habere charitatem, niſi fuerit ei ſpecialiter reuelatum; tamen ſecundum quaſdam coniecturas, poteſt aliquis, & ſecundum quidam ſigna, exiſtimare illam habere, non tamen certo ſcire. Primū ſignum eſt, cum aliquis libenter & effectuoſè cogitat de Deo, Matth. 6. ubi eſt theſaurus tuus. i. quod maximè amas, ibi eſt cor tuum, cogitando: Secundum ſignum eſt, Cum quis libenter de Deo audit, Iohan. 8. qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Tertium eſt, cum quis libenter cum Deo loquitur, quod fit in oratione: Iſid. Cùm oramus, cum Deo loquimur, & cum de Deo libenter loquimur, & Chriſoſt. Mos amantium eſt, ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeāt, ſed neceſſarijs & charis ſuis efferāt, & prodāt flammas ſuas. Quartū cum quis libenter dat pro Deo, Cant. 8. ſi dederit homo omnem ſubſtantiam ſuā, pro charitate ſua, quaſi nihil deſpiciet eam. Quintum eſt, cum quis libenter pro Deo patitur, Eccle. 2. in igne probatur aurum. Sextum cum quis mandata Dei obſeruat, Iohan. 14. Si quis diligit me, mādata mea ſeruabit, & Io. 5. in hoc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus. Septimum eſt cum quis amat, quæ Deo Placent; ut bonos & opera virtutum, & odit quę Deo diſplicent, ut opera praua & mala, in quātum mala ſunt; De primo Math. 12. qui fecerit voluntatem patris mei, ipſe meus frater & ſoror, & mater mea eſt. De ſecundo Pſal. Iniquos odio habui, & iniquitatē odio habui. Octauū cum quis frigeſcit, à ſollicitudine, & amore mundi Greg. Tanto frigeſcit quis à curis ſeculi, quāto ſurgit ardentius in amorem Dei. Nonum cum quis magnū honorem exhibet miniſtris Dei, ſicut è conuerſo, qui eos ſpernit Deum ſpernit, Luc. 10. Eccl. 7. in omni uirtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius non derelinquas. Decimum & ultimū eſt, quando quis ſe uidet promptum, & facilem ad bene operandū; propter Deum. Nam ſecundū Philoſ. Signum eſt habitus generati, delectabiliter & promptè operari, & Ambr. neſcit tarda molimina, ſpiritus Sancti gratia. S. Ant. 4. p. tit. 6. cap. 1. §. 7. Caoiſ. Probatio. n. charitatis exhibitio eſt operis. Caniſ. tit. de charitate. cap. 4. Tab. verſi. charitas, num. 33. Rayn. d. loco. cap. 10.

Deus quomodo dilexerit Creaturas. Quæſt. XVIII.



Decimooctauo quæro, quomodo Deus diligit creaturas; Et primo an Deus ab æterno creaturas dilexerit, Reſp. q ab æterno, & in tēpore dilexit Deus creaturas. Ab æterno ſecūdū propoſitum, ex tpe ſecundum effectum. S. Bonau. 3. ſent. diſt. 32 a. q. 1. art. 1. Secundo an vniuerſos generaliter diligat à Reſpon. ſicut Deus generaliter natura lia dona omnibus dat, ita generaliter omnes diligit; at non ita eſt, de gratuitis. De primo dicit Paul. 1. ad Eph. elegit nos, ante mondi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in ipſo, ſed nemo eligit, niſi qd diligit, ergo dilexit creaturas ab æterno; De ſecundo dicitur, Sap. 11. diligis omnia domine, & nihil odiſti eorū, quæ feciſti. S. Bonau. d. loco a. q. Tertio quæro, an Deus æqualiter omnes creaturas diligat? Reſp. qd quo ad actum eſſentialē dilectionis, ęqualiter creaturas omnes diligit, ſed non quo ad efficaciam, vel effectum. Vnde Sap. 6. puſillum, & magnum ipſe fecit, & ęqualiter eſt ei cura de omnibus, ſed eo modo diligit, quo modo eſt ei cura: ergo omnes ęqualiter diligit. S. Bonau. q. 3. Quarto not. quod quo ad reparationis effectum, magis hominem, quàm Angelum diligit Deus, ſed quo ad conditionis opus, è conuerſo. S. Bonau. d. loco art. 4. Quintò Deus pater incomparabiliter magis amauit Chriſtū filiū, quàm humanum genus, cum fuerit ille perſona diuina infinita, S. Bonau. q. 5. vltimo not. quod charitas dulcius, & familiarius dilexit Iohāem, ſed Petrū vehementius, & fortius; S. Bon. d. loco q. vlt. dicens quod per Iohannē, & per Petrum ſignificatur duplex vita: Per Petrum actiua, quæ tranſit, per Iohannem contemplatiua, quæ manet, Vnde Petro dictum eſt, ſequere me. De Iohanne uerò. Sic eum uolo manere, & quia actiua laborioſior eſt, & froctuoſior, contemplatiua uero purior, & iucundior, ideo commiſit Dominus matrem, Iohanni cuſtodiendam, Petro verò, Curam paſtoralem, Vnde Petrus erat melior, ſed Iohannes fœlicior, ſimiliter Petrus magis dilexit Deum

in

in proximo, Iohannes magis dilexit Deum in se; vndè Petrus accepit curam regiminis, sed Iohannes gratiam contemplationis; Vndè Petrus efficaciorem habuit gratiam ad laborem actionis, Iohannes verò efficaciorem ad quietem contemplationis. Hæc. S. Bonau. d. loco.

Actus Charitatis quis dicatur. Quæst. XIX.



ECIMONONO quæro, qui sit actus principalis charitatis; Resp. quod est dilectio, quem actum plures actus interiores, & exteriores concomitantur. Interiores sunt gaudium, Pax, & Misericordia: qui enim Deum diligit, verè de eius bono, & honore gaudet, & qui verè diligit Deum, se ipsum & proximum, cum omnibus pacem habet, & miseriæ eorũ quos diligit, in corde suo compatitur. Actus charitatis exteriores sunt beneficientia, eleemosina, fraterna correctio, quę est spiritualis eleemosina Philiarc. Man. Sac. tit. de charitate. §. præcipuus Quæ charitas cùm sit virtus, magis consistit in amare, quàm in amari, sicut amicitia magis consistit in amare, quàm in amari, Arist. 8. Eth. cap. 8. vol. 5. Sanctus Thom. 2. 2. quest. 27. artic. 1. Dilectio autem Dei, propter se ipsum est, eum enim ipse sit ipsa essẽtia bonitatis per se, & ultimus finis omniũ, propter se ipsum quoque diligendus est, quanquam dispositiuè ipse propter aliquid à nobis diligi possit, quo induceimur ad ipsum amandum. S. Tho. 2. 2. q. 27. art. 3. Dicens, quod secundum quatuor Genera causarum, dicitur aliquid, propter alterum amandum. Primo secundum genus causæ finalis, vt diligimus medicinam propter sanitatem; secundum autem genus, causæ formalis, sicuti dilimus hominem propter virtutem, quia scilicet virtute formaliter est bonus, & per consequens diligibilis. Secundum autem causam efficientem, sicut diligimus aliquos in quantum sunt filij talis patris. Secundum autem dispositionem, quæ reducitur ad genus causæ materialis, dicimur aliquid diligere propter id, quod nos disponit ad eius dilectionem, puta propter aliqua beneficia suscepta; quamuis postquam iam amare incepimus non propter illa beneficia amemus amicum, sed propter eius uirtutem. Primis ergo tribus modis Deum non diligimus propter aliud, sed propter se ipsum: Non. n. ordinatur ad aliud, sicut ad finem, sed ipse est finis, vltimus omnium. Neque etiam informatur aliquo alio ad hoc, quod sit bonus, sed eius substantia est eius bonitas, secundum quam exemplariter omnia bona sunt. Neque iterum ei ab altero bonitas inest, sed ab ipso omnibus alijs: sed quarto modo potest diligi propter aliud, quia scilicet ex aliquibus alijs disponitur ad hoc, quòd in Dei dilectione proficiamus: putà per beneficia ab eo suscepta, vel per præmia separata, uel per penas, quas per ipsum uitare intendimus: non obst. quod Deus per aliud cognoscitur, ergo & per aliud amatur. Paulus. 1. Rom. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nam Resp. quod cognitio Dei acquiritur per alia, sed postquam iam cognoscitur, nõ p alia cognoscitur, sed per se ipsum. Io. 4. Iam propter tuam loquelam credimus; vnde quamuis mediatè Deum in uia cognoscamus, ipsũ tamen charitati dilectione immediatè diligimus, S. Tho. d. loco art. 4. Sed an in uia posit totaliter amari? Resp. quod sic, S. Tho. d. loco art. 5. dicens quod cum dilectio, intelligatur quasi medium inter amantem, & amatũ, cum quęritur an Deus possit totaliter diligi; tripliciter potest intelligi: Vno modo, vt modus totalitatis referatur ad rem dilectam, & sic Deus totaliter est diligendus, quia totũ quod ad Deũ pertinet, homo diligere debet. Alio modo potest intelligi, ita quod totalitas referatur ad diligentem, & sic etiam Deus totaliter diligi debet, quia ex toto posse suo, homo debet diligere Deum, & quicquid habet, ad Dei amorem ordinare: secundum illud Deut. 6. Diliges dominũ Deũ tuum ex toto corde tuo. Tertio modo potest intelligi, secundum comparationem diligentis ad rem dilectam, vt scilicet modus diligendi, adæquet modum rei dilectæ, & hoc non potest esse. Cum. n. vnũquodque in tantum diligibile sit, inquantum est bonum; Deus cuius bonitas est infinita, est infinitè diligibilis; Nulla autem creatura potest Deum infinitè diligere, quia omnis virtus creaturæ, siue naturalis, siue infusa, est finita; Vnde quãuis homo possit Deũ totaliter, idest, omnia quæ ad ipsum spectãt diligere, vel quęcunque hominis sunt in eius dilectionem referre, non potest tamen ipsum homo diligere totaliter, ideft quantum ipse est diligibilis est. S. Tho. d. art. e. cone. S. Ant. 4. p. tit. 6. c. 6. Vinc. p. 3. li. 1. dist. 28. tab. ver. charitas. nu. 15. Altens. lib. 2. tit. 26. art. secundo.

Item quæro, quæ nos inducant ad dilectionem Dei? Resp. quinque S. Ant. 4. p. tit. 6. c. 3. §. 2. Septẽ autem ad dilectionem proximi, idem. d. loco c. 4. §. 3. Item septem sunt, quæ ualẽt ad hoc quod amemur à Domino. ibid. c. 3. §. 10.

De motu Charitatis. Quæst. XX.



IGESIMO quæro, an motus charitatis per prius meritorius sit, quàm actus aliarũ virtutũ; Resp. qđ si loquamur de prioritate originis, rõ merendi per prius, consistit in actu fidei, quoniã ipse est origo motuũ aliarũ uirtutũ: Si verò loquamur de prioritate complementis, efficacia merendi per prius, attribuenda est actui charitatis, cum ipsa charitas sit cõplenissima omnium virtutum, & in ipsius actu, consumatur ipsum meritũ: Ratio autẽ quare charitas excellẽtior sit alijs, est, quia maximè nos efficit Dei formes, tum rõne liberalis exhibitionis, tũ rõne cõformis vnionis, tũ ratione finalis quietationis; ex quibus causis per charitatem efficitur homo maximè Deo conformis, secũdum triplex genus causæ, secundum quod creatura habet ad creatorem referri, videlicet secundum rationem principij mo-

uentis, formæ exemplantis, & finis quietantis, Et ratione huius, primatum tenet inter cæteras uirtutes. Vnde Paulus ad Rom. decimotertio, Plenitudo legis eſt dilectio. Sanctus. Bonau. 3. ſent. diſt. 27. artic. 2. quæſt. 1. Item quæro, vtrum motus Charitatis mercenarius eſſe poſsit? Reſpond. quod motus charitatis, reſpectu mercedis increatæ, nil prohibet, vt mercenarius dicatur; ſecus reſpectu mercedis creatæ, ſiquidem repugnat, ut charitas ſit, & bona tẽporalia reſpiciat. Paulus 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt, de mercede autem increata, dicitur Geneſ. 15. merces tua magna nimis. De primo dicitur, mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, De ſecũdo intelligitur. Luc. 15. Quanti mercenarij abundant &c. ubi Ambroſ. dicit, quod bonus mercenarius adundat panibus, fidei, ſpei, & Charitatis. Sanctus Bonauent. dicto loco quæſtione ſecunda, qui in quæſtione tertia, dicit quod idem motus dilectionis in Deum, & in proximum eſſe poteſt, ſed non vniformiter: Nam vnum vt obiectum, reliquum ut obiectum & terminum reſpicit, nam vno obiecto dilectionis diligitur proximus propter Deum, & ille eſt motus quaſi collatiuus, ſi autem ut obiectum reſpiciat vniformiter, tunc neceſſe eſt motum dilectionis eſſe alium, & alium in Deum, & alium in proximum, qui motus charitatis, quo ad inclinationem, citius fertur in Deum, Quàm in proximum; ſed quo ad exercitium è conuerſo 1. Iohan. 4. Qui non diligit fratrem ſuum, quem uidet, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere. Vnus enim motus reſpicit uitam contemplatiuam, motus ſcilicet dilectionis in Deum, motus autem dilectionis in proximum, reſpicit vitam Actiuam; qui eſt ſtatus imperfectior, & per conſequens prior, qui enim vult eſſe perfectus amator Dei, prius ſe debet exercere in amore proximi, ſicut qui vult eſſe bonus contemplatiuus, prius debet eſſe bonus actiuus; Et in huius rei ſignum, his datus eſt ſpiritus Sanctus. Primo in terra Iohan. cap. 2. Secundo de Cœlo Act. c. 2. Quia prius oportet amorem charitatis exerceri in his, quæ uidemus vt per amorem viſibilium, in amorem inuiſibilium rapiamur, S. Bonau. in 3. diſt. 27. q. 4. per totam.

Effectus Charitatis qui ſint. Quæſt. XXI.



VIGESIMOPRIMO quæro, qui ſint effectus charitatis? Reſp. plures: Et primo quod per ipſam reſiſtimus tentationi. S. Bonau. in 3. ſent. diſ. 30. art. 1. q. 1. dicens, quod quantulacunque charitas, poteſt reſiſtere quantæcunque tentationi, procedit de ipſa charitate per comparationem ad Deum, ipſam adiuuantem, & promouentem, & per comparationem ad uoluntatis libertatẽ; Quod ſi inſpiciamus charitatem per comparationem ad defectum pronitatis, & difficultatis, vel per comparationem ad terminum, & conſumationẽ victoriæ, cui reſpõdet pfectio meriti, & magnitudo præmij, quantum ad excellentiam victoriæ, & coronæ, hoc modo non poteſt eſſe quod modica Charitas reſiſtat tentationi magnæ, quia non patitur hoc ordo diuinæ Iuſtitiæ, Non obſt. quod unum peccatum mortale ſufficiat ad expellendam quantamcunque gratiam, ergo omnis Charitas expellet omnẽm tentationem. Nam Reſp. quod hoc non eſt, quia peccatum agat in ipſam gratiam, ſed quia facit liberũ arbitriũ deficere, à gratia implemento; Ex hoc nõ poteſt, inferri, quod propter hoc quantulacunque gratia, ſufficiat ad vincendum omnem impulſum tentationis, quia facilius eſt deficere, quàm benefacere, inferri tamen poteſt quod quantulacunque gratia expellere poteſt omne peccatum, Ita. S. Bonau. d. loco, non. n. in eodem ſubiecto, ſimul concurrere poſſunt duo contraria, prout eſt charitas, & peccatum, nam ubi eſt charitas, non ad eſt peccatum, & ubi viget peccatum, tollitur charitas; Secũdus effectus charitatis eſt gaudium, nam ſicut dicit Paulus ad Rom. 5. charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum Sanctum, qui datus eſt nobis; ſed gaudium in nobis cauſatur ex ſpiritu Sancto, Rom. 14. Non eſt Regnum Dei eſca, & potus, ſed Iuſtitia, & Pax, & gaudium in ſpiritu Sancto; Quod intellige, de ſpirituali gaudio, quod de Deo habetur S. Tho. 2. 2. q. 28. art. 1. Tertius effectus charitatis eſt Pax, Pſal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Sanctus Thom. 2. 2. q. 29. art. 3. dicens, quod Pax eſt proprius effectus charitatis, vt ipſa charitatis dilectio ſe ad Deum, & proximum extẽdat; Quartus effectus charitatis eſt beneficientia; nam charitas eſt amicitia quædam, ſed inter alios amicitiæ actus adeſt hic vnus, quod eſt operari bonum ad amicos, quod eſt amicis benefacere. Ariſt. 9. Eth. c. 4. vol. 5. Ergo beneficientia eſt actus charitatis S. Tho. 2. 2. q. 31. Act. 1. Quintus effectus charitatis eſt eleemoſinam facere, Iohan. 3. qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatem patientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 1. quæ cui ſit danda, quando & quantum, & quo modo, dixi in ſumma pec. c. p. 1. tit. 3. q. 10. & q. ſeq. Sextus effectus charitatis, eſt fraterna correctio, nam corrigere delinquentem, eſt quædã eleemoſina ſpiritualis, ſed eleemoſina eſt actus charitatis, ut dixi ſupra nu. 5. Ergo correctio fraterna, eſt actus charitatis. S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 1. vbi concludit, quod correctio, qua fratris malum, & peccatum repellimus, actus miſericordiæ, ac charitatis eſt, ut imperantis, & magis, quàm infirmitatis curatio, uel ſubuentio, at correptio, qua temedium adhibetur malo, quod uergit in aliorum & communis boni nocumentum, actus potius Iuſtitiæ eſt, cuius eſt conſeruare rectitudinem Iuſtitiæ, vnius ad alterum. de qua dixi, in ſumma pec. capit. par. 1. q. 14. tit. 3. Septimus effectus charitatis, eſt vnio. Dyon. in c. 4. de Diuin. nominibus, amor quilibet eſt uirtus vnitiua. S. Tho. 1. 2. q. 28. art. 1. & facit mutuã inhæſionẽ vnde 1. Iohan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. S. Tho. d. loco art. 2. & parit ecſtaſim. Dion. 4. de Diuin. nomin. Sanctus Thom. 1. 2. quæſtione 28. artic. tertio,

dicens,

dicens, quod ipse Deus ex mente Dion.d.loco, propter amorem est ecstasim passus. Cum ergo quilibet amor fit quædam similitudo participata Diuini amoris effecit amantem ad cogitandum de re amata. Ecstasin pati aliquid dicitur, cum extra se ponitur. Octauus effectus charitatis amoris, est zelus; vndè Dion.d.loco dicit, quod Deus appellatur zelotes, propter multum amorem quem habet ad existentia, S.Thom.1.2.q.28. art.4. dicens, cum amor sit quidam motus Amantis in amatum, necessario in quocumque amante, zelum parit: vnde dicitur zelare pro amico, & zelare pro Deo.3.Reg.19. zelatus sum pro Domino exercituum, & Iohan.2. zelus Domus tuæ comedit me, vbi gl. zelo bono comeditur, qui quælibet praua, quæ viderit currigere satagit, si nequit tolerat, & gemit. Nonus effectus est, quod Charitas est Causa omnium quæ bene aguntur, omne enim agens agit propter finem: finis autem est bonum desideratum, & amatum vnicuique, & Dion.4. de diuin. nom.dicit, quod propter amorē bonū omnia agunt, quecumque Agunt. S. Thom.1.2. q.28.a.6.& quatenus amor, est passio, non est passio læsiua, sed Magis conseruatiua, & perfectiua, singula enim se ipsa continuè amant.1. conseruatiue, S. Thom.d.loco art. 5. dicens, quod amor boni conuenientis est perfectiuus, & melioratiuus amantis; amor autem boni, quod non est conueniens amanti, est læsiuus, & deterioratiuus amantis. Vndè maximè homo perficitur, & melioratur, per amorem Dei; læditur autem, & deterioratur, per amorem peccati, secundum illud oseæ 9. facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt. Decimus est effectus Charitatis, quod ipsa excludit culpam. Potest enim quis habere fidem, licet informem & spem, & esse in peccato mortali, Charitas autem, informis esse non potest, quia cum sit forma aliarum virtutum, non potest esse informis, cum forma non possit esse informis, Charitas enim est participatio diuinæ vitæ, quod est per gratiam. Vndè Charitas sine gratia esse non potest, gratia autem cum peccato mortali, oon potest esse, quia spiritum sanctum habitare in nobis, & ipsum recedere à nobis, non compatiuntur, sed per Charitatem habitat, per peccatum recedit, ergo non sunt simul; Præterea hæc duo non concuriūt esse dignū vita æterna: & dignū morte æterna, sed p Charitatē homo est dignus vita, per peccatū est dignus morte, ergo nō cōcurriūt. Præterea hęc duo esse nō possunt, auerti à Deo, & cōuerti ad Deū, sed p peccatū auertimur à Deo, per Charitatē conuertimūr ad ipsum ergo nō cōcurrunt simul, præterea esse non potest, quod aliquis viuat spiritualiter, & Moriatur eodē tempore spiritualiter, quod efficitur per Charitatem, & per peccatum, & not. quod Charitas excludit peccatum, quo ad actum, non autem quo ad habitum: nam liberat à peccato mortali, non autem à peccandi potestate, in patria autem vbi est Charitas perfecta, liberat, quo ad actum, & etiam quo ad habitū. Ray.ver.Charitas,c.5. Vndecimus effectus Charitatis est, quod per Charitatem meremur principaliter vitam æternam. Ioann.14 si quis diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Paul ad Eph.3. in Charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere &c. Nam gloriam vitæ æternæ fides ostendit, & dirigit: spes erigit; Charitas vero peruenit & apprehendit, vndè Generaliter loquendo, nullus sine Charitate meretur vitam æternam, nam nullus meretur sine virtute, sed nulla est virtus sine Charitate, quia per Charitatem fit debita ordinatio meritis ad finem, qui est Deus. Nulla enim est vera virtus, si ordinatio debita ad finem desit. Et licet Apostol. ad Rom. 6. dicat, quod fides Iustificat, & per consequens Beatificat, tamen actus fidei nō est meritorius, nisi aliquis ex Charitate hoc operetur. idē ad Gal. 5. fides, quæ per dilectionem operatur, & licet dicatur Math.5. Beati misericordes &c. tamen absque Charitate nihil prodest, 1. ad Corinth.13. si distribuere omnes facultates meas in cibos pauperum, Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Similiter quamuis idem dicatur de patientia, Math.5. Beati qui persecutionem patiūtur, & Iacobus 1. patientia opus perfectum habet, tamen absque Charitate non meretur, Paul.ad Corinth. 13. si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Rayn.ver.Charitas, cap.6. Duodecimus effectus Charitatis est, quod perfectio vitæ spiritualis principaliter attenditur secundum Charitatem, Paul. ad col. 3. super omnia Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et dicitur vinculum perfectionis, eo quod Charitas quodammodo omnes virtutes connectit, & coniungit, vel ligat in vnitatem perfectam, quo quidē vinculo trahuntur quicumque salutantur. Oseæ 11. Traham eos in vinculo Charitatis; Ratio autem est, quia perfectio vitę Christianæ, est ex vnione ad Deum: vnumquod quæ enim dicitur esse perfectum in quantum vltimum finem attingit, & Maxime Deū, sed per Charitatem specialiter coniungimur Deo 1. Iohan.4. qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ergo Secundum Charitatem specialiter attenditur perfectio vitæ Christianæ Rayn. ver. Charitas c.7. alij effectus Charitatis, ponuntur à Paulo 1. ad Corinth. 13. ibi Charitas patiens est, benigna est, Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quę sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excedit 10. Scrutamini igitur charitatem & æmulamini spiritualia; inquit idē Paul.d.loco c.14. in princ. Et hæc quo ad uirtutem Charitatis, cuius opposita vitia sunt hæc, videlicet odium, quod opponitur Gaudio, quod est de bono diuino, inuidia quæ opponitur Gaudio de bono proximi Discordia, quæ opponitur Paci, quæ est effectus Charitas, contentio, quæ opponitur paci, quantum ad os, schisma, quę opponitur paci quantum ad opus, Bellum quod opponitur paci, rixa, seditio, scandalum de quibus dixi latē suis in locis, in summa pec.capit. per totum.

De

Deinde considerandum est de dono sapientiæ quod respondet charitati.

De Dono sapientiæ. *Quæst.* XXII.



IGESIMO secundo quæro, vtrum sapientia debeat inter dona spiritus Sancti connumerari? Resp. quod sapientia simpliciter secundum quam de omnibus simpliciter homo dijudicare potest, est in nobis ex spiritus sancti gratia, vnde Isa. 11. dicitur, requiescet super eum, spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus; quæ causaliter est in voluntate, tanquam in sua radice, propter ipsam charitatem: essentialiter tamen in ipso intellectu est, cuius munus est de omnibus iudicare, nec esse potest cum peccato mortali, vt dicitur Sap. 1. in maleuolam animam, non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, in omnibus autem habentibus gratiam, est sapientia, vt Sap. 7. dicitur, Neminem diligit Deus nisi eum, qui cum sapientia inhabitat, nemo autem diligitur à Deo, nisi existat in charitate, diligit enim Deus diligentes se. Prou. 8. quæ sapientia respõdet septimæ beatitudini, qua dicitur: beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: euenit enim pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperans rationi, secundum Augu. in lib. 1. c. 9. de sermone Domini in montem.

Deinde considerandum est de præcepto Charitatis.

Quæst. XXIII.



IGESIMO tertio quæro, vtrum de Charitate debeat dari aliquod præceptũ? Resp. quod illud, quod deus requirit à nobis, cadit sub præcepto. Requirit autem deus ab homine, vt diligat eum, vt dicitur Deut. 10. ergo de ea sunt danda præcepta. Secundum ordinem scilicet charitatis, cum pertineat ad rationem virtutis, vt in Cantic. 2. ordinauit in me charitatem & nõ solum de Deo, sed etiam de proximo, vt 1. Ioan 4. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat fratrem suum & hęc sufficiunt, vt dicitur, Mat. 22. in his duobus mandatis, tota lex pendet & prophetæ, & licet deum toto corde diligere debeamus, vt Deut. 6. imperfectè tamen in via adimpletur hoc præceptum, nam cum aliquid adhoc, est carnalis concupiscentiæ quod continendo frenetur, non omnino ex tota anima diligitur. August. de perfectione Iustitiæ in Ratiocinat. 17.

De virtutibus Intellectualibus.
Tit. VI.



ICTVM est supra de virtutibus Theologicis, in specie, modo videndum esset de Intellectualibus, quæ sunt quinque videlicet, sapientia, Intellectus, scientia, Ars, Prudentia. S. Ant. 4. par. ti. 1. c. 1. §. 4. dicũtur intellectuales, quia sunt in intellectu, vt in subiecto, & perficiunt ipsum. Primæ tres sunt in intellectu speculatiuo, aliæ duæ in intellectu practico, prudentia etsi sit in intellectu, quantum ad essentiam, tamen quantum ad materiam, est etiam moralis. Et sciendum est, quod quatuor primæ, nõ sunt proprie virtutes: solum enim Morales cum prudentia dicuntur virtutes perfectę, differunt autem sapientia, scientia, & intellectus, quia aut accipiuntur vt virtutes, aut ut dona. primo casu acquiruntur per exercitium & perficiunt hominem in ordine ad fęlicitatem humanã. sed in quantum dona infunduntur à Deo, & perficiunt hominem in ordine ad fęlicitatem supremã, ad prõpte sequendum motus spiritus Sancti, quos facit in anima: & differunt inter se, quia sapientia est cognitio diuinarum rerum, considerans altissimas causas, Iudicãs, & ordinãs de omnibus in quã tũ habetur ratione humana. Nã alioquin esset fides scientia verò est habitus cõclusionũ, p demonstrationem acquisitus, circa creaturas, Intellectus autem est habitus principiorum, quæ per se nota habentur, & statim ab intellectu percipiuntur, vt quod omne totum est maius sua parte, & huiusmodi, per quem nascuntur non solum principia naturaliter nota in speculatiuis, sed etiam in operatiuis, vt quod malum est fugiendum, & nemini est faciendã iniuria, & absque intellectu huiusmodi principiorum, quæ pertinent ad vitam moralem, non non possunt haberi aliæ virtutes. Ars præterea, quatenus ad hoc attinet, nihil aliud est, quam recta ratio, aliquorum operum faciendorum, quarum tamen bonum non consistit, in hoc, quod appetitus humanus aliquo modo se habeat ad eas, sed in eo, quod ipsum opus quod faciat, in se bonum est. Vnde imperfectè habet rationem virtutis, quia facit solum facultatem boni operis, non autem usum. Vndè per eam, non fit appetitus rectus, ideo dicitur recta ratio factibilium. Prudentia vero est recta ratio agibilium, & differunt Agere, & facere, secundum Phil. 9. Metaph. quia factio, est actio transiens in materiam exteriorem, sicut secare, & huiusmodi. Agere autem est actus permanens in ipso agere, sicut uidere velle, & huiusmodi, & est prudẽtia necessaria ad bene uiuendum, Nam bene uiuere consistit in bene operari. Ad bene autem operandum, requiritur electio recta, de qua dicemus in seq. q. per totum: de uirtutibus autem intellectua-
libus

libus, hæc satis dicta sufficiant, cum intentio nostra sit in præsenti summa ponere uirtutes, quibus perducimur ad felicitatem, ac beatitudinem consequendam; & sequuto ordine iam præposito, dicemus in sequ. de uirtutibus Cardinalibus, & postmodum de ipsa prudentia.

Consequenter post virtutes theologicas, primo considerandum est circa virtutes Cardinales, de prudentia, & primo de Prudentia, Secundo de dono ei correspondente. Tertio de præceptis ad hoc pertinentibus.

De virtutibus Cardinalibus. Tit. VI.

Prudentia quid sit Quæst. I.



RIMO quæro, quid sit prudentia Resp. vt dixi in proxima præced. q. quod prudentia est recta ratio agibilium, quæ finem, & eius cognitionem præsupponit, ex quo tanquam ex principio, rationem medio rum ad finem sumit, Philiar. Man. Sac. tit. de virt. in particulari §. prudentia S. Thom. 2.2. q. 47. art. 1. Ex mente Aug. lib. 83. q. 61. uol. 4. dicens, quod prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum, vnde dicitur prudens quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt casus. Vnde prudentia directè pertinet ad vim cognoscitiuam, non autem sensitiuam, & est propriè in ratione. Nam cognoscere futura ex præsentibus, vel præteritis, pertinet ad prudentiam, & est propriè rationis, quia hoc per quandam collationem agitur. Conc. cum definitione Angel. ver. prudentia in princ. Astens. libr. 2. tit. 10. art. 1. Perald. tit. de prud. c. 1. & seq. Vinc. 3. p. lib. 1. dist. 35. dicens, quod prudentia accipitur multis modis. Primo pro instinctu naturali, Iob. 12. interroga Iumenta, & docebunt te, & prou. 6. vade ad formicam ô Piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, & Math. 10. estote prudentes sicut serpentes &c. Secundo modo abusiue sumitur prudentia, pro Astutia peruersorum. Vndè prudentes dicuntur homines callidi & subtiles ad fallendum vel nocendum. Gen. 3. serpens callidior cunctis animantibus glo. quia plenus erat demone, & Ier. 4. sapientes sunt, vt faciant mala, benè autem facere nescierunt. Tertia est prudentia mundanorum, quæ consistit circa acquisitiones, obseruationes, & aggregationes terrenorum Baruch. 3. Filij Agar exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negociatores terræ &c. & Luc. 16. Filij huius seculi, prudentiores filijs lucis, in generatione sua sunt. Quarto modo dicitur prudentia carnis, quæ est circa suauia & delectabilia corpori, seu carni Paul. Rom. 8. prudentia carnis mors est. Quinta & vlt. est prudentia virtuosa, de qua hic.

Species Prudentiæ quot sint. Quæst. II.



ECVNDO quæro, quot sint species prudentiæ? Respond. quod species prudentiæ, quatenus dicuntur partes subiectiuæ, sunt quinque: prima dicitur Regnatiua: Est enim prudentia propria virtus Principis. Arist. 3. polit. c. 3. post medium c. 9. S. Thom. 2.2. q. 50. art. 1. dicens, cum ad prudentiā spectet Regere, ac præcipere, conuenienter pars prudentiæ specificata, est ipsa Regnatiua, quæ est ipsa Regis prudentia, qua ciuitatem, vel Regnum regit, secunda species prudentiæ dicitur Politica; per quam homines se ipsos Regunt, in obiendo principibus, in ordine ad Commune bonum. S. Thom. d. loco art. 2. Vnde prudentia est non solum in principibus, sed etiam in subditis. S. Tho. 2.2. q. 47. art. 12. Tertia species est œconomica, qua gubernatur domus, quæ medio modo se habet, inter vnam singularem personam, & Ciuitatem vel Regnum. Nam sicut vna singularis persona, est pars Domus, ita vna Domus est pars Ciuitatis vel Regni: & sicut prudentia communiter dicta, quæ est Regnatiua vnius, distinguitur à Politica prudentia; ita oportet quod œconomica distinguatur ab vtraque S. Thom. d. loco art. 3. Quarta est militaris, prou. 24. cum dispositione initur bellum, & erit salus, ubi sunt multa consilia, sed consiliari pertinet ad prudentiam, ergo in rebus Bellicis maxime necessaria est aliqua species prudentiæ quæ militaris dicitur. S. Thom. d. loco art. 4. dicens quod in his, quę sunt secundum rationem, non solum oportet esse prudentiam politicam, per quam disponuntur conuenienter ea, quæ pertinent ad Bonum commune, sed etiam Militarem per quam hostium insultus repellatur, & licet uideatur pertinere ad fortitudinem, dicendum est, quod executio militię pertinet ad fortitudinem, directio uero ad prudentiam spectat, & præcipue secundū quod est in Duce exercitus. S. Thom. d. loco ad 3. quinta & ultima species Monastica, dicit, quę est de his, quę pertinēt ad bonum unius personę: tamen prudentia non solum se habet ad bonum priuatum unius hominis sed etiam ad bonum cōmune multitudinis. S. Thom. 2.2. q. 47. art. 10. quę omnes species diuersificantur, nam ea relatione ad diuersos fines, diuersificantur species habitus. Diuersi autē fines sunt bonum proprium unius & bonum familię, & bonum ciuitatis, uel Regni: unde necesse est, quod prudentię differant specie, secundum differentiam horum finium, ut scilicet una sit prudentia simpliciter dicta, quę ordinatur ad bonum proprium: Alia autem est œconomica, quę ordinatur ad bonum Commune domus. Tertia Politica, quę ordinatur ad bonum commune Ciuitatis, Sanctus Thom. 2.2. quęst. 47. artic. 11. conc. cum superius dictis

dictis S.Thom.2.2.artic. vnico. Angel.versic.prudentia nu.1.Perald.tit. de prudentia cap.5.& vide, quæ dicam in seq.q.

Partes Integrales prudentiæ quot sint. Quæst. III.

TERTIO qoæro, quot sint partes integrales prudentiæ? Resp.octo, quarum prima est Memoria. Cũ n. ad prudẽtiam requiratur experimentum, necessario ipsa Memoria est pars prudentiæ, S.Tho. 2. 2. q.49. artic.1. ex mente Tullij lib.2. de Inuentione: ex præteritis enim oportet nos quasi Argumentum sumere de futuris, secunda est intelligentia, cum enim prudentia sit agibilium recta ratio, Intellectus, non vt potentia quædam, sed vt quędam recta æstimatio est alicuius extremi principij, prudentiæ pars est, S. Thom. d. loco art.2. ex mente Tullij lib.2.de inuent. Tertia est Docilitas, Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis, ex mente Platonis, Cum enim prudentia consistat circa particularia operabilia contingentia, conuenienter eius pars ponitur Docilitas. Vnde eccl.6.in multitudine præsbiterorum, idest seniorum prudẽtium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere. Hoc autem pertinet ad docilitatem, vt aliquis sit bonę disciplinæ susceptiuus, S.Tho.d.loco art. 3. Quarta est solertia. Isid. lib.10.cap.18. Ethym. Solicitus dicitur quasi solers citus, sed solicitudo ad prudentiam pertinet, ergo & solertia. S. Thom.d.loco art. 4. dicens ex mente Philosophi, quod solertia est habitus, qui prouenit ex repentino, Inueniens qđ congruit. Vnde sicut docilitas pars prudentiæ ad hoc pertinet, vt homo benè se habeat in acquirendo rectam opinionem ab alio, ita solertia ad hoc pertinet, vt homo bene se habeat in acquirendo rectam æstimationem per se ipsum. Quinta est, Ratio. Marcobius lib.1.in somn.Scipionis, opus enim prudentis est bene consiliatiuum, Arist.6. Eth.c.5. consilium autem est inquisitio quędam, ex quibusdam ad alia procedens; hoc autem est opus rationis. Vnde ad prudentiam necessarium est, quod homo sit bene ratiocinatiuus; non obst.quod prudentia sit in ratione, sicut in subiecto, quia hic non sumitur ratio, pro ipsa potentia rationis, sed pro eius bono vsu. S.Tho. d. loco art.5. Sexta est prudentia quæ est pars principalis prudentię, quia omnia alia quæ requiruntur ad prudentiam, ad hoc necessaria sunt, vt aliquid recte ordinetur ad finem. Et ideò nomen ipsius prudentiæ, sumitur à prouidentia, sicuti à principaliori parte. S. Thom. d.loco art.6. Septima est circumspectio, quæ necessaria est ad prudentiam, vt scilicet homo id quod ordinatur in finem, comparet etiam cum his, quæ circumstant: prudentia enim circa singularia versatur operabilia, in quibus multa cõcurrunt. Cõtingit enim aliquid secundum se consideratum esse bonum, & conueniens fini, quod tamen ex aliquibus concurrentibus redditur vel malum, vel nõ opportunum ad finem. S. Thom. d. loco art.7. Octaua est Cautio, Paul.ad Ephes. 5. videte quomodo caute ambuletis. Cum enim ea, circa quę est prudentia sint contingentia operabilia, in quibus sicut verum potest admisceri falso, ita & malum bono, propter multiformitatem huiusmodi operabilium, in quibus bona plerumque impediuntur à Malis, & mala habent speciem boni: Et Ideo est necessaria cautio ad prudentiam, vt sic accipiatur bona, quòd vitentur mala; S.Tho. d.loco art.8. & quamuis nullus possit præcauere omnia mala, quę possunt contingere, potest tamen per officium prudentię, homo contra omnes fortunę insultus, ita se disponere, vt minus lędatur. S. Thom.d.loco ad 3. conc. cum superius dictis 2.& 3.q. Angel.ver. prudentia nu. 2. Astens. lib.2.tit.10.artic.2. Vinc.3.p.lib.1.dist.36.& seq. S. Ant.4.p.tit.2.c.1. & seq. Per totum: Addo nouam partem, quę est solicitudo, 1. Pet.4. estote prudentes, & vigilate in orationibus sed vigilantia est idẽ solicitudini, ergo ipsa est pars prudentię. Ita. Sanct. Thom.2.2.q.47.art.9. solicitus enim dicitur, quasi solers citus, inquantum scilicet aliquis ex quadam solertia animi, velox est ad persequendum ea, quę sunt agenda. Hoc autem pertinet ad prudentiam, cuius præcipuus actus, est circa agenda præcipere de preconsiliatis, & iudicatis. vnde Phil. 6. Eth.capitulo 9. oportet operari quidem velociter consiliata, consiliari autem tarde. Sanctus in Tho. d.loco.

Prudentia an sit virtus: Quæst. IIII.

QVARTO quęro, vtrum prudentia sit virtus? Resp. quod sic, Greg.2. Moral.cap.36. prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & Iustitiam, dicit esse quatuor virtutes Cũ enim appellatio rectæ rationis ad opus, ad prudentiam spectet, ipsa necessario non modo intellectualis, sed & moralis virtus est. S.Tohm.2.2. q.47.art.4. declaratur primo, ut prudentia dicatur uirtus, distincta ab arte, quia ipsa est ratio recta agibilium, quæ rectum hominis appetitum exigit, ars uero est ratio factibilium, quę differunt, ut dixi supra titul. 6. per totum: Thom. 1.2. q.57. artic. 4. Secundo declaratur, ut dicatur uirtus necessaria. Sap.8. Sapientia, sobrietatem, & prudentiam docet, Iustitiam, & uirtutem, quibus utilius nihil est in hac uita hominibus. Ratio est, quia bene uiuere, cõsistit in benè operari, cum igitur prudentia sit uirtus dirigens hominem in finem præstans illi debita, & conuenientia media, quam maximè est homini necessaria ad bene uiuendum. S.Thom. 1. 2.q. 57.art.5. Tertio declaratur, ut dicatur uirtus specialis, quia cõdiuiditur & cõnumeratur alijs uirtutibus. Sap.c.8. S.Thom.2.2.q.47.art.5. dicens, prudentia cum sit in ratione, materialiter quidem à uirtutibus intellectualibus distincta, quod est circa agibilia contingentia; ars uero circa factibilia.

sapien-

ſapientia vero & ſcientia circa neceſſaria, etiam formaliter à moralibus virtutibus diſtincta eſt. Quarto declaratur, vt ad prudentiam non pertineat præſtituere finem virtutibus moralibus, ſed ſolum diſponere de his quæ ſunt ad finem. Ariſt. 6. Eth. cap. 12. dicens, quod virtus moralia facit intentionem finis rectam, cum enim prudentia ſit vniuerſalium principiorum, ad particulares operabilium concluſiones applicatio, non ſpectat ad ipſam præſtituere rationalibus virtutibus finem, ſed ſolũ de his, quæ ad finem ſunt diſponere S. Thom. d. loco art. 6. Quinto Declaratur, vt ad prudentiam pertineat medium in uirtutibus moralibus cõſtituere, virtus enim Moralis dicitur, quod eſt in med ocritate exiſtens determinata ratione, pro vt ſapiens determinabit. S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 7. dicens, quod hoc ipſum, quod eſt conformari rationi rectæ, eſt finis proprius cuiuſlibet virtutis moralis. Temperantia enim hoc intendit, ne propter concupiſcentias homo diuertat à ratione. Et ſimiliter fortitudo, ne à recto Iudicio rationis, diuertat propter timorem vel audaciam. Et hic finis præſtitutus eſt homini, ſecundum naturalem rationem. Naturalis enim ratio, dictat vnicuique, ut ſecundum rationem operetur, ſed qualiter, & per quæ homo in operando attingat medium rationis, pertinet ad rationem prudentię licet enim attingere medium, ſit finis virtutis moralis, tamen per rectam diſpoſitionem eorum, quæ ſunt ad finem, medium Inuenitur, vndè quamuis medium attingere, moralis virtutis ſit finis, nihilominus hoc non contingit, niſi per eorum quæ ſunt ad finem conuenientem diſpoſitionem, quod propriè pertinet ad prudentiam: conc. cum his quæ dicta ſunt, quod prudentia ſit virtus, Vicen. 3. p. lib. 1. Diſtinct. 35. art. 4. & ſeq. Perald. tit. de prudentia ca. 2. Rayn. d. loco cap. 1. & ſeq. Non obſt. Prou. cap. 23. ibi prudentię tuæ pone modum, at nulla virtus poteſt eſſe immoderata. Nam Reſ. quod non eſt ſic intelligendum, quod ipſa prudentia ſit moderanda; ſed quia ſecundum prudentiã eſt alijs modus imponendus, S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 4. ad 3.

Virtutes Adiunctæ prudentię quæ Dicantur. Quęſt. V.




VINTO quæro, quæ virtutes dicantur prudentiæ adiunctæ? Reſp. tres videlicet Eubulia, Syneſis, & Gnome. Ariſt. 6. Eth. c. 9. S. Tho. 1. 2. q. 57. art. 6. dicens quod circa agibilia humana, tres Actus rationis inueniũtur. Quorum primus eſt, conſiliari, ſecundus Iudicare Tertius eſt pcipere. Eubulia .n. eſt rectitudo cõſilij Ari. 6. Eth. ca. 9. dicitur enim ab eo quod eſt bonum, & bole, quod eſt conſilium, quaſi bona conſiliatio, uel potius bene conſiliatiua. Vnde cum de ratione uirtutis humanæ ſit, quod faciat actum hominis bonum, ſequitur quod Eubulia ſit uirtus S. Tho. 2. 2. q. 52. art. 1. eſt tamen diuerſa à prudentia, quia iſta eſt bene conſiliatiua, & ordinatur ad prudentiam quæ præceptiua uirtus eſt S. Thom. d. loco art. 2. Syneſis quoque importat Iudicium rectum, circa particularia operabilia, circa quæ eſt etiam prudentia unde Syneci .i. ſenſati dicuntur ſeu Eu.ynici .i. homines boni ſenſus, ſicut è contrario qui carent hac uirtute inſenſati dicuntur, unde Syneſis quæ bene Iudicatiua de operabilibus ab homine, eſt etiam uirtus. S. Tho. d. loco art. 3. Gnome autem eſt uirtus Iudicatiua de agendis, præter communia principia. Syneſis uero eſt de agendis, ſecundum quædam uniuerſalia principia. Gnome enim importat quandam perſpicacitatem Iudicij, S. Tho. d. loco art. 4. uerum quia in his, quæ per homines fiunt, principalis actus eſt præcipere, ad quem alij ordinantur, & Ideo uirtuti, quæ eſt bene pręceptiua, ſcilicet prudentiæ, tanquam principaliori adiungitur tanquam ſecundarię, Eubulia, quæ eſt bene conſiliatiua, & Syneſis, quę eſt bene iudicatiua, de uniuerſalibus principijs, Gnome uero, bene iudicatiua præter uniuerſalia principia, S. Tho. 1. 2. q. 57. art. 6.

Prudentia vtrum inſit nobis à Natura. Quęſt. VI.



EXTO quæro, vtrum prudentia inſit nobis à Natura? Reſp. quod nõ, Ariſt. 2. Eth. c. 1. dicit, quod uirtus intellectualis plurimum ex doctrina habet, & generationem & Augmentum: Ideò experimento indiget, & tẽpore. Sed prudentia eſt uirtus intellectualis, ergo prudentia non ineſt nobis à natura, ſed ex Doctrina, & experimento. S. Tho. 2. 2. q. 47. art. 15. dicens, quia prudentia non eſt circa fines, ſed circa ea, quæ ſunt ad finem, Ideo prudentia non eſt naturalis, ſed doctrina, & experimento comparatur: ex naturali tamen diſpoſitione, unus dicitur aptior ad huiuſmodi diſcernenda, quàm alius, ſicut etiam accidit circa cõcluſiones ſpeculatiuarum ſcientiarum; & licet in antiquis ſit ſapientia, & in multo tempore ſit prudentia. Iob. c. 12. quę ętatum uariatio eſt ſecundum naturam, non per hoc ſequitur, quod ſit naturalis, quia hęc non ſolum magis eſt in ſenibus propter naturalem diſpoſitionem, quietatis motibus paſſionum ſenſibilium, ſed etiam propter experientiam longi temporis. S. Tho. d. loco ad ſecundum conc. Vinc. 3. p. lib. 1. diſt. 35. ar. 13.

Prudentia an eſſe poſſit in peccatoribus. Quęſt. VII.



EPTIMO quęro, utrum prudentia poſſit eſſe in peccatoribus? Reſpo. quod non, Ariſt. 6. Eth. c. 12. Impoſſibile eſt prudentem eſſe non bonum. Sed nullus peccator eſt bonus, ergo nullus peccator eſt prudens. S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 13. dicens,

quod

quod prudentia dicitur tripliciter, prima dicitur prudentia falsa, vel per similitudinem dicta, cum enim prudens sit qui bene disponit ea, quæ sunt agenda propter aliquem bonū finem, ille qui pro pter malum finem aliqua disponit congruentia illi fini, habet falsam prudentiam, in quantum illud quod accipit pro fine, non est vere bonum, sed secundum similitudinem, sicuti dicitur aliquis bonus latro. Hoc enim modo potest secundū similitudinem dici prudens latro, qui conuenientes vias adinuenit ad latrocinandum, & huiusmodi est prudentia, de qua ad Rom. 8. dicitur, prudentia carnis mors est; quæ scilicet finem vltimum constituit in delectatione carnis. Secunda autem prudentia est quidem vera, quia adinuenit vias accōmodatas ad finem vere bonum, sed est imperfecta, duplici ratione. Vno modo, quia illud bonum quod accipit pro fine, non est communis finis totius humanæ vitæ, sed alicuius specialia negotij; puta cū aliquis adinuenit vias accomodatas ad negociandum, vel ad nauigandum, dicitur prudens negotiator, vel nauta. Alio modo, quia deficit in principali actu prudentiæ, puta cum aliquis rectè consiliatur, & bene iudicat, etiam de his, quæ pertinent ad totam vitam, sed non efficaciter præcipit, Tertia autem prudentia est, & vera, & perfecta, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè consiliatur, & iudicat & præcipit. Et hęc sola dicitur prudentia simpliciter, quæ in peccatoribus esse non potest: prima autem prudentia est in solis peccatoribus, prudentia autem imperfecta, est communis bonis, & malis, maximè illa, quæ est imperfecta propter finem particularem. Nam illa quæ est imperfecta propter defectū principalis actus, etiam non est nisi in malis. Non obst. quod fides sit nobilior prudentia, quæ tamen reperitur in peccatoribus. Nam Respond. quod fides est nobilior propter obiectum, tamen prudentia secundum sui rationem, magis repugnat peccato, quod procedit ex peruersitate appetitus; fides enim in sui ratione, non importat aliquam conformitatem ad appetitum rectorum operum, sed eius ratio consistit in sola cognitione; prudentia autem importat ordinem ad appetitum rectum; tum quia principia eius sunt fines operabilium, de quibus aliquis habet rectam æstimationem, per habitus virtutum moralium, quæ faciunt appetitum rectum. Vnde ipsa non potest esse absque virtutibus Moralibus. Tū etiam, quia prudentia est præceptiua bonorum operum; quod non contingit, nisi existente appetitu recto. S. Thom. d. loco in Respond. ad 2. ex quibus infertur, quod prudentia nō est nisi in habentibus gratiam, immo in omnibus habentibus gratiam inuenitur prudentia, quia nullus habet gratiam, nisi sit virtuosus. Sed nullus potest esse virtuosus, nisi habeat prudentiam vnde Greg. 2. Moral. c. 33. dicit, quod cæteræ virtutes, nisi ea, quæ appetunt prudenter agant, virtutes esse nequaquam possunt. Ergo omnes habētes gratiam habent prudentiam S. Tho. 2. 2. q. 47. artic. 14. dicens, quod necesse est virtutes esse connexas, ita vt qui vnam habet, omnes habeat. S. Tho. 1. 2. q. 65. art. 1. quicumque autem habet gratiam, habet Charitatem. Vnde necesse est, quod habeat omnes alias virtutes. Et ita cum prudentia sit virtus, necesse est quod habeat prudentiam. Nō obst. quod multi habentes gratiam, non habeant industriam quandam, per quam sciant bene prouidere, quæ agenda sunt. Nam Resp. quod duplex est industria. Vna quidem, quæ est sufficiens ad ea, quæ sunt de necessitate salutis; & talis industria datur omnibus habentibus gratiam, quos vnctio docet de omnibus, vt dicitur. 1. Iohan. 2. est autem alia industria plenior, per quam aliquis sibi, & alijs potest prouidere, non solum de his, quæ sunt necessaria ad salutem, sed etiam de quibuscunque pertinentibus ad humanam vitam. Et talis industria, non est in omnibus habentibus gratiam. Similiter non obst. quod multi habentes gratiam nesciant regi proprio consilio, sed indigent consilio alieno. Nam Respon. quod isti in hoc sibi ipsis consulere sciunt, si gratiam habeant, vt aliorum requirant consilia, & discernant consilia bona à malis. Item non obst. quod in iuuenibus non sit prudentia, Arist. 3. Topic. & tamen multi Iuuenes habent gratiam. Nam Resp. quod prudentia acquisita causatur ex exercitio Actuum. Vnde indiget ad sui generationem experimento, & tempore, quæ non potest esse in Iuuenibus nec secundum habitum, nec secundum Actū sed prudentia gratuita causatur ex infusione diuina. Vndè in pueris baptizatis, nondum habentibus vsum rationis, est prudentia secundum habitum non secundum Actum, sicut, & in amentibus In his autem, qui iam habent vsum rationis, est etiam secundum actum, quantum ad ea, quæ sunt de necessitate salutis. Sed per exercitium meretur augmentum, quousque perficiatur, Sicut, & cæterę virtutes. Vnde ad Hebr. 5. perfectorum est solidus: cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, & mali. S. Tho. 2. 2. q. 47. art. 14. in Respond. ad omnia arg. conc. 5. Ant. 4. parte titulo secundo, capitulo primo §. tertio. Rayn. versic. prudentia cap. 2. Vinc. 3. pa. lib. 1. Dist. 35. art. 11.

Prudentia an pertineat solum ad rationem practicam, an etiam ad speculatiuam.
Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, vtrum prudentia pertineat solum ad rationem practicam, an etiam ad speculatiuam? Respond. ex mente Arist. 6. Ethyc. c. 5. quod prudentia est recta ratio agibilium, sed hoc non pertinet nisi ad rationem practicam: ergo prudentia non nisi est in ratione practica. Sanct. Thom. 2. 2. q. 47. art. 2. dicens, prudentis est bene consiliari. Consilium autem est de his, quæ sunt per nos agenda in ordine ad finem aliquem. Ratio autem eorum quæ sunt agenda propter finem, est ratio practica. Vnde manifestum est, quod prudentia non consistit, nisi in ratione practica. Non obst. quod dicitur Prou. 10. ibi, sapiētia est viro pruden-

tia, sed sapientia consistit in contemplatione, ergo & prudentia? Nam Resp. quòd sapientia considerat Causam altissimam simpliciter, vnde consideratio Causæ Altissimæ, in quolibet genere, pertinet ad sapientiam in illo genere. In genere autem humanorum actuum, causa Altissima est finis communis, toti vitæ humanæ, & hunc finem intendit prudentia. Vnde sicut ille, qui ratiocinatur bene ad aliquem finem particularẽ, puta ad victoriam, dicitur esse prudens, non simpliciter, sed in hoc genere, scilicet in rebus bellicis: Ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bene viuere, dicitur prudens simpliciter; Vnde manifestum est, quòd prudentia est sapientia in rebus humanis, non autem simpliciter, quia non est circa causam altissimam simpliciter; Est enim circa bonum humanum. Hoc autem non est optimum eorum, quæ sunt, & ideo signanter dicitur, quod prudentia est sapientia vera, non autem sapientia simpliciter. S. Tho. d. loco in Resp. ad 1. Et est cognoscitiua non solum vniuersalium, sed etiam singularium. Arist. 6. Eth. cap. 7. ad prudentiam enim pertinet, non solum consideratio rationis, sed etiã applicatio ad opus, quod est finis practicæ rationis. Nullus autem potest conuenienter alteri aliquid applicare, nisi vtrumque cognoscat, scilicet, & id quod applicandum est, & id cui applicandum est, operationes autem sunt in singularibus, & ideo necesse est, quod prudens, & cognoscat vniuersalia principia rationis, & cognoscat singularia, circa quæ sunt operationes. S. Tho. 2. 2. q. 37. Art. 3. Non obst. quod prudentia sit in ratione, & ratio sit vniuersalium, Nam Resp. quod ratio primo quidem & principaliter est vniuersalium, potest tamen vniuersales rationes, ad particularia applicare; Item non obst. quod singularia sint infinita, quæ ratione comprehendi nõ possunt, ideo sint incertæ prouidentiæ nostræ, Sap. 9. Nam Resp. quod per experientiam singularia infinita, reducuntur ad aliqua finita, quæ vt in pluribus accidunt, quorum cognitio sufficit ad prudentiam humanam. S. Thom. d. loco in Resp. ad 2.

Prudentia quibus modis conseruatur Quæst. IX.



NONO quæro, quæ sint conseruatiua prudentiæ? Respon. quinque. Primum est memoria præteritorum: Secundum est intelligentia præsentium; Tertium est prouidentia futurorum; Quartum est circumspectio mediorum; Quintum est cautio, vel cautela malorum; Præteritorum memoria, conseruatur similitudine, dissimilitudine, ordine, solicitudine, & consuetudine; similitudo iuuat memoriam, quia quando cogitamus, de lacte, de facili memoramur de Niue, propter similitudinem albedinis; Vnde quãdo videmus filium memoramur Patris, propter similitudinem. Dissimilitudo quoque multum iuuat memoriam, sicut quando cogitamus de vna re, vel quando videmus eam, memoramur eius cõtrarium, ita quod vnum contrarium, memoriam alterius causat. Ordo præterea iuuat memoriam: oportet enim quod ea, quæ quis vult memoriter tenere, ordinate consideret, & disponat, quæ enim sunt ordinata, melius, & facilius memoriæ commẽdantur. Solicitudo etiam iuuat memoriam; debet enim mentem apponere, & solicitudinem adhibere, ne illud, quod illudet à memoria elabatur, vnde solicitudo conseruat similatorum figuras; Quinto consuetudo iuuat memoriam; oportet enim quod ea meditemur frequenter, quæ volumus memorari. Meditationes enim memoriam saluant, & consuetudo est altera quasi natura. Vnde, quæ multoties intelligimus cito reminiscimur, quasi naturali quodam ordine, ab vno ad aliud procedentes. S. Thom. 2. 2. q. 49. Art. 1. in Resp. ad 2. Tu ergo si vis esse prudens, memorare hæc quinque. Primo an anima tua sit similis Deo per gratiam, & regratieris. Secundo an fueris dissimilis Deo per culpam, & conteraris; Tertio an ordinate, vel rectè ambulaueris coram Deo, an nõ, & ordineris. Quarto an negligens fueris, vel solicitus. Quinto an sis assuetus agere bene, vel male. Rayn. vet. Prudentia cap. 3. Secundo conseruatur prudentia, intelligentia præsentium, quæ non accipitur pro potentia intellectiua, sed est quædam recta æstimatio mentis, qua indicamus, de aliquo fine particulari. Tertio conseruatur prouidentia futurorum, scilicet, quod illud quod est ordinatũ ad finem, rectoordine deducat ad finem, quod fit rectitudine consilij, iudicij, & præcepti, sine quibus recta ordinatio in finem esse non potest. S. Thom. 2. 2. q. 49. Art. 6. de his tribus scilicet memoria, intelligentia, & prouidentia, Seneca sic dicit: si prudens fueris, animus tuus tribus temporibus dispensetur, præterita recordare. Præsentia ordina, futura prouide, qui enim nihil de præterito cogitat, vitam perdit, qui præsentia non ordinat, male viuit, qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia mala incautus incidit. Quarto modo conseruatur prudentia circumspectione mediorum, ad quam considerare spectat id, quod est ordinatum ad finem, an sit conueniens, an non conueniens fini. Vnde Iohan. Apocal. 4. vidit quatuor animalia plena oculis ante, & retro, exponitur animalia ante oculos habentia sunt homines, qui frequenter considerant bona & mala futura. Retro verò oculos habẽtia, sunt homines, qui cogitant qualia sunt præterita & præsentia bona, & mala. Quinto conseruatur prudentia cautione, ad quam pertinet cogitare contingentia mala, quæ similitudinem virtutum videntur habere, & hoc duobus modis. Primo ut totaliter uitentur. Secundo ut minus noceant. Vnde Apostolus, iudere quomodo caute ambuletis, & hoc quatuor de causis. Primo posuerunt me in obscuriis sicut mortuos seculi; Secundo propter uiarum lubricitatem, iuxta illud Psal. fiant uiæ eorum tenebræ, & lubricum; Tertio propter laqueorum multiplicitatẽ, eccl. 9. in medio laqueorum ingredieris. Quarto propter latronum multiplicitatem, Iob. 19. similiter uenerunt latrones, & fecerunt uiam super me

Rayn.

Rayn. ver. Prudentia c. 3. Corrumpitur tamen prudentia præcipuè luxuria, ex qua oriuntur, tria vitia corrumpentia tres actus rationis, scilicet præcipitatio, quæ corrumpit actum consiliandi, inconsideratio Actum iudicandi, inconstantia actum præcipiendi, vel debite applicandi, & Auaritia, ex qua nascuntur duo vitia, quæ tollunt veram æstimationem de fine. s. Prudentia Carnis, & astutia. S. Ant 4. p. tit. 2. cap. 2. 5. 2. & dicam in seq. quæst.

Prudentia quomodo Amittatur. Quæst. X.



ECIMO quæro, quomodo Amittatur prudentia? Resp. quod prudentia corrumpitur per passiones Arist. 6. Ethic. c. 5. Delectabile & triste, peruertit æstimationem prudentiæ. Vnde Dan. 13. species decepit te & concupiscentia subuertit Cor tuum; & Exod. 23. Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, obliuio tamen licet per se non tollat prudentiam, potest tamen illam impedite in quantum procedit ad præcipiendum ex aliqua cognitione, quæ per obliuionem tolli potest: scientiæ verò, & artes cum in sola cognitione, & ratione perficiantur, per obliuionem potest aliquis artem totaliter perdere, quæ consistit in cognitione, similiter & scientiam, quæ in ratione consistit, quod secus est in prudentia, quæ in solo appetitu perficitur, cuius experimentum non acquiritur ex sola memoria, sed ex exercitio rectè præcipiendi: similiter non in sola cognitione vniuersalium, sed in applicatione ad opera S. Thom. 2. 2. q. 47. Articul. 16. conc. Viuc. 3. p. lib. 1. Distinct. 53. Art. 14.

Præceptum vtrum fuerit Dandum de prudentia. Quæst. XI.



NDECIMO quæro, vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi? Resp. quod non, vt patet enumerãti præcepta Decalogi Exod. 20. l. a. 34. D. leuit. 19. A. Deut. 4. a. 5. A. 10. A. S. Thom. 2. a. q. 56. Art. 1. dicens, quod præcepta decalogi, sicut data sunt omni Populo, ita etiam cadunt in æstimatione omnium, quasi ad naturalem rationem pertinentia, præcipuè autem sunt de dictamine rationis naturalis fines humanæ vitæ, qui se habent in agendis sicut principia naturaliter cognita in speculatiuis. Prouidentia autem, non est circa finem, sed circa ea, quæ sunt ad finem, & ideò non fuit conueniens, vt inter præcepta decalogi aliquod præceptum poneretur, ad prudentiam pertinens directè, ad quam tamen omnia præcepta Decalogi pertinent, secundum quod ipsa est directiua omnium virtuosorum Actuum. Non obst. quod prudentia sit principalior virtus, & de principaliori virtute principaliora præcepta debebant dari, sed principaliora præcepta legis, sunt præcepta Decalogi, ergo inter ipsa aliquod præceptũ dãdum erat de prudentia. Nam Resp. quod quamuis simpliciter prudentia sit principalior omnibus virtutibus moralibus, iustitia tamen principalius respicit rationem debiti, quod requiritur ad præceptum, & ideo illa præcepta magis ad iustitiam, quàm ad prudentiam debuerunt pertinere. Non obst. quod in Doctrina euangelica dentur præcepta prudentiæ, Matth. c. 10. estote prudentes sicut serpentes. Nam Resp. quod illa est doctrina perfectionis, & ideo oportuit, quod in ipsa perfectè instrueretur homo, de omnibus quæ pertinent ad rectitudinem vitæ, siue sint fines; siue sint ea, quæ sunt ad finem. Et propter hoc oportuit in doctrina euangelica, etiam de prudentia præcepta dati. Non obst. etiam quod in veteri lege reperiatur præceptum de prudentia prou. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ: Nam Respon. quod sicut alia Doctrina veteris testamenti ordinatur ad præcepta decalogi, vt ad finem; ita etiam conueniens fuit, vt in subsequentibus documentis veteris testamenti, homines instruantur de actu prudentiæ, qui est circa ea, quæ sunt ad finem S. Thom. d. loco in Resp. ad argumenta. Conueniens tamen fuit, ut præcepta prohibitiua darentur in lege, de vitijs prouidentiæ oppositis, ut contra iustitiam sunt. S. Thom. 2. 2. q. 56. Art. 2.

Quæ requirantur ad prudenter agendum. Quæst. XII.



VODECIMO quæro in quibus consistat ordinatio sui per prudẽtiam? Resp. in octo; Primo vt ante quam aliquid faciat, cogitet illud, ne post factum pœnitere contingat. Iuxta illud prou. omnia fac cum Consilio, & post factũ non pœnitebis; Secundo ut non faciat inuitus. August. Nemo inuitus bene facit. Tertio, quod faciat cum Alacritate. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit Deus; Quarto ut perseueret c. Inanis de pænit. Distinct. 3. Quinto ostendat in opere suo grauitatem moderatam. Non sit leuis, ut puer, nec fastidiosus, in nimio pondere grauis. Sexto omnia faciat cum honestate, Apostol. omnia honeste & secundũ ordinem fiant in vobis. Septimo omnem fortunam lætam, vel aduersam, ante oculos mentis sibi proponat, ita quod cum venerit, nec tristetur nec de nouo lætetur. Senec. sapiens non contristabitur, quicquid acciderit. Octauo, vt tantum sciat, quod suis possit stare iudicijs, & nõ egeat alienis. Debet tamen audire, & aliquando magis credere sapientibus quam sibi; Vnde Cicero in lib. Tusculan. quæst. Prudentis proprium est, nihil quod pænitere possit facere, nihil inuitum, sed splendide, constanter, grauiter honeste. Nihil expetat, ita quod quasi certum sit sibi futurum,

157

turum, nihil eum decet admirare, suis stare iudicijs S. Ant. 5. par. tit. 2. cap. 2. §. 2.

Actus, & effectus prudentiæ qui sint. Quæst. XIII.



Ecimo tertio quæro, qui sint actus, & effectus prudentiæ? Respon. plures. Primo dirigit actus aliarum virtutum. Prou. 15. vir prudens dirigit gressus suos. Secundo causat in nobis speciem cognitionis. Prou. 9. Scientia. sanctorum prudētia. Tertio generat discretionem, de qua dicitur discretio conseruat omnes virtutes. Quarto bona Domini nobis commissa multiplicat, Math. 25. ibi est parabola de seruis, quibus tradidit paterfamilias decē talenta, Perald. tit. de prudentia. c. 3. & seq. Quæro quę sint uitia opposita prudentię? Sunt negligentia, inconstantiā, præcipitatio, & inconsideratio, stultitia, de quibus dixi in summa peccat. 2. q. 22. titul. 8. & q. 14. 15. 16. eod. tit. & par. 1. q. 26. tit. 5.

Item quæro vtrum per pœnitentiam restituatur prudentia? Resp. quod per pœnitentiam restituitur prudentia infusa, & sic cessat carentia huius prudentiæ. Non tamen restituitur prudentia acquisita, quā tum ad habitum, sed tollitur actus contrarius, in quo proprie consistit peccatū imprudentiæ S. Tho. 2. 2. q. 52. art. 1. ad 3.

Prudentia an pertineat ad vitam actiuam. Quæst. XIIII.



Ecimo quarto quæro, vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam? Respon. quod sic. Arist. 10. ethic. c. 8. S. Thom. 2. 2. q. 18. art. 2. dicens, quod id quod ordinatur ad aliud, sicut ad finem, præcipue in moralibus, trahitur ad speciē eius, ad quod ordinatur, sicut ille, q mœchatur vt furetur, magis dicitur fur, quām mœchus Arist. 5. eth. c. 2. Manifestum est autem, quod cognitio prudentiæ ordinatur ad operationes virtutū moralium, sicut ad finem. Est enim recta ratio agibilium sicuti dicitur 6. eth. c. 5. vnde & fines virtutum moralium, sunt principia prudentiæ, sicut ergo virtutes morales in eo, qui ordinat eas ad quietem contemplationis, pertinent ad uitā contemplatiuam, ita cognitio prudentiæ, quæ de se ordinatur ad operationes virtutum moralium, dire ctè pertinet ad vitam actiuam, si tamen prudentia proprie sumatur, si autem sumatur communis, pro vt comprehendit qualemcunque humanam cognitionem, sic prudentia, quantum ad aliquam sui partem, pertinet ad vitam contemplatiuam. Vnde Cic. 1. de off. c. 4. qui accutissimè, & celerrime potest vi dere verum, & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet.

Postea considerādum est de dono consilij, quod respondet prudentiæ.

De dono consilij. Quæst. XV.



Ecimo quinto quæro, vtrū donū consilij, respondeat virtuti prudentiæ? Resp. quod sic; quia donum consilij, est circa ea, q sunt agē da propter finem. Sed circa hæc est etiam prudentia ergo sibi inuicē correspondent, quod donum computatur inter dona spiritus sancti, vt dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus consilij & fortitudinis. Eo. n. rationalis creatura a diuina bonitate mouetur, sufficienter ad consiliandum se de singulis agendis, quod quidem manet in patria, non secundū aliquam de agendis consultationem, sed in quantum sit in eis, a Deo contiuatur eorum cognitio, quæ sciunt, & in quantum illuminātur de his, quæ nescierunt circa agenda, respondet etiam hoc donū quintæ beatitudini, quæ est, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequētur. Nam vt dicit Aug. lib. 1. c. 9. de serm. domini in monte, consilium conuenit misericordibus, quia vnicum remedium est de tātis malis erui, dimittere alijs, & dare, consilium, n. est proprie de his, quæ sunt vtilia ad finem. Vnde ea, quæ maxime sunt vtilia ad finem, maxime debent respondere dono consilij. Hoc autem est misericordia, secundum illud 1. Timot. 4. Pietas ad omnia utilis est, & ideo specialiter dono consilij respondet beatitudo misericordiæ, non sicut elicienti, sed sicut dirigenti S. Tho. 22. q. 52. art. 1.

Consequenter post prudentiam considerādum est de iustitia, circa quam tria consideranda sunt, primo de iustitia. Secundo de dono ad hoc pertinente. Tertio de præceptis ad iustitiam pertinentibus.

DE VIRTVTE IVSTITIAE Tit. VIII.

Quæst. I.



Rimo quæro, quid sit iustitia? Respon. Imperator Iustinianus. §. 1. inst. de iust. & iur. dicit, qd iustitia est constans, & perpetuā volūtas, ius suum vnicuique tribuendi. Conc. Vlpian. Iustitia. ff. de iust. & iur. S. Th. 2. 2. q. 58. art. 1. eam sequitur, eamq; in debitam formam redigit dicēs: iustitia est habitus, secundum quem aliquis constanti, & perpetua volūtate, ius suum vnicuiq; tribuit, & Arist. 5. eth. c. 1. dicit, q iustitia est habitus secundum quem aliquis dr operatiuus, secūdum electionē iusti. Cōc. Ang. ver. iustitia in prin. Asten. lib. 2. tit. 11. art. 2. D. Soto libr. 3. de iusti. & iure, q. 2. artic. 1. Rain. ver. iustitia capitul. 1. vbi Tab. numero 1. Viguer. titu. de virtu.

iuſt.cap.5.§.1.in princ.Vinc.3.par.lib.1.diſtin.48. art.1.Perald.1.par.ſummæ virtu. tit. de iuſtitia cap. 2.Ant.4.part.tit.5.§.2.cap.1.Philiarchus.Man.fac. tit.de iuſtitia §.1. vnde iuſtus dicitur, quia ius cuſtodit, Iſid.lib. 10.ethim. cap.9.in qua defin. Theologi, Philoſophi,& Iuriſtæ, tangũtur tria, quæ ſunt de ratione iuſtitiæ humanæ, ſcilicet obiectum, reſpectus & actus. Primo tangit obiectum iuſtitiæ, cum dicit ius ſuum, nam ius eſt obiectum iuſtitiæ. Quod patet, quia iuſtus dicitur, qui ius cuſtodit, vt dictum eſt, & dicam inferius ſuo loco. Secundo tangit in dicta definitione iuſtitiæ reſpectum, cum dicitur vnicuique, quia iuſtitia proprie non eſt ad ſe ipſum, ſed ad alterum. Tertio tangit iuſtitiæ actum, cum dicitur, ius ſuum vnicuiq; tribuens; nã proprie actus iuſtitiæ eſt, reddere vnicuique, quod ſuum eſt; ſimiliter ad hoc, quòd aliquis actus circa quamcunque materiam ſit virtuoſus, tria requirun tur, ſcilicet, quod ſit voluntarius, firmus, & rectus. In iſta definitione tãgũtur hæc omnia. Primo actus voluntarius, dum dicitur, ibi (voluntas) quæ dicit non potentiã voluntariã, ſed eius actum & ſic iuſtitia eſt voluntas. i. Velle reddere vnicuique, quod ſuum eſt. Secundo tangitur actus firmus iuſtitiæ; & ideo dicitur ibi (conſtans, & perpetua) nam ad rationem iuſtitiæ pro vt eſt virtus, non ſufficit, quòd aliquis velit ſeruare iuſtitiam ad horam ſolum, ſed requiritur, quod homo habeat volũtatem, animum, & propoſitum perpetuò in omnibus iuſtitiam conſeruandi. Tertio tangitur actus rectus cum dicitur; ius ſuum unicuique tribuens. Nam ad rationem iuſtitiæ ſpectat rectitudinem facere in rebus exterioribus. i. operibus, cum iuſtitia ſit virtus, ſecundum quam aliquis, vult, & operatur rectè Ariſt.5.Ethic.S.Thom.2.2.q.58.artic.1.Rayn.capit.1.ver.iuſtitia. Non obſtat, quod ſola Dei voluntas ſit perpetua: nam Reſp. quod dici poteſt perpetua dupliciter. Vno modo ex parte ipſius actus, qui perpetuo durat, & ſic ſolius Dei uoluntas eſt perpetua. Alio modo ex parte obiecti, quia ſcilicet aliquis uult perpetuo facere aliquid, & hoc requiritur ad rationem iuſtitiæ, ut dixi ſupra.

Iuſtitia quotuplex ſit. *Quæſt.* *II.*



Ecundo quæro, quotuplex ſit iuſtitia. Reſp. duplex. Diuina ſcilicet & humana Raynet.ver.iuſtitia humana, & in ver. iuſtitia diuina ca.1. De diuina iuſtitia nõ eſt propoſitum noſtrum per tractare, ſed de humana tantum, pro vt eſt uirtus, qua diriguntur homines ad tribuendum unicuique quod ſuum eſt, quæ ſic diuiditur. Nam quædam eſt infuſa, & quædam acquiſita, & utraque eodem modo diuiditur. Acquiſita eſt duplex; ſcilicet generalis, quæ eſt ordinans ad bonum commune, & particularis ordinans ad ſingulares perſonas. Generalis eſt duplex, ſcilicet per caſualitatem; quæ eſt iuſtitia legalis, ordinans omnes uirtutes ad bonum commune, differẽs realiter a qualibet alia uirtute, & per prædicationem, quæ eſt uirtutis in communi, & imperans a legali, ſeu ut ordinata ad commune bonũ, differens ab alijs uirtutibus ſecundum rationẽ tantum. Iuſtitia etiã particularis ſimiliter eſt duplex, ſcilicet commutatiua, quæ dirigit unam priuatam perſonam ad aliam, in his, quæ inter eas conueniũt & diſtributiua, quæ eſt directiua ordinis eius, quod eſt commune ad ſingulares perſonas, diſtribuens ſingulis ut decet. Silu.uer.iuſtitia per totum, Ange. d.loco & Fab.nu.3.S.Thom.2.2.q.58.artic.7.& 8. & q.61.art.1.ibi ponit duas ſpecies iuſtitiæ, cõmutatiuam ſcilicet, & diſtributiuam, commutatiua eſt qua homo in his dirigitur, quæ mutuo inter duas ꝑſonas ad inuicem ſunt. Diſtributiua, quę communium diſtributiua eſt, ſecundum quandam proportionabilitatem. Ariſt.5.eth.c.8.Aſtenſ.lib.2.tit.11. art.1.Dom.Sot.lib.3.de iuſt.& iur.q.2.art.1.& ſeq. Viguer.tit.de uirt.iuſt.c.5.§.1.uer.1.& ſeq.§, Ant. 4.par.titu.5.c.5.Philiarch.Man.fac.tit.de iuſt.§.2. Non obſt.quod in iuſtitia diſtributiua nõ reddatur unicuique, quod ſuum eſt. Quod eſt de actu iuſtitiæ. Sed de nouo appropriatur ſibi id, quod erat cõmune. Nam Reſp. quod ſicut pars & totum quodammodo ſunt idem, ita quod eſt totius quodãmodo eſt partis. Et ita cum ex bonis communibus aliquid in ſingulos diſtribuitur, quilibet aliquo modo recepit, quod ſuum eſt. S.Thom.2.2.q.61. art.1. ad ſecundum: eſt tamen in diſtributione bonorum moderatio ſeruanda, ne ille qui accipit, deterior fiat. S. Thom.d.loco ad primum.

Obiectum iuſtitiæ quid ſit. *Quæſt.* *III.*



Ertio quæro, quid ſit obiectũ iuſtitiæ? Reſp. obiectũ iuſtitiæ eſſe ius S. Tho. 2.2.q. 57.art.1.iux.n. dictũ eſt, quia eſt iuſtum Iſid. libro 5. ethi. c. 3. Sed iuſtũ eſt obiectũ iuſtitiæ, dicente Philoſopho in 5.eth.c.1. quid omnes talem habitum uolunt dicere iuſtitiam, a quo operatiui iuſtorum ſunt, ergo ius eſt obiectum iuſtitiæ, quod eſt multiplex; nam aliud naturale, aliud poſitiuum dicitur. Naturale dicitur ex ipſa natura rei, puta cum aliquis tantũ dat, vt tantundem accipiat, ius autem poſitiuum dr, cũ aliquid eſt adequatum, uel commenſuratum alteri, ex condicto, ſiue ex communi placito, quando ſcilicet aliquis reputat ſe contentum, ſi tantũ accipiat. Quod quidem poteſt fieri dupliciter, uno modo ꝑ aliquod priuatum condictum, ſicut qđ firmatur aliquo pacto inter priuatas pſonas. Alio modo ex condicto publico, puta cum totus populus cõſentit, ꝙ aliquid habeatur quaſi adæquatũ, & commẽſuratũ alteri, uel cũ hoc ordinat Princeps, qui curam populi habet, & eius pſonam gerit, & hoc dr ius poſitiuum S.Tho.d.loco art.2. Similiter differt ius naturale a iure genitum, quia ius naturæ cõpetit omnibus, ius tñ genitum proprium eſt hominibus. S. Tho.d.loco art.3. qui in argumen. 5. aliter diſtingit ius: nam aliud paternũ, & aliud dominatiuũ eſt, paternũ inter prẽm, & filiũ, dominatiuũ inter dñm & ſeruum eſt. Ariſt.5.eth.c.6.conc.Rain.uer.iuſtitia c.5.Vin. lib.1.par.3.Diſtin.57.art.1.& ſeq.Dom.Sot.de iuſtitia & iure lib.3.q.1.art.1.& ſeq.

Iustitia an sit in volũtate, sicut in subiecto. Q. IIII.



VARTO quæro, vtrum iustitia sit in voluntate, sicuti in subiecto? Resp. quod sic. S. Thom. 2.2.q.58.art.4.dicens, quod iustitia, cũ nõ ad actum cognoscitiuum rectificãdum ordinetur, sed sit operis appetitus intellectiui directa, ipsa non in intellectu, neque in parte aliqua sensus, sed in voluntate est, tanquam in proprio subiecto. Allegans Anselmum in Dialogo de veritate cap. 13. dicens, quod iustitia est rectitudo voluntatis, propter se seruata; vnde illa potentia est subiectum virtutis, ad cuius potentiæ actum rectificandum virtus ordinatur. Iustitia autem ordinatur ad dirigendum appetitum voluntatis, quæ est in ratione, & ideo iustitia definitur per actum volũtatis, vt dixi, in 1.quæst. huius tit.

Iustitia an semper sit ad alterum. Quæst. V.



VINTO quæro, vtrum propriè iustitia sit semper ad alterum? Resp. quod sic. Iustitia enim æqualitatem importat, sed nihil est æquale sibi ipsi, sed alteri. Ergo est ad alterum præterea iustitia proprie dicta, requirit diuersitatem suppositorum: Cum ergo in vno, & eodem homine, non sit, nec esse possit, diuersitas suppositorum: ergo iustitia non proprie vnius hominis, est ad se ipsum, sed semper ad alium. Metaphoricè tamen & per similitudinem dicta, dicitur esse in vno, & eodem, secundum quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & secundum quod istæ duæ virtutes, scilicet irascibilis, & concupiscibilis, obediunt rationi: & vniuersaliter secundum quod vnicuique parti hominis, attribuitur quod ei conuenit. S. Thom. 2.2.q.58. Art.2. Rayn.ver. Iustitia cap.5. Vincen.p.3.lib.1.Dist.48.Art. 2. vnde Cic. lib. 1.de offic.cap. de iustitia dicit quod iustitiæ ea ratio est, qua societas hominum inter ipsos, & vitæ communitas continetur, sed hoc importat respectum: ergo iustitia est circa ea, quæ sunt ad alterum. S. Thom. d. loco art. 2.

Actus iustitiæ qui dicantur esse. Quæst. VI.



EXTO quæro, qui sunt actus iustitiæ? Resp. quod actus iustitię est reddere vnicuique quod suum est. S. Ambr. 1.de offic. ca.24. dicit, iustitia est, quæ vnicuique quod suum est tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt communem æqualitatem custodiat. S. Thom. 2.2.q.58.Art.11.dicens, quod materia iustitiæ est operatio exterior; secundum quod ipse, vel res, qua per eam vtimur, proportionatur alteri personæ, ad quam per iustitiã ordinatur. Hoc autem dicitur esse suum vniuscuiusque personæ, quod ei secundum proportionis æqualitatem debetur. Et ideo proprius actus iustitiæ, nihil aliud est, quam reddere vnicuique quod suum est. Proprius tamen actus commutatiuæ iustitiæ, est restitutio, quæ ablationi opponitur, sed ablatio rei alienæ, est actus iustitię circa commutationes, ergo restitutio est actus iustitiæ, quæ est in commutationibus directiua. S. Tho. 2.2.q. 62. Art.1. de qua restitutione, late dixi in summam pec. cap.p.2.tit.8.quæst.40. Per totam & p. 1. q. 131. & seq. Similiter & tertio iudicium est actus iustitiæ, Psalm. 93. Dicitur, quo adusque iustitia conuertatur in iudicium S. Thom. 2. 2. q. 60. Art. 1. dicens, quod iudicium proprie nominat actum iudicis, inquantum iudex est. Iudex autem dicitur, quasi ius dicens. Ius autẽ dicitur obiectum iustitiæ, ideo iudicium importat determinationem iusti, vel iuris. Vnde Arist. 5. Ethyc. capit. 4. dicit, quod homines ad iudicem confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animatam; & dicitur iustitia in Principe, sicut uirtus Architectonica, quasi imperans & præcipiens, quod iustum est; In subditis autem, est tanquam virtus executiua, & ministrans. S. Tho. d. loco ad quartum. Et not. quod iudicium in tantum est licitum, in quantum est iustitiæ actus, & ad hoc quod sit iustitiæ actus, tria requiruntur. Primo vt procedat ex inclinatione iustitiæ, nempe secundum leges S. Thom. d. loco Art. 5. Secundò quod procedat ex auctoritate præsidentis. Tertio quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ. Quodcumque autem horum defuerit, iudicium erit vitiosum, & illicitũ. Vno quidem modo, quando est contra rectitudinem iustitiæ: & sic dicitur iudicium peruersum, vel iniustum. Alio modo quando homo iudicat in his, quibus non habet auctoritatem Rom. 14. tu quis es, qui iudicas alienum seruum. S. Tho. d. loco art. 6. & sic dicitur iudicium vsurpatum. Tertio modo quando deest certitudo rationis, puta cum aliquis de his iudicat, quæ sunt dubia, vel occulta, propter aliquas leues cõiecturas; & sic dicitur iudiciũ suspiciosum, vel temerarium. S. Thom. d. loco art. 3. Vnde Matth. c. 7. Nolite iudicare, ne iudicemini, vbi Dominus prohibet iudicium temerarium, quod est de intentione cordis, vel de alijs incertis. Aug. lib. 2. cap. 28. de sermone Domini in monte, vel prohibet ibi iudicium de rebus diuinis, de quibus cum sint supra nos, non debemus iudicare, sed simpliciter credere, vt Hylar. dicit super Matth. c. 5. vel prohibet iudicium, quod non fit ex beneuolentia, sed ex animi amaritudine, vt Chrysost. dicit Homil. 37. vol. 2. Similiter illi, qui sunt in grauibus peccatis, nõ debent iudicare eos, qui sunt in eisdem peccatis, vel minoribus, & præcipuè quando illa peccata, sunt publica, quia ex hoc generatur scãdalum, in cordibus aliorum. Si tamen peccata iudicis sunt occulta, & necessitas iudicandi immineat, propter officium, potest cum humilitate, & timore, vel arguere, vel iudicare. S. Tho. d. loco art. 2. ad 1. & 3. Et nota ꝙ suspicio importat opinionẽ mali, quãdo ex leuibus indiciis procedit, & cõtingit ex trib. Vno qdẽ modo ex hoc, quòd aliqs ex se ipso malus est, & ex hoc ipso, quasi cõscius suę malitię, faciliter de alijs malũ opinatur. Eccl. 10. In via stultus ambulãs cũ ipse sit insipiẽs, omnes stultos æstimat. Alio modo ex hoc, ꝙ aliquis male affi-

tur ad alterum. Cum enim aliquis contemnit, uel odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei, & leuibus signis, opinatur male de ipso, quia unusquisque facilius credit, quod appetitur. Tertio modo ex longa experientia, unde Phil. 2. Reth. c. 13. dicit, quod senes sunt maximè suspiciosi, quia multoties expertisunt aliorum defectus. Primæ autem duæ suspicionis causæ, manifestè pertinent ad peruersitatem affectus. Tertia uerò causa, diminuit rationem suspicionis, inquantum experientia ad certitudinem proficit, quæ est contra rationem suspicionis S. Thom. d. loco art. 3. De iudicio autem temerario, dixi ego late in summa Pec. Cap. titu. 2. quæst. 30. per totam Conc. Astens. lib. 2. titu. 1. arti. 3. Rayn. uer. iustitia cap. 6.

Medium iustitiæ, an sit medium rei. Quæst. VII.



SEPTIMO quæro, utrum medium iustitiæ, sit medium rei? Respon. quod sic, Arist. 2. Ethic. cap. 6. assignat medium iustitiæ secundum proportionalitatem Arithmeticam: quod est medium rei. S. Thom. 2. 2. q. 58. Artic. 10. dicens, quod aliæ virtutes morales principaliter consistunt circa passiones quarum rectificatio, non attenditur nisi secundũ comparationẽ ad ipsum hominem, cuius sint passiones, secundum scilicet, quod irascitur, & concupiscit prout debet, secundum diuersas circumstantias. Et ideo medium talium uirtutum, non accipitur secundum proportionem unius rei ad alteram sed solum secundum comparationem ad ipsum uirtuosum. Et propter hoc in ipsis est medium solum secundum rationem quo ad nos, sed materia iustitiæ, est exterior operatio, secundum quod ipsa, uel res, cuius est vsus, debitam proportionẽ habet ad aliam personam. Et ideo medium iustitiæ consistit in quadam proportionis æqualitate rei exterioris, ad personam exteriorem. Æquale autem est realiter medium inter maius, & minus 10. Metaph. text. 18. Vnde iustitia habet medium rei. Conc. Tabu. ver. iustitia, nume. 11. Vincen. 3. par. lib. 1. dist. 318. articu 10.

Epicheia, seu æquitas, an sit pars iustitiæ. Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, utrũ epicheia, seu æquitas, sit pars iustitiæ? Resp. quod sic, Arist. 5. Ethi. c. 10. dicit, quod Epicheia est quoddam iustum. S. Thom. 2. 2. q. 120. Art. 2. dicens, quod Epicheia est iustitiæ pars subiectiua, secundum quam legalis iustitia dirigit, & quasi quædam humanorum actuum superiori regula, quę cum sit legum directiua, secundũ quod iustitiæ rõ, & communis utilitas poscit, ipsa est quoque inter virtutes annumeranda, de qua di xi late in opusculo primo. Vin. 3. p. lib. 1. d. 78. Philiar. Man. sacerd. tit. de iustitia.

Iustitia circa quæ versetur. Quæst. IX.



NONO quæro, utrum iustitia uersetur circa operationes? Resp. quod sic, Arist. 5. Ethi. c. 1. & seq. S. Tho. 2. 2. q. 58. ar. 9. subiectum enim iustitiæ, est voluntas, cuius motus, vel actus, nõ sunt passiones, sed solum motus appetitus sensitiui passiones dicuntur. Et iõ ratio est circa passiones, sicut temperantia, & fortitudo, quæ sunt irascibilis, & cõ cupiscibilis, sunt circa passiones. Materia autẽ, quia iustitia est circa ea quę sunt ad alterum, non autem per passiones interiores immediatè ad alterum ordinantur, & ideo iustitia circa passiones non est, sed circa operationes: cum igitur per iustitiam homo ad alterum ordinetur, nõ nisi circa exteriores hominis actiones, & res, quibus unus homo alteri coordinatur, ut circa propriam materiam uersatur S. Th. d. loco art. 8. Conc. Rayn. uer. iustitia c. 2. Vincen. 3. p. li. 1. d. 48. art. 9.

Præcepta iustitię, quæ dicantur. Quæst. X.

DECIMO quæro, quæ dicantur præcepta iustitiæ? Resp. omnia præcepta decalogi esse præcepta iustitiæ. S. Th. 2. 2. q. 122. Art. 1. quia iustitia est sola uirtus per quã ordinamur ad alterũ: Nam in his, quę sunt ad se ipsum, uidetur primo aspectũ, quòd homo sit sui dominus, & quòd liceat facere ei quod libet. Sed in his, quę sunt ad alterũ, manifestè apparet, quod homo est alteri obligatus ad reddendum ei quod debet. Et ideo præcepta Decalogi, oportuit ad iustitiam pertinere. Vnde tria prima præcepta sunt de actibus religionis, quæ est potitiua pars iustitiæ. Quartum aũt pręceptũ est de actibus pietatis, quę est pars iustitiæ secunda. Alia vero sex dantur de actibus iustitiæ communiter dictę, quæ inter ęquales attenditur: quorum primũ conuenientet fuit positũ, ut homini in diuina lege prius instruendo, traderetur ex decalogi pręceptis illud primum, quo falsorum Deorũ excluderetur cultus; Similiter & secundum pertinens ad irreligiositatem. Nam per primũ prohibetur superstitio, p secundum autem prohibetur irreligiositas. Tertio continuatur tertiũ præceptũ, vt postquã ex primo, & secundo bõ à contrariis religionis amotus fuerat tertio adhoc institueretur præcepto, de Sabbati custodia, per quod in vera religione fundãretur in exteriori cultu Deo exhibẽdo. Quartũ præterea congruè ordinatur, quia præcepta decalogi ordinãtur ad dilectionẽ Dei, & proximi. Inter proximos aũt maximè obligamur parẽtib. Et iõ post præcepta immediatè ordinãtia nos in Deũ, ponitur pręceptũ ordinãs nos ad parẽtes, qui sunt particulare principiũ nostri esse, sicut Deus est uniuersale principiũ. Et sic est quędã affinitas huius pręcepti ad præcepta primæ tabulæ; Alia sex præcepta, congruè traduntur; quia sicut per partes iustitiæ debitum redditur aliquibus determinatis personis, quibus homo aliqua speciali ratione obligatur: ita etiam per iustitiã propriè dictam, aliquis debitum reddit communiter omnibus. Et ideo post pręcepta tria pertinentia

tia ad religionem, qua redditur debitum Deo: & post quartum præceptū, quod est pietatis, qua redditur parentibus debitum; in quo includitur omne debitum, quod ex aliqua speciali ratione debetur; necesse fuit quòd ponerentur consequenter aliqua præcepta, pertinentia ad iustitiam propriè dictam, quæ indifferenter omnibus debitum reddit S. Th. d. loco art. 2. & seq. usque ad sextum. Omnia enim nocumenta, quæ in personam proximi inferuntur intelliguntur prohiberi in homicidio, sicut in principaliori. Quæ verò inferuntur in personam coniūctam, & maximè per modum libidinis intelliguntur prohiberi simul cū adulterio. Quę verò pertinent ad damna in rebus illata, intelliguntur prohiberi simol cum furto. Quæ autem pertinent ad locutiones (sicut detractiones, blasphemiæ, & si qua huiusmodi) intelliguntur prohiberi in falso testimonio, quod directius iustitiæ contrariatur S. Th. d. Art. 6. ad 2. Non obst. quod homicidium sit grauius furto nullumque ponatur præceptum prohibitiuū concupiscentiæ homicidij, sicuti facti, & adulterii: Nam Resp. quod homicidium secundum se, non est concupiscibile, sed magis horribile, quia nō habet de se rationem alicuius boni. Sed adulterium habet rationem alicuius boni, scilicet delectabilis. Furtum autem habet rationem alicuius boni, scilicet vtilis. Bonum autem de se habet rationem Cōcupiscibilis: & ideo fuit specialibus pręceptis prohibenda concupiscentia furti, & adulterii, non autem concupiscentia homicidii S. Thom. d. loco ad 4. Et not. quod præcepta sunt in triplici differentia: Nam alia sunt moralia, alia iudicialia, alia cæremonialia; iudicialia præcepta, sunt quædam determinationes moralium pręceptorum, pro ut ordinatur ad proximum: sicut & cæremonialia sunt quædam determinationes præceptorum moralium, pro vt ordinantur ad Deum. Vnde neutra præcepta continentur in Decalogo: Sunt tamen determinationes præceptorum decalogi, & sic ad iustitiam pertinent S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 1. ad 2. Moralia tamen legis præcepta præcipiūt homini formaliter actus iustitiæ, & omnium, & nō aliquarum virtutum, vt iustitiam indunnt, cum hia perfectè homo in Deum ordinetur S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 2. Conc. cum superius dictis Dom. Soto li. 2. de iust. & iure q. 2. art. 1. & seq. & q. seq. Vinc. 3. p. lib. 1. dist. 79. Doct. Conc. in 3. senten. dist. 37. Arm. ver. præceptum, nu. 3. Cathec. Tit. de præc. Alex. de Ales 3. p. q. 29. art. 1. & seq. Nauar. Man. cōfes. c. 11. & seq. Rayn. ver. præceptum, vbi Sylu. & Tab. n. 1. & seq. Canis. Tit. de præceptis.

Iustitia an sit virtus. *Quæst.* *XI.*



VNDECIMO Quæro, utrum iustitia sit virtus? Resp. quod sic S. Greg. 2. Moral. c. 36. dicit, quod in quatuor virtutibus scilicet temperantia, prudentia fortitudine, & iustitia, tota boni operis structura cōsurgit S. Thom. 2. 2. q. 58. art. 3. dicens quod virtus humana est, quæ bonum reddit actum humanum, & ipsum hominem bonum facit: quod quidem conuenit iustitiæ actus. n. hominis bonus redditur ex hoc, quòd attingit regulam rationis, secundum quam humani actus rectificantur. Vndè cum iustitia operationes humanas rectificet, manifestum est, quòd opus hominis bonum reddit, Ampliatur. Quod dicatur virtus generalis, Aristot. 5. Ethic. cap. 1. & 2. S. Thom. d. loco articu. 5. dicens, cum per iustitiam omnium uirtutum actus ad bonum commune ordinentur, ipsa est uirtus generalis, non tamen est idem per essentiam cum omni uirtute, non enim est eadem virtus boni viri, & boni ciuis, cum multi in proprijs possint vti uirtute, in his autem, quę sunt ad alterum non possunt, unde virtus boni ciuis est iustitia generalis, per quam aliquis ordinatur ad bonum commune, ergo non est eadem iustitia generalis cum uirtute communi, sed una potest sine alia haberi. San. Thom. d. loco articu. 6. Ampl. secundo vt dicatur præeminere inter omnes virtutes morales, Cic. 1. de offic. iustitia uirtutis splendor est maximus S. Thom. 2. 2. quæst. 58. articu. 12. dicens: si loquamur de iustitia legali, ipsa est præclarior omni uirtute morali, inquantum bonum commune præeminet bono singulari. Vnde Aristo. 5. Eth. c. 1. pręclarissima uirtutum uidetur iustitia, neque est Hesperus, neque lucifer, ita admirabilis. Particularis autem iustitia, præcellit alias uirtutes duplici ratione. Primo ex parte subiecti, cum sit in nobiliori parte animæ, scilicet in uoluntate, aliæ sunt in appetitu sensitiuo, ad quem pertinēt passiones, quæ sunt materia aliarum uirtutum moralium. Secundò ex parte obiecti, nam alię laudantur solum secundum bonū ipsius uirtuosi: iustitia āt laudatur secūdū, quod uirtuosus ad alium bene se habet, & sic iustitia quodammodo est bonum alterius. Aristo. 5. Ethic. c. 1. & 1. Rhetor. c. 9. Necesse est maximas uirtutes esse eas, quæ sunt alijs honestissimæ, siquidem est uirtus potentia benefactiua, propter hoc, & fortes, & iusti maximè honorantur, quoniam fortitudo est utilis in bello, iustitia autem in bello, & in pace. Non obstat, quod liberalitas, magnanimitas, & fortitudo, det de proprio, sit ornamentum, & versetur circa magis difficile: Nam Resp. quod omnes istæ super iustitiam fundātur, quæ sine iustitia nec virtutis rationem habent. S. Thom. 2. 2. quæst. 58. art. 12. in corp. & ad Arg. Conc. Dom. Soto de iust. & iure lib. 3. quæst. 2. Anto. 2. & sequen. Rayn. ver. iustitia cap. 3. Tab. nume. 2. & 5. Vincen. 3. par. lib. 1. Dist. 48. Artic. 3. Commendatur autem multum hæc uirtus iustitiæ, in sacris literis, ut in Psal. 10. sacrificate sacrificium iustitiæ, & sap. 1. Diligite iustitiā qui iudicatis terrā, & Ecc. 3. usq; ad mortē certa pro iustitia, & ante obitum operare iustitiā, & Ecc. 18. Ante iudiciū para iustitiā Eze. 14. Rapinas intermittite, & iudiciū, & iustitiā facite, & 1. Tim. 6. hō Dei sectare iustitiam, vnde Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, & 1. Pet. 3. Si quid patimini propter iustitiam, hæc enim virtus multū placet Deo. Et Prou. 15. qui sequitur iustitiam diligetur à Domino, & ibidem 16. Initium vitæ bonæ, facere iustitiam. Et ibidē 13. Iustitia eleuat egenū: & Eccl. 20. Qui operatur iustitiam ipse exaltabitur.

Et Prou.10. Nihil proderunt thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte. Ita Perald. in 1. Tomo summæ in Tit. de iustitia. c. 3.

Virtutes Iustitiæ annexæ quæ dicantur. Quæst. XII.

DVodecimo quæro, quæ dicantur virtutes annexæ iustitiæ? Resp. plures, videlicet religio, Pietas, obseruantia, veritas, gratia, vindicatio, amicitia, liberalitas S. Tho. 2.2. q. 80. artic. vnico dicens, quod quicquid ab homine redditur Deo, debitũ est, non tamen potest esse æquale, vt scilicet tantum homo, ei reddat, quantum debet. Psal. 115. quid retribuã Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi & secundum hoc adiungitur iustitiæ Religio, per quam Deo redditur Cultus; Secundo parentibus, non potest secundum æqualitatem recompensari, quod eis debetur. Arist. 6. Eth. c. fi. & sic adiungitur iustitiæ pietas, per quam sanguine iunctis, patriæq; beneuolis, officium, & diligẽs tribuitur cultus. Tertio non potest secundum æquale præmium recompẽsari ab homine uirtus, Arist. 4. Eth. c. 5. & sic adiũgitur iustitiæ obseruantia, per quam homines, aliqua dignitate antecedentes, quodam cultu, & honore dignantur. Quarto est quoddam debitum, sine quo, honestas morum conseruari non potest, ad quod pertinet, ut homo, talem se exhibeat alteri in verbis, & in factis, qualis est, & ita adiungitur iustitiæ veritas, per quam immutata sunt ea, quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt? Quinto potest attendi etiã ex parte eius, cui debetur, prout scilicet aliquis recompensat alicui secundum ea, quæ fecit in bonis, & sic adiungitur iustitiæ gratia, in qua continetur amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & voluntas remunerandi. Sexto si talis remuneratio est in malis, adiungitur iustitiæ vindicatio, per quam vis, aut iniuria, & omnino, quicquid obscurum est, defendendo, aut vlciscendo propulsat? Septimo est debitum necessarium, sicut conferens ad maiorẽ honestatem, sine quo tamen honestas conseruari nõ potest, quod quidem debitum attendit, amicitia, affabilitas, & liberalitas, ad alia huiusmodi, de quibus singulis dicemus. Conc. S. Anto. 4. p. Tit. 5. c. 5. Astesa. li. 2. tit. ap. Vig. tit. de virt. iust. c. 5. §. 4. Vind. 3. p. li. 1. d. 60. art. 1. & seq. Philarc. tl. de iust. §. religio.

Religio quid sit. Quæst. XIII.

DEcimotertio quæro, quid sit Religio? Resp. quod religio est virtus, pquã homines Deo cultũ, & venerationẽ exhibent S. Th. 2. 2. q. 81. art. 1. iuxtamẽte Cic. li. 2. de Inuent. S. Ant. 4. p. ti. 5. c. 7. Ray. ver. Religiõ. c. 1. & cap. 5. & seq. Vig. tit. de uirt. iust. cap. 5. §. 5. vers. 2. S. Bonauen. 3. distin. 9. Art. 3. quæst. 3. dicens. Religionem esse uirtutem, qua colitur ille, qui est superioris naturę. Vinc. 4. lib. 3. dist. 61. Sylu. ver. Religio nume. 1. quæ dicitur à Reeligendo, ea quæ sunt diuini Cultus, quia huiusmodi sunt frequenter in corde reuoluenda: Similiter dicitur religio, quia Deum Religere debemus, quem per negligentiam amiseramus. Vnde August. lib. 10. cap. 4. de vera Religiona Christiana dicit; Religet nos Religio vni omnipotẽti Deo S. Thom. d. loco, dicens Religionem semper importare ordinem ad Deum, quæ sumitur quatuor modis. Primo pro debito cultu veri Dei, quoad fidem, & hoc modo comprehendit omnes Christianos; Vnde ipsa dicitur Religio Christiana. cap. 1. q. 7. 7. dist. Secundo modo sumitur non solum per fidem, sed etiam per bona opera, & sic comprehendit vniuersitatem bonorum Christianorum c. iusta 16. q. 1. capi. quod Deo 23. q. 5. Tertio sumitur quo, statu clericali, quia sunt magis dediti diuino Cultui. c. Saluator 1. q. 3. c. 1. 12. q. 1. Quarto strictissimè pro statu eius, qui emisit uotum solemne in aliqua Religione approbata, & sic Religio perfectionis statu designat. Tab. vera Religio nu. 1. S. Thom. 2. 2. q. 186. Art. 1.

Religio an sit virtus. Quæst. XIIII.

DEcimoquarto, quæro vtrũ Religio sit uirtus? Resp. quod sic, quia virtus est, quæ bonum facit habentẽ, & opus eius bonum reddit. Et ideo necesse est dicere, omnem actum bonum ad virtutem pertinere, manifestum est autem; quod reddere debitum alicui, habet rationem boni, quia constituitur in proportione conuenienti ipsius, quasi coniugatione ordinatus ad ipsum, Cũ ergo ad religionem pertineat reddere honorem debitum Deo, manifestum est, quod Religio est virtus. Non obstat, quod ad Religionem pertinet latria, quæ seruitus est, virtus autem in voluntate consistit, & dicitur habitus electiuus, & voluntarius. Nã Resp. quod exhibere Deo debitam seruitutem, potest esse actus virtutis, secundum quod homo voluntariè facit, sicut et terminus facit de necessitate virtutem, debitum voluntariè reddens. Nã nihil, etiam quod ea, quæ pertinent ad virtutes, sint de dictamine rõnis naturalis, quod non est Religio, per quam asseritur Cerimoniæ diuinæ naturæ. Nam Resp. quod de dictamine rationis naturalis est, quod homo aliqua faciat, ad reuerentiam diuinam; sed quod hæc determinatè faciat, vel illa, istud est de institutione iuris diuini, vel humani. S. Th. 2. 2. q. 81. ar. 2. Declaratur primo, vt religio sit vna virtus, non plures, quia ut Ephes. 4. dicitur. Vnus Deus, vna fides ad religionẽ autẽ pertinet, exhibere reuerentiã uni Deo, secundum una rõnẽ, inquantũ s. est primum principium creationis, & gubernationis rerum, & quia habitus distinguitur secũdũ diuersam rõnem obiecti, iõ dicitur Religio una tãtũ virtus S. Th. d. loco ar. 3. Secundo declaratur q sit spãlis uirtus, quia cũ uirtus ordinetur ad bonũ, vbi est spãlis rõ boni, ibi oportet esse spãlẽ virtutẽ, bonũ aũt ad quod ordinatur Religio est exhibere Deo debitũ honorẽ, inquãtũ oĩa in infinitũ transcendit, secundũ oĩmodũ excessum S. Thom. d. loco ar. 4. Tertio declaratur quod sit uirtus moralis, non autem Theologica, quia Deus nõ cõparatur ad uirtutẽ religionis

sicut

ficut materia, vel obiectum, sed ficut finis: Et ideo religio non est virtus Theologica, cuius obiectum est vltimus finis: sed est virtus moralis, cuius esse est circa ea, quæ sunt ad finem. Quarto declaratur, vt præferatur omnibus alijs virtutibus moralibus, quia Exod. 20. Ponuntur primo præcepta ad Religionem pertinentia, tanquam præcipua. Ordo autem præceptorum proportionatur ordini virtutũ, quia præcepta legis dantur de actibus virtutum. Ergo religio est præcipua inter virtutes Morales. Præterea, quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine in finem, & ideo quanto sunt fini propinquiora, tanto sunt meliora. Virtutes autem Morales, sunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, sicuti in finem, Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quam aliæ virtutes Morales, inquantum operatur ea, quę directè & immediatè ordinantur in honorem diuinum, & ideo religio præeminet inter alias virtutes Morales. S. Thom. d. loco. arti. 6. Quinto religio est idem sanctitati, Luc. c. 1. Seruiamus illi in Sanctitate & iustitia: sed seruire Deo, pertinet ad religionem, ergo religio est idem Sanctitati. S. Thom. 2. 2. q. 182. artic. 3. dicens religio, & sanctitas, quamquam essentialiter idem sint, ratione tamen distincta sunt, quod sanctitate mens hominis Deo se applicat, religione vero ei debitum exhibet famulatum, in his quæ specialiter ad illius spectant cultum. Con. cum superius dictis. S. Ant. 4. p. tit. 5. c. 7. §. 2. Vinc. 3. p. lib. 1. dist. 61.

Religio an habeat aliquem exteriorem actum. Quæst. XV.



Decimoquinto quęro, utrum Religio habeat aliquem exteriorem actum? Respon. quod sic. Habet enim interiores actus quasi principales, & per se ad religionem pertinentes, exteriores vero actus, quasi secundarios & ad interiores actus ordinatos. Vnde Psalm. 83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sed sicut interiores actus pertinẽt ad cor, ita exteriores actus pertinent ad carnis membra: Ergo videtur quod Deus sit colendus, non solum interioribus actibus, sed etiam exterioribus. S. Thom. 2. 2. q. 81. art. 7. Rayn. ver. relig. cap. 7. Actus autem interiores, sunt duo, videlicet deuotio, & oratio, exteriores quoque Duo alij, videlicet adoratio, & sacrificij oblatio. Ad deuotionem enim pertinet habere propriam uoluntatem, ad exequendum ea, quæ ad diuinum cultum, vel famulatum, idest ad honorem & reuerentiam pertinent; Per orationem vero homo Deo subijcit se, & profitetur orando, se indigere Deo, sicuti beneficiorum suorum actore. Similiter adoratio ordinatur ad reuerentiam Dei, quo adoratur, quod est proprium religionis. Similiter sacrificium ex hoc laudem habet, quod propter reuerentiam diuinam fit, quod est propriè actus religionis. Rayn. uer. religio. cap. 7. & seq.

Deuotio quid sit. Quæst. XVI.



Decimosexto quæro, quid sit deuotio? Resp. quod deuotio nihil aliud est, quam uoluntas prõpta faciẽdi, quod ad Dei seruitium pertinet. Ray. ver. deuotio. ca. 1. Dicitur. n. deuotio a deuouendo. Vnde deuoti dicuntur, qui seipsos quodammodo deuouent Deo, vt ei se totaliter subdant. Astens. lib. 5. tit. 28. ar. 10. Tab. uer. deuotio. no. 1. Vnde deuotio dicitur actus religionis, sicuti uotum. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 2. Astens. d. loco, arti. 10. q. 2. Cuius causa est contemplatio, seu meditatio. S. Tho. d. loco, art. 3. Per Psal. 38. In meditatione mea, exardescet ignis: sed ignis spiritualis causat deuotionem: Ergo meditatio est deuotionis causa. Et quamuis Deus extrinseca sit causa deuotionis, meditatio tamen diuinæ bonitatis, & consideratio nostræ fragilitatis, & infirmitatis eiusdem, interna causa sunt, ad illam nos maximè disponentes. S. Tho. d. loco. Astens. d. loco. q. 3. Ray. ver. deuotio. c. 2. & Tab. d. loco. nu. 2. Sed quid est effectus deuotionis? Resp. quod lætitia est effectus deuotionis, unde in collecta dicitur, quos ieiunia uotiua castigant, ipsa quoque deuotio sancta lætificet. S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 4. dicens quod deuotio per se quidem, & principaliter, spiritualem lætitiam mentis causat, ex consequenti autem, & per accidens, causat tristitiam, ut ex nostræ infirmitatis consideratione procedit. Tab. d. loc. nu. 3. Astẽs. q. 4. & Ray. ver. deuotio. c. 3.

Oratio quid sit, & vnde dicatur, & quibus modis sumatur. Quæst. XVII.



Decimoseptimo, quæro quid sit oratio? Resp. ex mente Damasceni, quod oratio est ascensus intellectus ad Deum, quem refert. Perald. summa virt. Tit. de oratione, vbi in fine dicit, oratio est ostensio voluntatis nostræ ei, à quo impetrare speramus id, quod desideramus. Conc. Ang. ver. oratio in princ. Astens. lib. 5. tit. 27. Art. 1. Pisan. ver. oratio, §. 1. Vnde autem dicatur oratio, dic quod ex mente Cassiod. in Psalm. 38. in fine, quod oratio dicitur quasi oris ratio, ideo oratio rationis practicæ potius, quam appetitiuę partis est actus, quia orare idem est, quod dicere, sed dictio pertinet ad intellectum, ergo oratio non est actus appetitiuæ virtutis, sed intellectiuæ S. Tho. 2. 2. q. 83. Art. 1. Isid. lib. 10. cap. 14. Ethym. quibus autem modis sumatur. Resp. tripliciter. Vno modo largè pro qualibet bona operatione, vnde Glos. super illud 1. Thes. vlt. ibi sine intermissione orate, dicit: semper orat, qui semper bene facit. Secundo modo dicitur oratio, applicatio mentis ad Deum. Tertio modo sumitur pro postulatione Deo facta. S. Ant. 4. p. Tit. 5. c. 8. §. 1. Tab. ver. oratio nu. 1. dicit oratio est duplex, scilicet vocalis, & mentalis. Et est conueniens orare, non quidem vt diuina immutetur dispositio, sed vt impetremus, quod Deus per sanctorum orationes disposuit implendum. S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 2. Quot autem partes habeat oratio? Resp. Quatuor, videli-

eet obsecrationes, orationes, postulationes, & Gratiarum actiones, vnde Glos. 1. ad Tim. 2. in missa obsecrationes præcedunt consecrationē, in quibus quædam sacra commemorantur, orationes sunt in ipsa consecratione, in qua mens maximè debet eleuari in Deum, postulationes autem sunt in sequentibus petitionibus. Gratiarum actiones in fine. S. Thom. 2.2. q.83. art. 17. Inuitat autem nos orare, sacra scriptura, pluribus in locis. Eccl. 18. Non impediatis orare semper, & Ier. 33. Clama ad me, & ego exaudiam te, & 1. Mach. 5. Et nunc clamemus in cælum, & Luc. 11. petite & dabitur vobis, & Mat. 26. vigilate & orate, vt non intretis in tentationem, ad Rom. Orationi instantes, & 1. ad Thes. vlt. sine intermissione orate. Iac. 1. si quis indiget sapientia, postulet. & 1. Pet. 4. Vigilate in orationibus; Facit etiam exemplum Christi, qui licet oratione non indigeret, cum per se omnia posset, tamen vt daret nobis exemplum orandi. Matth. 14. Dimissa turba ascendit in montem solus orare, idem cap. 26. Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Facit præterea admonitio ecclesiæ, quę quotidie orat, ut exempla Sanctorum, erant omnes perseuerantes in oratione.

Orare cuius sit proprium. *Quæst. XVIII.*



ECIMO octauo quæro, vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ? Respon. quod sic, quia orare est actus rationis, sed rationalis creatura, a ratione dicitur: ergo orare est proprium rationalis creaturæ, S. Thom. 2, 2. q. 83. arti. 10. dicens, quod oratio est actus rationis, per quem aliquis superiorem deprecatur. Sicut Imperium est actus rationis, in quo inferior, ad aliquid ordinatur: illi enim propriè competit orare, cui conuenit rationem habere, & superiorem, quem deprecari possit: Diuinis autem personis, nihil est superius; Bruta autem animalia, non habent rationem: vnde neque diuinis personis, neque brutis animalibus conuenit orare, sed propriū est rationalis creaturæ. Non obst. quod sit eiusdem petere, & accipere, sed accipere conuenit etiam personis, scilicet filio & spiritui sancto, ergo eis etiam conuenit orare, nam & filius dicit. Ioann. 14. Ego rogabo patrem meum, & de spiritu Sancto dicit, Apost. Spiritus postulat pro nobis. Nam respond. quod in diuinis personis conuenit accipere per naturam; orare autem est accipere per gratiā, dicitur autem filius rogare, vel orare, secundum naturam assumptam, scilicet humanam, non secundum diuinam: spiritus autem sanctus dicitur postulare, quia postulantes nos facit. Non obst. quod brutis animalibus conueniat Inuocare Deum, secundum illud. Psalm. 146. qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Nam Respond. quod pulli coruorum dicuntur inuocare Deum, propter naturale desiderium, quo omnia suo modo desiderant cōsequi bonitatem diuinam. Sic etiam Bruta animalia dicuntur Deo obedire propter naturalem instinctum, quo a Deo mouentur. Secundo not. quod etiam Angeli orant, iuxta Psalm. 96. Adorate eum omnes Angeli eius. Tertio etiam Sancti, qui sunt in patria, cum sint in charitate perfecti, ac firmati, erant etiam pro nobis, ibidem. S. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 11. Iuxta illud 2. Mach. vlt. Hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate Hieremias Propheta Dei. conc. cum superius dict. S. Ant. 4. par. tit. 5. c. 8. §. 4. Asten sis lib. 5. tit. 27. art. 3.

Quis sit Orandus. *Quæst. XIX.*



ECIMO nono quæro, vtrum solus Deus debeat orari? Resp. quod non solum Deus est orādus, sed etiam Sancti. Iob. 5. voca si est, qui tibi respōdeat, & ad aliquem Sanctorū, conuertere. S. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 4. dicens, quod oratio porrigitur alicui dupliciter: Vno modo quasi per ipsum implenda: Alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus. Quia omnes orationes nostræ ordinari debent ad gratiam, & gloriam consequendam, quæ solus Deus dat, secundum illud. Psalm. 83. gratiam & gloriam dabit dominus. Sed secundario modo orationem porrigimus sanctis Angelis & hominibus, non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus, & meritis orationes nostræ, sortiantur effectum. Vnde Apochal. 8. Ascendit fumus incensorum de orationib. sanctorum, de manu Angeli coram Deo. Et hoc patet etiam ex ipso modo, quo ecclesia utitur in orando. Nam a Sancta Trinitate petimus, ut nostri misereatur: ab alijs autem sanctis, quibuscumque petimus, vt orent pro nobis, Conc. Aog. ver. oratio. nu. 2. Astens. lib. 5. tit. 27. art. 2. dom. Sot. in 4. dist. 45. q. 1. art. 1. Pisan. ver. oratio. §. 2. Sylu. nu. 3. Tab. nu. 4. Vig. de virt. iust. c. 5. §. 5. vers. 8.

Qualis debeat esse Oratio. *Quæst. XX.*



IGESIMO quæro, qualis debeat esse oratio? Respon. orationē debere fieri pluribus modis. Primo cum humilitate. Psalm. 101. exaudisti orationem humilium. Secundo cum contritione peccatorum, c. in grauibus. 5. q. 7. Tertio debet esse breuis, Matth. 6. cum oraueritis, nolite multum loqui, orantes autem dicite &c. debet tamen oratio esse diuturna. Luc. c. 18. oportet semper orare, & non deficere. Et ad Thess. 5. sine intermissione orate. Vnde Aug. ad Portam. Epist. 121. capit. 10. non est hoc orare in multiloquio, si diutius oretur. aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. quarto debet esse attenta, saltem in prima intēt one. Nam etiam Sancti Viri orando, quandoq; euagationem mentis,

mentis, patiuntur. Psalm. 39. ibi, cor meum dereliquit me S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13. ubi dicit, quod triplex est effectus orationis. Primus mereri. Secundus impetrare, quo ad istos duos effectus consequendum, non est necesse, quod adsit oratio per totum, sed sufficit, Prima intentio: illam enim orationem Deus non audit, cui qui orat non intendit. Tertius est effectus orationis, quem præsentialiter efficit, scilicet quædam spiritualis refectio mentis, & ad hoc de necessitate orationis requiritur continua attentio: ad Chor. 14. Si orem lingua, meos mea sine fructu est: conc. Astens. secunda, parte lib. quinto, Tit. 27. Articul. quarto, & seq. Pisan. uer. oratio §. quarto, & seq. Rayn. uer. oratio capit. sexto, & seq. Sylu. uer. oratio numer. se[illegible], Viguer. Tit. de uirt. Iust. cap. quinto, §. 11. S. Ant. quarta. p. Tit. quinto, cap. 8. §. 7. Quinto requiritur, quod sit fidelis. Iac. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Sexto sit discreta, nec dicatur. Matth. 20. Nescitis, quid petatis. Septimo uerecunda, ut publicanus, qui non audebat oculos ad Cælum leuare, Luc. cap. 18. Octauo sit secreta. Matth. sexto, Tu autem cum oraueris &c. Nono operosa Tob. 12. bona est oratio, cum ieiunio & Eleemosina.

Orare vbi & quando debeamus.
Quæst. XXI.



VIGESIMO Primo quæro, vbi & quando orare debeamus? Resp. ad primum, quod orationes communes, & publicæ, cum fiant pro populo, debent fieri in determinato loco, vt possint innotescere; Vnde Psalm. 67. In ecclesijs benedicite dominum, in priuatis verò orationibus non est locus determinatus, ex necessitate præcepti, vel efficaciæ, quia potest quilibet, vbilibet orare. Congruentius tamen quatuor ex causis oratur in ecclesia. Primo ratione institutionis: Secundo ratione incitationis, quia videntes alios orantes incitantur ad orandum: Tertio ratione contentorum in ecclesia, in qua est sanctissimum sacramentum Altaris, Imagines, & Angeli, qui circumstant. Quarto ratione consecrationis. Viguer. Tit. de virt. Iust. c. 5. q. 6. Perald. Tit. de Iust. Par. 7. c. 7. ad secundum. Resp. quod oportet semper orare Luc. 18. & 1. Thessal. 5. sine intermissione oráte, sed, quia alia negotia hoc non permittunt, præmittenda est oratio operibus nostris, & etiam intermiscenda, & Primo instandum est orationi, cum aliquam gratiá à domino recepimus. Secũdo necessitas orandi cum imminet aliqua tribulatio; Vnde Dominus imminente passione, ter orauit Mat. 26. Tertio quádo aliqua ardua aggressuri sumus. Perald. d. loco. cap. 6. & Viguer. vers. 5. S. Ant. 4. p. Tit. de oratione §. 6. Sed vtrum Deus ore laudandus? Resp. quod sic. Psal. 62. ibi labijs exultationis laudabit os meũ, S. Thom. 2. 2. q. 91. Art. 1. dicit, quod necessaria est oris laudatio, non quidem propter Deum, qui intuetur Cor, sed propter laudantem, cuius affectus excitat in Deum, ex laude ipsius, secundum illud Psalm. 49. sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei, & excitat affectus aliorum. Psalm. 33. semper laus eius in ore meo, deinde dicit audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum; Similiter salubriter fuit institutum, vt in diuinas laudes Cantus assumerentur, vt animi infirmorum magis prouocarentur ad deuotionem S. Thom. d. loco art. 2.

Pro quibus debeamus orare. Quæst. XXII.



VIGESIMO Secundo quæro, pro quibus sit orandum? Resp. Primo, quod pro proximis nostris, est orandum. Iac. 5. orate pro inuicem vt saluemini S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 7. dicens, quod illud debemus orando petere, quod debemus desiderare, desiderare autem debemus non solum nobis, sed etiam alijs. Ideo Charitas hoc requirit, vt pro alijs oremus. Vnde Chrysos. super Matth. Homil. 25. pro se orare necessitas cogit, pro altero autem Charitas fraternitatis hortatur. Non obst. quod in oratione Dominica petitiones pro nobis faciamus, non autem pro alijs; Nam Resp. quod ideo dicimus Pater noster, non meus, nec da michi sed da nobis, quia vnitatis magister, noluit priuatim preces fieri: vt scilicet quis pro se tantum precetur: Vnum enim orare pro omnibus voluit, quoniam in vno omnes ipse portauit S. Thom. d. loco ad 2. Ampliatur. Secundo, vt etiam pro peccatoribus sit orandum, vt conuertantur, & licet orantes pro eis, quandoque non exaudiantur, quia distinguere non possumus prædestinatos à reprobatis, nulli est denegandum orationis suffragium, sicuti nulli quamdiu viuit; hic subtrahẽdum est correctionis beneficium Aug. lib. de correctione, & gratia cap. 15. vol. 7. quæ oratio dicitur meritoria oranti, qui ex Charitate orat. Psalm. 34. oratio mea in sinu meo conuertetur, vbi Glos. etsi non eis pro sit: Ego tamen non sum frustratus mea mercede. Tertio pro iustis quoque est orandum, vt perseuerent, & proficiant, & hoc triplici ratione, quia multorum preces facilius exaudiũtur? Secundò, vt ex multis gratia agatur Deo de beneficijs, quæ conferuntur iustis, quæ etiam in vtilitatem multorum vergunt. Tertiò ut maiores non superbiant, dum cõsiderant se minorum suffragijs indigere. S. Thom. d. loco. ad 2. & 3. Quarto non solum pro iustis, & pro amicis, sed etiam pro inimicis est orandum. Matth. 5. orate pro persequentibus, & Calumniantibus vos: nam orare pro alio Charitatis est; Vnde eodem modo quo tenemur diligere inimicos, tenemur pro inimicis orare; Vnde necessitatis est in cõmunibus nostris orationibus pro inimicis orare, ut quas pro alijs facimus in communi non excludantur inimici, quod autem pro eis specialiter oremus perfectionis est, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali. S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 8. Nõ obst. quod quandoque in sacra scriptura, multæ sunt imprecationes contra inimicos. Psalm. 6. Erubescant, &

conturbentur omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant ualde ueIociter; Nam Resp. quod istæ imprecationes possunt quadrupliciter intelligi. Primo quod Prophetæ in figura imprecantis solent futura prædicare. Secundò prout quædam temporalia mala peccatoribus quandoque à Deo mittuntur. Tertio quia intelliguntur petitæ non contra ipsos homines, sed contra regnum peccati, ut scilicet correctione hominum peccata destruantur. Quarto conformando uoluntatem suam diuinæ iustitiæ, circa damnationem per seuerantium in peccato, sic iusti lætantur de vindicta, non propter eam, sed propter diuinam iustitiam. S. Thom. d. loco ad 1. & 2. conc. Astens. lib. 5. Tit. 27. Ab. cum iam dictis. S. Ant. 4. p. tit. 5. c. 8. §. 1. vbi addit Quintum, quod non solum pro viuis, sed etiam pro defunctis est orandum; Non tamen orare debemus pro his, qui sunt in gloria. c. cum Marthæ de celeb. miss. neque pro his qui moriuntur in excommunicatione, seu aliquo notorio crimine, sine signis contritionis orari potest oratione solemni, vt dicendo missam defunctorum, pro eis, sed bene oratione priuata. S. Ant. d. loco Sylu. vet. oratio nu. 4. & Tab. nu. 7. sed an peccatores orando impetrent aliquid à Deo? Resp. quod in peccatore duo sunt consideranda, scilicet natura, quam diligit Deus, & culpa, quam odit. Si ergo peccator orando aliquid petit, in quantum peccator, id est secundum desiderium peccati, in hoc à Deo non exauditur ex misericordia, sed quandoque auditur ad vindictam: dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. Deus enim quædam negat propitius, quæ concedit o iratus. Aug. in tract. 73. in Ioan. vol. 9. Orationem verò peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator, hoc non meretur, sed ex pura misericordia, obseruatis tamen his quatuor vt scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, pie, & perseueranter. S. Thom. d. loco art. 16.

Petenda quæ sint in orationibus nostris. Quæst. XXIII.



IGESIMO Tertio quæro, quæ sint petenda à Deo. Resp. quod quædam sunt à nobis in orationibus determinate petenda, quæ videlicet in Dominica continentur oratione Luc. capit. 11. & sunt septem petitiones congruenter positæ, quia primo cadit in desiderio nostro finis, deinde ea quæ sunt ad finem, finis autem noster Deus est, in quem noster affectus tendit dupliciter, vno quidem modo prout volumus gloriam Dei. Alio modo, secundum quod volumus frui gloria eius, quorum primum pertinet ad dilectionem Dei, qua Deum in se ipso diligimus, Secundum vero pertinet ad dilectionem, qua diligimus nos in Deo. Et ideo prima petitio ponitur, sanctificetur nomen tuum, per quam petimus gloriam Dei. Secunda vero ponitur, adueniat regnum tuum; per quam petimus ad Gloriam Dei, & Regni eius, peruenire. Ad finem autem prædictum nos ordinat aliquid dupliciter: vno modo per se, alio modo per accidés per se quidem bonum, quod est vtile in finem. sit autem aliquid vtile in finem Beatitudinis dupliciter, vno quidem modo directe & principaliter secundum meritum, quo beatitudinem meremur Deo obediendo. Et quantum ad hoc ponitur. Fiat voluntas tua, sicut in Cælo, & in Terra. Alio modo instrumentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum. Et ad hoc ponitur quod dicitur. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, siue hoc intelligamus de Pane Sacramentali, cuius quotidianus vsus proficit homini, in quo etiam intelliguntur alia sacramenta, siue etiam intelligatur, de Pane corporali, & per panem intelligatur omnis sufficientia Victus, per accidens autem ordinamur in Beatitudinem per remotionem prohibentis. Tria autem sunt, quæ nos à Beatitudine prohibent. Primo quidem peccatum, quod directe excludit à Regno Dei. 1. ad Cor. 6. neque fornicarij neque idolis seruientes &c. Regnum Dei possidebunt: Et ad hoc pertinet, quod dicitur. Dimitte nobis debita nostra: Secundo tentatio, quæ nos impedit ab obseruantia diuinæ voluntatis, & ad hoc pertinet, quod dicitur. Et ne nos inducas in tentationem per quod non petimus, vt non tentemur. Sed vt à tentatione non vincamur, quod est in tentationem induci. Tertio pœnalitas præsens, vt quæ impedit sufficientiam vitæ, & quantum ad hoc dicitur, libera nos à Malo. S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 9. Conc. Petald. Tit. de oratione c. 9. S. Ant. 4. p. Tit. 5. cap. 8. §. 3. Astens. lib. 5. Tit. 27. Art. 5. Vig. Tit. de Virt. iust. cap. 5. §. 5. vers. 7. Pisan. vet. oratio §. 10. Sylu. nu. 5. Tab. num. 5. Sed vtrum homo possit petere à Deo temporalia? Resp. quod sic prou. 30. tribue tantum victui meo necessaria. S. Thom. d. loco Art. 6. dicens ex mente Aug. in Epist. 121. ad prob. c. 12. quod hoc licet orare, quod licet desiderare. Temporalia autem licet desiderare, non quidem principaliter, vt in eis finé constituamus, sed sicut quædam adminiculis, quibus adiuuamur ad tendendum, in beatitudinem in quantum scilicet per ea, vita corporalis sustentatur, & in quantum nobis deseruiunt organice ad actus uirtutum.

Orationis effectus qui sint. Quæst. XXIIII.



IGESIMO Quarto, quæro qui sint effectus orationis? Resp. Plures, quorum primus est, quod ipsa est meritoria Psal. 34. oratio mea in sinu meo conuertetur, ubi gl. dicit, & si eis non profuit, ego tamen non sum meà mercede frustratus, merces autem non debetur nisi merito, ergo oratio habet rationem meriti, dummodo procedat ex radice charitatis. Secundus effectus est ut habeat efficaciam impetrandi, & hoc ex gratia Dei, quem oramus, qui etiam nos ad orandum inducit, & concurrentibus quatuor, semper orans impetrat, nempe ut pro se petat necessaria ad salutem, pie, & perseueranter,

rantur. S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 15. in corpore, & ad 2. Tertius effectus est spiritualis animi consolatio, quam præsentialiter adfert. S. Thom. d. loco. Quarto valet ad peccati satisfactionem. S. Ant. 4. p. tit. 5. cap. 8. §. 8. Astens. lib. 5. Tit. 27. Art. 7. S. Thom. 2. 2. q. 83. Art. 13. Sylu. ver. oratio. num. 7. Quatenus autem dixi orationem esse impetratiuam dicas, quod ea mediante plura impetrantur. Primo sanitas corporis, vnde oratio centurionis sanauit eius puerum; & prodest non solum ad tollendam infirmitatem orantium, sed etiam aliorum, pro quibus orant, eccle. 38. Luc. 4. Mat. 8. Secundo prolongat vitam, Esai. 38. ibi ad Esech. adijciam ad dies tuos annos quindecim. Tertio liberat ab inimicis. Baruch. 4. Clamate ad dominum, & liberabit vos de manu Principum inimicorum. Quarto pacem, & abundantiam tribuit. Psal. 121. fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Quinto dat victoriam in bello. Exod. 17. Cum Moyses leuaret manus, vincebat Israel. Sexto pluuiam adducit. 1. Reg. 18. Septimo sterilem facit generare. 1. Reg. 1. vbi de Sarra & de Anna. Octauo ab opprobrijs liberat. Nono liberat à falsa accusatione, vt de Susanna legitur Daniel. 13. Decimo malas cogitationes fugat. Marc. 9. Vndecimo hominem illuminat. Duodecimo iram Dei placeat. Exod. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus. Decimotertio cælos aperit. Luc. 3. Iesu Baptizato & orante apertum est Cælum, & latroni oranti in cruce Paradisus. Viguer. Ti. de virt. Iust. c. 5. §. 5. vers. 10.

Orationis impedimenta quot sint.
Quæst. XXV.

Vigesimoquinto quæro quæ sint impedimenta orationis? Resp. Plura quorum primum est peccatum orantis. Esai. 1. cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt; secundum est orantis dubietas. Iac. 1. Postulet in fide nihil hæsitans. Tertium cum non petitur, quod petendum est. Iac. 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petitis. Quartum indignitas eius, pro quo oratur. Ierem. 7. & 11. Noli orare pro populo isto, neque assumas pro eis laudē & orationem, quia non exaudiam. Quintum cogitationum malarum multitudo eccl. 10. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Sextum contemptus diuinæ legis prou. 28. qui declinat aurem suam ne audiat legem, eius oratio erit execrabilis. Septimum est duritiës. Marc. 11. cum statis ad orandum dimittite, siquid habetis aduersus aliquem, & Pater vester, qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra, quod si non dimiseritis, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Octauum est peccati additio. eccl. 34. vnus orans, & vnus maledicens; cuius vocem exaudiet Dominus. Nonum est diaboli suggestio. Decimum prauitas desiderij. Vndecimum est petentis impatientia. Iudit. 9. Humilium & mansuetorum semper ti-

bi placuit deprecatio. Perald. secunda, par. Tit. de iust. capitul. 5.

Postea considerandum est de exterioribus actibus latriæ. & Primo de adoratione, per quā aliquis suum corpus exhibet ad Deum venerandum. Secundo de illis actibus, quibus aliquis de rebus exterioribus Deo offertur. Tertio de actibus quibus ea, quæ Dei sunt assumuntur.

De exterioribus actibus latriæ.
Quæst. XXVI.

Vigesimosexto quæro utrum adoratio sit actus latriæ, siue religionis? Resp. quod sic, dicitur enim Mat. 4. Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruies, adoratio enim ordinatur in reuerētiā eius, qui adoratur, religionis autem est proprium reuerentiam Deo exhibere, vnde adoratio est religionis actus S. Thom. 2. 2. q. 84. Art. 1. Rayn. in ver. adoratio. c. 1.

Quæst. XXVII.

Vigesimoseptimo quæro, quotuplex sit adoratio? Resp. quod est duplex, quædam interior, quæ consistit in interiori reuerentia, deuotione, & subiectione mentis erga eū, qui adoratur, quædā est exterior, quæ cōsistit in honore exteriori, qui exhibetur alteri, vt in genuflexionibus, & inclinationibus & similibus: exterior autem ordinatur ad interiorem, quæ est principalis sicut signum interioris, & eius exercitatiuum Sanct. Thom. 2. 2. q. 84. artic. 2. Rayn. versi. adoratio nu. 10. & seq. quælibet istarū est duplex, vna quæ dicitur latria, quæ est actus virtutis religionis & exhibetur alteri vt primo principio, seu creatori, & vt fini ultimo, in quo beatificamur, & hic est solus Deus pater, & filius, & Spiritus sanctus, iuxta illud Deut. 6. Mat. 4. & Luc. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies; est alia adoratio, quę dicitur dulia, & strictè quidem est reuerentia, quam exhibet seruus Domino, largè uero pro omni reuerentia, quæ exhibetur alicui ratione sui dominij, seu superioritatis, & excellentiæ, & de ista adoratione duliæ legimus aliquot sanctos creaturas adorasse, vt Natam propheta, Dauid 2. reg. & Angelos Abraham Gen. 18. & tali adoratione, veneramur sanctos, hęc distinctio ponitur à S. Ant. in 3. p. Tit. 12. c. 9. §. 2. Viguer. de uirt. Iustitiæ cap. 5. §. 5. ver. 12. Rayn. ver. adoratio. c. 3. Maria autem mater Dei, adoratur adoratione Hyperduliç, quæ est excellentior, quam dulia, Angel. versi. adoratio. nume. 7. Arm. num. 8. Sylu. ver. latria num. 3. de adoratione imaginis Christi, vide quæ dixi in summa omnium

hæ-

hæreſum in ver.imago.& S.Thom.in 3.p.q.25.art. 3.Rayn.ver.adoratio.c.3.Viguet.de virt.iuſt.c.5.§. 5.ver.12.Ang.ver.adoratio num.5.S.Ant.in 3.par. Tit.12.c.9.§.8.Tab.ver.adoratio n.8.ſimiliter crux Chriſti qualiter adoretur, vide, quæ dixi in d.ſumma in ver.crux de qua S.Thom.in 3.p.q.25.Art.4. Alex.de Ales in 3.p.q.30.membro 2.Art.3. Angel. ver.adoratio nu.6.Item reliquiæ ſanctorum qualiter adorentur dixi in d.ſumma in verſi. reliquiæ S. Thom.in 3.par.q.25.Artic.6.Angel.uer.adoratio. nume.8.S.Anton.in 3.par.Titu.12.cap.9.§.1.

Quæſt. XXVIII.



Vigeſimooctauo quæro, utrum adoratio requirat determinatũ locũ? Reſp. quod ſic: dicitur enim Iſa. 56.& inducitur Luc. 19. Domus mea domus orationis vocabitur, nam in adoratione principalior eſt deuotio mentis, ſecundarium autem eſt, quod pertinet exterius ad corporalia ſigna. Mens autem interius apprehendit Deum, quaſi non comprehenſum aliquo loco. Sed corporalia ſigna neceſſe eſt quod in determinato loco, & ſita ſint, & ideo determinatio loci non requiritur ad adorationem principaliter quaſi ſit de neceſſitate ipſius, ſed ſecundum quandam decentiam, ſicut & alia corporalia ſigna S.Thom.2.2.quæſt.84. articu.3. Rayn.ver. adoratio cap.12.Tab.verſi.adoratio num.4.Angel.uerſi. adoratio num.1.locus igitur determinatus requiritur, nõ propter eum, qui adoratur, ſed propter adorantes. Primo propter loci conſiderationem, ex qua ſpecialem deuotionem concipiunt adorantes, ut exaudiantur, ut 3.Reg.8.Secundo propter ſacra miniſteria, & alia ſanctitatis ſigna, quæ ibi continentur. Tertio propter concurſum multorum adorãtiũ ex quo oratio ſit magis exaudibilis iuxta illud Matt.18.ubi duo vel tres congregantur in nomine meo, ibi ſum in medio illorum. quarto propter aſſecurationem, nam diabolus ubique moleſtatur creaturam orantem, maximè 1. Petr. 5. aduerſarius ueſter diabolus &c.in locis autem ſacris cõſtringitur eius poteſtas, tum propter conſecrationem, quæ terribilis eſt dæmonibus, tum propter cruces, & reliquias ſanctorum Angel.in uerſi.adoratio nume. 1. cum Apoſtilla ad ipſum. Adoratio autem fit ad orientem ſecundum quandam decentiam. Primo propter diuinæ maieſtatis iudicium, quod nobis manifeſtatur in motu cęli, qui eſt ab oriente. Secũdo propter paradiſum in oriente conſtitutum, ut legitur Gen.2.ſecundum literam ſeptuaginta interpretum, quaſi quæramus ad paradiſum redire. Tertio propter Chriſtum, qui eſt lux mundi, & oriens nominatur, Zach.6.& qui aſcendit ſuper cœlum cęli ad orientem, & ab oriente etiam expectatur uenturus, Math. 14. ſicut fulgur exit ab oriente, & patet uſque ad occidentem, ita erit, & aduentus filij hominis S.Thom.2.2.quæſt.84. articu.3. ad Tertium.

Poſtea conſiderandum eſt de actibus, quibus aliqua res exteriores Deo offeruntur: circa quos occurrit duplex conſideratio. Primo de his quæ Deo à fidelibus dantur, ſecundo de uotis quibus ei aliqua promittuntur: circa primum conſiderandum eſt de ſacrificijs, oblationibus, primitijs, & decimis.

Quæſt. XXVIII.



VIGESIMO nono quæro, utrum ſacrificium Deo ſit de lege naturæ? Reſpon. quod ſic, quia in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, ſemper fuit aliqua ſacrificiorum oblatio. quod autem eſt apud omnes uidetur naturale eſſe, unde in c.1.ſeſſ.23.Conc. Triden.ſacrificium, & ſacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta ſunt, ut utrũque in omni lege extiterit, ergo oblatio ſacrificiorũ eſt de iure naturali, naturalis enim ratio dictat homini, quod alicui ſuperiori ſubdatur propter defectus, quos in ſe ipſo ſentit: in quibus ab aliquo ſuperiore eget adiuuari, & dirigi, & quicquid illud ſit, hoc eſt quod apud omnes dicitur Deus, ſicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora ſuperioribus ſubduntur, ita etiam naturalis ratio dictat homini ſecundum naturalem inclinationem, ut ei quod eſt ſupra hominem, ſubiectionem, & honorem exhibeat ſecundum ſuum modum, eſt autem modus conueniens homini, ut ſenſibilibus ſignis utatur ad aliqua exprimenda, quia ex ſenſibilibus cognitionem accipit, & ideo ex naturali ratione procedit, quod homo quibuſdam ſenſibilibus rebus utatur, offerẽs eas Deo in ſignum debitæ ſubiectionis, & honoris, & ſecundum ſimilitudinem eorum, qui Dominis ſuis aliqua offerunt in recognitionem dominii: Hoc autem pertinet ad rationem ſacrificii, & ideo oblatio ſacrificij pertinet ad ius naturale S.Thom.2.2.q.85.ar.1.Dom.Soto de iuſti.& iure lib.9.q.1.art.1.

Quæſt. XXVIIII.



TRIGESIMO quæro, utrum ſoli Deo ſit ſacrificium offerendum? Reſpon.quod ſic, iuxta illud Exod. 22. qui immolat Dijs occidetur, præter Deo ſoli, cum enim ſolus Deus ſit animarum noſtrarum creator ac beatificator, ei ſoli ſacrificiorum honor exhibendus eſt: hoc etiam uidemus in omni rep.obſeruari quod ſummum rectorem aliquo ſigno ſingulari honorant, quod ſi cuicunque alteri deferretur, eſſet crimen læſæ maieſtatis, & iõ in lege diuina ſtatuitur pęna mortis his qui diuinum honorem aliis exhibent. Non obſtat, quod Angelis ſanctis templa, & altaria inſtituantur nam Reſp. quod dicit Aug.in 8.de Ciu. Dei ca.29. non con-

constituimus martiribus templa sacerdotalia; quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde sacerdos non dicit offero tibi sacrificium Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victorijs gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur. S. Thom. 2. 2. q. 85. Art. 2. & ad resp. ad tertium. Rayn. ver. sacrificium c. 1. & in c. 3 sess. 22. Conc. Trid. ratio autē quare so'i Deo sacrificium offertur, est triplex: prima propter remissionem culpæ ad Hebr. 5. Ad sacerdotem pertinet vt offerat dona & sacrificia pro peccato. Secundo propter collationem & conseruationem gratiæ: vnde in lege veteri, offerebatur hostia pacifica pro salute offerentium vt leuit. 3. Tertio propter adeptionem gloriæ, per quam mens perfectè Deo coniungitur, vnde in vetere lege offerebatur holocaustum, quasi totum incensum, vt leui. 1. cum igitur remissio culpæ, infusio gratiæ, & adeptio gloriæ sit à Deo, ergo soli Deo sacrificium est offerendum. S. Thom. 3. p. q. 2. Art. 2. in corpore. q. Ray. ver. sacrificium, c. 1. Dom. Soto de iust. & iure q. 9. Art. 2.

Quæst. XXXI.



Rigesimoprimo quæro, Vtrum sacrificium sit specialis actus virtutis? Resp. quod sic, quia in lege specialia præcepta de sacrificijs dantur, vnde cum laudem suscipiant ex eo quod in reuerentiam Dei fiunt, ad religionem determinatam virtutem pertinent. S. Thom. 2. 2. q. 85. Art. 3. Dom. Soto. lib. 9. q. 1. Art. 3. de iust. & iure.

Quæst. XXXII.



Rigesimosecundo quæro, quid differat sacrificium ab oblationibus, & Decimis? Resp. quod sacrificium proprie dicitur, quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur & comburebantur, quod panis frangitur, & comeditur & benedicitur; & hoc ipsum nomen sonat. Nam sacrificium dicitur ex hoc quod homo facit aliquod sacrum, oblatio autem directe dicitur, cum Deo aliquid offertur, etiam si circa ipsum nihil fiat, sicut dicuntur offerri denarij vel panes in altari, circa quos nihil fit. Vnde omne sacrificium est oblatio, sed non conuertitur; primitiē autem oblationes sunt, quia Deo offerebantur, vt legitur Deut. 26. non autem sacrificia, quia nihil sacrum circa eas fiebat. Decimæ autem propriè loquendo non sunt sacrificia neque oblationes; quia non immediate Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur. S. Thom. secund. 2. quæstion. 85. Articul. tertio, ad tertium.

Quæst. XXXIII.



Rigesimotertio quæro, quotuplex sit sacrificium? Resp. quod est duplex, spirituale scilicet & corporale, spirituale est, quod in interiori mentis deuotione consistit, quo anima offert Deo se ipsam in sacrificium, de quo in psal. sacrificium Deo spiritus contribulatus, quod quidem omnes tenētur offerre Deo: quia omnes tenentur offere Deo in sacrificium deuotam mentem, vt dicetur inferius, secundum autem est corporale, quo homo offert Deo in sacrificium bona exteriora. Rayn. ver. sacrificium c. 1. & 3. seu dicas, quod sicut est triplex hominis bonum. Primum quidem, est bonum animæ quod Deo offertur, interiori quodam sacrificio per deuotionem, & orationem, & alios huiusmodi interiores, actus, & hoc est principale sacrificium. Secundum est bonum corporis, quod Deo quodammodo offertur per martyrium, & abstinentiam, seu cootinentiam. Tertium bonum est exteriorum rerum de quo sacrificium offertur Deo: directè quidem, quando immediate res nostras Deo offerimus; mediate autem, quando eas communicamus proximis propter Deum. S. Thom. 2. 2. q. 85. Art. 3. ad secundum Rayn. ver. sacrificium c. 2. S. Ant. in 3. p. Tit. 12. c. 9. §. 3. Proprium tamen & propiciatorium sacrificium est, quod in Missa peragitur, in quo idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara cruris semel seipsum cruente obtulit. c. 2. sess. 22. Conc. Trid.

Quæst. XXXIIII.



Rigesimoquarto quæro vtrum homines ad oblationes teneantur ex necessitate præcepti? Resp. quod sic, ex quatuor causis. Primo ex præcedenti conuentione. Secundo quando ex testamēto relinquitur aliquid vt soluatur singulis annis ecclesiæ. Tertio propter ecclesiæ necessitatem, Quarto propter consuetudinem. S. Thom. 2. 2. q. 86. Art. 1. & de hoc habetur in c. omnis de consecr. Dist. 1. ibi omnis Christianus procuret ad missarū solemnia aliquid Deo offerre. Conc. Ray. in ver. oblatio. c. 1. vbi Tab. nu. 3. Pisan. vers. 4. Dom. Soto lib. 9. q. 3. Articul. 1. de. iust. & iure. Rosella ver. oblatio in princ. vbi Ang. numer. 1. & Armilla numer. 3 S. Ant. tertia parte Tit. 12, capit. 11.

Quæst. XXXV.



Rigesimoquinto quæro, vtrum solum sacerdotibus debeantur oblationes? Resp. quod sic, per c. per hac 10. q. 1. vbi Damas. Papa dicit oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, tantummodo sacerdotibus qui quotidie Domino seruire videntur, licet commedere, & bibere, quia in veteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere filijs Israel,

Iſrael, niſi tantummodo Aaron, & filijs eius; cum autem ſacerdos ſit medius inter Deum, & Populum, ei ſunt à Populo oblationes exhibendæ, non ſolum vt eas in proprios vſus aſſumat, ſed vt fideliter diſpenſet. in his quæ ad diuinum ſpectant cultum, & in ſubſtentationem pauperum. S. Thom. 2. 2. q.86. art. 2. Rayn. in ver. oblatio capit. 2. vbi Tab. nu. 2. & Piſan. ver. 2. Dom. Soto lib. 9. q. 3. art. 3. de iuſt. & iure.

Quaſt. XXXVI.



Rigeſimoſexto, quæro vtrum homo poſsit oblationes facere de omnib. rebus licitè poſſeſsis? Reſp. quod ſic, prou. 3. Honora dominum de tua ſubſtantia, & eccl. 34. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata. S. Thom. 2. 2. q. 86. art. 3. Rayn. in ver. oblatio c. 3. vbi Tab. nu. 4. Piſan. ver. 5. Dom. Soto lib. 9. q. 3. art, de iuſt. & iure. Angel. ver. oblatio nu. 10. & Armilla nu. 4. Viguer. in tit. de virt. iuſt. c. 5. verſ. 13. §. 5.

Quaſt. XXXVII.



Rigeſimoſeptimo quæro, vtrum ſoluere decimas ſit de neceſsitate præcepti? Reſp. quod ſic, per c. Decimæ 16. 1. ibi Aug. in ſerm. 1. Dom. 12. poſt Trinit. Tom. 10. Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alias inuadunt, vnde dicitur Malach. 3. Inferte omnem decimationem, in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Conc. Rayn. in ver. Decimæ. c. 3. vbi Tab. nu. 6. Sylu. nu. 9. Dom. Soto lib. 9. q. 4. ar. 1. de iuſt. & iure Caiet. ver. Decimas. Armilla ver. Decimæ nu. 1. vbi Ang. nu. 1. S. Ant. in 2. p. c. 3. §. 6. S. Thom. 2. 2. q. 37. art. 1. Nau. in Man. capit. 21. numer. 28.

Quaſt. XXXVIII.



Rigeſimooctauo quæro, de quibus rebus decimæ ſint ſoluendæ? Reſp. quod de vna quaque re præcipuè eſt iudicandum ſecundum eius radicem, radix autem ſolutionis decimarum, eſt debitum quo ſeminantibus ſpiritualia, debentur carnalia, vt ad Cor. 9. ſi nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, non magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus. omnia autem quæ homo poſsidet ſub carnalibus continentur, & ideo de omnibus poſſeſsis decimæ ſunt ſoluendæ. vnde Gen. 28. Cunctorũ quæ dederis mihi decimas offeram tibi. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Rayn. ver. Decimæ c. 4. Tab. nu. 21. Syl. nu. 21. Roſella nume. 6. Dom. Soto lib. 9. q. 4. art. 2. de iuſt. & iure. Armilla ver. decimæ nu. 5, vbi Ang. nu. 5.

Quaſt. XXXVIIII.



Rigeſimonono quæro, quibus decimæ ſint ſoluendæ? Reſp. per id quod habetur Nu. 18. filijs Leui dedi omnes decimas Iſrael in poſſeſsionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo, ſed filijs Leui ſuccedunt clerici in nouo teſtamento, ergo ſolis clericis ius conſequendi decimas debetur, licet vſus ipſarum poſsit etiam ad laycos pertinere. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Rayn. ver. decimæ c. 6. vbi Tab. numer. 12. Roſella nume. 8. Dom. Soto lib. 9. q. 4. articul. 3. de iuſt. & iure Armilla ver. decimæ numer. 2. vbi Ang. nu. 8.

Quaſt. XL.



Vadrageſimo quæro, vtrum clerici teneãtur ſoluere dicimas? Reſp. quod non, per ea quæ habentur in c. 2. de decimis vbi Paſchalis Papa ſecundus dicit, Nouum genus exactionis eſt vt clerici à clericis decimas exigant. &c. vt vero poſſeſſores propriorum bonorum eas tenentur ſoluere, contingit enim ex diuerſis cauſis & reſpectu diuerſorum eundem eſſe dantem, & recipientem. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. Rayn. in ver. Decimæ c. 7. Tab. nu. 8. Dom. Soto lib. 9. q. 4. art. 4. de iuſt. iure Armilla ver. Decimæ nu. 4. vbi Angel. nu. 7. S. Ant. in 2. p. tit. 4. c. 3. §. 4.

Deinde conſiderandum eſt, de voto, per quod aliquid Deo promittitur.

Quaſt. XLI.



Vadrageſimoprimo quæro, quid ſit votum? Reſp. quod votũ eſt promiſsio facta Deo, iux illud ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. Rayn. ver. votum c. 1. vbi Syl. Tab. Roſella & Piſan. in princ. Dom. Soto. lib. 7. q. 1. art. 1. de iuſt. & iure. Viguer. in tit. de virt. iuſt. c. 5. §. 5. verſ. 14. Angel. & Armilla ver. votum numer. 1. S. Ant. in 2. p. tit. 11. c. 1. in princ.

Quaſt. XLII.



Vadrage mo ſecundo quæro, de quo debeat fieri votum? Reſp. quod votum fieri non poteſt de aliquo illicito, vel indifferenti, ſed ſolum de aliquo actu virtutis, quod cum importet voluntariam aliquam promiſſionem, neceſsitas autem voluntatem excludit, ideo quod eſt abſolute neceſſarium eſſe, vel non eſſe, nul

lo modo

lo modo sub voto cadit, stultum enim esset si quis voueret se esse moriturum, vel se non esse volaturum. S. Thom. 2.2. q. 88. Art. 2. Rayn. in ver. votum c. 2. vbi Caiet. §. 2. Rosella §. 1. num. 8. Pisan. §. 1. vers. de quo Dom. Soto lib. 7. q. 1. art. 1. de iust. & iure Armilla ver. votum nu. 3.

Quæst. XLIII.



Vadragesimotertio quæro, vtrũ omne votum obliget ad sui obseruationem? Resp. quod sic, quoniam ad fidelitatem hominis spectat seruare quod promisit, at homo tenetur seruare Deo fidelitatẽ, ergo necessarium est quod votum seruetur. vnde eccles. 5. quodcunque voueris redde, multoque melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere. S. Thom. 2.2. q. 88. artic. 3. Rayn. ver. votum capit. 7. vbi Sylu. numer. 2. Tab. §. 3. Pisan. §. 1. Dom. Soto lib. 1. q. 2. articul. 1. de iust. & iure. Vig. de virt. iust. capit. 5. §. 1. vers. 14. Angel. ver. votum. §. 3. S. Ant. 2. p. Tit. 11. capit. 2. §. 4.

Quæst. XLIIII.



Vadragesimoquarto quæro, vtrũ expediat aliquid Deo vouere? Respon. quod cum ea, quæ Deo exhibemus in nostram cedant vtilitatem, expedit homini aliquid Deo vouere, vnde Psal. 15. vouete & reddite Domino Deo vestro. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 4. Rayn. ver. votum c. 5. vbi Tab. §. 4. Rosella §. 1. nu. 10. Dom. Soto lib. 7. q. 2. art. 2. de iust. & iure. Angel. ver. votum. §. 5. S. Ant. in 2. p. tit. 11. c. 2. §. 3. & maxime quia est proprie actus latriæ ac religionis: vnde Isa. 19. Colent enim in hostijs & muneribus, & vota vouebũt Domino & soluent. S. Thom. d. loco artic. 5.

Quæst. XLV.



Vadragesimoquinto q̃ro, vtrum magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto, quam sine uoto? Resp. Secundum glos. super Psal. 75. super illud vouete & reddite, vbi dicit vouere voluntati consulitur, sed consilium non est nisi de meliori modo: ergo melius est facere aliquod melius opus ex voto, quam sine voto, quia qui facit sine voto implet tantum vnum consilium vel præceptum, scilicet de faciendo, qui autem facit cum voto implet duo, scilicet & vouendo & faciendo. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 6. Pisan. uer. uotum. §. 1. uers. utrum melius. Dom. Soto libr. 1. q. 2. art. 4. de iust. & iure.

Quæst. XLVI.



Vadragesimosexto quæro vtrum illi, qui sunt alterius potestati subiecti, impediantur à vouendo? Resp. quod dicitur Num. 30. vbi mandatur quod si mulier in domo patris sui, & adhuc in puellari ætate aliquid vouerit, non tenetur rea voti, nisi pater eius consenserit: & idem dicit de muliere habente virum, ergo pari ratione nec aliæ personæ alterius potestati subiectę possunt se voto obligare, in his in quibus subijciuntur, sine sui superioris consensu. S. Thom. 1. 2. q. 88. art. 8. Rayn. uer. uotum c. 3. ubi Caiet. & Sylu. §. 3. Rosella. §. 2. Dom. Soto lib. 7. q. 3. art. 1. de iust. & iure Ang. uer. uotum. §. 2. S. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 6. Pueri uero uel puellæ non obligantur in uoto solemni ante decimumsextum annum expletum, & per annum fuerint in probatione post susceptum habitum. c. in quacunque sess. 25. Conc. Trid. de reform.

Quæst. XLVII.



Vadragesimoseptimo quæro utrum possit in uoto dispensari? Respond. quod sic, maioris enim firmitatis esse uidetur, quod procedit ex communi uoluntate, quam quod procedit ex singulari uolũtate alicuius personæ: sed in lege, quæ habet robur ex communi uoluntate, potest per hominem dispensari, ergo uidetur quod etiam in uoto per hominem dispensari possit, dummodo fiat dispensatio superioris authoritate. S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 10. Rayn. ver. uotum c. 9. ubi Sylu. §. 4. Caiet. §. 5. Rosella. §. 5. Pisan. §. 5. Dom. Soto lib. 7. q. 4. art. 1. de iust. & iure Vig. de uirt. iust. c. 5. §. 3. uer. 14. Ang. ver. uotum. §. 4. ubi Armil. numer. 13. & nu. 29. S. Ant. 2. p. cap. 2. §. 9.

Deinde considerandum est de actibus exterioribus latriæ, quibus aliquid diuinum ab hominibus assumitur, quod est vel sacramentum aliquod, vel ipsum nomen diuinum: De sacramenti assumptione alibi tractandum erit. De assumptione autem nominis diuini, nunc agendum erit: Assumitur autem diuinum nomen ab homine tripliciter: Vno modo per modum iuramenti ad propria verba confirmanda. Alio modo per modum adiurationis ad alios inducendum. Tertio modo per modum inuocationis ad orandum, vel laudandum. Primo ergo de iuramento agendum est.

Quæst.

Quæſt. XLVIII.



Vadrageſimooctauo quæro, qd ſit iuramentum? Reſp. quod iurare eſt Deum in teſtem aſſumere, vnde Aug. in ſerm. 28. de ver. Apoſt. Tomo. 10. dicit, quod eſt iurare per Deum niſi teſtis eſt Deus. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. Nau. in Man. conf. c. 12. num. 1. Vig. de virt. iuſt. c. 5. §. 5. verſ. 15. S. Ant. 2. p. tit. 10. c. 3. Aſtenſ. lib. 1. p. 1. tit. 18. artic. 1. Armilla. Piſ. Tab. Sylu. Ang. ver. iurare, in princ. Dom. Soto lib. 8. q. 1. art. 1. de iuſt. & iure.

Quæſt. XLVIIII.

QVadrageſimonono quæro vtrum ſit licitum iurare? Reſp. quod ſic, iuxta illud Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis, iurare tamen abſque aliqua neceſſitatis ratione malum eſſet. Dom. Soto lib. 8. q. 1. Art. 2. de iuſt. & iure S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. Nau. Man. conf. c. 12. nu. 2. Vig. de virt. iuſt. c. 5. §. 5. verſ. 14. S. Ant. 2. p. tit. 10. c. 3. §. 2. Aſtenſ. p. 1. lib. 1. Tit. 18. Art. 3. vnde eccl. 23. vir multum iurans replebitur iniquitate. S. Thom. d. loco art. 5.

Quæſt. L.

QVinquageſimo quæro vtrum conuenienter ponantur tres comites iuramenti, videlicet iuſtitia, iudicium & veritas? Reſpon. quod ſic: vt Hyer. 4. Iurabis viuit Dominus in veritate, in iudicio, & in iuſtitia. Iudicio autem caret iuramentum incautum, veritate autem iuramentum mendax, iuſtitia vero iuramentum iniquum ſiue illicitum. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 3. Dom. Soto lib. 8. q. 1. art. 3. de iuſt. & iure. Nau. in Man. Conf. c. 12. nu. 3. S. Ant. in 2. p. tit. 10. c. 3. §. 1. Aſtenſ. p. 1. lib. 1. Tit. 18. Art. 4. Piſan. §. 1. verſ. quæ exigantur. Rayn. ver. Iuramentum. c. 2. Caiet. ver. iurare. vbi Tab. num. 8. & Sylu. §. 2.

Quæſt. LI.

QVinquageſimoprimo quæro, vtrum iurare ſit actus religionis, ſiue latriæ? Reſp. quod ſic, quia iurans profitetur Deum indefectibilis veritatis, & ſuper omnes excelſum & ſapientem, vnde Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies: ac per nomen illius iurabis, loquitur autem ibi de ſeruitute latriæ, ergo iurare eſt actus latriæ. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 4. Dom. Soto lib. 8. q. 1. art. 4. de iuſt. & iure.

Quæſt. LII.

QVinquageſimoſecundo quæro, vtrum liceat per creaturas iurare? Reſp. quod iuramentum per ſimplicem conteſtationem non niſi per Deum principaliter, ſecundario autem per creaturas, vt in ipſis diuina elucet veritas, fieri debet. In iuramento vero per execrationem induci poſſunt quas diligimus creaturæ, vt in quibus diuinum exerceatur iudicium: unde legitur Gen. 42. quod Ioſeph. iurauit per ſalutem Pharaonis, & ex conſuetudine etiam iuratur per euangelium, & per reliquias, & per ſanctos. S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 6. Dom. Soto lib. 8. q. 1. art. 6. de iuſt. & iure Vig. de uirt. iuſt. cap. 5. §. 5. uerſ. 14. Roſella uerbo Iuram. nu. 1. ubi Tab. nu. 5.

Quæſt. LIII.

QVinquageſimotertio quæro utrum iuramentum ſit obligatorium? Reſpon. quod ſi iudicio, & iuſtitia iuramentum præſtetur, obligat iurantem ad faciendum, quod ueritas impleatur unde Matth. 5. Reddas Domino iuramenta tua. S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. Dom. Soto lib. 8. q. 2. art. 7. de iuſt. & iure Vig. de uirt. iuſt. c. 5. §. 5. uerſ. 14. Aſtenſ. p. 1. lib. 1. Tit. 18. art. 7. Sylu. uer. iuramentum §. 4. & Angel. §. 5. eſt tamen maior obligatio uoti, quam iuramenti, quoniam per uotum obligatur aliquis Deo, per iuramentum autem obligatur aliquis interdum homini, magis autem obligatur homo Deo quam homini, ergo maior eſt obligatio uoti, quam iuramenti. S. Thom. d. loco art. 8.

Quæſt. LIIII.

QVinquageſimoquarto, utrum aliquis poſsit in iuramento diſpenſare? Reſp. quod uotum eſt maioris obligationis quam iuramentum, ſed in uoto poteſt diſpenſari, ergo & in iuramento, dummodo aliqua ſubſit cauſa neceſsitatis, uel honeſtatis. S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 9. Dom. Soto lib. 8. q. 1. art. 9. de iuſt. & iure S. Ant. 2. p. Tit. 10. c. 6. Aſtenſ. p. 1. libr. 1. titul. 18. art. 11. Armilla uer. iuramentum numer. 20. ubi Piſ. §. 1. Roſella numer. 4. Tab. numer. 19. Ang. §. 6.

Quæſt. LV.

QVinquageſimoquinto quæro, utrum liceat adiurare hominem? Reſp. quod ſic, quia etiam Deum per aliqua ſacra obſecramus, eum obteſtantes: Apoſtolus etiam fideles obſecrat per miſericordiam Dei, ut patet ad Rom. 12. quod uidetur ad quandam adiurationem pertinere, ergo ſicut Deum, ita & homines adiurare licet, quamquam non ſecundum eandem rationem. Ampliatur ut licitum ſit etiam Demones adiurare, non quidem eos deprecando, uel inducendo ut nobis per ſacra obſequantur; ſed ipſos repellendo per diuini nominis uirtutem, tanquam inimicos noſtros, ne aliquo nobis noceant modo: unde Marc. ult. in nomine meo demonia eijcient; Secundo ampliat ut licet uanũ ſit irrationales creaturas ſecundum ſe adiurare, ut tamen ad Deum referũtur decet eas nonnunquam adiurare, unde Simon & Iudas leguntur adiuraſſe dracones, & eis præcepiſſe ut in deſertum locum diſcederent. S. Tho. 2. 2. q. 90. art. 1. 2. & 3. Aſtenſ. p. 1. lib. 1.

p.1.lib.1.tit.21.Vig.de Virt.Iust.c.5.§.5.versic.16. Dom.Sot.lib.8.q.3.art.1.de Iust.& iure.S.Anto.2. par.tit.10.c.8.Pisan.Sylu.Tab.Ang.Rosella, & Armilla,in ver.adiuratio.

Quæst. LVI.


Vinquagesimo sexto quæro, vtrum Deus sit ore laudandus? Resp. quod sic, non quidem propter Deum, qui corda scrutatur hominum, sed propter laudantem,vel audientem, quorum affectus per huiusmodi laudes excitantur, secundum illud.Psal.49.sacrificium laudis honorificabis me,& illic iter quo ostẽdam illi salutare Dei, & Isa.48. Laude mea infrenabo te ne intereas, & Psal.33.Semper laus eius in ore meo,& postea subditur: Audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum.Vnde in Psal.62. Labijs exultationis laudabit os meum. Ideo salubriter institutũ est,vt in diuinas laudes cantus assumerentur ad infirmorum excitandum affectum. S. Thom.2.2.q. 91.ar.1.& seq.Vig.de virt.iust.c.5.§.5.ver.17.dummodo lasciuius vel impurus cantus non immisceatur in eis,vt disponitur in Cõc.Trid.sess.22.de ref.

Deinde post religionem considerandum est de pietate.

Quæst. LVII.


Vinquagesimo septimo quæro, vtrum Pietas sit specialis virtus ab alijs distincta? Resp.quod sic,nam Tullius ponit ipsam partem Iustitię in 2.de inuentip. quæ pietas nõ modo est in Deum, sed parentes, patriam,& consanguineos extenditur, quamquam in Deum principaliter,secundario ad alios. S.Th. 2.2.q.101.art.1.& seq.& in tantum est virtus,quod etiam occasione religionis non sunt pretermittenda pietatis officia, nisi ex his à cultu Dei valde distraherentur, quia religio & pietas,sunt duæ virtutes, nulla autem virtus alij virtuti contrariatur, aut repugnat, sicuti bonum non est bono contrarium, neque verum vero, vnde non potest esse quod pietas & religio se mutuo impediant, vt pp actum vnius,alterius actus excludatur.Vnde Matt.15. Redarguit Phariseos, qui intuitu religionis honorem parentibus debitum subtrahere dicebant.S.Tho.d. loco,art.4. Vig.de Virt.Iust.c.5.§.7.S.Ant.in 4. p. tit.5.c.9.Arm.Angel.& Tab.in ver.pietas.

Deinde considerandum est de obseruantia.

Quæst. LVIII.

Qvinquagesimo octauo quæro, vtrum obseruantia sit specialis virtus ab alijs distincta? Resp.quod sic,per Tullium in 2. de inuent. qui condiuidit obseruantiam alijs Iustitiæ partibus,quæ sunt speciales virtutes.est.n.obseruantia quædam specialis virtus sub pietate contenta, p quam personis in dignitate constitutis,cultũ & honorem exhibemus; Pietas tamen est longe excellentior obseruantia, cum per illam personis nobis magis cõiunctis cultum & honorem exhibeamus, hinc est quod præcepta legis dantur de actibus uirtutum: Immediate autem post præcepta religionis, quæ pertinent ad primam tabulam, subditur præceptum de honoratione parentum, quod pertinet ad pietatem.S.Thom.2.2.q.102.art.3.S.Ant.5.p.titu. 5.c.19.Vig.de uirt.iust.c.5.§.8.

Deinde considerandum est de partibus obseruantiæ, & primo de dulia, quæ exhibet honorem, & cætera ad hoc pertinentia, personis superioribus. Secundo de obedientia, per quam earum obediatur imperio.

Quæst. LIX.

Qvinquagesimo nono quæro, vtrum dulia sit specialis virtus à latria distincta? Resp. q̃ sic,secundum Aug.in x.de ciuit.Dei.c.1. vbi alia est seruitus,quæ debetur hominibus, scd'm quam præcipit Apost.seruos Dñis suis subditos esse,quæ scilicet Grçcè dulia dicitur: Alia vero latria quę dicitur seruitus pertinens ad colendũ Deũ,quę quidẽ dulia non habet diuersas species,sicuti nec ẽt latria S.Thom.2.2.q.103.articul.3.& sequent.

Quæst. LX.

Sexagesimo quæro,vtrum honor debeatur propriè superioribus? Resp.q̃ sic, quia honor nihil aliud est,quam quædam protestatio de excellentia bonitatis alicuius.Vnde Arist.in 5.eth. c.6. dicit quod honor debetur optimis,qui quidem honor licet quo ad Deũ principaliter in interiori actu consistat,tamen quo ad homines in exterioribus signis, & corporalibus consistit.S.Tho.2.2.q.103. artu. 1. & seq.Rayn.ver.hõnor.c.3.Perald. in summa virt. p.6.c.1.in tit.de iust. Vig.in c. 5. §. 8.de uirt.iust.S. Ant.in 4.par.tit.5.c.10.§.1.

Quæst. LXI.

Sexagesimoprimo quæro, vtrum obedientia sit virtus specialis? Resp. quod sic, quoniam ad omnia opera bona, quæ specialem habent laudis rationem, specialis virtus determinatur.Non enim proprie competit virtuti, vt opus bonum reddat. Obedire autem superiori, debitum est secundum diuinum ordinem rebus inditum,& per consequẽs est bonum,cũ bonum consistat in modo, specie, & ordine ut Aug. in lib. de nat. boni cap. 3. uolum.6. est igitur obedientia quædam specialis virtus, cui obiectum est superioris præceptum tacitum, uel expressum. S.Thom.2.2.q. 104.art.2.quæ quidem inter virtutes morales laudabilior, & excellentior

alijs dici potest, cum ex eo propria voluntas consecretur Deo, quo omnes alij virtutum actus meritorij reducuntur. Vnde Greg. in vlt. Moral.c. 12. q obedientia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiã vero voluntas propria mactatur. obedientia enim est voluntas faciendi præceptum, vel mandatum superioris. Perald. 1. Tomo summæ. p. 10. c. 1. tit. de obed. S. Anto. in 4. par. tit. 5. c. 11. Rosella in ver. obedientia, nu. 1. vbi Tab. nu. 2. Pisan. §. 1. Rayn. c. 3.

Quæst. LXII.



Exagesimosecundo quæro, vtrum in omnibus sit Deo obediẽdum? Respon. quod sic, quia qui obedit mouetur per imperium eius, cui obedit, sicut res naturales mouentur per suos motores. S. Tho. 2. 2. q. 104. art. 1. At Deus est primus motor omnium, quæ naturaliter mouentur, ita etiam est primus motor omnium voluntatum. S. Thom. 2. 2. q. 9. artic. 6. & ideo sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuinæ motioni, ita etiam quadam necessitate Iustitiæ omnes voluntates tenentur obedire diuino Imperio. Vnde exod. 24. omnia quæcunque locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes. S. Thom. 2. 2. q. 104. art. 4. S. Anto. in 4. par. tit. 5. c. 11. ver. & nota. Armilla, in verb. obedientia, num. 1. vbi Tab. num. 4.

Quæst. LXIII.



Exagesimotertio quero, vtrum homo teneatur alteri obedire? Resp. quod sic, quia sicut in naturalibus, inferiora superiorũ motioni subijciuntur, ita in humanis ex ordine naturalis, ac diuini iuris, tenentur inferiores suis superioribus obedire. Vnde ad Heb. vlt. obedite præpositis vestris, & subiacete eis, Tenentur autem subditi in omnibus suis superioribus obedire, in quibus, scilicet eis subijciuntur, ni si sint contra superioris præfati uel Dei uoluntatem. Vnde Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quam hominib. S. Th. 2. 2. q. 104. art. 1. & art. 5. Perald. 1. Tom. p. 10. c. 7. Vig. de virt. iust. c. 5. §. 9. Astes. p. 2. lib. 6. tit. 52. art. 1. Nau. Man. Conf. c. 23. num. 35. Armilla, ver. obediẽtia, nu. 2. vbi Rosella, numero 2. Sylu. Tab. & Rayn. c. 1. & seq. 64.

Quæst. LXIIII.

Sexagesimo quarto quero, quot sunt gradus obedientiæ, & quæ adiuuent ad ipsam consequendam? Ad primum resp. septem esse gradus obedientiæ, quorum primus est libenter obedire. Vnde Ioã. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & Exo. 35. omnis voluntarius prono animo offerat primitias Domino: & in Psal. uoluntarie sacrificabo tibi: & alibi coacta sacrificia Deo non placent: Secundus gradus est simpliciter obedire, vnde Psal. In auditu auris obediuit mihi, ad simplicitatem. n. obedientis, pertinet non iudicare quid, vel quare præcipiatur, nec aliter facere, quàm præceptũ est. Vnde Deut. 12. Quæ præcipio tibi, hæc tantum facias, nec addas quicquã, nec minuas: Tertius gradus est hylariter obedire; Hilarem. n. datorem diligit, Deus. 2. Cor. 9. & Eccl. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, qui cum murmure obediunt, cum praua salsa Deum pascere volunt, vnde in Ps. Dederunt in escam meam fel: Quartus gradus est velociter obedire. Luc. 19. Dictum est Zacheo, Festinans descende, & subditur remuneratio, hodie salus huic domui facta est, & Matth. 4. Illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum, & Prou. 22. Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Quintus gradus est viriliter adimplere mandatum. Vnde ad Philipp. 2. Factus obediens, vsque ad mortem, mortem autẽ crucis, ideo Bernard. Mementote fratres, Christus ne perderet obedientiam, perdidit uitam: Sextus gradus est humiliter obedire. Vnde Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt, dicite serui inutiles sumus, qđ facere debuimus fecimus: Septimus gradus est indefinenter obedire. Vnde 1. Cor. 11. Sic cucurrite, vt comprehendatis, Adiuuant autem ad consequendam obedientiam plura. Et primo humilitas. Vnde Apostol. 2. Philip. Loquens de obedientia Christi, præmittit de eius humilitate, humiliauit inquit semetipsum factus obediens, &c. Secundo assuefactio, vnde equus assuescit circumuolutionibus, vt facilius ad voluntatem sessoris flecti possit. Prou. 25. Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit; Tertio admonitiones quas facit sacra scriptura. Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & ad Ephes. 6. Filij obedite parentibus vestris in Domino. Quarto admonitio, quam facit creatura etiam insensibilis, vt in Psal. Præceptum posuit, & non præteribit, & Baruch. 3. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt adsumus, & in Psal. Terminum posuisti, quem non trãsgredientur, & Matth. 8. Quis est hic, quia & venti, & mare obediunt ei. Quinto facit exemplum Christi ad Hebr. 5. Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obedientiam, & Ioan. 6. descendi, inquit, de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Sexto facit exemplũ Sanctorum, & inter cætera exemplum Abraham, vt habetur Genes. 12. & 17. & 27. Septimo faciunt plures notabiles effectus, qui ex obedientia oriuntur, inter quos primus est, vt ipsa faciat seruum Dei, & fratrem eius. Matth. 12. Quicunq; facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est: item ponit hominem in excellentiss. statu. Deut. 27. Si audieris vocem Domini tui, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus. Item illum glorificat. Esa. 58. Si glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, similiter facit hominem triumphare prou. 25. Testis mendax peribit, vir obediens loquetur victoriam; Octauo faciunt plures effectus, resultantes ex inobedientia, nam ipsa meritum euacuat Esa. 88. quare ieiunauimus, & non aspexisti:

pexisti: ecce in die ieiunij vestri inuenitur volūtas vestra, item hominem, ex communicat. 2. Thes. 3. si quis non obedit verbo nostro per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, & idolatra re facit. 1. Reg. 15. quasi peccatum Ariolādi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, Item hominem è dignitate deijcit. 1. Reg. 15. quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel, & ipsum confundit. Esa 45. confundentur omnes, qui repugnant ei, ipsumq; omni morte dignū efficit Deut. 17. q superbierit nolens obedire sacerdotis imperio moriteur.

Deinde considerandum est, de gratitudine.

Quæst. LXV.



Sexagesimoquinto quæro, vtrum gratitudo sit specialis virtus ab alijs distincta? Resp. quod sic. Tullius enim in 2. de inu. illam ponit specialem iustitiæ partem; secūdum enim diuersas causas ex quibus aliquid debetur, necesse est diuersificari debiti reddēdi rationē, ita tamen vt semper in maiori, illud quod minus est, contineatur. In Deo aūt primo & principaliter inuenitur causa debiti, eo quod est primū principiū oīum bonorum nostrorum. Ideo erga eum religio habetur, secūdario aūt in patre, quia est proximum nostræ generationis, & disciplinę principiū, cui pietas debetur. Tertio in persona, quæ dignitate præcellit, ex qua cōmunia beneficia procedunt, cui obseruantia impenditur. Quarto in aliquo benefactore, à quo aliqua particularia, & priuata benef. percepimus, pro quibus ei particulariter obligamur, cui gratitudo debetur, quæ benefactoribus gratiam recompensat. S. Tho. 2. 2. q. 106. art. 1. qui in art. 3. dicit, quod homo tenetur omni homini benefacienti ad gratiarum actiones, quia oīs effectus naturaliter ad suam causam cōuertitur, manifestū est quod benefactor in quātū huiusmodi est causa beneficiati: & ideo naturalis ordo requirit, vt ille qui suscepit beneficiū per gratiarū recompēsationē cōuertatur ad suū benefactorē, vnde 1. Thes. vlt. In omnibus gratias agite, non tñ debet statim beneficiū recompensare, nisi quo ad affectū animi. Quantum aūt ad donū debet expectari tēpus, quo recompensatio sit benefactori opportuna, si aūt non conuenienti tpe statim velit aliquis munus pro munere reddere, nō videtur esse virtuosa recōpensatio, sed inuita. Vnde senec. in 4. de beneficijs, qui festinat reddere non animum habet grati hominis, sed debitoris, & qui nimis cito cupit soluere inuitus debet, & qui inuitus debet ingratus est, quæ recompensatio si fiat secūdum iustitiā, vel utilē amicitiā, scđm effectū magis, quā secundum affectum attendenda est, secundum uero amicitiā honestā, & gratiam scđm affectum. Vnde seneca in lib. 1. c. 7. de beneficijs. Nonnunquā magis nos obligat, qui dedit parua magnifice, qui exiguum tribuit, sed libēter, gratiæ tñ recompensatio ad hoc semper tendit, ut maius semper aliquid accepto beneficio retribuatur pro posse suo, scđm Arist. in 5. ethic. c. 5. Non enim uidetur gratis aliquid impendere, nisi excedat quantitatē accepti beneficij; quia quamdiu recōpēsat minus uel æquale, nō uidetur facere gratis, sed reddere quod accepit; sed dubiū oritur quis magis teneatur ad gratias reddēdas Deo, Innocens scilicet, an pęnitens? Resp. quod gratiarum actio in accipiente respicit gratiam dantis, unde vbi est maior gratia ex parte dantis, ibi requiritur maior gratiarum actio ex parte recipientis, gratia aūt est, quia gratis datur: vnde dupliciter potest esse ex parte dantis maior gratia, vno modo ex quantitate dati, & hoc modo innocens tenetur ad maiores gratiarū actiones, quia maius bonū ei datur à Deo & magis cōtinuatū cæteris parib. absolute loquendo: Alio modo pōt dici maior gratia, quia magis datur gratis, & scđm hoc magis tenetur ad gratiarum actionē pęnitens, quā Innocens, quia magis gratis datur illud, quod ei datur à Deo. cum enim esset dignus pęna, datur ei gratia: & sic licet illud donum quod datur innocenti, sit absolutè consideratum maius, tñ donū quod datur pęnitenti est maius in comparatione ad ipsum: sicut & paruum donum pauperi datum, est ei maius quam diuiti magnum. S. Tho. 2. 2. q. 106. art. 2. S. Ant. in 4. p. tit. 5. capit. 12. Vig. de uirtut. iust. cap. 5. §. 10.

Deinde considerandum est, de vindicatione.

Quæst. LXVI.



Sexagesimosexto quæro, utrum uindicatio sit licita? Resp. quod sic, quoniā nihil est expectandū à Deo, nisi quod est bonum & licitum, sed uindicta, de hostibus est expectanda à Deo; dr. n. Luc. 18. Deus non faciet uindictam electorum suorum clamātiū ad se, die ac nocte, quasi diceret imò faciet, ergo uindicatio non est per se mala & illicita si tñ uindicātis intentio feratur principaliter in malum delinquētis, & ibi quiescat, illicita est, quia delectari de malo alterius, pertinet ad odiū, quod charitati repugnat; non enim debet homo in alium peccare, ꝓpter hoc ꝙ ille peccauit prius in ipsum, hoc enim est uinci à malo, ꝙ Apos. prohibet ad Ro. 12. si uero intentio uindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad ꝙ peruenitur per pęnam peccātis, puta ad emendationē eius, & aliorum quietē, iustitiæ conseruationē, & Dei honorē, pōt esse uindicatio licita, imò est virtus quædam spālis, per q̃ uis aut iniuria, & oīo quicquid obscurū est, idest ignominiosum defendendo, aut ulciscendo propulsatur scđm Tullium in 2. de Inu. in fine dummodo fiat ꝑ pęnas iuxta legem, uel consuetudinem impositas & in eos, qui uoluntarie peccauerūt. S. Th. 2. 2. q. 108. art. 1. & seq. ubi art. 4. dicit, quod aliquis qñq; punitur sine culpa, non tñ sine causa, nam qñq; pęnæ infliguntur iustis ut medicinæ, ut qñ quis punitur in tpalibus bonis ad humiliationem uel probationem in Spiritualibus autem bonis secus, quia pertinent ad animā, secundū quā quilibet est liber sui, Conc. S. Ant. in 4. p. tit. 5. cap. 13. Vig. de uirt. iust. c. 5. §. 11. Astens. p. 1. lib. 2. tit. 25. Rayn. Pisan. Tab. Sylu. Angel. Caiet. Armilla uer. uindicatio.

Deinde considerandum est, de veritate.

Quæſt. LVXII.

SExageſimoſeptimo quæro, vtrum veritas ſit virtus? Reſp. ꝙ veritas dupliciter accipi pōt: vno modo, ſm̄ ꝙ veritate dr̄ aliquod verum, & ſic veritas non eſt virtus, ſed obiectum, vel finis virtutis; Alio modo pōt dici veritas qua aliquis verū dicit; ſm̄ quod per eam aliquis dr̄ verax. & talis veritas, ſiue veracitas, neceſſe eſt, ꝙ ſit virtus, qa hoc ipſum ꝙ eſt dicere verum, eſt bonus actus, Virtus aūt eſt, quæ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit. Vnde Ariſt. li. 2. c. 7. & li. 3. c. 5. eth. ponit ueritatem inter cæteras virtutes, & eſt pars iuſtitiæ ſm̄ Tulliū in 2. de inuen. adæquat. n. ſigna reb. exiſtentib. circa ipſam ſicuti iuſtitia æqualitatē quandā in reb. conſtituit, ſm̄ quam virtutem homo magis à vero declinat in minus. Hoīes. n. qui maiora de ſe ipſis dn̄t, q̄ ſint, ſunt aliis oneroſi, quaſi excellere alios volentes: Hoīes aūt qui minora de ſe ipſis dn̄t gratioſi ſunt, quaſi aliis condeſcendentes per quandam moderationem, declinare. n. in minus affirmatiuè magis ſpectat ad veritatem, q̄ negatiuè, ꝙ veritati aduerſatur; at in maius declinare, eſt omnino veritati contrarium ac uitioſum. S. Th. 2. 2. q. 109. ar. 1. & 4. Syl. & Ray. in ver. veritas Aſtenſ. li. 2. p. 1. ti. 26. vig. de virt. iuſ. c. 5. §. 12. S. Ant. in 4. p. ti. 5. c. 15.

Deinde conſiderandum eſt de amicitia, quæ affabilitas dicitur.

Quæſt. LXVIII.

SExageſimo octauo quæro, vtrū amicitia ſit ſpālis uirtus? Reſp. ꝙ ſic, qm̄ præcepta legis dantur de actibus virtutum. Sed Eccl. 4. dr̄ congregationi pauperum affabilē te facito, ergo amicitia, ſeu affabilitas, eſt quędam ſpecialis uirtus, ſecundum quam hoīes inter ſe bene diſponuntur ſimul conuiuētes, & eſt pars inſtitiæ ſm̄ Macrob. in li. 1. cum ſit ad alterum, ſm̄ aliquam debiti rationem, & notandum eſt, ꝙ duplex dici poteſt amicitia, quarum una conſiſtit in affectu, quo unus alium diligit, & hæc conſequi poteſt quamcunque virtutem, quia amicitia perfecta eſt propter uirtutem, cum quælibet uirtus ſit amicitiæ cauſa, quia bonum omnibus eſt amabile; Alia amicitia conſiſtit in exterioribus uerbis, vel factis, quæ non habet perfectam rationem amicitiæ, ſed quandam eius ſimilitudinem, in quantum aliqs decenter hēt ſe ad illos, cum quibus conuerſatur, & hęc affabilitas dr̄. Ray. in uer. amicitia, & Ang. uer. Dilectio Perald. in tit. de char. c. 15. Aſtenſ. p. 1. lib. 2. ti. 29. Vig. de uirt. iuſt. c. 5. §. 13.

Deinde conſiderandum eſt de liberalitate.

Quæſt. LXIX.

SExageſimo nono quæro, utrū liberalitas ſit uirtus? Reſp. ꝙ ſic, quia S. Ambr. li. 1. c. 30. de offi. dicit, quod in Euangelio multas doctrinas accepimus iuſtæ liberalitatis: ſed in euangelio non docentur niſi ea, quæ ad virtutem pertinent, ergo liberalitas eſt uirtus, qua benè uti poſſumus, quę extra nos ſunt, nam ut inquit Aug. li. 2. c. 19. de lib. arb. ut his quibus male uti poſſumus pertinet ad uirtutem; poſſumus autem benè, & male uti, non ſolum his, quę intra nos ſunt, puta potentiis, & paſſionib. aīæ, ſed etiam his, quæ extra nos ſunt, ſ. rebus mundi conceſſis nobis ad ſubſtentationem uitę, quæ nomine pecuniæ ſignificantur, ſpecies. n. actus ſumitur ex obiecto, obiectum autem liberalitatis eſt pecunia, & quicquid pecuniæ menſurari poteſt, & quia quælibet virtus conuenienter ſe habet ad ſuum obiectum, conſequens eſt, ut cum liberalitas ſit uirtus, actus eius ſit proportionatus pecuniæ, pecunia aūt cadit ſub ratione bonorum utilium, quia omnia exteriora bona ad uſum hominis ſunt ordinata: unde actus proprius liberalitatis, eſt pecunia, uel diuitiis uti, & ad liberalem maximè pertinet dare. Nam acquiſitio pecunię magis aſſimilatur generationi, quā uſui: cuſtodia autem in quantum ordinatur ad facultatem utendi, aſſimilatur habitui: emiſſio autem alicuius rei quantum fit ad aliquid diſtantius tantū à maiori uirtute, ꝓcedit, ſicut patet in his, quæ proijciuntur; & ideo ex maiori uirtute procedit, quod aliquis emittat pecuniam dando eam aliis, quam expendendo eam circa ſe ipſum, proprium eſt autem uirtutis, ut præciſe tendat in id quod perfectius eſt, nam uirtus eſt perfectio quædam, ideo liberalis maxime laudatur ex datione. S. Thom. 2. 2. quæſt. 117. articu. 1. & ſequen. Vig. de uirt. iuſt. cap. 5. §. 14. S. Anton. in 4. par. Ti. 5. cap. 17. Nau. in Man. conf. cap. 23. numer. 7. Rayn. uer. liberalitas. c. 1. & ſeq.

Quæſt. LXX.

SEptuageſimo quæro, utrum liberalitas ſit pars iuſtitiæ? Reſpon. quod ſic, unde Ambr. lib. 1. c. 28. de offic. dicit iuſtitia ad ſocietatem generis humani refertur, ſocietatis enim ratio diuiditur in duas partes iuſtitiam, ſ. & beneficentiam, quam eādem liberalitatem, aut benignitatem vocant, ergo liberalitas ad iuſtitiam pertinet, non quidem quod ſit ſpecies iuſtitiæ, quia iuſtitia exhibet alteri quod eſt eius, liberalitas autem quod ſuum eſt, habet tamen quandam conuenientiam cum ea in duobus, primo quia principaliter eſt ad alterum, ſicut, & iuſtitia, ſecundo quia eſt circa res exteriores, ſicut iuſtitia. S. Thom. d. loco Art. 5.

Deinde conſiderandum eſt de epicheia, ſiue de æquitate.

Quæſt. LXXI.

SEptuageſimo primo quæro, vtrum epicheia, ſeu æquitas ſit virtus? Reſp. quod Ariſt. in 5. eth. c. 10. ponit eam virtutem, humani enim actus de quibus leges dantur, in ſingularibus contingentibus conſiſtunt

ftunt, quæ infinitis modis variari possunt, vnde non fuit possibile, aliquam regulam legis instituí, quæ in nullo casu deficeret. Sed legislatores attendunt ad id, quod in pluribus accidit, secundum hoc legem ferentes, quam tamen in aliquibus casibus seruare, est contra æqualitatem Iustitiæ, & contra com mune bonũ, quod lex intendit sicut lex instituit, quod deposita reddantur, quia hoc vt in pluribus iustum est, contingit tamen aliquando esse nociuum, si furioso dum est in furia, depositum reddatur, vel si aliquis reposcat depositum ad patriæ impugnationem: in his ergo, & similibus casibus malum est sequi legem positam, bonum autem est prætermissis verbis legis, sequi id quod poscit iustitiæ ratio, & communis vtilitas, & ad hoc ordinatur æquitas, quę dicitur pars iustitiæ, secundum Arist. in d. li. 5. c. 10. eth. & est iustitiæ pars subiectiua, quia legalis iustitia dirigitur secundum æquitatem, vnde æquitas est quasi superior regula humanorum actuũ. S. Th. 2. 2. q. 120. ar. 1. & 2. D. Sot. li. 1. q. 7. ar. 2. & seq. de iu. & iu. S. Ant. in 4. p. ti. 5. c. 19. Astens. p. t. li. 2. tit. 31. Armilla, & Tab. in ver. æquitas, dixi ego in opusculo 1. post trac. de Sepulturis & sup. q. 8. huius tit.

Deinde considerandum est de dono correspondente iustitiæ, scilicet de pietate.

Quæst. LXXII.

SEptuagesimo secundo quæro, vtrum pietas sit donum Spiritus sancti? Resp. quod sic Isa. 11. vbi ponitur inter dona, quæ sunt quædã habituales aiæ dispões, quib. est prõptę mobilis à Spiritusancto: inter cætera aũt mouet nos Spiritussanctus ad hoc quod affectũ quẽdã filialẽ habeamus ad Deũ, secũdũ illud ad Rom. 8. Accepistis Spiritũ sanctũ adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater, & quia ad pietatẽ propriẽ pertinet officiũ. & cultũ patri exhibere, cõsequẽs est, quod pietas, sm̃ q̃ cultũ, & officiũ exhibemus Deo, vt prĩ per instinctũ Spiritussancti sit Spiritussancti donũ, cui quidẽ rñdet beatitudo: Beati mites. Aug. lib. 1. c. 1. de serm. D. in monte, dicens quod pietas congruit mitib. in quantum s. per mãsuetudinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. S. Th. 2. 2. q. 121. ar. 1. & seq.

Quæst. LXXIII.

SEptuagesimo tertio quæro, vtrum præcepta decalogi sint præcepta iustitiæ? Resp. quod sic, quia iustitia sola vr̃ esse virtus, per q̃ ordinamur ad alterũ, sed per oĩa præcepta decalogi ordinamur ad alterũ, vt patet discurrenti per singula sup. q. 10. huius titu. ergo omnia præcepta decalogi, pertinent ad iustitiam. S. Thom. 2. 2. q. 122. Art. 1.

Consequenter post iustitiam considerandum est de fortitudine, & primo de ipsa virtute fortitudinis.

Secundo de partibus eius,

Tertio de dono ei correspondente.

Quarto de præceptis ad ipsam pertinentibus.

Circa fortitudinem aut consideranda sunt hæc.

Quæst. I.



PRIMO quæro, vtrũ fortitudo sit virtus? Resp. quod sic, quia vt inquit Arist. 2. eth. c. 6. virtus est, quæ bonũ facit habẽtẽ, & opus eius bonũ reddit, & hoc tripliciter contingit: vno mõ sm̃ quod ipsa rõ rectificat, quod fit per virtutes intellectuales. Alio mõ sm̃ quod ipsa rectitudo rõnis in reb. humanis instituitur, quod pertinet ad iustitiã, tertio mõ sm̃ quod tolluntur impedimẽta rectitudinis in reb. humanis ponendæ, dupliciter, aũt impeditur voluntas humana, ne rectitudinẽ rõnis sequatur, uno modo per hoc quod attrahitur ab aliquo delectabili, & hoc impedimentum tollit uirtus temperantiæ, alio mõ pp aliquod difficile, quod incũbit, & ad hoc impedimentũ tollendum requiritur fortitudo mentis, quæ s. difficultati resistat sicut homo per fortitudinem corporalẽ impedimenta corporalia superat, & repellit, vñ fortitudo est virtus in quantum facit hoiem sm̃ rationem, vnde ad fortitudinem mentis pertinet, quod infirmitatẽ carnis fortiter ferat, quod pertinet ad fortitudinem patientiæ, vel fortitudinis, & quod homo propriam infirmitatem recognoscat, quod pertinet ad perfectionem, quæ dr̃ humilitas. vñ Apo. Cor. 12. Virtus in infirmitate perficitur S. Th. 2. 2. q. 123. ar. 1. quæ quidẽ fortitudo dupliciter accipi põt, vno mõ sm̃ quod absolutẽ sigñat quandam aĩ firmitatẽ, & sm̃ hoc est gñalis virtus, vel potius conditio cuiuslibet virtutis, ad virtutẽ. n. requiritur firmiter, & immobiliter operari. Arist. 2. eth. c. 4. Alio mõ accipitur fortitudo, sm̃ quod importat firmitatem aĩ in sustinendis, & repellendis, his in quib. maximẽ difficile est firmitatem hr̃e, sm̃ aliquibus periculis grauib. vnde fortitudo dr̃ considerata periculorum susceptio, & laborũ pperssio sm̃ Tulliũ in 2. de inu. & sic fortitudo est spãlis uirtus materiã determinatã hñs, ut Greg. mora. li. 22. c. 1. connumerat eã alijs uirtutib. S. Tho. d. loco artic. 2.

Quæst. II.

SEcundo quæro, vtrũ fortitudo sit virtus? Resp. quod sic, quia uirtutes Cardinales sunt, q̃ præcipue sibi vendicant, id quod pertinet cõiter ad virtutes. Inter alias aũt cões virtutis condões, vna ponitur firmiter operari. Arist. 2. eth. c. 4. laudem aũt firmitatis potissimũ vẽdicat fortitudo. Tanto. n. magis laudat, qui firmiter stat, quãto hẽt grauius impellẽs ad cadendũ, vel ad retrocedendũ; impellit aũt hoiem ad discedẽdum ab eo, quod est sm̃ rationẽ, & bonũ delectãs, & malũ affligens, sed grauior impellit dolor corporis, q̃ voluptas, dicit. n. Aug. li. 83. in q. 36. nemo est, q nõ magis fugiat dolorẽ, q̃ affectet voluptatẽ, nãq; videmus immanissimas bestias à maximis voluptatib. exterreri dolorũ metu, & inter dolores aĩ & pericula, maxime timentur ea quæ ducunt ad mortẽ: cõtra q̃ firmiter stat fortis, vñ fortitudo est virtus Cardinalis. Greg. 22. mor. c. 1. S. Th. 2. 2. q. 123. art. 1. non tamen est maxima virtutum moralium, quoniam vt inquit Aug. in 6. de Trin. c. 8. in his, quæ non mole magna sunt, idem est esse maius

quod melius, vnde aliqua virtus maior est quanto melior, bonum autem rationis est hominis bonum Dion. in 4. de diu. nom. hoc autem bonum essentialiter habet quidem prudentiam, quæ est perfectio rationis. Iustitia autem est huius boni factiua, in quantum scilicet ad ipsam pertinet, ordinem rationis ponere in omnibus rebus humanis. Aliæ virtutes sunt conseruatiuæ huius boni, in quantum scilicet moderantur passiones ne abducant homines à bono rationis, & in ordine harum fortitudo tenet locum præcipuum, quia timor periculorum mortis maxime est efficax ad hoc, quod hominem facit recedere à bono rationis, postquam ordinant temperantiam, quia etiã delectationes tactus, maxime inter cætera impediunt bonum ratio. Id autem quod essentialiter dicitur, potius est eo quod dicitur effectiuè, & hoc etiam potius est eo quod dicitur conseruatiue, secundum remotionem impedimẽti, vnde inter virtutes cardinales, est potior prudentia, secũdo iustitia, tertio fortitudo, quarto tẽperãtia, post has cæteræ virtutes. S. Thom. d. loco art. 12. Astens. de virt. fort. p. 1. lib. 2. tit. 33. Vig. eod. tit. c. 6. §. 1.

Quæst. III.



ERTIO quæro, circa quæ fortitudo versetur? Resp. quod ipsa versatur circa timorem, & audaciam, quasi cohibitiua timorum, & audaciarum moderatiua Arist. in 4. eth. & versatur maxime circa pericula mortis, cum ea sit inter omnia mala corporalia maxime terribile, vt dicit Andronicus in lib. 3. c. 6. & Arist. in 3. eth. c. 6. dicit, quod ipsa maxime versatur circa mortem, quæ est in bello, in quantum scilicet defendit bonũ commune per iustum bellum, cuiuscumque tamen periculũ mortis potest homo subire propter virtutem, cum non refugit itinerari ad aliquod pium negotiũ prosequendum, propter timorem naufragij. cõsistit circa quęcunque quæ mortem inferunt. Arist. in 3. eth. c. 8. In operatione enim fortitudinis duo sunt consideranda, vnum quidem quantum ad electionem illius, & sic fortitudo nõ est circa repentina, eligit enim fortis præmeditata pericula, quæ possunt imminere, vt eis resistere possit, aut facilius ea ferre. vt Greg. in hom. 35. in euang. Iacula quæ præuidẽtur minus feriunt, & nos mala mundi facilius ferimus, si contra ea clipeo præsciẽtiæ præmunimur. Aliud vero considerandum est in opere fortitudinis, quantum ad manifestationem uirtuosi habitus, & sic fortitudo maxime est circa repentina, quia secundum Arist. in 3. ethic. c. 8. in repẽtinis periculis maxime manifestatur fortitudinis habitus. Habitus. n. agit in modũ naturæ, unde ꝙ aliquis absque præmeditatione faciat ea quæ sunt uirtutis, cum necessitas imminet propter repentina pericula hoc maxime manifestat quod sit fortitudo habitualis, in anima confirmata, potest autem aliquis, etiam qui habitu fortitudinis caret, ex diuturna præmeditatione animum suum contra pericula præparare, qua etiam præparatione fortis vtitur cum tempus adest. S. Tho. 2. 2. q. 123. art. 3. 4. 5. & 9. Rayn. in uer. fortitudo c. 2. & seq. S. Ant. 1. p. tit. 3. cap. 1.

Quæst. IIII.



VARTO quæro, utrum sustinere sit principalis actus fortitudinis? Resp. quod sic, secundum Arist. in 3. eth. capit. 9. fortitudo enim est magis circa timores reprimendos, quam circa audacias moderandas. Difficilius enim est timorem reprimere, quam audaciã moderari, ideo principalior actus fortitudinis, est sustinere, idest immobiliter sistere in periculis, quam aggredi, & hoc tripliciter. Primo quidem quia sustinere videtur aliquis ab aliquo fortiori inuadente; qui autem aggreditur, inuadit per modum fortioris, difficilius autem est pugnare cum fortiori, quam cum debiliori. Secundo, quia ille, qui sustinet, iam sentit pericula imminentia, ille autem qui aggreditur habet illa vt futura. Difficilius est autem non moueri à præsentibus, quã à futuris. Tertio quia sustinere importat diuturnitatẽ temporis, sed aggredi potest aliquis ex subito motu. Difficilius autẽ est diu manere immobilem, quam subitò motu moueri ad aliquod arduum, vnde Arist. in 3. eth. c. 8. quidam sunt præuolantes ante pericula, in ipsis autẽ discedunt. Fortes autẽ contrario se habent. S. Tho. 2. 2. q. 123. art. 6. Non tamẽ in suo actu fortis nihil delectabile videtur habere; idẽ Arist. in 3. eth. c. 9. & S. Tho. d. loco art. 7. cũ enim fortitudinis actus sit principaliter sustinere tristia, secundum animæ apprehensionem, quanquam secundum animam delectetur fortis fortitudinis actu, tristatur tamen magis secundũ tristitiam dolores corporis consequẽtem: Duplex enim est delectatio, vna quidẽ corporalis, ꝙ cõsequitur tactũ corporalẽ, alia autẽ animalis, quę consequitur apprehensionẽ animæ, & hæc proprie consequitur apprehensionẽ animæ, & hæc proprie consequitur opera virtutum, quia in eis cõsideratur bonũ rationis, principalis vero actus fortitudinis est sustinere aliqua tristia, secũdum apprehensionẽ animæ, puta quod homo amittat corporalẽ vitã, quam uirtuosus amat, non solũ inquantum est bonum naturale, sed etiam inquantum necessaria est ad opera virtutum, & quæ ad eam pertinent, & iterum sustinere aliqua dolorosa, secũdum tactum corporis, puta uulnera & flagella, & ideo fortis ex vna parte habet vnde delectetur, scilicet secũdũ delectationem animalium, scilicet de actu virtutis, & fine illius, ex alia parte habet vnde doleat, & animaliter dum considerat amissionem propriæ vitæ & corporaliter, vnde legitur, 2. Mach. 6. quod Eleazar dixit, duros corporis sustineo dolores, secundum animam vero propter timorem tuum, libẽter hæc patior, sensibilis autem dolor corporis, facit non sentiri animalem delectationem virtutis, nisi forte propter abũdantem Dei gratiam, quę fortius eleuet animam ad diuina in quibus delectatur, quã à corporalibus pęnis afficiatur, sicut Beatus Tiburtius, cum super carbones incensos nudis plãtis incederet, dixit, quod videbatur sibi super roseos Flores ambulare. Facit tamẽ virtus

forti-

fortitudinis, vt ratio non absorbeatur à corporalibus doloribus, tristitiam autem animalem superat delectatio virtutis, in quantum homo præfert bonum virtutis corporali vitæ, & quibuscumque ad eam pertinentibus, & ideo Aristo. in 3. eth. c. 3. dicit, quod à forti non requiritur, vt delectetur quasi delectationem sentiens, sed sufficit, quod non tristetur S. Tho. 2. 2. q. 123. art. 8. fortis autem iram moderatam assumit ad suum actum, non autem immoderatam, à Arist. in 3. ethi. c. 8. ita enim moderata secundum rationem subijcitur Imperio rationis, vnde cõsequens est, vt homo ea vtatur pro suo arbit. non autem si esset immoderata, nec assumit ratio iram ad suum actum, quasi auxilium ab eo accipiẽs, sed quia vtitur appetitu sensitiuo, vt instrumento sicut & membris corporis. Nec est inconueniens si instrumentum sit imperfectius principali agente, sicut martellus Fabro. S. Tho. di. loco art. 10. Concl. cum his Rayn. in ver. fortitudo c. 5. Ang. d. loco S. Ant. 4. par. 3. c. 2. §. Item Vig. tit. de fort. c. 6. §. 3.

Deinde considerandum est de Martyrio.

Quæst. V.

QVINTO quæro, quid sit martyrium? Resp. quod est voluntaria mortis perpessio propter fidem Christi, vel alium virtutis actum in Deum relatum. Vig. in tit. de fort. c. 6. §. 1. vers. 1. Martyr enim Græce, Latine dicitur quasi testis fidei Christianæ, per quam, visibilia pro inuisibilibus, contemnenda proponuntur; vnde Actor. 1. eritis mihi testes in Ierusalẽ & in omni Iudæa, & Samaria vsq; ad vltimum terræ, vnde ad perfectionẽ martyrij requiritur quod aliquis realiter mortem sustineat, quia quamdiu homo remanet in vita corporali, nõ ostẽdit opere se cuncta corporalia despicere apud homines, apud quos est testis.

Quæst. VI.

SEXTO quæro, quotuplex sit Martyrium? Resp. quod est triplex, scilicet voluntatis tantum vt sustinuit Io. euangelista, operis tantum vt sustinuerunt innocentes, volũtatis & operis, vt quod sustinuit. S. Stephanus & alij adulti. Martyrium autem largè sumptum, pro morte violenta est quadruplex: primum ex commissa iniquitate, tunc si doleat de peccato, saluatur sicut latro, secundo ex intensa cupiditate, vt cum quis occiditur in bello iniusto ex auaritia, vt Oreb, Zebee, qui dixerunt: Hæreditate possideamus sanctuariũ Dei Psal. 82. Tertio ex immensa cęcitate vt in infidelibus, & hæreticis, de quorum numero erant Prophetæ Balaal, qui coram Helia incidebant carnes suas lanceolis in honorem Baal. 3. reg. 18. Quartum est ex infusa charitate ad Hebr. 11. In occisione gladij mortui sunt, qui subito volant ad cælum, vnde iniuriam facit martyri qui orat pro eo c. cum Marthæ, de cel. miss. Prætorea dicitur triplex Martyrium sine sanguine, parcitas in vbertate, vt in Dauid, liberalitas in paupertate, vt in Tobia, castitas in iuuẽtute, vt in Ioseph, in Aegypto vnde martires sine ferro esse possumus, si patientiam in animo seruemus. S. Ant. in 1. p. tit. 3. c. 3.

Quæst. VII.

SEptimo quæro, vtrum Martyrium sit actus virtutis? Resp. quod sic; Præmium enim beatitudinis nõ debetur, nisi actui virtutis, debetur autem martyrio, secundum illud. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, ergo martyrium est virtutis actus. ad virtutem enim pertinet, quod homo in bono rationis conseruetur. Consistit autem bonum rationis in veritate, sicut in proprio obiecto & in iustitia sicut in proprio affectu; Pertinet autem ad rationem martyrij, vt aliquis firmiter stet in veritate, & in iustitia contra persequentem impetus, & est actus virtutis fortitudinis, ad eam enim pertinet vt confirmet hominem in bono virtutis, & maxime cõtra pericula mortis. Manifestum est autem quod in martyrio homo confirmatur in bono virtutis, dum fidem, & iustitiam non deserit propter imminentia pericula mortis, unde Cypr. in lib. 2. Epist. 8. O Beati martyres quibus uos laudibus prædicem? O milities fortissimi robur corporis uestri quo pręconio uotis explicem. S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 2. est etiam martyrium actus maxime perfectionis. Aug. enim in lib. de uirginitate c. 46: præfert martyrium uirginitati, quæ ad perfectionem pertinet, est enim maximæ charitatis signum, secundum illud Ioan. 15 Maiorem charitate nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. S. Tho. art. 3. Rayn. in c. Martyrium c. 2. & seq. Tab. nu. 3. Arm. nu. 1. Nau. Man. conf. c. 11. nu. 40.

Ad perfectionem tamen martyrij, requiritur mors: vnde Maximinus in quodam sermone pro martire, vincit pro fide moriendo, qui vinceretur sine fide viuendo, ut dixi supra in q. 5.

Quæst. VIII.

OCTAVO quęro utrũ sola fides sit causa martyrij? Resp. quod nõ, dicitur enim Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã, quod pertinet ad martyrium ut Glos. ibidem dicit ad iustitiam autẽ pertinet nõ solum fides, sed etiam aliæ uirtutes & consequenter non tantum fides, sed omnium uirtutum opera, inquantum referuntur in Deum, martyrij causa esse possunt. unde Beati Ioa. Bapt. martyrium in eccl. celebratur, qui non pro negãda fide, sed pro reprehensione adulterij mortem sustinuit, Christianus dicitur qui Christi est, dicitur autem aliquis esse Christi, nõ solũ ex eo quod habet fidẽ Christi, sed ẽt ex eo q̃ Spiritus Christi ad opera uirtuosa

procedit, secundum illud ad Rom. 8. si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius, vnde Martyres dicuntur quasi testes, qui. s. corporalibus suis passionibus usque ad mortẽ testimoniũ perhibent veritati, non cuique, sed veritati, quæ secundum pietatem est, quæ per Christum nobis innotuit, ideo martires Christi dicuntur quasi testes ipsius. S. Thom. 2.2.q.124.art.5. S. Ant. 1.p.tit. 3.c.3. Ioan. de turrecr. in c. Cathecumenorum num. 3. de cons. dist. 4. Martyrem igitur non facit pœna qualitercunque illata, sed legitima causa propter Christum illata: vnde si quis mortem patitur non vt homicida vel fur. vt dicitur. 1. Pet. 4. hic martyr est patitur autem quis mortem vt Christianus tripliciter. Primo si mortem tolerat pro confessione fidei Christi, quæ confessio fit per verba; Secundo qui mortem tolerat pro quocumque bono opere faciendo propter Christum. Tertio qui mortem patienter tolerat pro quocunque malo vitando propter Christum: Generaliter autem aliquis martyr. efficitur octo de causis. Primo pro Iustitia vt Abel. 2. pro lege seruanda vt Machabei. 3. pro salute populi, vt Christus 4. pro fide Christi, vt Stephanus 5. pro Christo vt innocentes. 6. pro defensione eccl. vt S. Thomas. 7. pro assertione veritatis, vt Isaias. Hyeremias. 8. pro obiurgatione peccati, vt Ioan. Bapt. Rayn. in ver. Martyrium. c. 3. S. Ant. 1. p. tit. 3. c. 3. Sylu. ver. Martyrium vbi Tab. nu. 1. & seq. & nota, quod homo non debet se sponte offerre ad martyrium, cum homo non debeat dare occasionem alteri iniuste agendi, sed si alius iniustè egerit, ipse moderate tolerare debet. S. Thom. d. loco articul. 1. ad tertium, & hoc modo martyrium dicitur de præcepto.

Deinde considerandum est, de partibus fortitudinis.

Quæst. IX.



NONO quæro vtrum conuenienter connumerentur partes fortitudinis? Resp. quod sic, est enim duplex fortitudinis actus, scilicet aggredi, & sustinere. Ad actum autem aggrediendi duo requiruntur, quorum primum pertinet ad animi præparationem, vt s. animum promptum habeat ad aggrediendũ, & quo ad hoc ponitur fiducia. Secundũ autem pertinet ad operis executionem, ne scilicet aliquis deficiat in exequutione illorum, quæ fiducialiter inchoauit, & inquantum ad hoc ponitur magnificentia. Hæc duo si coercentur ad propriam materiam fortitudinis. s. ad pericula mortis, erunt quasi partes integrales ipsius, sine quibus fortitudo esse non potest. Ad alium actum fortitudinis, qui est sustinere, duo requiruntur, quorum primum est, ne difficultate imminentium malorum, animus frangatur per tristitiam, & decidat à sua magnitudine, & quantum ad hoc ponitur patientia. Aliud est vt ex diuturna difficilium passione homo non fatigatur vsque ad hoc quod desistat iuxta illud Hebr. 12. non fatigamini animis vestris deficientes, & quantum ad hoc ponitur perseuerantia, quatuor igitur erunt fortitudinis partes integrales, quarum fiducia ac magnificentia ad actum eius aggrediendi, patientia verò & perseuerantia ad sustinendi actum spectant. S. Thom. 2.2.q.128. art. 1.

Deinde considerandum est, de singulis partibus fortitudinis, & Primo, de Magnanimitate quæ est loco fiduciæ.

Quæst. X.



DECIMO quæro, vtrum magnanimitas sit pars fortitudinis? Resp. quod sic, in quantum cõfirmat animum circa aliquod arduum. S. Thom. 2. 2.q. 129. art. 5. qui in art. 6. dicit fiduciam pertinere ad magnanimitatem, magnanimitas enim proprie est circa spem alicuius ardui, & quia fiducia importat quoddam robur spei proueniens ex aliqua consideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono assequendo; inde est quod fiducia ad magnanimitatem pertinet. Præterea quemad modum fiducia ad magnanimitatem pertinet, ita securitas, quæ importat animi quietem à timore ad fortitudinem spectat Vnde Tull. in 1. de offic. dicit, quod ad magnanimum pertinet neque perturbationi animi, neque homini neque fortunæ succumbere, in quo consistit animi securitas. S. Thom. 2.2.q. 129. artic. 7.

Quæst. XI.



VNDECIMO quæro vtrum magnanimitas sit virtus? Resp. quod sic, ad rationem enim virtutis humanæ pertinet vt in rebus humanis bonum rationis seruetur, quod est proprium hominis bonum. Inter cæteras autẽ res humanas exteriores honores præcipuum locum tenent, & ideo magnanimitas, quæ modum rationis ponit circa magnos honores, virtus est: vnde 2. Mach. 14. Nichanor. audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus habebant, laudabilia autem sunt virtutum opera. S. Thom. 2. 2.q. 129. art. 3. S. Ant. 1. p. tit. 3. c. 3. & est specialis virtus. Arist. in 2. Eth. c. 7. ad specialem autem virtutem pertinet, quod modum rationis, in aliqua determinata materia ponat; Magnanimitas autem ponit modũ rationis circa determinatam materiam. s. circa honores: Honor autem secundum se consideratus, est quoddam speciale bonum, & secundum hoc magnanimitas, secundum se considerata, est specialis virtus: sed quia honor est cuiuslibet virtutis præmium, ideo ex consequenti ratione suæ materiæ respicit omnes virtutes. S. Thom in d. loco artic. 4.

Quæst.

Quæst. X I I.

DVodecimo quæro, vtrum magnanimitas sit circa honores? Resp. quod magnanimitas cõsistit circa honores, vt magni vel ardui rationem habeat, quo videlicet magnanimus ea facere studet, quæ digna honore sunt. vnde Arist. in 4. eth. c. 3. dicit, quod magnanimitas est circa honores & inhonorationes, homines enim propter honorem consequendũ, & uituperium vitãdum, alia omnia postponunt. S. Thom. 2. 2. q. 129. artic. 1. propriè tamen de sui ratione magnanimitas habet, quod sit circa magnum honorem, Arist. in 2. eth. c. 7. ad hoc enim tendit magnanimus, quo sit magno honore dignũ S. Thom. d. loco art. 2. conferunt autem ad magnanimitatem multum bona fortunæ saltem organice quia per diuitias, & potentias & amicos datur nobis facultas operandi. S. Thom. d. loco art. 8. & quia his mediantis, à multitudine homini honor exhibetur nã multitudo maxima reputat exteriora bona S. Thom. d. art. 8. Arist. in 4. eth. c. 3.

Quæst. X I I I.

DEcimotertio quæro, quot conditiones requirantur in magnanimo? Resp. decem. Prima, quod motus eius sit lẽtus & tardus, eo quod solum tendit ad magna, quæ pauca sunt, velocitas enim prouenit ex eo, quod homo ad multa intendit, quæ explere festinat. Secundo quod habeat vocem grauem. Tertio quod stabiliter loquatur non velociter. Quarto quod non sit illi delectabile accipere beneficia nisi cum animo maiora recompensandi. Quinto quod non se ingerat rebus quibuscunque sed magnis tantum. Sexto vt sit magnus ad eos, qui in aliqua dignitate sunt, ad medios autem moderatus. Septimo vt conuiuat magnis & paruis secundum quod oportet, non tamẽ familiariter nisi cum magnis. Octauo ut proponat honesta vtilibus. Nono vt vix nullo indigeat. Decimo vt habeat bona fortunæ. Vig. de virt. fortit. c. 6. §. 3. vers. 1.

Deinde considerandum est de magnificentia.

Quæst. X I I I I

DEcimoquarto quæro, vtrum magnificentia sit pars fortitudinis? Resp. quod magnificentia secundum quod est specialis virtus, non potest poni pars subiectiua fortitudinis, quia non conuenit cum ea in materia, sed ponitur pars eius in quãtum adiungitur ei, sicut virtus secundaria principali. Ad hoc autem quod aliqua virtus adiũgatur alicui principali duo requiruntur, quorum vnum est vt secundaria conueniat cum principali, aliud est ut in aliquo excedatur ab ea. Magnificentia autem conuenit cum fortitudine in hoc, quod sicut fortitudo tẽdit in aliquod arduum & difficile, ita etiam & magnificentia, vnde etiam videtur esse in irascibili sicut & fortitudo. Sed magnificentia deficit a fortitudine in hoc, quod illud arduum in quod tendit fortitudo habet difficultatem propter periculum quod imminet personæ. Arduum autem, in quod tendit magnificentia, habet difficultatem propter dispendium rerum, quod est multo minus, quam periculum personæ, & ideo magnificentia ponitur pars fortitudinis. S. Thom. 2. 2. quæstione 134. articul. 4.

Quæst. X V.

DEcimoquinto quæro, vtrum magnificentia sit virtus? Resp. quod sic, humana enim virtus est participatio quædam virtutis diuinæ; sed magnificentia pertinet ad virtutem diuinam. Secundum illud Psal. 67. Magnificentia eius, & uirtus eius in nubibus, ergo magnificentia est uirtus, & est uirtus specialis, qua quidpiam homines magnum, preciosum, ac laude & honore dignum faciũt. Arist. in 2. eth. c. 7. S. Thom. 2. 2. q. 134. art. 1. & seq. Perald. in summa uirt. uol. 1. p. 10. Vig. de uirt. fort. c. 6. Astẽs. par. 1. lib. 2. tit. 37. Magnificentia autem pertinet ad aliquod magnum opus faciendum, quod nisi cum magnis expensis non potest fieri: vnde ad magnificentiam pertinet magnos sumptus facere, ad hoc quod opus magnum conuenienter fiat. Arist. in 4. eth. c. 2. S. Thom. d. loco art. 3.

Deinde considerandum est de Patientia.

Quæst. X V I.

DEcimosexto quæro, utrum patientia sit pars fortitudinis? Resp. quod sic, quoniam ad patientiam pertinet, aliena mala æquanimiter perpeti, in malis autem, quæ ab alijs inferuntur, præcipua sunt, & difficillima ad sustinendum illa, quæ pertinent ad pericula mortis, circa quæ est fortitudo, ideo patientia est pars fortitudinis. S. Thom. 2. 2. q. 136. art. 4. & differt a longanimitate, secundum illud gl. ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnitis, dicit glos. uidetur longanimitas à patientia differre, quia qui infirmitate magis quam proposito delinquunt, sustentari per longaminitatẽ dicuntur, qui vero pertinaci mente exultant in delictis suis, ferri patienter dicendi sunt. S. Thom. d. loco art. 5.

Quæst. X V I I.

DEcimoseptimo quæro, utrum patientia sit uirtus? Resp. quod patientia est uirtus, qua bonũ rationis conseruatur contra tristitiam, ne ei succũbat: unde Aug. in lib. de patientia c. 1. uirtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum Dei donũ est, ut etiam ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prędicetur, uirtutes enim morales ordinantur ad bonum, in quantum conseruant bonum rationis contra impetus passionum. Inter alias autem passiones tristitia efficax est, ad impediendum bonum rationis, secundum illud. 2. Cor. 7. seculi tristitia mor-

tem operatur, & eccl. 30. Multos occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa, unde neceſſe eſt habere aliquam virtutem, per quam bonum rationis conſeruetur contra triſtitiam, ne ſcilicet ratio triſtitiæ ſuccumbat, hoc autem facit patientia; Vnde Aug. in lib. de patientia c. 2. patientia hominis eſt qua mala æquo animo toleramus, ideſt ſine perturbatione triſtitiæ, ne iniquo animo bona deſeramus per quæ ad meliora perueniamus, vnde manifeſtum eſt patientiam eſſe virtutem, quæ tamen haberi non poteſt ſine gratia, quatenus. ſ. eſt virtus à charitate cauſata, vnde pſalm. 61. Ab ipſo ſcilicet Deo patientia mea, quod enim aliquis præferat bonum gratiæ omnibus naturalibus bonis, ex quorum amiſsione poteſt dolor cauſari pertinet ad charitatem, quæ diligit Deum super omnia; vnde manifeſtum eſt, quod patientia ſecundum quod eſt virtus à charitate cauſatur, vt 1. Cor. 13. charitas patiens eſt, manifeſtum eſt autem, quod charitas non poteſt haberi niſi per gratiam, ſecundũ illud Rom. 15. charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. S. Thom. 2.2. q. 136. art. 1. & 3. Perald. in 1. vol. p. 6. c. 1. in tit. de fortit. S. Ant. in 1. p. tit. 3. c. 7. Vig. de virt. fort. c. 6. §. 6. Aſtenſ. 1. p. lib. 2. tit. 38. Rayn. Sylu. Tab. Aug. in ver. patientia.

Quæſt. XVIII.

DEcimooctauo quæro, quibus remedijs vti poſsimus ad hoc, vt dici poſsimus patientes? Reſp. pluribus: primum autem remedium eſt exemplum paſsionis Chriſti. 1. pet. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, ſecundum remedium eſt ſeruatio ſcripturarum, in quibus mirifica facta ſanctorum cum patientia ſignificatur, vt de Tobia, Iob, & alijs. vnde ad Rom. 15. Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Tertium eſt conſideratio malorum factorum, vnde Fratres Ioſeph dixerunt, merito hæc patimur, quia peccauimus in Fratrem noſtrum Gen. 42. D. Quartum eſt conſiderare, quod tribulatio pronenit ex benegnitate Dei, vnde Io. Apoc. 3. ego quos amo corrigo & caſtigo, Quintum eſt conſideratio neceſsitatis patiendi propter regulam rationis propriæ, per quam homo debet ſuos motus compeſcere, & infra proprios limites ſe tenere, cum debeat bonum rationis præponderare omnibus bonis extrinſecis, & quia aliter ad regnum cęlorum peruenire non poteſt, vnde dicitur Act. Apoſt. 14. per multas tribulationes, oportet intrare in regnum cælorum; ſextum eſt conſiderare fructus, qui ex tribulatione percipiuntur, vnde dicitur eccleſ. 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. S. Ant. Perald. d. d. locis.

Deinde conſiderandum eſt de perſeuerantia.

Quæſt. XIX.

DEcimonono quæro, vtrum perſeuerantia ſit pars fortitudinis? Reſp. quod perſeuerantia adiungitur fortitudini, ſicut virtus ſecundaria principali, eſt enim quædam ſpecialis virtus ad quam pertinet in his, vel in alijs virtuoſis operibus diuturnitatem ſuſtinere, prout neceſſe eſt. S. Thom. 2.2. q. 137. per tot. & ſeq. Tab. in ver. perſeuerantia Perald. in 1. vol. p. 6. in tit. de fortit. S. Ant. in 3. p. tit. 4. cap. 8. Vig. de virt. fort. c. 6. §. 7. vbi dicit, quod perſeuerantia capitur tribus modis. Primo pro dono Spiritus Sancti, actualiter aſsiſtentis, confirmantis, conſeruantis, & determinantis eos in bonum vſq; ad finẽ. Secundo pro habitu perſeuerantiæ infuſo quæ eſt connexa gratiæ, ſicut & cæteræ virtutes morales infuſæ. Tertio pro virtute morali acquiſita, qua quis eligit perſiſtere in quocumque bono difficili vſque ad finem operis virtuoſi, & dicitur pars fortitudinis, quia conuenit cum ea, cum verſetur circa arduum & difficile, ſicut fortitudo, deficit autem ab ea, quia fortitudo verſatur circa pericula mortis, perſeuerantia autem circa quodcumq; bonum cuiuſlibet virtutis, ſi verò determinabitur ad pericula mortis, erit pars integralis fortitudinis, quæ licet conueniat cum conſtantia in fine, tum ad vtrumque pertineat firmiter perſiſtere in aliquo bono: Differunt tamen ſecundum ea, quæ difficultatem afferunt ad perſiſtendum in bono. Nam virtus perſeuerantiæ propriè facit firmiter perſiſtere in bono cõtra difficultatem, quæ prouenit ex ipſa diuturnitate actus: conſtantia autem facit firmiter perſiſtere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuſcumque alijs exterioribus impedimentis.

Quæſt. XX.

VIgeſimo quęro vtrum perſeuerantia indigeat auxilio gratiæ? Reſpon. quod ſic; cum enim perſeuerantia capiatur dupliciter: vno modo pro ipſo habitu perſeuerantiæ, ſecundum quod eſt virtus, & hoc modo indiget homo dono habitualis gratiæ, ſicut & cæteræ virtutes infuſæ. Alio modo pro actu perſeuerantiæ, durante vſque ad mortem, & ſecundum hoc non indiget ſolum gratia habituali; ſed etiam gratuito Dei auxilio cooſeruantis hominem in bono vſque ad finem vitæ, vnde Aug. in lib. de perſeuerantia. c. 1. Aſſerimus donum Dei eſſe perſeuerantiam, qua vſque ad finem perſeueratur in Chriſto S. Thom. 2.2. q. 137. art. 4.

Deinde conſiderandum eſt, de dono quod reſpondet fortitudini, quod eſt fortitudinis donum.

Quæst. XXI.

VIGESIMOPRIMO quæro, vtrum fortitudo, qua homo persistit in quocunque inchoato opere, vsque ad vitæ finem, & quævis pericula imminentia euadit, donum est Spiritus Sancti: vnde Isai. 11. fortitudo inter dona Spiritus Sancti computatur, cui respondet beatitudo: videlicet Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Secundum Aug. de Serm. Domini in monte c. 9. dicentē, forti tudo congruit esurientibus, laborant enim desiderantes gaudium, de viris bonis amorem à terrenis auertere cupientes, est autem hæc conuenientia, quia fortitudo consistit in arduis; est autem valde arduum, quod aliquis non solum opera virtuosa faciat, quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat ea cum insatiabili quodam desiderio, quod potest significari per famem & sitim iustitiæ. S. Thom. 2.2. q. 139. art. 1. & seq.

Quæst. XXII.

VIGESIMOSECVNDO quæro, vtrū fortitudo sit de præcepto? Resp. q. sic, ne homo ob corporis pericula à Dei cultu auertere tur, vnde Deut. 20. non formidetis eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit. & non solum fortitudo, sed etiam partes illius sunt de præcepto, quia lex diuina perfectè informat hominem de his, quæ sunt necessaria ad rectè viuendum. Indiget autem homo ad rectè viuendum, non solum virtutibus principalibus, sed etiam virtutibus secundarijs, & adiunctis, & ideo in lege diuina, sicut dantur conuenientia præcepta de actibus virtutum principalium, ita etiam dantur conuenientia præcepta, de actibus secundariarum virtutum, & adiunctarum. S. Thom. 2.2. q. 149. art. 1. & seq.

Quæst. XXIII.

VIGESIMOTERTIO & vlti. quæro quæ iuuent ad fortitudinem consequendam? Resp. plura, & primo admonitio scripturæ Ios. 1. confortare & esto robustus, & Tob. 4. forti animo esto. & Prou. vlt. fortitudo, & decor indumentum eius, & Luc. 11. cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt cuncta, quæ possidet, & prou. 12. Manus fortium dominabitur. Secundo ad eam maxime adiuuat fides 2. Paral. 15. Confortamini, & non dissoluentur manus vestræ. Tertio adiuuat spes. Esaiæ 30. In silentio & spe erit fortitudo vestra, spes enim efficit fortem ad Phil. 4. omnia possum in eo qui me confortat; Quarto charitas: Prou. 18. Frater qui adiuuatur à Fratre, quasi ciuitas firma; Quinto sapientia prou. 24. vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus; Sexto eleemosina prou. 27. Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera. septimo oratio, cum leuaret manus Moyses vincebat Exod. 17. Perald. tit. de fort. p. 4.

De Temperantia.

Consequenter considerandum est, de temperantia & primo quidem de ipsa temperantia. Secundo de partibus eius. Tertio de præceptis ipsius.

Quæst. I.



PRIMO quærēdum est, vtrum temperantia sit virtus? Resp. quod sic: de ratione enim virtutis est, vt inclinet hominem ad bonum. S. Thom. 1.2. q. 55. artic. 3. bonum autem hominis est secundū rationē esse. Dion. in 4. de diu. nom. & ideo virtus humana est quæ inclinet ad id, quod est secundum rationem, maxime autem ad hoc inclinat temperantia. Nam in eius nomine, importatur quædam moderatio seu temperies, quam ratio facit, & ea est virtus, quæ temperantia nominatur. Aug. in 6. lib. Musicæ. c. 15. quæ dupliciter capitur, vno modo secundum communitatem suæ significationis, & tunc est virtus generalis, nam ipsa significat quandam temperiem, idest moderationem quàm ratio ponit in humanis operationibus, & passionibus, quod est commune in omni virtute morali. Alio modo consideratur temperantia, secundum quod refrenat appetitum ab his, quæ maxime alliciunt hominem, est specialis virtus habens specialem materiam. S. Thom. 2.2. q. 141. art. 1. & seq. quæ dicitur virtus cardinalis secundum Greg. in 2. Moral. c. 36. virtus enim cardinalis dicitur, quæ principalius laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis. Moderatio autem quæ in omni virtute requiritur, præcipue laudabilis est in delectationibus tactus, circa quæ est temperantia, tum quia tales delectationes sunt magis nobis naturales, & ideo difficilius est ab eis abstinere, & cōcupiscentias earum refrenare, tum etiam quia earum obiecta magis sunt necessaria præsenti vitæ, ideo temperantia ponitur virtus cardinalis, non tamen est maxima omnium virtutum, quia vt dicit Arist. in 1. Rhetor. c. 9. maximæ virtutes sunt, quæ alijs maxime sunt vtiles: & propter hoc fortes, & iustos maxime honoramus, bonum enim multitudinis diuinius est, quam bonū vnius: & ideo quanto aliqua virtus magis pertinent ad bonum multitudinis, tanto melior est: Iustia autem & fortitudo magis pertinent ad bonnm fortitudinis, quam temperantia; quia iustitia consistit in communicationibus, quæ sunt ad alterum, fortitudo in periculis bellorum quæ sustinentur pro salute communi. Temperantia autem moderatur solum concupiscentias, & delectationes eorum, quæ pertinent ad ipsum hominem, vnde manifestum est, quod iustitia, & fortitudo sunt excellētiores virtutes, quam temperantia, quibus virtutes Theologicæ & prudentia

dentia sunt potiores. S. Tho.2.2.q.141.art.7.& 8. S.Ant.in 1.p. tit.4.c.1.Vig. de virtute temperantiæ, c.7 Astens.1.p lib.2.tit. 40.Perald. in 1.vol. tract. c.1.Turrecr.c.liberalem nu.4.Dist. 86.

Quæst. II.



SECUNDO quæro, circa, quæ versetur temperantia? Resp. quod temperantia est virtus circa concupiscentias, & delectationes, vt earum moderatiua consistens, & est proprie circa concupiscentias, & delectationes tactus. Secundum Arist.in 3.eth.c.10. delectatio enim consequitur operationem naturalem, & tanto est vehementior, quanto cõsequitur operationes magis naturales: Maxime autem naturales animalibus sunt operationes, quibus conseruatur natura indiuidui per cibum, & potum, & natura speciei per coniunctionem maris, & fœminæ, & ideo circa istorum delectationes est proprie temperantia, huiusmodi autẽ delectationes consequuntur sensum tactus, vnde relinquitur, quod temperantia sit circa delectationes tactus, quia tamen gustus propinquior est tactui, quam alij sensus, ideo temperantia magis est circa gustum, quam circa alios sensus. S. Tho.2.2. q.141.art.3.4. & 5.

Quæst. III.



TERTIO quæro, quæ regula dari posit circa temperantiam? Resp. quod circa ipsam certa reg. dari nequit: ipsa enim est circa actus humanos, qui cum sint in particulares, & particularia sint infinita fere, & varia ac mutabilia, ideo nõ potest certa regula dari, quod enim multum esset pigmeo, parũ esset Miloni giganti, & quod parum est sano, multum esset infirmo; Reg. tamen generalis constitui potest ex fine, finis enim est regula eorum, quæ sunt ad finem, finis temperati debet esse beatitudo, ad quam omnes actus finaliter debent terminari, vnde quicquid in delectabilibus fit contra hunc finem, est cõtra principalem regulam temperantiæ, & per consequens peccatum, vnde nunquam propter delectationes prætermittenda sunt ea, quæ ad salutem animæ pertinent, vt sunt præcepta Dei, naturæ, & ecclesiæ, & superiorum vnde Arist.in 3.eth.c.11.dicit, quod in delectationibus, quibus temperatus vtitur, non solum considerat, vt nõ sint impeditiua sanitatis, & bonæ habitudinis corporalis, sed etiam vt non sint præter bonum, i.e. contra honestatem, & quod non sint supra substantiam. i.supra facultatem diuitiarum, & Aug. de moribus ecc. c. 21. Temperatus respicit non solum necessitatem huius vitæ, sed etiam officiorum.S.Thom.2.2.q.141.art.6. Vig.de virt.temperantiæ c.7.§. 1.

Quæst. IIII.



QVARTO quæro, quæ faciant ad commendationẽ temperantiæ? Resp. plura. Primo ipsa homini honorem suum custodit.Gen.4.sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius; Secundo hominem Spiritualiter circumcidit Iere.4. Circumcidimini Domino, & auferte præputium cordium vestrorum. Tertio familiarem Deo reddit. sap.6. Incorruptio facit proximum Deo, vnde ad Rom.8.qui in carne sunt, Deo placere non possunt, quarto quia intemperantia facit gaudere Diabolum eccl. 18. si enim præstes animæ tuæ concupiscentias, facies gaudium inimicis tuis; Quinto ipsa est stola prima Leu. 16. proferte cito stolã primam & Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & 1.Cor. 15. qualis cœlestis, tales & cœlestes. sextò vas corporis sincerum custodit. 1. Thes.4. sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore: Perald. 1. vol.3.p.tract.3. c. 4.

Quæst. V.



QVINTO quæro, quot sint partes temperantiæ, quibus ipsa integratur, & constituitur? Resp. Plures. prima est abstinẽtia, nam subtractio ciborum secundum regulam rationis, quam abstinentia in suo significatu importat, est ipsius temperãtiæ pars integralis, ita vt si quis sibi detrahit cibum pro vt ratio dictat, efficitur temperatus. S. Thom. 2. 2.q. 146. art. 1. Secunda est continentia, quæ est virtus refrenans concupiscentias delectationum tactus. S. Tho.2.2.q.145.art.2.& seq. Tertia est verecundia per quam aliquis fugit turpitudinem intemperantiæ. S. Thom.2.2.q.144.art.1. Quarta est pudicitia, quia ipsa effugit illa, de quibus homines magis verecundantur, puta delectationes, quæ sunt in aspectibus, osculis, tactibus, & amplexibus, eo quod tales turpitudinem habent. S.Tho.2.2.q.151. art.4. Quinta est modestia, ad quam pertinet moderari delectationes tactus, quas difficillimum est moderari, temperantia autẽ moderatur huiusmodi delectationes. S. Thom. 2. 2. q. 160. art. 1. Sexta est clementia vel mansuetudo, ita tamen quod clementia est moderatiua exterioris punctionis; Mansuetudo autem moderatiua, & diminutiua & mitigatiua interioris passionis, scilicet iræ in vindictam tangentis, siue tendentis.S. Thom.2.2.q.143.art.1. & q.157. art.1. Septima pars est castitas, per quam concupiscentia castigatur, quæ est ad modum pueri refrenanda, & castiganda, vnde omnis castus est temperatus. S.Thom.2.2.q.141.art.1. Octauo honestas, est pars temperantiæ, quia honestas id, quod homini turpissimum, & indecentissimum est, scilicet brutales delectationes repellit, ita quod omnis honestus est temperatus. S.Thom.2.2.q.145.art.4.

Nona

Nona est sobrietas, cuius ratio est, quia cum omnis potus sua fumositate bonum iudiciũ rationis posset impedire, sorbendo eam per immoderantiam delectationis, ideo oportet, quod sit specialis virtus pars temperantiæ. i. ipsa sobrietas. vnde omnis sobrius est temperatus. S. Thom. 2. 2. q. 149. artic. 2. Decima est parcitas, quæ moderatur bona exteriora; vt superflua non quærantur, ita temperantia superfluas delectationes, & illicitas moderatur, ita. omnis parcus dicitur temperatus. S. Thom. 2. 2. q. 143. art. 1. Rayn. in uer. Temperantia c. 2.

Deinde considerandum est, de partibus temperantiæ in speciali, & primo de partibus quasi integralibus, quæ sunt verecundia, & honestas.

Quæst. VI.



EXTO quæro, vtrum verecundia sit virtus? Resp. quod non, secundum philosophum in 2. eth. c. 4. Virtus tamen dupliciter capi potest, proprie. s. & communiter, proprie quidem virtus perfectio quædam est, vt in 7. Phis. textu 17. vnde omne id, quod repugnat perfectioni, etiam si sit bonum, deficit à ratione virtutis. Verecundia autem repugnat perfectioni: est enim timor alicuius turpis, quod scilicet est exprobrabile. vnde Damasc. lib. 2. c. 15. dicit, quod verecundia est timor de turpi actu, sicut autem spes est de bono possibili, & arduo, ita & timor est de malo possibili, & arduo, ille autem qui est perfectus secundum habitum virtutis, non apprehendit aliquid exprobrabile, & turpe ad faciendum vt possibile, & arduum, idest difficile ad vitandum, neque etiam actu facit aliquid turpe, vnde opproprium timeat, vnde verecundia proprie loquendo non est virtus; deficit enim à perfectione virtutis; communiter autem dicitur virtus omne, quod est bonum, & laudabile in humanis actibus, vel passionibus, & secundum hoc quandoque verecundia dicitur virtus; cum sit quædam laudabilis passio S. Thom. 2. 2. q. 144. art. 1. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 1. §. 3. Vig. de virt. temperantiæ. §. 2. ver. 1. Respicit autem verecundia culpam dupliciter, vno modo, vt aliquis desinat vitiosa agere propter timorem vituperij. Alio modo, vt homo in turpibus, quæ agit, vitet conspectus publicos, propter timorem vituperij, quorum primum pertinet ad erubescẽtiam, secundum ad verecundiam, vnde Greg. Nic in libr. quarto, de creat. hom. capitu. 14. dicit, qui verecundatur occultat se in his, quæ agit; qui vero erubescit, timet incidere in gloriationem hæc S. Thom. d. loco articul. 2.

Quæst. VII.



EPTIMO quæro, vtrum homo magis verecundetur à personis coniunctis, quam alijs? Resp. quod sic, dicit enim Arist. in 2. Rhet. c. 6. quod eos, qui semper aderũt homines magis erubescũt, ratio est, quia ipsi facta nostra magis cognoscunt. A peregrinis autem & omnino ignotis, ad quos facta nostra non perueniunt, nullo modo verecundamur, neque à pueris, & ab his propter defectum recti iudicij, qui est in eis; Item homines magis desiderant honorari, ab his, qui possunt eos iuuare, & magis verecundantur ab his, qui possunt nocere, vnde magis verecundantur à personis coniunctis, cum quibus semper sunt conuersaturi, quasi ex hoc nobis perpetuum proueniat detrimentum, idem ab his à quibus magna speramus, secus ab alijs. S. Tho. d. loco art. 3. S. Ant. 1. p. tit. 3. c. 1. §. 4.

Quæst. VIII.



OCTAVO quæro, vtrum in virtuosis hominibus, possit esse verecundia? Resp. quod non, secundum Arist. in 4. eth. c. vlt. verecundia enim est timor alicuius turpitudinis, quod autem aliquod malum non timeatur, potest dupliciter contingere. Vno modo quia non æstimatur, vt malum. Alio modo quia non æstimatur, vt possibile, vel difficile uitari: & secundum hoc uerecundia deficit in aliquo dupliciter, vno modo quia ea, quæ sunt erubescibilia non apprehenduntur, ut turpia, & hoc modo carent uerecundia homines in peccatis profundati, quibus sua peccata non displicent, sed magis de illis gloriantur sicut illud Ierem. 3. frons mulieris meretricis facta est tibi, nescisti erubescere: Alio modo quia non apprehendunt turpitudinem, ut possibilem sibi, uel quasi non facile uitabilem, & hoc modo senes, & uirtuosi uerecundia carent: sunt tamen sic dispositi, ut si in eis esset aliquid turpe, de hoc uerecundarentur, un de Aristot. in 4. eth. capit. ultim. dicit, quod uerecundia est ex suppositione studiosi, & licet sit pars temperantiæ, non tamen est pars eius quasi intrans essentiam, sed quasi dispositiue se habens ad ipsam, unde Ambr. in 1. de offic. cap. 43. dicit, quod uerecundia iacit prima temperantiæ fundamenta, in quantum, scilicet incurrit horrorem turpitudinis. S. Thom. d. loco art. 4 S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 1. §. 5. Rayn. in uer. uerecundia c. 1. & seq.

Deinde considerandum est, de honestate.

Quest. *VIIII.*



ONO quæro, vtrum honestas sit pars temperantiæ? Respond. quod sic, honestas enim est quædam spiritualis pulcritudo: pulcro autem opponitur turpe, opposita autem maxime se inuicem manifestant; & ideo ad temperantiam specialiter honestas pertinere videtur, quæ id quod est homini turpissimum, & indecentissimum repellit, scilicet brutales voluptates, vnde & ipso nomine temperantiæ maxime intelligitur bonum rationis, cuius est moderari, & temperare concupiscentias prauas: sic ergo honestas, prout speciali quadam ratione temperantiæ attribuitur, ponitur, pars eius, non quidem subiectiua, vel sicut virtus adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut quædam eius conditio. S. Th. 2.2.q.145.art.4. Rayn. ver. honestas. S. Ant. 1.p.tit. 4.c.1.§.8. Vig. de virt. temperantiæ, c.7.§.2. ver. 2. Differt autē honestum ab vtili & delectabili, quoniam omne honestum est delectabile, non tamen omne delectabile est honestum, quia potest esse aliquod conueniens secundum sensum, & non secundum rationem, honestum enim dicitur, secundum quod aliquid habet quandam excellētiam dignam honore, propter spiritualem pulchritudinem; Delectabile autem in quantum quietat appetitum; Vtile autem inquantum refertur ad aliud. In pluribus autem est delectabile quā vtile, & honestum, quia omne vtile & honestum, est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur, vt dicitur in 2. ethic. c. 3. S. Thom. 2.2.q.145. art.3. S. Ant. 1.p.tit.4.c.1, §. 10. est tamen idem honestum atque decorum. Pulchritudo enim spiritualis in hoc consistit, quod conuersatio hominis, siue actio eius, sit bene proportionata secundum spiritualem rationis charitatem, quod quidem pertinet ad rationem honesti, vnde Aug. dicit in lib. 83.q. in q. 30. Honestum vero intelligibilem pulchritudinem, quam spiritualem nos proprie dicimus, & postea subdit, quod multa sunt pulchra visibilia, quæ minus proprie honesta appellantur. S. Tho. d. loco art. 2. & 3. S. Ant. §. 9.

Quest. *X.*



ECIMO quæro, vtrum honestum sit idem virtuti? Resp. quod sic; dicitur enim honestum, quasi honoris status. Isid. lib. 10. ethim. c.9. Vnde ex hoc videtur aliquid dici honestum, quod est honore dignum, honor autem excellētiæ debetur: excellentia autem hominis maxime consideratur secundum virtutem, quæ est dispositio perfecti vt in 7. phis. tex. 17. & ideo honestum proprie loquendo idem refertur cum virtute. S. Thom. 2.2.q.145. art.1. S. Ant. 1.p.tit.4.§.8. Vig. de virt. tēp. c.7.§.2. ver. 2. Ray. Sylu. Tab. Ang. & alij in ver. honestas.

Deinde considerandum est, de partibus subiectiuis temperantiæ, & primo de his, quæ sunt circa delectationes ciborum. Secundo de his, quæ sunt circa delectationes venereorum.

Circa primum considerandum est, de abstinentia, quæ est circa cibos, & potus, & de sobrietate, quæ est specialiter circa potum.


Quest. *XI.*



Ndecimo quæro, vtrum abstinentia sit virtus? Resp. quod sic, ipsa enim importat subtractionem ciborum, quæ si ratione reguletur, vt fiat secundum debitas circumstantias, & consistat in medio secundum rationem, vt videlicet vtatur cibis, secundum quod exigit sanitas, & bona valetudo corporis secundum congruentiam personæ, status, conuenientiam facultatum, & secundum honestatem, vnde 2. Pet. 1. Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam. S. Thom. 2.2.q.146. art. 1. Tab. in ver. abstinentia & Rayn. in d. loco cap. 1. Astens. p. 1. lib. 2. tit. 42. Vig. de virt. temper. cap. 7. §. 3. ver. 1. Non obst. quod non sit regnum Dei esca & potus, vt dicitur ad Roman. 15. Nam Respond. quod abstinentia secundum se considerata, non pertinet ad Regnum Dei secundum illud 1. Cor. 1. esca nos non commendat Deo. Neque enim si non manducauerimus deficiamus, neque si manducauerimus abundabimus, scilicet Spiritualiter. Vtrumque autem horum, secundum quod fit rationabiliter ex fide & dilectione Dei, pertinet ad regnum Dei, & consequenter est virtus, & est virtus specialis. S. Thom. d. loco art. 2.

Deinde considerandum est de ieiunio.

Quest. *XII.*



Vodecimo quæro, vtrum ieiunium sit actus virtutis? ex hoc enim aliquis actus est virtuosus, quod per rationem ordinatur ad aliquod bonum honestum. Hoc autem conuenit Ieiunio, assumitur enim principaliter ad tria. Primo ad concupiscentias carnis reprimendas. Vnde 2. Cor. 6. In ieiunijs multis, in scientia, in castitate, quia per ieiunia castitas conseruatur, secundo vt mens

vt mens liberius eleuetur ad sublimia contemplanda, vnde Dan. 10. post ieiunium reuelationem accepit à Deo; Tertio ad satisfaciendum pro peccatis, vnde Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, & fletu & planctu; nou obst. quod ieiunium conueniat omnibus, & bonis, & malis, cum quilibet antequam comedat sit ieiuous, & con sequenter non videtur actus virtutis; Nam Resp. quod illud dicitur ieiunium naturæ, quod consistit in pura negatione, hoc autem fit ex rationabili proposito, aliqualiter à cibis abstinendo, vnde primum dicitur ieiunium ieiunij, hoc autem ieiunium ieiunantis, quasi ex proposito aliquid agentis, vnde patet, quod sit actus virtutis, & præsertim abstinentiæ; eadem enim est materia habitus, & actus, vnde omnis actus virtuosus, qui est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet, quæ medium in illa materia constituit, ieiunium autem attenditur in cibis, in quibus medium aduenit abstinentia. Vnde manifestum est, quod ieiunium est abstinentiæ actus S. Thom. 2.2.q.147.art.1.& 2.Rayn.in ver. ieiunium c.1. Pisan. d. loco Turrecr. in c. sint tibi, nu.1. de consecr. Dist. 5.

Quæst. XIII.



Decimotertio quæro, vtrum ieiunium sit in præcepto? Resp. quod sic; nam sicut ad seculares principes pertinet, præcepta legalia iuris naturalis determinatiua tradere, de his, quæ pertinent ad vtilitatem communem, in temporalibus rebus, ita etiam ad prælatos ecclesiasticos pertinet ea statutis præcipere, quæ ad vtilitatem communem fidelium pertinēt, in Spiritualibus bonis, ieiunium autem est vtile ad delectionem culpæ, & eleuationem mentis ad Spiritualia: vnusquisque autem ex naturali ratione tenetur ieiunijs vti, quantum sibi necessarium est ad prædicta: & ideo ieiunium in communi cadit sub præcepto legis naturæ: sed determinatio temporis, & modi ieiunādi, secundum conuenientiam & vtilitatem populi christiani, cadit sub præcepto iuris positiui, quod est à prælatis ecclesiæ institutum, & illud est ieiunium naturæ, hoc ecclesiæ, de quo tot. tit. de obseru. Ieiun. S.Th. 2.2.q.147. art. 3. Turrecr. in c. ieiunia de consecr. dist. 5. Sylu. in ver. ieiunium nu.4. vbi Ang. num. 6. Arm. num.6. Ros. num. 1. & Caiet. in §. 4. Nau. in Man. con. c.21. num.11. cum igitur ieiunium sit in præcepto, sequitur, quod ad illud omnes communiter obligentur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. S. Thom. d. loco art. 4. Rayn. in ver. ieiunium c. 3. vbi Tab. num. 16. & Sylu. num. 23. Angel. numer. 13. Armilla numer. 4. Rosella num. 15. Caiet. §. 3.

Quæst. XIIII.



Decimoquarto quæro, vtrū conuenienter determinentur tempora ieiunij ecclesiæ? Resp. quod sic, secundum. S. Thom. 2.2. q. 147. art. 5. S. Ant. 1.p. tit.4.c.4.§.4. Rayn. ver. ieiunium c.2. vbi Pisan. num.3. Tab. nu.11. Sylu. nu.5. Ang. nu.7. Arm. num.2. Rosella nu.6. Caiet. §.2. Immo etiam hora nona conuenientissime statuitur ieiunij, conuenit enim ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit hora nona, Quando inclinato capite tradidit Spiritum. Ieiunātes enim dum suam carnem affligunt, passioni Christi conformantur secundum illud ad Gal. 5. Qui autem Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs, vnde in conc. Calced. quod est in c. solent de consecr. Dist. 1. dicitur, in quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, qui ante manducauerint, quam vespertinorum celebretur officiū, quod quadragesimalis tempore post nouam dicitur, S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. S. Ant. in 1.p. tit. 4. cap. 4. §. 5. Vig. de virt. temp. c.7. §. 3. ver. 1. Rayn. in ver. ieiunium c.4. vbi Pis. num. 5. Turrecr. in c. placuit. numer. 3. de consecr. Dist. 3. Tab. in ver. ieiunium nu. 6. Sylu. num. 11. Ang. nu. 1. Ros. num. 10. Caiet. §. 1. Nau. in Man. conf. c. 21. nu. 15.

Quæst. XV.



Decimoquinto quæro, vtrum requiratur ad ieiunium, quod homo tantum semel in die comedat? Resp. quod sic; est enim illud institutū ab ecclesia ad concupiscentiam refrenandam, ita tamen q natura saluetur. Ad hoc autem videtur sufficere vnica comestio, per quam homo potest, & naturæ satisfacere, & tamen cōcupiscentiæ aliquid detrahit, diminuendo comestionum vices, & ideo ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur, Non obst. quod non prohibeatur potus iteratio, & electuaria in die, nam ille potus sumitur ad digestionem ciborum magis, quam ad nutrimentum, licet aliquo modo nutriat, & electuaria per modum medicinæ, si quis tamen immoderate potu vteretur, & electuaria in magna quantitate sumeret, peccaret, & meritum ieiunij perderet, sicut etiam si immoderate cibum in vna comestione assumat. S. Thom. 2. 2. q. 147. artic. 6. Vig. in tit. de virt. temper. c. 7. §. 3. ver. 1. Turrecre. in c. non licet de consecr. Dist. 3. Tab. ver. ieiunium num. 3. Ang. d. loco num. 3. Caiet. in §. 1. Nau. in Man. conf. c. 21. numer. 14.

Quæst. XVI.

Decimosexto quæro, vtrum conuenienter interdicantur ieiunantibus, carnes, oua & lacticinia? Resp. quod sic, quia cum ieiunium sit institutum ad reprimendas carnis cōcupiscentias, ideo eos cibos interdixit [illegible] in comedendo maximam habent

habent delectationem, & ad venerea maxime homines prouocant, huiuſmodi autem ſunt carnes, lacticinia, & oua, & ideo ab his eccleſia abſtinendum mandauit. S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 4. §. 5. Vig. de virt. temper. c. 7. §. 5. ver. 1. Rayn. in ver. ieiunium c. 5. vbi Piſan. num. 6. Sylu. num. 15. Ang. numer. 5. Caiet. §. 1. Nau. in Man. conf. cap. 21. numer. 15.

Deinde conſiderandum eſt, de ſobrietate.

Quaſt. XVII.



Ecimoſeptimo quæro, vtrum ſobrietas ſit virtus ſpecialis? Reſp. quod ſic; Ad virtutem enim moralem pertinet conſeruare bonum rationis, contra ea quibus poteſt impediri, & ideo vbi inuenitur ſpeciale impedimētum rationis, ibi neceſſe eſt eſſe ſpecialem virtutem ad illud remouendum. Potus autem inebrians habet ſpecialem rationem impediendi vſum rationis, in quantum ſcilicet perturbat cerebrum ſua fumoſitate. & ideo ad remouendum hoc impedimentum rationis, requiritur ſpecialis virtus, quæ eſt ſobrietas, cuius materia propria eſt vinum, nam virtutes, quæ ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, illam materiam ſibi ſpecialiter vendicant, in qua difficillimum & optimum eſt conditionem eius obſeruare, ſicut fortitudo pericula mortis, & temperantia delectationes tactus. Nomen autem ſobrietatis ſumitur à mēſura. Dicitur enim aliquis ſobrius, quaſi briam. i. menſuram ſeruans: & ideo illam materiam ſpecialiter ſibi ſobrietas aſcribit, in qua maximè laudabile eſt menſuram ſeruare. Huiuſmodi autem eſt potus inebriare valens, quia eius vſus menſuratus multum confert, & modicus exceſſus multum lędit, quia impedit vſum rationis magis etiā, quam exceſſus cibi, vnde eccl. 31. ſanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus, & æqua vita hominis vinum in ſobrietate potatum. Non tamen vſus vini totaliter eſt illicitus, nullus enim cibus, vel potus ſecundum ſe conſideratus eſt illicitus. Mat. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem, poteſt tamen reddi illicitum per accidens, quandoque quidem ex conditione bibentis, quia vino de facili læditur, vel quia ex ſpeciali voto obligatur ad vinum non bibendum; quandoque autem ex modo bibendi, quia ſcilicet menſuram in bibendo excedit: quandoque autem ex parte aliorum, qui ex hoc ſcandalizantur, & ita intelligitur illud ad Rom. 14, bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, & eccl. 2. Cogitaui abſtinere à vino carnem meam, vt transferrem animum meum ad ſapientiam; ſi autem modicè ſumeretur quantum oportet, non eſſet vſus vini illicitus, vnde ad Tim. 5. Noli ad huc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & infirmitates frequentes, & eccl. 31. exultatio animæ & cordis vinum moderate potatum. S. Thom. 2. 2. q. 149. art. 1. 2. & 1. Aſtenſ. 1. p. lib. 2. tit. 43. Vig. de virt. temp. c. 7. §. 3. verſ. 4. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 5. Perald. in 1. vol. tit. de temp. c. 9. Piſan. ver. ſobrietas. Turrecr. in ſumma 35. diſt. nu. 1. Angel. & Tab. in ver. ſobrietas.

Quaſt. XVIII.



Ecimooctauo quæro, vtrū ſobrietas magis requiratur in vna, quam in alia perſona? Reſp. quod ſic, & primo requiritur in ſenibus, vt dicit Apoſt. ad Tit. 2. ſenes vt ſobrij ſint, ſecundo in epiſcopis ad Tit. 3. oportet epiſcopum irreprehenſibilē eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem &c. Tertio in regibus. Prouerb. 31. Noli regibus dare vinum. Quarto in mulieribus. 1. ad Tim. 3. mulieres ſimiliter pudicas, ſobrias &c. Quinto in iuuenibus, ad Ti. 2. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint: ratio prædictorum eſt, quia aliqua virtus magis requiritur in aliquibus, duplici ratione, vno modo, quia in eis eſt maior pronitas ad concupiſcentias, quas oportet per virtutem refrenari, & ad vitia quæ per virtutem tolluntur, & ſecundum hoc ſobrietas maximè requiritur in iuuenibus, & mulieribus, quia in iuuenibus viget concupiſcentia delectabilis, propter feruorem ætatis: In mulieribus autem non eſt ſufficiens robur mentis ad hoc quod concupiſcentijs reſiſtant, vnde apud Romanos, mulieres antiquitus nō bibebāt vinum; alio modo ſobrietas magis requiritur in aliquibus ut pote magis neceſſaria ad propriam operationem ipſorum; Vinum autem immoderate ſumptū præcipuè impedit uſum rationis, & ideo ſenibus in quibus ratio debet uigere ad aliorum eruditionem; & epiſcopis, ſeu quibuſlibet eccleſiæ miniſtris, qui mente deuota debent ſpiritualibus officijs inſiſtere & regibus, qui propter ſapientiam debent populum ſubditum gubernare, ſpecialiter ſobrietas iniungitur.

Deinde conſiderandum eſt, de caſtitate.

Quaſt. XVIIII.

DEcimonono quæro, utrum caſtitas ſit uirtus? Reſp. quod ſic, Aug. in lib. de decem cordis c. 3. cum debeas in uirtute præcedere uxorem, quoniam caſtitas eſt uirtus, tu ſub uno impetu libidinis cadis, & uis uxorem tuam eſſe uictricem. eſt igitur caſtitas uirtus, per quam concupiſcentiem caſtigamus, quodam rationis moderamine. non obſt. quod caſtitas uideatur ad corpus pertinere, & conſequenter non eſt uirtus animæ; nam Reſp. quod caſtitas conſiſtit in anima, ſicut in ſubiecto, ſed materiam habet in corpore, pertinet enim ad caſtitatem, ut ſecundum iudicium rationis, & electionem uoluntatis aliquis moderate utatur corporalibus

membris

membris: non obst. etiam quod aliqui infideles sint casti, & in eis non sit aliqua virtus. Nam Resp. vt dicit Aug. in 4. contra Iulianum c. 3. absit vt sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit iustus, Absit autem vt sit virtus vere, nisi viuat ex fide S. Thom. 2. 2. q. 151. articul. 1. S. Ant. prima parte, titul. 4. capit. 6. Vig. de virt. temper. capit. 7. §. 3. vers. 6. Astens. 1. p. lib. secund. titul. 44. Perald. 1. volum. titul. de temper. capit. 13. est igitur castitas virtus, quæ si accipiatur proprie est specialis virtus habens specialem materiam, scilicet concupiscentias delectabilium quæ sunt in venereis; si vero accipiatur metaphorice erit generalis virtus, quia per quamlibet virtutem retrahitur mens humana ne rebus delectabiliter illicitis coniungatur, si enim mens hominis delectetur in spirituali coniunctione ad id, cui debet coniungi scilicet ad Deum, & abstinet se ne delectabiliter alijs coniungatur contra debitū diuini ordinis. dicetur castitas spiritualis, iuxta illud secūd. Cor. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. S. Thom. d. loco art. 2.

Quæst. XX.



Igesimo quæro, utrum castitas sit uirtus distincta ab abstinētia? Resp. quod sic; Temperantia enim est proprie circa concupiscentias delectationū tactus: & ideo oportet, ut ubi sunt diuersę rationes delectationis, ibi sint diuersæ uirtutes sub temperantia comprehensæ. Delectationes autem proportionantur operationibus, quarum sunt perfectiones, ut dicitur in 9. ethic. cap. 7. Manifestum est autem quod alterius generis sunt operationes pertinentes ad usum ciborum, quibus natura indiuidui conseruatur, & operationes pertinentes ad usum nenereorum, quibus conseruatur natura speciei: & ideo castitas, quæ est circa delectationes uenereorum est uirtus distincta ab abstinentia, quæ est circa delectationes ciborum. S. Thom. d. loco art. 3.

Quæst. XXI.



Igesimoprimo quæro, utrum pudicitia pertineat specialiter ad castitatem? Resp. quod sic: Pudicitia enim à pudore sumitur, in quo uerecundia significatur, & ideo oportet, quod pudicitia proprie sit circa illa, de quibus homines maximè uerecundantur, Maxime autem homines uerecundantur, de actibus uenereis, & ideo pudicitia attenditur proprie circa uenerea in exterioribus signis, castitas autem in ipsa uenerea comistione, ideo pudicitia ad castitatem ordinatur, non quasi uirtus ab ea distincta, sed sicut exprimens castitatis circumstantiam quandam, interdum tamen una pro alia ponitur. Sanct. Thom. in secunda, secundæ, q. 151. articul. 4.

Deinde considerandum est, de virginitate.

Quæst. XXII.



Igesimosecundo quæro, vtrum virginitas sit virtus? Respond. quod sic, dicit enim Ambr. in lib. de virginitate: Inuitat virginitatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, ne veluti transitu quodam perstricta videatur, quæ principalis est virtus, in virginitate enim est sicut formale, & completum propositum perpetuo abstinendi à delectatione venerea, quod propositum laudabile est ex fine, in quātum scilicet hoc fit ad vacandum rebus diuinis. Materiale autē est integritas carnis absque omni experimento, venereæ delectationis, manifestum est autem quod vbi est specialis materia boni habens specialem excellentiam, ibi inuenitur specialis ratio virtutis, sicut patet in magnificentia, quæ est circa magnos sumptus; & ex hoc est specialis virtus à liberalitate distincta, quæ communiter se habet circa omnem pecuniarum vsum. Hoc autem quod est conseruare se immunem ab experimento venereæ delectationis, habet quandam excellentiam laudis, supra hoc quod est conseruare se immunem ab inordinatione venereæ voluptatis, & ideo virginitas est quædam specialis virtus habens se ad castitatem, sicut magnificentia ad liberalitatem; Non obst. quod ipsa sit nobis à natura, & consequenter non posit dici virtus secundum Aristot. in secund. eth. Nam resp. quod homo à natiuitate habet id quod est materiale, in virginitate scilicet integritatem carnis, non tamen habet, quod est formale, scilicet propositum seruandi virginitatem propter Deum. Vnde August. in libr. de virgin. capitul. 11. Nec nos in virginibus prædicamus, quod virgines sunt, sed quod Deo dicatæ pia continentia virgines sunt, non obstat etiam quod virtutes sint connexæ & consequenter, qui non haberet virginitatem, non posset dici virtuosus. Nam Respond. quod connexio virtutum accipitur secundum illud quod est formale in eis, idest secundum charitatem, & prudentiam, non autem secundum id quod est materiale in virtutibus. Nihil enim prohibet alicui virtuoso suppetere materiam vnius virtutis, non autem materiam alterius; sicut pauper habet materiam temperantiæ, non autem magnificentiæ, & hoc modo habenti alias virtutes deest materia virginitatis, idest integritas carnis. Tamen potest id quod est formale in virginitate habere, vt scilicet sit in præparatione mentis prædictæ integritatis conseruandæ propositum si hoc sibi competeret. Non obst. etiam quod virginitas non recuperetur per pœnitentiam, sicuti cæteræ virtutes; Nam Respon. quod virginitas per pœnitentiam recuperatur, quantum ad id quod est formale in virtute, non autem quantum ad id, quod est materiale in ipsa. Non

obst. quod ipsa amittatur sine peccato, scilicet per matrimonium, & nulla virtus amittitur sine peccato. Nam resp. quod virginitas prout est virtus, importat propositum voto firmatum integritatis perpetuo seruandæ, vnde virginitas prout est virtus non amittitur sine peccato. Non obst. quod videatur contrariare præcepto naturæ, quo præcipitur, vt sicut ad conseruationem indiuidui de omni ligno quod est in Paradiso comedatur. Genes. secund. Ita etiam ad conseruationem speciei ponitur Gen. 1. Crescite & multiplicamini, & replete terram; & consequenter sicut peccaret ille, qui abstineret ab omni cibo, vt pote faciens contra bonum indiuidui, ita etiam peccat, qui omnino abstinet ab actu generationis, vt pote faciens contra bonum speciei; Nam Resp. quod præceptum habet rationem debiti. Sanct. Thom. secunda, secundæ, quæstion. 152. Articul. primo, Dupliciter autem aliquid est debitum. Vno modo vt impleatur ab vno, & hoc debitum sine peccato præteriri non potest. Aliud est debitum implendum à multitudine, & ad tale debitum non tenetur quilibet, de multitudine. Multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda vnus non sufficit; sed implentur à multitudine, dum vnus hoc, alius illud facit, præceptum igitur legis naturæ homini datum de comestione, necesse est, quod ab vnoquoque impleatur, Aliter enim indiuiduum conseruari non posset: sed præceptum datum de generatione respicit totam multitudinem hominum, cui necessarium est, vt non solum multiplicetur corporaliter, sed etiam quod Spiritualiter proficiat; & ideo sufficienter prouidetur humanæ multitudini si quidam carnali generationi operam dent; quidam vero ab hac abstinentes, contemplationi diuinorum vacent, ad totius humani generis pulchritudinem, & salutem, sicut etiam in exercitu quidam castra custodiunt, quidam signa ferunt, quidam gladijs decertant, quæ tamen omnia debita sunt multitudini, sed per vnum impleri non possunt: Non obstat. quod omne quod recedit à medio virtutis, videatur vitiosum, virginitas autem est huiusmodi abstinens ab omnibus venereis delectationibus: dicit enim Aristo. in secund. eth. capit. secund. quod qui omni voluptate potitur, neque ab vna recedit intemperatus est, qui autem omnes fugit agrestis, & insensibilis est, non ergo virginitas est virtus. Nam Respond. quod ille, qui abstinet ab omnibus delectatiooibus præter rationem rectam, quasi delectationes secundum se abhorrens, est insensibilis sicut agrestis. Virgo autem non abstinet ab omni delectatione, sed solum à delectatione venerea, & ab hac abstinet secundum rationem rectam, medium autem virtutis non secundum quantitatem, sed secundum rationem rectam determinatur, idem Aristot. in secund. ethic. capitul. sexto. In humanis igitur actibus illud est vitiosum, quod est præter rectam rationem. Habet autem hoc recta ratio, vt his, quæ sunt ad finem, vtatur aliquis secundum eam mensuram, quæ cõgruit fini, est autem triplex hominis bonum vt dicitur in 1. ethic. c.4. vnum quidem quod consistit in exterioribus rebus corporis. Tertium quod consistit in bonis animæ: Inter quæ etiam bona contemplatiuæ vitæ, sunt potiora bonia vitæ actiuæ. Arist. in 10. ethic. c.7. & Luc. 10. Maria optimam partem elegit, quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea, quæ sunt corporis, ea vero quæ sunt corporis, ad ea quæ sunt animæ, & vlterius ea quæ sunt vitæ actiuæ, ad ea quæ sunt vitæ contemplatiuæ, pertinet igitur ad rectitudinem rationis, vt aliquis vtatur exterioribus bonis secundum eam mensuram, qua competit corpori, & similiter de alijs, vnde si quis abstineat ab aliquibus possidendis, quæ alias esset bonum possidere, vt consulat saluti corporali, vel etiam contemplationi ueritatis non esset hoc vitiosum, sed secundum rationem rectam, & similiter si quis abstinet à delectationibus corporalibus, ut liberius uacet contemplationi veritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rationis. Ad hoc autem pia virginitas ab omni delectatione uenarea abstinet, ut liberius diuinæ contemplationi uacet Dicit enim Apost. 1. Cor. septim. Mulier innupta & uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu; quæ autem nupta est cogitat, quæ mundi sunt, & quomodo placeat uiro, unde relinquitur, quod uirginitas sit uirtus. Sanct. Thom. secunda, secundæ, quæstion. 152. articul. secund. & tertio. Astens. prima, parte lib. secund. Tit. 45. Vig. de uirt. temp. cap. septimo, §.4. uers. septimo. S. Anton. prima parte tit.4. capit.7. Perald. prima, parte titul. de temp. capitul. 11. Rayn. uer. uirginitas. Turrecrem. in capitul. si quis non dicam, numer. 11. de pœnit. Distinct. 1. Angel. uer. uirginitas, numer. secundo, ubi Tab. num. quarto, & Sylu. numer. secund. Doct. comm. in quarta, sent. Distinct. 33. l. B.

Quæst. XXIII.



Igesimotertio quæro utrũ uirginitas sit maxima uirtutum? Resp quod non. Aug. in lib. de uirginitate. c.46. Nemo quantum puto, ausus fuit uirginitatem præferre martyrio; potest enim aliquid dici excellentissimum dupliciter: Vno modo in aliquo genere, & sic uirginitas est excellẽtissima in genere castitatis. Alio modo simpliciter, & hoc modo uirginitas non est excellentissima uirtutum; semper.n. finis excellit id, quod est ad finẽ, & quãto aliquid efficacius ordinatur ad finem, tanto melius est, finis autem ex quo uirginitas laudabilis redditur est uacare rebus diuinis. Vnde uirtutes Theologicæ, & etiam uirtus religionis, quarum actus est ipsa occupatio, circa res diuinas, præferuntur uirginitati. similiter etiã uehemẽtius operantur ad hoc, quod inhæreant Deo martyres, quæ ad hoc postponunt propriã uitam, & uiuentes in monasterijs, qui ad hoc postponunt propriam uoluntatem, & omnia quæ possunt habere, quam uirgines, quæ ad hoc postponunt propriam uoluntatem, & ideo uirginitas non est simpliciter maxima uirtutum, uirgines autẽ sunt portio gregis Christi illisque datur centesi-

centesimus fructus propter excellentiam quam habent ad uiduas, & coniugatas, secundum Gl. super Mat. 13. & licet uirgines sequantur agnum quocumque ierit, ut Apocal. 14. illud procedit secundum Aug. in lib. de uirg. capit. 27. quia imitantur Christum non solum integritate mentis, sed etiam integritate carnis, & ideo in pluribus sequuntur agnum, non tamen oportet, quod magis in propinquo, quia aliæ uirtutes faciunt propinquius inhærere Deo per imitationem mentis, S. Thom. 2. 2. q. 152. art. 5. & in 4. sent. Dist. 33. q. 3. art. 3.

Quæst. XXIIII.


Igesimoquarto quæro, utrum virginitas sit excellentior matrimonio? Resp. quod sic, dicit enim Aug. in lib. de virginitate cap. 19. certa ratione, & sanctarum scripturarum authoritate, nec peccatum esse nuptias inuenimus; nec eas bono aut virginalis continentiæ, vel etiam vidualis æquamus, facit exempl. Christi qui & matrem virginem elegit, & ipse virginitatem seruauit, & Apost. 1. Cor. 7. Virginitatem consuluit tanquam melius bonum, & etiam ratione quia bonum diuinum est potius humano bono; & bonum animæ præfertur bono corporis, & bonum contemplatiuæ vitæ præfertur bono actiuæ: Virginitas autem ordinatur ad bonum animæ secundũ vitam contemplatiuam, quod est cogitare ea quæ sunt Dei; coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est corporalis multiplicatio generis humani, & pertinet ad vitam actiuam, quia vir & mulier in societate viuentes necesse habent cogitare, quæ sunt mundi vt dicit. Apost. d. loco 1. Cor. 7. Non obst. ꝙ dicit. Aug. in lib. de bono coniugali. capitul. 21. Non impar meritum est continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraam, qui filios generauit, Nam Respond. quod meritum non solum pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis: Habuit autem animum Abraam sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si esset tempori congruum, ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipso æquatur merito continentiæ virginitatis in Ioanne, respectu præmij essentialis, non autem respectu præmij accidentalis. Præterea coniugatus potest esse melior virgine si haberet animum seruandi virginitatem si oporteret, vel ipse haberet aliam excellentiorem virtutem. Non obst. etiam quod bonum coniugij sit bonum commune cum ad illud ordinetur, bonum autem virginitatis sit bonum priuatum, & bonum commune præferatur priuato, Nam Resp. quod bonum commune est potius priuato, si fuerit eiusdem generis, sed potest esse quod bonum priuatum sit melius secundum suum genus, prout est bonum virginitatis, vnde dicitur, quod nuptiæ replent terram, virginitas vero Paradisum. S. Thom. 2. 2. q. 152. articul. quarto, Doct. comm. in 4. sent. Distinct. 33.

Postea considerandum est, de partibus potentialibus temperantiæ.

Et primo de continentia.
Secundo de clementia.
Tertio de modestia.

Quæst. XXV.


Igesimoquinto quæro, vtrum continentia sit virtus? Resp. quod sic; omnis enim habitus laudabilis, videtur esse virtus; sed continentia est huiusmodi, dicit enim Andronicus, quod continentia est habitus inuictus à delectatione, ergo dicitur virtus præsertim si capiatur pro ea quæ ab omni delectatione venerea abstinet, vnde Apostolꝰ ad Galat. 5. continentia castitati coniungit. Si vero capiatur per quam aliquis resistit concupiscentijs prauis, quæ in aliquo vehementer existunt, habet aliquid de ratione virtutis, in quantum ratio firmata est contra passiones, ne ab eis deducatur, non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, secundum quam etiam appetitus sensitiuus subdatur rationi, sic vt in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrariæ, vnde continentia, vt omnes venereas delectationes moderatur, potior est temperantia, vt vero prauas concupiscentias secundum rationem moderatur, prior est virtus temperantiæ, cui vt principali adiungitur. S. Thom. 2. 2. q. 155. articul. primo, & seq. Vig. de virt. temp. cap. 7. §. 5. ver. 1. Astens. 1. p. libr. 2. tit. 48. Rayn. ver. continentia.

Quæst. XXVI.

Vigesimosexto quæro, quæ valeant ad commendationem continentiæ, & virginitatis? Resp. plura. Primo quia in continentia corpus spiritui contumax reddit. Prou. 29. qui delicate à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem, secundo à salute impedit Luc. 14. Vxorem duxi ideo non possum venire; hæc est voluptas carnis. Tertio obliuionem inducit eccl. 5. Non satis recordabor dierum vitæ suæ, eo quod Deus occupet delitijs cor eius. Quarto hominem à sapientia impedit Iob. 38. sapientia non inuenitur in terra suauiter uiuentium, Quinto in pœnam æternam commutatur, Apoc. 18. Quanto glorificauit se in delitijs suis, tantum date illi tormentum, & luctum; Præterea facit, quod habetur sæpe commendata virginitas in scriptura, vnde vita virginum dicitur vita cęlestis, Mat. 25. simile est regnum cęlorum decem virginibus, Secundo uirginitas dicitur Thesaurus niueus. Iob. 38. Nunquid ingressus, & Thesaurus niuis. Tertio lilio comparatur cant. secund. sicut lilium inter spinas. Quarto uirginitas est

principium spiritualis pulchritudinis, Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicundus. Quinto virginitas sponsam Deo efficit. Leuit.21. Virginem ducet vxorem. Sexto virginitati debetur aureola. Exo. 25. Præceptum est, vt fieret mensa, & super mensam corona, & super coronam coronula, quæ figurata est aureola. Perald. in 1. vol. Summæ Virtut. in tit. de temper. cap.11.

Postea considerandum est de clementia, & mansuetudine.

Quæst. XXVII.



Igesimoseptimo quæro, vtrum clementia, & mansuetudo, sint partes temperantiæ? Resp. quod sic, partes enim assignátur virtutibus principalibus, secundum quod imitantur ipsas in aliquibus materijs secundarijs, quantum ad modum, ex quo principaliter dependet laus virtutis, vnde & nomen accipit sicuti & modus, vt nomen temperantiæ in quadam refrenatione concupiscentiæ consistit; Clementia autem, & Mansuetudo similiter in quadam refrenatione consistunt; quia scilicet Clementia est diminutiua pœnarum: Mansuetudo vero est mitigatiua iræ: & ideo tàm Clementia, quàm Mansuetudo adiungitur temperantiæ, sicuti virtuti principali, & secundum hoc ponuntur partes temperantiæ. S. Thom. 2.2.q.157.art.3. differunt tamen quia Clementia est bonitas superioris aduersus inferiorem. Mansuetudo autem non solum est superioris ad inferiorem, sed cuiuslibet ad quemlibet. Seneca in 2. de Clementia. cap.3.

Quæst. XXVIII.



Igesimo octauo quæro, vtrum tàm Clementia, quàm Mansuetudo sit virtus? Resp. quod sic. dicit. n. Seneca. lib.2.c.5. de Clemětia. Clementiam & Mansuetudinem omnes viri boni præstabunt. Sed virtus est proprie quę pertinet ad bonos viros. Nam virtus est quæ bonum facit habětem, & opus eius bonum reddit. 2. eth. c.6. Item quis ratio virtutis moralis consistit in hoc, quod appetitus rationi subdatur, vt Phil. 1. eth. c. vlt. Hoc autem seruatur tàm in clementia, quàm in mansuetudine. Nam clementia in diminutione pœnæ aspicit ad rationem. Mãsuetudo autem secundum rationem rectam moderatur iras, vt dicitur in 4. eth. c.5. Vnde manifestum est, quod tàm clementia, quàm mansuetudo est virtus; non tamen sunt potissimæ virtutes. non enim ponuntur inter virtutes principales, nihil autem prohibet virtutes non esse potissimas simpliciter, nec quo ad omnia, sed secundum quid, & in aliquo genere; Clementia autem, & mansuetudo non sunt simpliciter potissimæ, sed secundum quid, eo quod per ipsas homo resistit affectionibus prauis, nam iram quam mitigat mansuetudo, impedit hominem ne iudicet veritatem, vnde mansuetudo facit hominem compotem sui, clementia vero in hoc, quod diminuit pœnas, maximè videtur accedere ad charitatem, quæ est potissima virtutum, vnde dispositiuè clementia, & mansuetudo, dici possunt potissimæ virtutes. S. Thom. secunda, secundæ, quæst.157.art.4. Perald. de virtu. temper. sn. cap.6. Sanct. Anton. prim. par. tit. 4. cap.9. Vig. de virt. temper. cap.7. §. 5. versic.7. Astens. prima par. lib. secundo, tit. 49. Tab. in versi. Clementia, num.1.

Quæst. XXIX.



Igesimonono quæro, quæ faciant ad commendationem clementiæ, & mansuetudinis? Respon. plura, Et primo circa clementiam facit, quod dicit scriptura Num.12. & 3. Reg. 20. Audiuimus quod reges domus Israel clementes sunt. Secundo Hester. 13. volui potentes nequaquam abuti magnitudine, sed clementiis. Tertio Ioel. 2. Ipse benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. Quarto, Sap. 12. Parcis omnibus quoniam tua sunt. Quinto, Prouerb. 11. Clementia præparabit vitam, & sectatio malorum mortem, & Prouerb. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia, thronus eius, & Prouerb. 16. clementia regis quasi imber serotinus; Circa mansuetudinem vero facit. Matth. 21. Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, secundo Daniel 3. Fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam. Tertio Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Quarto, ad Ephes. 4. Obsecro uos, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate, & mansuetudine. Quinto Eccl.10. Sedes ducum superborum destruxit, & sedere facit mites pro eis, & ibidem, fili in mansuetudine serua animam tuam. Sexto Matth. 5. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Perald. 1. uolum. titul. de Temperantia. c.6. & in tit. de beatitudinibus, par.6.

Deinde considerandum est de Modestia.

Et primo de ipsa in communi.
Secundo de singulis, quæ sub ea continentur.

Quæst. XXX.



Rigesimo quæro, vtrum modestia sit pars temperantię? Resp. quod sic, ita ponit eam Tullius in 2. de inuent. est enim modestia virtus moderatiua circa mediocres delectationes tactus, sicut circa maximas temperantia, cui adiungitur tanquam principali: si vero modestia capiatur modo commu-

communiter sumpto, requiritur in omnibus virtutibus iuxta illud 2. ad Tim. 2. seruum Dei nõ oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, & alibi: modestia vestra nota sit omnibus hominibus, S. Tho. 2. 2. q. 160. art. 1. Tab. & Angel. in ver. modestia. Perald. in tit. de temper. c. 7. §. 5. vers. 6.

Postea considerandum est, de speciebus modestiæ.

Et primo de humilitate.
Secundo de custodiositate.
Tertio de modestia, quæ est in verbis & factis.
Quarto de modestia, quę est circa exteriorem cultum.

Quæst. XXXI.



Trigesimoprimo quæro, vtrum humilitas sit pars modestiæ vel temperantiæ? Resp. quod sic, nam in assignando partes virtutibus, præcipue attenditur similitudo, quantum ad modum virtutis. Modus autem temperantiæ, ex quo maxime habet laudem est refrenatio, vel repressio impetus alicuius passionis, & ideo sicut mansuetudo reprimit motum iræ, ita humilitas reprimit motum spei, qui est motus spiritus in magna tendentis: vnde sicut mansuetudo est pars temperantiæ, ita etiam & humilitas, quæ consistit in appetitu, cum ipsa propriè & essentialiter regulatiua sit, & moderatiua motus appetitus, ad humilitatem enim pertinet vt aliquis reprimat se ipsum, ne feratur in ea, quæ sunt supra se. Ad hoc autem necessarium est, vt aliquis cognoscat id in quo deficit à proportione eius, quod suam virtutem excedit, & ideo cognitio proprij defectus pertinet ad humilitatem, sicut regula quædam directiua appetitus, sed in ipso appetitu consistit humilitas essentialiter, ideo dicitur moderatiua appetitus, vnde Aug. in lib. de pœnitentia capit. 1. dicit, quod humilis est, qui elegit habitare in domo Domini magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum, electio autem pertinet ad appetitum, ideo humilitas versatur circa appetitum. S. Thom. 2. 2. q. 161. artic. 2. & 4.

Quæst. XXXII.



Trigesimosecundo quæro, vtrum humilitas sit virtus? Resp. quod sic secundum Origenem in Homil. 8. in Lucam primum. super illud respexit humilitatem ancillæ suæ. Humilitas proprie in scripturis vna de virtutibus prædicatur, ait quippe Saluator discite à me quia mitis sum & humilis corde, nam circa appetitum boni ardui, necessaria est duplex virtus. Vna quidem quæ temperet & refrenet animum, ne immoderatè tendat in excelsa, & hoc pertinet ad virtutem humilitatis; Alia vero quæ firmat animũ circa desperationem, & impellat ipsum ad prosecutionem magnorum, secundum rationem rectam, & hæc est magnanimitas, quæ per hoc non opponitur humilitati, sed conueniunt in hoc quod vtraque est secundum rationem rectam, est igitur humilitas virtus, qua animus firmatur ne inordinatè in excelsa tendat. S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. non tamen est potissima virtutum, charitas enim est super omnem virtutem iuxta illud ad colos. 3. super omnia charitatem habete, bonum humanæ virtutis in ordine rationis consistit, qui quidem principaliter attenditur respectu finis: Vnde virtutes Theologicæ, quæ habent vltimum finem pro obiecto, sunt potissimæ, secundario autem attenditur prout secundum rationem finis ordinantur ea quæ sunt ad finem, & hæc quidem ordinatio essentialiter consistit in ipsa ratione ordinante, participatiue autem in ipso appetitu per rationem ordinato. quam quidem ordinationem vniuersaliter facit iustitia, præsertim legalis, ordinationi autem facit hominem bene subiectum humilitas in vniuersali, quantum ad omnia, quælibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam specialem; Ideo post virtutes Theologicas, & virtutes intellectuales, quæ respiciunt ipsam rationem, & post iustitiam præsertim legalem, potior cæteris est humilitas. Non obst. quod philosophus non connumeret eam inter virtutes in 2. eth. cap. 3. Nam Resp. quod ipse intendit agere de virtutibus secundum quod ordinantur ad vitam ciuilem, in qua subiectio vnius hominis ad alterum secundum legis ordinem determinatur, & ideo cõtinetur sub iustitia legali. Humilitas autem, secundum quod est specialis virtus præcipuè respicit subiectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alijs humiliando se subijcit. S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 1. & art. 5. Vig. de virt. temper. c. 7. §. 5. ver. 8. Astens. 1. p. lib. 2. tit. 51. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 12. Rayn. ver. Humilitas. c. 3. vbi Tab. Sylu. & Angel. Perald. 1. p. tit. de beatitudinibus p. 4. c. 1.

Quæst. XXXIII.



Trigesimotertio quæro, vtrum homo debeat se omnibus per humilitatem subijcere? Resp. quod in homine duo possunt considerari, scilicet id quod Dei est, & id quod est hominis, Hominis autẽ est quicquid pertinet ad defectum, sed Dei est quicquid pertinet ad salutem & perfectionem, secũdum illud Oseæ. 13. Perditio tua Israel, ex te est, ex me tãtum auxilium tuum. Humilitas autem respicit reuerentiam, qua homo Deo subijcitur, & ideo quilibet homo secũdum id quod suum est, debet se cuilibet proximo subijcere, quantum ad id, quod est Dei in ipso, non autem hoc requirit humilitas, vt aliquis id quod est Dei in se ipso subijciat ei, quod apparet esse Dei in altero; Nam illi qui dona Dei participant cognoscunt ea se habere. ad Corint. 2. Vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: & ideo absque præiudicio humilitatis possunt dona, quæ ipsi acceperunt, præferre donis Dei, quæ alijs apparẽt collocata, ad eph. 3. Alijs

3. Alijs generationibus non eſt agnitum filijs hominum, ſicut nunc reuelatū eſt ſanctis Apoſtolis eius, ſimiliter etiā non hoc requirit humilitas, vt aliquis id quod eſt ſuum in ſe ipſo, ſubijciat ei quod eſt hominis in proximo. Alioquin oporteret, vt quilibet reputaret ſe magis peccatorem quolibet alio, cum tamen Apoſtolus abſque præiudicio humilitatis dicat ad Gal. 2. Nos natura iudæi & non ex gentibus peccatores. Poteſt tamen aliquis reputare aliquid boni eſſe in proximo quod ipſe non habet, vel aliquid mali in ſe eſſe quod in alio non eſt; ex quo ſe poteſt ei ſubijcere per humilitatem, vnde ad Phi lip. 2. In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, Non obſt. quod dicit Aug. in 3. Reg. Ne dum minima ſeruatur humilitas, regendi frangatur authoritas; Nam Reſp. quod humilitas ſicut & cæteræ virtutes, præcipue interius in anima cōſiſtit, & ideo poteſt homo ſecundum interiorem actum animæ alteri ſe ſubijcere, ſine hoc quod occaſionem habeat alicuius quod pertineat ad detrimentum animæ ſuæ, ſi autem aliquis, quod debet faciat & alij ex hoc occaſionem ſumant peccati, non imputatur humilitas agenti. S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 3. Piſan. ver. humilitas. §. 1. vbi Rayn. c. 3. & Tab. nu. 2.

Quæſt. XXXIIII.



TRigeſimoquarto quæro, quot ſint gradus humilitatis? Reſp. Duodecim, qui exprimuntur in reg. Beati Benedicti. c. 7. quorum primus eſt corde & corpore ſemper humilitatem oſtendere, defixis in terram aſpectibus; ſecundus, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis non clamoſa vocē. Tertius, vt non ſit facilis, & promptus in riſum. Quartus taciturnitas vſque ad interrogationem. Quintus tenere, quod habet monaſterij regula. Sextus credere, & pronuntiare ſe omnibus viliorem. Septimus ad omnia indignum & inutilem ſe confiteri & credere. Octauus confeſsio peccatorum. Nonus per obedientiam in duris, & aſperis patientiam amplecti. Decimus, vt cum obedientia ſe ſubdat maiori. Vndecimus, vt voluntatem propriam non delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcipit. In quibus ponitur aliquod, quod pertinet ad humilitatis radicem, ſcilicet duodecimus gradus, qui eſt vt homo timeat Deum: ponitur etiam aliquid pertinens ad appetitum, ne ſcilicet ad propriam excellentiam inordinatē tendat: quod quidem fit tripliciter, vno modo vt homo non ſequatur propriam voluntatem, quod pertinet ad vndecimum gradum, Alio modo vt regulet eam ſecundum ſuperioris arbitrium, quod pertinet ad gradum decimum. Tertio modo vt ab hoc non deſiſtat propter dura & aſpera, quæ occurrūt, & hoc pertinet ad nonum. Ponuntur etiam quædam pertinentia ad exiſtimationem hominis recognoſcentis ſuum defectum; & hoc tripliciter. Vno quidem modo, per hoc quod proprios defectus recognoſcat, & confiteatur, quod pertinet ad octauum gradum: ſecundo vt ex conſideratione ſui defectus aliquis inſufficientem ſe exiſtimet ad maiora, quod pertinet ad ſeptimum. Tertio vt quantum ad hoc alios ſibi præferat, quod pertinet ad ſextum. ponuntur etiam quædam quæ pertinent ad exteriora ſigna, quorum vnum eſt in factis, vt ſcilicet homo non recedat in ſuis operibus à via communi, quod pertinet ad quintum, Alia duo ſunt in verbis vt ſcilicet homo non præripiat tempus in loquendo, quod pertinet ad quartum, nec excedat modum in loquendo quod pertinet ad ſecundum. Alia conſiſtunt in exterioribus geſtibus, puta in reprimendo excellentiam oculorum, quod pertinet ad primum, & cohibendo exterius riſum, & alia ineptæ letitiæ ſigna, quod pertinet ad tertium. S. Th. 2. 2. q. 161. artic. 6. Vig. de uirt. temp. capit. 7. §. 5. ver. 7. S. Ant. 1. p. tit. 4. cap. 12. §. 2. Rayn. ver. humilitas c. 3. vbi Tab. nu. 3.

Quæſt. XXXV.



TRigeſimoquinto quæro, quibus ex cauſis humilitas commendetur? Reſp. ex pluribus, & primo eccl. 3. quanto magnus es humilia te in omnibus. Secundo Luc. 14. Recumbe in nouiſsimo loco, non autem dicit in medio. Tertio Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Quarto Luc. 1. quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Quinto ad Philip. 2. humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, ſexto iudic. 9. Humilium & manſuetorum placuit tibi ſemper deprecatio. Septimo 2. Paral. 12. quia humiliati ſunt auerſa eſt ab eis ira domini. Octauo Luc. 18. qui ſe humiliat exaltabitur. Nono Mat. 18. Niſi efficiamini ſicut paruuli iſti, non intrabitis in regnum cælorum. Decimo prou. 11. Reuelaſti ea paruulis, Perald. 1. vol. ſummæ virt. in tit. de Beat. cap. 2.

Quæſt. XXXVI.



TRigeſimoſexto quæro, quæ ualeant ad humilitatem cōſequendam? Reſp. plura, & primo cognitio ſui ipſius Gen. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. & Iob. 1. Nudus egreſſus ſum ex vtero matris meæ, & nudus reuertatur illuc, & Gen. 18. loquar ad dominum meum cum ſim puluis & cinis, ſecundo quia neſcit homo an odio vel amore ſit dignus. Iuxta illud eccl. 10. ſunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit; ſed omnia in futurum reſeruantur in certa, unde dicitur 1. pet. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei; Tertio ualet familiaritas humilium, ſicut enim qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam, eccl. 13. ita qui communicauerit humili, induet humilitatem, Quarto exercens ſe in humilibus officijs, exemplo Domini qui lauit pedes diſcipulorum. Ioan. 13. Quarto facit meditatio mortis. eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis, & eccl. 38. Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum meum

meum heri, tum m hodie. Quinto & vlt. facit si cōsi derentur fructus, qui percipiuntur ex ea Cant. 1. cū esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus propter sui paruitatem significat humilitatem, item facit oratio humilis Deo accepta. Psal. respexit in orationem humilium, & liberauit hominem à peccato. Psal. Humiliatus sum & liberauit me, item qui se humiliat exaltabitur, & humilitas inducit in gloriam. Iob. 22. qui humiliatus fuerit in gloria erit. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 12. §. 4. Perald. loco citato in proxima q. c. 3.

Postea considerandum est, de studiositate.

Quæst. XXXVII.



Rigesimoseptimo quæro, vtrū studiositas sit pars temperantiæ? Resp. quod sic, ad temperantiam enim pertioet moderari motū appetitus ne superflue tendat in id, quod naturaliter concupiscitur, sicut autem naturaliter homo concupiscit delectationes ciborum & venereorum, secundum naturam corporalem, ita secundum animam naturaliter desiderat cognoscere aliquid vnde 1. Metaph. dicitur, quod omnes homines naturaliter scire desiderant. Moderatio autem huius appetitus pertinet ad virtutem studiositatis. Vnde consequens est, quod studiositas sit pars potentialis temperantiæ, sicut virtus secundaria ei adiuncta, vt principali virtuti, cuius materia est proprie cognitio, studium enim præcipue importat vehementem applicationem mentis ad aliquid, mens autem non applicatur ad aliquid nisi cognoscendo illud, vnde per prius mens applicatur, ad cognitionem, secundario autem applicatur ad ea, in quibus homo per cognitionem dirigitur, vnde dicitur prou. 27. stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum vt posis respondere exprobranti sermooem. S. Thom. 2. 2. q. 166. art. 1. Vig. de temp. c. 7. §. 5. ver. 9. Astens. 1. p. lib. 2. tit. 52. S. Ant. 1. p. tit. 4. c. 11. vbi in §. 1. dicit multa valere multum ad discendnm, præcipue sacram scripturam: primo puritas mentis sap. 1. In maleuolam animam nō introibit sapientia, & prou. 14. sapiens timet & declinat à malo, & Psalm. 110. Initium sapientiæ timor domini, secundo facit oratio Iac. 1. si quis indiget sapientia postulet à Deo, vnde S. Thom. de Aquino, quem in omnibus sequi studeo, magis per orationem quam per lectionem hauserat sapientiam. Tertio requiritur fides, vnde dicitur nisi credideritis, non intelligetis.

Postea considerandum est, de modestia secuncundum quod consistit in exterioribus motibus corporis.

Quæst. XXXVIII.



Rigesimooctauo quæro, vtrum in exterioribus motibus corporis sit aliqua virtus? Resp. quod sic; Decor enim honestatis pertioet ad virtutem, sed compositio exteriorū motuum, pertinet ad decorem honestatis, dicit enim Ambros. in 1. de offic. c. 19. sicut molliculum & infractū, aut vocis sonum aut gestum corporis non probo, ita nec agrestem aut rusticam naturam imitemur, effigies eius formula disciplinæ forma honestatis est, ergo circa compositionem exteriorum motuum est virtus, cum enim exteriores hominis actiones, & motus sint per rationem ordinabiles, oportet aliquam circa illos virtutem esse. Ad imperium autem rationis exteriora membra moventur, cū motus exteriores, sint quædam signa interioris dispositionis, secundum illud eccl. 19. Amictus corporis, & risus dētium & gressus hominis nuntiant de illo, vnde etiam in ludis dicitur aliqua virtus, sicut enim homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, ita etiam oportet, quod fatigatio animalis, soluitur per animę quietem, quies autem animæ est delectatio quæ potissime habetur per ludum, qui si secūdum rectam rationem fiat, erit actus virtuosus, sed si esset superfluus diceretur vitiosus, cum in omni eo quod est dirigibile secundum rationem, dicatur superfluum si regulam rationis excedit; Diminutum autem dicitur secundum quod deficit à regula rationis, vnde patet quod etiam defectus in ludo dicitur vitiosus, omnes enim quod est contra rationem in rebus humanis dicitur vitiosum, est autem contra rationem, vt aliquis alijs se onerosum exhibeat, puta dum nihil delectabile exhibet, & etiam eorum delectationes impedit, illi autem qui in ludo deficiūt, nec ipsi dicūt aliquod ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt, & ideo tales vitiosi sunt, & dicuntur duri & agrestes, ab Arist. in 4. ethic. c. 8. est tamen defectus ludi minus vitiosus, quam superexcessus, vnde Arist. in 9. ethic. c. 10. dicit, quod pauci amici propter delectationē sunt habendi, quia parum de delectatione sufficit ad vitam, quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in cibo. S. Thom. 2. 2. q. 168. artic. & seq.

Deinde considerandum est de modestia secundum, quod consistit in exteriori apparatu

Quæst. XXXIX.



Rigesimo nono quæro, utrum circa exteriorem ornatum, posit esse uirtus, & vitium? Resp. quod in ipsis rebus exterioribus quibus homo utitur, nō est aliquod uitium, sed ea parte hominis, qui immoderate utitur eis, quæ potest esse dupliciter: uno quidem modo per comparationem ad consuetudinem hominum, cum quibus

bus aliquis uiuit. unde Aug. in 3. conf. c. 18. quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro moru diuersitate vitáda sunt &c. Alio modo ex inordinato affectu vtentis, & hoc pôt contingere tripliciter: vno modo, ex quo ex superfluo ornatu vestium aliquis gloriam quęrit, alio modo secũdum quod nimiam solicitudinem apponit, ex parte autem defectus potest esse duplex inordinatio per affectum. Vno quidem modo ex negligentia hominis, qui non adhibet studium, vel laboré ad hoc quod exteriori cultu vtatur, secundum quod oportet. Alio modo ex eo quod ipsum defectum exterioris cultus ad gloriam ordinat, nam superabundantia, & inordinatus defectus ad iactantiam pertinet. Arist. in 4. ethic. c. 7. S. Tho. 2. 2. q. 169. art. 1. vbi in art. seq. dicit, quod licet mulieri habenti virum, & habere speranti maritum, se ornare, vt placeat ei, aliàs nõ, vnde si hac intentione se ornent, vt placeant alijs, & eos prouocent ad concupiscentias, mortaliter peccarẽt, secus si ex aliqua iactantia, vel leuitate, vel etiam vanitate vt dixi in summa pec. capit. p. 1.

Postea considerandum est, de præceptis temperantiæ.

Quæst. XL.

QVadragesimo, & ultimo quæro, utrum præcepta temperantiæ, & de uirtutibus ei annexis conuenienter in lege diuina tradantur? Respond. quod sic, ratio est, quia finis præcepti charitas est 1. ad Tim. 1. ad quam duob. pręceptis inducimur pertinentibus ad dilectionem Dei, & proximi, & ideo illa præcepta in decalogo ponuntur, quæ directius ordinant ad dilectionem Dei, & proximi, inter uitia autem temperantiæ opposita maximè dilectioni proximi, uidetur opponi adulterium, per quod aliquis usurpat sibi rem alienam, abutendo, scilicet uxore proximi, & ideo inter pręcepta decalogi præcipue prohibetur adulterium, non solum secundum quod opere exercetur, sed etiam secundum quod corde concupiscitur, si uero considerantur uirtutes temperantiæ annexæ secundum se, non habent directam habitudinem ad dilectionem, uel proximi, sed secundum effectus possunt respicere dilectionem Dei & proximi, & secundum hoc aliqua præcepta in decalogo ponuntur pertinẽtia ad prohibendũ effectus uitiorum oppositorum temperantiæ partibus. sicut ex ira quæ opponitur mãsuetudini, procedit interdum aliquis ad homicidium, quod in Decalogo prohibetur. Sanctus Thom. secunda, secundæ, quæstion. 171. art. primo, & 2. Et hæc sufficiãt pro complemento huius summæ virtutum, subijciens me in omnibus iudicio, atque censuræ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

FINIS.

SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI

I. C. Equitis S. Stephani, & Prothon. Apoſtol.


SVMMA

OMNIVM HAERESVM

Et Catalogus Schiſmaticorum, & Idolatrorum.

EDITIO SECVNDA.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS.

Apud Bernardum Iuntam. M D LXXXVII.



PRAEFATIO.



MNE Infidelitatis peccatum in renitendo fidei consistit, S. Thom.2.2.quæst. 10. Artic: 5. quod quidem contingere potest dupliciter; aut enim renititur Christianæ fidei nondum susceptæ, aut verò susceptæ; Primo casu est infidelitas Gentilium, vel Paganorum. Secundò autem aut renititur fidei susceptæ in figura, aut in manifestatione veritatis. Primo casu est infidelitas Hæreticorum. Vndè in generali possunt assignari tres species Infidelitatis, Gentilium scilicet, Iudæorum, atque Hæreticorum. Alph. de Castro libr. 7. aduer. hereses ver. Hæreticus.hær. 3. in quibus duo consideranda sunt. Primum corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent; secundum quod cùm in pluribus errent Gentiles, quàm Iudæi,& Iudæi quàm Hæretici, grauior est infidelitas Gentilium, quàm Iudæorum, & Iudæorum quàm Hæreticorum: aliud quod consideratur, est comparatio eius ad fidem, secundum quam infidelitas hæreticorum est grauior quàm Iudæorum; quorum tamen est grauior infidelitate Gentilium, qui nullo modo fidem susceperunt: grauius enim peccat contra fidem, qui fidei renititur susceptæ, quàm qui renititur fidei nondum susceptæ. (Primum enim habet magis rationem culpæ, alterum autem pęnę, S. Tho.d.loco.Art.1.) sicuti grauius peccat, qui non implet quod promisit, quàm si non impleat quod nunquam promisit. Vndè 2. Pet. 2. Melius erat enim illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post cognitionem retrorsum conuerti: vndè Gentiles & Iudæi, qui fidem euangelij non sunt suscepti, non sunt cogendi ad fidem profitendam, sicuti cogi possunt Hæretici,& Apostatæ ad obseruandum, quod iam promiserunt. S. Thom. d. loco. Art.8. similiter Gentiles & Iudæi eorumque ritus tolerantur. S.Thom.d.loco Art. 11.c. Qui syncera. Dist.45. Hæreticum autem hominem (inquit Paul. ad.Tit.3.) post primam & secundam correptionem deuita c. Resecandę. 24. Quæst.3. Sanct. Thom.2.2. Quæst.11. Art.3. Vtilitas tamen, quæ quandoque prouenit ex illis, habetur præter eorum intentionem Aug.lib.1. Contra Manich. S. Thom.2.2.q.11. Art.3.ad secundum c. fin. 24.q. 3. ibi Ideò diuina prouidentia multos diuersi erroris Hæreticos esse promittit, vt cum interrogant nos ea, quæ nescimus, sic discutiamus pigritiam,& diuinam scripturam capiamus. Propterea Apost.ait. 1.Cor. 11. Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiant; intentio autem infidelium est corrumpere fidem, quorum propositum tollitur disputando cum eis, eosque conuincendo authoritatibus,& rationibus. Greg.2. Past. c. 2. Sicut incauta loquutio in errorem protrahit, ità indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit; Ideò Saulus inualescebat,& confundebat Iudæos, loquebatur Gentibus,& disputabat cum Græcis. Act. 9. quod etsi factum fuerit à pluribus grauissimis scriptoribus, qui plurima volumina aduersus omnes infideles scripserunt; nihilominus, quia gaudent breuitate moderni Glos. l. 1. ff. Quod metus causa, in animum induxi meum in hac Summa eorum dicta summatim ad confutandos er-

rores infidelium,& ad exercitium fidelium pro viribus referre, vt docet S. Thom. 2.2.q.10.Art.7.& inuocato diuino Trinitatis præsidio,quo consequamur bonum initium,melius medium & optimum finem.l.Deo nobis.C.de Episcopis & Cleric. quia ordo est figura substantiæ cuiuslibet rei dixi in Proem. de leg. & stat.num.8. diuidam totam Summam in partes tres; diuisio enim animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat,memoriam artificiosè reformat Gl. §. Igitur ver. Partiri. in Proœm.Inst. In prima ponam primò de hæresi in genere,cum à generalioribus sit initium sumendum.§. His igitur inst.de Iust.& Iure,deinde de pluribus speciebus eius,non quidem de singulis; quia si distinguantur infidelitatis species secundum errorem in diuersis,quæ ad fidem pertinent, tunc non sunt determinatæ infidelitatis species,quia possunt errores in infinitum multiplicari. S.Tho.2.2. q.10.Art.5. In altera verò parte primò dicam de schismaticis, deinde de hæreticis. Hæreses enim suam ad originem reuocasse refutasse est. In vltima, quia post hæresim sequitur Idolatria, primò tractabitur de Idolis,deinde de sacrificijs eorum; quibus expletis,completa erit Summa omnium hæresum.

SVMMAE OMNIVM HÆRESVM.

PARS PRIMA.

SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostol.

Hæresis quid sit. *Quæst.* I.



PRIMO quæro quid sit hæresis? Resp. hæresis est dogma falsum, fidei orthodoxæ repugnans; exempl. in eo, qui furatur, qui dicitur hæreticus, si credat furtum non esse peccatum, secus si credat illud esse peccatum; si quis tamen deprehensus fuerit in exercitio iudaicæ cæremoniæ, aut alicuius ritus Saracenorum, vt puta, qui Sabbathum obseruat, aut agnũ Paschalem comedit, velut hæreticus punietur, quia vehemens est suspicio, quod in huiuscemodi rebus voluntas regatur ab intellectu, ita vt quod faciat, sic credat esse faciendum; dicitur enim Matth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos, & qualis est vnusquisque, talia dicit, & operatur: Ecclesia enim de his, quæ foris sunt iudicat, quæ si solent fieri solum ab hæreticis, tanquam hæretici puniuntur qui talia agunt; præcepta enim cæremonialia sunt iam sublata. An autem intellectus sit concors operi nec ne, Deus nouit, qui intuetur. Cor. Alph. libr. primo, capitul. primo; hæresis autem dicitur tribus modis, primo ab eligo eligis vnde hæreticus quasi electiuus, cap. hæresis, vigesimoquarto, quæstione tertia, secundo dicitur ab adhæreo adhæres, vnde hæreticus quasi adhæresiuus, tertio ab ercisco ercisceris, quod idem est quod diuido diuidis, vnde hęreticus quasi diuisiuus à communi vita; ditech. Inq. 2. p. q. 1. de hac defin. dixi in Summa pec. Cap. p. prima, tit. 2. quæst. 32.

Scripturæ canonicæ quæ sint, quibus hæreses reuincendæ sunt. *Quæst.* II.

SEcundo quæro, quæ sunt canonicæ scripturæ, quibus hæreses reuincendæ sunt. Resp. primo quòd est ipsa scriptura, quam Deus manibus hominum scripsit. Psal. quadragesimoquarto, ibi lingua mea tanquam calamus scribæ velociter scribentis, & Luc. j. ibi loquutus Dominus per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius, & ad Hebr. primo, Multifariam multisque modis olim loquens Deus patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. & secundo, Petrus primo, non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirante loquuti sunt Sancti Dei homines, & Mat. 10. non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis: & hæc sacra scriptura dicitur quæ continetur in libris veteris, ac noui testamenti, de quibus in Concil. Florentino, & Concilio Trident. sessio. quarta, dicitur in fine, si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueuerant, pro sacris, & canonicis non susceperit, Anathema sit. de his doctissimè tractat Hosius Cardinal. Varmiensis in libr. de expresso Dei verbo. Post talem scripturam veteris, & noui testamenti non est alia scriptura, quæ diuina mereatur appellari, nam quamuis multæ sint, quæ magnam habeant authoritatem, multo tamen prænumeratis imparem. cuius scripturæ sacræ solus sensus literalis est efficax ad hæreticos vincendos, sicuti solus est ad aliquod dogma destruendum, aut fulciendum; sensus tamen mysticus si ex alijs scripturæ locis apertè constare poterit, quod iuxta germanam interpretationem sit, erit ad comprobationem dogmatis alicuius admittendus; sicuti Paulus volens probare Galatis per aduentum legis Euangelicæ esse abrogatam legem Mosaycam, adducit illud quod dixit Deus ad Abrahã: Ejice Ancillam, & filium eius, non.n. erit hæres filius Ancillæ cum filio Liberæ, per Liberam intelligit legem nouam, per Ancillam aũt legem veterem, quę sunt per allegoriã dicta, ad Gal. 4. & not. quod sensus literalis aliquando sumitur ex ipsarum vocum nuda significatione, aliquando capitur non ab ipsis vo-

 cibus,

cibus, ſed à re per voces ſignificata, vbicũque enim Methaphora, aut tranſlatio, aut figurata aliqua loquutio interuenitur, ibi non eſt dicendus ſenſus literę, is quẽ uoces prima ſignificatione exprimunt, ſed is, qui ducitur ex ſimilitudine, quam res uocibus ſignificata cum alia re habet, alioquin ſequeretur abſurdum, ſi iuxta nudam uocum ſignificationem caperetur, ut cum in ſcriptura Deus dicitur Leo, Agnus Petra, Vitis &c. eſt igitur literalis ſenſus, quem uoces, aut res uocibus expreſsè ſignant, nec tamen omnis talis, ſed ille ſolus, quem ſpiritus ſanctus intendit, unde ſacrarum ſcripturarum interpretatio, quam quiſque fidelis amplecti tenetur, ad ſolam Eccleſiam pertinet; alioquin, ſi cuique liceat pro ſuo arbitratu ſcripturam interpretari, nulla patet via conuincendi hæreticum, Eccleſia igitur interpretabitur ſcripturam, quæ errare non poteſt, cum ſit edocta à Spiritu Sancto, Ioan. 14. Alium paraclerum dabo vobis, qui ſuggeret vobis omnem veritatem, & Mat. 27. ero vobiſcum vſque ad cõſummationem ſeculi, neque eſt admittendum, quod dicit Lutherus in lib. de cap. Babilonica, dicens cum de Sacramento Eucharistiæ dixerit: verbis diuinis non eſt facienda vis, neque per hominem, neque per Angelum, ſed quantum fieri poteſt, in ſimpliciſſima ſignificatione ſeruãda ſunt &c. nam ſi hoc verũ eſſet, ſequeretur abſurdum, & fouerentur multæ hæreſes: nam Ioan. 14. dicitur. Pater maior me eſt, ſi nulla alia adhiberetur interpretatio, vtique foueretur hæreſis Arriana, ſi autem quæro quæ ſit interpretatio Eccleſiæ dicas, quod non ſemper eſt conuocandum Concilium, ſed recurrendum eſt ad ſenſum, quem tenuit, & tenet Sanct. Romana Eccleſia ſeu quem tenuit, & tenet commun. opin. Doctorum, ita Concil. Trid. ſeſſ. quarta, capitulo ſecundo, §. præterea; ſcriptura igitur ſacra veteris, & noui teſtamenti interpretata ab Eccleſia iuxta ſenſum literalem, quem voces, aut res vocibus expreſsè ſignificant, erit primum telum ad conuincendum hæreticos, ſecundò ſunt traditiones vniuerſales eccleſiæ, aut definitiones in his, quæ fidem ſpectant, quæ etiam ſi aperta ſcriptura in earum comprobationem deſit, non minoris ſunt authoritatis, quam ipſa ſacra ſcriptura; ratio eſt, quia non minus efficax eſt ad docendum fidem, & mores vox docentis, quàm ſcriptura, immo longè efficacior, teſte Hieron. ſcribente ad Paulinum dicente, quid prohibet diuinum ſpiritum aſtare Eccleſiæ loquenti, perinde ac Euangeliſtæ ſcribenti, cum ipſe dicat Apoſt. Matthæo. 10. non eſtis vos, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis: nec deſtituit Deus iam Eccleſiã ſuam ſpiritu ſuo, & per os eius loqui, cum dixerit Matheo. vigeſimooctauo. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, ſi credimus ſcripturæ diuinæ, per manum Euangeliſtarum, cur non credimus voci diuinæ per os Eccleſiæ prolatæ? præterea, ſi credimus hoc Euangelium eſſe Matthæi, illud Lucæ, quia Eccleſia hoc teſtatur, cur non credimus eidem eccleſiæ dicenti reliqua, etſi ſcriptura ea minimè confirmet? Præterea non legimus Chriſtum aliquid ſcripſiſſe; ſed ſolum verbo docuiſſe, ex cuius verbis multa prætererierunt Euangeliſtæ, quorum nullam prorſus fecerunt mentionem; vnde Ioan. vltim. capitul. ſunt, & alia multa quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros: Præterea multa fuerunt Apoſtolorum dogmata, & præcepta de Regimine Eccleſiæ, quæ ſcripto minime fuerunt mandata act. Apoſt. capit. ſextodecimo. Preterea Paulus ſecund. ad Theſal. ibi itaque fratres ſtate, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram. 2. ad Tim. 2. ibi, tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus. Preterea præceptum pendet ab animo obligandi, non autem à ſcriptura, præterea in ore duorum vel trium ſtat omne verbum, ergò eccleſiæ credendum eſt, quod dicit, quia conſtat ex omnibus fidelibus. Præterea eccleſiæ authoritas fuit ſemper eadem, at in primordijs naſcentis Eccleſiæ non dum erat ſcriptura, & regebatur traditionibus, cur autem, & hodie eodem modo non regetur? Præterea adeſt in hoc com. opi. Patrum Auguſtinus, in Epiſtola 118. ad Ianuarium Ios. Damaſc. de fide orthod. lib. 13. capitulo quarto Origen. Hom. quinta ſuper. Num. Ireneus. libro tertio capitulo quarto aduerſ. hæreſes. Hoſius Card. Varmienſis tit. de traditionibus capitulo 92. Præterea adeſt definitio Eccleſiæ vt in Bulla Pij Quarti de profeſſione fidei & in Conc. Trid. ſeſſ. quarta Eccleſiæ traditionibus igitur eſt obediendum, etiam in his, quæ ſcriptura non loquitur, quia ipſa authoritatem ſcripturæ tribuit. Tertio eſt authoritas Sedis Apoſtolicæ de qua dicam infra ver. Papa, & authoritas Conciliorum authoritate ſummorum Pontificum congregatorum, & approbatorum, de qua dicam infra ver. Concilium; nulla quoque ſcriptura cuiuſlibet hominis quantumlibet docti, & ſancti eſt efficax ad hęreſim conuincẽdam, niſi ex ſacrę ſcripturę teſtimonio aut ex Eccleſię definitione id eſſe conſtiterit, nã id ſolum efficax erit ad reijciẽdũ, quicquid illi rei clarè dignoſcitur repugnare. Huiuſmodi vero teſtimonium, quod nos alicui credulitati faciat obnoxios, oportet vt à tali perſona habeatur, de qua conſtet eam nec poſſe falli, nec fallere velle, at dicit ſcriptura omnis homo mendax, non eſt igitur conueniens, vt ei qui aut falli, aut fallere poteſt qualis eſt, quiuis purus homo ſub interminatione gehennę credere debeamus, non tamen ideo Illuſtrium virorum, & per multa ſecula prælatorum dicta ſunt reijcienda, aut floccipẽdenda. Nam hoc eſſet maximę audacię, quia habenda eſt ratio vitę, perindè ac doctrinę, nam anima viri ſancti enunciat aliquando vera, magis quàm ſeptem circum ſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum, ſi ergò vni viro docto, ac ſancto tantum tribuendum [illegible], quantum erit tribuendum omnibus alijs in eadem re conſentientibus. Tunc certè temerarium erit aduerſus omnes ſentire, cum inter omnes de eadem re conuenit. Nam & ſi errare

& labi

& labi in aliquibus potuerunt, vt homines; in rebus tamen arduis ad fidem ſpectantibus, vt concorditer errauerint, nunquam credendum eſt; nam Ioan. 14. dicitur & ego rogabo patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis: & infra, Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis, quæ verba intelligi debent, non ſolum de Apoſtolis, ſed etiam de alijs Doctoribus Eccleſiæ, quorum concors ſententia valida eſt ad conuincendam hæreſim, & Concilium Tridentin. ſeſſ. quarta, docet interpretandum eſſe ſcripturam iuxta vnanimem conſenſum patrum, quod idem firmat Pius Quartus in Bulla de profeſſione fidei, quoniam nullo pacto credibile eſt, vt Deus illos omnes errare permittat; immò non eſt credibile eos in vnam eandem veniſſe ſententiam; niſi à ſpiritu ſancto vno eorum omnium magiſtro fuiſſent edocti: Auguſtin. libro decimo, de Ciuitate Dei, capitulo quadrageſimoprimo, vnde qui contra cõmunem interpretatur, poteſt dici vt in Geneſis decimoſexto, Manus eius contra omnes manus omnium contra ipſum, ideò dicitur Deuteron. trigeſimoſecundo, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi, & Iob. octauo interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam, vnde Concil. Tolet. quarto capitulo nono citat Cyprianum, & Hylarium in ſuæ ſententiæ comprobationem, & Concilũ Conſtantinopolit. quod ſexta Synodus appellatur condemnans opinio Mach. Epiſcopi Antiocheni citat Athan. Ambr. Cyprianum & Auguſtinum, & ſic ſuccedit quarto loco commun. opinio Doctorũ ad conuincendam hæreſim. Paulinus libro quarto, c. 1. de Conc. Eccl.

Sola ſedes Apoſtol. aut generale Concil. de hæreſi cenſet. Quæſt. III.

TERTIO quæro, ad quem ſpectet de hæreſi cenſere? Reſpond. quod cum vna ſit fides omnium vbique terrarum exiſtentium, ad vnam ſolam Eccleſiam Romanam Catholicam, & Apoſtolicam pertinet eius difinitio: nam cauſa fidei tangit vniuerſam Eccleſiam, quod autem omnium intereſt ab omnibus approbari debet, vel ab eo, qui omnium loco præeſt, cap. maiores, de Bapt. capit. maiores, decimaſeptima diſtinct. non obſtat quod dicit Lutherus verum iudicem eſſe ſacram ſcripturam: nam Reſpond. quod in veteri lege, lex ipſa non erat iudex, ſed ſacerdotes Leuitici Deuteron. decimoſeptimo. Præterea ſi de ipſa ſcriptura eſt contentio, quare ipſa ſcriptura erit iudex? Præterea Saluator noſter miſit nos ad ſcripturas, vt ab illis peteremus teſtimonium, non iudicium Ioan. quinto, ibi ſcrutamini ſcripturas, quia illæ teſtimonium perhibent de me: caueant igitur hæreticæ prauitatis Inquiſitores, ne facile de hæreſi pronuncient. ſi hæreſis eſt etiam olim damnata, aut euidentiſſimis ſcripturæ teſtimonijs deprehenditur, & non humano ratiocinio, cui poſſit obuiari, tunc executores ſunt, vt exequantur id quod circa hæreticos decreta Pontificum fieri iubent: Si autem res eſt dubia, an ſit hæreſis an non, non eſt eorum munus ſententiam ferre, nec poſſunt cenſeri de hæreſi, cum hoc ſolius ſit Summi Pontificis, & nota quod quamuis Apoſtolica Sedes, aut generale Concilium de hæreſi cenſere poſſit, non tamen ideo aſſertio aliqua erit hæreſis, quia Eccleſia definiuit, ſed quia fidei Catholicæ repugnat, ſed ſolum facit, vt nunc nobis pateat illud eſſe hæreſim, quod antea nos latebat; quemadmodum enim in lite ſuper debitum, iudex ferens iuſtam ſententiam, non facit eum debitorem, cum antea verè fuiſſet debitor: ſed iudex facto; vt pateat eſſe debitum, quod prius fortè latebat, ſicuti dicitur de Paulo Act. Apoſtol. 17. quod nouorum dæmoniorum annunciator eſſet, noui dicuntur, eo quod à Paulo eſſent nouiter prædicata.

Hæreticus quis ſit dicendus, & quis hæreſiarcha. Quæſt. IIII.

QVARTO quæro, qui ſit dicendus hæreticus? Reſpond. quod ad hoc, vt dicatur hæreticus, plura requiruntur. Primo vt fidem Catholicam ſemel in Bapt. ſuſceperit. Secundo poſt fidem ſuſceptam requiritur error in fide. Tertio quod cum errore adſit pertinacia, ſed an dubius in fide dici poſſit hæreticus? Reſpond. quod ſic, ideo Thomæ dictum fuit Ioann. vigeſimo, noli eſſe incredulus, ſed fidelis, quod intellige de eo, qui pertinaciter dubitat, non autem de illo, qui ex infirmitate dubitaret, vel ex ignorantia, paratus aſſentire, cum fuerit ab eccleſia monitus, non erit ſalis dicendus hæreticus, hæc Alphonſ. capit. nono, & decimo, dixi in Summa pecca. Capit. parte prima, quæſtio. trigeſimaſecũda, hæreſiarchæ verò dicuntur qui errorem in fide inuenerunt, confinxerunt, alioſque docuerunt & magiſtri erroris effecti ſunt, capit. qui aliorum, 24. quæſtio. 3. direct. inquiſ. p. 2. q. 39.

Cauſa quibus hæreſes naſcuntur. Quæſt. V.

QVINTO quæro quibus ex cauſis hæreſes naſcuntur? Reſpond. ex pluribus. Et prima omnium hæreſum cauſa eſt immodicus amor ſui. ſecundo Timot. tertio, ibi in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſe ipſos amantes &c. Secunda eſt gloriæ cupiditas, ita Gregor. ſup. 6. Iob. & Auguſt. in lib. de vtil. cred. ex qua ſicuti oritur pertinacia, ita & iudicij etiam fallacia. Eſa. ſexto excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & ad Epheſ. 4. obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes etiã ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Tertia, non ſolum propter ſolam iniquitatem propriam permittit Deus hominem decipi, ſed etiam propter peccatum interrogantis, ſeu diſcentis, doctorẽ alioquin

bonum Deus permittit falli, vt inquirentem iniquum decipiat Ezech. 24. ibi iuxta iniquitatem interrogãtis fuit iniquitas Prophetæ quarta causa est peculiaris alicuius vitij: pronitas anest enim singulis hominibus à natura pronitas quędã ad aliquod vitium, & si non omnibus ad idem, nam alius ambitione, alius auaritia, alius luxuria detinetur, vnde in eo ad quod proclinis est facile labitue, vnde Cherintus carnis delicias sperans dixit habituras in illa promissa beatitudine; quinta causa est assidua in libris prophanorum hominum, nempè gentilium lectio, & hoc maximè si illis ab infantia sine vlla sermo discretione imbutus est, vndè Hierem. 13. ibi si mutare potest Ethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum, tam enim efficax est consuetudo, vt transeat in naturam: vndè ad Col. 1. videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, & Tert. de præscr. hæret. ibi ipsæ deniq; hęreses à philosophia sub ordinantur; non sunt tamen omnino libri gentilium tollendi, quoniam in multis nos docere possunt quorum cognitio est admodum necessaria ad sacrorum librorum intelligentiam; definitions, & diuisiones habemus à Logica, & Metaphysica rerum causas, origines, & proprietates ostendit Phisicus, ex quarum cognitione multa scripturis abscondita nobis reuelãtur, de Moyse dicitur quod doctus fuerit in omni sapientia Ægyptiorum act. Apost. 7. Augustinus libro secondo de doct. Christiana capitulo 28. sexta causa, hæresum est Zelus, sed non secundum iustitiam, & discretionem, secundum quam lapsus est Ioan. Hus. & Mart. Luther, qui Zelo, & odio malæ vitę clericorum, & quorundam Monachorum, cæperunt debacchari in clerum, in Põtificem Romanum, in ecclesiasticos ordines, & in Monachos omnes, cui morbo aliter obuiandum erat; admonendus enim erat clerus, atque corripiendus, non tamen tollendus, malè quidem medetur, qui infirmum iugulat; etiam si de salute desperet, de quibus dicit Paulus ad Rom. 10. testimonium enim perhibeo illis, quod ęmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam; ignorantes enim iustitiam Dei, & suam volentes statuere, iustitię Dei non sunt subiecti, veri autem Catholici zelum habent multo certè ardentiorem, tamen secundum scientiam, quia cognoscentes iustitiam Dei, & suam nequaquam quærentes statuere, iustitię Dei subijciuntur, quæ non permittit minus malum per quoddam aliud maius tolli. septima causa est prelatorum negligentia, prælatorum munus est vigilare super gregem sibi commissum, ne scilicet aliquid superueniat, quod gregi possit nocere; vndè cum Christus verus & bonus omnium Pastor nascitur dicit Luc. 2. quod Pastores erant, in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum, & Paulus act. Apost. 20. ait, attendite vobis, & gregi vestro, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vnde Episcopus dicitur custos, & superintendes, & ideò tenemur illis obedire, quia ipsi inuigilant pro nobis, ad Hebr. 13. vnde Mat. 13. dum dormirent homines inimicus homo superseminauit zizaniam in medio tritici. Octaua causa est defectus prędicationis verbi Dei, quod enim populus careat prædicatione verbi Dei, culpa est prælatorum, quibus dicitur Mat. vltimo prædicate Euãgelium omni creaturæ, & Ioan. 21. ibi pasce oues meas & 1. Pet. 5. pascite qui in vobis est gregem, ne procedat, quod dicit Hier. Tren. 4. paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis, ad prælatos enim spectat illuminare populum, qui in tenebris ignorantiæ iacet Psal. 118. lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, & infra, declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis; oportet enim prius credere, & postea intelligere Esa. 6. nisi credideritis, non intelligetis; credere autem sine prædicatione non est possibile, Paulus ad Rom. 10. quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? & infra, ergò fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Nona causa hæresis est sacrarum literarum in linguam vulgarem translatio, vnde euenit, vt ab hominibus sine vllo personarum discrimine legantur; hęresis enim nunquam ex sacris litteris, sed ex illarum peruersa intelligentia oritur vnde 2. Petr. 3. loquens de Epistolis Pauli dixit, in quibus sunt quædam intellectu difficilia, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem, & de his loquens Paulus. 1. Tim. 1. dicit eos non intelligere, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, qualiter autem vulgus sciet cognoscere parabolas, qualiter aptabit similitudines, qualiter distinguet figuras locutionis, qualiter rerum proprietates considerabit, quo pacto sciet conferre præcedentia sequentibus & media vtrisque. Decima causa hæresis est indifferens pędicatio verbi Dei per quoscunque sine vllo discrimine, & sine vlla examinatione; nam cum duo sint maximè necessaria ad prędicandum, bonitas videlicet, & doctrina, multi sunt pędicatores, quibus horum alterum deest, multi quibus deest vtrunque, est enim maximè necessaria in prædicatore doctrina, cum ad hoc tendere debeat, nempè docere populum, necesse est, quod sit doctus, sed requiritur etiam quod sit bonus, cum sæpè sint potentiora exempla, quàm verba. Saluator enim Noster prius cæpit facere, deindè docere act. Apost. 1. & Dauid petijt prius sibi dari spiritum rectum, sanctum, & principalem Psal. 50. Postea dicit, docebo iniquos vias tuas; & impij ad te conuertentur, nam vt ait Gregor. cuius vita despicitur, restat vt eius prędicatio contemnatur. Vndecima hæresum causa est multorum Episcoporum, & aliorum sacerdotum indignitas, vt cum etiam suarum animarum curam habeant, nam Eccl. 14. qui sibi nequam est, cui vnquam bonus erit? vndè Paulus ad Titum. 1. oportet Episcopum sine crimine esse, & ad Rom. 2. in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, & Prou. 28. dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam & Eccl. 10. Rex insipiens perdet populum suum, & Mat. 15. Si cæcus cęco ducatum

tum præstat, ambo in foueam cadunt, & Hiere. 10. quia stultè egerunt Pastores, & dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnia grex eorum dispersus est. Duodecima, & vltima causa ex qua oritur hæresis est superbia, auaritia luxuria, de superbis dicitur ad Rom. 1. obscuratum est cor insipiens eorum dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, de auaritia dicit idem Paul, 1. Tim. 6. qui volunt diuites fieri incidunt intentionem, & in laqueũ diaboli, & desideria multa, & nociua, quæ mergont hominem in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidã appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis, de luxuria verò dicitur ad Ephes. quarto, ibi hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis.

Hæretici qualiter agnoscantur. Quæst. VI.

SEXTO quæro quomodo agnoscatur hæreticus? Resp. quod cognoscatur hæreticus tripliciter. Prima coniectura est velle res nouas, & quæ parum conducunt, prædicare, aut docere; signum enim est quod se ipsum prædicare velit, non autem Iesum Christum, Ioan. 7. qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit & 1. Tim. 6. ò Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt; hanc nouitatem induxit Lutherus, cum dixit omnes Christianos esse sacerdotes, & ad Eucharistiæ sumptionem non esse necessariam confessionem, & hominem non habere liberum arbitrium, nullaque bona opera esse necessaria ad salutem. Secunda coniectura est nimia libertas in pronunciando, ad quam sunt aliqui adeò procliues, vt non dubitent, quicquid in buccam venerit asserere, contra quos dicit Iac. 1. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducẽs cor suum huius vana est religio, & Iac. 3. Lingua inquietum malum plena veneno mortifero. Tertia coniectura est, ut si quis eum correxerit, vt ab errore suo reuocet, ostendat illico impatientiam, quem si correxeris non emendatur, sed deterior efficitur 1. Tim. quarto. Mali homines, & seductores proficient in peius in errorem mittentes, & ipsi errantes.

Differentia quarundam propositionum hæreticarum, erronearum, scandalosarum, & similium. Quæst. VII.

SEPTIMO quæro, de differentia quarundam propositionum, & primo videamus quæ sit propositio erronea; & dicas quod propositio erronea dicitur propositio falsa, quæ est, non solum quando aliquid enuntiatur aliter esse, quàm est, sed etiam quando aliquis aliter assentit, quàm deberet, vt puta quia firmius, aut certius, quàm deberet, vndè Aug. in Enchirid. ad Lauren. c. 17. dicit Errare est approbare falsa pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis, aut certa pro incertis, not. ꝙ propositio erronea, genus est, quod sub se continet hæresim tanquam suam speciem, quia omnis hæresis est propositio erronea; non tamen vice versa omnis propositio erronea est heresis dicenda, propositio hæresim sapiẽs est quæ ex vi suorum verborum parata est hæreticum sensum reddere, perindè ac catholicum, vt sunt istæ propositiones, pater maior est filio, Christus est creatura. Tres sunt Dij. Philosophi, gentiles in sola lege naturæ saluari potuerũt: vndè hæc vltima pro eo hæresim sapit, quia si fidem excludit, est hæretica, si fidem de Deo non excludit est vera, & ideo sic nudæ prolatæ hæresim sapere videntur, & expositione indigent, & ideò ita proferendæ sunt, ne aliquis ex eis scandalizetur, Absolute tamen propositio est hæretica, quando nudè prolata aliter non potest intelligi vt purgatorium non esse, sacramenta non conferre gratiam, & similia.

Propositio scandalosa est, aut piarum aurium offensiua, quæ auditoribus pijs occasionem ruinæ præbet; exempl. Hæretici sunt tolerandi, non occidendi, nam hæc viam latissimam aperit ad hæreses quascunque inducendas; quoniam facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi, aliud exempl. Maioris meriti esse eleemosynam pauperi elargiri, quàm eleemosynam pro missę sacrificio offerre.

Propositio temeraria est illa, quæ omni prorsus caret authoritate, aut ratione, exempl. dies iudicij erit infra annum; Discipuli Ioan. Bapt. dixerunt Tolle, Tolle, crucifigge eum, plures fœminæ saluantur, quàm viri, & similes; ab hac tamen nota liberatur propositio, & illius assertor, quamuis authoritate, & ratione careat, quando aliqua vtilitas, ex illa assertione oriri potest, vt sunt multa, quæ viri contemplatiui gesta fuisse verisimiliter imaginatur, & populo narrata, optimos per illa suscitare possunt effectus. Talia sunt quædam iniuriosa verba, quæ à satellitibus Christo dicta sunt in facie; si tamen omni careant verisimilitudine, quantumlibet illa proficere sperent, temeraria meritò censebuntur; non enim sunt facienda mala, ut indè veniant bona, neque Deus indiget mendacio nostro.

Propositio schismatica, & seditiosa est, quæ vnionem membrorum Ecclesiæ, aut vniuersaliter, aut particulariter quomodolibet tollit. Exempl. Episcopus non est simplici sacerdote superior, Papa non est superior Episcopis, malo prælato non est obediendum, & similes propositiones.

Propositio iniuriosa est, quæ alicui fidelium statui, vel alicui Illustri personæ detrahit. Exempl. Religiosus redditur inhabilior ad obseruationẽ mãdatorũ Dei, omnes de ordine mẽdicantiũ sũt hære

tici, Eccleſia Romana eſt ſynagoga Sathanæ, Papa eſt Antichriſtus, cardinales ſunt miniſtri Antichriſti: omnes iſtę propoſitiones ſunt iniurioſę dicendę, quia apertiſſimas ſtatibus inferunt iniurias & nor. quod eadem aſſertio multis poteſt notis maculari: exempl. Religioſi viuentes in religionibus priuatis non ſunt de religione Chriſtiana. Hęc propoſitio eſt hęretica, quia cõtra vniuerſalem eſt Eccleſię definitionem. Scandoloſa, quia homines ab ingreſſu religionum auertit, & profeſſis, vt vota, quę domino vouerunt non reddant ſuadet. Temeraria quia nulla prorſus ratione, aut authoritate fulcitur, ſed omnium ſanctorum virorũ opinioni contradicit. Schiſmatica. quia eccleſiæ vnitatem diuidit, cum religioſos ab illa ſeparat. Iniurioſa, quia ſtatui religioſorum detrahit.

Pertinax quis dicatur. Quæſt. VIII.

OCTAVO quæro, quis ſit pertinax dicendus? Reſp. per quatuor regulas. Quarum prima ſit talis, quiſquis ſcit aſſertionem ſuam eſſe contra ſacram ſcripturam, aut alicuius Concilij generalis decretum, aut Papæ legitimam definitionem, aut contra com. omnium Catholicorum doctorũ ſententiam, aut contra tacitum totius eccleſiæ cõſenſum errat, & peccat, & ſi à peccato liberari cupit tenetur ſtatim errorem ſuum reuocare, is igitur, qui ſic ſciens errat ſtatim ſine vlla vlteriori monitione eſt pertinax cenſendus, quoniam ſacra ſcriptura, aut Eccleſiæ definitio, quam optimè nouit, pluſquam pro centum, nedum pro duabus aut tribus monitionibus valet. Secunda regula ſit, quiſquis contra fidem, quam Eccleſia Catholica tenet, per ignorantiam errat, ſi legitimè admonitus fuerit, tenetur errorem ſuum reuocare, & ſi non fecerit eſt pertinax, & hæreticus cenſendus, & intelligo, quod ſit legitimè admonitus, vt ſi quis in hæreſim apertè damnatam inciderit, vt errorem ſuum reuocet, admonendus eſt per expreſſam hęreſis ſuæ damnationem, oſtendendo illi expreſſam Eccleſiæ definitionem, aut contradictoriam illius hæreſis oſtendendo in ſacra ſcriptura, aut contradictoriam illius euidenti, & immediata conſequentia deducendo ex alijs in ſacra ſcriptura contentis, & ſufficit quod ſemel fiat admonitio, quod ſi errorem ſuum non reuocat, erit pertinax, & hæreticus cenſendus. Tertia regula ſit quod omnis, qui per ignorantiam in fide errat, poſtquam fuerit, quamuis non legitimè, admonitus de errore ſuo, tenetur diligenter veritatem inquirere, & viros doctos, & Catholicos de ea reconſulere animo amplectendi eam doctrinam, quæ ab illis ſibi fuerit oſtenſa; alioquin eſſet pertinax & hæreticus. Quarta regula ſit, quod omnis, qui contra fidem, quam Catholica tenet Eccleſia, per ignorantiam errat, & iurat, ſe nunquam aſſertionem ſuam deſerturum, ſtatim abſque vlla pręuia admonitione eſt pertinax & hæreticus cenſendus, quia quiſquis non eſt paratus corrigi eſt pertinax cenſendus. Sed qui iurat ſe non diſceſſurum ab ea ſententia, quam tenet, non eſt paratus corrigi, ergo ille eſt pertinax cenſendus, & not. quod proteſtatio generalis de fide, & conditionalis de hæreſi reuocatio, ſi verè ex animo fiant, excuſant coram Deo ab hæreſis crimine eum, qui per ignorantiam in aliquam lapſus eſt hæreſim, ſimiliter, qui neſciens errat in fide circa ea, quæ ſcire non obligatur, excuſatus eſt ab Eccleſia per talem generalem proteſtationem, qui verò neſciens errat in fide circa ea, quæ ſcire obligatur per generalem fidei veram proteſtationem, & ſi coram Deo excuſetur, non tamen excuſatur apud homines, niſi fortè ignorantiã ſuam probare potuerit, quia quamuis neſciat, Eccleſia tamen præſumit eum ſcire: ſimiliter quiſquis aſſerit aliquid contra id quod ſcit eſſe Eccleſiæ Catholicæ fidem, aut dubitat de illo, quamuis generalem fidei proteſtationem fecerit, nullo modo talis fidei ꝓteſtatio illi ſuffragari poterit, quin ſit ab Eccleſia pro hæretico reputandus, eſt enim proteſtatio contraria facto. Direct. Inq. 2. parte quæſtio. 40. Alph. de Caſtr. libro primo de iuſta hær. pun. capitulo 9.

Delicta quæ ſapiunt hæreſim quæ dicantur. Quæſt. IX.

NONO quæro quæ delicta dicantur, quæ ſapiunt hęreſim? Reſp. plura videlicet primo Blaſphemia, quando ſcilicet profertur contra articulos fidei, vtpotè quia Dei omnipotentiam infringit dicens, Deum non poſſe factibilia facere, quod eſt contra primum articulum fidei, qui eſt credere in Deum omnipotentem, & talis dicitur Blaſphemia hæreticalis, & tunc talis Blaſphemans, ſi in talibus verbis hæreticalibus vult ſtare pertinaciter, & illa defendere hæreticus eſt. ſi autem ad arbitrium iudicis fidei velit cum effectu illas hæreſes reuocare, tunc ſi conſtet eum habuiſſe errorem in mente, ita, vt aliqua crediderit fidei contraria eorum, quę ore protulit, tenetur hęreſim abiurare capitulo ad abolendam de hęreticis, quod ſi relabatur, pœna relapſi debita puniatur capitulo accuſatus de hæret. 6. ſi autem non conſtat clarè de mala ſua intentione ſed in ludo & extra ludum, vel frequenter Balſphemat debet arctari ad abiurandum vt vehementer ſuſpectus. d. capit. accuſatus ſi verò non frequenter, ſed rarò in ludo, vel in ira tantum, tunc abiurabit tanquam leuiter ſuſpectus, opus Iud. Inq. ver. Balſphemia numer. tertio. Direct. Inquiſ. ſecunda part. quæſtion. quadrageſimaprima Alber. de Agnoſc. aſſert. hæret. quæſtio. ſexta, nume. vigeſimoquinto, quæſtion. vigeſimaſeptima, numero 17. Simanca de Catholicis inſtit. titul. octauo, Roias de hęret. part. ſecunda. Aſſert. duodecima. Doctores communit. capit. ſecundo, de maled. Alphoſ. de Caſtr. lib. primo. capit. duodecimo, de iuſta hęret. punitio. Conradus lib. tertio de hęret. capit. vigeſimo. Franc. tractat. de fide Catb. capitul. decimoſexto. Secundum delictum eſt ſortilegium, quod ſi per illud honor dabitur Dęmoni latriæ, vel duliæ, puerum rebaptizãs, imaginem Baptizans, & ſacramentis vtens & ſacramẽtalibus, vel ſimilia faciẽs, & hoc ꝓ diuinãdo futura

vel

vel cordis intima penetrando, quæ sapiant hæresim manifestè, tales sortilegi, seu diuinatores, iudicium Inquisitionis non euadunt, sed hæreticorũ legibus puniuntur c. accusatus de hæret. 6. quod si voluerint pænitere sunt per iudices fidei ad abiurationem admittendi, aliàs si noluerint vt hæretici impœnitentes tradendi sunt curiæ seculari animaduersione debita puniendi. c. ad abolendam. §. præsenti de hæret. non quia sortilegi, vel diuinatores sint, sed quia hæreticalia in illis admiscuerunt, & sunt iudicandi manifestè, vel non secundum probationes, & indicia, in quibus deprehenduntur, ad hoc vt abiurent de manifesta, seu vehementi, vel leui, seu indicatur illis purgatio canonica, prout ex actis colligi potuerit. Direct. Inq. p. 2. q. 42. opus iud. Inq. ver. sortilegia, & ver. diuinatio Alph. de Cast. lib. 1. c. 13. de iusta hær. pun. Zanc. tract. de hær. c. 22. Tab. ver. Inquisitor. §. 1. Sylu. ver. hæresis. 2. q. 3. Repert. Inquis. ver. sortilegia, Albert. tract. de agn. assert. hær. q. 11. nu. 3. Comensis in lucerna Inquis. ver. sortilegi doct. com. rubr. cap. 1. & seq. de sortileg. Simanca in Cat. inst. tit. 62. num. 3. Tertium delictum est inuocatio dæmonum, quæ fit tripliciter.

Primò quibus manifestè exhibent honorem latriæ eis sacrificando, adorando, orationes execrabiles effundendo, illis deuouendo, obedientiam promittendo, & alia illis similia offerendo.

Secundo illis honorem duliæ exhibent, vtpotè nomina dæmonum inter nomina spirituum beatorum, vel sanctorũ in suis quibusdam nefarijs orationibus à Deo exaudiẽdis ponendo, cereos accendendo, & Deum per eorum nomina, vel merita obsecrando.

Tertio quidam inuocant dæmones, sed non apparent expressè de adoratione latriæ, vel duliæ, ut quando circulum in terra describunt, puerum in eo ponunt, alius ensem, amphorum, vel aliud coram puero statuens, librum negromanticũ legens, dæmonem inuocans per hæc & similia; omnibus autem supra dictis modis, si fuerint inuocati dæmones, & inuocans quoquo modo sit conuictus, uel confessus iudicialiter, tales non ut sortilegi, sed ut hæretici iudicio ecclesiæ sunt habendi, & per consequens si resipiscant, hæresi primum abiurata, sunt ut pœnitentes hæretici perpetuo immurandi, si autem noluerint desistere si dixerint se uelle desistere & pœnitere, tamen noluerint abiurare, uel si abiurauerint, & postmodum relabantur, seculari sunt iudicio relinquendi, ultimo supplicio puniendi, per omnia sicuti de alijs hæreticis iudicant canonicæ sanctiones; aduertendum tamen est ad tertium modum inuocandi dæmones circa petitionem, quæ fit à dæmone: nam si petitur quod excedit dæmonis facultatem, ut sunt futura à Dei, uel hominis arbitrio merè dependentia, uel uoluntate; tunc ex huiusmodi petitione hæretici iudicantur: quia se protestantur dæmonem fore Deum & in omnibus est apostasia à fide, propter pactum initum cum dæmone, uel uerbo tenus, si inuocatio intersit; non enim potest homo duobus Dominis seruire Marc. 8. hæc latè dicuntur in Direct. Inq. p. 2. q. 43. S. Thom. 2. sent. distin. 7. vb Albert. Magn. artic. fin. & S. Bonau. Ioan. And. cap accusatus. §. sanè de hær. 6. Arch. capit. 1. 26. q. 4. S. Thom. 2. 2. quæst. 96. per totam capit. Episcopi 26. q. 5. Alph. de Cast. lib. 1. c. 14. de iusta hær. pun. Repert. Inq. uer. dæmon. Zanch. tract. de hær. cap. 22. Albert. tract. de agn. assert. q. 11. nu. 4. Simanca in lib. Cat. inst. tit. 21. Quartum delictum est, maleficium, quod cum exercetur per cõmixtionem alicuius sacramenti, aut rei sacramentalis, reddit ipsum operantem de hæresi suspectum; quoniam nisi ille crederet illa habere virtutem ad maleficiorum operationem, illa non adhibuisset, vt cum datur poculum amatorium seu fiunt ligaturæ cum administratione rerum sacratum ad cõsequendum aliquod intentum illicitum, Alph. de Castr. lib. 1. cap. 15. de iusta hær. pun. Quintum delictum fraternizat cum præcedentibus, nempè strigarum, & lamiarum, quæ in pluribus sunt apostatæ à fide cap. qui sine 26. q. 2. coram Diabolo enim Christũ abnegarunt, Ecclesiæ sacramenta, & sacramentalia conculcarunt, ideò tanquam Diabolum adorantes dicuntur hæreticæ, & ab Inquisitore puniri possunt, opus iud. Inq. ver. lamiæ Alph. à Castr. lib. 1. c. 16. de iusta hær. pun. Simanca. de Cath. inst. c. 37. Sextum delictum est quando Christiani transeunt ad ritum iudæorum, & conuersi ex iudæis effecti Christiani, ad dictum execrabilem ritum reuertuntur, hæretici sunt habendi; ideò si volunt redire, & sectam iudæorum abiurare, vt pęnitentes hæretici sunt ad misericordiam admittendi, sin minus iudici seculari sunt tradendi. c. contra de hæret. 6. Direct. Inq. 2. p. q. 44. idem est dicendum de transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Saracenorum seu alterum contra fidem Catholicam ibid. q. 45. & q. 49. Septimum delictum est si pertinaciter per annum steterit in excommunicatione, nam excommunicatus quicunque si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexus, in illis per annum insorduerit; etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum procedi poterit c. 3. sess. 25. de reform. Concil. Trid. si verò fuerit excommunicatus in causa fidei, vt quia noluerit obedire inquisitori, vel impedierit eius officium, seu receptauerit, & fautor fuerit hæreticorum, tunc si per annũ steterit in tali excommunicatione, nõ vt suspectus de hæresi tantum, sed vt hæreticus est cõdemnandus, Direct. Inq. 2. p. q. 7. Zanca tract. de hær. c. 9. nu. 3. opus iud. Inq. ver. excom. numer. 2. Repert. Inq. ver. excom. Octauum delictum est schisma, quando scilicet sunt diuisi, non solum quo ad obedientiam ab Ecclesia, verum etiam quo ad credentiam, quia nolunt credere determinationi Ecclesiæ, Direct. p. 2. q. 45. numer. 4. Nonum delictum est credere hæreticis, illisque fauere, eosque recipere, & defendere, nam credentes erroribus hæreticorum sunt excommunicati cap. excommunicamus. il 1. §. credentes de hęre. & tales dicuntur hæretici cap. excommunicamus. il 2. eod. tit. credere autem hæreticorum erroribus dicitur verbis,

 &fa-

& factis, verbis confessione propria, dicendo se credere erroribus tantum, factis si quis aliquid ab eis receperit, quod spectet ad ipsorum ritum Direct. 2. p. q. 50. similiter receptantes hæreticos scienter nempè illos esse in errore, & latenter eos retinent, ne ad manum Ecclesiæ perueniant, tales receptores suspecti vehementer de tali hæresum credentia habendi sunt cap. excommunicamus. §. credentes de hæret. & est eis abiuratio incendia, Direct. Inquis. 2. p. q. 51. hoc idem est dicendum de defensoribus, qui defendunt eorum errores hæretici sunt, immò hæresiarchæ dici possunt, capit. qui aliorum 24. q. 3. alij non defendunt errores, sed personam errantem, ne ad manus iudicis perueniat, tales non hæretici sunt, sed bene suspecti vehementer, vel leuiter secundum quod defensionem fecerunt, & debent abiurare, doct. capit. accusatus de hæret. 6. Repert. Inquis. ver. defensores Direct. 2. p. q. 52. hoc idem dicendum est de fautoribus eorum, qui si omittendo, vel committendo in causa fuerunt, quo minus ad iudicem Ecclesiasticum non deuenerunt, quando tenebantur excommunicantur ipso facto, & incurrunt in pœnas, de quibus in capit. excommunicamus. il 1. §. credentes de hæret. dixi ommittendo cum negligunt ea facere quæ debent, nempè vt capiantur, & iudici Ecclesiastico tradantur; cõmittendo vt si captos huiusmodi absque iudicis Ecclesiastici licētia è carcere liberant, vel processum directè, siue indirectè impediunt, & dicuntur impedientes officium Inquisitionis Direct. 2. p. q. 53. & seq. latè per totam.

Suspecti de hæresi qui dicantur esse. Quæst. X.

DECIMO quæro, qui dicantur esse de hæresi suspecti? Resp. quod triplex est suspitio. Prima dicitur suspitio leuis, cap. accusatus in princ. de hæret. 6. vt si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes, vel vita, ac moribus à communi conuersatione fidelium deuiantes c. excommunicamus. il 1. in fine de hær. Secunda suspitio dicitur vehemens cap. accusatus in princ. de hær. 6. vt si aliqui reperiantur, qui eos, quos sciunt hæreticos fore, occultent, fauorem impendant, associent, visitent, munera offerant, recipiant, defensent. Tertia dicitur maxima, quæ in iure vocatur violentia cap. cum contumacia de hæret. 6. vtpotè si aliqui reperiantur, qui hæreticos adorauerint, seu eis reuerentiam suo more exhibuerint, consolationem, seu communionem ab eis receperint, & similia: tales enim violenta suspicione de hæresi, & hæreticorum credentia sunt conuicti, doct. capit. accusatus de hær. 6. Primis indicitur purgatio canonica, seu abiuratio de leui; secundis autem abiuratio de vehementi, quod si facere recusauerint excommunicantur, & si per annum contumaces permanserint, veluti hæretici puniuntur capit. excommunicamus. §. qui verò de hæret. suspectus de leui si post purgationem, vel abiurationem relabatur, quamuis ex hoc sit grauiter puniendus; non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri capit. accusatus de hæret. 6. suspectus autem de vehementi si postmodum relabatur, in tribus casibus erit puniendus, primo quãdo relabitur in eandem hæresim, de qua suspectus habitus fuerat vehementer, secundo quando hæreticos generaliter, vel simpliciter abiurauit, & relabitur in aliam hæresim, esto quod de ea antea nunquam fuisset suspectus, neque delatus, tertio quando hæreticos receptat, & eos deducit, eisque fauorem impendit c. accusatus. §. eum verò de hære. 6. suspecti autem de violenta pro conuictis de hæresi, ac vt hæretici sunt habendi, & sicut de deprehenso in hæresi, est de eo per omnia iudicandum cap. excommunicamus. il 1. §. qui verò de hær. qui si voluerit redire est ad misericordiam recipiendus, sin minus tradendus est brachio seculari cap. ad abolendam. §. 1. de hæret. quod si relabatur punietur vt relapsus vt dicam inferius; sed quæro quot sunt casus, in quibus incidentes suspecti de hæresi vehementer habendi sunt? Resp. quod sunt plures. Primus quãdo citatus non vult comparere c. contumacia de hær. 6. Secundus quando quis scienter directè, vel indirectè impedit Inquisitionis officium cap. vt Inquisitionis. §. fin. de hær. 6. Tertius præstantibus auxilium, vel fauorem, & consilium impedientibus Inquisitionis negocium d. c. vt Inquisitionis. Quartus quicunqe instruxerit hæreticos citatos, quod subticeant veritatem, seu falsitatem dicant c. accusatus. §. fin. de hær. 6. Quintus quando excommunicatus per annum steterit obdurato animo post legitimas monitiones capit. 3. sess. 25. Conc. Trid. de reform. Sextus est hæreticorum fautor, defensor & receptator c. excommunicamus. il 1. §. credentes de hær. Septimus propter agnitorum hæreticorum familiaritatem, si est diffamatus, ratione d. familiaritatis dicetur suspectus c. inter de purg. canonica. Octauus quando aliquis, quos scit hæreticos visitat, associat, eisque munera donat, c. accusatus. §. ille de hær. 6. Nonus quando in causa fidei indicialiter confessus, si negat dixisse, quod antea affirmauit, & quod asseruit mendacium, dicitur vehementer suspectus c. litteras de præsumpt. potest etiam poni casus de his, qui publice sint de hæresi diffamati, qui licet non sint habendi suspecti de vehementi; erunt tamen habendi suspecti de leui, & talibus est purgatio canonica indicenda, cap. inter de purg. can. Direct. Inq. 2. p. q. 55. 56. & 57. Decimus quando scienter reperiuntur libri prohibiti penes aliquem, qui eos intelligat, & ex quibus resultaret suspicio iuxta qualitatem illorum, an scilicet esset leuis, vel vehemens schol. 1. in 2. p. Direct. §. sed aliter casus: & tandem de hæresi suspectus inspecta qualitate causæ personatum, & circunstantiarum, de quibus non est certa determinata regula tradita schol. 6. 2. p. Direct. Inq.

Relapsi qui dicantur. Quæst. XI.

VNDECIMO quæro qui dicantur proprie relapsi? Respon. quod illi propriè dicuntur relapsi, qui primo fuerunt lapsi; relapsi enim quasi iterum lapsi dicuntur: labi enim est dupliciter; nam aliqui labuntur in hæresim, aliqui in fautoriam

toriá hæresis;relapsi in bæresim dicuntur quatuor modis. Primo quando quis incidit in illam hæresim,quam anteaabiurauerat, vt deprehensus in eadem c.ad abolendam. §. præsenti de hær. Secundo quando quis non est deprehensus,sed est vehementer suspectus de aliqua hæresi, & abiurat eandem, tanquá vehementer suspectus, si post talem abiurationem in eandem abiuratam hæresim inciderit, relapsus dicetur c.accusatus de hær. 6. Tertio quádo suspectus de vehementi abiurat aliquam bæresim particularem, postea simpliciter & generaliter abiurat omnem aliam, postea deprehenditur in aliquam, & tunc dicetur relapsus c.accusatus. §. eum verò de hær. 6. Quarto quando post abiurationem de vehementi defendit, associat, atque receptat hæreticos d.c.accusatus. §. ille quoque: & omnes isti relapsi, siue pœniteant, siue non, sunt tradendi brachio seculari, quod si non pęniteant sunt tradendi vt hæretici pertinaces, si autem pęniteant sacramenta pęnitentiæ, & Enchatistiæ non sunt eis deneganda c.super eo de hær. 6. Relapsi verò in fautoriam, vtpotè quia in illam abiurant, & postea in abiuratam relabuntur relapsi habétur Direct. Inq. 2.p.q.fin.per totam.

Quibus modis procedatur contra Hæret.
Quæst. XII.

DVODECIMO quæro quibus modis procedatur contra hæreticum? Resp. tribus modis. Primo per accusationem, quam pręcedere debet inscriptio. Secundo per denunciationem, quá pręcedere debet caritatiua monitio. Tertio per Inquisitioné, quam pręcedere debet clamosa insinuatio c.qualiter & quando de accusat. Primus modus est, quando aliquis accusat aliquem de crimine hæresi, vel fautoriæ, & hoc coram Inquisitore offerendo illud se probaturum, & inscribit se ad pœnam talionis, nisi probet. Secundus modus est quádo aliquis denunciat aliquem de hæresi, vel fautoria, vel alijs ad fidem pertinentibus ipsi Inquisitori, sine hoc quod hoc offerat se probaturum, nec vult facere partem, sed dicit quod denuntiat ratione sententiæ excommunicationis, seu zelo fidei, & tali casu proceder Inquisitor ex officio, non ad instantiam partis. Tertius modus quando non est aliquis accusator, vel denunciator: sed fama laborat in aliquo loco per personas fide dignas quod aliquis dixit vel fęcit contra fidem, & clamor ad aures Inquisitoris peruenit pluties publica fama deferente, & clamosa insinuatione præcedente, & tunc Inquisitor inquirat ex officio, qui modi cótinuátur & terminant pro vt 3.p.Dire.nu.71.& seq.

Pœna quibus hæretici plectantur.
Quæst. XIII.

DECIMOTERTIO quæro, quibus pœnis hæretici plectantur? Resp. pluribus, videlicet quædam sunt spirituales pœnæ, quæ animam solam respiciunt, aliæ corporales, quę corpus affligunt. Primo dicemus de corporalibus deindè de spiritualibus, prima corporalis pœna est bonorum omnium proscriptio & confiscatio c. excommunicamus. il t.§. damnati de hæres. quæ amittit à die commissi criminis; sed ante iudicis declarationem fiscus ea non apprehendit Alph. de Castr. lib. 2. de iusta hær.pun.cap. 5. & 6. & Secunda pœna est priuatio cuiuslibet dominij super quoscunque subditos doct.com.c.fin.de hęret. Tertia pœna corporalis est infamia cap. infames 6. q. 1. Alph. d. loco c. 9. schol. 3. ad 1.p.Direct.Inquis. quę infamia extenditur etiam ad filios Alphonsus d.loco q. 10. doct. com.c.vrgentis de hęret. nisi filij parentes de crimine isto accusauerint Alph.d.loco c.26. nam tunc liberantur à pœnis, quę sunt illis à iure inflictę propter parentum hęresim. Quarta pœna est quod hęretici impœnitentes, siue relapsi pœna mortis feriuntur, siue mors fuerit gladio, siue igne, siue alio Alphonsus.d.loco c.12.doct.com.capit.ad abolendam de hæret. Quinta pœna est quod contra hęreticos iuste moueri potest bellum, & bonis spoliari, & in seruitutem redigi, & occidi si pœnitere noluerint Alph.d.loco c.13. doct. com.c. ad abolendam de hęret. Sexta pœna est quod non solum hęretici debent bonis spoliari, & vita vt dixi priuari, sed eorú memoria debet damnari & deleri, ipsorumque libri sunt prohibendi, ex quibus toti Reip. Christianę nocere possunt Alph.lib. 2.c.15. de iusta hęr.punit.& c.seq.cap. fraternitatis de hęret. & damnantur etiam si tales libri multa contineant bona, & damnato authore eo ipso censentur damnati libri scholia 1.2.p.Direct.inquis. pœnę autem hęreticorum, quę animam respiciunt sunt hęc videlicet, prima est excommunicatio ca. excommunicamus. il t.& 2. de hęr.& in Bulla Cœnę Domini nu. t. Secunda pœna est priuatio sepulturę, quæ concomitatur excommunicationem, nullus enim in excommunicatione notoria decedens potest in loco sacro sepeliri clem. 1. de sepultur. dixi ego in tract.de sep.p.1.q.11, nu. 14. c. quicunque de hęret. 6. Quę pœna infligitur illis ex iure diuino Paul. 3. hęreticum hominem post vnam, & secundam monitionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio delicto condemnatus, & 2. Ioan. si quis venit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis, qui enim dicit ei Aue, communicat operibus eius maliginis, & 2. Tes. 3. denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini Nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam accceperunt à nobis, refert Alph.lib.2.de iusta hęret.punit.c. 18. Ampl. vt etiam post mortem declarari possit hæreticus excommunicatus, nam & ipsi ante iudicis declarationem, postquam hęresim, quam mente hęretici conceperunt foris quomodolibet manifestabunt ipso iure excommunicati dicuntur Alph. d. cap. 18. & seq. Tertia pœna spiritualis est quo clericus, vel Episcopus effectus hęreticus priuatur potestate iurisdictionis, non autem ordinis Alphons. d. loco c.21. & seq. Quam quidem eo ipso amittere dicimus ibid. c.24.

ABSO-

ABSOLVTIO I.



IRCA abſolutionem, quæ in Sacramento pœnitentię peccatoribus confeſſis impenditur.

Prima eſt hęreſis, quę aſſerit, quod credens ſe abſolutum, abſolutus eſt quantumlibet contritio deſit, & quod abſolutio cenſenda eſt efficax; nō quia fit, à quocunque tandem fiat, erret, vel non erret, ſed quia creditur.

Huius erroris Dux, atque magiſter factus eſt Martinus Lutherus; contra, quia dum dicit ſolam fidem iuſtificare; quia hoc debet intelligi de fide formata: nam Iacob. 3. dicit, Dæmones credunt, & cōtremiſcunt; Prætérea ſacerdos abſoluit, & remittit peccata per poteſtatem ſibi à Deo collatam; non ergo per ſolam fidem eſt pęnitens abſolutus, patet Ioan. c. 20. Quorum retinueritis retenta ſunt; Prætérea hoc patet per illa verba, quæ profert ſacerdos quando dicit; Ego te abſoluo, Conc. S. Ambr. lib. 1. de pœnit. c. 7. & S. Ioan. Chriſoſtomus in Homelia 83. ſuper Ioannem. S. Cyprianus lib. de Lapſis dicit remiſſionem fieri per ſacerdotem; Prætérea contra id, quod dicit Lutherus illum videlicet eſſe abſolutum. i. à peccato liberum, qui credit ſe à peccato liberatum, quod falſum eſt per id qđ dicit Paulus. 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed neque in hoc iuſtificatus ſum; non enim ex eo quod aliquis credit ſe eſſe ſine peccato, ideò oportet vt ſit ſine peccato.

Vltimo contra hanc hæreſim adeſt diſpoſitio Concilij Tridentini Can. 9. ſeſſ. 14.

Alia eſt hæreſis, quæ dicit, Abſoluere à peccatis, nec Papam poſſe, nec alium quenquam de Romana Eccleſia Direct. Inquiſ. p. 2. q. 13. hæres. 7.

Alia, quæ aſſerit in Catholica Eccleſia non eſſe verè, & propriè pœnitentiæ ſacramentum, quod damnatur in Concil. Trid. ſeſſ. 14. Can. 1. hoc idem ſi quis dixerit ipſum Baptiſmum pœnitentiæ ſacramentum eſſe ibidem Can. 2. Similiter ſi quis negauerit confeſſionem ſacramentalem, vel inſtitutam, vel ſaltem neceſſariam eſſe iure diuino ibidem Can. 6.

Secunda de hac re hæreſis eſt quæ dicit puerum, ac mulierem æquè abſoluere vt Papam.

Huius erroris Author eſt Martinus Lutherus dicens:

In ſacramento pœnitentiæ, ac remiſſione culpæ, non plus facit Papa, Epiſcopus; quàm infimus ſacerdos, imò vbi non eſt ſacerdos æquè tantum quilibet Chriſtianus, etiā ſi mulier aut puer eſſet.

Duo his verbis miſcet Lutherus. Primò quidem in pœnitentis abſolutione omnes ſacerdotes eſſe pares. Secundò dicit, omnes Chriſtianos poſſe abſoluere etiam ſi fœmina ſit.

De hac re tractant S. Thom. & S. Bonau. & alij com. doct. in 4. ſent. diſtin. 19. & Concil. Trid. ſeſſ. 14. per totam.

Contra primum dicendum eſt, quod ad hoc, vt quis poſſit abſoluere, duo requiruntur in eo, poteſtas ſcilicet ordinis, & poteſtas iuriſdictionis, reſpectu poteſtatis ordinis tantum abſoluit à culpa ſimplex ſacerdos, quantum Papa; Quando autem ſacerdos non abſoluit, non eſt ex defectu poteſtatis ordinis; ſed iuriſdictionis; quia videlicet pœnitens non eſt ſibi ſubiectus; ſententia enim lata à non ſuo iudice, nulla eſt. Papa ergo cum habeat latiorem poteſtatem, quia plures habet ſubditos, ideò omnes à culpa abſoluere poteſt; ſimiliter Papa poteſt vel partem, vel totam pœnam relaxare, ſicuti circunſtantia ſe offeret; ſimplex autem ſacerdos vltra abſolutionem à culpa, nunquam propria authoritate poteſt in vniuerſum à pœna abſoluere, vt dicam inferius. verſic. Indulgentia: Hæc Alphonſ. dict. loco.

Addo, quod hæc hæreſis damnatur à Concil. Trid. ſeſſ. 14. ca. 7. & Can. 11. in d. c. 7. dicitur quod nulla reſeruatio ſit in articulo mortis; ideò omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſe.

Contra ſecundam aſſertionem Lutheri, qua habetur Omnem Chriſtianum, etiam ſi mulier ſit, poſſe abſoluere in abſentia ſacerdotis.

Primò Ioan. c. 20. ibi, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt; & quorum retinueritis, retenta ſunt, vbi apparet, quod talis poteſtas fuit data diſcipulis, non autem mulieribus. Secundo hoc idem facit Math. c. 18. ibi, quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, vbi ſoli erant Apoſtoli, atque Diſcipuli Domini; Quod ſi ad omnes Chriſtianos eſſet referenda, oportet fateri mulierem etiam poſſe conſecrare Corpus Chriſti, Cum dixit Diſcipulis, hoc facite in meam commemorationem, quod eſſet omninò abſurdum, ſimiliter, oportet concedere poſſe prædicare, cum dixerit, ite prædicate Euangelium omni creaturæ; & tamen Paulus. 1. Timot. 2. dicit, ſe non permittere mulierem prædicare; Prætérea Lutherus dicit, Omnes Chriſtianos eſſe ſacerdotes, non eſt ergò poſſibile, vt mulier ſit, vbi ſacerdos non eſt. Hanc hæreſim damnat Concil. Triden. ſeſſ. 14. Canone. 10. & ſeſſ. 7. Canon. 10. Hæc Alphonſus d. loco: Hoſius tit. de confeſſione c. 47.

ADAM ET EVA. II.

PRIMA hæreſis eſt, aſſerens primos parentes eſſe damnatione perpetua in infernum detruſos propter eorum primum inobedientiæ peccatum.

Huius erroris Author fuit Tatianus quidam Diſcipulus Iuſtini Martyris, temporibus Antonini Imperatoris.

Contra quam; quamuis nulla ſit pro hoc errore refellendo aperta ſcriptura; non ideo non eſt cenſenda talis aſſertio hæretica; quoniam efficaciſſimum eſt teſtimonium omnium ſacrorum doctorum concors de aliqua re ſententia; impoſſibile enim eſt, quòd omnes concorditer errent, qui vt nos non erraremus, à Deo miſſi ſunt; Paulus ad Epheſios. 4. Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autē Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios verò Paſtores, & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ędificatio-

ćationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei: vt iam non simus Paruuli fluctuãtes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.

Addo ad hoc quod dicit Concil. Trid. sess.4.ca.2.de canonicis scripturis; vbi inter alia docet, Sacram scripturam interpretandã esse iuxta vnanimem consensum patrum, quod idem iubet Pius 4. in Bulla de professione fidei in principio, & dixi supra in quæst.2.

Doctores autem, qui contra hanc hæresim scripserunt, sunt isti videlicet; Primò Ireneus lib. 1. capit. 31. aduers. hæres. Secundo Eusebius Cæsariensis lib.4.Eccl.Hist. Tertio Philaster lib. de hæresibus. Quarto S.Aug.lib.de hęresibus c.25. Quinto Guido Carmelita in lib. de hæresibus. Sextò idem Ireneus lib.3.aduersus hæreses.

Vltra authoritatem doctorum facit ratio; quia non est æquum, vt qui primo captus est, adhuc in captiuitate maneat; Præterea qualiter diceret Paul. 1. Cor. 15. vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Præterea facit pro hoc punitio, quam subijt Adam & Eua.

Vltimo facit scriptura Sap. 10. Hęc illum, qui primus formatus est à Deo Patre orbis terrarum cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo.

Secundus de hac re ortus est error, asserens Adam post peccatum perdidisse imaginem Dei.

Huius erroris Author est Origines, contra facit Paulus.1.Cor.9. vir non debet velare caput, quia Imago, & Gloria Dei est. nota quod imaginis nomen non solum capitur in litteris sacris iuxta id, quod in natura situm est, sed etiam aliquando capitur iuxta quasdam animæ qualitates, Primo modo accepta nunquam perditur, quoniam etiam in Dęmonibus, quorum peccatũ fuit longè grauius, naturalia in eis integra manserunt, vt dicit Dionysius Areopagita, & contrarium sentiens erraret. Secundo modo accepta bene dici potest, quod fuerit amissa.

Tertius error in hac materia exortus est, quo docetur Adam, & Euam, si permansissent in iustitia, non coituros vnquam; nec humanam speciem per commixtionem propagandam.

Huius erroris Authores fuerunt Armeni vt testatur Guido Carmelita in Sũma de hęresibus.

Contra hanc hęresim est textus Apert. 2. Genes, ibi. Hoc nunc os de ossibus meis, & Caro de Carne meą est, hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est, quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna Conc. Math. cap. 19. Paul. 1. Cor. 9. Huic errori consentit quidam Almaricus, qui alium errorem seminans dicit sexuum differentiam nullam fuisse futuram, contra quem errorem est text. apert. Math. capit. 19. non legistis, quia qui fecit ab initio masculum & fœminam creauit eos.

Quartus reperitur error, quod Adam foret mortuus, etiam si non peccasset, & quod mortuus est non ex culpę demerito, sed ex conditione naturę.

Huius erroris Author est Pelagius, contra facit. Primo Genes. cap. 2. ibi. In quacunque die comederis, morte morieris. Secundo ad Rom. 5. sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors, ita & in homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Tertio ad Rom. 8. Corpus mortuum est propter peccatum. Quarto Sap. 1. Deus qui mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, creauit hominem inexterminabilem, & ad Imaginem similitudinis suę fecit illum. Quinto Genes. 3. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Sexto, & vltimo contra hanc hęresim adest Concilium Mileuitanum sub Innocentio Primo cap. 1. ibi, quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturę. Anathema sit.

Quinta hęresis est Adam, & Euam fuisse cœcos ante peccatum, ac tunc primum eos videre cępisse, quum de cibo ligni vetiti comederunt.

Huius hęresis quis sit Author ignoratur, contra hanc hęresim est text. Apertus Genes. 3. nam antequam illi peccassent, de muliere loquitur. Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendũ & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, quòd si cęca fuisset, vtique lignum videre non potuisset, & licet scriptura dicat oculos eorum fuisse apertos August. lib. 14. cap. 16. de Ciuit. Dei dicit: Patebant oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est non attenti, vt cognoscerent, quod eis indumentum gratię præstaretur, quãdo membra eorum voluntati repugnare nesciebant, Conc. Chrys. in Commentar. super Genes.

Sexta est hæresis, quę docet Euam cunctarum gentium matrem non esse è costa Adę formatam, sed simul eodem puncto de limo terrę, quo Adam, formata fuit.

Contra hanc hęresim facit. Primo textus cap. 2. Genes. Tulit vnam de costis eius, & repleuit Carnem pro ea, & ędificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in Mulierem, & adduxit eam ad Adam. Secundo Sap. 10. Hęc illum, qui primus formatus est à Deo Patre orbis terrarum, cũ solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo. Tertio Paulus. 1. Tim, 2. Adam primo formatus est, deinde Eua. Quarto act. Apost. 17. ibi, fecitque ex vno omne genus hominum, vbi Patet Euam ex Adam ortam esse; Quinto 1. Cor. 11. Mulier gloria viri est: non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Sexto Eccl. 17. Creauit ex ipso adiutorium sibi. Septimo Tob. 8. Tu fecisti Adam de limo terrę, dedistique ei adiutoriũ Euã. Octauo Sap. 10. eduxit illum de limo terrę, & dedit illi uirtutem continendi omnia, de Eua autem nihil dicit scriptura, quod facta fuerit de limo terrę. Nono Genes. cap. 2. Hęc (inquit ille) vocabitur uirago, quoniam de viro sumpta est, Decimo est com. opinio doctorum Aug. lib. 9. cap. 19. super Genes. & lib. 12. c. 21. de Ciuit. Dei Chrysost. Homel.

15. su-

15. super Genes. Greg. lib. 30. Moral. ca. 24. Theophilactus super Paul. ad Ephes. 5. & 1. ad Cor. 11. Anselmus d. loco Eucherius super Genes. capit. 20. doct. omnes, 2. sent. distin. 48. Hieron. in Epistola ad Philemonem. Vndecimo in c. Gaudemus de diuortijs, vbi Innocentius. 3. hoc expressit Aug. lib. 6. super Genesim.

ADORATIO. III.

ADORATIO. Prima hæresis est, quæ adstruit, Crucem Dominicam nullo pacto esse adorandam.

Author huius hæresis fuit Claudius Taurinésis Episcopus; contra quam Psal. 98. Adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quid autem verius scabellum Christi, quàm Crux? cui pedes illius affixi sunt; quod ita ibidem Hieronymus explicat. Secundo probat Psal. 131. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius; vbi Cassiodorus interpretatur hāc esse Sanctam Crucem, in qua stetisse rectè dicitur, vbi corpus eius infixum fuisse monstratur, Conc. Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa c. 12. de Crucis Dominicæ ligno differens sic ait, quod autem ipsum nimirum preciosum, & perquam vere venerandum, in quo semetipsum pro nobis Christus obtulit, vt sanctificatū tactu sancti corporis, & sanguinis decenter adorandum, clauique, & lancea, & indumenta, & sacra ipsius tabernacula, quę sunt præsepe, spelunca, Golgota, Saluatoris viuificum sepulcrum, Sion Ecclesiarum propugnaculum, & similia, vt ait Dauid. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius quòd autem Crucem dicat, ostendit quod sequitur, surge Domine in requiē tuam. Sequitur enim Crucem resurrectio. Tertio hanc ipsam adorationem confirmat totius vniuersalis Ecclesiæ ritus, & consuetudo, quæ statuit, vt in feria sexta Parasceuæ eleuetur Crux à sacerdote, vt à populo adoretur. Ecclesiæ autem vniuersalis traditio tanti est ponderis, vt qui illi obstet, non minus censeatur hæreticus, quàm si expressè scripturæ contradiceret, præcipuè in rebus grauibus, & in quibus errare magnum esset periculum; conc. etiam August super Ioan. tract. 36. Chrisost. super Math. cap. 24. Tunc apparebit signum filij hominis in Cœlo, Crucem dicens ex mente Damasceni d. loco dicens, Adorandum est igitur signum Christi, vbi enim fuerit signum eius, illic & ipse erit: materia aūt ex qua figura crucis exprimitur, siue sit aurum, siue lapides preciosi, aut alia quæuis materia post figurationem, si contingit dissolui, non est adoranda: omnia igitur quæ Deo adiacuerunt adoramus, ipsi reuerentiam, pietatisque cultum exhibemus. In hoc tamen omnes Reliquiæ ab illa, in qua Christus pependit, superantur, quod illa contactu Carnis, & sanguinis Christi quodammodo sanctificata fuit: nec tamē ideò aliç adorandę non sunt. Vnde Damascenus d. loco dicit, Adoramus etiam figuram precinsæ, & viuificæ Crucis, tametsi ex alia materia facta est, non materiam venerantes, (absit enim) sed figuram, tanquam Christi signū cap. 1. conc. etiam Aug. lib. de visit. infirm. cap. 4. & Theophyl. super Math. c. 24. ait, Crux tunc apparebit in cœlo supra solem fulgens ad arguendos Iudęos etc. Conc. Cyrillus. lib. 6. contra Iulianum, respondens illi irridenti christianos, quod crucis lignum adorant, postquam enumerauit beneficia à Christo nobis in cruce exhibita, ait: Hæc omnia recordari nos facit salutare lignum, & suadet, vt cogitemus, quod dicit Paulus, vnus pro omnibus mortuus est, & resurrexit. Cōtra hanc hæresim scripsit Thomas Valdensis lib. de sacramentalibus tit. 20. Nec tamen ex hoc idolatriæ scrupulus vrgere debet, quia adoratio ipsa, & si coram cruce fit, mens tamen nostra ad id solum fertur, quod crux repræsentat, Dei scilicet filium olim in cruce pendērem. Hæc Alphonsus ver. adoratio. Ad quem addo quintum fundamentum quod adducit S. Thom. 3. p. q. 25. Art. 4. & sequitur S. Ant. 3. p. tit. 12. cap. 9. §. 5. & cæteri cōmuniter dicentes, quòd crux Christi duplici modo adoratur, vno modo scilicet in quantum repræsentat nobis figurā Christi extensi in ea, alio modo ex contactu ad membra Christi, & ex hoc, quòd eius sanguine est perfusa. Vnde vtroque modo adoratur eadem adoratione cum Christo, scilicet adoratione latriæ. Et propter hoc etiam crucem alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixum: si verò loquamur de effigie crucis Christi in quacunque alia materia (puta lapidis, vel ligni, argenti, vel auri) sic veneramur crucem tantum, vt imaginem Christi, quam veneramur adoratione latriæ; quod si materia prædicta contingat post figurationem dissolui, non est adoranda, vt inquit ipsemet Alphons. d. loco ver. materia autem; innititur autem hoc quintum fundamentum super eo, quod dicit Ecclesia in Hymno de Dominica Passionis Domini per illa verba.

O Crux Aue spes vnica
Hoc passionis tempore
Auge pijs iustitiam
Reisque dona veniam.

Et quod dictum est de cruce Christi, multo magis dicas procedere in humanitate, & in imagine ipsius Christi. S. Thom. 3. p. q. 25. Art. 1. & 3. ex authoritate Concilij Generalis. 5. Can. 9. & Damasc. lib. 4. c. 17. de fide orthodoxa, vt dicetur inferius, ver. Imago. Et quantum quidem ad rationem contactus membrorum Christi, adoramus non solum crucem, sed omnia quæ sunt Christi, vt clauos, Lanceam, vestimenta, & sacra eius tabernacula, vt dicit Damasc. sed quia non præsentat imaginem Christi crucifixi, sicuti crux, quæ dicitur signum filij hominis Math. capit. 24 hinc est, quod imaginem crucis veneramur in quacunque materia; non autem imaginem clauorum & huiusmodi S. Ant. 3. p. tit. 12. cap. 9. in fine S. Bonau. 3. sent. distin. 9. Art. 1. q. 4. Alex. de Ales. 3. p. q. 30. memb. 3. Art. 3. §. 1. S. Thom. 3. sent. distin. 9. q. 4. Tab. ver. adoratio nu. 12. Arm. nu. 7. Ang. nu. 6. Filiarcus in Man. cōf. §. adoratio pag. 183. Hosius ti. de signo crucis c. 10. & sequent.

Secunda de hoc orta est hæresis asserens sacratissimam Eucharistiam non esse vllo pacto adorandam, crimen Idolatriæ impingens cuicunque eam adoranti.

Huius hæresis Author est Ioannes Oecolampadius, natione Germanus.

Contra hanc hæresim faciunt quæ dicam inferius ver. Eucharistia; præterea facit Psa. 96. ibi Adorate eum omnes Angeli eius. Vnde Paulus ad Hebr. 1. de Christi persona intelligenda docet esse, nō quidem de sola eius diuinitate, sed de tota persona in duabus naturis existente. Secundò facit Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, vbi Hier. Corpus Dominicum præ cæteris omnibus meritò scabellū dici potest: quoniam in eo maiestas diuinitatis, tanquam super scabellum stetit, conc. cum eo ibidem Augustinus, vbi colligitur mens Augustini Christi carnem Eucharistia contineri, & adorandam carnem ipsam ostendit dicens; Nemo illam carnem mādùcat nisi prius adorauerit, quòd si adorare recusat, minimè christianus dicetur, sed hæreticus, conc. ibidem Cassiodorus. Tertio facit Psal. 5. Introibo in domum tuā & adorabo ad templum sanctum tuum, ibi Cassiodorus. Templum sanctum est Corpus Domini Saluatoris, quod iure adorat Ecclesia, per quod mesum esse reuerenda. Quarto facit Psal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, vbi Aug manducauerunt Corpus humilitatis Domini sui, etiam diuitea terræ, nec sicut pauperes saturati sunt ad imitationem; sed adorauerunt, conc. Alex. 1. in Epistol. ad fideles de sacrificio missæ, dicens: nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quā, Corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda; & sicut potior est cæteris, ita potius excoli, & venerari debet, conc. Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana.

Quinto & vltimo cōtra hāc hæresim est aperta Catholicæ Ecclesiæ definitio in Concil. Trid. sess. 13. c. 5. & antea in clem. si Dominum de Reliq. & vener. sanct.

Tertia hæresis est, licere adorare creaturas cultu latriæ, etiam si sint Dæmones in quantum sunt repræsentatione sui creatoris; Direct. Inquisitorum p. 2. quæst. 10. hær. 2. & seq. doct. 3. sent. distin. 9. S. Thom. 2. 2. q. 84. Art. 1. & q. 103. art. 3.

Quarta hæresis est, qd absque peccato possunt adorari Dæmones dulia, & melius excusatur ab Idolatria sacrificans dæmoni, quàm adorans imaginem Christi, & sanctorum, Direct. Inquisit. p. 2. q. 10. hær. 4. & seq. gl. clem. si Dominum de reliq. & ven. sanct. gl. c. venerabiles de cons. distin. 3.

Quinta hæresis est, quod de iure naturæ adoratio, & sacrificium debentur dæmonibus Directorium Inquis. p. 2. q. 10. hær. 6.

ADVENTVS, IIII.

Albanenses dixerunt ante aduentum Christi nullos bonos fuisse ideoq; . Adamū nō fuisse à Deo, nec Moysem; Immo eos malos extitisse. Cōtra facit primo quod dixi supra verb. Adam. Secundo facit quod dicit Nicol. Saud. lib. 7. de visibil. Mon. Eccl.

ADVLTERIVM. V.

VNA tantum hæresis de hac re orta est, quæ docet matrimonium legitimè contractum & perfectè consummatum, posse dissolui propter coniugis adulterium; non solum quantum ad thori separationem; sed etiam quo ad vinculum: ita vt is, qui in matrimonium fuit liber à culpa consummati & perpetrati adulterij, possit alterum cōiugem adulterum prorsus dimittere, & cum alio verum, & legitimum matrimonium contrahere, & illi absque peccato copulari, de qua hæresi dicam inferius titu. de nuptijs.

ALTARE. VI.

LVtherus altaria vni Deo viuo, & verò sub Christi nomine, aut Sanctorum titulis consecrata, vocat insignia Baal, & omnium Deorum.

Contra facit Apoc. 6. vbi Ioannes dicit, se vidisse animas occisorum sub ara; quem locum intelligit de visibili altare Dei. S. Aug. serm. 11. de sanct. & libro 6. Contra Parmen. Secundo facit. 1. Cor. 10. dicens eos qui edunt hostias, communicare cum altari. Tertio faciunt quæ dixi supra. 1. p. ver. Templum.

ANGELVS. VII.

VNVS est error circa Angelos, quo habetur, qui asserit Angelos non esse creatos à Deo, siue bonos, siue malos.

Huius erroris Author fuit Hermanus Risuic.

Contra quem facit primo Iob. c. 4. ibi, Ecce Behemoth, quem feci tecum, quem dæmonem intelligunt. Hieronym. & Gregor. Secundo ibidem c. 3. ibi Ipse est principium viarum Dei, vbi Gregor. ex ponit de dæmone. Tertio Ezech. 31. ibi Quoniam speciosum fecit eum in multis condensisque frondibus. Quarto de omnibus Angelis dicitur Psal. 103. qui facit Angelos tuos spiritus. Quinto Paulus ad Hebr. 1. vbi, qui facit Angelos suos spiritus & ministros suos flāmā iginis. Sexto 1. Ioā. ibi, omnia per ip'um facta sunt, & sine ipso factum est nihil, aut ergo Angelos esse factos à Deo concedat, aut ipsos esse nihil fateatur oportet. Septimo & vltimo contra hanc hæresim est determinatio Ecclesiæ cap. firmiter de summa trin. & fide Cath. ibi, de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem Angelicam videlicet, & mundanam.

Secunda hæresis docet Angelos creatores esse corporum, non autem Deum Direct. Inquis. 2. p. q. 4. nu. 1. S. Ant. 4. p. tit. 11. c. 5. §. 1.

ANIMA. VIII.

PRIMVS error est, qui negat animam rationalem esse formam corporis humani, non absolute, sed in quantum rationalis est.

Huius

Huius erroris patronus esse dicitur Petrus Ioannes; contra hanc hæresim adest dispositio Ecclesiæ clem. vnica de summa trin. & fide Cathol. §. Porrò, ibi, qui temerè defendere præsumpserit, quod anima rationalis, seu intellectiua, non sit forma Corporis humani per se essentialiter, tamquam hæreticus sit censendos. Direct. Inq. p. 2. q. 7. hær. 3.

Secundus error (sed verè error nuncupari non debet) est docens spiraculum, quod Deus spirauit in Adam, esse ipsam animam; Sed potius contraria opinio esset hæretica.

Hæc assertio nominatur à Philostrato inter hæreses.

Contra quem tenet Aug. lib. 13. c. 24. de ciuit. Dei, irridens eos, qui credunt spiraculum quod spirauit Deus in faciem Adæ, esse quandam gratiam animæ Adæ collatam, & non potius ipsam animam.

Tertia est hæresis docens hominis animam esse prius formatam, quàm corpus.

Huius erroris est Author Ioannes Episcopus Hierosolymitanus.

Contra hanc hæresim est textus apert. c. 2. Genes. ibi formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentẽ; vbi clarè constat, prius corpus, quàm animam esse factum; contra hunc tenuit S. Hierony. in Epist. ad Pamachium aduersus errorem præfati Ioannis, Idem Leo Papa in Epistola 71. ad Astorigensem Episcopum.

Quartus est error, qui asserit animam esse aut Dei substannam, aut ex Dei substantia.

Huius erroris Author est Carpocrates, vt testatur Irenæus lib. 1. c. 24. Aduersus hæreses.

Contra hanc hæresim est. Primo text. cap. 2. Genes. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in eum spiraculum vitæ, quod spiraculum ostendimus supra fuisse animam; non est ergo Dei substantia, quemadmodum flatus ex ore hominum prodiens non est de substantia hominis, sed de aere isto circumfuso; Præterea si animam Deus ex sua substantia fecisset, haberet easdem proprietates, quas Deus habet consequens est falsum, ergo & antecedens; Deus enim est immutabilis Iac. c. 1. Ego Deus & non mutor, & alibi apud quẽ non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio; anima verò nostra nũquam in eodem statu permanet Ioh. c. 13. Tertio & vltimo est determinatio Ecclesiæ Concil. Bracharense. 1. c. 5. ibi si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, Anathema sit: vndè credendum est animas à Deo ex nihilo creatas esse conc. Leo Papa in Epistola 72. cap. 5.

Quintus error est, qui docet animas non creari à Deo.

Hic autẽ error adhuc diuisus est; nam quidam dicunt animas fuisse factas ab Angelis, quod tenuit Seleucus; alij dicũt animam fieri ab anima patris, quemadmodum corpus ex corpore, & dicunt animam corpoream esse, quamuis immortalem; Huius erroris est Author Tertullianus.

Contra hanc quintam hæresim est. Primo Sap. 1. creauit Deus, vt essent omnia. Secundo & Paulus ad Hebr. 13. Qui omnia creauit Deus est. Tertio Apocal. 4. Quia tu creasti omnia. Quarto & vltimo est determinatio Ecclesiæ Leo Papa ad Toribium africanum, animæ hominum priusquam suis inspirentur corporibus; non fuere, nec ab vllo incorporantur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est Creator, & Corporum, conc. Symbolum ibi Factorem inuisibilium & capit. 1. de summa trin. & fide Cath.

Sexta hæresis est, quæ asserit, animas sceleratorum hominum post mortem conuerti in dæmones, & in quæcunque animalia bruta suis meritis congrua.

Huius erroris est Author Tertullianus, contra est textus apertus Math. capit. 25. ibi Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius; ex quibus verbis apparet discrimen esse inter animas malorum hominum & dæmones. Direct. Inquis. 2. p. q. 6. nu. 60. q. c. fi. 24. q. 4.

Septima hæresis est, quæ dicit, animam hominis simul cum corpore in morte hominis corrumpi. Hæc in duas Sectas diuisa est; nam quidam animas simul cum corpore interire, sed postmodum in resurrectione iterum cum corporibus suscitari, alij autem dicunt, animam sic in morte hominis cum corpore perire, vt nusquã postea redeat, quo facto videntur etiam hi negare resurrectionem, de hac secunda dicam inferius ver. Resurrectio.

Contra hanc hæresim facit. Primo Math. c. 25. Ibunt iusti in vitam æternam, illi autem. i. Peccatores in ignem æternum.

Æternum autẽ esse non potest, quod aliqñ finietur. Secundo Sap. 5. Spes illorum immortalitate plena est. Tertio Sap. 11. Deus creauit hominem in exterminabilem &c. vbi colligitur animam esse incorruptibilem. Quarto Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, visi sunt oculis insipientium mori, ipsi autem sunt in pace, Quinto Apoc. 6. Vidi sub Altare animas interfectorum propter verbum Dei. Sexto Apoc. 7. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.

Septimo anima Lazari deportatur ab Angelis Luc. c. 16. Math. 10 Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere. Octauo Mat. 22. Non Deus mortuorum, sed Deus viuẽtium, anima ergo mortuo quantumlibet corp ore, viuit, nec simul cum corpore perit.

Nono contra hanc hæresim est definitio Ecclesiæ in Concilio Lateranense sub Leone Decimo in decreto, quod incipit Leo Episcopos. Direct. Inq. p. 2. q. 6. nu. 59. cap. fin. 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. c. 7. Turre Cremen. in Summa lib. 4. c. 34. & d. c, fin. ver. Arabici.

Octaua hæresis est, quæ asserit, animas transire de corpore in corpus, ita vt post vnius hominis mortem anima illius ad aliud corpus vegetandum atque fouendum transeat.

Huius hæresis sunt Authores Albanenses, & Albigenses hæretici.

Con-

Cótra quam facit quod dicit Athanasius de beatitudine filij Dei lib.6. Regulas fidei ostendens ait, Si quis confitetur animas hominum in reuolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus verti Anathema sit.

Nona & vltima hæresis est, quæ asserit, animas antè infusionem corporis peccasse, & in pœnam peccati in corpora, tanquam in carcerem fuisse inclusas.

Huius erroris Author est Origenes contra facit 1.Cor.15. In resurrectione mortale hoc corpus induet immortalitatem, vt corpus sicut anima congruum suis meritis premium accipiat; quod non esset si corpus esset datum animæ incarcerem illius. Secundo est Concilium Braccarense primũ c.6. ibi Si quis animas humanas dicit prius in cælesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit, Anathema sit. Direct. Inq. p.2.q.6.nu.40.c.fi.23.q.4. S.Ant.4.p.tit.11.c.7. Turre cremen.lib.4. Summæ c.34.& d.c.fi. ver. origeniari. Decima animam imaginem Dei negat c. fi. in fine 24.q.3. Direct.2.p.q.6.nu.70.in fine S.Ant.4.p.tit.11.cap.7. Turre crem.lib.4.c.34.summę.

ANNVS. IX.

PHILASTER ait in lib. de hæresibus, hæresim esse asserere incertum esse numerum Annorum ab origine mundi; Nulla tamen est hæresis hoc asserere cum nunquam de hac re Ecclesia definierit.

ANTICHRISTVS. X.

BVllingerus hæreticus asseuerans dicit, nullum olim Antichristum in orbem esse venturum præter eum, qui iam in Episcopis Romanis aduenit.

Contra facit primo Ioannes.5. de Antichristo loquens dixit: Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis; Iudæi ergò accipient Antichristum: at quis ignorat Iudæos nondum accepisse Romanũ Pontificem, nec ei credidisse? Secundo quia ille Antichristus erit vnus Princeps, & dux aliorũ Antichristorum: Pontifices autem Romani fuerunt plusquam ducenti; non ergò Romanus Pontifex est Antichristus 2.Thes.2. vbi extollet se super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Non potest ergò fieri, vt plures consortes habere se fateatur, qui eodem modo sese efferat. Tertio faciunt quæ dixi supra ver. Papa in 1.p. Quarto quia Antichristus non aduenist, nisi deleto Imperio Romano: quod quidem Imperium adhuc vigere nullus est qui dubitet. Quinto quia Antichristus veniet cum fuerit prædicatum euangelium omni creaturæ Mat. 24. ibi Prædicabitur Euangelium Regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, cũ ergo videritis abominationem &c. at Euangeliũ nondum per totum orbem esse prędicatũ demonstrabitur infra in p.3. Sexto quia Antichristus veniet in cósummatione seculi non ante, Mat. 24. Ibi tunc veniet consummatio: cum ergò videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Septimo quia iste circumcidetur, sabbatum ritumque Iudæorum celebrabit. Octauo Antechristus negabit Christum incarnatum fuisse, quod tamen Romanus Pontifex non facit: Proprium enim Antichristi est, vt neget Christum in carne venisse. Nono quia Antichristus dicet se esse Christum; quod Pontifex non facit, sed asserit se Vicarium eius tantum. Decimo quia Antichristus finget se mori, ac resurgere, & alia opera Christi facere, quę Pontifex non facit Apocal. 3. ibi Vidi vnũ de capitibus bestiæ quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Vndecimo Antichristus extollet se supra Deum: Pontifex autem dicitur seruus seruorum Dei, & minister eius. Antichristus autem dicit se Deum esse. 2. Thes. 2. ibi Sequè ipsum extollet supra omne quod dr Deus, aut quod colitur. Duodecimo Antichristus faciet miracula in nomine proprio, & arte magica, Pontifex autem in nomine Christi, & sic non vt Deus, sed tanquam eius minister. Tertiodecimo Papa nõ intelligit ænigmata: Antichristus autem sic, Daniel. 8. ibi Cum creuerint iniquitates, consurget Rex impudens facie, & intelligens propositiones, seù ænigmata, Quartodecimo quòd Papa non sit Antichristus, quia Enoch, & Elias nódum restiterunt Papæ, qui tamen Antichristo resistent, cum is aduenerit Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Eliã pophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres ne forte veniam, & percutiam terram Anathemathe, & Mat. 5. Elias cum venerit primò restituet omnia. Quintodecimo Hęretici, qui sunt exercitus Antichristi, non pugnant pro Papa, sed potius contra illum Daniel 11. Et veniet in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plurimos Luc. 21. Cum videritis circundari ab exercitu Ierusalem, & tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Sextodecimo Papa non persequitur Sanctos, sicuti facit Antichristus. Daniel. 7. Tradentur in manus cornu populi (hoc est Antichristi) & Sanctos altissimi conteret & Apocal. 20. Datum est illi bellum facere cũ Sanctis, & vincere eos. Decimoseptimo Papa tuetur, & colit Eucharistiam, quam abominatur Antichristus Daniel. 9. In dimidio hebdomadis deficiet hostia, & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis. Decimooctauo Papa non habet nomen quod cótineat 666. Prout habebit Antichristus Apocal. 13. ibi Nisi quis habeat caracterem aut nomen, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est, bestię qui habet intellectum computet numerum bestię, numerus enim hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Decimonono Antichristus regnabit breue tempus, Põtifex autem multo diutius præfuit in Ecclesia Dei de Antichristo Daniel. 7. Sanctos in manu Antichristi tradendos per tempus. i. vnum annum, & tempora. i. annos duos, & dimidium temporis. i. sex menses. Alias rationes adducit Nicol. Sand. de visib. Mo-

narchia

narchia Ecclesię lib. 8. c. 49. & seq. in hęreticos igitur propriè quadrant, quę dicta sunt de Antichristo, non in summum Pontificem, vt docet Turrianus lib. 3. c. 17. aduers. Magdeburgenses.

APOSTATA. XI.

APOSTATAS pœnitentes non esse recipiendos hęresis est Direct. Inquis. 2. p. quęst. 6. nume. 34. cap. fin. 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. cap. 7. Turre cremen. lib. 4. Summę c. 34. & d. ca. fin. ver. Nouitiani.

APOSTOLI. XII.

PRIMA est hæresis, quæ asserit Apostolos nō prædicasse Euangelium Christi, iuxta spiritualem intelligentiam; sed tantum secundum litteram.

Huius erroris est Author Abbas Ioachim; contra hanc hæresim facit Ioan. c. 15. ibi Omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis. Secundo Luc. c. 8. Vobis datum est nosse Mysterium Regni Dei. Tertio 1. Cor. 12. vbi Paulus vidit Arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Quarto 1. ad Galat. Improperans Iudæis, qui solum litteræ cortici adhærentes litteræ spiritum non tenerēt. Quinto Paulus. 2. Cor. 3. Nos verò omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, tanquam à Domini spiritu. Sexto Ioan. c. 14. Paracletus autem, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Septimo 2. Cor. 3. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. litera enim occidit, spiritus autem viuificat.

Secunda hæresis est, quæ asserit, Apostolos nec habuisse, nec recepisse pecuniam, neque aliquid in crastinum seruasse. Et (quod peius est) docet etiā hæc hæresis nihil horum Apostolis licuisse; quapropter spem salutis tollit omnibus pecuniam recipientibus, aut aliquid in crastinū seruantibus.

Huius hæresis Authores fuerunt quidam dicti Pseudoapostoli, quorum Dux fuit quidam Gerardus Sagarellus de Parma, qui captus in errore dānatus, & combustus fuit.

Contra facit. Primo Ioan. 4. Discipuli eius abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent. Secundo Ioan. 6. Colligite, quæ superauerunt fragmenta, ne pereant; vbi apparet, quod aliquid seruatum. Tertio, multa procurata sunt necessaria indigentiæ fratrum propter famem instantem Act. 11. Quarto, aliquid alimenti pro via Paulum recepisse testantur Acta Apost. 25. non obst. capit. 10. Math. Nolite portare aurum, & argentum, & Math. 6. Nolite solliciti esse in crastinum; nam. ad primum Resp. ibi esse temporariam prohibitionem ad aliquod certum tempus restrictam; ad secundum Resp. ibi nō prohibere prouidentiam, sed nimiam tantum sollicitudinem, ne separet nos à Deo, cui seruire debemus. Direct. Inq. secunda parte quæstio. decimaquinta num. 3. & seq.

APPELLARE. XIII.

APpellare licere à Papa ad vniuersale Concilium asseuerans, esset hæreticus.

Contra hanc hæresim facit Bulla in Cęna Domini emanata hoc anno 1580. nu. 2. Secundo facit ratio, quia si talis appellatio admitteretur in Pontifice non resideret plenitudo potestatis; prout in eo est plenissima, & de iure appellatio fit ab inferiore ad superiorem iudicem; ita doctissime probat Turre crem. in summa Ecclesiæ cap. 47. & seq.

AQVA. XIIII.

PRima hæresis est, aquam non esse creatam à Deo, sed esse illi coęternam.

Huius hæresis Author est incertus, contra facit 1. Psal. 88. Tui sunt Cęli, & tua est terra; orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti, Aquilonem, & Mare tu creasti. Secundo Psal. 134. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in Cœlo, & in terra, in Mari, & in omnibus abyssis. Tertio, & vltimo est determinatio Ecclesiæ ném̃ [illegible] de Summa Trin. & fide Cath. quibus in locis apparet Deum esse omnium Creatorem visibilium, & inuisibilium. c. 11. 24. q. 3. in fine. Direct. 2. q. 6. nu. 70. S. Ant. 4. tit. 11. cap. 7. Turre crem. 4. lib. sum. [illegible]æ cap. 34. in fine.

Secunda hæresis est, quæ dicit, Aquam benedictam nihil plus habere virtutis, aut efficacię, quàm non benedictam.

Huius erroris Authores primi fuerunt quidam Flagellantes nuncupati. Dicunt enim quod nos nō possumus benedictionibus nostris res facere meliores, quàm Deus ipsas per naturam condiderit.

Contra facit. Primo Numer. cap. 5. ibi Assumetque Aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Secundo adest determinatio Ecclesiæ cap. Aquam de consecr. distin. 3. ibi Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cūcti aspersi sanctificētur, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Ad rationem, quam dicunt hæretici. Resp. Res meliores fiunt, non tamen à benedicente, aut orante, sed à Deo propter merita benedictionum; & orationum præcedentium, quæ plus possunt, quam natura, Hosius Card. Varm. tit. de Sacram. Euchar. c. 39. Quod idem dicendum esset de benedictione aliarum rerum. Turrianus lib. 3. c. 6. & lib. 5. c. 4.

Tertia hæresis aquam solam in Calice offerendam esse Direct. 2. p. q. 6. nume. 13. cap. fin. 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. c. 7. Turre crem. lib. 4. c. 34. ver. Aquarij.

ARCHANGELI. XV.

ARchangelorum opus esse rerum conditarum vniuersitatem hæresis, direct. 2. p. 2. quæst. 6. numer. 13.

BAPTISMVS. XVI.

PRima hæreſis eſt, quæ errat in materia; non enim baptizant in aqua, ſed in igne.

Hic error eſt Seleuci, Hermiæ Galatarum; per illum textum, ipſe vos baptizabit in Aqua, & igne Matth.cap. 3. qui locus intelligitur, quia Spiritus Sanctus eſt ignis, vel quia hic baptizamur in Spiritu, & aqua; in futuro autẽ baptizabimur igne, iuxta dictum Pauli 1. Cor. 3. vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit, ita ibi intelligit Hieronymus, & Hylarius.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Matth.c.28. ibi Baptizantes eos in nomine Patris, & filij & ſpiritus ſancti; Baptizare autẽ ſignificat lauare, quod fit tantum per aquam. Secundo ad Epheſ. quinto. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Tertio Matth.3. Ieſus Chriſtus in Iordane baptizatus eſt à Ioanne, vt contactu ſuæ mũdiſſimæ carnis aquas ſanctificaret. Quarto Zacha.capitulo 13. In die illa erit fons patẽs domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris. Quinto Ezech. 30. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos. Sexto adeſt Concilium Florentinum ſub Eugenio Quarto. Materia, huius ſacramenti eſt aqua naturalis, nec refert, an ſit calida. S. Thom. & S. Bonau. & doctor. commu. in quarta ſent. diſtinction. tertia. Sanctus Thom. tertia parte quæſtio. ſexageſimatertia, & ſeq. Alexand. de Aleſ. tertia parte quæſtio. 8. per totam Concil. Trid. ſeſſ. 7. tit. de Bapt Summiſtæ omnes ver. Baptiſmus Hoſius tit. de Bapt. capitulo tr geſimoquarto & ſeq. Concil. Trid. Can. ſecundo ſeſſ. 7.

Secunda hęreſis eſt circa formam, quoniam nõ vtitur ea qua Catholica vtitur Eccleſia, quæ forma eſt expreſſa Matth. c. ult. ibi.

Baptizantes eos in nomine Patris, & filij & ſpiritus ſancti conc.cap.1. de Baptiſmo, idem in Can. Apoſt.49. & in Canone 50. Tria enim ſunt neceſſaria in hac forma, Primo expreſſa Trinitatis pronunciatio, verbum exprimẽs actum ipſum baptiſmi, & vox exprimens perſonam baptizatam, non obſt. Act. Apoſt. 8. vbi Apoſtoli in nomine Chriſti baptizant, Nam Reſp. illud factum eſſe ex diſpenſatione diuina, propter exaltationẽ nominis Ieſu Chriſti, quod Iudæis erat ſcandalum, gentibus autem ſtultitia; permittitur tamen Græcis vti alia forma, quæ eſt talis, Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine Patris, & filij, & ſpiritus ſancti, quod approbat Eccleſia, vt in Concilio Florentino ſub Eugenio, 4. diſponitur, vt in Concilio Niceno habetur, quod baptizatus abſque debita forma ſit iterum baptizandus.

Tertia hæreſis eſt, quæ reſpicit perſonam baptizatam: ſunt enim qui mortuos baptizant, & iſti ſunt Cataphryges, authoritate Pauli Primo. ad Cor. 15. ibi, Alioquin faciunt qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Ambroſius in tantum ratam, & ſtabilem vult oſtendere reſurrectionem mortuorum, vt exemplum det illorum, qui tam ſecuri erant de futura reſurrectione, vt etiam pro mortuis baptizarentur, ſi quem forte mors perueniſſet, timentes ne aut malè, aut non reſurgerẽt, aut qui baptizatos nõ fuerat viuus nomine mortui tingebatur: vndè ſubiecit: quid & baptizantur pro illis? exemplo hoc non factum illorum probat; ſed fixam fidem de reſurrectione oſtendit.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Matth. vltimo, Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & filij & ſpiritus ſancti. Secundo Marc. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Tertio & vltimo definitio Eccleſiæ Concil. Carthag. 3. cap. 6. ibi item placuit, vt corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. Dictum eſt enim à Domino accipite, & edite; cadauera autem nec accipere, neque edere poſſunt: cauendum eſt etiam, ne mortuos baptizari poſſe fratrum infirmitas credat, quibus nec Euchariſtiam dari licitum eſt.

Quarta hæreſis eſt circa baptiſmi vim, ac poteſtatem, quam quidam ſic minuere conantur, vt nullam baptiſmo virtutem tribuant.

Huius hęreſis Authores fuere Pſalliani, qui Orãtes dicti ſunt; quam hæreſim tenuit Martinus Lutherus in libro de Captiuitate Babilonica, Ibi Hæretica eſt, ſed vſitata ſententia, ſacramenta nouæ legis conferre gratiam ijs, qui non ponunt obicem.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Matth. cap. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. Secundo 1. Petr. cap. 3. ibi Quod & vos ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Tertio Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto nõ poteſt introire in Regnum Dei. Quarto Act. Apoſt. 2. Baptizetur vnuſquiſque veſtrum, in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Quinto Galat, tertio. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Sexto Paul. ad Tit. tertio. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Contra hanc hæreſim ſeptimo eſt definitio Eccleſiæ in Symbolo, ibi Credo vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & decretum Concilij Florentini, ſub Eugenio Quarto, de Sacramento Baptiſmi, loquens ait. Huius ſacramenti effectus eſt remiſſio omnis culpæ Originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ, quæ pro ipſa debetur. Direct. Inq. ſecunda parte, quæſt. 7. hær. quarto, & ſeq. clem. fidei de Summa Trin. & fide Cath.

Quinta hæreſis eſt, Paruulis, vſu rationis carentibus, nihil prodeſſe baptiſma, quia ipſi non poſſunt habere fidem, nec credere verbo Dei illis prædicato, cui Reſp. quod paruuli aliena fide nempè Eccleſiæ accedunt ad Dominum, ſicuti paruuli alienis pedibus ad Dominum accedebant. Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18.

Huius peſtiferæ hæreſis Author fuit Petrus de Bruis Gallus.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Ioan. tertio

Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt intrare in regnum cœlorum; fateri igitur oportet, infantes eſſe capaces baptiſmi, aut eſſe incapaces Regni Cęlorum. Secundo Matth. 29. Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere; talium eſt enim Regnũ Cęlorum. Tertio Math. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, vbi nullum excipit. Quarto Luc. 18. Afferebant ad illum infantes, vt eos tangeret. Quinto ex figuris baptiſmi 1. Petr. cap. 3. In Arca Noe panci.i.octo Animæ ſaluę factæ ſunt per aquam, quod & vos nunc ſimilis formæ facit baptiſma. Sexto 1. Cor. 10. Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari, vbi neminem excipit, ſed omnes concluſit paruulos perinde atque adultos. Septimo circumciſio erat figura baptiſmi, & tamen infantes circuncidebantur Paulus ad Colos. 2. & Geneſ. 17. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Octauo com. opi. doct. S. Bernard. in Epiſt. 77. ad Vgonem, Aug. lib. 3. de lib. arb. Dionyſius Areopagita cap. fin. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Ciprian. lib. 3. Epiſtol. 8. Nono facit definitio Eccleſiæ capit. firmiter de Summa Trin. & fide Cath. clem. 1. de Summa Trin. & fide Cath. Cõcil. Trid. Can. 4. ſeſſ. 5. & Can. 13. ſeſſ. 7. nõ obſt. quod paruuli credere non poſſint, & qui non crediderit condemnabitur Matth. cap. 16. nam illa verba intelliguntur de illis, quibus prædicabatur Euangelium, qui non ſunt niſi adulti, qui ante baptiſmum hac ratione prius catechizãtur. i. in fide Catholica inſtruuntur. Præterea paruuli quamuis ante ſuſceptum baptiſmum non habeant fidem, habent tamen illam poſtquam baptizati ſunt S. Bernar. ſuper Cant. ca. 66. Aug. lib. de baptiſmo paruulorum c. Filius Dei de conſecr. diſtin.

Sexta hæreſis eſt circa vnitatem baptiſmi ſunt enim aliqui, qui rebaptizabant eos, qui iam ſemel baptiſmum ſuſceperunt.

Horum Sectæ variæ fuerunt, nempè Donatiſtę, & alij multi.

Contra hanc hæreſim, quod ſcilicet baptiſma non ſit iterandum etiam collatum à malo miniſtro, ſiue Iudæo, ſiue Pagano, ſiue Hæretico, dummodo vtatur debita forma, materia, & intentione, qua vtitur Eccleſia; Primo Ioan. 4. vbi Diſcipuli baptizabant, inter quos erat Iudas. Secundo Paulus 1. Cor. 3. Neque qui plantat eſt aliud, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Tertio capit. à quodam de conſecr. diſtin. 4. peccat tamen adultus, qui à talibus ſciens baptizatur extra cauſam neceſſitatis, & licet recipiat ſacramentum, non tamen recipit gratiam cap. quomodo de conſecr. diſtin. 4.

Contra impios Anabaptiſtas. 1. facit Paulus ad Epheſ. 4. vnum baptiſma Secundo ad Rom. 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte; at Chriſtus ſemel tantum mortuus eſt, ita & nos ſemel tantum baptizari debemus. Tertio ad Heb. 6. qui ſecundo baptizat, ſecundo etiam Chriſtum cruci affigit. Quarto eſt definitio Eccleſiæ, vt in Symbolo Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, & Conci. Chartagin. 1. c. 1. ibi Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes clem. fidei de Summa Trin. & fide Cath. & Concil. Florent. ſub Eugenio 4. Conc. Trid. ſeſſ. 7. Can. 11.

Septima eſt hæreſis, quæ dicit, non poſſe conferri baptiſmum alicui, niſi eidem conferatur Euchariſtiæ ſacramentum.

Altera eſt, quæ dicit Chriſma adeò eſſe exactum ad verum baptiſmum perficiendum, vt niſi baptizatus Chriſmate vngatur, non ſit baptizatus.

Harum hæreſum Authores ſunt Armeni.

Contra has hæreſes facit, quia Chriſtus inſtituens baptiſma, nullum de his præceptum dedit, & baptiſmus fuit inſtitutus ante Euchariſtiam Ioan. quarto vbi Diſcipuli baptizabant, & licet Chriſma exigatur in baptiſmo; non tamen illud exigit baptiſmum, ſed Eccleſia illud exigit à miniſtro conficiente baptiſmum, ita vt ſi Chriſma non adhiberetur, extrema neceſſitate ſecluſa, miniſter peccaret; baptiſmus nihilominus eſſet perfectus.

Octaua eſt hæreſis Vualdenſium, quæ dicit Baptiſmum Aquæ, nulla interiecta ſacri olei mixtura fore recipiendum.

Contra hanc hæreſim eſt in contrarium conſuetudo vniuerſalis Eccleſiæ, cui ſtandum eſt maximè in ſacramentis adminiſtrandis. Conc. Damaſc. lib. quarto de fide Orthodoxa cap. 10. S. Ambr. lib. 1. de ſacramentis, Dionyſius Areopag. libr. 2. Eccl. Hierarch.

Nona hæreſis eſt aſſerens Pueros non egere baptiſmo ad deletionem peccati Originalis; quia videlicet negat, pueros ante baptiſmum vllum peccatum originale habere.

Hic eſt error Pelagij, de quo dicemus inferius, cum de peccato originali tractabimus.

Alia eſt hæreſis, quæ dicit paruulos poſſe ſine baptiſmo aquæ per fidem, & orationes parentum ſuorum ſaluari, quando baptiſmus aliter haberi non potuit.

Huius erroris Author eſt Ioannes Vuiclef; Ioannes Gerſon ſequitur vna cum Thoma de Vio Caietano.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei; oportet enim ergo naſci prius, quam quis renaſcatur, Aug. lib. de baptiſmo paruulorum c. 13. & intelligas natum, qui quouis modo prodijt in lucam, aut totus integer, aut membrorũ aliquod illius viuum. c. filius Dei de conſecr. diſt. 4. Secundo Paulus ad Titum 3. Benignitas, ac humanitas, apparuit Saluatoris noſtri Dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Saluatorum noſtrum: vbi apparet ſalutem ſpiritualem nobis datam à Deo, non ex noſtris meritis; ſed ex meritis Chriſti. Tertio Paulus ad Epheſ. quinto dicens, Chriſtum dilexiſſe Eccleſiam, & ſe ipſum tradidiſſe pro ea, vt illam ſanctificaret, mundando illam lauacro aquæ in

verbo

verbo vitæ. Quarto 1. Ioan. 5. Hic eſt qui venit per aquam, & ſanguinem Ieſus Chriſtus; non in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine, & ſpiritus eſt, qui teſtificatur; quoniam Chriſtus eſt veritas: quoniam tres ſunt, qui dant teſtimonium in cœlo. Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt: & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres vnum ſunt. Quinto facit ratio, quia nullus poteſt mereri primam gratiam, aut primam iuſtificationem, ſine proprio aliquo voluntatis motu, aut affectu ipſius iuſtificati; nam aliàs amens in peccato mortalis exiſtens poſſet ſine vlla ſua pœnitentia iuſtificari. Contra Euang. Luc. 13. Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. not. cap. Maiores. 5. verum de baptiſmo. Sexto facit comm. opinio doct. Dionyſ. cap. vltimo de Eccl. Hierarch. Ciprian. Epiſt. 8. libri tertij Auguſt. Epiſt. 23. Bernard. ſerm. 66. ſuper Cantica. Aug. libro ſexto Hypognoſticum contra Pelagium, Beda libro primo ſuper Cantica. Septimo adeſt definitio Eccleſiæ in Conc. Flor. ſub Eug. quarto & Concil. Trid. ſeſſ. 6. in capitulo quarto conc. capitulũ Maiores de baptiſmo; Martyrium tamen propter Chriſtum idem operaretur in illis, quod operatur aquæ baptiſmus, ſi eis fuiſſet exhibitus.

Decima eſt hæreſis pugnans ex diametro præcedenti; quia baptiſmi neceſſitatem tantam eſſe aſſerit, vt adultum hominem, qui non propter contemptum, ſed propter impoſſibilitatem ſine baptiſmo ab hac vita migrauit, ſaluari non poſſe contendat; quamuis tunc optauerit baptizari, & toto fuerit corde tunc ad Deum conuerſus.

Contra hanc hęreſim facit. Primo Ezech. 33. Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Secundo Zacchar. ſecundo Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Tertio Paul. ad Rom. decimo Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem; vbi intelligitur de fide, quæ per dilectionem operatur. Quarto ſecunda Cor. 8. Si enim voluntas prompta eſt ſecundum id quod habet, accepta eſt, non ſecũdum id quod non habet: vbi not. quòd voluntas pro facto reputatur quando quis non poteſt opere perficere id quod voluntas appetit. Quinto eſt comm. opin. doct. S. Ambr. libro de morte Valentiniani S. Aug. libro quarto de bapt. contra Donatiſtas cap. 22. & quæſt. 84. in quæſt. ſuper leuiticum Iſid. libro ſecundo capitulo 24. de offic. Eccleſ. vbi not. tria genera baptiſmi fluminis, flaminis, & ſanguinis S. Bernard. Epiſt. 77. ad Vgonem, Mag. ſent. & ibi doct. in quarto ſent. diſtin. 4. Sexto defin. Eccleſię capitulo Apoſtolicam de presbytero non bapt. Conc. Trid. ſeſſ. ſexta capitulo de iuſtificatione.

Vndecima hæreſis eſt continens duos errores, Primus, qui aſſerit baptiſmum non delere omne peccatum, Secundus docet concupiſcentiam carnis eſſe peccatum contra illud præceptum Non concupiſces.

Horum errorũ Author fuit primus impius Martinus Lutherus.

Contra primum facit. Primo Micheas Prophet. 7. Deponet iniquitatis veſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata, vbi loquitur de baptiſmo, per id quod dicit Paul. 1. Cor. 10. Patres noſtri omnes mare tranſierunt, & omnes in mari baptizati ſunt. Secundo Ezech. trigeſimoſexto. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis veſtris, quæ aqua ab omnibus doctoribus pro baptiſmo ſuſcipitur. Tertio Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quarto Paul. ad Timot. tertio poſtquam baptiſmũ appellauit lauacrum regenerationis, ſtatim addidit, & renouationis, quæ eſt talis, vt vetuſtatem deponat, & nouitatem inducat. Quinto Paul. ad Rom. quinto Sicut regnauit peccatum in mortem, & ita gratia regnet per iuſtitiam. Sexto Rom. ſexto Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vnde ille mortuus eſt corpore, nos autem morimur peccato; caro illius mortua eſt in cruce, & peccatum noſtrum moritur in baptiſmate, vt inquit Chriſoſtomos. Septimo Paulus ad Rom. ſexto Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vbi Chriſoſtomus Serm. vndecimo Qui baptizatus eſt in baptiſmate, peccato mortuus eſt, idem intelligunt ibidem Theophil. & Anſelm. Octauo Paulus ad Rom. octauo. Nihil nunc damnationis eſt his; qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant: lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis: in quibus verbis confutantur ambo dicti errores. Nono Paulus ad Galat. tertio Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis; qui enim Chriſtum induit, peccatum damnabile non habet Sap. primo In maleuolam animam non introibit ſapientia, & ſecundo Cor. ſexto. Quæ enim ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? Decimo Paulus prima Cor. 6. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis: quæ omnia conuenire non poſſunt habenti peccatum damnabile. Vndecimo com. opin. doct. nam vltra Chriſoſtom. Theophil. & Anſelm. dicit hoc idem Cyprian. in ſermone de ablutione pedum Aug. libro ſexto Contra Iulianum capitulo quinto vbi concludit contra Lutherum Concupiſcentiam non eſſe peccatum, ſed pœnam, quæ malum appellatur, conc. Caſſiod. in Pſal. 50. Duodecimo adeſt definitio Eccleſiæ in Concil. Trid. ſeſſ. quinta Can. vltimo non obeſt Paul. ad Rom. 7. Non enim quod volo bonum hoc facio, ſed quod malum nolo hoc ago; nam Reſp. quod ibi intelligitur de pęna peccati, ſeu quia ſępè eſt cauſa peccati, & ſępè ſolicitat ad ipſum, ſicuti illud ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c.

Duodecima eſt hæreſis, quæ dicit, baptiſmum aquæ iam ceſſaſſe, mutatumque eſſe in baptiſmum ſanguinis.

Huius erroris Authores fuerunt Flagellantes.

Contra hanc hæreſim facit, quia qui crediderit

& baptizatus fuerit, ſaluus erit, non dixit qui credi derit & flagellatus fuerit; Præterea ſanguinis effuſio ad hoc vt vim baptiſmi obtineat, debet eſſe talis, vt ab alio ſit illata, quam ipſe patienter tolerans efficit, vt baptiſmi vicem tenere poſſit; quod ſi quis ſibi inuicem mortem intulerit, non ſolum non tenet baptiſmi vicem, ſed valet ad Gehennam.

Tertiadecima hæreſis eſt Baptiſmum Ioan. bapt. habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti Conc. Trid. ſeſſ. 7. Can. 1. 14. dicens, aquam non eſſe materiam huius ſacramenti ibid. Can. 2. 15. In Eccl. Rom. non eſſe veram doctrinam huius ſacr. Can. 3. 16. Negans Bapt. datum ab hæreticis in forma Eccl. & cum eius intentione ibid. Can. 4. 17. Si quis dixerit non eſſe neceſſarium, ſed liberum ibidem Can. quinto 18. aſſerens baptizatum non poſſe gratiam amittere, dummodo credat ibidem Can. ſexto 19. dicens baptizatum tantum fieri debiturem fidei, non legis ibidem Can. ſeptimo octauo 20. dicens vota facta poſt baptiſmum eſſe nulla ibidem Con. nono 21. dicens peccata omnia, quæ fiunt poſt baptiſmum, ſola recordatione ſuſcepti baptiſmi remitti ibidem Con. decimo vigeſimoſecundo Dicens Neminem baptizandum eſſe niſi in ętate, qua baptizatus eſt Chriſtus, ſeu in mortis articulo ibidem Can. duodecimo vigeſimo tertio Dicens Paruulos factos adultos eſſe interrogandos an ratum habere velint, quod eorum Patrini polliciti ſunt eorum nomine ibid. Can. 14. & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos ibid. Can. 14. 24. aſſerens paruulos poſt ſuſceptum non eſſe fideles, ac factos adultos eſſe rebaptizandos ibid. Can. 13.

BEATITVDO. XVII.

PRIMA hæreſis eſt Armenorum aſſerentium Beatos non videre eſſentiam Dei; Sed claritatem quandam illius eſſentiæ, in qua viſione dicunt beatitudinem coſiſtere.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Paul. primo ad Corin. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Secundo Apocal. vigeſimoſecundo Et ſerui eius ſeruient illi, & videbunt faciem eius. Tertio Math. 18. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem patris mei, qui in cęlis eſt, & Math. vigeſimoſecundo In reſurrectione enim neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicuti Angeli Dei in cœlo. Quarto Pſal. 79. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Quinto Exod. vigeſimoquarto Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt videam te; non obſt. quod dicitur Exod. vigeſimoquarto Non videbit me homo, & viuet. Iob. 28. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, & Paul. primo Tim. 6. Qui lucem habitat inacceſſibilem, quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt & 1. Ioā. 4. Deum nemo vidit vnquam; nam Reſp. iſtas authoritates loqui Deum in hac vita mortali à nemine videri; immo nec etiam videri poſſe: Paulus tamen vidit 2. ad Cor. 12. Quando anima erat ſeparata à miniſterio ſenſus; alij autem, qui dicti ſunt in ſcriptura Deum vidiſſe, viderunt quoſdam Angelos claritate magna fulgentes; qui cum à Deo miſſi eſſent, dicebant ſe Deum vidiſſe, ita vidit Iacob. Geneſ. trigeſimoſecundo & Moyſes Exod. trigeſimooctauo Sanctus Thomas in addit. tertia parte ſummæ q. 92. art. 1. & ſeq.

Secunda hæreſis eſt, quæ aſſerit, beatitudinem conſiſtere in carnis delitijs, quem errorem dixit Cerintus.

Contra hanc hæreſim facit ratio, quia, vere catholici, & fideles ſuam beatitudinem ponūt in Dei cognitione, & amore, quæ nihil magis impeditur, quām per delitias carnales, vt primo probat Paulus ſecondo Cor. ſexto. Neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum cōcubitores, neque fures, neque auari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Secundo primo Cor. decimoquinto ſicut portanimus imaginem terreni, portemus imaginem cœleſtis. Hoc autem dico fratres; quia caro, & ſanguis, regnum Dei poſſidere non poſſunt. Tertio Paulus ad Gal. quinto Poſtquam numerauit opera carnis, ſubdit poſtea, qui talia agūt, regnum Dei non conſequentur. Quinto In reſurrectione neque nubent neque nubentur Math. vigeſimoſecondo. Sexto Pſalm. trigeſimotertio. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Septimo Iſa. quadrageſimoquinto. Serui mei comedent; vos autem eſurietis; ſerui bibent, vos autem ſitietis; tunc enim ſatiabuntur (inquit Pſalm. 16.) cum apparuerit gloria Domini.

Tertia hæreſis eſt, quæ aſſerit Nec beatitudinem, nec miſeriam eſſe perpetuam.

Huius hæreſis Author eſt Origenes.

Contra hanc hæreſim Matth. capital. ſexto. Nolite theſaurizare vobis Theſauros in terra vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur &c. Secundo Sap. tertio. Iuſtorum animę in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Tertio Sap. quinto Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. Quarto Daniel. duodecimo ibi Alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper; qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates; de damnatis autem eſt ſcriptura aperta dicens Matth. vigeſimo quinto. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius; & Luc. decimoſexto Inter vos & nos chaus magnum firmatum eſt, vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſint, nec indè huc tranſmeare. Contra hanc ſcripſit Sanctus Auguſtinus libro duodecimo capitulo 20. de ciuit. Dei Gregor. in Moral. Iob. capitulo quadrageſimo.

Quarta hæreſis eſt, hominem in hac vita poſſe conſequi finalem beatitudinem ſecundum omnem gradū perfectionis, quem habebit in patria. Huius hæreſis Authores fuerunt Begardi homines ſic dicti, & Beguinæ mulieres ſic nuncupatæ.

Contra hanc hæreſim facit primo Pſal. 12. Satiabor

ciabor cum apparuerit gloria tua; Beatitudo enim non habetur, nisi satiata voluntate, & repleto desiderio; at desiderium nostrum in bonis nullus potest replere, nisi solus Deus: Deum autem nemo habet, nisi qui eum perfectè amat. 1. ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo; Deus autem non potest perfectè amari in hac vita, quia non potest in ea perfectè cognosci, ergo &c. Secundo Iob. septimo, Militia quædam est vita hominis super terram; ergo inquietudo, & non beatitudo. Tertio Iob. decimotertio. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Quarto definitio Ecclesiæ clem. ad nostram de hæreticis. Direct. Inq. secunda parte, q. septima, hær. quarta. S. Ant. quarta parte tit. 11. capit. septimo, §. 4.

Quinta est hæresis dictorũ Begardorum & Beguinarum, quæ docet Omnem intellectualem naturam se ipsa naturaliter esse beatam.

Contra hanc hæresim. Primo Paulus ad Hebr. 6. Gratia Dei vita æterna. Secundo tertio. Rom. Iustificati gratis per gratiam Dei. Tertio Roman. nono. Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis; non ergo de sui natura naturaliter est beata. Quarto facit clem. ad nostram de hæret.

Sexta hæresis est, quæ docet. Nullam animam ante diem iudicij esse beatam; Quoniam (vt ait) nulla anima ante illum diem videt Deum.

Huius hæresis Authores fuerunt Armeni, quam tuentur Græci, sicuti sunt Irenæus, Theophilact. & S. Bernardus.

Contra hanc hæresim facit. Primo Esaia 68. ibi Ascendisti in altum, cœpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Secundo Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiso. Tertio secunda, Cor. 5. Scimus enim quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Quarto Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Quinto Apocalip. 6. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. Sexto Leuit. 19. Non morabitur apud te opus mercenarij; omnes autem iusti mercenarij sunt, quasi in vinea Domini laborantes. Septimo Prou. 13. Spes, quæ differtur, affligit animum, quo fieret vt animæ quantumlibet sanctæ, & in expectatione futuræ beatitudinis suspensæ, sint in continua afflictione. Octauo Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, & Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno; si peccatoribus dignam statim infligit Deus pœnam, non est verisimile, vt iustis non statim debitum reddat præmium. Nono de Ecclesiasticis dogmatibus est dogma septuagesimumoctauum ad hanc rem pertinẽs, &c. ad Apostolicam de presbyteris non bap. & Benedictus vndecimus in ext. quæ incipit Benedictus Deus, & Concilium Flor. sub Eug. 4. Contra hãc hæresim clare expressit, contra quam scripsit Gulielmus p. 2. Dialog. tractat. 1. S. Thom. in opusculo contra Græcos capit. nono, non obst. quod dicunt de Paulo ad Hebr. 11. Enumeratis pluribus sanctis, qui per fidem subdit, & hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem: nam ibi loquitur de resurrectione corporum; animarum tamen gloriam acceperunt. Vnde idem Paulus ad Hebr. 11. Per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Secundo non obst. 1. Ioan. primo. Nunc Filij Dei sumus; sed nondum apparuit, quid erimus: scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus; quia videbimus eum sicuti est, at ante iudicij diem non apparebit, quid erimus: Ergo ante illum diem non videbimus Deum sicuti est, nam Resp. quod licet Ioannes dicat Nos futuros esse similes Deo, & visuros illum cum apparuerit quid erimus, non tamen dicit, nos non visuros illum ante quam appareat quid erimus.

Septima est hæresis, quæ asserit Omnes Beatos esse pares in gloria, neque illam esse in cœlis præmiorum differentiam, quoniam nullam esse ait meritorum in hac vita disparitatem; sed omnes iustos pares esse asserit, in meritis & in præmijs: & omnes peccatores pares etiam esse dicit in peccatis, & in pœnis.

Huius erroris Author fuit Iouinianus; Contra hanc hæresim facit. Primo Ioan. decimoquarto. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, domum Patris dixit regnum cœleste Baruch. tertio. O Israel quam magna est domus tua. Secundo prima, Cor. decimoquinto. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur; vnusquisque autem in suo ordine; & in eodem loco; Stella enim à Stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Tertio secundæ, Cor. nono. Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. Quarto, Luc. decimoseptimo, Domine adauge nobis fidẽ: si vna est omnium fidei mensura, quomodo orant Apostoli augeri suam fidem? Quinto Math. decimoprimo. inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioanne Baptista. Sexto Math. quinto. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in Regno Cœlorum; qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in Regno Cęlorum: vbi est magnus, & minimus, oportet vt non omnes eadem mensura metiantur. Septimo Hier. trigesimoprimo. Omnes enim cognoscent me, à minimo vsque ad maximum; quod non esset verum, si omnes essent æquales. Octauo secundæ, Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum; Nono Esa. quinquagesimosexto, Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus, & nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Decimo adest Concil. Telense & Concil. Flor. contra hanc hæresim statuentia, non obst. quod æqua merces fuerit data à iusto Patrefamilias Math. capitul. 20. nam Respond. illum denarium significare vitam æternam, stella tamen à stella differt in claritate; nam si cœlum significaretur per illud denarium, non ne in cœlo esse omnibus est commune syderibus, & tamen alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum Aug. lib. de sancta virg. cap. 26.

BELLVM. XVIII.

Prima hæresis est Manichæorum dicentiũ nullo pacto licere gerere bellum.

Contra facit. Primo Luc. 3. Interrogabant autem milites dicentes, quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris; vbi non prohibuit bellum, sed calumniam tantum abiecit. Secundo Matth. octauo. Et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic vade & vadit, & alij veni, & venit, & seruo meo fac hoc & facit. Christus hæc audiens, fidem Centurionis laudauit: Militiæ verò desertionem nõ imperauit. Tertio Matth. vigesimo secundo. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Hac autem de causa tributa redduntur, vt inde milites ad pacis conseruationem necessario stipendium soluatur, vt inquit Paulus ad Rom. decimotertio. Quarto ibidem Paulus. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram eius, qui malum agit, nõ obst. quod dicitur Matth. quinto. Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram; nam Resp. Aug. Illud non esse operis præceptum, sed affectus, vt videlicet animus noster ita patienter toleret vnius maxillæ percussionem, vt paratus sit, si in alia iterum percuteretur, patienter etiam ferre. Secundo Resp. illud non esse præceptum, sed consilium, vt patet ibidem ex sequentibus verbis. Et ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium; non obst. etiam quod christianus debeat præliare orationibus; nam Resp. iustum bellatorem debere orationibus præliari. primo, Machab. quarto. Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est: Nec tamen ideo abstinẽdum est à bello, quoniam Moyse orante in Monte Amalec vincitur gladio Iosue, Exod. 17. De hoc diai in Summa pec. cap. p. prima. Tit. 4. quæst. 74. & seq. not. e. 1. & seq. 25. q. t.

Secunda hæresis est Martini Lutheri, qui asserit, Non licere christianis bellare in Turcas; quoniam (vt dicit) est repugnare voluntati Dei visitanti, & corrigenti iniquitates nostras per illos.

Contra hanc hæresim adest definitio Ecclesiæ Concil. apud clarum Montem sub vrb. secundo, & Concil. Later. sub Calisto. secundo, & Lucius tertius, in Concilio habito Veronæ; non obst. ratio adducta in contrarium; nam licèt Deus visitet nos per Turcas; non tamen inhibet defensionem, alioquin nullam prouisionem liceret facere contra famem, & pestem, quibus visitamur à Domino; causa tamen bellandi debet esse iustitia, & conseruatio eius; non enim quæritur pax, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur Aug. in Epist. ad Bonifacium.

BENEDICTIO. XIX.

Omnes benedictiones, quas Ecclesia facit, aut dicit, super vinum, panem, aquam, oleum, sal, ceram, incensum, arbores oliuarũ, palmarum, vestimenta, Calices, aut alias quascunque res, Vualdenses irrident dicentes, illas nullius esse momenti, de quibus dixi supra ver. Aqua, & dicam inferius verb. Exorcismus. Turrianus lib. 3. cap. 6.

Secunda hæresis est Megdaburgensium negantium benedictiones nuptiarum.

Contra facit. Primo Genes. 1. ibi Benedixitque illis, & ait crescite, & multiplicamini. Secundo facit vniuersalis Ecclesiæ traditio Concil. Trid. sess. vigesimoquarta, cap. primo, de reform. matr. Turrianus lib. 5. cap. 3.

BESTIA ET BRVTVM. XX.

Vna est hæresis Gnosticorum seu Manichæorum, quæ asserit Bestias omnes rationis esse capaces, omniaque bruta animalia æque vt hominem non solum sentire, verum etiam intelligere.

Contra hanc hæresim facit. Primo Psal. trigesimoprimo. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Secundo Psal. quadragesimo-tertio. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis; In quo autem similis factus sit declarauit, cum dixit eum non intellexisse; per hoc enim quod non intellexit, assimilatus est iumentis; quoniam illa non intelligunt: si bruta intelligunt, in quo quæso assimulatus est iumẽtis, cum honorem, in quo eum Deus constituit, non agnouit? ex quibus duobus scripturæ testimonijs apertissime conuincimus bestias non esse rationis capaces.

CAIN. XXI.

Cain adorandum esse hæresis est, Direct. Inquis. secunda parte, quæstion. sexta, numero 15. cap. fin. vbi Turre crem. ver. Cainani. 24. q. tertia, S. Ant. quarta. p. Tit. 11. cap. 7. Turre crem. libr. 4. Summæ cap. 34.

CALCEAMENTVM. XXII.

De hac re vna est hæresis, quæ docet non licere homini Calceamenta portare, à quo ope re Discalceati sunt nominati.

Qui non damnantur veluti hæretici, quia calceamẽtis non vtuntur; nam hoc est bonum ad afflictionem carnis, & ad castigationem corporis; sed ideo damnantur, quia credunt non licere illis vti.

Contra hanc hæresim facit. Primo Exod duodecimo, Calceamenta habebitis in pedibus vestris. Secundo Ezech. vigesimoquarto. Calceamenta tua erunt in pedibus tuis. Tertio Matth. 6. Christus Apostolos suos misit binos ante faciem suam, misit illos calceatos sandalijs, non obst. Math. 10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam; vbi calceam.ẽta prohibentur; nam Resp. quod illa prohibitio fuit pro nunc ad locum, & tempus, quo mittebantur, vt dixi supra ver. Apostoli Hæresi. secunda, nam Ioan. 22. sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram; & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.

dium. Direct. Inquis. parte secunda, q.6.num.70. S.Ant.quarta parte,tit.11.cap.septimu, cap.fin. vbi Turre crem.in fine 23 q.3.Idem lib.quarto, Summæ cap. 34.in fine.

CANON MISSÆ. XXIII.

LVtherus Canonem Missæ lacerat.

Contra facit com.opin.doct. Amb. libr.4.c.6.de Sacram.Aug.Epist. 118. Cypr.lib. 1. Epist.9. Greg.lib.7.Indict.2.Epist.63. Secundo facit quod dixi supra ver.Missa.1.p.hær.5.

CANONES APOSTOLORVM. XXIIII.

MAgdeburgenses docent Canones illos, qui à Clemente Romano versi dicuntur,& nomine Apostolorum circumferuntur ab Apostolis non esse conscriptos, nec hoc seculo tales extitisse.

Contra id multis firmis argumentis probari potest. Contra facit primo authoritas summorum Pontificum, vt Anacletus 10 Epist. 1.aduersus accusatores Episcop.& in Epist.2.Alex. Papa & Martyr in Epist.1.Iulius Pontifex 10 Epist.3.Eleuterus Papa de Accusat.Zepherinus in Epist.2.Secundo facit authoritas Concilij Nicæni dicentis dictos Canones esse Apostolorum. Tertio facit com. sen.Patrum,Hier.in Epist. ad Damasc. Quæ est c.fin. 16. q.1.Cyprian.lib. 1. Epist.ad Cornelium , Athanasius in Epist. ad Orthodox. Basilius lib. de Spiritu sancto,Cyrillus in Homil.10.Paschali, Epiph.Tomo.1.lib.3.Damasc.lib.4.de fide Orthodoxa, August.in Epist. ad Cassulanum. Dionysius 10 Epist. ad Demophilum , quos refert Franciscus Turrianos lib.1.c.21.& seq.

CANTVS. XXV.

VNA tantum de hac re inuenitur hæresis, quæ irridet Cantus, qui dicuntur in Ecclesia.

Huius hæresis Author est quidam Hylarius, quem secuti sunt Valdenses, & Ioannes Vuicleph, Anglicus.

Contra hanc hæresim dicas duplicem esse orationem. Vnam priuatam , quæ fit à singulari persona.Aliam publicam , quæ ab hominum conuentu in vnum congregato fit, Primam magis expedit esse cum silentio,quàm cum clamore 1. Reg.1. Vbi laudatur Anna Samuelis mater,quæ loquebatur in corde suo,tantumque labia illius mouebantur,& vox penitus non audiebatur, potest tamen & priuatus alios non perturbans, sed ad orandum incitans clamare Psal.19.Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me, & lo. 11. Christus voce magna clamauit Lazare veni foras, & Math. 27.Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens Heli, Heli,lama/sabathani,& Paulus ad Hebr.quinto. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad illum, qui posset eum saluum facere à morte cum clamore valido,& lacrymis,offerens,exauditus est pro sua reuerentia, de oratione verò publica facit.Primo Esa.sexto. Duo namque Seraphim clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth,Plena est omnis terra gloria eius ad quorũ similitudinem duo Chori in Ecclesia fiunt. Secundo Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea,audiant mansueti & lætentur. Magnificate Dominum meum, & exaltemus nomen eius in idipsum.Tertio Psal. 31. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione. Quarto. Luc.2. Christo nato facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quinto Luc. 19. Cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus,quas viderant virtutibus dicentes,benedictos, qui venit Rex in nomine Domini,Pax in cœlo, & Gloria in Excelsis.Sexto Math.26.Marc.14.Post cœnam vltimam Hymno dicto cum discipulis suis exijt in Montem Oliueti.Septimo Acta.Apost.16. Paulus & Silas adorantes laudabant Dominum . Octauo adest com. opin.doct.Rabanus lib. de inst. cleric. ca. 17.Isid. lib.1.de offic.c.6.Aug.lib.9.Confess.cap. 6. & seq. Socrates Constantinopolit.lib.6. Hist. Eccl.cap.9. Eusebius Cæsar.lib.2.Eccles. Hist. ca. 17.Nono est definitio Ecclesiæ Concil. Agat.cap. 30. non obst. Math.6.Tu tamen cum oraueris intra cubiculum, tuum , & clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus,qui videt te in abscondito, reddet tibi: Resp. quod Christus ibi non prohibuit opus, sed intentionem: Non enim prohibuit publicè orare; sed prohibuit, ne hac intentione, & hoc animo aliquis oraret in publico, vt ab alijs videretur: Secundo non obst. 3.Reg. 18. Quod Helias ad Prophetas Baal ait: Deus enim vester forsitan cum alio loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit vt excitetur: nam Resp. quod ibi reprehenditur, nõ hac sola ratione quod clamabant,sed quia clamates credebant Deum altiores voces magis audire. Ideò Helias eorum errorem deridens , ait , clamate voce maiore &c. Sic Christus reprehendit prolixitatem verborum in oratione, non simpliciter, & absolute, sed sicut Ethnici faciunt Math.6.Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur, vnde prohibuit, ne crederemus Deum per multiloquium nostrum magis flectẽdũ, sed per maiorem animi feruorem. Contra hanc hæresim scripsit Thom. Vald. lib. de sacramentalibus Tit.2 de Cantu in Ecclesia habendo est Concil. Trid.de reform. sess.24.c.12.

CAPVT. XXVI.

VNVS est error dicens Non esse vnum Caput Ecclesiæ in terris videlicet Papam , de quo dicemus infra ver.Papa.

CARO ET CORPVS. Humanum. XXVII.

HIC eſt vnus error Manichæorum dicentiũ, corpus eſſe ſuapte natura malum, & ideo à malo principio factum: hũc errorem ſequuti ſunt Priſcillianiſtæ,& Patriciani.

Contra facit 2.Geneſ. Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuam, ad imaginem Dei creauit illum,maſculum,& fęminam fecit eos, at hæc ſexus diſtinctio non eſt in anima,ſed in corpore.Secundo Pſal.118.Manus tuæ Domine fecerunt me,& plaſmauerunt me:corpus enim eſt de ſubſtantia hominis, ſicut anima dicente Athanaſio,Anima rationalis & caro vnus eſt homo.Tertio Iob.10.expreſsè de corpore dixit:Sicut lac me coagulaſti.Quarto Eccl. 18. Deus de terra creauit hominem. Quinto Rom. 6. vbi Paulus corpus arma iuſtitiæ appellat,conuincitur, quod ſuaptè natura non ſit malum, cum poſſit illud ad arma iuſtitiæ conuerti.Sexto facit ratio,quia Chriſtus aſſumens noſtram naturam factus eſt verus homo,ſicut vnus ex nobis.Ioã.1.verbum Caro factum eſt, & Paulus Rom.2.Factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem;quod non feciſſet, ſi caro hominis ſuapte natura fuiſſet mala. Septimo & vlt.eſt definitio Eccleſiæ Leo Papa huius nominis primus Epiſtol. 76.c. 8.& Concil.Brac,1.c.3.Si quis creationem vniuerſæ carnis non opificium eſſe Dei, ſed malorum Angelorum ſicut Manichæus, & Priſcillianus dixerunt Anathema ſit.

Secunda hæreſis eſt,quæ docet Imagimem Dei, ad quam homo à Deo conditus eſſe dicitur, eſſe in carne hominis ſitam,non in anima; de qua dicam inferius ver. Imago.

CÆLIBATVS. XXVIII.

CÆLIBATVM damnans eſt Hæreticus, vide infra verb. Virginitas,Turrianus lib.5. cap.12.& cap.14.& ſeq.& lib.1.capit. 2. Ecchius titu. 19.

CÆREMONIÆ, ET RITVS. XXIX.

A Dioſoriſti hæretici dicunt cæremonias, & ritus Eccleſię res differentes, quas ſiue ſerues,ſiue violes, nihil te peccare.

Contra facit primo Reg.15.Melior eſt obedientia quàm victimæ; quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. Secundo Roman. 14. Quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt in inuicem cuſtodiamus. Tertio facit Bulla Pij IIII. de profeſſ. fidei ibi Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus.&c.

CERTITVDO. XXX.

DE hac re vna ſolum eſt hæreſis Martini Lutheri, Philippi Melanctonis, Martini Butzeri,& Ioannis Caluini, & reliquorum qui impio lutherano nomine cenſentur; docentes Omnem hominem iuſtum certitudine fidei ſcire ſe eſſe in gratia,& verè iuſtificatum. Et inſuper addunt,Omnem hominem iuſtum eſſe obligatum ex regulis fidei,ad certò credendum ſe eſſe in gratia quod ſi non certò crediderit, ob hanc ſolam cauſam dicit illum non eſſe iuſtum.

Cõtra hanc hæreſim dicam inferius ver.Gratia.

CHARACTER. XXXI.

VNVS inter plures errores Lutheri reperitur, in nullo ſacramento imprimi Characterem.

Contra facit Primo Paulus ad Eph. 4. Nolite contriſtare Spiritum Dei Sanctum, in quo ſignati eſtis in die redemptionis; vbi Hier. de Baptiſmo dicit: ſignati autem ſumus Spiritu Dei Sancto, vt ſpiritus noſter, & anima imprimantur ſignaculo Dei Conc.Aug.lib.1.c. 30. contra Creſcenium,& contra Donatiſtas lib.6.ca. 1. idem Innocentius 1. ſcribens Decentio Eugulino cap.3. Greg.lib.2.Regiſtri,cap.32.vltimo adeſt definitio Eccleſiæ c.non licet de conſecr.diſtin.4.c. dictum de cõſecr.diſtin. 5.Concil.Flor.ſub Eugenio 4. & Concil. Trid.ſeſſ. 7.can.9.Si quis dixerit in tribus ſacramẽtis,baptiſmo ſcilicet,confirmatione, & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſint Anathema ſit: character enim eſt figura, quam Deus animæ imprimit in ſignaculum, quo ſuum gregem diſcernit ab alijs; per baptiſmũ gratiam recipimus, & inter oues dominicas connumeramur,& ouile eius intramus,& vt à non baptizatis diſtinguamur, charactere à Deo ſignamur in anima,grandiores effecti ſacramentum confirmationis accipimus in quo gratia nobis præſtatur, qua roboremur in militia, & fortiores ſimus in prælio,militia enim eſt vita hominis ſuper terram Iob.7.Ideo dux noſter Chriſtus nos charactere ſuę militiæ notat. Qui verò recipit ſacramentum ordinis,ad altiorem quendam ſtatum extollitur, & veluti ex plebeio ad nobilium ſtatum euehitur, qua propter quaſi quoddam ſui ſtatus ſignum, tunc à Deo illi imprimitur Ecchius titulo 35. de charactere.

CHARITAS. XXXII.

CHARITATEM eo vſque auctam fuiſſe, vt quæ ſua natura ſunt peccata, fieri poſſint ſine peccato, Hæreſis eſt Almerici, Direct. 2.p.q.7. hære. 4. Item charitatem, & alias virtutes à nullo viatore haberi poſſe,hæreſis eſt. Direct. 2.p.q. 10. hær.15. Rurſus charitate ſemota diligi poſſe Deũ meritorie, & obtineri vitam æternam, hæreſis eſt Direct.2.p.q.10.hær.16.

CHRISTVS. XXXIII.

CHRISTVS nomen eſt vnius perſonæ duas naturas habentis, diuinam videlicet & humanam.

Prima

Primus hæreſis eſt, quæ negat Chriſtum fuiſſe Deum, ſed ſolam naturam habuiſſe humanam.

Huius hæreſis Author fuit Ebion quidā Apoſtolis coæuus. Direct. p. 2. quæſt. 6. nu. 30. cap. fi. vbi Turre cremen. ver. Ebionitæ 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. capit. 7.

Contra facit. Primo Matth. 3 Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. & ibidem Petrus inquit Tu es Chriſtus filius Dei viui. Secundo Marc. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite, Tertio Marc. 14. Tu es Chriſtus filius Dei viu.? Ieſus autem dixit Ego ſum. Quarto Luc. 1. Dixit Gabriel Angelus. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & inferius, & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. & Eliſabet ibidem dixit inferius: Benedicta tu in mulierib. & benedictus fructus ventris tui. Et vnde mihi hoc vt veniat Mater Domini mei ad me, vbi Ieſus adhuc in vtero dicitur Dominus. Quarto Ioan. 1. Deus erat verbum, deinde dicit Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quinto Ioan. 8. Dixit eis Ieſus: Amen Amen dico vobis antequam Abraham fieret Ego ſum. Sexto Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me etiā ſi mortuus fuerit viuet &c. Septimo Paul. ad Rom. 1. Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, & infra, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute. Octauo Roma. 2. Theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Nono Rom. 14. Oportet nos omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti. Decimo Rom. 9. Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Vndecimo 1. Cor. 8. Et vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Duodecimo Philip. 2. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Tertiodecimo Tit. 2. vt doctrinam Saluatoris noſtri Dei honorēt in omnibus. Quartodecimo Hebr. 1. Filius meus es tu, ego hodie genui te, & rurſum, ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi filium &c. Quintodecimo 1. Pet. 3. dicit Chriſtum ſedere in dextera Dei. Sextodecimo, ſecundo Pet. 1. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & hanc vocem audiuimus de cœlo allatam cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Decimoſeptimo 1. Ioan. 5. Et ſcimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deum verum, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto. Decimooctauo Ioan. 10. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me: vltra hæc adſunt alia. & primo peccata dimittit Luc. c. 5. Remittuntur tibi peccata tua. Secundo cogitationes hominum cognoſcit, Luc. 5 Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum reſpondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris? quas ſolus Deus cognoſcit. Pſal. 7. Scrutans corda, & renes Deus. Tertio Miraculorum claritas propria authoritate; nam aperuit oculos cæci nati Ioan. 9. Suſcitauit Lazarum mortuum. Et multos alios Ioan. 6. Luc. 7. & Matth. 9. quarto Si in nomine Chriſti Petrus imperat, nonne multo melius Chriſtus ſuo nomine imperare poterit? Act. Apoſt. 3. & 9. Quinto, quia mittit Spiritum ſanctum, qui & ipſe Deus eſt vt dicetur inferius ſuo loco: De perſonis diuinis loquitur S. Thom. 1. p. q. 29. & ſeq. Doct. comm. 1. ſent. diſtinct. 23. & ſeq.

Secunda hæreſis eſt, quæ negat Chriſtum habuiſſe naturam humanam, ſed vnam tantum in eo ponunt naturam videlicet diuinam, ſicut & vnam perſonam. Direct. 2. p. q. 6. nu. 65. cap. fin. vbi Turre crem. ver. Euthichiani 24. q. 3. S. Antn. 4. p. tit. 11. cap. 7. Turre crem. lib 4. Summa cap. 34.

Huius erroris Author fuit Cerdon.

Contra facit. Primo Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ Paulus Gal. 3. Non dicit & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus: Secūdo Rom. 1. vocat Chriſtum ſemen Dauid ibi qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnē. Tertio Matth. 1. Liber Generationis Ieſu Chriſti Filij Dauid, Filij Abraam, & infra, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Quarto Luc. 1. Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Quinto Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Sexto ſępe Sanguis Chriſti nominatur in ſcriptura Eph. 2. Vos qui eratis longè facti eſtis propè in Sanguine Chriſti, & ad Hębr. 9. Quanto magis Sanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundauit conſcientias veſtras, & prima Pet. cap. 1. Sed precioſo Sanguine, quaſi agni incontaminati, & immaculati Chriſti, & 1. Ioan. 1. Sanguis Ieſu Chriſti Filij Dei emundat nos ab omni peccato: vbi enim verus eſt ſanguis, neceſſe eſt, vt vera ſit caro. Septimo Math. 16. Spiritus promptus eſt, caro autem infirma. Octauo poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & hac de cauſa Thomæ dictum eſt infer digitum tuum huc, & vide manus meas Ioan. cap. 20. Nonu 1. Ioan. 4. Omnis ſpiritus, qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus. Decimo adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Niceni ſub Conſtantino, & Concil. Epheſ. 1. & Concilium Iſpalenſe 2. c. 13. non obſt. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cœlo cœleſtis; nam Reſp. quod Chriſtus dicitur cœleſtis homo, quia ſecundum naturam diuinam cęleſtis eſt: Quomodo Adam dictus eſt terrenus, quamuis anima eius, ex qua etiam ſicut ex corpore componitur, ſit cœleſtis, itaque Paulus Chriſto dedit nomen à principaliori natura cum vocauit eum cœleſtem. Adæ verò dedit nomen à minus principali, vocans eum terrenum, non obſt. etiam Gal. 4. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; ergo Chriſtus non eſt verus homo; nam Reſp. quod ſacra ſcriptura fundat ſimilitudinem in ſubſtantia. Eccl. 22. Omne animal diligit ſibi ſimile, & omnis caro ad ſimile ſibi coniungitur, & expreſſius, de homine Gen. 2. Faciamus adiutorium ſimile ſibi, & Geneſ. 5. Genuit filium ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Contra hanc

hæreſim

hæresim scripsit Athan. vnum lib. de incarn. & S. Ambr. de sacramento incarnationis, & Beatus Cyrillus de recta fide ad Theodosium.

Tertia est hæresis, quæ dicit duas esse personas in Christo, vnam diuinitatis aliam humanitatis.

Huius erroris est Author Nestorius.

Contra hanc hæresim facit Luc. cap. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obombrabit tibi; Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: vbi constat de duabus naturis in vna persona. Secundo Luc. ibidem c. 1. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me, vbi Elisabeth vocat Virginem gloriosam matrem Dei. Tertio Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis, qui est in cœlis: Quibus verbis vtranque naturam in vna persona expressit. Quarto Rom. 1. Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid. Quinto Phil. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, certum est illud pronomen, qui vnam Christi personam refer re non duas, qui secundum naturam diuinam æqualis est Patri Ioan. 10. Ego, & Pater vnum sumus; secundum humanam naturam est minor Patre, Ioan. 14. Pater maior me est; secundum diuinam immortalis est Ioan. 11. Ego sum resurrectio, & vita; secundum humanam fit obediens vsque ad mortem, Mortem autem crucis. Math. 27. Sexto Gal. 4. At cum venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum factum ex muliere. Septimo Ioan. 1. Verbum Caro factum est. Octauo in symbol. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus est. Et Concil. Eph. similiter dicitur Deus erat verbũ, ostendens naturam diuinã, & Verbũ Caro factum est, ostendens naturam humanam Ioan. 1. de eodem dicitur, factus ex muliere, quod est hominis, & Magi eum adorant, quod soli Deo conuenit, item in Præsepe reclinatum inuenitur, quod est hominis, Maiestas diuinitatis ostenditur vocibus Angelorum; qui lassus ex itinere velut homo, sedit supra puteum, idem clamat, & dicit Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; qui sitiens velut homo, petit à Samaritana potũ; idem velut Deus dicit Si scires donũ Dei, qui eturit, velut homo; idem velut Deus, de quinque panibus, & duobus pisc̃ibus saturauit quinque millia hominum; qui miserationis affectu velut homo defler amicum mortuum; idem sublato lapide quatriduanæ sepulturæ velut Deus excitat redeiuum. Is, qui velut homo cruci affixus erat, idem velut Deus Latroni Paradisum promittit, lucem in tenebras conuertit; & omnia elementa tremere fecit; in vno enim coruscat miraculis, iuxta aliud succumbit iniorijs.

Contra hanc hæresim scripsit Cyrillus lib. de recta fide, Gelasius Papa lib. de duabus naturis, idem scripsit Ioannes Papa Gennadius, & Cassianus contra Nestorium.

Quarta hæresis est huic præcedenti omnino opposita, & quodammodo declinat ad secundam. Hæc autem dicit vnam tantum personam Christi, & vnam tantum naturam videlicet diuinam, & in ipso incarnationis momento carnem fuisse conuer sam in diuinitatem.

Huius erroris Author fuit Euthiches.

Contra hanc hæresim, quæ dicit diuinitatem Christi passam esse, facit Primo Malac. 3. Ego Deus, & non mutor: ergo nec pati dicetur, Secundo 1. Pet. 4. Christo igitur passo pro nobis in carne, & vos eadem cogitatione armamini, carne passum dixit, non deitate. Tertio 2. Cor. 14. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei &c. Quarto Psal. 21. Foderunt manus meas. & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Quinto Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Sexto Esa. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum? nomine vestimenti carnem designans. Septimo est definitio Ecclesiæ Concil. Calced. & Conc. Ephes. Quæ tertia Synodus dicitur & Conc. Hispalense cap. 13. Contra hanc hæresim scripsit. Gelas. Papa in lib. contra Nestorium, Boetius in lib. de duabus naturis, & Ioan. Damasc. lib. 3. de fide Orthodoxa.

Quinta hæresis est, quæ asserit Christum solum corpus habuisse non animam.

Huius hæresis Author fuit Arrius.

Contra facit. Primo Math. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Secundo Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & debet intelligi de anima rationali Luc. 2. Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.

Tertio Christus totum hominem redemit, qui ait, totum hominem sanum feci in Sabbato. Ioan. 7. Totum ergo hominem Christus assumpsit; Nihil enim profuisset nobis, solum carnem fine anima suscipere; quia peccata nostra in anima erant; & non in carne, quæ peccare non potest. Quarto adest definitio Ecclesiæ Conc. Rom. sub Damaso, & Concil. Ephes. cap. 13. & Conc. Calced. contra quam scripsit S. Amb. de incarnat. cap. 7. per totum.

Sexta est hæresis, quæ asserit In Christo tantum vnam fuisse voluntatem, videlicet diuinam.

Huius erroris Author fuit Macharius Antiochenos.

Contra facit primò ratio, quia si Christus non haberet voluntatem duplicem, diuinam scilicet, & humanam, vtique non haberet duplicem naturam, consequens est falsum; ergo & antecedens. Secundo Marc. 7. Venit Iesus in partes Tyri & Sidonis, & ingressus domum, neminem voluit scire & non potuit latere; vbi constat secundum humanitatem non potuisse latere. Tertio Luc. 22. Pater si vis trãsfer calicem istum à me; veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Vbi sunt duæ voluntates, humanitatis scilicet & diuinitatis. Quarto Phil. 2. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem autem crucis; vbi secundũ humanam naturam factus est obediens. Quinto est definitio Ecclesiæ Concil. Constant. quod sexta Synodus appellatur iuxta Ioan. 6. Quia descendi de cœlo, non vt faciam vo-

lun-

nautem meam, sed eius qui misit me patris; suam propriam voluntatem dicens, Quæ erat carnis conc. Mag. sent. in 3. distin. 17.

Septima hæresis negat Christum crucifixú fuisse, sed Simonem Cyreneum.

Huius erroris Author fuit impius Balsides tempore Apostolorum. Direct. 2. p. q. 6. nu. 4. c. fi. ver. Balsidiani 24. q. 3. S. Aut. 4. tit. 11. c. 7. Turre crem. lib. 4. Summæ c. 34.

Contra hanc hæresim facit totum testamentum vetus in figuris loquens & omnes Euangelistæ, & 1. Cor. 1. Nos enim prædicamus Christum crucifixum & Act. Apost. 2. Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis; & 1. Cor. 1. Prædicare Iesum Christum crucifixum Iudæis est scandalum, Gentibus autem stultitia.

Octaua hæresis est negans redemptionem esse à Christo.

Huius hæresis Author est quidam Bassus, quem sequutus est Abailardus qui dixit Diabolum nullum ius habuisse in homine.

Contra hoc vltimum dictum facit. Primo Ioan. 14. Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, si non haberet potestatem in homine, quomodo diceretur Princeps mundi? 2. Tim. 2. Nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, vt resipiciant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem; Contra primum autem errorem facit Matth. 1. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Secundo Ioan 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Tertio Luc. 20. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, & hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Quarto Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quinto Ephes. 2. Conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati. Sexto Colo. 2. Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta. Septimo 1. Pet. 1. Redempti estis precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Christi. Octauo Apoc. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Nono definitio Ecclesiæ Conc. Nicen. & Constan. & Ephes. & symb. Eccl. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cęlis. Contra hanc scripsit Bernard. in Epistola. 190.

Nona hæresis negat in Christo fuisse spiritum timoris Domini.

Huius erroris Author est Abailardus.

Contra facit. Primo Esai. vndecimo Egredietur virga de radice Iesse, & flos eius de radice eius ascēdet, & requiescet super eũ spiritus Domini, Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus cõsilij, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. & habebit illum timorem filialem, aut reuerentialem, de quo in Psal. 18. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi, non autem seruilis, de quo dicitur 1. Ioan. 4. Perfecta charitas foras emittit timorem.

Decima hæresis est asserens Christum sustinuisse vulnus lanceæ, cum adhuc viuus esset.

Huius erroris Author fuit Petr. Ioannes.

Contra facit. Primo Ioan. 19. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura; sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis, & aqua. Secundo adest definitio Ecclesiæ in Concil. Viennensi, clem. t. de Summa Trin. & fide Cathol.

Vndecima hæresis negat Christum surrexisse.

Huius erroris magister est Cerintus.

Contra hanc hæresim faciunt omnes quatuor Euangelistæ, & Acta Apost. 1. Præbuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de Regno Dei, & 1. Cor. 15. Si Christus non surrexit inanis est prædicatio nostra, inanis est fides nostra, addo & definitionem Ecclesiæ in symbolo. Tertia die resurrexit à mortuis.

Duodecima hæresis asserit Christum in cœlos sine carne ascendisse.

Hanc hæresim docuit Apelles.

Contra facit. Primo Ioan. 20. vbi Thomas vidit & palpauit Iesum. Secundo Luc. c. vlt. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Tertio Act. 7. & 1. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei; at filius Dei, si carnem seclu das, non amplius diceretur filius hominis; & Angeli quando ascendit in cœlum, dixerunt Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. At Iesus in forma humana est iudicaturus; ergo, & in forma humana ascendit.

Tertiadecima est hæresis Christum non semper fuisse, sed à Maria sumpsisse initium, Direct. p. 2. quæst. 6. num. 29.

Quartadecima est heresis Christũ ignorare diem iudicij, Direct. 2. q. 6. numer. 68. contra quod dicit Esa. 30. Dies iudicij in corde meo.

Quintadecima hæresis est, quæ Christi diuinitatem passibilem dicit cap. fin. 24. q. 3. in fi. Direct. 2. par. q. 6. nu. 70. c. fin. 24. q. 3.

Memonitæ negant Christum carnem ex Maria sumpsisse.

Contra Mat. 1. Maria peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

CIBVS. XXXIIII.

Prima est hæresis Tatiani asserentis, Non licere vesci carnibus, quam hæresim auxerunt Cathari dicentes. Non licere comedere oua, caseum, lac, etiam si necessitas adsit. Directorium Inq. p. 2. q. 6. nu. 25. c. fi. vbi Turre crem. verbo Tatiani, 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. cap. 7. Turre cremen. lib. 4. Summæ c. 34.

Contra hanc hęresim facit. Primo Exod. 12. Decima

cima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias, & domos ſuas: ſin autem minor eſt numerus, vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum, aſſumet vicinum ſuum, qui coniunctus eſt domui eius iuxta numerum animarum, quæ ſufficere poſſint ad eſum agni. Secundo Leuit. 11. Hæc ſunt animalia, quæ comedere debitis &c. Tertio Deut. 14. Hoc eſt animal quod comedere debetis. Quarto Paul. 1. Cor. 8. Omnia quidem munda ſunt, & malum eſt homini, qui per offendiculum manducat; hoc dicit quia propter vitandum ſcandalum in proximo debet homo à carnibus abſtinere Roma. 14. Si fratrem meum ſcandalizo, carnes non comedam in æternum. Quinto 1. Timot. 4. In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mēdacium, & cauterizatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognouerunt veritatem; quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sexto Chriſtus (vt omnes Euangeliſtæ teſtantur) comedit agnum paſcalem. Septimo eſt definitio Eccleſiæ Concil. Brac. 1. c. 14. Si quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vſu hominum dedit, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed quia immunditiam putauerit, ita abſtineat ab eis, vt nec olera cocta cū carnibus pergustet, vt Manichæus, & Priſcillianus docuerunt, Anathema ſit; non obſt. Act. Apoſt. 15. Vt abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, &c. nam Reſp. quod illa ab Apoſtolis pro tunc prohibita ſunt, non quia ex ſe mala, ſed propter Ethnicos, qui nouiter conuertebantur ad fidem, ne occaſione cibi, quem horrebant, abſtinerent ſe conuerti ad fidem.

Secunda eſt hæreſis huic proximè oppoſita, quę aſſerit, Quoſlibet cibos quolibet etiam die omnibus ſine omni diſcrimine eſſe licitos, quantumlibet per eccleſiaſticas ſanctiones fuerint prohibiti.

Hæc eſt hæreſis Iouiniani, quem noſtris temporibus ſequuti ſunt Lutherani.

Contra hanc hæreſim facit. Primo Num. 6. Vir ſiue mulier cum fecerint votum, vt ſanctificētur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino & omne quod inebriare poteſt abſtinebunt &c. Secundo Math. 3. Eſca autem eius erant locuſtæ, & Mel ſylueſtre: ecce iam vides Ioannem Baptiſtam à carnibus abſtinuiſſe. Tertio Act. Apoſt. 15. Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione; à quibus cuſtodientes vos bene agetis: Apoſtoli hoc agere potuerunt, quare & Eccleſia idem facere non poterit? quæ ita definitur in Concil. Tolet. 8. capit. 9. ad quod addo tot. tit. de obſeruatione ieiunij, & Concil. Trid. ſeſſ. 25. de delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis nō obſt. Luc. cap. 10. In eadem (inquit) domo manente, edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt, & rurſum in quamcunque ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; nam Reſp. illa verba ad Apoſtolos ſolum pertinere, pro illo duntaxat tempore, quo ad illud iter mittebantur; quibus etiam tunc dicitur In viam gentium ne abieritis, & in ciuitate Samaritanorum ne intraueritis; tamen poſtea dicitur Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ; ſeu dicas licitum erit vobis manducare de omnibus, quę apponuntur vobis, vt intelligatis, nullum iam per me eſſe vobis prohibitum cibum, niſi vos ipſi à non prohibitis ab eis abſtinere volueritis, aut in poſterum à meis ſucceſſoribus vobis interdictū fuerit, non enim illud eſt pręceptum, ſicuti nec pręcipitur Leuit. 11. Omne animal, quod habet vngulam diuiſam & ruminat, comedetis, alioquin Ioan. Bapt. peccaſſet, quia iuxta præceptum non fecit, cū nullum tale animal comedit. Secundo non obſt. Math. 15. Quod intrat in os non coinquinat hominem, ſed quod exit de ore, id coinquinat hominem, ergo comedens carnes in quadrageſima non peccat: Reſp. verum eſſe nullum cibum ex ſua natura poſſe maculare animæ ſubſtantiam, ſed voluntas deprauata, qua contra præceptum eccleſiaſticū carnes comedit, illa eſt, quæ coinquinat hominem illa autem praua voluntas ſolicitans ad inobedientiam, eſt intima homini, & exit de corde, & inde peruenit ad os per praui operis executionem, ad hunc modum dicimus etiam vt ait Paulus, quod eſca nos non commendat Deo: eſca enim ipſa nec meliores, nec peiores facit, ſed obediētia, qua obedientes præceptis Eccleſiæ, abſtinemus ab aliquibus cibis, commendat nos Deo, & meliores facit: inobedientia autem peiores, & non valet conſequentia. Chriſtus nullum docuit ciborum diſcrimen: ergo purioris chriſtianiſmi erit, ſi nullus habeatur ciborum delectus, nā Reſp. quod ad hunc modum oportet, etiam colligere, quod purior eſſet chriſtianiſmus, ſi omnes procul ab Eccleſia abigerentur cęremoniæ, quoniam Chriſtus aut nullas, aut pauciſſimas docuit cæremonias, quod non eſt dicēdum vt inferius ſuis in locis latius dicetur. Turrianus lib. 3. capit. 16. & lib. 5. c. 6. & infra ver. Ieiunium.

CIRCVMCISIO. XXXV.

VNVS error fuit aſſerens Adhuc in noua lege debere paruulos circumcidi, de quo dicemus infra ver. Lex. Direct. 2. p. q. 6. nume. 8. capit. fin. 24. q. 3. vbi Turre crem. ver. Cerinthiani S. Aug. 4. p. tit. 11. cap. 7.

CLERICI. XXXVI.

HVſſitæ docuerunt non licere Clerico tempore legis gratiæ ſuper bonis temporalibus ſeculariter dominari.

Contra facit primo Gerſon. quarta parte in ſermone de Iuuidia ibi Neceſſe eſt ciuilem, temporalem ſtatutum ſubſtinere. Secundo Ioan. de Turre cremen. lib. ſecundo capitulo 116. de Eccleſia, vbi cum non ſint iſta contraria poſſunt cadere in eandem perſonam tēporalis, & ſpiritualis iuriſdictio.

COITVS. XXXVII.

PRIMA hæreſis eſt, quæ docet Promiſcuum fœminarum vſum eſſe licitum; ita vt quiſque qua vellet vti ſine peccato poſſet.

Huius erroris Author fuit Simon Magus.

Contra facit. 1. quia nullus Coitus dicitur licitus præter eum, qui coniugio mediante inter virum, & propriam vxorem habetur; Nam coitum cum iumento lex damnat Leuit. 18. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo; & Leuit. 20. Qui cum iumento & pecore coierit morte moriatur, pecus quoque occidite. Secundo, coitū cum maſculo lex damnat Gen. 19. Nam Deus propter hoc Sodomam, & Gomorrham ciuitates incendio deſtruxit, & Leuit. 18. Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt, & Leuit. 20. Qui dormierit cum maſculo coitu fęmineo, vterque operatus eſt nephas, morte moriatur, ſit ſanguis eorum ſuper eos, & ad Rom. 1. Propter hoc tradidit illus Deus in paſſiones ignominiæ, nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturam, ſimiliter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ exarſerunt in deſiderijs ſuis inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. Tertio lex damnat adulterium Leuit. 20. Si Męchatus qui fuerit cum vxore alterius, & adulteriū perpetrauerit cū vxore proximi ſui morte moriatur & Mæchus & adultera. Quarto prohibetur fornicatio Math. 15. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta &c. & ad Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt adulterium, fornicatio &c. & hic intelligas fornicationem, omnem concubitum cum ſoluta. Quinto prohibetur mollities 1. Cor. 6. Nolite errare neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles &c. Regnū Dei poſſidebunt. Direct. 2. p. q. 14. hær. 16. Prateolus de ſect. hæret. lib. 14. capitulo 13. Dixi in Summa pec. Cap. p. 2. tit. 8. quæſt. 1. & ſequent.

Secunda hæreſis omnem coitum damnat contra dicam infra ver. Nuptiæ.

Tertia hæreſis Beguinarum fuit Carnalem coitum vrente carnis libidine non eſſe peccatum, ſed bene oſculum.

Contra primum dictum eſt in prima hæreſi huius tituli, contra ſecundum dictum facit ratio, ſi vxor exigat à viro oſculum, vt coeat cum ea, & vt hoc debitum vxori præſtet, non ſolum non eſt peccatum tale oſculum, ſed virtutis actus ſicut & ipſe licitus coitus eſt actus iuſtitiæ, cum vir reddat vxori, quod illius eſt: cuius enim finis eſt bonus, ipſum quoque bonum eſt, cuius autem finis eſt malus, ipſum quoque malum eſt, contra hanc hæreſim eſt definitio Eccl. clem. ad noſtram de hæretic. de hac dixi late in Summa pec. cap. p. 2. tit. 8. q. 1. & ſeq.

Quarta hæreſis eſt Adulteria, & ſtupra ex charitate facta non eſſe peccatum; Directorium 2. parte quæſt. 7. hær. 4. & ſequenti S. Anton. 4. parte titulo 11. capit. 7. §. 2. Turre crem. lib. 4. Summæ cap. 36.

COMMVNIO. XXXVIII.

COmmunionem non eſſe, quam ſolus quiſpiá capit aſſerunt hæretici moderni.

Contra facit Damaſ. lib. 4. c. 14. de fide orthodoxa vbi Communio dicitur, quia communicamus per ipſam Chriſto, & participamus eius carnem, & diuinitatem, & quia communicamus, & vnimur inuicem per illam. Secundo facit vſus Eccleſię ſemper obſeruatus. Vltra adducta ſupra de Communione ſub vtraque ſpecie ver. Euch. facit Luc. 24. & Act. Apoſt. 2. & 20. vbi fit mentio de fractione panis abſque calice.

COMMVNIS VITA. XXXIX.

COMMVNEM vitam Religioſorum damnans, eſt hæreticus: dicam infra ver. Monacus Turrianus lib. 5. c. 2.

CONCILIVM. XL.

VNA eſt hęreſis aſſerentis Concilium generale legitimè congregatum poſſe errare.

Huius erroris fuit Arrius, Neſtorius, Martinus Lutherus, & ipſorum ſequaces, non obſ. quod obijciunt Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, quoniam ipſæ perhibent teſtimonium de me, penes quas dicunt eſſe iudicium ad omnes contentiones fidei dirimendas, nam Reſp. quod Dominus non dixit, quoniam illę perhibent de me iudicium, ſed quoniam illę perhibent teſtimonium de me, fatemur iuxta ſcripturę teſtimonium ferendam ſententiam verum opus eſt iudice, qui dicta teſtium inquirat. Nam Arrius & Athanaſius contendunt de conſubſtantialitate filij, Arrius adfert pro ſe Ioan. 14. Pater maior me eſt Athanaſius adduxit illum. Ego & Pater vnum ſumus, tunc opus eſt iudicio Eccleſiæ, vt talem controuerſiam dirimat, alioquin ferè omnia dogmata eſſent confuſa, & incerta. Echius tit. 2. de Concilijs, Melchior Canus in locis Theologicis lib. 5. c. 4. Turre cremen. lib. 3. Summę c. 1. & ſeq. Hoſius Tit. de Conc. c. 24. F. Paul. lib. 2. c. 4. de Conc. Eccl.

Contra facit. Primo Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt, vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum, quod ſi hoc promiſſum eſt duobus, multo magis Concilio Generali. Secundo Act. 15. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis &c. Tertio Ioan. 14. Paracletus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis, quæ dicta ſunt omnibus ſucceſſoribus Apoſtolorum, quia dixit Matth. 18. Ero vobiſcum vſq; ad conſummationem ſeculi. Chriſtus enim ſemper Eccleſię aſtat, ſicuti ſpōſus ſponſæ ſuę cohabitat: Canticum 8. Vinea mea coram me eſt. quę Eccleſia non poteſt errare Matth. 16. Portę inferi non pręualebunt aduerſus eam, & Ioan. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum

dabit

dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, vndè Paul.ad Ephes.5. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundás eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi; sed vt sit sancta, & immaculata; ergo illam inficere nō poterit hæresis labes, aut peccati macula. Quarto 1. Tim. 3. dicit Paulus Ecclesiam esse columnam, & firmamentum veritatis, vbi apparet ipsam errare non posse.

Dicimus autem Concilium tunc esse generale, & rectè congregatum, quando Pontificis summi authoritate conuocantur omnes, quorum interest de re illa definire, & in eo præsidet Pontifex, siue eius Legatus: nec oportet ad hoc quod Concilium dicatur Generale, quòd omnes christiani cōuocentur, sed solum illi, ad quos spectat docere & regere, quales sunt maiores Ecclesiæ, & similes; nam Paul. 1. Cor. 12. dicit Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa; & infra Nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? vbi apparet quosdam esse in Ecclesia destinatos vt doceant, & definiāt, vnde Deute. 17. Si difficile & ambiguū apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniensque ad sacerdotes leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, neque ad sinistram, vbi Dominus mittit nos ad Sacerdotes ad amputandum dubitationis vulnus, non ad reges, neque ad principes, & 1. Cor. 14. Si non fuerit interpres taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur & Deo, Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Cum ergo omnes, quorum interest, conuocati sunt, & summi Pontificis authoritate congregati, tunc Concilium Generale rectè congregatum dicetur, quod si omnes sic congregati, vnanimes, & cōcordes fuerunt, aut eorum maior pars cum summo Pontifice consentiat, illa erit certa scientia, & pro infallibili Concilij Generalis definitione tenenda, quod si absque authoritate Pontificis congregabitur vel congregatum recedat Legatus Apostolicus, nec à Pontifice fuerit confirmatum seu approbatum, erit prorsus nullum, prout fuit Ariminense factum ab Arrianis hæreticis, contradicente Liberio Papa, & damnatum à Damaso summo Pontifice, eadem ratione Concilium Constantinopolitanum sub Constantino, & Gregorio Tertio celebratum, inane est & pestiferum, quia renitente Gregorio Tertio celebratum fuit, & contra illius mentem, & aliorum catholicorum lata est ibi Sententia de imaginibus omnino ab Ecclesia tollendis, & ideò in septima Synodo, quæ Nicena fuit, sub Hirene Imperatrice damnatum meritò fuit, si tamen in aliqua persona talis potestas residet & est in solo summo Pontifice.

CONFESSIO. XLI.

CIRCA Confessionem orti sunt infrascripti errores. Primus negat, eam esse à Deo institutam, sed dicit humana constitutione stabilitam. Secundus dicit, non esse necessarium confiteri sacerdoti, sed sufficit soli Deo peccata cōfiteri. Tertius dicit, confessionem esse superfluam, & inutilem si contritio adsit. Quartus dicit, non esse necessariam omnium peccatorum examinationem, nec esse mortalia omnia peccata confitenda, nam nihil ignoscendum relinqueretur misericordiæ Dei. Quintus omnino tollit confessionem. Sextus dicit, in confessione non conferri gratiam, qua homo iustificetur, & ita negat, confessionem posse dici sacramentum, quem errorem docet impius Lutherus. Septimus est error d. Lutheri dicentis Omnes christianos esse sacerdotes.

Contra primum errorem est Concil. Trid. sess. 14. Can. 6. contra 2. ibid. Canc. 6. cōtra 3. ibid. Can. 4. contra 4. ibid. Can. 7. contra 5. ibid. Can. 2. & contra 6. ibid. Can. 1. contra 7. ibid. Can. 10.

Contra has hæreses facit. Primo Luc. 17. Ite ostēdite vos sacerdotibus, loquens decem leprosis petentibus salutem. Secundo Matth. 8. Dixit leproso, vade nemini dixeris, sed ostēde te sacerdoti, & offer munus tuum. Tertio Ioan. 2. Lazaro suscitato Christus dixit Apostolis, soluite eum, & sinite abire. Quarto Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum, retinueritis retenta sunt, primo dum dicitur quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Istis verbis iuxta sententiam omnium sacrorum doctorum potestatem dedit sacerdotibus absoluēdi homines à peccatis, at sacerdotes non possunt peccata remittere, nisi prius ea cognouerint, iuxta Prou. 12. Qui iudicat, quæ nouit, iudex iustitię est, qui enim sacerdotibus potestatem remittendi peccata dedit, eisdem verbis peccatoribus obligationem confitendi sua peccata in iunxit, nec potest dici quod sint verba Concilij, quia verba sequentia declarant, esse præceptum ibi, quorum retinueritis. Nihil certè aliud est sacerdotes retinere peccata, nisi non remittere, sensus enim literæ est quorū non remiseritis peccata, illa non sunt remissa, si ergo ad hoc vt peccata sint remissa, oportet vt sacerdos remittat, ergo ad hoc vt peccata sint remissa, oportet etiam vt peccator illa sacerdoti manifestet, & sic ex illis verbis colligitur, confessionem esse necessariam eamque fieri debere sacerdoti, qui absolutiuus est pœnitentem à peccatis, secundo colligitur ex illis verbis quorum remiseritis peccata remissa erunt, quod gratia per absolutionem sacerdotis infunditur, & per consequens est sacramentum contra Lutherum. Quinto Act. 19. Multi credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos. Quinto adest com. sententia doctorum videlicet Leo Papa in Epist. 69. ad Theodorū Aug. lib. 50. Homil. in Homil. 49. S. Amb. lib. 1. de pœn.

cap.7. Cyprian. sermone quinto de lapsis Chrisost. Homil. 10. ad Rom. Cyrillus lib. 3. super Leuiticum, Chrisostom. Homil. 3. super Math. vlt. facit definitio Ecclesiæ Sixti Quarti, quæ incipit Sixtus Episcopus & Concil. Constantiense sess. 8. Concil. Flor. sub. Eug. 4. ver. quatuum sacramentum est pœnitentia & Concil. Trid. sess. 14. Can. 3. & Can. 6. & seq. c. omnis de pœnit. & remiss. Turrianus lib. 4. c. 17. & seq. de sacram. pœnitentiæ tract. S. Thom. 3. p. q. 84. & seq. doct. com. in 4. sent. distin. 14. & seq. Hosius de sacram. pœn. c. 44.

CONFIRMATIO. XLII.

HÆRESIS Græcorum est confirmationem non esse sacramentum, quam tenuit etiam impius Lutherus.

Secunda hæresis est si quis dixerit iniurios esse spiritui sancto eos, qui Chrismati virtutem aliquã tribuunt Concil. Trid. sess. 7. Can. 2. Tertia si quis dixerit ordinarium eius ministrum, non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicẽ sacerdotem ibid. Can. 3.

Contra facit. Primo Act. Apost. 8. Cum Apostoli, qui erant Hierosolymis, audissent, quia Samaria recepit Verbum Dei, per prædicationem Philippi Diaconi, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, qui cum venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum: non dum enim in quemquam illorum venerat; sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum: vbi ad impositionem manuum Apostolicarum Spiritum sanctum super iam baptizatos descendisse credimus, ex quo sequitur, quod sit sacramentum, & conferens gratiam, quòd à solo Episcopo, cõfertur, quia solum Apostoli hoc conferebant, certumque est Christum ita fecisse, vt confirmandus Chrismate vngeretur, & Apostolos ita fecisse testatur Fabianus Papa in Epist. ad Orientales Episcopus, & solum Episcopi hoc conferunt, vt testatur Damasus in Epist. de Episcopis, Innocen. in Epist. ad Eugubinum c. 3. Leo. 1. in Epist. ad Germanos, Melchiades in Epist. ad Hispaniæ Episc. Euseb. Papa in Epist. 3. ad Episc. Thusciæ, Vrbanus Papa in Epist. de com. vita &c. Clemens Papa martyr in 4. Epist. Conc. Concil. Hispalensen secundũ, & Concil. Constantiẽse in 28. art. Approbatũ per Martinum 5. super condemnatione hæresum Ioan. Vuicl. & Ioan. Hus, & Concil. Tridentr. sess. 7. Can. 1. & seq. & Concil. Flor. sub Eug. 4. Cõcil. Chartag. 3. & 4. Tolet. 1. cap. 20. Braccarense 1. cap. 37. quod autem gratia per manuum impositionem conferatur Act. Apost. 19. ibi Illos verò baptismo in nomine Iesu baptizauit, quo facto imposuit illis manus, & venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant: non obstat quod dicit Hieronimus in lib. aduersus Luciferianos, esse magis propter honorem sacerdonj, quàm ex legis necessitate decretum, vt solus Episcopus per impositionem manus Spiritum sanctum cõferat, nam Resp. quod idem ad Damasum Papam scribens dicit se illam solam velle tenere fidem, quam illum Romanus Pontifex, & vetus Petri successor docuerit, nõ obst. etiam quòd B. Gregorius scribens Ianuario Episcopo, permittat, vt præsbyteri sacramentum confirmationis baptizatis conferant; nam Resp. ex eadem Epist. quam scribit, quòd illud fecit ad euitandum scandalum; nam fuit magis permissio, quã concessio. Ecchius tit. 6. de confirm. Turrianus lib. 2. cap. 18. & seq. S. Thom. 3. p. q. 72. Art. 1. & seq. doct. com. in 4. sent. dist. 7. & seq. Hosius Tit. de confirm. capit. 38. F. Paulinus capit. 2. libri. 5. de Conc. Eccl.

CONSILIVM. XLIII.

VNA est hæresis Martini Lutheri, dicentis Nullum discrimen esse inter consilium, atque præceptum, de qua dicam infra ver. Præceptum.

CONTRITIO. XLIIII.

DVo sont errores Lutheri circa cõtritionem, vnus, qui damnat contritionem, quæ oritur ex consideratione, & odio gehennæ.

Alter, quod dicit, Non oportere ad parandam veram contritionem, discotere, & colligere omnia peccata, recogitando grauitatem, multitudinem, & fœditatem eorum.

Contra primum; si ille timor seruilis Dei malus esset, quis est ille timor, qui est initium sapientiæ? Psal. 110. Secundo Dauid hoc timore fuit à somno peccati excitatus Psal. 17. Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me dolores inferni circundederũt me, præoccupanerũt me laquei mortis. Tertio Esa. 26. Domine angustiæ requisierunt me in tribulatione murmuris doctrina tua eis &c. Quarto. Psal. 7. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Quinto Ioan. 3. Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Sexto Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Septimo exemplum de publicano, & de filio prodigo Luc. cap. 15. Octauo contra ambos errores Lutheri adest definitio Ecclesię Concil. Trident. sess. 6. Can. 8. & sess. 14. capit. 4. 5. illam verò, contra hos errores Lutheri scripsit Ioannes Episcopus Rofensis in tract. contra captiuitatem Babilonicam, & Iacobus latomus in opere, quod fecit pro assertione facultatis louanensis. Hosius Tit. de contrit. c. 46.

CORPVS. XLV.

CORPORIS partes inferiores à Diabolo esse, hæresis est Paternianorum Direct. 2. p. q. 6. num. 58. c. fi. ver. Paterniani 24. q. 3. S. Anton. 4. p. tit. 11. c. 7.

CORPVS CHRISTI. XLVI.

PEtrus Martyr Hæreticus dicit, Deum facere non posse corpus suum esse pluribus in locis, nempè in Cœlo, & in Sacramento altaris.

Con-

Contra faciunt primo quæ dixi supra ver. Euchar. hær 4. Secundo facit Artic. 1. fidei Credo in Deum Patrem omnipotentem, Tertio luc. 2. ibi Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Quarto Luc. 18. Quę impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum, nec repugnantia est, quia dum conficitur corpus Christi non descendit è Cœlo; sed panis, & vinum transmutatur in corpus, & sanguinem Christi, Dama, lib. 4. c. 14. de Orthodoxa fide, vnde Aug. super Genes. ad litteram lib. c. 17. Potestas creatoris de omnibus rebus naturalibus potest facere aliud, quàm eorum quasi seminales rationes habent.

Item Corpus Christi in cœlos assumptum plenè Deum esse factum non antea, ita docet Suencfeldius hæreticus.

Contra facit, quia humana natura, quæ in cęlū assumpta est, manet in Christo in æternum, vnde Angeli dixerunt Act. Apost. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cęlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

CORRECTIO. XLVII.

VNVS est error dicens, quod populares possunt ad inum arbitrium Dominos delinquentes corrigere, de quo dicam Tit. de Subditis. Dixi in Summa pec. c. p. 1. q. 14. titul. 3.

CREATVRA. XLVIII.

PRIMA de hac re hæresis est dicens Creaturas ab alio, quàm à Deo esse factas. Direct. parte 2. quæst. 6. nume. 3. capit. fin. ver. Menandriani 23. quæst. 4.

Huius erroris Author fuit Simon Magus.

Contra facit. Primo Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Secundo Eccles. 13. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Tertio Malac. 2. Nunquid nō Deus creauit nos? Quarto Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: deinde. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Quinto Paul. ad Hebr. 3. Qui autem omnia creauit Deus est. Sexto. 1. Timot. 4. Prohibent abstinere à cibis, quos creauit Deus. Septimo Apocalyp. 4. Quia tu creasti omnia & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt, & vltimo definitiò Ecclesiæ in Symbolo dicit, credendum esse in Deum factorem cœli, & terræ conc. capit. 1. de Summa Trin. & fide catholica, & Concil. Barc. 1. capit. 13.

Secunda hæresis est Manichæorum dicentium, Quòd creaturæ sunt malæ ex se, & generatione sua, quia dicunt à malo Deo creatas esse.

Contra facit. Primo Genes. primo. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Secundo Sapient. secund. Diligis Domine omnia, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Tertio primo Timot. 4. Omnis creatura Dei bona est. Quarto adest definitio Ecclesiæ Concil. Brach. 1. capit. 7. August. lib. 1. de libero arbitrio, & in libro secundo de moribus Ecclesiæ.

CRVX. XLIX.

DE hac re vnus est error, qui nullo pacto permittit crucem adorari de quo dixi ego supra ver. Adoratio.

DÆMON ET RESVRREC TIO. L.

GEorgiodauidici negant esse Diabolum, & carnis resurrectionem.

Contra primom 1. Pet. 5. Quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens.

Contra secundum. 1. Cor. 15. oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

DAMMARI. LI.

DAMNARI non posse qui defert habitum Beati Francisci hæresis est Arnaldi Direct. 2. p. q. 11. hæt. 2.

DECIMÆ. LII.

DECIMAS non esse sacerdotibus soluendas quidam hęretici docuerunt Pseudo apostoli nuncupati, quorum Dux, & Magister fuit Gerardus Sagarellus de Parma, qui iudicio Ecclesiæ damnatus igni traditus est Anno 1260.

Contra facit. Primo Leuit. 7. Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum Domini sunt, & illi sanctificantur, ratio est vt sit cibus in domo Domini Malach. 3. & vt seruiant in templo, orentque Deum pro populo num. 18. dedi omnes decimas pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fęderis; vnde qui altari deseruiunt, cum altari participāt, alia ratio est, vt vacent legi Dei, populum doceant 2. Paral. 31. Vnde Paulus 1. Cor. 9. Si seminamus vobis spiritualia, magnum est, si nos carnalia vestra metamus; tertia ratio est pauperum egestas, quorum causa decimæ soluuntur, & quamuis aliqui sint sacerdotes, qui in pauperes decimas non distribuant, nec vacent legi, & minus orent pro populo, nec eum doceant; non tamen illis sunt denegandæ decimæ, cum ipsi sint reddituri rationem sui superioribus, & prælatis, de hoc est definitio Ecclesiæ Concil. Constant. in 18. Art. decimæ igitur debētur suo sacerdoti ex præcepto diuino; an autem talis decima sit vere decima totius pars an non, parum refert. Ecchius tit. 37. de decimis S. Thom. 2. 2. quæstio. 87. artic. 1. & seq. Summistæ omnes ver. Decimæ, & toto Tit. de decimis.

DECRETALES. LIII.

DAgdeburgenses negant decretales Pontificum.

Contra facit primo Isiod. in prologo sui volumi nis. Secundo Igmarus cap. 15. libri sui, alios citat Franciscus Turrianus lib. 5. c. 25. Tertio facit cap. si Romanorum. 19. dist.

DÆ-

DÆMONES. LIIII.

DÆmones adorari debere hæresis est Direct. 2. p. quæst. 10. hær. 3. & seq. dixi supra ver. Adoratio.

DESPERATIO. LV.

DEsperationem & nihil aliud posse impedire veniam peccatorum hær. Raymundi Direct. 1. p. q. 9. art. 75.

DEVS. LVI.

PRima hæresis est, quæ asserit plures Deos; Gnostici dixerunt esse vnum bonum, & vnum malum; Cerdon autem dixit, duos esse Deos, sed non dixit vnum bonum, alterum malum.

Contra facit. Primo Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus est. Secundo ibid. 32. Videte quòd ego sim solus, & non sit alius præter me. Tertio 4. Reg. 4. Verè scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Quarto Psalm. 17. Quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum? & Psal. 85. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Quinto Sap. duodecimo. Nec enim est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Sexto Esa. 45. Ego Dominus, & non est alius; extra me non est Deus. Septimo secundo Cor. 8. Scimus quod nullus est Deus nisi vnus &c. Octauo ad Ephes. quarto. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, quod autem Gnostici dixerunt vnum Deum bonum, & vnum malum, conuincitur per Luc. capitulo octauo. Nemo bonus nisi solus Deus; Deus enim necessariò bonus est, quòd si bonus non est, necessariò Deus non est Director. p. 2. q. 13. hær. 1. S. Thom. 1. p. quæst. 11. art. 3.

Secunda hæresis docet Deum esse corporeum, cuius author est Tertulianus.

Contra facit primo ratio, quia si Deus corporeus est, & figuram habet humanam, vtique esset finitus, sed Deus infinitus est, nec aliquo potest limite concludi Iob. vigesimosecundo. Excelsior est enim cœlo, & super stellarum verticem sublimatur, & Psal. 144. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Secundo Ioan. quarto. Spiritus est Deus; ergo non corporeus, Luc. vlt. Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere, non obst. quòd scriptura dicat aliquãdo Deum habere membra; nam tunc intelligi debet, vt illo nomine Deo tribuatur vis illa, & virtus, quæ perfectior in illo membro reperitur; vt cum audis in Deo caput, intelligas diuinam essentiam, quæ omnia præcedit; cum audis oculos, intellige virtutem videnti talem, vt nihil ei latere possit Paulus ad Hebr. quarto. Nulla creatura ei inuisibilis est, omnia nuda & aperta sunt oculis eius; aures habere dicitur vt omnia audiat Sapien. prima. Auris cœli audit omnia, & tumultus murmurationis nõ abscondetur. Direct. p. 2. q. 6. nu. 32. c. fin. ver. Antropomorphitæ 24. q. 3. S. Ant. 4. p. tit. 11. capitu. 4. S. Thom. 1. p. q. 3. art. 1. & seq.

Tertia est hæresis, quæ potius est Blasphemia, Armenorum dicentium, Deum esse mendacem.

Contra facit. Primo Num. 2. ibi Non. n. est Deus quasi homo vt mentiatur. Secundo Hier. 10. Dominus autem Deus verus est.

Tertio Ioan. 10. Ego sum via, veritas, & vita, non obst. quod scriptura dicat, quod Cain à nullo homine occideretur Genes. 4. Nam Resp. quod ibi illis verbis solum prohibuit omni homini occisionem Cain; non tamen negat eam futuram. Quarto non esset perfectus & Mat. 5. dicit Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est S. Thom. 1. p. q. 4. art. 1. & q. 6. art. 1. & seq.

Quarta est hæresis Petri Abailardi negantis omnipotentiam Dei, de qua dicemus infra de Futuro contingenti.

Quinta est hęresis Noetij negãtis in diuinis personarum numerum.

Contra facit. Primo Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; quibus verbis & diuinitatis vnitas, & personarum pluralitas aperte ostenditur. Secundo Genes. 19. Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cœlo, & subuertit ciuitates has: si tantùm est vna persona in diuinis, quis est hic Dominus qui pluit à Domino? Tertio Ps. 2. Filius meus es tu, ego hodie genui te; nemo. n. generat se ipsum; loquitur ergo de generatione filij, qui est alia persona à Patre. Quarto Ioan. 8. Et si iudico ego, iudicium meum verum est; quia solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater. Quinto Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus. Sexto Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Septimo Genes. 8. ubi uidens tres prius apparuisse & his loquens Abraam, quasi uni dixit Domine si inueni gratiam in oculis tuis. Octauo Psal. 66. Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Nono Esa. 9. ibi Duo Seraphin dicebant Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Decimo Matth. 28. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos In nomine Patris, & Filij. & Spiritus Sancti, & dixit in nomine & non in nominibus; ut ostenderet omnes tres unum esse Deum. Vndecimo 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. Duodecimo Paul. Rom. 11. Indiuisam sanctæ Trinitatis operationem ostendens dicit ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria, in secula seculorum amen, & dixit ipsi non ipsis ostendẽs, illas tres personas unum esse. Tertiodecimo 2. Cor. 13. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus nobis. Quartodecimo Apocal. quarto. Et requiem non habebant die ac nocte dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui uenturus est; Hanc hæresim damnat Leo Primus in Epist. 71. cap. fin. 24. q. 3. S. Thom. 1. p. q. 30. art. 1. & seq. doct. com. 1. sent. distin. 2.

Sexta hæresis est dicens Tres esse personas in diuina natura subsistentes, eas tamen dicit esse inæquales.

Huius hæresis Author fuit Arrius.

Contra facit primo ratio, quia si filius Dei est Christus, ergo æqualis patri, & eiusdem naturæ cum eo; quoniam non est aliter possibile, vt filius sit qui non est de substantia patris. Secundo Ioan. 5. Magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat Sabbatũ, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo; Tertio Ioann. 10. Ego, & pater vnum sumus. Quarto ad Phil. 2. Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Quinto Propheta de filio Dei loquens ita ait. Adorate eum omnes Angeli eius, quod ita intelligit Paul. ad Hebr. 1. & Stephanus cum lapidaretur, eum adorauit dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sexto est definitio Ecclesiæ Concil. Nicenum sub Constant. & Concil. Constantien. sub Theodosio maiore celebratum. & Cõcil. Ephesium sub Theodoro Iuniore, & Conc. Calcedonense sub Martiano Imperatore, scriptura aũt, quæ adducitur pro Arrianis sic intelligenda est, quod in Christo sint duæ naturæ, quædam diuina, secundum quam æqualis est patri, altera humana secundum quam minor est patre. Direct. 2. p. q. 10. hær. 22. c. fi. 24. q. 3.

Septima hæresis est, quæ negat, Filium Dei esse verbum, huius erroris Authores fuerũt Alogiani.

Cõtra facit. Primo Ioan. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Secundo Sap. 18. Cum quietum silentiũ contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in medium exterminij terram prosiliuit, vbi ille sermo intelligitur, de verbo quod est Deus. Tertio Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Quarto Psal. 44. Eructauit cor meum verbum bonum, vbi dicit, de Christo cum subdit speciosus forma præ filijs hominum &c. Quinto Esa. 40. Exiccatum est fœnum, & decidit flos: verbum autem Dei nostri manet in æternum cap. fin. 24. q. 3.

Octaua hæresis est Ignitarum dicentium, Filium Dei ignorare diem vltimum.

Contra facit. Primo Psal. 118. Omnis consumationis vidi finem. Secundo Esa. 63. Clarius loquens de filio ait, Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Tertio Paul. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quarto Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, ergo etiam tempus. Quinto Ioan. decimoseptimo. Omnia mea tua sunt & tua mea sunt & Luc. 10. Omnia mihi tradita sunt à patre meo; non obst. quod dicitur Matth. vigesimoquarto. De die illa, & hora nemo scit, neque Angeli cælorum nisi solus pater, & Marc. 13. De die autem illa, vel hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius nisi pater. Nam Respond. quod non hoc dixit eo quod simpliciter nesciret, sed quia etsi sciat, non tamen vt illis reuelare debeat, noluit autem illis dicere aperte scio, sed nolo vobis reuelare, ne illos hac responsione tristes redderet, aut minus erga se ipsum affectos hac occasione efficeret. cap. fin. 24. q. 3.

Nona hæresis est Origenis filio ignorantiam impingens, quæ dicit, filium nõ posse videre Patrem, nec Spiritum sanctum posse videre filium.

Contra facit. Primo Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & nota quod licet fiat mentio de filio tantum, non per hoc excluditur Spiritus sanctus, vt dicetur in seq. hæresis expugnatione.

Decima hæresis Macedonij fuit asserentis Spiritum sanctum esse minorem patre, & filio, & non esse eiusdem substantiæ cum patre, sed esse veram creaturam.

Contra facit. Primo Matth. 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum in nomine dixit nõ in nominibus, manifeste ostendit eorum trium vnum esse nomen, vnamque substantiam. Secundo Paul. 1. Cor. 6. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, ibi Spiritus sanctus est Deus, quia inferius dixit, portate Deum in corpore vestro. Tertio 1. Cor. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. Quarto Matth. decimosecundo, ibi Qui peccat in Spiritum sanctum non remittetur ei peccatum in hoc seculo, neque in futuro. Quinto, opera Spiritus sancti arguunt esse Deum, nam gratiam donat. 1. Corint. 12. Remittit peccata Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum &c. & loquutus est per Prophetas. 2. Pet. 1. Et est vbique Psalm. 138. Quo ibo à spiritu tuo. Sexto est definitio Ecclesiæ, & in Symbolo. c. 2. de Summa Trinit. & fide Catholica & in symb. Athanasij ab Ecclesia recepto.

Vndecima hæresis ait Spiritum sanctum esse animam mundi.

Huius hæresis Author fuit Petrus Abailardus.

Contra facit ratio, quia sequeretur quod Spiritus sanctus esset minor mundo, & mundi limitibus esset inclusus, & circumscriptus, & definitus, quod est omnino falsum, quia Spiritus sanctus est Deus: Deus autem nullis locorum spatijs clauditur Iob. 22. Non ne cogitas, quod Deus excelsior cœlo sit? & super stellarum verticem sublimetur? idem probat. 2. Par. 2. & Esa. 40.

Duodecima hæresis Græcorum fuit, quæ negat Spiritum sanctum procedere à patre, & filio.

Contra facit. Primo Ioan. 16. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur &c. vbi Didimus in lib. 2. de Spiritu sancto ita ait, non enim loquitur à semetipso hoc est, non sine me, & sine meo, & patris arbitrio, quia inseparabilis à mea & patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex patre & me est. Secũdo Paul. Rom. 8. Qui autem Spiritum Christi non habet, & Gal. 4. Misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, vbi Spiritus sanctus nominatur Spiritus filij. Tertio Ioan. 16. Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos.

ad vos. Quarto facit authoritas Didimi. d. lib. secundo, de Spiritu sancto, & Cyrilli lib. 11. super Ioan. cap. 1. & Athanas. in symbolo. Quinto adest definitio Ecclesiæ cap. 1. de Summa Trin. & fid. Cath. & Concil. Lugd. sub Gregorio 9. celebratum Concil. Ephes. sub Theodoro iuniore: & Concil. Flor. sub Eug. 4. in quo Græci receperunt hunc articulum.

Tertiadecima hæresis est Petri Abailardi dicentis Potentiam esse propriam patris, non appropriatam, sapientiam filij, benignitatem Spiritus sancti.

Contra facit ratio, quia illa res non est vere alicuius propria, quæ pluribus conuenire dignoscitur, at constat ex sacris literis, Potentiam, sapientiam, & benignitatem omnibus tribus personis conuenire, sequitur inde, vt nulli personæ aliqua illarum sit propria; Filius enim dicitur omnipotens Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil & Psal. 18. Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio, similiter & Spiritus sanctus dicitur omnipotens Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, sapientia quoque Deo Patri tribuitur Paul. ad Rom. in fine soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor & Gloria in secula seculorum; tribuitur etiam Spiritui sancto Ioan. 16. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem; benignitas quoque patri tribuitur Luc. 6. Et eritis Filij altissimi; quia ipse benignus est super ingratos, & malos; de filio autem Salomon testatur Sap. septimo; Suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus &c. & Paulus ad Tit. 3. Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: sunt igitur omnia ista omnibus communia; dicuntur tamen appropriata propter conuenientiam, quam habent cum vna persona, vt potentia Patri, quia ille est fons totius deitatis, à quo reliquæ duæ personæ procedunt; sapientia appropriatur filio, quia ipse est genitus per intellectum patris, & est notitia quædam ab eo producta, & propter hãc similitudinem id ei appropriatur; Spiritui sancto tribuitur bonitas, & amor, quia Spiritus sanctus productus est ab vtroque per illorum voluntatem, & est amor ab ambobus productus.

Quartodecimo Deum non facere mala pœnæ, hæresis est, Direct. 2. p. q. 6.

Quintodecimo Deum creasse mala, hæresis est, ibidem num. 50.

Sextodecimo Deo placere æquè mala, atque bona hæresis est, Direct. 2. parte, q. 10. hær. 12.

DIABOLVS. LVII.

PRima hæresis est Manichæorum dicentium Diabolum ex sua natura malum esse, nec posse esse bonum.

Contra faciunt primo quæ dixi supra de creaturis. Secundo facit Ioan. 8. In veritate non stetit, quia non est veritas in eo; vbi apparet creatum fuisse in veritate, sed ab ea cecidit.

Tertio Qui de cęlo cecidit necesse est, quod fuerit bonus; quia ibi non nisi boni existunt, sed Diabolus de cœlo cecidit Luc. 10. Videbam sathanam sicut fulgur, de cœlo cadentem, ergo bonus fuit creatus. Quarto adest definitio Ecclesiæ cap. 1. de Summa Trin. & fid. Cath. & Concil. Brac. 1. non obst. Ioan. 8. Ille homicida est ab initio, quia debet intelligi, ab initio conditionis humanæ, quando statim, vt homo conditus est à Deo, Diabolus illi mortem propinauit.

Secunda hæresis est Origenis dicentis Diabolum aliquando liberandum fore à pœna inferni.

Contra facit primo quod supra de Beatitudine dixi. Secundo facit Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo, & Angelis eius.

Tertia hæresis est, quæ asserit Diaboli suggestiones in nobis fieri contactu lapidum, aut herbarum, de quibus dicam ver. Tentatio, prout illorum sagax malitia nouit singula singulis conuenire.

DIES. LVIII.

DIerum obseruationem ad ieiunandum & ad obseruandum Pascha negans est hæreticus. Turrianus lib. 5. cap. 18. & seq.

DIES DOMINICA. LVIIII.

SAbbatarij primo dominicam diem minime esse colendam docent; secundo Patrem esse inuocandum, non Filium, & Spiritum sanctum.

Contra primum Act. 20. Vna Sabbati (hoc est primo die post Sabbatum, qui est Dominicus dies) fideles conuenerunt ad frangendum panem.

Contra secundum Act. 9. Domine Iesu suscipe spiritum meum.

DISPENSATIO. LX.

BEguinæ docuerunt, Papam non posse dispensare in voto simplici, etiam si ob pacis bonum id fieret, vel ob gentis alicuius conuersionem ad fidem.

Contra facit ratio, quia dispensatio licita est, cum vrget necessitas, aut expostulat communis vtilitas, vnd. quamuis status virginitatis sit altior, & perfectior statu matrimonij; secũdum se tamen ratione maioris boni adiuncti, propter quod dispensatur, præfertur tunc matrimonium, vt coniugium Abrahæ propter Christum, qui ex eius semine erat nasciturus, in quo futura benedictio erat, & redemptio generis humani, præferebatur cęlibatui Ioannis secundum Aug. de bono coniugali, quem refert Nicol. Sand. lib. 7. de vis. Mon. Eccl. nu. 161.

DOCTORES. LXI.

DOctis quoque viris omnem prorsus fidem abrogant. Contra facit Daniel. 12. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiã erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Secundo facit. c. fin. de Magistr.

DOS ECCLESIÆ. LXII.

IOannes Vuiclef hæreticus docuit, quod Sylueſter Papa, & Conſtantinus imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

Contra facit ratio, cum Eccleſia ſit capax bonorum temporalium (vt dixi ſupra) ſequitur, quod ei fieri poſſit donatio; præterea dotare Eccleſiam eſt opus pietatis & eſt magis ditari, quàm fieri pauper. cum dictum ſit Centuplum accipietis, & vitam ęternam poſſidebitis; præterea damnatur hęc opinio, vt refert Prateolus lib. 9. ver. 32. & 38. Piorum Clypeus q. 50. art. 1. & ſeq.

ECCLESIA LXIII.

PRima hæreſis eſt Donatiſtarum dicentium intra Eccleſiam non eſſe bonos, & malos, ſed ſolos bonos ad ipſam pertinere aſſerunt, quem errorem vltimo defendit impius Lutherus.

Contra facit primo Pſalm. 54. ibi & ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulçes capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cũ conſenſu: vbi malus ſimul cum bono reperitur in domo Domini: domus enim Domini Eccleſia dicitur 1. Tim. 3. Vt ſcias quomodo oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui. Secundo 1. Cor. 1. vbi Paul. Hos ipſos, quos appellauit Eccleſiam Dei, & ſanctificatos in Chriſto Ieſu propter baptiſmum ſuſceptum, in multis poſtmodum redarguit, contentiones inter ipſos eſſe aſſerit, ex quibus apparet quod per hoc peccatores non dicuntur extra eccleſiam, & in 2. Cor. 1. Vocat eos eccleſiam Dei, & tamẽ eos poſtmodum redarguit, & minatur illis, niſi fecerint pœnitentiam. Tertio Paulus 9. Cor. 13. Eccleſia eſt vnum corpus, cuius caput eſt Chriſtus, huius autem membra ſunt fideles, è quibus qui iuſti ſunt, membra ſunt viua & ſana; qui autem peccatores, membra ſunt mortua & putrida in fine reſecanda. Quarto Ioan. 15. Ego ſum vitis vera, & vos palmites, & parum ante, Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & nota quod non dicit Palmitem non ferentem fructum eſſe iam ſublatum, ſed eſſe tollendum, ex quo conuincitur, fideles adhuc per veram fidem Chriſto cohærere, qui ab eo tolerantur vſque ad mortem, in qua ſi cum nullo fructu reperiũtur, reſecantur omnino, tanquam membrum putridum. Quinto Matth. 13. ibi Simile eſt Regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti &c. Sexto Matth. 22. vbi in nuptijs illis inuentus eſt vnus non habens veſtem nuptialem. Septimo Matth. vigeſimoquinto, inter decem virgines, quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Octauo Paulus 2. Timot. ſecundo, In magna domo non ſunt ſolum vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia; Nono Matth. decimooctauo, vbi apparet peccantem in nos fratrem ad Eccleſiam pertinere, membrumq; aliquod illius eſſe, alioquin non præciperetur, vt peccatũ illius denunciaretur Eccleſiæ ab illa corrigendum; qui ſi nõ eſſet membrum illius corrigere non poſſet dicente Paulo Rom. 2. Quis es tu qui iudicas ſeruum alienum? Genel. 7. In Arca Noe erãt animalia munda, & immunda, quæ figurata eſt per Eccleſiam Dei. Vndecimo Ioan. 13. Vos mundi eſtis, ſed non omnes; vbi inter Apoſtolos erat Iudas, cuius malitia ſibi tantum, non alijs nocuit. Duodecimo facit ratio, quia ſi hoc eſſet verũ non eſſet differentia inter Eccleſiam triumphantem, & militantem, viſibilem & inuiſibilem; in præſenti enim ſeculo eſt Eccleſia militans & viſibilis in qua ſunt omnes boni, & mali; ſoli infideles extra illam ſunt; omnes tamen qui fidem Orthodoxam firmiter tenent, in illa continentur: Eccleſia autẽ triumphans eſt ſine ruga, & macula. vltimo eſt definitio Eccleſiæ Concil. Conſtant. ſeſſ. 15.

Secundus error docet Eccleſiam errare poſſe.

Huius erroris eſt Author Ioannes Vueſſalta tẽpore Federici Imperat. Contra ſcripſit Echius Tit. 5. de Eccleſia Melchior Canus lib. 4. theol. c. 4. Hoſius Tit. de Eccleſia c. 20. & ſeq.

Contra hanc hæreſim facit, quod dixi ſupra de Concilio; concluſio eſt, Eccleſia errare non poſſe circa res, quæ fidem, & bonos mores reſpiciunt, cõtrarium ſentiens eſt hęreticus; in his tamen, quæ non reſpiciunt ius, ſed rem geſtam hoc eſt in his, quæ ſunt facti, mere Eccleſia errare poteſt, vt ſi quis aſſeueraret Carolum Quintum Cæſarem nunquam in Italiam veniſſe, nec à Clemente Septimo Coronam Imperij accepiſſe, non eſt hæreticus, ẽt ſi vniuerſalis Eccleſia de hac re falleretur.

Tertia hęreſis Valdenſium Eccleſiæ poteſtatem minuit, docens Decretales eſſe nullius momenti, quem errorem hoc tpe impiè docuit Lutherus.

Contra facit primo Prou. 6. Conſerua fili mi pręcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ; liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo; quibus verbis docuit præcepta Dei patris, & Eccleſiæ matris eſſe cuſtodienda; ſumus enim filij Eccleſię per baptiſmum, in qua renati ſumus. Secundo Prou. 22. Ne traſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui; ibi dixit (Patres) non patrem, quo ſequitur, quòd non ſit intelligendum de pręceptis diuinis tantũ, nec de præceptis tantũ parentum antiquæ legis, ſed etiam nouæ cum Pſal. 44. dicat Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos Principes ſuper omnem terram. Tertio Deu. 17. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille &c. Si tantũ valuit authoritas ſacerdotij veteris teſtamenti, multo magis erit authoritas ſacerdotij ſupremi in lege noua. Quarto Matth. 18. Vbi Chriſtus ſecreto peccantem poſtquam ſemel correptus audire noluerit, ad Eccleſiæ iudicium deferri pręcipit, & ſi eam nõ audierit iubet reputari tanquam Ethnicum & Publicanum; id eſt vt per excommunicationem ſegregetur à cęterorum conſortio, vt vel ſic erubeſcens reſipiſcat. Quinto Luc. 10. Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit me ſpernit qui autem me ſpernit ſpernit & eũ, qui miſit me. Sexto 1. Theſſal. Itaque qui hæc ſpernit, non hominem

ſpernit,

ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Septimo Exod. 16. Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum; ex quibus apparet præcepta iuſta Præpoſitorum non eſſe duntaxat humana dicenda, cum vim ſuam, & robur habeant à iure diuino, & eorum contemptores reputantur contemptores diuinorum Præceptorum. Octauo Matth. 23. Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſei: omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite: ſecundum verò opera eorum nolite facere; & nota ibi quæcunque hoc eſt eorum, quæ ad Cathedram pertinent, hoc eſt eorum quæ ad faciliorem obſeruantiam mandatorum Dei conducunt, & viam aperiunt. Nono Paulus ad Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt ſibi damnationem acquirunt. Decimo ad Tit. 3. Admone illos principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. Vndecimo ad Hebr. 4. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis; ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, & intelligitur, de prælatis eccleſiaſticis; cum antea dixiſſet. Mementote Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei. Duodecimo Paulus ſuam authoritatem circa inobedientes declara. 1. Cor. 4. Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis, & 2. Cor. 13. Ideo enim hæc ſcribo, vt non præſens durius agam ſecundum poteſtatem, quam Dominus dedit mihi, in ædificationem, & non in deſtructionem, & 2. Theſ. 3. Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per Epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum illo. Non eſt autem minor poteſtas prælatis, quàm tunc fuerit; erit ergo obediendum prælatis Eccleſiæ, in his, quæ ad obſeruationem legis diuinæ conducibilia eſſe noſcuntur. Tertiodecimo adeſt definitio Eccleſiæ, clem. ad noſtram de hæreticis, & Concil. Conſtantienſe in ſeſſ. octauo, non obſtat ad Gal. 9. ibi Si ſpiritu ducemini, non eſtis ſub lege & 1. Cor. ſeptimo. Empti eſtis pretio magno, nolite fieri ſerui hominum; nam Reſp. quòd quamuis Chriſtus nos liberauerit à ſeruitute peccati, & à ſeruitute legis Moſaycæ, hoc eſt à iugo cæremoniarum, & legitimorum, non tamen ſuſtulit obedientiam prælatorum, immo ſtrictius præcepit; auertit enim Paulus ab illa ſeruitute, qua quiſque illius ſe eſſe fatebatur, à quo baptizatus erat, quidam dicens Ego ſum Paulis, alius ego ſum Apollo, atque alius Ego ſum Cephæ. Chriſtus enim ſolus pro nobis paſſus eſt, atque ideo totos nos ipſos illi ſoli debemus, non obſt. quod dicit impius Lutherus admittens Eccleſiæ obedientiam, ſed negat eam dilatari poſſe, vltra ea, quæ expreſsè in ſacris literis habentur: nam Reſpond. quòd ſi res omnes ſuſtollantur, quæ ſcriptæ non ſunt in ſacra pagina, ſtatim infra paucos dies ea, quam vocamus deuotionem, vel (vt melius dicam) ſacrorum affectus periret; nam cultus his cæremonijs maxime fouetur, & nutritur: & niſi ad has compellerentur chriſtiani, citiſſimè aut nullus, aut frigidiſſimus cultus Dei futurus eſſet: Deus enim præcepit nobis, vt illum coleremus, præcipit quoque ieiunium; Eccleſia verò expreſſit, vt die dominico præcipuè Miſſam audientes Deum coleremus, expreſſit quoque dies quibus ieiunandum eſt, quod & Apoſtoli fecerunt Act. decimoquinto. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis, quæ tamen non fuerunt iniuncta in Euangelio: poteſt igitur Eccleſia ſtatuere in cauſa fidei & circa mores, qui ad obſeruationem mandatorum maxime conducunt, in quibus ei omnino obediendum eſt; de cæteris tamen non poſſet, quoniam (vt inquit Paulus) primo, Cor. decimo, Data eſt illis poteſtas, in ædificationem, non autem in deſtructionem. Hoſius Tit. de Eccleſ. capitul. decimoquinto, & ſeq. & Tit. de tradit. capit. 92. F. Paulinus lib. 4. cap. 2. de Conc. Eccl.

Quarta hæreſis eſt Valdianorum, & Vualdenſium, & Lutheranorum dicentium Eccleſiam ipſam, hoc eſt eccleſiaſticos viros non poſſe vllas poſſeſſiones poſſidere, nec agros, nec diuitias vllas:

Contra facit primo, quæ dixi ſuprà de Apoſtolis, atque de Decimis. Secundo Ioſuæ vigeſimoprimo, vbi ſacerdotes veteris legis habuerunt poſſeſſiones & agros. Secundo, primo Timot. tertio, vbi Paulus ſcribens ad Timot. qualem oporteat Epiſcopum eſſe, inter cætera exigit ab eo hoſpitalitatem; at hoſpitalitas exerceri nequit ab eo, qui non habet facultates, quas miniſtrare poſſit ijs, quos hoſpitio receperit. Tertio & vltimo adeſt definitio Eccleſiæ 12. quæſt. 1. per totam, & tot. tit. de rebus Eccl. non alien. Concil. Calcedon. Concil. Conſtantienſe ſeſſ. 8.

Quinta hæreſis eſt quæ dicit Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiam carnalem, Direct. par. 2. q. 8. & q. 16. & q. 13.

Sexta eſt dicens Eccleſiam conſecratam nō plus valere ad orandum, quàm ſtabulum porcorum Direct. p. 2. quæſt. 12. Turrianus lib. 2. cap. 19.

Septima eſt quę negat Eccleſiam Romanam eſſe Principem aliarum Eccleſiarum, & quæ caput eius Pontificem non credit Turrianus libro ſecundo, capitul. 7.

Octaua eſt quæ negat Eccleſiam eſſe Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam, Hoſius Tit. de reſcr. Eccl. cap. 20. & ſeq.

ELECTIO PONTIFICIS. LXIIII.

Electionem Pontificis, non eſſe faciendam à Cardinalibus, & factam ab alijs valere contra ſacros Canones aſſeuerat Ioannes Vuiclef.

Contra quem hæreticum eſt determinatio Eccleſiæ c. in nomine 23. Diſt. c. 1. & ſeq. 79. Diſt. cap. licet de elect. cap. vbi periculum de elect. 6. Piorum Clypeus q. 48. Art. 2.

ELEEMOSYNA LXV.

PRIMA est hæresis Ioannis Vuicleph dicentis, Non licere eleemosynas tribuere Fratribus mendicantibus.

Contra facit primo ratio, quia si Monachatus licitus est, pro vt dicam suo loco, & Monachis licitũ est mendicare, ergo licitum erit eis dare eleemosynam. Secundo adest definitio Ecclesiæ in Concilio Constantiensi sess. 8.

Secunda est hæresis, quam refert Aug. lib. 21. c. 22. de ciuit. Dei; quæ docet Eleemosynam esse tantę virtutis, vt qui eam exercuerit, quantumlibet criminosè, & nefariè viuat, æternum tamen supplicium non sit habiturus.

Contra facit 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Tertia est, quæ dicit plus placere Deo eleemosynam, quàm sacrificium altaris Direct. 2. quæst. 55. hær. 7.

EPISCOPVS. LXVI.

DE hac re vnus est error quo docetur, Episcopum nõ esse simplici sacerdote superiorem. Huius erroris Author fuit Aerius, quem secuti sunt multi alij hæretici, inter quos fuit etiam Lutherus.

Contra hanc hæresim primo facit ratio; oportet enim vmbram similem esse corpori, & figuram veritati; omnia autem, quæ in veteri testamẽto præcesserunt, figuræ quædam fuerunt eorum, quæ in lege noua futura erant, Paulo testante 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis; at in lege veteri distinctio fuit sacerdotum: nam Aaron summus fuit Sacerdos, filij autem eius minores sacerdotes, vt patet Leuit. 19. & ad Hebr. 6. Secundo Tit. 1. Huius rei gratia reliquite Cretę, vt ea, quę desunt, corrigas, & constituas per ciuitates præsbyteros, sicut ego tibi disposui; quo in loco testante Theophilacto, & Chrisostomo Paulus intellexit præsbyteros Episcopos, qui idem intelligunt dictum Pauli 1. Timot 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum præsbyterij. Tertio adest com. opin. doctorum Patrum Leo Primus in Epist. 66. Beda lib. 3. super Lucam c. 15. Isidorus in quodam sermone in Synodo habito, Vrbanus Papa & Martyr in Epistola de Communi vita, Anacletus Papa & Martyr in Epistola de Patriarch. Aug. in Epist. 19. ad Hieronymum. Quarto adest definitio Ecclesiæ in Concilio Ispalense secundo, tractat Hosius Tit. de Ministro sacramenti ordinis cap. 54. addo Concil. Trid. sess. 23. Can. 7.

Secundus error est, qui docet, Nullum peccatorem, aut iniustum hominem posse esse Episcopum.

Huius erroris authores fuerunt Vualdenses dicentes Quod præsbyterum non dignitas, sed vitæ meritum efficiebat potiorem.

Contra faciunt quæ dicam inferius Tit. de Potestate.

EVANGELIVM. LXVII.

INTER alias Flagellantium hæreses hæc vna fuit, qui dixerunt post aduentum suæ Sectæ Euangelium desijsse.

Contra facit primo Eccles. 17. Testamentum æternum constituit cum illis, & iustitiam, & iudicia sua ostendit illis. Secundo Baruch. 2. Et statuã illis testamẽtum alterum sempiternum, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, Tertio Psalm. 110. Redemptionem misit Dominus populo suo; mandauit in æternum testamentum suum. Quarto Luc. 21. Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Quinto faciunt verba consecrationis calicis seu transubstantionis vini in sanguinem, quæ Ecclesiam recepisse à Christo certo credendum est. Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti. &c. Sexto, Paulus ad Hebr. 13. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ouium in sanguine testamenti ęterni Dominum Nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono.

Secunda hæresis est dicens, Euangelium nõ fuisse prædicatum ab Apostolis secundũ spiritualem intellectum, sed solum secundum literam, de qua dixi supra in ver. de Apostolis.

Tertia hęresis est Martini Lutheri negãtis Euangelium esse legem iuxta veram & propriam legis rationem; Hoc ideo docent, vt hac ratione contendant se esse liberos ab obligatione omnium bonorum operum; dicunt enim Euangelium nihil præcipere, sed solum manifestare nobis bonum nunciũ de Iesu Christo Filio Dei, quod ille solus merito suæ passionis expiator sit peccatorum nostrorum, & redemptor animarum nostrarum. Ex dictis superius tres colliguntur errores. Primus est, qui bonorum operum necessitatem negat, de quibus dicemus in tit. de Fide, & in tit. de Operibus.

Secundus est error, quo dicitur, Nullum esse in lege euangelica præceptum de quo dicam inferius tit. de Præceptis.

Tertius est error, quo dicitur Euangelium Christi non esse dicendum legem, de quo modo dicam.

Contra hunc tertium errorem facit primo Esa. 42. vbi Esaias loquẽs de Christo ait. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium & legem eius insulæ expectabunt, quòd autem Esaias loquatur de Christo docet Matth. cap. 12. Secundo Hier. 31. loquens de lege euangelica dixit, Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, quod aũt loquatur de lege euangelica testatur Paulus ad Hebr. 10. Tertio Paulus ad Rom. 8. Lex. n. spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis.

Quarto ad Gal. 2. Per legem enim legi mortuus sum; vbi intelligit per Euangelium mortuam esse legem Mosaycam. Quinto & vltimo adest Concil. Trid. sess. 6. Can. 20. & 21.

Quarta est hæresis, quę dicit Euangelium Christi non docere ad Regnum cœleste, & dicto

Euan-

Euangelio aliud ſucceſſurum Director. parte, 2. q.9.hær.2.

EVCHARISTIA. LXVIII.

PRIMA hæreſis eſt Nouatianorum dicentium Nullo modo ex pane poſſe confici Corpus Chriſti, eo quòd panem creaturam Diaboli eſſe dicant.

Contra hanc hæreſim vide quæ dixi ſupra de Creaturis, vbi oſtendi Omnem creaturam eſſe bonam de hoc ſacram.tractat. S. Thom. 3.p q.73.& ſeq. Doct.com.in 4.ſent. diſtin.8.& ſeq.

Secunda hæreſis Græcorum eſt circa materiam huius ſacramenti, quæ aſſerit, Non poſſe hoc ſacramentum confici in azimo pane, ſed præciſe in fermentato. Direct.p.2.q. 18.hær. 2. & Concil. Trid. ſeſſ.13.Can. 1.& ſeq. agit de hoc ſacramento, & in Bulla Pij 4.de prof.fidei Hoſius tit. de ſacram.Euch.cap.39.& ſeq.

Contra facit primo Matth. ca.26. Prima autem die Azimorum acceſſerunt Diſcipuli ad Ieſum dicentes, vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? at Ieſus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magiſter dicit: Tempus meum propè eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſca: Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim, & infra: Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit ac fregit deditque diſcipulis ſuis & ait, Accipite & comedite Hoc eſt Corpus meum, ex quibus patet, Chriſtum eo tempore, quo iam fermentatum comedere non licebat, nempe in cœna primæ diei Azimorum, à quo Iudæi feſtiuitatem Paſchæ auſpicabantur, hoc ſacramentũ inſtituiſſe, diſcipuliſque ſuis ad comedendum dediſſe. Aut cum Chriſtus tunc legem non ſoluerit, immò ſe velle eam ſeruare oſtendit, colligitur illum nec fermentatum comediſſe, nec diſcipulis ſuis ad comedendum dediſſe. Secundo Marc.14. Et primo die Azimorum, quando Paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli, quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces Paſcha? & mittit duos ex diſcipulis ſuis & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, & ioſra, Veſpere autem facto venit cum duodecim, & infra: & manducantibus illis accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: ſumite: Hoc eſt Corpus meum, vbi colligitur eo die, eademque hora conſeciſſe, quando iam Iudæis non licebat fermentato vesci. Tertio conc.Luc.capit.22. Venit Dies Azimorum, in qua neceſſe erat occidi Paſcha, & miſit Petrum & Ioannem dicens Euntes parate nobis Paſcha, vt manducemus, & infra: Euntes autem inuenerunt ſicut dixi illis, & parauerunt Paſcha. Et cum facta eſſet hora diſcubuit, & duodecim Apoſtoli cum eo: & infra. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens. Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Quarto Paul. Cor. quinto, Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis, & veritatis. Quinto Luc. 12. attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. Vnde Leuit.2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, necquicquam fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini: Nimirum hoc tropo deſignans in omni opere bono, omnem prorſus inanem gloriam vitandam, cum ergo fermentum malitiam deſignet, qualis in Chriſti humanitate nullatenus valet inueniri, Eccleſia merito cenſuit in azimo eſſe celebrandum, vt ſignum exterius, ſcilicet panis accidentia, eſſet ſignato conformius. Sexto adeſt definitio Eccleſiæ Conc. Flor. ſub Eugenio quarto, vbi definitur quòd in azimo, ſiue ſermentato pane triticeo Corpus Chriſti veraciter conficiatur: ſacerdoteſque in altero ipſum Domini Corpus cõficere debere, vnumquemque ſcilicet iuxta ſuæ Eccleſię ſiue Orientalis, ſiue Occidentalis conſuetudinem.

Et nota, quod Græci non ideo cenſentur hæretici, quòd in fermentato conficiant; ſed quia ſic conficientes putant in Azimo non poſſe confici, quod tamen falſum eſt. Non obſt. quod dicitur Ioan. decimotertio. Ante diem feſtum Paſchæ hæc acta eſſe, quo tempore Iudæi fermentato veſcebantur; nam Reſpondeo quod feſtiuitates Iudeorum à veſpera in veſperam computabantur, & de feſtiuitate agni Paſchalis ſpecialiter dicit ſcriptura Exod.decimoſecundo. Immolabitque eum, vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam, & Leuit. 23 Menſe primo quarta decima die menſis huius ſolennitas azimorum eſt, &c. Qui dies hac ratione Paſcha appellatur, vt apud Ioannem 18. cum dicitur, Iudæi non intrauerunt prætorium palatij, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Non quidem Paſcha .i. Agnum paſcalem, quoniam illum iam nocte præterita, qua Chriſtus cœnauit cum Diſcipulis ſuis Iudæi etiam comederant, ſed nomine Paſchæ ibi Azimos panes nominauit, quos ſeptem diebus continuis comedere tenebantur, quorum primus erat, quo Chriſtus paſſus eſt.

Tertia eſt hæreſis Vualdenſium conſecrare putantes ſine forma conſueta Eccleſiæ, ſed dicendo ſepties Pater noſter, & benedicendo panem, & vinum ſe conſecrare dicebant.

Contra facit Matth.26. Marc.14. & Luc.22. Qui dicunt Chriſtum Corpus ſuum conſecraſſe ſupra acceptum panem dicendo Hoc eſt Corpus meum, quod idem dicit Paul. 1. ad Cor. 11.

Quarta hæreſis eſt, quæ negat, Verum Chriſti Corpus realiter in ſacramento ſub panis ſpeciebus, & ſanguinem ſub ſpeciebus vini contineri.

Hanc hæreſim multis annis ſepultam Ioannes Oecolampadius reduxit ab inferis.

Contra facit primo Luc. 22. ibi Hoc eſt corpus meum Conc. Matth. capit. 26. & Marc. 14 & Paul. 1. Cor. capitul. 11. quibus in locis ſunt verba Luce meridiana clariora, nec in te tanti momenti qualis eſt iſta, credendum eſt Chriſtum tropo aliquo, aut figuratione, & loquutione vſum fuiſſe, ne cauſam errandi hac occaſione nobis præberet. Secundo Ioan. ſexto. Ego ſum panis viuus,

qni de cœlo deſcendi, ſi qnis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vita, quòd ſi interpretari velis, quòd panis, quem ego dabo, carnem meam ſignificat, aut figura quædam eſt corporis mei, manifeſte iam te illis Iudæis annumeras dicentibus ad inuicem, quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad mandncandum? Ioan. 6. quibus Chriſtus reſpondit, Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis; & ſi obijceres quod eſſet intelligendum niſi maoducaueritis carnem. i. figuram carnis filij hominis &c. Reſp. per verba, quæ Chriſtus ſubnectit dicens, Qui manducat carnẽ meam, & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die; caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus; vbi apparet, quòd non ſignificatiuè, ſed verè eſt caro, & ſanguis Chriſti; quis enim diceret, Imaginem Dei eſſe verè Deum, nemo quidem, ſi verò obijceres eo modo dici cibum, quo verbum Dei dicitur cibus, Math. 4. ibi Non in ſolo pane viuit homo; Reſp. certum eſſe verbum Dei, ibi non dici eſſe verè cibum, ſed per quandam Metaphoram, aut ſimilitudinem; quemadmodum enim cibus corporalis nutrit corpus, ſic verbum Dei nutrit animam Ioan. 8. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternnm: ſi verò diceres, qnod illud Ioan. 6. intelligendum eſt de manducatione ſpirituali carnis, per quam dicit, habemus vitam æternam, non autem de Eucbariſtia, vt dicit OEcolampadins hæreticus. Reſp. ex mente com. doct. quod ibi intelligendum eſt de euchariſtia, & ſic de Myſtica communione veri corporis, & ſanguinis ſui. Primò Theophilactus. Secundò Cyrillus lib. 4. ſuper Ioan. cap. 16. Tertio Chriſoſtomus Homil. 45. ſuper Ioan. Quarto Aug. tract. 26. ſuper Ioannem. Quinto Caſſiodorus in Pſal. 109. Verſ. Tu es ſacerdos in æternum. Sexto Greg. ſuper Ioan. 6. ver. Numquid rugiet onager cum habuerit herbam. Septimo Ambr. in 6. de ſacram. ca. 1. Octauo Hilarins lib. 8. de Trin. Nonò Cyprianus in expoſitione orationis dominicæ, idem libro 1. Aduerſus Iudæos. Decimo Origenes Homil. 7. ſuper librum Numerorum. Vndecimo Leo Primus in Epiſtola ad Conſtantinopolitanos, Iuuencus præsbyter carmine Hyſtoriam Euangelicam ſcribens. Duodecimo Arnobius ſuper. Pſal. 110. Tertiodecimo Irenæus libr. 5. aduerſus hæreſes. Quartodecimo Ignatius in Epiſt. ad Rom. eſt igitur com. opi. Patrum contra hanc impiam hæreſim OEcolampadij. Adeſt præterea definitio Eccleſiæ Concilij Epheſini primi in Epiſtola Cyrilli nomine dicti Concilij ad Neſtorium ſcripta. Leo Nonus in Concil. Vercel. Victor Secundus in Concil. Turonis. Nicolans Secundus in Concil. Rom. Concil. Conſtãtienſe, & vltimo Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. & Can. 1. non obſt. 1. Cor. 10. Petra autem erat Chriſtus, vbi exponitur, ſignificat; nam non concludit neceſſariò, quia nõ eſt ſemper verum, quod verbum, eſt, ſit ſemper exponendum ſignificat, ibi enim in Enigmate dicitur Petra erat Chriſtus ſpiritualiter, non quod verè eſſet Petra ſicut dicitur caro mea verè eſt cibus &c. Ecchins tit. 29. ſub Euch. eſſe corpus Chriſti.

Quinta eſt hæreſis Ioan. Vuicleph. & Martini Lutheri dicentium, quòd in Euchariſtia poſt factã conſecrationem manet idem panis, qui erat ibidem aote conſecrationem.

Contra facit primo Matth. 27. Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem & benedixit, ac fregit, deditq; Diſcipulis ſuis, & ait, Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meum, & accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti; qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, Marcus verò ſic ait cap. 14. Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait illis. Sumite, hoc eſt corpus meum: & accepto calice gratias agens dedit eis; & biberunt ex illo omnes, & ait illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur; Lucę aotem verba ſunt iſta ca. 22. Et accepto pane gratias egit, & fregit & dedit eis dicens; Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. ſimiliter & calicẽ poſtquam cœnauit dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur: ex quibus apparet, quod facta conſecratione nunquam vocatur panis. Secundo adeſt com. opin. Patrum, Anſelmus ſuper Paul. 1. ad Cor. 11. ibi De pane, & vino, carnem, & ſanguioem ſuum fecit. Haym. 1. Corint. 10. Verſ. Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, ibi Sicut ille panis, & ſanguis in corpus Chriſti tranſeunt, ita &c. Theoph. ſuper Ioan. 6. Verſ. Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, dicit ibi Igitur nunc panis in carnem Domini mutatur, Iſid. lib. 1. de Eccl. offic c. 18. ibi Panis, qui frangitur corpus Chriſti eſt, qui dicit Ego ſum panis viuus, vinum autẽ ſanguis eius eſt, de quo dixit Ego ſum vitis vera & Damaſc. lib. 4. de fide orthodoxa ca. 14. Non quod ipſum corpus aſſumptum à cœlo deſcenderit, ſed quod ipſe panis, & vinum traſmutatur in corpus, & ſanguinem Dei, Auguſt. libr. ſent. Proſperi, fatemur ante conſecrationem eſſe panem, & vinum, quod natura formauit, poſt conſecrationem verò carnem Chriſti, & ſanguinem, quod benedictio conſecrauit Ambr. libro quarto de ſacram. capitulo quarto. Panis eſt ante verba ſacramentorum, vbi acceſſerit conſecratio de pane fit caro Chriſti, & in capit. 5. idem dixit Baſilius Magnus libr. de Ritu Miſſæ, ibi Faciat hunc eundem panem pretioſum corpus, & vinum pretioſum ſanguinem Domini Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti. Greg. Niſſenus lib. de Myſtica vita, ibi Nam cum ſit panis, ignorat labefieri ſed in carnem vertitur. Euſebius Myſſenus in ſermone de Cœna Domini, ibi Viſibilis ſacerdos, viſibiles creaturas, in ſubſtantiam ſui corporis, & ſanguinis ſui, verbi ſui ſecreta poteſtate conuertit, Cyprian. de ſermone de Cœna Domini, ibi Panis non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro, Idem in ſermone de vn-

ctione Chrismatis, idem dicit & Pontianus Papa in Epist. 3. ad Fœlicem ibi ipsi proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt; Irenęus lib. 5. Aduersus hæreses, ibi Quando ergo & mixtum calix, & factus panis percepit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis, & corporis Christi, Telesphorus in Epistola ad omnes Christi fideles ibi, ipsi enim, qui proprio ore Corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi. Tertio adest definitio Ecclesiæ Concil. Constantiense sess. 8. cap. similiter de Summa Trin. & fide Cath. Concil. Trident. sess. 13. cap. 4. & Can. 1. & 4. non obst. quod dicitur Act. Apost. 20. ibi Vna autem sabbati cum conuenissemus ad frangendum panem & 1. Cor. 10. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus, omnes quidem de vno pane, & de vno calice participamus, & 1. Cor. 11. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat; Nam Resp. primo q sacrę literę panem appellant, quod comedi potest quouis modo Eccl. 29. Initium vitæ hominis panis & aqua; hoc modo manna dictus est panis, Psal. 77. Panem cœli dedit eis, omne delectamentum in se habentem; similiter filius Dei dictus est panis secundum diuinitatis substantiam Ioan. 6. Ego sum panis vitæ, qui de cœlo descendi; Secundo modo Resp. quod hoc sacramentum potest dici panis eo modo, & nomine, quo res genita est vocabitur, exempl. Exod. 7. ibi, Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum, apparet, q virga versa in colubrum nihilominus vocatur virga; non obst. quod dicit impius Lutherus verba consecrationis ita esse intelligenda videlicet. Hoc idest hic panis est corpus meum. Hic idest hoc vinum est sanguis meus. Nam Resp. quòd hæc interpretatio adeo est nuda veritatem prorsus à suo vero sensu denudet, nihilque apud illam à de vero sensu relinquat. Hosius tit. de sacram. Euch. cap. 39.

Sexta hæresis est Aquariorum, qui asserunt pro calicis cōsecratione non esse apponendum vinum, sed solum aquam.

Contra facit primo Matth. 26. ibi Dico autem vobis non bibam à modo de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in Regno patris mei. Secundo Marc. 14. Amen dico vobis quia iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in Regno Dei. Tertio Luc. 22. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec Regnum Dei veniat. Quarto & vltimo est definitio Ecclesiæ c. 1. §. vna verò de Summa Trinit. & fide Cath. cap. fin. ver. Aquarij 24. q. 3. Direct. & p. q. 6. numer. 23

Septima est hæresis Græcorum, & Armenorum asserentium Minime miscendam esse aquam cum vino in sacrificio Missæ.

Contra facit primo ratio, quia hoc sacramentum fit in memoriam dominicæ Passionis, Paulo testante 1. Cor. 10. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. At Christo mortuo vt testatur Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Secundo est authoritas doctorum Cypriani lib. 2. Epist. 3. Alex. 1. in decret. quæ sunt in 1. Tomo Concil. Aug. de Eccles. dogmatibus, 75. loco; Martinus Braccharensis in collectario ex Concilijs Orientalibus cap. 55. Tertio adest definitio Ecclesiæ Conc. Cartagin. 3. cap. 24. Sexta generalis Synodus Can. 32. cap. cum Martæ de celebr. Miss. Concil. Flor. sub Eug. 4. dummodo aqua modicissima admisceatur, adeo vt vinum non destruat. Concil. Trid. sess. 22. Can. 9.

Octaua hæresis est Messallianorum, & Armenorum asserentium, Hunc sacratissimum cibum nec prodesse quicquam, nec etiam lędere; differunt tamen, quia Armeni fatentur soli corporis saluti prodesse.

Contra facit primo Ioannes. 7. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Secundo adest com. opin. doct. S. Bernard. In hoc sacramento non solum gratia, sed ille, à quo est omnis gratia sumitur, Cyrillus in 4. super Ioan. cap. 17. loquens de Eucharistia dicit, Non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit, Chrisostomus Homil. 45. super Ioan. Hic nostrarum animarum salus est &c. Tertio definitio Ecclesiæ Concil. Flor. sub Eug. 4. & Concil. Trid. sess. 13. cap. 2. & Can. 16. tractat. Hosius tit. de effectu sacram. Euchar. cap. 42. Concil. Trident. sess. 13. Can. 5.

Nona hæresis Gręcorum est asserentium Hoc sacramentum sanctissimum in die Cœnæ Domini, feria scilicet quinta maioris hebdomadæ, confectum, esse maioris virtutis, quàm alio quolibet die consecratum.

Contra facit 1. Cor. 11. ibi Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. Non enim dixit in die anniuersaria Cęnæ dominicæ, sed ait, Quotiescunque; nam sacramentum non pendet ex tempore, sed ex materia, & forma, pane scilicet, & Christi verbis à sacerdote debita intentione prolatis; Dominus autem dixit Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem, non magis vno die, quàm altero.

Decimus error est impij Lutheri dicentis Solam fidem sufficere ad præparationem suscipiendi tantum sacramentum, nec oportere ait confessionem peccatorum, nec vllam pœnitentiam requiri; sed credant tantum, & confidant se gratiam ibi consecuturos.

Cōtra hanc hęresim primo facit ratio, quia hoc sacramentum est cibus viuorum, nō mortuorum: at cum nihil nutriatur nisi quod viuit; oportet, vt quisquis hoc sacramentum perceperit, prius vitam habeat, vt eo nutriri possit. Omnis autem qui peccat manet in morte 1. Ioan. 4. Omnis ergo, qui hoc sacramentum suscipit, eam debet facere diligentiam, quæ vt immunis sit à peccato, est necessaria, quod fit per confessionem sacramentalem peccatorum. Secundo est authoritas Pauli 1. Corint.

11. Pro-

11. Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & calice bibat; qui enim manducat, & bibit non dijudicans corpus Domini. Probare autem se ipsum nihil aliud est, quàm inquirere vitam suam Gal. 6. Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tãtum gloriam habebit, & 1. Thes. 5. Omnia probate, quod melius est tenete. Tertio Exod. 30. dicitur in figuram huius rei: Et missa aqua lauabunt in ea Aron, & filij eius manus suas, ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne forte moriantur. Quarto antequam corpus suum Christus Apostolis exhibuisset, legem de esu Agni Paschalis prius impleuit, & postea Discipulorum suorum pedes lauit; propterea dixit, Vos mundi estis, sed non omnes Ioan. 13. vt intelligerẽt illam pedum lotionem, ad animorum affectum esse referendam, qua Iudas minime lotus erat, etsi exteriores eius pedes, velut omnium aliorum Apostolorum Christus lauisset. Qninto Leuit. 22. Ego Dominus, dic ad eos, & ad posteros eorum. Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Sexto adest com. opin. doct. Theophil. super 1. Cor. 11. Hier. dicit, quod Ioseph in Syndone munda inuoluit corpus Domini, illudque in sepulcro nouo sepeliuit, præfigurans corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere, quàm nouam: Aug. In Epist. ad Iulianum Greg. Nazian super cap. 26. Leuit. Greg. Nissenus lib. de Mystica vita Moysi Hier. super Epistola ad Titum, Cyprian. ser. 5. de lapsis. Septimo & vltimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Trid. sess. 13. ca. 7. & in Can. 11. tractat Hosius tit. de sacram. Euchar. cap. 43.

Vndecima hæresis est asserens Eos, qui aliquibus peccatis fuerint obuoluti, etiam si ad dominicam mensam accedant, à Sacerdote cõsecratum panem recipiant, non recipere corpus Domini.

Contra facit 1. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat; vbi manifeste colligitur quantumcunque indignum posse manducare corpus Christi; Secundo Ioan. 13. vbi Iudas (quamuis indignus) sumpsit corpus Christi, quod idem colligitur Math. 26. Marc. 14. & Luc. 22. Tertio adest com. opin. doct. Theoph. super Math. 26. Chrisost. in Homil. de proditione Iudæ, Aug. super Ioannem in tract. 50.

Duodecima hæresis pestifera est Lutheri asserentis, Corpus Christi verum non esse in Eucharistia, nisi tantum in vsu, hoc est quando quis vtitur ea accipiendo, & edendo illam; aliàs autem extra communionem corpus Christi in ea non esse, docet: Propterea dicunt, Eucharistiam nunquam esse seruandam in altari, aut alibi post Missæ celebrationem, propter quamcunque necessitatem.

Contra facit primo ratio, quia Christus cum dixit, Hoc facite in meam commemorationem, nullam communionis mentionem fecit, sed tantum consecrationis; Præterea si necessaria ad hoc esset voluntas accipientis, sequeretur quod potestas consecrationis penderet à voluntate accipientis, adeo vt si nullus adesset, qui Eucharistiam sumere vellet, vtique ibidem Christus minime adesset, quod est falsum, iuxta definitionem Concilij sub Eug. 4. Secundo facit com. opin. Doct. Cyrillus in Epist. ad Catorisium Ambros. in oratione funebri de obitu fratris sui, Hier. in Epistol. ad Rusticum Aug. lib. 2. cap. 24. de visit. infir. Euseb. lib. 5. Eccl. Hist. c. 24. Clemens Papa, & Martyr. Tertio definitio Ecclesiæ cap. præsbyter de consecr. distin. 2. c. sanè de celebrat. Missæ tot. tit. de cust. Euch. Concil. Trid. sess. 13. cap. 6. & Can. 7. & Can. 4.

Terdecima hæresis fuit, quod si hostia consecrata cadat in lutum, seu comedatur à bruto, vel sumatur ab homine, quod remanentibus speciebus desinat esse corpus Christi, Direct. p. 3. pag. 33. quam damnat Greg. 11.

Quartadecima est hæresis, si quis negat reliquias sacramenti altaris non esse custodiendas tot. tit. de cust. Euch. Turr. lib. 4. cap. 19.

Quintadecima hæresis Græcorum, Boemorum, & Lutheranorum est, quæ asserit, Necessario sub vtraque specie scilicet panis, & vini esse communicandum, ita quod qui tantum sub vna tantum specie communicat etiam si laicus sit, peccat; quoniam (aiunt) contra præceptum Christi agit, qui præcipit sub vtraque specie communicare Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis

Contra facit primo ratio, quia totus Christus sub qualibet huius sacramenti specie integrè continetur; nam si sub specie panis corpus esset exangue, oporteret necessario, vt esset inanimatum, quod est contra Apost. 6. ad Rom. Christus iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur; est igitur sub specie panis corpus animatũ, quod cum à diuinitate non sit separatum (quod enim semel assumpsit, nunquam dimisit) totum etiam Christum in duabus naturis ibidem esse fateri oportet, quod idem de sanguine dicendum est; quod idem confirmat Concil. Flor. sub Eug. 4 celebratum; ratio autem, quare laici non communicantur sub vtraque specie, est multiplex; prima, numerasa fidelium multitudo in dies crescens; propter quam communicandam periculum erat effusionis sanguinis; secunda delatio vini pro communicandis infirmis; tertia, ne vinum consecratum pro infirmis vertatur in acetum; quarta, ob raritatem vini, quod apud multas gentes non reperitur; quinta, ne homines ducerentur ad credendum sub vtraque Eucharistiæ specie nun æquè totum Christum contineri. Secundo facit etiam Luc. 24. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis; vbi loquitur de Eucharistia, nulla habita mentione calicis, quod ita intelligit ibi Theophil. & Aug. 3. lib. de consensu Euan. Chrisost. super Matth. 17. & Beda super Luc. d. loco. Tertio Act. 2. Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicatione, & fractione panis. Quarto Act. 20. Vna autem sabbati cum conuenissemus ad frãgendum panem &c. Quinto Matth. 6. Panem nostrum substantialem da nobis hodie.

Sexto

Sexto adest com. opin. doct. Theoph. Et Beda super Lucam cap. 24. Chrisost. Homil. 17. super Matth. Aug. in 3. lib. de consensu Euange. Cyprianus in Epist. ad Ant. Amb. in oratione funebri fratris sui. Septimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Constantiense sess. 13. & Concil. Trid. sess. 21. & seq. nõ obst. illud Ioan. 6. Nam qui dixit Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis: dixit quoque, Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & qui dixit Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, dixit etiam Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: & denique qui dixit: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo; dixit nihilominus: Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum. hæc Concil. Trident. d. loco & cap. seq. non enim dixit, nisi manducaueritis carnem filij hominis sub specie panis, & biberitis eius sanguinem sub specie vini, non habebitis vitam in vobis. non obst. etiam quòd Christus communicauerit sub vtraque specie, & dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Nam Resp. hoc præceptum datum esse sacerdoti conficienti, non autem laico, eodem modo Resp. ad illud Genes. 14. vbi Melchisedech panem & vinum obtulit: nam fuit figura huius sacramenti non in laico, sed in vero sacerdote; non obst. quod Leo Papa in 4. sermone de quadragesima præcipiat, vt communio non fiat sub vna tantum specie, nam Resp. illud factum esse tunc temporis, propter hæresim Manichæorum, & aliorum, qui prædicabãt Christum assumpsisse corpus fantasticum sine sanguine. Echius tit. 10. de Eucharistia sub vtraque specie Concil. Trid. sess. 21. Can. 1.

Sextadecima hæresis est, dicere sub vna tantum specie totum Christum non contineri Concil. Tridentin. sess. 13. Can. 3.

Decimaseptima est hæresis asserens, Eucharistię sacramentum non esse cultu latriæ adorandum, neque in processionibus circumgestandum, ibid. Can. sexto.

Decimaoctaua hæresis est, quæ asserit, Illud ad infirmos non esse deferendum, ibid. Can. 7.

Decimanona est hæresis, dicens Christum in Eucharistia exhibitum spiritualiter tantum, non autem sacramentaliter, & realiter manducari, ibidem Can. octauo.

Vigesima hæresis est, negans Adultum non esse in paschate communicandum, ibid. Can. 9.

Vigesimaprima & vltima est hæresis; quæ asserit, Non licere celebranti seipsum communicare, ibid. Can. 10.

EVNVCHVS. LXIX.

VNa fuit hæresis Valesiorum dicentium quod sit necessarium ad Deũ bene seruiendum, vt quisque Castratus, & Eunuchus sit, qui non solum seipsos, sed etiam eos, quos hospitio recipiebant, castrabant, credentes sic Deo se debere seruire.

Contra facit primũ Matth. 5. Vbi nõ solum prohibetur occisio; sed omnis res, quæ ad illam quoquo modo tendit. Secundo si necessarium esset, vt omnes castrarentur, coniugia perirent, quæ Deus approbauit; præcipiens, vt nullus dimittat vxorẽ suam excepta causa fornicationis. Matth. cap. 19. obuiat enim huic sententiæ Præceptum Domini dicentis 1. Genes. Crescite & multiplicamini, accedit ad hæc quod Dominus in Euange. Matth. 19. non enim commendauit natos Eunuchos ex vtero matris suæ, nec Eunuchos, qui facti sunt ab hominibus, sed eos commendauit Eunuchos, qui se castrauerunt propter Regnum cœlorum. Hæc autem castratio non est sic accipienda, quod membra virilia resecentur; nam alioquin laudasset etiam eos, qui ab vtero matris nati fuissent Eunuchi, aut qui ab hominibus facti fuissent Eunuchi, quod non fecit.

EXCOMMVNICATIO. LXX.

INter alia, quæ ab Ecclesia Lutherani, & eius sequaces separare nituntur, est potestas excommunicandi, ea quo dicunt excommunicationem non esse timendam.

Contra facit 1. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te nõ audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum, quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Quod idem est ac si diceret, nullam prorsus cum eo habeto communionem, quoniam cõmunio cum infidelibus est christianis interdicta Paulus 1. Cor. 6. Quæ pars fidelis cum infideli? & 2. Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non habet, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim illi dicit Aue, communicat operibus eius malignis. ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini. quod ergo fuit populo Israel Chananæus hoc est homini christiano homo infidelis. Secundo Matth. 18. Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis, quæ verba exponentes Hier. & Chrisost. & Dinthmarus, dicunt intelligi etiam de excommunicatione, & Vrbanus in Epist. de communi vita, & oblatione fidelium, dicit inde intelligi illud Ioan. 20. Quemcunque ligaueritis super terram &c. Idẽ Leo Primus in Epistola ad episcopos 67. Tertio 1. Cor. 5. Iudicaui tradere huiusmodi hominem Satanę in interitum carnis, vt spiritus saluus fit in die Domini nostri Iesu Christi, & 1. Thimot. 1. Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare, & 2. Thesal. 3. Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundatur. Quarto adest com. opinio doctorum: nam vltra superius adductos Aug. lib. de verb. Apostol. sermo. 68. Ambrosius exponens illud . Corint. 5. idem dicit Origen. Homil. 2. super librum Iud. cap. audi. 11. q. 3. Antherus Papa in epist. ad episc. Prouinciæ

Beticæ,

Beticæ, Calistus Papa & Martyr in Epist. ad omnes Gal. Episc. Ang. soper Psal. 54. Quinto adest definitio Ecclesiæ Conc. Constantiense sess. 8. Concil. Carthag. 4. c. 73. Concil. Brachar. 1. c. 33. & tot. tit. de sent. excom. Concil. Trid. sess. 25. de reform. sess. 25. c. 3. dixi laté in summa per. capit. p. 2. tit. 9. per totum Hosius tit. qui sint extra sanct. commun. cap. 31.

EXORCISMVS. LXXI.

VALDENSES exorcismos omnes ab Ecclesia tollere cōati sunt, dicentes Omnes benedictiones Aquarum, Candelarum, Palmarum Ornamētorum, Calicum, Patenarum, Altarium, & Cæmiteriorum esse irridendas, & nihil prorsus habere momenti.

Pro cōfutanda hac hæresi notandum est ex mente August. lib. 1. de vita beata, quòd exorcizare est per diuina immundum spiritum adiurando expellere. Hinc exorcismus omnis benedictio dicitur cuiuscunque rei, qua contra Dæmones, aut cōtra alia similia toxica vtimur, vt benedictio aquæ, salis, candelarum, palmarum &c. in his enim omnibus inuocamus nomen Domini, precantes, vt ille res sint; eo fauēte, qui solus hoc potest facere, nobis in auxilium, & tutamen aduersus Dæmonem, quod negant fieri posse Valdenses.

Contra facit primo Luc. 10. Ibi Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Secundo Marc. vltimo In nomine meo Dæmonia eijcient. Tertio Act. Apost. 19. vbi Apostoli in nomine Iesu eijciebant Dæmonia. Quarto Luc. 11. Si ergo in digito Dei eijcio Dæmonia. filij vestri hoc. est exorcistæ, in quo eijciunt? Quinto adest authoritas Bedæ super 19. Act. Apost. lib. 10. Aug. de ciuit. Dei cap. 22. Addo sexto definitionem Ecclesiæ quę declarat hoc officium ad ordinem exorcistatus pertinere c. exorcista 23. distin. Benedictiones autem altarium ex veteri lege ortum habuerunt; nam Moyses ex pręcepto Domini erexit altare, & ipse vnxit ex quo Leo Primus Epist. 66. solum Episcopis licere altaria consecrare, & benedicere, idem Concil. 2. Hispalense c. 7. Damasus in Epist. de Coepisc. Concil. Agatense 14. Benedictiones panis, vel alterius comestibilis non sunt nouiter ab homine inuentę, sed ab ipso Deo; nam cum Deus pisces maris creasset, benedixit eis, Genes. 1. & Exod. 23. Seruietisque Domino Deo vestro, & benedicam panibus tuis, & aquis, & Leuit. 23. Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias vestras ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis altero die Sabbati, & sanctificabit illū, & Deuter. 18. Pręcipit Dominus, vt de omnibus primitiæ offerantur Domino, & dentur sacerdoti, vt inuocet nomen Domini super eas, & Ezech. 44. Primitias ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionē domui suę, & Paul. 1. Timot. 4. Omnis creatura bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; benedictiones autem indumentorum, paramentorum, sacrorum vasorum, & aliorum instrumentorum, quanti sint momēti, docet Clemens Papa; & Martyr in Epist. ad Iacobum fratrem; benedictiones quoque luminum & cęrei pascalis ponuntur in Concil. Toleto 4. cap. 8. & nota, quod homo per hoc non facit res meliores, sed Deus ad preces ipsius benedicentis vt dixi supra ver. de Aqua. Hosius tit. de distin. ordio. cap. 51.

FATVM. LXXII.

FVIT error Bardesani hæretici asserentis Fato conuersationes hominum esse imputandas; quem errorem docuit etiam Priscillianus hæreticus.

Contra facit primo ratio, quia hæc doctrina tollit liberum arbitrium; adeo vt non erit quod laudemus in homine, aut vituperemus, nec erit opus alìqua consultatione; nam his, quæ non possunt aliter euenire, superflua erit omnis consolatio; sicuti nō esset opus oppugnare aduersus vina, nec persuadere amorem boni, eius que prosequutionem, & Propheta Psalm. 33. sinistra dixisset Declina à malo, & fac bonum, & Paulus 1. Cor. 6. Fugite fornicationem; sicuti nec erit opus legibus, & periret iustitia, quæ tribuit vnicuique secundum opera, quę gessit voluntariè, siue bona siue mala. Præterea si hoc verum esset, vtique in Deum mala hominum referrentur, à quo certus ordo astrorum ordinatus est; nam tale fatum secundum istos hæreticos est certa ordo astrorum, in causando, aut influendo; quod adeò est impium dicere, vt aures horreant audire, Deum scilicet esse authorem præcipuum nostrorum vitiorum. Secundo facit definitio Ecclesiæ Conc. Barc. 1. c. 9. Leo Papa 1. in Epist. 1 vide hac materia scripsit S. Thom. in opusculo de fato, & Greg. Nicen. in lib. de fato S. Aug. lib. 11. de ciuit. Dei c. 1. & seq.

FÆMINÆ. LXXIII.

CHristophorus Goodmannus hæreticus dixit primò non licere mulieribus ad gubernacula Reip. alicuius sedere; secundo reuoluto mantello dixit, mulierem non tantum regnare potuisse; verum etiam supremam Ecclesiæ gubernatricem in omnibus causis, etiam spiritualibus esse posse, vt est Regina Angliæ.

Contra primum facit primo no. 27. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Secundo Iudic. 4. Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudiciū. Tertio 4. Reg. 11. Athalia præfuit annis ferè septem, & post captiuitatem Babylonicam Alexandra regnauit annis nouem, vt tradit Iosephus in Antiq. iud. libr. 13. capit. 24.

Contra secundum verò, quòd dicitur mulierem posse esse supremam gubernatricē Ecclesiæ etiam in spiritualibus, dixi supra ver. Absolutio hær. 2. ver. Papa ver. Sacramēta verb. Mulier. ver. Laici

901

FESTI DIES. LXXIIII.

Festorum dierum obseruationes negans, est hæreticus. Turrianus lib. 5. cap. 17. Hosius tit. de 3. præc. cap. 79. Cathech. in 3. præcepto.

FIDES. LXXV.

Primus error Petri Abailardi hæretici est, qui dixit. Nihil esse credendum, quod excederet virtutem nostri intellectus.

Contra facit primo Paul. ad Hebr. 11. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, vbi doct. com. intelligũt Paulum ibi loqui de fide, non autem de fiducia. Secundo Paul. Rom. 4. de Abraam loquens ait, Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gẽtium; ratio est, quia cum esset graui ætate confectus, nulla spes erat, vt iam gignere posset. Tertio Luc. 1. vbi Zacharias merito fuit punitus, quia partum vxoris, quam senem, & sterilem sciebat, credere nõ luit. Quarto Paulus 1. Cor. 2. ibi Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Quinto Esa. 7. Nisi credideritis non intelligetis, vnde Greg. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, hoc idem intelligit Aug. lib. 50. Homil. 32. & Basilius in exordio Psal. 115. non obst. Eccl. 19. ibi Qui cito credit, leuis est corde; credere autem cito (dicit ille hæreticus) est adhibere fidem ante rationem; nam Resp. quod ibi non est accipiendum, de fide ad Deum sed de mutua inter homines ipsos credulitate; alioquin Maria Virgo leuitate arguenda veniret, eo quod cito credidit Angelo &c. de hac tractat. S. Thom. 2. 2. q. 1. & seq. doct. com. in 3. sent. distin. 23. & seq. Hosius tit. de fide cap. 1. & seq.

Secunda hæresis est Eunomij, & impij Lutheri dicentium Solam fidem iustificare; qua propter opera nostra non esse necessaria ad assecutionem vitæ æternæ dixerunt.

Et intellige hic de fide, pro vt est credulitas quędam, siue persuasio, aut assensus firmus, & certus sed inenidens de omnibus, quæ à Deo per Prophetas suos, & per se, & per Apostolos suos nobis reuelata sunt, non autem pro fiducia, vt asserunt hæretici; nam Paul. 1. Cor. 13. Nunc autem manent Fides, Spes, & Charitas, tria hæc. Sed si fides complectetur in se spem (vt asserunt Lutherani) iam non tria, sed duo sunt, oportet igitur separare fidem à fiducia.

Contra facit primo Psal. 14. ibi Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, & in fine Qui facit hæc, non commouebitur in æternum, non dixit, qui credit hæc, sed qui facit hæc, vt ostenderet operum virtutem, & necessitatem. Secundo Esa. 1. Quiescite agere peruersè, discite benefacere &c. Tertio Matth. 6. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit Regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in Regnum cœlorum. & infra, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Quarto Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum Pater meus. Quinto Matth. 25. Dominus in vltimo iudicio vitam ęternam promittit his, qui opera pietatis in pauperes, & egenos exercuerunt, & ignem æternum decernit ijs, qui eiusmodi opera facere contempserunt. Sexto Matth. 17. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Septimo Matth. vlt. Docentes eos seruare quęcunque mandaui vobis. Octauo Marc. vlt. ibi Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit; ex quo patet vltra fidem requiri etiam baptismum, cum verò dixit, Qui autem non crediderit, condemnabitur, docuit sine fide baptismum non prodesse, quemadmodum nec fides sine baptismo. Nono Paul. ad Rom. 2. Nõ auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Decimo 1. Cor. 14. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam; charitatem autem non habuero nihil sum. Vndecimo 1. Cor. 16. State in fide, viriliter agite, & confortamini; omnia autem vestra in charitate fiant. Duodecimo Iaco. 1. Qui autẽ perspexerit in lege perfectæ libertatis, & per manserit in ea, non auditur obliuiosus factus; sed factor operis, hic beatus in suo facto erit: & in alio eiusdem Epistolæ capit. Vis autem scire ò homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est, & ibidem Videte, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum, & rursus Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est; ita fides sine operibus mortua est. Tertiodecimo Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos. Quartodecimo Apocal. 22. Et alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui, ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum, & rursum Ecce venio citò, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Quintodecimo ad Gal. 5. Paulus dicit, omnia in vno mandato compleri, nempe in charitate, non autem in fide. Sextodecimo Paulus ad Gal. 5. In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides, quæ per charitatem operatur. Decimoseptimo Ioan. 14. Si diligitis me mandata mea seruate. Decimooctauo 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo est charitas patris in eo? Vltimo adest determinatio Ecclesię Conci. Trid. sess. 6. cap. 3. & seq. Non obst. quod obijciunt Lutherani. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo & Act. Apost. 16. Dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, fide purificans corda eorum, & Abac. 2. Iustus ex fide viuit: nam Resp. verum esse, quod fides iustificat hominem, & sine ipsa neminem esse iustum; non tamen dicit, solam fidem iustificare hominem; adeo vt alia omnia excludantur à iustificatione; sicuti per hoc quod effectus producitur ab vna causa, non per hoc excluditur alia, quæ particeps fuit, & licet ibi tacuerint opera, non tamen illa excluserunt à iustificatione; alioquin etiam baptismus non esset

esset necessarius, qui alibi fuit expressus sicuti alia opera. Præterea eadem ratione licebit fidem excludere, de qua nulla fit mentio, cum multis in locis operibus tribuatur iustificatio Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat, & Eccl. 4. Ignē ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Luc. 6. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis, vbi licet non fiat mentio de fide, tamen subintelligitur, quod tunc eleemosyna dicenda sit bona, quando ex fide procedens solo Dei respectu fit: sicuti etiā fides tunc erit sufficiens, quando illi fuerit opera necessaria coniuncta. Non obst. secundo Rom. 3. Arbitramur (inquit) iustificari hominem per fidem sine operibus legis, & ad Gal. 2. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur, ex fide Christi, & nō ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificatur omnis caro; nam Resp. quod ibi loquitur de operibus legis veteris, puta de cæremonijs, & alijs ritibus, quæ omnia fuerunt per Christi mortem deleta, & nullam penitus virtutem habentia: qua propter nec iustificare quemquam poterant: non autem loquebatur de operibus aliorum præceptorum Decalogi, vt satis docet materia, de qua ibidem tractatur, & ita intelligunt Beda, Theophilactus, Ambrosius, & Hieronym. Nō obst. tertio ad Rom. 4. Credidit Abraam Deo & reputatum est illi ad iustitiam, nam Resp. quod per hoc dicitur Abraā iustificatus, prout dicunt heretici, nam reputari ad iustitiam, non est primam iustificationem acquirere; sed est in opera iustitię computari; fides enim Abraam fuit opus iustitię, cum iustum sit, vt quisque Deo veracissimo aliud dicenti credat; patet Psal. 105. Et stetit Phinees, & placuit, & cessauit quassatio, & reputatum est ei in iustitiam, in generatione, & generationem vsque in sempiternum; vbi occasio reputata est ei ad iustitiam, non quod per illud opus fuerit iustificatus, sed solum significat illum fecisse opus iustitiæ, non obst. quod Paulus subdit Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitū, ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, nam Resp. quod aliqui post fidem, & gratiā susceptam opera bona faciunt, & istis debetur merces, non gratis, & ex pura liberalitate, sed secundum debitum, quia gloria æterna debetur operibus bonis, non ex natura & dignitate illorum, sed ex promissione diuina, & ex infusa gratia spiritus sancti: alij sunt, qui post fidē & gratiam susceptam nullum bonum opus operati sunt, quia forte illis nullum fuit datum tempus, istis sola fides formata tamen caritate reputatur ad iustitiam, non solū vt iusti sint in hac vita, sed etiam ad gloriam æternam, prout contingit his, qui decedunt statim post susceptum baptismum, quod tribuitur istis non secundum debitum ex merito personali vt primis, sed secundum gratiam infusam & meram liberalitatem Dei, vnde primis aliquo modo merces est illis debita, isti autem solam fidem habuerunt, quæ donum Dei est Paulus Ephes. 2. ideò propriè dici non potest opus nostrum Ioan. 3. Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum, ita exponit Anselm. gl. & S. Thom. d. loco 4. ad Hebr. Non obst. quarto 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, si quis autem superædificet supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, & stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim Domini declarabit; quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit: si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimētum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Putant enim saluos fore omnes, qui habuerint Christum pro fundamento sui spiritualis ædificij, quicquid postea ædificent, & sic solam fidem sufficere ad salutem, aut per ignem tribulationis consumentem mala opera perpetrata aut sine huiusmodi igne, qui nihil mali, sed solū bona opera fecerunt: primo igitur decipiuntur putantes eos, qui opera mala perpetrarūt, & in eorū affectu permanent, habitare in Christo, & illum habere pro fundamento, nam Ioan. 1. cap. 1. Si dixerimus quoniam societatem habemus cū illo, & in peccatis ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus; & infrà. Qui dicit se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, & ibidem, Qui odit fratrem suum, est in tenebris, & in tenebris ambulat, & omnis, qui in eo manet, nō peccat, & qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, & 1. Ioan. 3. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem, & Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, de quibus non loquitur Paulus d. loco 1. Cor. 3. nam loquitur de solis iustis, in quibus Deus habitat per gratiam, nam ipsemet dicit inferius Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus; vbi dicit disperdet illum, non autem saluabit, ex quibus colligitur, non superædificare supra fundamentum, quod Christus est, qui, & si teneat fidem, tamen fidei coniungit peccata mortalia, ita intelligit illum locum Aug lib. de fide & operibus cap. 16. Duos igitur ordines superædificantium Christo Paulus commemorat, sed vtrosque iustos. Primi, qui superædificant aurum, argentum, aut lapides preciosos, sunt qui nihil purgandū habent, & hi statim post mortem recipiunt mercedem gloriæ æternæ. Cæteri verò, qui superædificant ligna, fœnum, aut stipulam, sunt qui peccata sola venialia commiserunt, aut si peccata mortalia commiserunt, pœnitentiam illorum egerunt, sed non plenam satisfactionē, & hos purgari oportet, antequam mercedem gloriæ recipiant, & hoc aut per ignem tribulationis in vita præsenti, aut per ignem purgatorij in vita futura, & hoc dixit Paulus eos saluos fore, sic tamen quasi per ignem. Non obst. quinto quod obijciunt nobis, quod omni credenti absque discrimine promittatur iustitia, & vita æterna, Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit

ser-

serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam; sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam; & Paul. ad Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum; quibus in locis promittitur iustitia, & deinde vita æterna omni credenti. Nam Resp. omnia dicta intelligi debere de fide viua, quæ per dilectionem operatur; nã Aug. lib. de fide & operibus cap. 13. Ideò aliquando alterum sine altero pro plena doctrina inuenitur scripturam commemorare, vt etiam hoc modo intelligatur, alterum sine altero esse non posse, quia & qui credit Deo, debet facere quod præcipit Deus; & qui fecit quod præcipit, necesse est vt credat Deo. Secundo modo Resp. quod illa dictio vniuersalis debet restringi, & limitari ad iustos, & excludi illos, qui contradicunt vniuersali elocutioni, hoc est illi, qui opera præceptorum nõ adimpleuerint, Paulus ad Ephes. 5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est Idolorum seruitus, non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei: Nemo vos seducat inanibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ, & 1. Ioan. 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata eius non custodit, mendax est & Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Tertio Resp. illas vniuersales enunciationes sic esse interpretandas, vt non ad singula quæq; indiuidua referantur, sed ad singula genera ipsorum indiuiduorum, sicut illud Psal. 21. Adorabunt eũ omnes reges terræ omnes gentes seruient ei. Multi sunt certè hodie reges, qui Christum non adorant, & multæ gentes, quæ non seruiunt ei; attamen ex omni populo, & omni natione aliqui reges adorauerunt Christum, aut aliquando adorabunt, & aliquæ gentes ex omni natione seruient ei, sic intelligitur Psal. 85. Omnes gentes quascunque fecisti venient, & adorabunt coram te Domine, & Matth. 22. Voca omnes quotquot inueneris, cuius precepto respondit idem minister, factum est, ut iussisti; at certum est, non omnes venisse ad fidem Christi, quæ nomine nuptiarum figurata est illa mensa, sed ex omni gente, & omni natione aliqui ad fidem Christi conuerterentur, ita intelligitur ad Rom. 3. iustitia autem Dei, per fidẽ Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum, vt non singulos credentes esse iustos; sed ex omni natione aliqui credentes iustificentur; ita vt non solum Iudæi, sed etiam Gentiles possint iustificari, quod patet per illa uerba, quæ Paulus dicit inferius. Non enim est distinctio, &c. An Iudæorum tantùm Deus non ne & Gentium; immo & Gentium. Non obstant sexto loco authoritates quorundam Sãctorum, qui videntur dicere, solam fidem sine operibus iustificare, Bernardus serm. 22. super Cantic. Theoph. super 9. cap. ad Rom. Leo in sermone de Epiphania, Hylarius, Cap. 9. super Math. nam Resp. nullum istorum nec aliquem catholicorum dixit vnquam fidem sine operibus semper iustificare. dixerunt quidem; vt ingenuè fatear fidem solam iustificare, sed non fidem solam sine operibus; quoniam magnum est discrimen inter hæc duo. Nam cum illi dicunt, fidem solam iustificare, per illam dictionem exclusiuam, solam, non reijciunt opera, sed omnes alias Sectas, quæ non conueniunt cum fide Christi, in quibus non est salus nec iustificatio. Cum ergo dicitur sola fides iustificat, tantum valet ac si diceretur: In nulla Secta est iustitia nisi in sola fide Christi. Fuit enim olim hæresis quædam dicens; Omnem hominem in lege sua beneuiuentem posse saluari, siue Iudæus ille sit, siue Saracenus, siue Paganus, de qua dicemus infrà Ver. Lex, & ita intelligitur Bulla Martini Quinti, contra errores Ioannis Vuicleph, & Ioannis Huss. & dictum Pauli ad Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo; potest etiam intelligi, quod sola fides iustificet sine opere quando scilicet post fidem suceptam non occurreret tempus, in quo aliquod opus exterius homo operari deberet, Chrisostom. in Hom. de fide, & lege naturę; Echius tit. 5. de fide, & operibus, Turrian. lib. 3. cap. 16. Hosius tit. de iust. & cap. 73. Cathech. pag. 19.

Tertia hæresis est, quæ docet Fidem amitti per quodlibet peccatum mortale.

Huius erroris fuit Author Lutherus cum omnibus suis sequacibus.

Contra facit primo ratio, quia fides pertinet ad intellectum, charitas autem pertinet ad voluntatem, iuxta illud Pauli ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & infrà; Fide intelligimus aptata esse secula, at operatio intellectus potest esse separata ab operatione voluntatis; ideò per peccatum, quod est actus voluntatis, non amittitur fides, quæ est actus intellectus. Secundo facit Iob. c. 34. ibi Quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo; vbi peccare de industria est peccare cum scientia, & cognitione peccati. Tertio Luc. 2. Seruus, qui nouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis, & Iacob. 4. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, vbi apparet aliquos habere fidem, quæ cognoscere facit, qui tamen contra conscientiam agunt, vt inquit Beda super d. locum Iacobi. Quarto facit ratio, quia si quis bonum nouit, etiam per fidem, nõ posset contra conscientiam agere, sequeretur voluntatem cogi per iudicium intellectus, & tolleretur liberum arbitrium, quod est falsum, ut dicam, inferius suo loco. Quinto facit ratio, si per omne peccatum mortale amitteretur fides, sequeretur q omnis existens in peccato mortali, & præsertim, perseuerans in eo, esset hæreticus, quod est falsum. Sexto Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, & infrà, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitates, vbi sic repulsi fidem habebant, quia Christum confitebantur Dominum, in cuius nomine Prophetabant, & eijciebant Demonia. Septimo

Matth.

Matth. 25. Vox illa quinque Virginum fatuarum Domine Domine aperi nobis, aperte domonſtrat illas habere fidem. Octauo Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius; non enim dixit ſtatim eos, qui credunt eſſe filios Dei, ſed dixit eos habere poteſtatem, qui poſſent fieri filij Dei, per quæ verba docuit fidem eſſe initium adoptionis in filium, nō autem perfectam adoptionē per fidem. Nono Matth. 22. Vbi Theoph. Niſi quis vitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: Non ſolum enim è nuptijs eijcitur, ſed in ignem mittitur, idem tenet Greg. d. loco; & Hier. Decimo Ioan. 12. Ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt ex ſynagoga non eijcerentur, dilexerunt enim gloriam hominū, magis quàm gloriam Dei, vbi ſecundum Bedam quidam habebant fidem, nō autem charitatem, cum rectè credidiſſent, & timore Phariſæorum perterriti, non audebant ore confiteri. Vndecimo 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum vbi Hieronym. & Anſelm. intelligūt de perfecta fide. Duodecimo Iac. 2. Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſaluare eum? & infra, Fides ſi non habet opera, mortua eſt in ſemetipſa; nec obſt. quod dicunt hæretici retorquendo dicentes, ſi fides ſine operibus mortua eſt: ergo non eſt fides, ſicuti homo mortuus, non eſt verus homo; nam Reſp. quod Iacobus nō comparat fidem homini, ſed corpori, quod licet ſecluſa anima, non ſit viuum; eſt tamen verū corpus; ita fides ſine operibus non eſt viua, ſed tamen eſt vera fides; ita interpretatus eſt Anſelm. ſuper Paul. ad Galat. Hier. lib. 2. ad Iouinianum, & Bernardus ſermon. 24. ſuper Cantica: aliud enim eſt vera fides, aliud viua; nam vera fides opponitur fictæ, aut falſæ fidei, viua autem opponitur mortuæ. Tertiodecimo adeſt determinatio Eccleſiæ Concil. Trid. ſeſſ. 6. capit. 15. Non obſtat etiam, quod obijciatur ex doctrina aliquorum Sanctorum dicentium, Fidem ſine operibus non eſſe veram fidem, Gregor. Homil. 29. ſuper Euang. nam Reſp. quod doct. dum dicunt, qui immundā agunt vitam, non verè eſſe fideles, capiunt verum pro perfecto, & completo, vt ſit illa, quæ per dilectionem operatur ad Galat. 4. ſimiliter dum ſancti Patres dicunt quandoque fidem ſine charitate eſſe nō poſſe; nam Reſp. eos loquentes non abſolutè, negantes fidem eſſe poſſe ſine charitate, ſed ſolum in ordine ad iuſtificationem; nam licet fides quo ad ſe poſſit ſeparari à charitate, quando tamen reſpicit iuſtificationem, ab ea ſeparari non poteſt, quia ſine illa iuſtificare non valet. Vndè Cyrillus lib. 10. ſuper Ioan. capit. 8. dicit quòd fides ad ſalutem non ſufficiat, Chriſti etiam Diſcipulus oſtendit Iac. 5. c. 2. Tu credis quia vnus Deus, Dæmones etiā credūt & cōtremiſcūt. ſi ergo ſola fides ſufficeret, multitudo Dęmonū perire nō poſſet. Direct. 2. p. q. 10.

Quarta hæreſis docet Fidei articulos, & ſacramenta Eccleſiæ poſſe rationibus demoſtratiuis probari Direct. 2. p. q. 9.

Quinta hæreſis docet Fidei ſymbolum non eſſe recipiendum Direct. 2. p. q. 14. Cathec. in princ. Concil. Trid. ſeſſ. 3.

FIDES. LXXVI.

CLancularij ſatis eſſe docent vt fides clam aſſeratur, eandem verò palàm negari poſſe. Contra facit ad Rom. 10. Ore fit confeſſio ad ſalutem, omnis enim qui credit in eum, non confundetur.

FIDVCIA. LXXVII.

DE hac re vna eſt hęreſis Lutheri, qui aſſerit Nullo modo licere fiduciam gratiæ, aut gloriæ aſſequendæ collocare in noſtris operibus, contra facit Cathec. Tit de oratione pag. 517. & in petitione 4. pag. 564.

Pro confutanda hac hæreſi notandum eſt, quod fiducia eſt ſpes roborata ex firma opinione, Sanctus Thom. 2. 2. q. 129. artic. 6. quam maiorem habere debemus in promiſſionibus Dei, quàm hominum Pſal. 144. Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. & Pſalm. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. quę fiducia oritur exinde, quod dicit Dominus Matth. 4. Agite pœnitentiam, appropinquauit enim Regnum cælorum; credimus enim Deum veracem, eumque mentiri non poſſe, & potentem ad faciendum quod promiſit; in Chriſto autem quatenus homo, habemus fiduciam conſequendi gratiam, & gloriam, tanquam in eo, per cuius merita hęc nobis reddenda eſt Pſalm. 102. Hic eſt enim qui ſanat omnes infirmitates noſtras, qui redimit de interitu vitam noſtram, qui coronat nos in miſericordia, & miſerationibus; nec enim (vt ait Petr. Act. Apoſt. 4.) aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri; & Paul. ad Rom. 5. Per hunc acceſſum habemus ad Patrem & Ioan. 15. Hic eſt vera vitis, ſine qua palmites fructum facere nō poſſunt, & Paulus Epheſ. 3. In illo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem eius, vnde fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id; quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Hæc tamen aſſertio non tollit, quin etiam aliquam fiducię partem, quę parua, eſt in noſtris operibus poſſimus collocare. non enim eſt extra rationem, vt quis in duobus fidat, nempè primo & principaliter in vno, & poſtea minus principaliter in alio, ſicuti infirmus primo confidit in auxilio Dei, deindè in Medico, atque medicamentis; primo igitur fiducia noſtra eſſe debet in meritis Chriſti, ſine quo reliqua omnia nihil valent; deinde ſuccedit fiducia in bonis operibus hominum, ſine quibus ſtante etiam merito Chriſti, nullus poteſt ſaluari, iuxta illud Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, non tamen ſic eſt collocanda fiducia in bonis operibus noſtris, quaſi illis ex natura ſua debeatur merces vitæ ęternæ, dicente Paul. ad Rom. 8. Non ſunt condignę paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam, quę reuelabi

tur in nobis; sed dicimus fiduciam collocandam in bonis operibus propter misericordiam Dei, & propter promissionem suam, qua promisit se daturom hominibus mercedem propter booa opera, & sic confidentes in bonis operibus nostris, nihil detrabimus booori diuino; nam per booitatem Dei agooscimus nobis quoqoe euenire, quod bona opera operati possimus, & quod per illa apud Deum mereri valeamus, secuoda Corint. tertio. Fiduciam enim talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, qoasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, quod autem Paul. secunda, Cor. primo. Vt noo simus confidentes in nobis, non præcipit abstinere ab omoi fiducia; sed solum ab illa, qua quis sic fidit sibi ipsi, aut suis operibus, vt nihil prorsus confidat in Deo. Quod autem talis fiducia taliter liceat collocari in nostris operibus, vltra adducta facit Tob. 4. Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna, omnibus facientibus eam. Tertio Iob. 7. Vbi mercenarius, non solum habet fiduciam in veritate, & bonitate sui Domini, à quo fuit conductus ad laborem; sed etiam confidit in suo proprio labore. Quarto Matth. nono. Confide, fides tua te saluam fecit; in quibus verbis apertè docuit illam licitè fiduciam salutis posse habere, quia fidem tenebat. Quinto prima. Ioan. tertio. Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus apud Deum, & quicquid petierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus. Sexto Paulus secunda, Tim. quarto. Bonum certamen certaoi, cursum consumaui, fidem seruaui; de reliquo reposita est mibi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; vbi apparet, qood non solum redditur ei corona ex liberalitate, sed ex debito iustitiæ. Septimo commuo. opinion. doct. Aug. lib. de vera Innocentia. Reg. 297. dicit. Debetur merces boni operis, si fiat: sed gratia, quæ non debetur, præcedit vt fiat; Deus enim ex mera liberalitate dat homini primam iustificationis gratiam, sed ex debito iustitiæ reddit gloriam æternam pro bonis operibus, & S. Thom. super Paul. ad Hebr. decimo. Nolite itaque amittere coofidentiam vestram &c. dicit: osteodit quid eis restat faciendum, scilicet confidentiam acceptam ex bonis operibus conseruare, idem Anselm. & Theoph. & Chrisostom. super Psalm. 117. ver. Aperite mihi portas iustitiæ Hier. super tertio ad Ephes. Octauo adest definitio Eclesiæ Concil. Trident. sess. sexta, capitul. 16. tractat Hosius tit. qua iustitia iusti simus capit. 73. non obst. Psalm. 48. vbi reprehenduntur, qui coofidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, & Salom. Prou. 12. Qui confidit in cogitationibus suis impie agit; nam ad hæc, & alia similia Respond. quod reprehenditur illa fiducia, quæ in solis nostris operibus collocatur, non autem illa, quæ primo, & principaliter collocatur in Christo; deinde secundario, & minus principaliter, in nostris operibus collocatur, noo obst. quod Phariseus fuerit repreheosus, quod sua bona opera commemorabat Luc. 18. nam non propter hoc reprehensos est, sed propter superbiam, & contemptom Publicani; vnde Domious cum discessit Phariseus inquit. Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

FILIVS DEI. LXXVIII.

Filium Dei esse Patri dissimilem hæresis est cap. fin. 24. q. 3. Direct. 2. p. q. 6. similiter oon esse patri coæternum, & eiusdem naturæ, ibidem contra id qood dicitur Ioan. 10. Ego, & pater vnum sumos Catbech. in art. 2.

FORNICATIO. LXXIX.

INter alios Græcorum errores est, Fornicationem simplicem non esse peccatum mortale, de quo dixi supra ver. Coitus. Direct. 2. p. q. 4. Catech. in 6. præc. pag. 455.

FRANCISCI HABITVS. LXXX.

FRancisci sanctissimi habitum gestantem non posse damnari est hæresis, Direct. 2. p. q. 11. similiter dicere regulam S. Francisci esse vnum, & idem Euangelium cum Christo.

FVTVRVM CONTINGENS. LXXXI.

DE hac re est vnus error, qoo docetur. Nihil cootingeos in rebus euenire, sed omnia, quæ fiunt, necessitate absoluta fieri.

Huius hæresis Author fuit Petrus Abailardus, quem sequuti sunt Ioan. Vuicleph, & Lutherus, dicentes. Omnia, quæ fiunt, tam absoluta oecessitate fieri, vt impossibile sit aliter fieri quam fiont.

Cootra facit primo Sap. 11. Quod quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium io viodictam, vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotens maous tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones &c. vbi apparet, quod Deus multa potuisset facere, quæ non fecit. Secundo Matth. 26. An putas, qoia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum; vbi apparet, quod erat in manu sua pati, si vellet. Tertio Ioao. decimo. Potestatem autem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Quarto ad Hebr. qointo. Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad eum, qui posset illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrimis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quinto prima. Cor. decimo. Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari supra id quod potestis. Sexto Mutatio operationum, quæ io crea-

turis Deo iubente contingit, oſtendit Deum facere poſſe aliter, quam fecit, vt cum ſenex ſterilis Sara peperit Geneſ. vigeſimoprimo, & cum loquitur Aſina Balaam Num. 21. & Sol motum reliquit Ioſ. 10. Septimo, ſi res de neceſſitate contingunt, ad quid Deum oramus? & tamen Deus nos orare præcipit Matth. 6. Octauo adeſt determinatio Eccleſiæ Concil. Conſtant. ſeſſ. 8. in 27. art. & vide quæ dicam infra ver. de libero arbitrio.

GLADIVS. LXXXII.

STablerij docent: primo nec gladium, nec peram portandam; ſecundo in iudicio quemquam accuſari non poſſe.

Contra primum facit. 1. Pet. 2. Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ad vindictam malefactorum; quod fieri non poſſet abſque gladio.

Contra ſecundum Ioan. 12. Iuſtum iudicium iudicate, quod fieri non poſſet abſque accuſatione. c. forus, de verb. ſign.

GRATIA. LXXXIII.

PElagij error tantum tribuit libero arbitrio, vt diceret abſque gratia Chriſti hominem poſſe omnia præcepta Dei implere, & ſuis meritis vitam æternam conſequi. Vt conuincamus hunc errorem, notandum eſt triplicem eſſe libertatem. Quædam enim eſt libertas à culpa, de qua Apoſt. Rom. 6. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi facti eſtis iuſtitiæ & 2. Corint. 3. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas, quæ non eſt illa, qua dicimus liberum eſſe omne hominis arbitrium. Alia libertas eſt, quæ opponitur contra ſeruitutem miſeriæ, de qua ad Roman. 8. Et ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei; neque hæc dicitur illa, qua dicitur arbitrium hominis liberum. Tertia eſt libertas, quæ opponitur contra neceſſitatem, aut verius coactionem, à qua vocamus hominis arbitrium liberum; quam libertatem habet homo à ſua conditione, eſtque illi adeo inſita, vt ab eo diuelli non poſſit.

Secundo notandum eſt, vt arbitrij libertatem, & gratiæ neceſſitatem ſimul oſtendamus, quod voluntatis noſtræ ſunt triplices operationes. Quædam enim eſt bona, vt velle dare eleemoſynã egenti propter Deum. Alia mala, vt furari. Alia media nec bona, neque mala cenſenda, vt velle deambulare, & ſimiles, nullo conſiderato fine, ad quem iſtæ operationes diriguntur; nam ſi iſtis præfigeretur finis, cenſerentur bonæ, vel malæ; ſicuti eſſet ipſarum finis.

Tertio notandum eſt quinque eſſe circa hanc materiam catholicas aſſertiones; quarum prima eſt; Liberum arbitrium ex ſe, & ſua conditione poteſt eligere quamlibet volitionem malã. Secunda, liberum arbitrium ex ſola ſuæ naturę conditione (non excluſa tamen in hac ſecunda, neque in prima aſſertione illa Dei generali concauſatione) poteſt eligere quodlibet opus medium, quod nec eſt bonum, nec malum. Tertia, Liberum hominis arbitrium ex ſola ſua poteſtate, addita etiam illa communi generali Dei concauſatione, non poteſt ſine aliquo Dei ſpeciali auxilio bonũ aliquod operari; quoniam ſemper circa illud pręcedit quædam monitio, aut attractio, aut inſpiratio, aut aliquod bonum naturæ, quod ipſe Deus mere gratis, quibus illi placet, donat. Quarta, poſtquam Deus voluntatem noſtram excitauit ad bonum, eſt in ipſa hominis voluntate hæc poteſtas, vt Deo monenti, & inſpiranti conſentiat, aut diſſentiat. Quinta poſtquam voluntas noſtra cum Dei adiutorio cœpit agere aliquod bonum, non poteſt ſine eiuſdem Dei ſpeciali adiutorio bonum inceptum proſequi, & in eo perſeuerare; ex quibus quinque concluſionibus apparet apertiſſimè, quanta ſit liberi arbitrij poteſtas, quanta ſit etiam in libero arbitrio gratiæ diuinæ neceſſitas. His ita ſuppoſitis.

Contra hanc hæreſim facit primo Eſa. 10. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? vbi ſicuti ſecuris, aut ſerra nunquam lignum ſcindet, niſi ab alio ad hoc moueatur; ſic noſtrum liberum arbitrium nunquam bonum aliquod operari poterit, niſi à Deo moueatur ad aliquod agendum. Secundo Pſalm. 44. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribẽtis, vbi ſicut calamus nunquam ſcribet, niſi manus ſcribæ illum moueat; ſic nullus poteſt aliquid boni dicere, niſi lingua eius à Domino moueatur; Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis Matth. 10. & primo, Corint. 12. Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Tertio Hier. 10. Scio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos; vbi non negat eſſe in poteſtate hominis ambulare cum ſola Dei generali concauſatione; ſed negat eſſe in hominis poteſtate rectè ambulare, vt videlicet dirigat greſſus ſuos ad finem, quem omnes quærimus, ſcilicet gloriam æternam. Vnde Pſalm. 36. A Domino greſſus hominis diriguntur, ideo agnoſcens Dauid infirmitatem ſuam, petit adiutorium à Domino Pſalm. 16. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea, & Pſalm. 118. Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniuſtitia. Quarto Hier. 17. Sana me Domine, & ſanabor, ſaluum me fac & ſaluus ero, quoniam laus mea es tu. Quinto Oſeę 13. Perditio tua ex te Iſrael, tantummodo ex me adiutorium tuum; & hęc ſunt expreſſa in teſtamento veteri; In nouo autem facit primo Ioan. 15. Sine me (inquit Chriſtus) nihil poteſtis facere, & alibi Ioan. ſexto. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit eum. Secundo Matth. Sexto. Adueniat regnum tuum, & infra, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo; quod ſi fieri poſſet ſolo noſtro libero arbitrio, fruſtra fieret talis petitio. Tertio Roman. octauo. Quos iuſtificauit, hos, & magnificauit; vbi iuſtificatio eſt à Deo, non autem à nobis. Quarto Roman. 10. Neque

volen-

volentis, neque currentis, sed Dei est miserentis. Quinto secunda, Corint. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Sexto secunda. Cor. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Septimo 2. Cor. 12. sufficit tibi gratia mea, non dixit Dominus Paulo, tu ipse sufficis, sed dixit tibi sufficit gratia mea. Octauo ad Ephes. 2. Gratia enim estis saluati per fidem, non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Nono Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis velle, & perficere, pro bona voluntate; vbi notatur, quòd gratia Dei est necessaria non solum ad bonum aliquod incipiendum; sed etiam, vt possimus in bono incepto perseuerare. Decimo ad Tit. 3. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, qui non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos; sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ; cuiuslibet igitur boni initium, eiúsque perseuerantia, pendet à diuina gratia, non autem ex solo libero arbitrio nostro; Vndè Deut. 12. Offeretis in loco illo, quem Dominus elegerit holocausta, decimas, & primitias manuum vestrarum; vbi iuxta moralem intelligentiam primitias, & decimas Domino offerre tenemur; quia boni initium, & illius complementum (quod est in obseruantia decem mandatorum Dei) Domino sunt tribuenda, quia illa in nobis, & per nos operatur: Vltra authoritates veteris testamenti, & noui, adest vltimo loco definitio Ecclesiæ Concil. Mileu. capitul. quarto, & Concil. Trident. sess. 6. Can. primo, & seq. Non obst. quod dicunt. Si ergo non est homini liberum, præcepta omnia adimplere, & peccata omnia vitare, cum non vitat non peccat, quia hoc ipsum vitare non poterat; Nam Resp. hanc esse nostri arbitrij potestatem, vt Deo monenti consentiat, & Deo cooperanti cooperetur. Deus autem nunquam se ipsum nobis negat, immo semper paratus est, vt nos excitet, & adiuuet, Paulus namque ait, prima Cor. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; inde ergo homo culpatur, non quia solus non facit, cum hoc esset illi impossibile, sed quia Deum monentem non audit, ad eius vocem non excitatur, illi vocanti non respondet, nam de hac re queritur Dominus, de peccatoribus dicens prou. capitul. primo, Vocaui & renuistis, & extendi manum meam, & non fuit, qui me aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis, aduenerit. Non obst. secundo, si Deus omne bonum, quod est in bonis operatur, nullum ergo erit nostrum meritum, nulla nostra merces: nam Respond. quod si nostrum arbitrium se solo omnia bona operari potest, nulla gloria Deo de his esset reddenda, quod non est dicendum; nam Psal. 113. Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & Psalm. 5. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, & Paul. 1. Cor. 7. Qui gloriatur, in Domino glorietur; ipse enim dat nobis pacem, nos autem illi gloriam Ioan. 14. & Luc. 2. Secundo Respond. quod nostrum arbitrium liberum, citra Dei præuentionem, monitionem, & cooperationem nô potest aggredi aliquod opus verè bonum: cum tamen monitum fuerit à Deo, potest Deo monenti obedire: duo igitur concurrunt, monitio Dei, & obedientia nostra Paul. 1. Cor. 3. Dei enim coadiutores sumus, & Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Tertio non obst. si potest liberum nostrum arbitrium, de bono in malum corruere, quare non etiam poterit, de malo ad bonum resurgere? Nam Respond. quod non tam facile, quis potest exire de fouea, quam facile in eam potest labi. Ita etiam quamuis sola voluntate in foueam peccati quis cadat, non tamen inde sola voluntate sine Dei gratia eum adiuuante, exire potest: nam licèt per peccatum non perdamus liberum arbitrium, perdimus tamen per peccatum gratiam diuinam, cuius auxilio liberum nostrum arbitrium bonû poterat operari, qua sublata amplius non potest bonum operari, quod ad vitam perducat æternam Turrianus lib. 4. capit. 2. Echius tit. 31. de liber. arbit. De libero arbitrio tractat S. Thom. 1. p. q. 83. Doct. com. 2. sent. dist. 24. & seq.

Secunda hæresis est Iouiniani, quæ docet Gratiam in baptismo semel receptam, postmodum amitti non posse, quam hæresim sequutus est Lutherus.

Contra facit pri no ratio: si Deus in Angelis suis reperit prauitatem, quanto magis in his, qui habitant domos luteas? Si in cœlo ruina, quanto magis in terra. Secundo Deus creauit hominem rectum, & tamen comedit de fructu ligni vetiti. Genes. 4. Loth in Sodoma iustus inuenitur, & post modicum tempus ebrietatem passus est, Dauid eligitur in regem, & à Samuele ex præcepto Dei vngitur; postea tamen homicidium, & adulterium committit 1. reg. 16. Salomon fuit à Domino prius dilectus, qui tamen postea carnalis, & idolatra fuit. 3. Reg. 11. Tertio Ioan. 13 Vos mundi estis, sed non omnes; at qui mundi erant, postea relicto magistro omnes fugerunt, & scandalum passi sunt; & Petrus ter Magistrum negat; Quarto si baptizatus non potest peccare, frustra quotidie cantat Ecclesia: Dimitte nobis debita nostra, & iterum Et ne nos inducas in tentationem. Quinto 11. Cor. secundo. Timeo ne sicut serpens decepit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo. Sexto, prima, Corint. decimo. Et qui sibi videtur stare, videat ne cadat, & Galat. quinto, reprehendit, quod à recta via discesserint, dicens Currebatis bene, quis vos impediuit veritati obedire? Septimo Apoc. secundo, Scio opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti, sed habeo aduersus te, quod cha-

ritatem tuam primam reliquisti. Octauo, & vltimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Mileuit. cap. 6. & Concil. Trident. sess. 6. Can. 23. Non obst. primo, quod dicunt primo, Ioann. 3. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, nam Respond. quod non est ita intelligendum, vt putant hæretici; nam statim subiunxit, causam eius quod dixerat reddens, Qnoniam (inquit) semen ipsius in eo manet, semen dixit gratiam, aut charitatem, per quam Filij Dei efficimur: causa ergo quare qui ex Deo est, non peccat, quia semen Dei, idest gratia in eo manet: non est enim possibile, vt quis in gratia existat, & peccet: illa enim duo ad idem tempus referenda sunt, vt simul coherere non possint, videlicet in gratia esse, & peccare. Nam si ad diuersa tempora referas, vt qui semel in gratia manserit in posterum peccare non possit, tunc faceres Ioannem secum pugnantem: cum in eadem Epistola prius dixerit. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, & iterum Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis. Secundo non obst. Matth. 7. ibi Non potest arbor bona fructus malos facere; nam Respond. quod tamdiù nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quamdiù vel in bonitate sua, vel in malitia perseuerat. Non obst. tertio primo. Cor. 13. ibi Charitas nunquam excidit; nam Respond. quod per hoc Paulus non negat charitatem semel habitam amitti posse in hoc seculo, sed docet charitatem, quam in hoc seculo habuerimus, in futuro seculo non excidere, quemadmodum de fide docet, quam in alia vita succedente clara visione amittimus.

Tertia est hæresis impij Martini Lutheri, qui docet, Omnem hominem iustum scire se esse in gratia, & esse certum de sua iustitia: ista assertio duas in se continet manifestas hæreses.

Prima est, quæ asserit, Omnem hominem iustum esse certum de sua iustificatione, certitudine fidei Catholicæ.

Altera hæresis est, quæ asserit, Omnem hominem iustum esse obligatum ad certo & firmiter credendum, se per Christi meritum esse gratiam consequutum.

Pro confutanda hac impia opinione: notandum est primo quod certitudo est firmitas intellectus in iudicio, quod de illa re facit, quæ est triplex: nam quædam est euidentiæ; quædam fidei catholicæ; tertia fidei humanæ, quæ dicitur certitudo moralis, seu probabilis. Certitudo euidentiæ est firmitas potentiæ cognitiuæ in iudicio suo, causata ab euidentia eiusdem iudicij, & assensus. Certitudo autem fidei catholicæ est firmitas intellectus circa suum obiectum, quod est omne reuelatum à Deo; quam habet quisque verè fidelis, aliàs si dubitat adeò vt in oppositam partem animum flectat, ita vt in vtramque partem fluctuet, & in nullam illarum quiescat, illam amittit, vndè dicitur dubius in fide infidelis est c. 1. de hæreticis. Tertia est certitudo fidei humanæ, quæ est firmitas potentiæ cognitiuæ circa suum obiectum, causata à propria voluntatis affectione, aut ratione probabili, quæ differt à duabus primis per hoc, quod nulli illarum duarum potest adesse falsitas, nec qui aliquam illarum habuerit potest per illam errare, aut decipi, quia sæpè est circa falsa, & sæpè illam habentes errant, nam non pendet ex certitudine obiecti, sed ex modo solum tendendi in obiectum, qui quoniam nullam, aut leuissimam habet dubitationē admixtam, ideo dicitur esse certus, quamuis res ipsa, circa quam versatur, non sit certa.

Contra facit primo, quæ dixi supra de fide hæresi. 2. Secundo facit ratio; quia si absque bonis operibus non potest esse in se certa vocatio, & electio; ergo nullus, qui non est certus se bona opera, & nulla mala fecisse, poterit esse certus de sua vocatione. Quod absque operibus bonis non sit certa vocatio, docet Petrus 2. Epist. cap. 1. Qui nos admonet satagere, vt per bona opera certam nostram vocationem, & electionem faciamus; verum licet in se sint certa, non tamen sunt certa quo ad nos, hoc est non sumus certi de illis, quia nescimus an opera nostra sint bona, & Deo grata: similiter nullus est certus se nulla mala fecisse, cū possit homo culpabiliter ignorare, se aliquid omisisse, & aliquid egisse, quod sub interminatione gehennæ facere, vel omittere tenebatur, vnde Psalm. 18. Delicta, quis intelligit? ab occultis meis munda me: occulta peccata vocat ea, quæ homo ignorat esse peccata, vnde Paul. primo, Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Tertio facit ratio; si omnis iustus certus est de sua gratia, quam habet, ergo omnis iustus certus erit se gloriam æternam habiturum, cum Dominus dixerit Math. 25. Ibunt iusti in vitam æternam; sed consequēs est falsum, quia nullus est certus se gloriam æternam habiturum, vt dicam infra de prædestinatione, ergo & consequens erit falsum. Quarto si homo certus esset se gratiam habere, frustra Deus aliquibus in particulari reuelasset suorum omnium peccatorum remissionem; nam de Maria Magd. dixit Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, & paralitico Math. 9. Coofide fili, remittūtur tibi peccata tua, & alij Paralitico Ioan. 5. Ecce iam sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, & ad Zachæum Luc. 19. Hodiè salus domui huic facta est, eo quod & ipse sit filius Abraæ; & mulieri sanguinis fluxum passæ Matth. 9. Confide filia fides tua te saluam fecit; quòd frustra factum esse non est dicendum, cum Deus, & natura nihil faciant frustra. Quinto facit ratio, quia si homo certus esset se esse in gratia, vtique superbiret, & esset occasio homini desidiæ, somnolentiæ, & ociositatis, vt inquit Græg. super Iob. capitul. nono. Vltra prædictas rationes adsunt testimonia scripturæ. Primo Eccl. 9. Nemo scit, an odio vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta; qui tamen locus intelligitur, quòd nemo scire potest ex se, an sit à Deo electus, an non; sed omnia hæc in futurū seruantur incerta vsque in diem iudicij, in quo illumi nabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordium. Secundo Iob. 9. ibi Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit non intelligā; vbi sunt verba intel-

intelligenda, de aduentu Dei in animam hominis per gratiæ suæ infusionem, de quo aduentu dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, & ita interpretatur Greg. super 1. Iob qui Iob in d. cap. 9. dicit Si habuero quippiam iustum non respondebo; sed meum iudicem deprecabor: & infra: Et cum inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam, & infra: Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me; si innocentem ostendero, prauum me comprobabit, etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & infra; Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti, & infra; Si lotus fuero aquis niuis, & fulserint, velut mundissimæ manus meæ; tamen sordibus intinges me, i. vt B. Greg. sordidum me declarabis, & sordidum me esse manifestè ostendes. Tertio idem Iob. 14. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelligit; vbi filiorum nomine opera intelligit, sic intellexit Paulus 1. Timot. 2. quia saluabitur per filiorum generationem, ita Greg. d. cap. 14. Nobiles sunt filij recta opera; ignobiles autem peruersa. Quarto Psalm. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quinto Dauid Psal. 18. Delicta quis intelligit? vbi probatur quod nullus scit omnia delicta sua; aliqua tamen intelligi possunt Psal. 50. ibi Quoniam iniquitatem meam ego cognosco; & peccatum meum contra me est semper, & Psalm. 31. Delictum meum cognitum tibi feci. Sexto Hyer. 17. Prauum est cor hominis; & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor & probans renes. Si ergo homo non potest perscrutari cor suum, ergo non potest certo cognoscere se esse in gratia, cum multa possint esse in corde nostro abscondita, quæ sufficiant ad impediendum gratiam. Septimo Daniel 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan, ignoscet Deus delictis tuis; vbi dictio forsitan denotat dubitationem, non quidem ex parte Dei, qui misericors est, sed ex imperfectione operum nostrorum, vnde Ioel exhortans Dei populum, vt conuertat se in toto corde ad Dominum, quia benignus, & patiens est ait: Quis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? similiter Niniuitæ ad prædicationem Ionæ statuentes pœnitentiam peccatorum agere, & aliquam pro illis satisfactionem reddere dixerunt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus? & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? & Act. Apost. 8. Petrus dixit Simoni Mago, Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis. Octauo, prima Corint. 4. ibi Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat me Dominus est, itaque nolite ante tempus iudicare, quo ad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Nono 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat; vnde falsum est, quod dicit Lutherus: Crede te absolutum, & eris absolutus. Decimo, secunda Corin. 13. Vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate, quod si essent certi de iustificatione, non esset opus, vt tentarent semetipsos. Vndecimo ad Galat. 6. Si quis existimet se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit; Vltra prædictas authoritates sacræ scripturæ adest definitio communis doctorum Cyprian. serm. de eleemosyna Hier. super capit. 3. Hyer. Aug. super Psalm. 50. Vers. Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, & in lib. 83. q. in quæst. 58. Greg. in Epistol. ad Greg. Aug. libr. sexto, Registri capit. 186. Isid. lib. 2. de summo bono cap. 13. Gerson in tractat. de signis bonis, ac malis quarta, p. Alex. de Ales 3. q. summæ quæstio. 27. S. Bonau. 1. sent. dist. 17. 1. p. q. 3. S. Thom. 1. secundæ, q. 112. art. 5. Riccard. 1. sent. dist. 1. artic. secundo, quæst. 5. Durand. 1. sent. dist. 17. quæst. 4. Gabriel 1. sent. distinct. 27. vltimo dubio. Theoph. 1. Cor. 4. Hier. lib. secundo, Dialog. Aug. super Psalm. 41. ver. Abyssus Abyssum inuocat, Chrisost. Homil. 11. super 1. ad Cor. Bernard. in Epist. 42. Cassiod. super Psal. 2. ver. Seruite Domino in timore. Vltimo adest definitio Ecclesiæ cap. fin. de purg. Can. & Concil. Trid. sess. 6. cap. 9. Non obst. primo ad Roman. 8. ibi Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod Filij Dei sumus; nam Respond. quod non sumus certi, an illud testimonium sit à Spiritu sancto: nam non omnibus iustis datum est, vt sciant, quæ suggestiones fiunt à Spiritu sancto, & quæ à spiritu malo. Vnde 1. Ioan. quarto, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex Deo sint; sæpe enim Angelus sathanæ transfigurat se in Angelum Lucis, secunda Cor. 11. Vnde cum quis scit certo habere spiritum à Deo, debet dici illum habere per specialem Dei reuelationem. Secundo non obst. quod qui negant, certitudinem salutis haberi posse, excruciant conscientias; quia ducunt illas in desperationem, dum semper illas dubitare faciunt. Respond. quòd non iubemus eos desperare. Non enim qui est incertus, desperat, quia est medium inter certitudinem & desperationem, videlicet probabilis quædam fides, aut opinio de sua iustificatione. Non obst. etiam, quod dicunt; de symbolo dicente, Credo remissionem peccatorum; ex quibus verbis colligere volunt, quod quilibet à sacerdote absolutus teneatur credere remissa sibi esse peccata; nam Respond. quod fatemur, remissionem peccatorum dari per absolutionem sacerdotis; si adsint reliqua omnia, quæ sunt ad talem remissionem impetrandam necessaria. Nemo tamen potest certo scire illa omnia adesse; quia nemo potest certo scire, quod se bene præparauit integrè scrutando conscientiam suam, vt de omnibus perfectè doleret; neque etiam potest sibi certo constare de intentione sacerdotis, quæ semper est necessaria ad cuiuslibet sacramenti administrationem a & propter hanc causam adultus, qui ad baptismū accedit, quamuis certo sciat se dolere de pecca-

ris; non tamen poteſt certò ſcire ſe eſſe in gratia; quia non poteſt illi certò conſtare de intentione baptizantis. Non obſt. etiam 1. Cor. 2. ibi Nos autem non ſpiritum huiuſmodi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis; nam Reſp. quod Apoſtolus ibi loquitur de beneficijs communibus, quæ Deus toti generi humano conceſſit, qualia ſunt redemptio, doctrina fidei, ſacramenta, per quæ poſſumus iuſtificari, quæ dona per donum fidei omnes iuſti, omneſque fideles certò ſciunt, quod patet per illa verba, quæ & loquimur non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus. Non obſt. etiam, quod homo non poſsit Deo gratias agere, vt debet, pro beneficijs receptis, ſi illa non agnoſcit; nam Reſp. quod ſatis eſt ad reddendas gratias, cognoſcere illa dona per probabilem opinionem de illis habitam, & non eſt neceſſaria ad hoc certitudo fidei. Non obſt. etiam 1. Ioan. tertio. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo; quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram Deo facimus; Nam Reſpond. quod ibi loquitur de fiducia, quæ longè diſtat à certitudine Fiducia enim pertinet ad voluntatem; certitudo. autem ad intellectum: ad habendum verò hanc fiduciam impetrandi à Deo, quæ petierimus, ſatis eſt quædam probabilis perſuaſio, quod ſumus Deo grati, & quæ placita ſunt ei facimus, quæ perſuaſio inde naſcitur, quod mandata illius cuſtodimus, & de nullo peccato accuſat nos conſcientia noſtra. Non obſt. etiam primo Ioan. tertio ibi, Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres; nam Reſp. primo, quod illud argumentum procedit ex ſenſu myſtico, qui parum validus eſt ad probandum aliquod dogma; peccatum enim intelligere per nomen mortis, & gratiam per nomen vitæ, ſenſus eſt myſticus, qui male huic loco conuenit, & eſt nimium ab illa litera alienus. Nam Ioannes illo loco de vera morte corporali loquebatur, & de vita æterna, ad quam iuſti transferuntur, cum ex hoc mundo exeunt. Secundo Reſpond. verbum (ſcio) non ſignificat notitiam euidentem, & certam, qualis eſt illa, quam habemus per Sylogiſmum demonſtratiuum, aut per intuitionem alicuius rei præſentis; ſæpè enim ſcire dicimus ea, de quibus ſolum habemus fidem diuinam, aut fidem humanam, aut probabilem opinionem Act. 2. Certiſſimè ſciat omnis domus Iſrael, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis, & 1. Ioan. tertio Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt, & infra: Scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem; & ita intelligitur dicto loco 1. Ioan. tertio. Non obſt. etiam ad Rom. 4. Ideò ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui eſt Pater hominum noſtrum; ex quo loco arguit Melancton, Paulum docuiſſe nos: Iuſtitiam eſſe ideò ex ſola fide, vt poſſimus eſſe certi de remiſſione peccatorum noſtrorum, quam Deus promiſit: nam Reſp. quod Paulus loquitur ibi de promiſſione incarnationis Filij Dei, non de promiſſione remiſſionis peccatorum; de qua etiam ad Galat. 3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, ita interpretatur Anſelm. d. loco ad Rom. 9. Non obſt. 2. Apocalip. Vincenti dabo Manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit; nam Reſp. quod verus ſenſus eſt illius textus, vt loquatur, non de gratia, aut iuſtificatione, ſed de præmio cœleſtis patriæ in futura vita recipiendo. Hoſius Tit. de hæreſibus noſtri temporibus lib. 1. pag. 201.

GRÆCI. LXXXIIII.

GRÆCORVM receſſū ab Eccleſia Romana fuiſſe bonum, hæreſis eſt Direct. 2. par. quæſt. 9.

HÆRETICVS. LXXXV.

FVERVNT quidam adeò dementes, vt dicerent, Omnes hæreticos bene ſentire, qui ne dū dementes, verum potius Dæmones dici poſſunt, contra hanc facit Cath. in princ. pag. 11.

Secunda hæreſis eſt, quæ docet Hæreticos non eſſe aliqua corporali pœna puniendos, de qua dixi mus ſupra in vlt. quæſt.

Tertia hæreſis eſt, quæ docet Omnem illum eſſe cenſendum hæreticum, qui quonis modo lethaliter peccat; Ad hunc errorem pertinet, quod impius Lutherus inquit, per peccatū mortale quodlibet amitti fidem, de quo dixi ſupra ver. Fides.

Contra facit primo ratio, quia peccatum fit in omittendo, ex quo hæreticus dici non poteſt, cum nihil egiſſe, aut docuiſſe conſter. Secundo contingit ſæpè, vt aliquis peccet mortaliter, & tamen certo ſciat peccare, & per conſequens non eſt hæreticus. Tertio ſi omnis peccator eſſet hæreticus, oporteret omnem peccatorem poſt primam, & ſecundam correptionem deuitare, Paul. ad Tit. 3. aliter tamen dicitur Math. 18. qui ſecundò peccantem non vitandum dixit, ſed Eccleſiæ denunciandum.

Quarta hæreſis eſt, quæ dicit Hæreticos redeuntes non eſſe recipiendos, Direct. p. 2. q. 6. nu. 55. c. ſi. ver. Luciferani 24. q. 3.

HOMO. LXXXVI.

HOMINES per vires naturæ abſque gratia poſſe euitare peccata, hæreſis eſt. Direct. p. 2. quæſt. 4.

Idem dicere, quod peccator quācūq; hora volue rit poſſit effici amicus Dei ibid. 2. p. q. 9.

Idem ſi dicat Omnem hominem obligari ad religionem vel ad matrimonium ibidem 2. par. q. 9. artic. 76.

Idem dicere Hominem non licere damnare ad mortem, quacunque cauſa p. 2. q. 14.

HORÆ

HORÆ CANONICÆ. LXXXVII.

INter alios errores Vualdensium, & Ioannis Vuicleph vnus est, qui docet, In horis canonicis cantandis, dicendisque fi astra tempus teri; dicentes Liberum esse orare, quando alcui placuerit; alioquin repugnaret libertati christianæ; tanquam si libertas christiana in hoc sita esset, vt nulli humanæ legi obligetur: Ecclesia enim habet hanc potestatem instituendi leges, quibus omnes christianos obliget: in hoc enim est sita libertas christiana, vt primò per baptismum homo liberetur à seruitute peccati, quæ maxima est seruitus. Deindè liberi simus à iugo seruitutis legis Mosaycæ: in quibus duobus vera christiana libertas collocatur, & hæc est libertas, qua Christus nos liberauit. Paulus ad Galat. 4.

Contra facit primo, Qui Ecclesiam audit Christum eius sponsum audit, & Melior est obedientia quam victima 1. Reg. 15. Secundo optima ratione factum est, vt certis temporibus oremus, quia omnia tempus habent, & suis spatijs träseunt vniuersa sub cœlo: & omnia honestè & secundum ordinem fiunt 1. Cor. 14. si omnia, ergò & oratio. Tertio Daniel 6. ibi Daniel ingressus est domum suam, & fenestris apertis in suo cænaculo contra Hierusalem tribus temporibus in die, flectebat genua sua, & orabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat; ecce vides Danielem tribus temporibus Dominum orantem. Quarto Act. 3. vbi Petrus, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Quinto Act. 10. Petrus ascendit in superiora, vt oraret circa horam sextam. Sexto Psal. 118. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, & iterum Memor fui nocte nominis tui Domine, & Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectū meum, & lacrymis meis stratum meum rigabo, & Psalm. 133. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum: & Act. 16. Paulus & Sylas media nocte adorantes laudabant Deum, & audiebant eos, qui in custodia erant &c. & Luc. 12. Beatus seruus ille, quem cum venerit Dominus eius inuenerit vigilantem, & Psal. 5. Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam: mane astabo tibi, & contemplabor te. Septimo Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi. Octauo adest definitio Ecclesiæ Concil. Agat. cap. 30. Echius tit. 32. de oratione & horis canonicis, Hosius in expositione dominicæ orationis cap. 59.

HOSTIA. LXXXVIII.

HOstia consecrata si cadat in lutum desinere in ea esse Corpus Christi, si à bruto, seu ab homine sumatur, hęresis est Direct. 2. p. quæst. 10.

HVMANVM. LXXXIX.

HVmanum esse nobilius quam Angelicum hæresis est, Direct. 3. p. q. 9. art. 33.

Item hæresis est dicere Humanam Christi Naturam in omnibus ęquari Deo, ibidem. quæst. 11.

IANVA. XC.

CAluinus, & alij hæretici moderni passim negant Christum intrasse ad discipulos per ianuas clausas Ioan. c. 20.

Contra facit com. opin. Doct. Ilar. 3. de Trinit. Ambr. in Lucam lib. 10. c. 24. Aug. de agone christiano libro cap. 23. Chrysost. in Homil. de Ioan. Bapt. Hier. lib. 1. in Iouinianum, Cyrillus lib. 12. cap. 53. in Iouin. ibi Clausis foribus repentè Domi nus omnipotentia sua, natura rerum superata, ingressus est ad Discipulos.

IDOLATRIA. XCI.

NOnnulli fuerunt, qui christiani nomen professi sunt, qui Idolos coluerunt.

Contra facit primo Math. 4. vbi Dominus aduersus Dæmonem hæreticorum parentem ciuuit, Dominum (inquit) Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Secundo Deut. 17. Vadant, & seruiant Dijs alienis, & adorent eos, Solem & Lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi &c. Tertio Esa. 2. Proiecisti populum tuum domus Iacob, quia repleti sunt, vt olim, & augures habuerunt vt Philistijn & infra. Et repleta est terra eius Idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Quarto Exod. 32. Multa hominum millia ex filijs Israel morte punita sunt, eo quod adorauerunt vitulum aureum. Quinto Daniel 3. Tres pueri quia noluerunt adorare statuam, à Domino præmiantur. Sexto Apocal. 2. Ioan. cum voluisset adorare Angelum prohibuit ne illud faceret dicens, vide ne feceris: dixi in summa pec. cap. p. 1. q. 35. tit. 2. & dicetur inferius suo loco.

IEIVNIVM. XCII.

PRima hæresis est, Iouiniani, Vualdensium, & Vuiclephitarum & Lutheranorum quæ ait, Ieiunium nullius esse meriti apud Deum.

Cötra facit primo oratio, quia ieiunium est pars temperantiæ, & per consequens virtus, est actus virtutis, & consequenter meritorium, cum fit propter Deum. Secundo quia illud adiuuat ad plures alias virtutes; parat enim viam castitatis; quid enim fecit peccare Sodomam nisi saturitas panis? Exec. 16. Venter mero æstuans, facile despumat in libidinem; parat & viam ad non orandum Exod. 32. Cum enim manducasset, & bibisset populus surrexit non orare, sed ludere; no adorare Deum, sed vitulum aureum. Tertio Daniel 3. Tres pueri ieiuni ingredientes illæsi egressi sunt de fornace. Quarto daniel 10. post ieiunium trium hebdomadarum idem Daniel vidit visionem, in qua sibi dictum est ab Angelo: Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum vt affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Quomodo ergo nō habet meritum ieiunium, quod meretur exauditio-

nem? Quinto Hælias ieunus erat & ad eius orationem tribus annis, & sex mensibus ros pluuiæ non cecidit super terram 3. Reg. 17. Ieiunus iterū orat & pluuias à Deo impetrat 1. Reg. 19. In nouo autem testamento sunt plura testimonia ieiunij. Primo Luc. 2. Anna prophetissa laudatur, quia non discedebat de templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Secundo Matth. 17. Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio. Tertio Matth. 6. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans; sed Patri tuo, qui est in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi; nunquam autem redditur præmium, nisi pro merito. Vltimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Gangrense cap. 19. & Concil. Telense; Non obst. primo quod obijciunt 1. Timo. 4. ibi Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ; nam Resp. quod ieiunium non est propriè exercitatio corporalis, sed spiritualis, secundum Theophil. d. loco; secundo Resp. quod Paulus non negat absolutè corporalem exercitationem esse vtilem, sed illam dicit ad modicum vtilem, si non habet pietatem sibi coniunctam, ita interpretatur hunc locum Ambrosius Secundo non obst. Esa. 58. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? & infra: Non ne hoc est magis ieiuniū quod elegi? dissolue colligationes impietatis &c. nam Resp. quod apertissimè probatur ieiunium, & abstinētia à peccatis, vndè hæc obiectio eodem modo, vt prima, reijcitur; solum enim ie. unium, si cætera pietatis opera desinit, nullius est momenti, vnde ibidem dicitur: Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester: contra hanc facit Cathec. Tit. de oratione pag. 520.

Secunda hæresis est, quæ docet Ieiunia non debere institui pro certo aliquo, & statuto tempore, sed quod quilibet ieiunet cum voluerit.

Huius hæresis Author est Aerius, quem secutus est Erasmus.

Contra facit primo ratio, quia cum ieiunium sit meritorium, sequitur quòd Ecclesia possit statuere illud. Secundo Maximus Episcopus dicit, Ieiunium Quadragesimę à Christo fuisse institutum: Theophil. autem Alexandrinus dicit, Hoc ieiuniū Quadragesimæ ab Apostolis institutum esse, Idem Ignatius Martyr in Epistol. 4. ad Phil. Tertio est definitio Ecclesiæ Concil. Brac. 1. capit. 16. & in Collect. Græc. Synod. Martini capit. 50. & Concil. Tolet. 8. capit. 8. & concil. Gangarense capit. 19. quod autem asserit Erasmus melius esse ieiunare sponte, quàm ex legis præcepto, conuincitur falsum per illud 1. Reg. 15. Melior est obedientia, quam victima: melior ergo quam ieiunium, & merito obedientia præfertur ieiunio; quoniam ieiunium ad temperantiam pertinet, obedientia vero ad iustitiam, quę reddit vnicuique quod suum est. Per obedientiam si quidem superiori præstamus, quod debemus, qui sponte ieiunat, solum ieiunij meritum habet, qui verò legis impulsu ieiunat, & ideo ieiunat, vt legi obediat, hic vltra ieiunij rationem habet etiam meritum obedientiæ. Meliora enim sunt opera, quæ ex obligatione præcepti fiūt, quàm quæ ex proprio arbitrio; neque per hoc dicitur ieiunare ex metu, licèt non ieiunasset, nisi lex præciperet; nam illud ex obedientia agit, ex qua non sequitur necessariò metus pœnæ; nam aliàs legislator peccaret, inducens ad metum seruilem, & licèt fiat cum aliqua tristitia, non per hoc retardatur meritum, dummodo fiat alacri animo, & non retinenti, sicuti tristitia Christi non impediuit meritum passionis eius; Nō obst. quòd Dominus prohibuerit ieiunia pharisaica Esa. 58. ibi: Nolite ieiunare vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester; nam Resp. quod ibi non prohibuit ieiunium, sed prohibuit eo modo faciēdum, nempe cum iactantia, & cum alijs peccatis, quæ faciebant in die ieiunij. Turrian. lib. 5. cap. 6. & seq. Echius tit. 14. de fest. & eiunijs: toc. tit. de obseru. ieiunij, qui renouatur in Concil. Trident. sess. 25. Tit. de delectu ciborum: Hosium Tit. de cæremonijs cap. 91. pag. 171.

Tertia hæresis est Begardorum & Beguinarum dicentium: Hominem non obligari ad ieiunia Ecclesiastica, cum ad statum perfectionis peruenerit.

Contra facit primo, quod supra dictum est in 2. hæresi huius. Secundo facit ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem; hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis, nec non soli Virgini Dei Matri hoc priuilegium tribuitur, vt talem pacem in se habuerit. Tertio 1. Cor. 9. vbi Paulus vas electionis, raptus vsque ad tertium cœlum vidit Arcana Dei, quæ non licet homini loqui, inquit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Quarto Mathe. 3. Ioannes Baptista vir perfectus castigat corpus suum, à vino & sicera abstinens, carnes non comedens, sed cibus eius loqustæ, & mel syluestre. Quinto Saluator noster nobis relinquens exemplum ieiunauit Mat. 4. Quamdiu enim hic sumus, inimicos domi nostræ habemus Iof. 15. Sexto definitio Ecclesiæ clem. ad nostram de hæret. de hoc dixi in summa pec. cap. parte 2. tit. 7. q. 17.

IESVS. XCIII.

Molinęus, & Bucerus hæretici, dixerunt Iesum nascentem adaperuisse vuluam Marię.

Contra facit primo Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium; vbi non solum conceptura; sed etiam paritura, & erit virgo, Ambr. in Epist. 81. Virgo autem, quæ parit, non aperit vuluam; alioquin non esset virgo: ipsa tamen dicitur virgo ante partum, in partu, & post partum. Secundo Ezec. 44. ibi Porta orientalis, per quam Deus Israel ingressus est, clausa erit, & non aperietur; vbi Hieron. interpretatur, de Maria Virg. Tertio facit, quod dixi supra prima parte ver. Maria.

IMA-

IMAGO. XCIIII.

Fuit olim prima hæresis Fœlicianorum, quam hodie moderni Valdenses, & alij hæretici ab inferis reuocarunt, quæ docet imagines esse tollendas ab Ecclesia, dicens Idolatriam esse imagines in templis habere, siue illæ sint Christi siue sancti hominis cuiuscunque: contra hanc facit Cathec. in 1. præc. pag. 593. & seq.

Contra facit primo Num. 21. Fac serpentem, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent sanabantur. Secundo Exod. 15. Duos quoque Cherubin aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi; Cherubin vnus sit in latere vno, alter in altero. Tertio 3. Reg. 6. Salomon in templo fecit Cherubin, & palmas, & malogranata, neque in harum rerum pictura, aut sculptura reprehensus fuit. Quarto facit ratio; si licuit serpentem exaltare coram populo ad Idolatriam prono, vt ex illius aspectu filij Israel à serpentium morsibus liberarentur, cur non licebit nunc Christum in Cruce exaltatum depingere, vt ex illius imaginis aspectu reducamus ad memoriam immensa beneficia, quæ generi humano in cruce moriens exhibuit? si vmbram licuit pingere, cur non licebit pingere corpora? Quinto adest definitio Ecclesiæ Concil. Nicen. 2. & Concil. Francofordensis: non obst. Exod. 20. & Leuit. 5. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & in terra deorsum, neque eorum quæ sunt in aquis sub terra; nam Resp. illam prohibitionem fuisse factam, causa euitandi idolatriam, non vt nô habeantur, vt non fiant absolutè; sed vt non fiant ad colendum ea, quod patet, quia antea Dominus dixerat: Non habebis Deos coram me; deinde Nô adorabis ea, neque coles: imagines autem non colimus tanquam Deum, quoniam nostra adoratio non ad illas, sed ad earum exempla refertur; eodem modo respondemus ad illud Ioan. 4. ibi. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum in spiritu; fatemur quidem hoc, sed oportet aliquibus rebus intellectum excitare, vt per earum aspectum ad Dei memoriam reducatur, quod fit per imagines. Hosius lib. de hæresibus nostri temporis in principio. Echius tit. 16. de imaginibus, Turrianus lib. 1. cap. 25. Concil. Trident. sess. 25. tit. de inuocatione vt veneratione &c. & in Bulla Pij 4. de profess. fidei.

Secunda hæresis est, quæ docet Imaginem Dei, ad quam homo factus est, à Deo esse corpori impressam, & non animæ.

Contra facit primo ratio, quia in Deo sunt omnia hæc, omnipotentia, sapientia, & bonitas; in anima autem nostra sunt tres potentiæ, Intellectus, qui correspondet omnipotentiæ; memoria sapientiæ, voluntas bonitati; Præterea, si imago Dei est in anima; oporteret, quod animalia homini similia essent ad imaginem Dei, quod est absurdum, & contra 1. Genes. ibi Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; de nullo autem animali dictum est, quod factum sit ad imaginem Dei.

IMPECCABILIS. XCV.

Impeccabilem reddi posse hominem in hac vita, hæresis est Direct. 2. p. q. 7.

IMPERATOR. XCVI.

Marsilius Patauinus docuit Papam iudicari posse ab Imperatore.

Contra facit, quia potestas spiritualis, quæ supremum finem hominis intendit 1. Cor. 2. à nemine iudicatur, sed bene iudicabit temporalem, quæ intendit finem ordinabilem ad finem spiritualis potestatis. Prima enim sedes à nemine iudicatur, & licèt Pilatus iudicauerit Christum, cuius Vicarius est Pontifex in terris, hoc fecit tanquam in personam priuatam, à Iudæis accusatam; Papa vero succedit Christo, non secundum quod maligne accusatus est, sed in potentia.

INDVLGENTIA. XCVII.

Indulgentias, quas Pontifices peccatoribus præstant, condonando videlicet illis pœnam, ad cuius tolerantiam peccator obligatur, etiam remissa culpa, multi hæretici contemnont, atque irrident, vt Vualdenses, Vuicleph. & Lutherani.

Contra hanc hæresim est determinatio Ecclesiæ in cap. cum ex eo, de pœni. & remiss. & in Concil. Constantiensi sess. 8. & Concil. Trident. sess. 25. tit. de indulgentijs, & in Bulla Pij 4. de prof. fidei. Contra quam hæresim plura scripsit Roffensis in opere contra Lutheri captiuitatem babilonicam, Tubertinus aduersus Lutherum, Echius in Enchir. aduers. Luther. cap. 24. qui optima ratione probat indulgentiarum vsum admodum esse vtilem, & necessarium in Ecclesia Dei. Quarum thesauros fit ex superabundantia meritorum (quatenus satisfactoria) Christi & sanctorum, de superabundantia passionum Christi pro nobis dicitur 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi: de satisfactione sanctorum dicitur Iob. 6. ibi: Vtinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret, vbi plus passus est quam pro peccatis suis, debuerit pati: & Colos. 1. Nunc enim gaudeo in passionibus meis pro vobis, Hosius tit. de satisfactione cap. 48. & lib. de hæresibus nostri temporis pag. 197.

INFERI. XCVIII.

Infernales hæretici dicunt, Christum descendisse vsque ad locum damnatorum; & ibi æternos cruciatus in anima perpessum esse.

Contra facit 1. Coloss. ibi: Pacificauit per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis

cœlis reconcilians nos in corpore carnis eius per mortem; nihil igitur pœnarum ob reconciliationem hominum remansit lubeundum post mortem: nam in cruce dixit: Consummatum est, significans dolores finitos esse, quos redemptionis nostræ causa perferendos assumpserat; alioquin reconciliatio fieret, non in corpore carnis Christi, sed in anima separata à corpore, quod falsum est. Secundo Luc. 23. Hodie mecum eris in Paradiso; qui locus voluptatis est, & gaudij; non ergo postquam expirauit, æternos cruciatus passus est.

INFERNVS XCIX.

ALmericus, & Albanenses sensere, non esse alias inferni pœnas, quam illas, quas in hoc mundo experimur, & Almericus inquit, quòd qui habet peccatum mortale, ille dicitur habere in se infernum, contra hanc facit Cathe. in 5. art. pag. 72.

Contra facit primo Esa. vlt. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Secundo Eccl. 7. Vindicta carnis impij, ignis, & vermis. Tertio iudith. 16. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum. Quarto Iob. 30. Præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ, & Iob. 38. Auferetur ab impijs lux. Quinto Psal. 10. Pluet super peccatores laqueos; ignis, & sulphur &c. Sexto Apocal. 14. Fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum, & Apocal. 19. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis, & sulphuris.

Secunda hæresis Origenis docet inferni pœnam non esse perpetuam.

Contra facit primo, quod dixi supra in proxima præcedenti hæresi, Secundo facit Mar. 9. Si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam; Bonum est tibi debilem introire in vitam; quam duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur &c. Secundo Matthe. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & Angelis eius.

Tertia hæresis est, quæ negat Christum ad inferos descendisse.

Contra hanc facit primo Eccl. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Secundo ad Ephes. 4. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Tertio act. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Quarto Psal. 15. Quoniam non derelinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quinto in Symbolo Apost. Descendit ad inferos. Sexto cap. firmiter, de Summa Trinitat. & fide catholic.

INIMICVS. C.

GRæcorum est error, qui asserunt licitum esse decipere inimicum.

Contra facit primo Leuit. 19. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum: vnusquisque enim est proximus, licèt sit inimicus. Secundo Luc. 10. vbi Samaritanus dicitur proximus Iudæo, qui tamen erant infensi Samaritani Iudæis. Tertio 1. Pet. 3. Non reddentes (inquit Petrus) malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Quarto Paulus Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Quinto 1. Thess. 5. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectemini in inuicem, & in omnes. Quinto Math. 5. Audistis quia dictum est antiquis; diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, contra facit Cathech. in Tit. de oratione in 5. petitione.

INIVRIA. CI.

LVtheri sententia est, Non licere christianis petere coram iudice iniuriæ reparationem.

Contra hanc hæresim primo facit, quæ dixi supra ver. Bellum. Secundo facit ratio, si tibi licet iniuriam iniuria repellere, cur non licebit alij iniuriæ reparationem coram iudice petere? Iustum est certè vt nemo sit iudex in propria causa. Quapropter si licèt manibus proprijs iniuriam repellere; multo magis licebit per manum iudicis iniuriam propulsare, aut iam illatæ reparationem petere.

INTENTIO CII.

LVtherus negat intentionem requiri in ministris, dum Sacramenta dispensant.

Contra facit. 1. Cor. 4. ibi dispensator Mysteriorum eius, ac inter dispensatores quæritur, vt fidelis, qui inueniatur, vnde data fuit talis potestas hominibus, vt actus ipsorum esset iuxta ipsorum intentionem, dixi supra. 1. p. ver. Sacramentum hær. 6.

INTERPRETATIO. CIII.

BRentius, & kemnitius hæretici docuerunt vnicuique licere, vnumquemque tenere interpretatam doctrinam cuiuscumque Doctoris, aut Concilij etiam Oecumenici, nec aliter eam sequi debere, quam si ipse iudicauerit eam cum Euangelio consentire.

Contra facit primo Prou. 18. Quis enim prius respondet, quam audiat? Secundo Ioann. 5. Sicut audio (inquit Christus) iudico, & iudicium meum est iustum. Tertio ad Romanos. 1. Secundum auditum fidei iudicare debet, qui de fidei causa iudicat: audire autē oportet non modo Christum Math. 17. sed & discipulos eius Luc. 10. & pastores, & doctores Ecclesiæ, Paulus ad Ephes. 4. & Ec-

& Ecclesiam ipsam Matth. 18. præcipuè in Concilijs generalib. Act. 15. & tradit. Apost. Thes. 2. communemque vsum populorū 2. Cor. 3. Labia enim sacerdotum custodiunt scientiam Malac. 2. ne circumferamur omni vento doctrinæ ad Eph. 4. nec doctrinis varijs, & peregrinis patiamur abduci 1. Cor. 13. Quarto facit Concil. Trid. sess. 4. & Bulla Pij Quarti super professione fidei, & in Bulla super confirmatione Concil. Trid.

INVESTITVRA. CIIII.

QVidam hæretici dixerunt, Inuestituram Ecclesiarum à laycis habendam esse.

Contra facit ratio, quia laicorum est Ecclesias tueri, non tradere; its statuit Paschalis Papa in Epist. 2. ad Anselmum, Nicol. Sand. lib. 7. nu. 139. de visibili Mon. Eccl.

INOBEDIENS. CV.

INobedientem omnem præceptis Dei, esse hæreticum censendum, ast hæresis, Director. 2. p. quæst. 10. hær. 9.

IOAN. BAPTISTA. CVI.

MAnichæi dixerunt Ioan. Baptistam præcursorem Domini fuisse damnatum, eo quod non crediderit in Christum.

Contra facit Matth. 11. vbi Ioan. Baptista laudatur in multis à Domino, deinde dixit inter natos mulierum non surrexit maior Ioan. Baptista.

IVDAS. CVII.

CAini hæretici dixerunt Iudam fuisse diuinum, & scœlus illius, beneficium existimarunt.

Contra facit primo Ioan. 13. ibi Vos mundi estis, sed non omnes, sciebat enim quis nam esset, qui traderet eum; propterea dixit, Non estis mundi omnes. Secundo Act. 1. Viri fratres oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de iuda, qui fuit Dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, & infra, Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius. Tertio Luc. 22. de iuda loquens Verumtamen væ homini illi, per quem traditur.

Item Iudæ desperationem tātum placuisse Christo, quantum Petri contritionem, hæresis est. Direct. 2. p. q. 10. hær. 13.

IVDEX. CVIII.

VValdensium error est, quo docent Nullum iudicem posse damnare aliquem hominem ad pœnam aliquam.

Contra facit primo Exod. 18. Constitue iudices, qui populum iudicent omni tempore. Secundo Deut. 16. Iudices, & Magistri in omnibus portis tuis constituantur, vt iudicent populum iusto iudicio. Tertio Act. 5. Petrus puniuit morte Ananiam, & Saphiram, quia fraudauerunt de pretio agri venditi. Quarto 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti: siue Ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quinto ad Rom. 13. Si malum feceris time. Non enim sine causa gladium portat; Dei enim Minister est, vindex in iram ei, qui malum agit; non obst. Matth. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini; nam ibi non prohibuit omne iudicium præcipuè iudicis, habentis potestatem, sed prohibet leue iudicium, absque maturè cognita prolatum, quod prohibetur, Ioan. 12. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate; vbi leue iudicium prohibet, circumspectum autem præcipit.

IVDICIVM. CIX.

BOrboriani, & quidam alij hæretici dixerunt. Nullum esse futurum iudicium, vt hac occasione in quodlibet vitium trahcrent: de hac materia tractant Doct. com. 4. sent. dist. 47. & seq.

Contra facit primo Matth. 11. Dico vobis, Tiro & Sydoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis. Secundo Matth. 11. Dico vobis quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi, & alibi Viri Niniuitæ surgent in iudicio, cum generatione ista, & condemnabunt eam, & alibi Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Tertio Ioan. 5. Potestatem dedit filio iudicium facere; quia filius hominis est. Quarto Paulus ad Rom. 14. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Quinto 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum; Sexto in symbolo fidei Concil. Niceni; Indè venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, contra hanc facit Cathech. in artic. 7. pag. 89.

Secunda hæresis est Albanensium dicentium vniuersale iudicium iam factum esse, & nullum aliud amplius esse facturum.

Contra hanc facit primo, quo dixi in proxima præcedenti hæresi. Secundo Matth. 24. vbi describitur aduentus Antichristi, deinde resurrectio generalis, & postea iudicium & tandem finis, & tunc elementa purificabuntur per ignem 2. Pet. 3. quæ cum facta non sint, sequitur nec iudicium vniuersale fuisse factum.

Stablerij docent: primo nec gladium, nec peram portandam; secundo in iudicio quemquam accusari non posse.

Contra primum facit. 1. Pet. 2. Subiecti esto te omni humanæ creaturæ propter Deum ad vindictam malefactorum; quod fieri non posset absque gladio.

Contra secundum Ioan. 12. Iustum iudicium iudicate, quod fieri non posset absque accusatione. c. forus, de verb. sign.

IVRAMENTVM, CX.

VValdenses hunc errorem docuerunt, Christianis esse interdictum iuramentum, sic vt nusquam iurare liceat,

Contra facit primo Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Secundo Deut. 10. Dominum tuum timebis, & illi soli seruies, ipsique adhærebis, iurabisque in nomine illius. Tertio iurauit Paulus ad Rom 1. Testis est mihi Deus, quod memoriam vestri facio semper in orationibus meis, & 2. Cor, 1. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni vltra Corinthum; & alibi Testis est mibi Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi ad Phil. 1. Quarto facit ratio; quia iuramentum non est de se malum, sed bonum, quia per illud exhibetur reuerentia Deo, nec non testamur Deum omnia videre ipsumque esse veracem, & non mentiri. Quinto adest definitio Ecclesiæ Concil. Ephes. & Constantiense, sess. 8. Non obst. Math. 5. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlum, quia Thronus Dei est; neq; per terram, quia scabellum est pedũ eius, neque per Hierosolymam, quia est ciuitas magni regis; neqne per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum: sit autem sermo vester, est est, non non, vt non suo iudicio decidatis: nam Resp. quòd prohibetur iuramentum per elementa, ne tanquam numina quædam venerarentur, quoniam illud, per quod quis iurat, aut nimium diligit, aut veneratur; & sic non prohibetur iuramentum absolutè. Non obst. secundo, quod ibidem dicitur Sit sermo vester est est, non non: quod autem abundantius his est, à malo est: nam Resp. à malo esse iuramentũ; non autem malũ esse, à malo inquam illius, cui iuratur, & propter quẽ iuratur. Malitia.n. incredulitatis eius, cui iuratur, est in causa, vt alius iuret: nam si ei crederet, non esset opus, vt dictum suum iuramento firmaret Aug. lib. de mendacio cap. 20. Similiter responderi potest quod Dominus non prohibet absolute iuramentum; sed facilitatem iurandi, ne ex facilitate in consuetudinem, & ex consuetudine in periurium veniretur, vndè Eccl. 23. Iurationi ne assuescat os tuum; & iterũ: Sicut autem seruus flagellatus assidue à liuore non minuitur; sic omnis iurans ac negocians à peccato non purgabitur: præterea Resp. quod autem abundantius his est, debet intelligi mendacium, & illud dicitur abundantius, quam est est, non non, idest quam veritas, & illud dicit à malo esse, idest à Dęmone, qui mendax est, & pater mendacij, ita Cromatius lib. super 5. & 6. Mach. præterea Resp. illud esse consilium, non autem præceptum, Rupertus lib. 5. de glorificatione hominis in quinto, non iurare omnino est consilium, non iurare autem per cęlum & terram &c. est præceptum, ita vt si iurandum sit ex aliqua necessitate, tunc iuretur per Deum, & non per aliquam rem. Non obst. vlti. Iac. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare; nam Resp. quod ibi prohibetur consuetudo iurandi, ne ex ea deueniatur in periurium, vt inquit Beda: Direct. 2. p. q. 8. q. 14. hær 3. & 4. & q. 16. hær. 3. Hosius tit. de secundo præcepto cap. 78. Cathec. in 2. præc.

Alia est hęresis ex diametro superiori contraria, quæ dicit Periurium esse licitum, contra hoc dixi in Summa pec. cap. p. 1, quæst. 30. titul. 6.

Huius hæresis Authores fuerunt Priscillianistæ, Apostolici, & Flagellantes.

Contra facit primo Leuit. 19. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Qui enim peierat, nomen Dei polluit, quia Deum affert in testem mendacij. Secundo Sapien. 14. Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio, corruptio, & infidelitas, turbatio, & periurium. Tertio 1. Tim. 1. Paulus dicit, iusto non esse legem positam, sed impijs & peccatoribus, & sceleratis; postea subdit, vt mendacibus & periuris. Præterea Priscillianistæ dicebant, eis licere periurium ad occultandam eorum doctrinam, quibus Resp. aut eorum doctrina est contraria Euangelio, aut conformis: primo casu non essent dicendi christiani; secundo autem facerent contra Euangelium, quod docet prædicandum esse omni creaturæ Math. vltimo.

IVRISDICTIO. CXI.

IVrisdictionem temporalem, seu ciuilem Ecclesiam non habere, hæresis est. Turrianus lib. 3. cap. 11. & seq.

IVSTIFICATIO. CXII.

PRima hæresis est: Hominem suis viribus absque diuina gratia posse iustificari Conc. Trid. sess. 6. Can. 1. & seq.

Secunda dicens: Opera omnia quæ fiunt ante iustificationem, esse peccata ibid. Cap. 7.

Tertia asserens: Sola fide hominem iustificari ibid. Can. 9. & seq.

Quarta dicens: Dei præcepta etiam homini iustificato impossibilia esse ibid. Can. 18.

Quinta dicens: Hominem iustificatum non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei ibidem Can. 20.

Sexta dicens: Iustificatum sine auxilio Dei perseuerare posse, vel cum eo non posse ibid. Can. 22.

Septima dicens: Hominem iustificatum peccare non posse, & qui peccat, nunquam verè fuisse iustificatum ibid. Can. 23.

Octaua dicens: Iustitiam acceptam non conseruari, vel augeri per bona opera ibid. 24.

Nona dicens: Iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur ibid. Can. 31.

Decima dicens Hominis iustificati bona opera ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita ibid. Can. 32. de hac dicam ver. Opera ver. Libertas, ver. Peccatum, ver. Prædestinatio.

IVSTITIA. CXIII.

OSiander dicebat hominem iustum fieri ea iustitia, qua Deus essentualiter iustus est.

Contra

Contra facit primo Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus. Secundo Ephes. 2. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis. Tertio 1. Ioan. De plenitudine Christi omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quarto ad Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Iustitia igitur nostra non est Dei essentia; sed creatum quoddam Dei donum est.

IVSTVS. CXIIII.

IOuinianus hæreticus asserebat: Eum, qui semel per lauacrum regenerationis fuerit iustificatus, non posse amplius peccare, contra quem dixi supra tit. de Gratia.

Alius est error Lutheri dicentis, iustum in omni bono opere peccare, contra quem dicemus infer. tit. de Operibus.

Tertia hæresis est, quæ asserit Omnem iustum esse certum suæ iustificationis, & esse fide catholica obligatum ad habendam hanc certitudinem, ita vt si de illa dubitet, non possit verè dici fidelis christianus.

Huius hæresis inuentor est Lutherus, contra quem diximus supra tit. de Gratia.

LABOR. CXV.

PSalliani hæretici in Syria fuerunt Monachi dicentes Nullum manuum laborem esse Monachis licitum, etiam substentandæ vitæ causa; in hoc enim se esse Monachos profitebantur, vt ab omni labore manus vacantes orationi semper insisterent.

Contra facit primo exemplum Pauli Apostoli, qui inter perfectos merito connumerari potest, proprijs manibus laborauit; quamuis sine labore viuere posset de Euang. 1. Cor. 9. Secundo idem Paulus hos ociosos reprehendit 2. Thes. 3. dicens Oportet imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo; sed in labore & fatigatione, nocte & die operantes &c. Tertio idem Paulus ad Eph. 4. Qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Quarto idem Paulus Act. Apost. 20. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi vos scitis, quoniam ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ &c. Quinto hæc fuit sententia com. Hieron. in Epistola ad Rusticum, Basil. in Regula cap. 67. Benedicti Francisci in reg. cap. 6. Sexto Concil. Cartag. 4. cap. 52. Præcipit omnibus clericis proprijs manibus laborare ad euitandum ocium: Non obst. 1. Ioan. 6. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitā æternam; nam Resp. ex mente Theophylacti, quod non dixit Dominus noster, vt corporalem operationem velit amouere, & ad ocium cogere; omnem enim malitiam docuit ociositas Eccl. 33. & si oportet euidenter dicere ipsum ocio- sè viuere, cibus est qui perit, & ita eum qui Christum sequitur, oportet operari, vt habeat quod & alij communicet: hoc enim habet mercedem, & promissionem futuri regni; secundo Resp. ex mente Basilij in c. 67. quod pro nobis ipsi soliciti esse non debemus, sed laborare propter mandatum Domini, & propter necessitatem proximorum, maxime, quia Dominus recipit in se ipsum ea, quæ in seruos eius fecerimus. Vnde ad Ephes. 4. Omnia ostendi vobis, quia laborantes oportet suscipere infirmos. Secundo non obst. Luc. 10. Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima; nam Resp. dictum ad Martham non de opere est, & operatione, vel ocio, sed de temporis obseruatione, & ne tempus audiendi consumatur in occupationes parandorum ciborum: persuadet igitur ei, ne perdat tempus doctrinæ frustra propter occupationem, in his, quę sunt ventris. Nō obst. tertio Matth. 6. Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? & iterum Nolite ergo soliciti esse in crastinum; crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi; nam Resp. quod per hoc non reijcit operationem; aliud enim est solicitudo, & aliud operatio; fieri enim potest, vt solicitus non sit, qui operatur. ita interpr. Theoph.

Secunda hæresis est, quæ cum præcedenti pugnat, quæ docet Omnes Monachos absque vllo discrimine teneri ad laborem manuum, vt ex illo sibi victum acquirant, nec posse illos alio modo sibi victum parare, quam per laborem manuum.

Huius hæresis est Author Vuilelmus, de S. Amore, quem sequuti sunt Ioannes Vuicleph, & Lutherani.

Contra facit primo ratio; quia si Monachus aliquo morbo laborat, non tenetur proprijs manibus laborare Act. 20. Cum Myleti esset Paulus omnes præsbyteros, quos ad eum locum ex Ephesο asciuerat, docuit, vt infirmi alerentur ex aliorum labore; non ergo indistinctè omnes Monachi tenentur laborare. Secundo Aug. lib. de opere Monach. cap. 25. sentit Monachos, qui in seculo diuites fuerunt, & delicatè vixerunt, ad laborem non esse cogendos. Tertio prædicatores verbi Dei, & omnes doctores, qui verbo aut scripto alios docent, possunt absque labore manuum manducare, & potestatem habent à Domino accipendi ea, quæ sunt, ad vitam necessaria ab illis, quos docent Math. 10. Dignus est operarius mercede sua, & Luc. 10. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt; dignus est enim operarius mercede sua; aduerte, quod dixit operarius, non autem Prælatus, aut Pastor, aut Curatus, aut Præpositus, vt innueret mercedem esse debitam operi, & non prælationi, & Paulus ad Rom. 15. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibus ministrare eis 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & Deut. 25. Non alligabis os boui trituranti; & idem Paulus Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si nos carnalia vestra metamus, & 2. Tim. 2. Laboran-

borantem agricolam nportet primum de fructibus accipere, & 1. Cor. 9. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altari deseruiunt cum altari participant? ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, & in Concil. Constantiensi sess. 8. art. 24. vbi refellitur articulus Ioan. Vuiclephi, qui ait, Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandolosa, & præsumptuosè asserta, pro quanto generaliter, & sic indistinctè loquitur; & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere. Nō obst. quod Paulus laborauit, ergo & Monachi laborare tenentur: nam Resp. quod Paulus id egit ex perfectione; nam si voluisset viuere ex Euangelio potuisset, sicuti Petrus, & alij Apostoli fecerunt 2. ad Thes. 3. Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandum nos. Secundo non obst. 2. Thes. 3. Nam cum essemus apud vos, hoc tenūciabimus vobis; quoniam, si vult quis non operari, nec manducet; nam ibi negatur cibus ociosis, qui nullam prorsus occupationem habent, per quam digni sint, quod panem manducent, quod non contingit in Monachis prædicantibus, & altari seruientibus.

LACRHYMÆ. CXVI.

Eiulantes nihil Deo perinde gratum esse, ac lachrymas aiunt.

Contra facit Micheæ. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Hæc autem qui obseruabit, etiam si lachrymas interdum prætermittat; nihil refert.

LAICI. CXVII.

Laicos non teneri aliquem articulum explicitè credere, hæresis est, Director. p. 2. quæst. 10. hęr. 8. Item eos tam masculos, quam fęminas posse consecrare, hæresis est. Direct. p. 2. q. 14. hæt. 7.

LEX. CXVIII.

Cherinti, Ebion, & Nazaręi hæretici docuerunt legem veterem iuxta omnia illius præcepta esse seruandam simul cum lege noua.

Contra facit primo Galat. 3. Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat, itaque lex pœdagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur; at vbi venit fides, iam non sumus sub pœdagogo. Secundo Gal. 4. itaque non sumus fratres Ancillæ filij, sed Liberæ; qua libertate Christos nos liberauit. Tertio Gal. 5. Ecce ego Paulus dico vobis; quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Quarto ad Hębr. 7. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat. Quinto Act. Apost. 15. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab imolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos bene agetis. Non obst. Exod. 28. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eum, & in Leuit. 16. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno; nam Resp. quod non ideo vocatur sempiternum, quod semper esset duraturum, sed quia ad vitam, quodammodo disponebat æternam; vel dicitur sempiternum, quia erat figura testamenti æterni, vt inquit Gl. inter lin. ibidem Decret. 2. p. q. 6. nu. 36. cap. fin. ver. Hebionitæ 24. q. 3.

Secunda hæresis huic primæ contraria, est Marcionis, & Manichei, quæ docet legem veterem fuisse malam.

Contra facit primo Rom. 7. Quid ergo dicemus? lex peccatum est, absit: sed peccatum non cognoui, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces Exod. 20. Deut. 5. deinde dicit, itaque lex sancta quidem, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Secundo 1. Tim. 1. Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur, sciens hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis. Tertio ad Galat. 3. Itaque lex pędagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.

Si ergo fides Christi est bona, non est possibile quin lex vetus, quæ ad illam duxit, fuerit bona. Non potest esse malus pędagogus, qui bene pueros instruit. Quarto Matth. 8. vbi Dominus legem verbo, & opere commendauit, nam leproso mundato præcipit, vt iuxta legem Moysi ostenderet se sacerdoti.

Tertia hæresis est, quæ dicit Omnem hominem in lege sua bene viuentem posse saluari, siue Iudęus ille sit, siue Sarracenus, siue Paganus.

Contra facit primo ad Hębr. 11. Sine fide (inquit Paulus) impossibile est placere Deo. Secundo 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Tertio definitio Ecclesiæ capit. firmiter, de Summa Trin. & fide Cathol. ibi Vna est fidelis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur.

Quarta hæresis asserit legem Ecclesiasticam pertinere ad legem seruitutis, Turrianus lib. 4. cap. 16.

LIBERTAS. CXIX.

Prima hæresis est Lutheri, & eius sequacium dicentium Hominis arbitrium non esse liberum, neque habere vllam actiuitatem in suis operationibus, quoniam non eum agere, sed potius pati contendunt.

Pro refellenda hac praua, atque hæretica opinione nota, quod libertas accipitur tribus modis. Nam aliquando libertas significat gratiam, per quam liberamur à seruitute peccati, Paulus 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas, & ad Rom. 6. Cum enim serui essetis peccati, liberi facti estis iustitiæ. Secunda libertas est, quæ sola habetur in glo-

tia,

ria, vel eſt ipſamet gloria; de qua ad Rom. 8. Et ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Tertia eſt libertas, quæ opponitur neceſſitati, vel (vt verius dicam) coactioni; quando vero dicimus hominis arbitrium eſſe liberum, de hac libertate intelligimus, ita vt ea ratione dicamus eum eſſe liberum, quia videlicet cum operatur, poteſt non operari, & cum nihil operatur, poteſt operari.

Pro qua libertate, & contra hanc primam hæreſim facit primo, quod dixi ſupra titul. de Fato, Secūdo Geneſ. 4. ibi Dixit Dominus ad Cain. Non ne ſi bene egeris recipies: ſin autem malè ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? ſed ſub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Tertio Exod. 35. Omnes viri, & mulieres mēte deuota obtulerūt donaria, vt fierent opera, quæ iuſſerat Dominus per manus Moyſi: cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt. Quarto Leuit. 22. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus, quam de ouibus immaculatum offeret, vt acceptabile ſit, & poſt pauca ſubiungit; Bouem, & ouem, aure & cauda amputatis, voluntarie offerre potes: votum autem ex his ſolui non poteſt. Ecce quam apertè oſtēdit libertatem diſtinctam à neceſſitate, cum inquit, vel vota ſoluens, vel ſpontè offerens. Quinto Num. 30. Statuit Dominus, vt mulier vouens non ſit voti rea, niſi marito conſentiente, cum ergo marito detur optio, conuincitur eum eſſe liberum. Sexto Deut. 30. Teſtes inuoco hodie cœlum, & terram, quod propoſuerim vobis vitam, & bonum, benedictionem, & maledictionem, elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum. At electio non eſt niſi eorum, quæ ſunt in noſtra poteſtate, ergo habemus liberum arbitrium, vndè Iudæis data eſt electio, an ſequi velint Deum, vel non, Ioſuę vltimo; & Dauid Regi datur optio eligendi vnam ex tribus plagis 2. reg. 24. & Salomoni dictum eſt, poſtula quod uis vt dem tibi 3. Reg. 3. Septimo 1. Par. 29. Si quis ſpontè offerat, impleat manuum ſuam hodiè, & offerat quod voluerit Domino. Id autem quod ſpontè fit, ſine vlla cogente neceſſitate fit. Octauo Pſal. 53. Voluntarie ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt; & Pſalm. 118. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine, & iudicia tua doce me. & ibidem. Anima mea in manibus meis ſemper, & Pſalm. 107. Paratum cor meum Deus paratum cor meum; cantabo, & pſallam in gloria mea, & Pſalm. 26. Adiutor meus eſto ne derelinquas me; cum Deum petat adiutorem, operatorem ſe oſtendit, quoniam ſi noſtrum arbitrium nihil agit (vt teſtatur Lutherus) ſed ſolum recipit, Deus non adiutor dicendus eſt, ſed integer & ſolus operator. Nono Sap. 16. Subſtantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filio habes oſtendebas: & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. Decimo Eccl. 15. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata, & præcepta ſua. Si volueris mandata conſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Appoſu [i] tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrigere manum tuam. Antè hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Vndecimo Eſa. 6. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas; ſi omnia neceſſitate abſoluta eueniunt, (vt dicit Lutherus) & hominis arbitrium à Dei præſciētia cogitur ad opus: quare expectabat vuas à vinea, cum ipſe ſciret eam producturam labruſcas? Duodecimo Eſa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis; quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Tertiodecimo Hier. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Quod ſi fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum, vt facerem ei. Quartodecimo Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur, & infra, Si autem auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitates ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat non recordabuntur; in quibus duabus authoritatibus vltimis, apparet adeſſe homini liberā poteſtatem, bene & malè agendi; quod patet exemplo Suſannæ Daniel 13. Anguſtiæ mihi ſunt vndique, & quid eligam ignoro. ſi enim hoc egero, mors mihi eſt; ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras. Huc vſque ad conſultationem pertinet: audi deliberationem, & electionem. Sed melius eſt mihi (inquit illa) incidere in manus veſtras, quam derelinquere legem Dei mei. Per hanc autem electionem elegit vnam partem, altera reiecta, quam potuiſſet amplecti. Modo accedamus ad teſtimonia Noui Teſtamenti, & primo facit Mat. 23. Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti? Ecce Deo volente homines nolunt. Secundo Luc. 9. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Tertio Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri; ſimiliter Acta Apoſt. 5. Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui ſancto: & fraudare de pretio agri? Non ne manens tibi manebat; & venundatum in tua poteſtate erat? Quarto Paulus 1. Corin. 7. Qui ſtatuit in corde firmus non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Quinto 1. Corin. 15. Abundantius omnibus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum, non dixit gratia Dei per me, ſed gratia Dei mecum; & rurſum Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem: Dei enim adiutores ſumus. Sexto 2. Cor. 9. Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus. Septimo ad Philemonem

monem. 1. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Octauo 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est, gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontè, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis. Nono Apocal. 2. Et dedit illi tempus, vt pęnitētiam ageret, & non vult pęnitere à fornicatione sua; Decimo facit com. opin. doct. Iren. lib. 4. aduers. hæres. cap. 71. Tertull. libr. 2. aduersus Marcionem, Cyprian. Epist. 3. lib. 1. Hieronymus in Epist. ad Hebidiam, Basil. in opusculo, quo probat Deum non esse authorem malorum, Greg. Nissen. in libello de libero arbitrio, Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, Isichius lib. 1. super Leuit. 1. Ioan. Damasc. lib. 2 de fide Orthodoxa, cap. 25. Chrysostom. Homil. 60. super Math. Ambr. lib. 1. de vocatione gentium cap. 3. Aug. lib. de vera Relig. cap. 14. & lib. 3. Hypognosticon, & contra Fortunatum Manicheum disp. 2. & contra Crescentium Grammaticum lib. 2. capit. 51. & in libris tribus de libero arbitrio, Lactantius lib. 2. diuin. instit. c. 9. Ioan. Cassianus lib. de collucation. Patrum coll. 3. cap. 12. & coll. 7. cap. 8. Leo serm. 16. de passione, Prosper. lib. de liber. arbitrio, Theoph. super Lucam de filio Prodigo; Bernard. lib. de gratia, & libero arbitrio. Anselm. super 2. Timot. 1. & in tract. de libero arbitrio. Vndecimo contra hanc hęresim facit ratio; quia peior esset hominis conditio, quàm cuiuslibet bestiæ, immo quam lapidis, & cuiuslibet stipitis: nam his rebus nemo imputat peccatum, aut vituperium aliquod, eò quod necessariò, & à natura faciunt quicquid faciunt. Homini verò, qui iuxta istorum hæreticorum sententiam, cum peccat, necessario peccat, rependitur pro peccato suo non solum vituperium, & pœna temporalis, sed æterna damnatio; si peccatum non fuerit illi dimissum. Præterea si hæc assertio hæreticorum esset vera, iam non esset dicendus Deus pius, & misericors; sed crudelis Tyrānus, cū vellet homines ex necessitate operari, & ob id victos postea increpet, & supplicium ab illis exigat; nos autem cantabimus cum Propheta Psalm. 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuū, & omnes viæ tuæ veritas. Duodecimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Arausicanum capit. 13. & Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. & seq. Non obst. quod obijciunt hæretici illud Ioan. 15. ibi Sine me nihil potestis facere; Nam Resp. fatemur Deum ita adesse libero arbitrio, & reliquis omnibus causis, vt sine eius adsistentia, & concausatione nihil agere valeant; quæ tamen cum ipsius adiutorio proprios motus agere possunt, sicuti vir sine fœmina non potest generare, non tamen sequitur, vt cum fœminæ adiutorio generare non possit; liberum tamen arbitrium, vt bene agat, speciali quodam eget auxilio diuino, sine quo etsi agere possit, non tamen bene, & hoc est illud, nihil quod sine Deo, idest sine eius gratia, nostrum potest liberum arbitrium; solenne est enim sacris literis, vt ea, quæ meritoria vitæ æternæ non sunt, nihil appellent, vt 1. Corint. 7. ibi Circumcisio nihil est, & præputium nihil est; sed obseruatio mandatorum Dei, & 1. Corint. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum; habita igitur generali Dei adsistentia, & concausatione, nihil hoc est nullum opus meritorium potest facere liberum arbitrium, sine speciali Dei auxilio, hoc est sine gratia Dei, per quam quis habet, vt vitam æternam possit mereri, Paulus Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: hac ergo gratia seclusa, etsi multa possit liberum nostrum arbitrium, cum Dei generali auditorio; non tamen potest mereri, & ita nec fructum vitæ æternæ ex se producere; iuxta illud Ioan. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, & hoc modo intelligenda sunt multa alia in sacris literis. Scio (inquit Hyerem. 10.) quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos, & Ioan. 3. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo & 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est, & Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Hæc omnia & similia non tollunt arbitrij libertatem, sed ostendunt nostri arbitrij insufficientiam, quod sine Dei auxilio non potest aliquid facere; quapropter dixit Paulus: non quod sufficientes simus &c. & omnis sufficientia nostra ex Deo est: vt aperte ostenderet, se non tollere libertatem, sed eiusdem libertatis sufficientiam. Secundo non obst. quod obijciunt Lutherani Ioan. 6. Nemo venit ad me; nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: nam Resp. hunc tractum diuinum non esse violentiam aliquam; quoniam non est aliud, quam vocatio quædam interna, & exortatio, & monitio, qua mouet, & monet voluntatem nostram ad bene operandum. Huic autem vocationi, & monitioni homo sępè resistit, inobediens existens, ex quo conuincitur talem vocationem non esse violentam; nam & Dominus hanc hominum resistentiam accusat, dicens Prouerb. 1. Vocaui & renuistis; extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Fatemur ergo tractū patris per gratiam præuenientem, quo secluso nostrum arbitrium moueri non potest ad bonum operandum. Sed sic nos attrahens Deus, in nostra nos dimittit libertate, vt quiescamus illi vocanti, & monenti; aut obduremus corda nostra, cū eius uocem audierimus, & in hoc est nostra libertas ad bonum & postquam Deus mouerit ad bonum, sit iam nobis liberum declinare ad id, quod magis placuerit, siue bonum siue malum: ante monitionem tamen est nobis potestas ad malum; sed non ad bonum, vt dixi supra tit. de Gratia hæresi. 1. & tit. de Fato, & de futuro contingenti. Non obst. tertio Paulus ad Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis: & iterum: Ergo cui uult miseretur, & quem uult indurat: nam Respond. quod ibi loquitur de uoluntate prædestinationis; & probationis diuinæ: dicitur enim ibi, quod prędestinatio diuina qua aliquos ab æterno Deus præordinauit ad uitā æternam, non pendet ex nostris meritis; sed ex sola misericordia diuina, quæ sine nostris meritis ad

tam

tam grande bonum nos elegit, & idem sentit, de reprobatione, ea videlicet, quæ non est actus positiuus suæ voluntatis, sed sola priuatio prædestinationis, qua non vult ordinare aliquem ad vitam æternàm. Hæc inquam reprobatio, fit sine nostris demeritis, sed per illam diuinæ maiestatis voluntatem, qua voluit hunc destinare ad gloriam; de qua re argui non potest, quia cum nulli Deus debeat, nulli etiam facit iniuriam, cum non dat, quod non debet: nam Dominus dixit Matth. 20. Amice non facio tibi iniuriam, tolle, quod tuum est & vade. Alia autem reprobatio, quæ fit per actum positiuum voluntatis, per quam Deus aliquem ordinauit ad pœnam æternam, nunquam fit sine demeritis; nunquam enim Deus est vltor (teste Augustino) quin prius aliquis sit peccator; non obst. quod talis prædestinatio sit infallibilis, & propter hóc nostrum arbitrium iuxta illam operari cogatur; quoniam qui præuidit finem prædestinatorum, videlicet gloriam æternam; prçuidit etim media, per quæ talis finis est acquirendus; opera scilicet bona, quæ cum Dei adiutorio illi sunt operaturi: ideo Petrus admonet nos ad bona opera, ne videlicet nos eorum securos reddat diuina prædestinatio, sed potius, vt operemur, quo ipsius prædestinationis finem cõsequi mereamur 2. Pet. 1. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, & Paulus, qui certo sciebat se esse prædestinatum, diligentissimus erat bonorum operum exequutor 2. Tim. 4. qui enim sciebat repositam sibi esse à Deo iusto iudice coronam iustitiæ, castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat, ne forte cum alijs prædicasset, ipse reprobus fieret; ex quo argumento satis aperte conuincitur, prædestinationem diuinam, nullam prorsus inferre necessitatem nostris operibus, aut in aliquo minuere nostri arbitrij libertatem. S. Thom. 1. p. q. 83. artic. 1. Ecchius tit. 31. de libero arbitrio Doct. comm. 2. sent. distinct. 25. & seq. F. Paulinus ord. præd. lib. 5. de concord. Eccl. cap. 1.

Secunda Lutheri hæresis est, quæ docet Hominem post diuinam gratiam deperditam, non posse aliud facere, quam peccatum.

Contra facit primo quæ dixi in proxima hæresi præcedenti. Secundo Ioan. primo. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius; quæ potestas magis est collocata peccatoribus, quia iusti iam sunt Filij Dei, per gratiam, quam babent. Tertio Apocal. secundo. Dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret; quod frustra daretur, si pœnitere non posset. Quarto Ezec. 18. Conuertimini (inquit Dominus) & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas, & Ioel 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, & Matth. tertio. Agite pœnitentiam, appropinquauit Regnum cælorum: frustra autem monentur ad pœnitentiam peccatores, si nihil aliud, quam peccare possunt. Quinto aliud definitio Ecclesiæ Concil. Trident. sess. 6. Canon. 7.

Tertia hæresis Iouiniani, & Pelagij docet Liberum arbitrium post receptam baptismatis gratiam non posse amplius peccare.

Contra facit primo, quæ dixi tit. de Gratia, hæresi secunda & huius tit. hæres. 1. Secundo facit ratio; si peccatum non tollit arbitrij libertatem, ita nec gratia; quoniam libertas est naturaliter insita humano arbitrio, ita vt per nullum superuenieus accidens tolli possit: quo fit, vt sicut in peccato existens propter suæ libertatis potestatẽ, poterat aliud peccatum vitare, ita in gratia existens propter eandem arbitrij libertatem, possit aliqua in posterum peccata committere.

Quarta hęresis docet Liberum arbitrium hominis suis viribus tantum posse diuina mãdata implere cap. fin. 24. q. 3. Direct. 2. p. q. 6. nu. 63. Turrianus lib. 4. cap. 2. & seq. Echius tit. 31. de libero arbitrio.

LIBIDO. CXX.

Libidini plene satisfaciendum esse; cum stimuli carnis infestant, hæresis est Direct. 2. p. q. 14.

LIMBVS. CXXI.

Sepulcrales hæretici negant Christum in anima descẽdisse ad inferos, sed ad limbum Patrum, & Beza negat limbum Patrum fuisse.

Contra facit Ignatius in Epist. 2. ad Trallianos ibi Christus descendit ad inferos solus, ascendit vero cum multitudine, & quadraginta dies conuersatus est cum Apostolis, August. Epistol. 57. & 99. ibi Quis nisi infidelis negauerit fuisse apud inferos Christum? Secundo facit sym. Apost. ibi Descendit ad inferos; vnde inferos non possumus interpretari Sepulcrum, cum ponantur diuersa, & separata.

LINGVA. CXXII.

Philaster in lib. de hæresibus docuit hunc errorem dicẽtem Ante Babel ędificationem fuisse plures linguas, omnibus tamen pariter fuisse notas.

Contra quam facit primo Genes. 11. Erat (inquit) terra labij vnius: nam licet Italus intelligat Hispanum, & Hispanus vice versa intelligat Italum, nullus sanæ mentis dicet, vnicam esse amborum linguam, cum sit cuique illorum propria lingua: intelligentia si quidem linguarum non valet efficere, vt duæ, aut tres linguæ vna dicantur. Secundo facit Genes. d. loco, ibi dicit, tunc primum cum Babel ædificari cœpit, confusum esse labium vniuersæ terræ. Tertio commun. opin. doct. Augustin. lib. de mirabilibus sacræ scripturæ capitul. 9. Eucherius lib. 2. super Genes. cap. 7. Ioseph. libr. 1. antiq. capitul. nono, citat Sybillam hoc idem testantem.

Secunda est hæresis dicentis Lingua vulgari esse vtendum ad populum in officijs Ecclesiæ Turrianus lib. 1. cap. 24. Hosius in Dialogo de Missa vulgari lingua celebranda pag. 321.

LITERÆ SACRÆ. CXXIII.

SVencfeldiani sacras literas pènitus abijciunt, & ab inspiratione dinina toti pendent.

Contra facit primo Ioan. 5. Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimonium perbibent de me. Secundo ad Roman. 15. Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. Tertio 2. Tim. 3. Sacræ literæ te possunt ad salutem instruere per fidem, quæ est in Christo Iesu; Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonnm instructus.

Item Luterani solùm literis sacris esse credendũ dicunt, nec alia esse in fidem & mores transferenda præter illa, quæ in expresso Dei verbo cõtinentur.

Contra facit, quia ipsarum scripturarum canonem, ex non scripta tradinone accepimus. Secundo quia Spiritus sanctus non per solas nudas scripturas loquitur, sed per Christum Heb. 1. per Prophetas Luc. 2. per Apostolos Matth. 10. per Euangelistas Luc. 10. per Pastores, & Doctores ad Ephe. 4. per Concilia vniuersalia, Matth. 18. & Act. Apostol. 15. per traditiones Apostolicas 2. Thes. 2. per generales Ecclesiæ consuetudines 1. Cor. 11. & denique per Spiritum sanctum Ecclesiam suam docet, docebitque à modo vsque in sempiternum. Ioan. 15. non se obligans ad solam cartam, & attamentum, deditq; Sacerdotes ad ambiguitates definiendas, Deut. 17. Et iussit legem ex ore sacerdotum requiri. Malac. 2. de quibus dixit Dominus. Qui vos audit, me audit Luc. 10. ipsisque iussit docere omnes gentes, vt seruarent omnia quæcunq; mandasset illis. Matth. 28.

MALVM ET MALITIA. CXXIIII.

MAlum nihil est ex sui natura, hoc est nulla res est mala ex natura, vt dixi, supra titulo de Creaturis hæresi secunda.

Malum autem, quod accidit rei duplex est. Nam quoddam est malum culpæ, aliud est malum pœnæ, quod rectius dicitur damnum: iuxta quam partitionem mali, partitæ sunt etiam hæreses, quæ de malo loquuntur.

Prima hæresis est Floriani dicentis Malum esse à Deo, & Deum facere mala.

Contra facit primo Matth. 7. Non potest arbor bona fructus malos facere: at Deus bonus est, ergo bonos fructus facit. Secundo Roman. 11. Si radix sancta & rami; at nullus verè sanctus nisi Deus, quem ita clamabant duo Seraphin dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Esa 6. Tertio facit ratio; quia nulla creatura est mala ex sua natura, dicendum ergo esset quod Deus esset author vitiorum, & peccatorum quod absit; nam Oseæ 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum, & certe si esset causa malorum, vtique nimis iniustus esset, si nos puniret propter mala, quæ ipse operatus est; non obst. quod dicit Paul. ad Rom. 9. O homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicet figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? At non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? ex quibus verbis fortè videtur alicui Paulum asserere, mala esse à Deo, cum dicat Deum fecisse aliqua vasa in contumeliam; nam Resp. quandoque permissionem Dei vocari illius actionem Exod. 4. Ego (inquit Deus) indurabo cor Pharaonis; tunc enim Deus peccatorum corda indurat, cum illos pro magnitudine suæ bonitatis tolerat, non eos statim puniens, sed expectans ad pœnitentiam, simile Ezech. 14. Ego decipiam illum Prophetam; & Dominus subdit iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Prophetæ erit; eodem modo intelligendum est dictum Pauli; nam Deus dicitur facere vasa in ignominiam, non quod ipse fecerit ea ignominiosa, sed quia postquam Deus fecit vasa, id est homines quantum ad eorum substantiam bonos, illi Deo permittente lapsi sunt in ignominiam, non quod Deus hominem malitia imbuat, sed quod homo abusus sit Domini benignitate, ad augendam suam malitiam.

Secunda hæresis docet. Aliquas esse creaturas ex se malas productas, non à Deo summo bono; sed à quodam alio principio omnium malorum, quod dicit esse summum malum.

Huius hæresis Author est Manichæus; contra quam facit quod dixi supra tit. de Creaturis hæres. 2. & tit. de Deo hæres. 1.

Tertia hæresis negat, Deum facere aliquod malum, qualecunque illud fuerit.

Huius hæresis Author fuit Colutus, à quo Colutiani dicti sunt.

Hæc sententia dicitur hæretica; quoniam afflictiones, & angustiæ mala vocantur in sacra scriptura, non quod ex se mala sint, sed quod sint, aut videantur mala tolerantibus.

Contra facit primo Esa. quadragesimoquinto, Ego Dominus, & non est alter formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum; malum hic dixit bellum, non quod in se sit malum, sed quia nociuum est illud substinẽtibus. Secundo Hier. 11. Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt, quod ibi loquatur, de tribulationibus, patet inferius ibi, Clamabunt ad Deos, quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. Tertio Ionæ tertio. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de vita sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Quarto Matth. sexto, ibi Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia sua: hoc est sufficit cuique diei, vt pro necessarijs ad illum diem tribulationem & angustiam quis tolleret, Quinto, Amos tertio. Non est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit, hoc est nulla est tribulatio, vel angustia, quæ non veniat à Domino, illam aut faciente, aut permittente, cap. fin. 24. q. 3. ver, Colotiani,

Quarta est hæresis, quæ docet Malos Reges, aut Pseudoprophetas non à sua venire voluntate, sed à Dei iussione procedere dicit.

Contra hanc hæresim facit primo Hiere. 27. de malis Prophetis loquens dixit, Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis, Non seruietis Regi Babilonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis, quia nō misi eos, ait Dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter vt eijciant vos, & pereatis tam vos, quā Prophetæ, qui vaticinātur vobis. Secundo hoc dicitur de malis Regibus, qui non mittuntur à Domino Oseæ 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui. Mali ergo Reges non à Deo mittuntur, vt mali fint, sed suo ipsorum arbitrio mali fiunt; non obst. 3. Reg. 12. ibi: A me factum est verbum hoc, vbi Hieroboam ex ipso Deo regnauit; nam Resp. quod in sacris literis multa fieri à Deo dicuntur, eo quòd illa fieri permisit, sic intelligitur 1. Rom. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Tradidit dixi pro eo, quod est permisit, sic Psalm. 80. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis; sic intelligendum est de malo Propheta, qui populo propter ipsius iniquitatem datus est, Ezech. 14. ibi: Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum; quando autem dixit, Ipsi regnauerunt, & non ex me &c. intelligendum hoc factum esse, non ex Dei consilio, aut eius præcepto: & nota, quod in malo Rege duo considerranda sunt; primum propria illorum nequitia; alterum quod malus ille existens, alijs prophetet, aut regnet, Primnm, videlicet regis, aut prophetæ culpa nunquam est à Deo, & contrarium sentiens manifesta esset hęresis, & blasphemia in Deum. Alterum verò quod malus Rex vel Propheta regnet, vel prophetet, hoc Deus facit propter peccata populi, non quidem, vt prophetando decipiat, aut regnando Tyrannidem exerceat, sed ad eliciendum bonum, nempè, vt populum puniat, iuxta dictum Iob. 34. Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi; non enim Deus fecit illum hypocritam, sed cum iam ille sit hypocrita, & malus, illum Deus regnare facit propter peccata populi. Vnde Esaia 10. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius in dignatio mea &c. & Paulus. 2. Thes. 2. Eo qđ charitatem veritatis nō receperunt, vt salui fierent; ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati.

Quinta hæresis docet: Mali esse naturam quandam, & Deum malum, Direct. 2. p. q. 6. nu. 31. c. fin. 24. q. 3. ver. Manichei.

Sexta hęresis est: Mala tantum placere Deo, quantum bona, Direct. 2. p. q. 10.

MANDATA.
CXXV.

Mandata Dei posse ab homine per solas vires naturæ impleri, hæresis est Pelagij, Direct. 2. parte quęstio. sexta, numero sexagesimotertio, cap. si. 24. quæst. 3.

MARIA VIRGO.
CXXVI.

Eluidius asseruit Beatam Dei genitricem post Christi natiuitatem fuisse carnaliter cognitam à Ioseph viro suo: contra facit Cathec. in 3. artic. pag. 53

Contra hunc hęreticum facit determinatio vniuersalis Ecclesiæ, quæ sentit, Dei genitricem fuisse perpetuò virginem, quoniam sic eam vbique appellat nomine virginis intactę, & intemeratæ. Secundo com. opin. doct. tam Græcorum, quàm latinorum, inter Græcos Theophil. Damas. Basylius, Chrysostom. Origenes. Tertio facit ratio; quia sicuti in sepulcro Christi nec ante, neque post quisquam alius positus est, ita nec in ventre virginis, nec antea, neque post alius positus est; si tantus honor sepulcro exhibitus est, multo magis ventri virginis Mariæ; Non obst. Matth. 1. ibi. Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens, & iterum Non cognouit eam Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum: ex quibus uerbis colligit Eluidius Dei genitricē, postquam peperit Christum, esse à Ioseph cognitam carnaliter, eamq; peperisse filios alios, quos (vt ait) Euangelium appellat fratres Christi; nam apud Matth. 12. dicunt Iudæi Christo, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te; nam Resp. quod Christus moriens commendasset eam alicui ex filijs eius, non autem Ioanni; ad illud, quod dicit Matth. Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens; nam Resp. quod illa dictio antequam sæpè dicitur per comparationem ad ea, quę ventura erant, si alio modo eorum euentus non fuisset prohibitus Esa. 65. Antequam clament ego exaudiam; quia enim multa concedit Deus nobis non petentibus; dicitur exaudire nos, antequam clamemus. Et tamen ibi illa vox antequam non dicit respectum ad futura, quoniam nullus clamat, postquam exauditus est, sic Mat. 1. antequam conuenirent inuenta est in vtero habens, quia etsi postquam inuenta est, nunquam tamē conuenerunt. Non obst. illud Mat. 1. Non cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum, nam Resp. quod dictio donec, non significat finem & terminum actus designati per verbum cui additur, ita vt post talem finē iam postea non sit tale opus, aut operatio, per verbum, cui additur designata; sed solum significat continuationem actus per verbum, cui additur designati, nullo habito respectu ad sumra, siue ille idem actus postea succedat, siue non, Esa. quadragesimoquinto. Vsque ad senectam ego portabo eos, & tamen postquam senuerimus nō minus portabit nos, & Psalm. 20. Vsque in senectam & senium Deus non derelinquas me: donec annunciem brachium tuum generationi omni, quę ventura est; vbi sunt talia aduerbia, videlicet vsq; donec, & tamē post illa tēpora non petit Dauid derelinqui, & Matth. vlt.

Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, & tamen post erit nobiscum; de coruo, quem misit Noë ab arca dicitur, quod nō reuertebatur, donec siccarentur aquę; qui tamen nunquam postea fuit reuersus, etiam siccatis aquis, sic Psalm. 122. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri; & tamen semper habebimus oculos ad Dominum nostrum, iuxta Psal. 18. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, & Psalm. 118. Tota die meditatio mea est, simil. Paul. 1. Cor. 15. Oportet illum regnare, donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum; & tamen Luc. 1. dicit Regni eius non erit finis. Non obst. etiam quod dicit Eluidius, (Christus est (inquit ille) primogenitus virginis, ergo habuit alios deindè filios; nam Resp. quod non semper hęc uox primum, aut primo genitum, dicitur per comparationem ad secundum, sed id quod solum est, dicitur aliquando primum, & primogenitum. Num. 18. Quicquid primum erumpit de uulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue ex pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita duntaxat, ut pro hominis primogenito precium accipias. Ecce uno contextu uocatur primum, & primogenitum etiam id quod solum est; nam aliàs, qui unum tantùm filium habebat, non teneretur illum offerre Deo, quod est falsum, quia Dei genitrix nullum alium filium habebat, quando filium suum manibus Simeonis obtulit, Luc. c. secundo. Non obst. quod in Euangelio dicatur Christum habuisse fratres, quia in literis appellantur fratres illi, qui nobis consanguinitate sunt coniuncti, quamuis non sint ex iisdem parentibus orti, Genes. 13. ubi Loth. uocatur frater Abraham, quem tamē eadem scriptura testatur fuisse filium fratris Abrahæ. Direct. 2. p. q. 6. numer. 46. cap. fin. uers. Antidicom Mariæ 24. quæst. 3.

Secunda hæresis est Nestorij asserentis Beatam Virginem Mariam non esse dicendam Dei genitricem; dicit. n. in Christo esse duas personas, unam uidelicet humanam, secundum quam Maria dicitur Mater Christi; & alteram diuinam, secundum quam dicitur Maria non esse Mater Dei. Contra quam vide quæ dixi supra tit. de Christo hæresi tertia, Direct. 2. p. q. 6. nu. 64. p. 2. quęst. 13. cap. fin. ver. Nestoriani 24. quæstio. 3.

Tertia hæresis docet Mariam relaxare culpas, & peccata, Direct. 1. p. in art. Raym. 52.

MARTYRIVM CXXVII.

Basilides dixit, Non esse aliquod crimen negare Christum persecutionis tempore.

Contra facit primo Sapient. 1. Os quod mentitur occidit animam: at qui ore negat, corde autem fatetur, mentitur; occidit ergo animam, quæ multo melior est corpore. Nolite enim timere eos, qui occidunt corpus, animam autē non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest corpus, & animā mittere in gehennam, Matth. 10. & infra dicit, Omnis ergo qui confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est; qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Secundo Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Tertio Roman. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris: corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem. Quarto Act. Apost. 1. Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Hierusalem, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ; quod si in persecutione negassent Christum ore, corde autem confiterentur, essent falsi testes, & mendaces, & Prou. 21. dicit Testis falsus peribit.

Secunda hæresis Petiliani Donatistæ docet, Eos qui se pro peccato commisso interimunt, eo quod puniunt in se quod dolent commisisse, debere martires nuncupari.

Contra hunc errorem facit exemplum Iudæ Matth. cap. 27. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem iustū: Iudam autem fuisse damnatum nullus Catholicus dubitat, cum Psalm. 108. de eo dicat, Cum iudicatur exeat condemnatus; & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter; de qua subrogatione Iudæ dicitur Act. Apost. 1.

Tertia hæresis est Circumcellionum, qui dicunt Omnes, qui mortem vltraneò patiūtur, esse martyres dicendos, siue talem mortem ab alijs inflictam patiantur, siue eam sibi ipsis infligant.

Contra facit primo Exod. 20. ibi Non occides, conc. Matth. 5. vbi quælibet hominis occisio prohibetur præter illam, quæ ex præcepto Iudicis in vindictam malefactorum fit; si ergo non licet occidere alium, multo minus se ipsum. Secundo facit ratio, quia hoc esset contra naturalem inclinationem, quę est ad cōseruationem vitæ. Tertio si interfectio sui ipsius esset martyrium meritorium, vtique Paulus non prohibuisset custodi carceris, qui voluit se interficere Act. Apost. 16. Direct. 2. p. q. 6. nu. 53. c. fi. vers. Circumcelliones 24. q. 3

MATRIMONIVM CXXVIII.

Hæresis est asserere Matrimonium esse malum Direct. p. 2. q. 11.

Item Matrimonij, & Virginitatis nullam esse distantiam 2. p. q. 6.

Item Matrimonium dissolui per fornicationem, Turrianus lib. 5. c. 10.

Item Matrimonium non esse sacramentum hæresis est, Echius tit. 11. de matrim.

Idem si quis dicat, eius causam spectare ad Iudicem secularem Turrian. 11. libr. quinto Hosius tit. de sacram Matrim. capit. 55. & seq. Concil. Trident. sess. 24. Can. 1. De hoc dicam latius infra verb. Nuptiæ.

MEDI-

MEDICINA. CXXIX.

ARnoldus à villa noua docuit, medicinæ opus gratius, atque acceptius eſſe Deo, quam altaris ſacrificium.

Contra facit, quia anima eſt pretioſior corpore, vnde dicitur: Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem occidere nō poſſunt: damnatur vt per Prateolum lib. 1. nu. 69. verſ. 5.

MELCHISEDECH. CXXX.

MElchiſedechiani dicebant, Melchiſedech ſacerdotem non fuiſſe hominem purum, ſed fuiſſe Chriſtum, aut aliam quandam Dei virtutem.

Contra facit primo Geneſ. 14. At verò Melchiſedech Rex Salē proferens panem, & uinū, (erat. n. ſacerdos Dei Altiſsimi,) benedixit ei, & ait: Benedictus Abrahā Deo excelſo, qui creauit cœlum, & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt, & dedit ei decimas ex omnibus: ex quibus verbis colligitur quod Melchiſedech fuit homo, non autem Chriſtus, nec aliqua Dei virtus, non enim eſt Deus unius regni ſoli Dominus, nec Deus eſt Deo ſacerdos, neq; Deus reddit gratias Deo. Secundo Hebr. 7. dicit, quod Melchiſedech per omia aſsimulatus fuit filio Dei, at omne, quod aſsimilatur alteri, non eſt eiuſdem naturæ indiuiduæ cum illo, Spiritus ſanctus eſt eiuſdem naturæ cum Filio Dei, non ergo Melchiſedech dicitur Spiritus Sanctus. Non obſt. quod Melchiſedech dicatur ſine Patre, & ſine Matre, & non habere initium dierum, neque finem uitæ, nam Reſp. quod per hoc non dicitur, quód nō habuerit Patrem, & Matrem, & quod non mortuus fuerit, ſed quod ſcriptura non expreſsit de Patre, & Matre eius, nec etiam de eius morte capit. final. vigeſimaquarta quæſt. 3.

MENDACIVM. CXXXI.

IOannes Caſsianus docet hāc hæreſim, quod licitum ſit mentiri pro uita hominis ſaluanda, aut pro magno beneficio homini impendendo, nec ſolum hoc, ſed etiam humilitatis cauſa, ut uidelicet, uirtutes ſuas mēdacio contegat, de hoc tractat Hoſius tit. de octauo præcepto: capit. 83. Cathec. in 8. præc. pag. 480.

Contra facit primo Pſalm. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Secundo Pſal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo; dixit infer. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolū in lingua ſua. Tertio Sapient. 1. Os quod mētitur occidit animam. Quarto Eccl. 17. Noli velle mentiri omne mendacium: Qui omne mendaciū prohibuit, nullo permiſit. Quinto Iob. 27. Nec lingua mea meditabitur mendacium. Sexto commu. opin. doctor. Auguſt. ſuper Pſalm. 5. Greg. libr. 18. Moral. Iſid. in libr. Synonymorum, & Ariſt. in 4. Eth. dicit mendacium per ſe malum eſſe. Septimo adeſt definitio Eccleſiæ capit. ſuper eo, de vſuris, ibi cum ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri, Nō obſtant exempla aliquorum ſanctorum Patrum quî viſi ſunt mentiri, vt Abraham, qui dixit Saram eſſe ſuam ſororem, quæ non erat; nam ad hoc Reſp. eos non fuiſſe mentitos, quoniam etſi verum occultarunt, falſum tamen non dixerunt; aliud enim eſt occultare verum, aliud dicere falſum; preterea dato quod aliquod falſum dixerint, aut ſimulando fecerint, talem falſitatem ſcriptura non laudat, non enim eorum geſta omnia, quæ in ſcriptura narrantur, propterea quod ſcipta ſunt, laudantur; alioquin fieret, vt aliqua eorum peccata, quæ vt homines commiſerunt, etiam eſſent laudata; quod abſit, vt fuit homicidium, & adulterium Dauid; præterea dato, quod aliqua facta, vel dicta ſanctorum Patrū in facie appareant mendacia, & falſa, & laudantur, illa iuxta Myſterium latens accipienda ſunt, non iuxta literæ corticem, quemadmodum Iacob dixit ſe eſſe Eſaù, primogenitum Iſaac: Qui iuxta literæ corticem verus non erat; per ſpiritum tamen prophetię, qua vſus eſt verum dixit, Geneſ. 27. eo. enim facto figurauit, & prophetauit minorem populum, videlicet Gentilium ſubſtituendum fore in locum primogeniti, videlicet populi Iudæorum cap. Gaudemus de diuort. vbi ita interpretatur ille textus; ad illud quód dicunt cauſa humilitatis eſſe mentiendū adducunt Matth. 6. Non videaris hominibus ieiunans; ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito & infra: Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua, & iterū, Qui talia opera faciunt receperunt mercedem ſuā; nam Reſp. ex mente diui Auguſtini, quod Deus per illa verba non opus, ſed intētionem prohibuit; prohibuit quidem inanis gloriæ appetitum, ita vt etiam ſi opera noſtra publicè fiant, non hac intentione fiant, vt videantur; ipſam tamen operum manifeſtationem non prohibuit, alioquin eſſet ſibi contrarius Matth. capit. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cęlis eſt, dixi in ſumma pec. capit. q. 26. tit. 6.

Secunda hæreſis docet, Mentiri licere cōtra proprium iuramentum, & Sectam ſuam, quantum poſſunt occultare, Direct. 2. par. quæſt. 12. hær. 20. & q. 14. hær. 3.

MENDICITAS. CXXXII.

IOānes Vuicleph & impius Lutherus docēt, Nō eſſe licitam mendicitatem; quapropter Monachos mendicantes execrarunt dicentes, illos debere viuere per labores manuum, non per mendicitatem.

Contra facit primo Matth. decimo, ibi Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris, deinde dicit, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta,

neque virgam, & ostendit undè habituri sint alimenta, dicens. Dignus est operarios mercede sua Luc. 10. & alibi Matth. 10. Dignus est mercenarius cibo suo, & 1. Cor. 9. Quis millitat suis stipendijs vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis, non comedet? & infra: Si nos vobis spiritualia seminamus; magnum est, si nos carnalia vestra metamus? & 1. Corint. 16. decernit se facturum collectas pro sanctis in Ecclesia Macedoniæ. Secundo facit com. opin. doct. Aug. in Psal. 108. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & Ambr. libr. de Vinea Naboth, Theoph. super Luc. cap. 10. Tertio adest definitio Eccl. Cōcil. Vien. sub Clem, 5. & Concil. Constan. 8. artic. 24. Non obst. Deut. 15. Omnino egens, & mendicus non erit inter vos; nam Resp. illa verba non esse prohibitoria, sed promissoria: Hoc enim Deus promittit seruanti legem suam iuxta illud Esa. 1. Si audieritis me, bona terræ comedetis, quòd si essent prohibitoria peccasset Helias mēdicans à Vidua, & Lazari mēdicitas non laudaretur Luc. c. 16. Secundo Resp. quod Dominus ibi præcipit, vt tantum pauperum curam haberent, vt non finerent illos propter inopiam mendicare Deut. 15. Non deerūt pauperes in terra habitationis tuæ; id circo præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tu egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. Secundo non obst. Psalm. 36. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem; nam Resp. ex mente Augustini, ibi non esse intelligendum de pane corporali, quem constat à multis iustis fuisse quæsitū; sed de pane spirituali verbi Dei; quem panem nunquam Deus iustis denegauit, panem tamen corporalem sæpènumero Deus iustis negauit, vt per talem pressuram melius valeant assequi Regnum Dei.

MERITVM. CXXXIII.

Inter alios Lutheri errores is vnus est, qui ait, Nullum esse hominis meritum ad gloriam assequendam. Tantum enim gratiæ tribuit, vt nullum locum relinquat libero arbitrio.

Contra facit primo Eccl. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secūdum meritum operū suorum. Secundo Matt. 20. vbi paterfamilias mittit operarios in vineam suam, ibi Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade, tuum dixit, quoniam ostendit illum denarium esse debitum, sed vnde debitum, certè ex conuentione. Tertio Marc. 9. Quis quis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis; amen dico vobis, nō perdet mercedem suam. Quarto 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suū laborem. Quinto Hebr. 13. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostijs promeretur Deus. Sexto Sapient. 3. Tentauit illos Deus & inuenit illos dignos se; si digni, ergo meritū habētes. Septimo ad Thess. 1. loquens de tribulationibus dicit, Quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini Regno Dei, pro quo & patimini. Octauo Coloss. 1. Dignos nos fecit in parte sortis sanctorum; Non obst. quod Paulus dicat, quod Deus fecit nos dignos, ergo non ex nobis: nam Resp. quod nos nō sumus ex nobis sufficientes ad gloriam promerendam, sed quod illam mereamur est ex gratia Dei, quæ nos & præuenit, & euntes comitatur. Itaque Deus per gratiam, quam nobis donat, facit nos dignos se, ergo habet aliquam meriti rationem. Non obst. Roman. 8. vbi ait Apostolus, non esse condignas passiones huius seculi ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis; nam Resp. hic non accipi meritum, vt obligationem, & æqualitatem naturalem inouat, sed aliam æqualitatem, quæ non insurgit ex natura rerum, sed ex pacto quodam; quo pacto inito æquale erit opus, quod antè non diceretur æquale, & debitum diceretur, quod alias non diceretur sic, quia Deus promisit seruanti mandata se daturum vitam æternam, post talem promissionem debet Deus dare gloriam seruāti sua mandata. Quod debitum non oritur ex operibus nostris, sed ex benignitate Dei, quia promittens nobis se ipsum obligare voluit. Hosius libr. confessionis Catholicæ fidei capit. 73. Cathe. in sacram. pœnit. pag. 320. & seq.

Secunda hæresis est tota huic proximè contraria, quoniam ait, Hominem sine auxilio gratiæ Dei posse ex sua virtute naturali promereri vitam æternam.

Huius hæresis Author est Pelagius, de qua dixi supra Tit. de Gratia.

MIRACVLVM. CXXXIIII.

Inter alios errores Vualdensium est vnus, quòd dicunt, Nulla vera miracula fieri in Ecclesia, de quibus agitur in Concil. Trid. sess. 25. Tit. de Inuocatione.

Pro tollendo hunc errore notandum est, quod miracalum est res insolita, supra naturæ potentiam operata.

Itaque duo oportet inesse, vt aliquod possit dici miraculum, quod videlicet sit supra naturæ potentiam, & quod non sit ex communi consuetudine: de his Hosius Tit. de traditionibus cap. 92. Quod si alterum horum desit, minimè miraculum est dicendum, hac de causa creatio animæ humanæ, non est censenda miraculum, quia etsi illius creatio excedat potentiam naturæ, non est tamen res insolita, cum Deus quotidie nouas creet animas. Eadem ratione si vnus homo nascatur cum septem digitis in qualibet manu, non dicitur miraculum, quia licet sit insolitum, non tamen excedit potentiam naturæ, quoniam à causis naturalibus hoc procedere potest. Contra facit primo Psalm. 77. Et obliti sunt benefactorū eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis; corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Thaneos; Secundo Exod. 11. ibi Vt sciatis, quanto miraculo diuidat Dominus Ægyptios, & Israel. Tertio Num. 26. Et factū est grāde miraculum, vt Chore pereūte, filij illius nō perirēt. Quarto Ioan. 5. illic inuenies cęcos visui restitutos, claudos ambulantes, Paralyticos sanatos, leprosos plures

plures mundatos, mortuos suscitatos; quòd si Vualdenses suam assertionem restringunt ad miracula, quæ à sanctis fieri dicuntur, adhuc eorum assertio est hæretica; nam de Petro dicitur Act. Apost. 3. quod ad vocem Petri cõsolidatę sunt bases, cuiusdam claudi petentis eleemosynam ante fores templi, & Act. 9. Sanatus est alius, qui fuerat Paraliticus iacens in lecto annis octo; Non obst. quod dicit Psalm. 17. Ille est, qui facit mirabilia magna solus; nam Resp. verum esse, illa omnia à solo Deo fieri, sed vt Deus illa fecerit, sanctorum merita sunt in causa; ad quorum exaltationem Deus vult miracula fieri, & quia propter merita illius sancti fiunt, dicuntur fieri ab illo sancto: dicitur enim Ioan. 14. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Aduerte, quod non dixit maiora horum propter merita illius, ego faciam, sed dixit ipse faciet, & maiora horum faciet, & apud Marc. cap. vlt. Signa eos, qui crediderint hæc sequantur. In nomine meo Dæmonia eijcient, non dixit, ad eorum preces ego eijciam, sed dixit, ipsi eijcient, ipsi serpentes tollent, ipsi linguis loquentur nouis.

MISERICORDIA. CXXXV.

Misericodiæ opus magis placere Deo, quàm sacrificium altaris, error est Arnaldi. 2. p. q. 21. Direct.

MISSA. CXXXVI.

IOannes Vuicleph hæreticus docet Missam non esse à Christo institutam, sed humanis inuentionibus Ecclesiæ illatam.

Pro tollendo hunc errorem dicendum est, quòd Missæ substantialia qualia sunt consecratio Eucharistiæ sub vtraque specie, oblatio illius, & sumptio oblationis, certum est, quod Christus Missam ordinauit Luc. 22. ibi Christus postquã corpus suum Discipulis manducandum dedit, dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Quibus verbis Discipulis præcepit, vt illud, quod ipse fecit, illi facerent in commemorationem eius. Secundo adest com. opin. doct. ex qua colligitur, quòd Missa hoc modo sumpta, est à Christo instituta, hoc dicit Rabanus lib. j. de instit. Cler. cap. 32. Isid. lib. j. de Eccl. offic. cap. 15. Ambr. in Missa Cœnæ Domini, Eusebius Missenus serm. 5. in Paschate, Chrysostom. in opusculo de ritu Missæ, Cyprianus lib. 2. Epistol. 3. Alex. 1. in 1. Epist. ad fideles, Martialis Discipulus Domini Epist. ad Burdeg. cap. 3. Tertio adest definitio Ecclesiæ Concil. Constantiensis artic. 5. tot. tit. de celebr. Miss. Concil. Trident. sess. 22. Can. 2. Alia verò successu temporis ab Apostolo Petro eiusque successoribus addita sunt, vt testantur Vgo lib. de sacramentis, Isid. lib. 1. de offic. Eccl. c. 15. Remig. de offic. Missæ, & ex antiquis Thelesphorus in Epistol. ad omnes christianos, Clemens 1. in Epistola 3. Abdias Babiloniæ Episcopus lib. 7. Apostolicæ hystoriç. Cathec. de sacram. Euch. pag. 274. & seq.

Secunda hæresis Martini Lutheri est, qui negat Missam esse sacrificium, immo quod multo peius est negat, Missam esse aliquod opus bonum: de hoc tractat Concil. Trident. sess. 22. cap. 1. 3. & seq. & in Bulla Pij 4. de profess. fidei Hosius tit. de sacram. Euch. cap. 41.

Contra facit primo ratio, quia tanta est legis & sacerdotij connexitas, vt alterum ab altero auelli non possit Hebr. 7. si vbi lex est, sacerdotium adest, vbi erit sacerdotium, erit & sacrificium; at legem Euangelicam habemus, ergo & legis Euangelicæ sacrificium adest. In lege enim naturæ, quæ vna fuit apud omnes, aliqua fuerunt sacrificia, vnde Iob offerebat holocausta per singulos dies, ne fortè filij eius peccassent; lex quoque Mosayca erat sacrificij plena; Populus quoq; gentilis iuxta diuersitatem idolorum diuersa habebat sacrificia; multo ergo magis in lege Euangelica, in qua clariorem Dei cognitionem habemus, necessarium est, vt aliquod sit in ea sacrificium, excellentius omnibus aliarum legum. Tale autem nullum reperiri potest, nisi in Missa, in qua verum Christi corpus, verusq; eius sanguis Deo offertur, Missa ergo est sacrificium. Secundo ad conuincendam hanc hæresim supponendum est, quòd quatuor considerantur in omni sacrificio: primo cui offertur, qui est ipse Deus, & hoc non reuocatur in dubium, secũdo à quo offertur, & iste est sacerdos, de quo dicam infra ver. Sacerdos: tertio quid offeratur, de quo modo dicemus: quarto pro quibus offeratur, de quibus dicemus in seq. hæresi; quid autem offeratur? Resp. quòd in sacrificio Missæ offertur corpus, & sanguis Christi, quod probatur Hebr. 7. vbi Paulus de Christo dicit, eum esse intelligendum secundum Prophet. Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. In cuius sacerdotio (vt figura correspondeat figurato) nihil aliud expressit scriptura, nisi quòd panem & vinum obtulit Deo pro victoria, quam habuit Abraham contra quinq; reges Genes. c. 14. at nihil habetur in lege Euangelica, nisi sanctissima Eucharistia, in qua sub speciebus panis, & vini latet corpus, & sanguis Christi, sequitur, Missam, in qua talis oblatio fit, esse varum sacrificium; ex mistyco enim sensu licitum est accipere argumẽtum ad probandum dogma, quando ex alijs scripturis constat ipsum esse verum sensum, August. in Epist. ad Vinc. Donatistam; ex scripturis autem hoc idem infra probabitur; ideò ex tali figura colligitur argumentum. Hanc figuram pro Christi sacerdotio intellexit Eucher. in commentarijs super Genes. Aug. lib. 16 de ciuit. Dei cap. 22. Chrysostom. Homil. 13. super Epistol. ad Hebr. Theodoret. in commentarijs super Genes. Haym. 5. ad Hebr. Cassiod. super Psalm. 109. ver. Tu es sacerdos &c. Isid. de offic. Eccl. cap. 18. Hieron. in Epistola ad Euagrium, Eusebius Missenus in serm. 5. de Paschate, Eusebius Cæsariensis libro 5. cap. 3. demonstrationis Euangelistæ, Cyprian. Epist. 3. lib. 3. Tertio facit figura de agno paschali, de qua dixit Ioan. 1. Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, & multo apertius Ioan. decimonono, vbi reddit rationem, quare

Iudæi non fregerunt crura Chriſti, dicena Facta ſunt autem hęc, vt ſcriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo: quæ verba habentur Exod. 12. quæ autem in manducatione agni paſchalis fieri lex mandauit, figura ſunt eorum, quæ fideles facere tenentur, quando ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumunt, Greg. Homil. 22. & Ropertus Abbas ſuper Exod. Cypria. Epiſt. 3. lib. 2. Quarto Dan. 12. ibi Et à tempore, cum ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta; in quibus uerbis Miſſę celebratio oſtenditur ſacrificium: nam tempore Antichriſti; de quo ibi loquitur, mali ſacerdotes timore perterriti non audebunt publicè Miſſas celebrare; boni verò dimittent per tres annos, & dimidium, ne tam excellens ſacramentum habeatur in contemptum, & irreuerenter tractetur, ſcriptum eſt enim, nolite ſanctum dare canibus, & nolite mittere margharitas ante porcos. Quinto facit Prophetia Malachiæ loquẽs aperte, Miſſam eſſe ſacrificium Malach. 1. ibi Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus, & omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda; quia magnum eſt nomen meũ in Gentibus. Ecce repudiantur ibi ſacrificia veteris legis, cum dicit, Munus non ſuſcipiam de manu veſtra; & cum dicit: In omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, de Euchariſtia loquitur, quę ex ſe munda eſt, & à nulla perſona munditiam capit, ita interpretatur Aymon, Damaſc. lib. 4. c. 14. de fide Orthodoxa, Euſebius Cæſar. lib. 7. demonſtr. Euang. cap. 10. Ioſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone aduerſus Iudæos, Irenæus lib. 4. cap. 32. aduerſ. hæreſes. Sexto facit Luc. cap. 22. ibi Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur, Hoc facite in meam commemorationem, vbi corpus ſuum in cœna pro nobis obtulit Deo, vt teſtatur Rupertus in commẽtarijs ſuper Geneſ. Beda ſuper Marcum ver. Et manducantibus illis, Hier. in Pſalm. 109. ver. Tu es ſacerdos in æternum &c. Ambr. in Miſſa de Cœna Domini, Euſeb. 1. demoſtr. Euang. cap. 10. allegans Pſalm. 2. Paraſti in conſpectu meo menſam contra eos, qui affligunt me. Pingueſeciſti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quam præſtantiſſimus Cyprian. lib. 2. Epiſt. in epiſt. 3. Septimo; & vltimo facit Concil. Tolet. duodecimum cap. 5. cap. firmiter de Summa Trin. & fide cath. Sexta Synodus generalis cap. 32. Concil. Epheſ. ad quæ addo Concil. Trident. ſeſſ. 22. ca. 1. & ſeq. Non obſt. quod dicit impius Lutheros, Miſſa eſt quædam commemoratio cęnæ dominicæ; at Chriſtus cœnans non obtulit corpus, & ſanguinem ſuum, ſed poſtea moriens in cruce; ſacerdos ergo in cœna non ſacrificat, nec offert Deo corpus, & ſanguinem Chriſti, quia dixit Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis; nam Reſp. Miſſam eſſe non ſolum repræſentationem cœnæ dominicæ, ſed etiam paſſionis Chriſti. Paulus 1. Cor. 11. Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & calicem Dominĩ bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat; cum igitur Chriſtus moriens ſe ipſum ſacrificauit, & obtulerit Deo Patri in cruce, iure poſſunt ſacerdotes offerre in Miſſa, quæ eſt quædam paſſionis Chriſti repræſentatio; præterea Reſp. falſum eſſe, Chriſtum in illa ſanctiſſima cœna non obtuliſſe Deo Patri corpus, & ſanguinem ſuum; bis ergo corpus, & ſanguinem ſuum pro nobis obtulit Deo Patri: primo quando cœnauit; ſecundo quando affixus eſt cruci; ad illud, quod dicit, Exemplum dedi vobis &c. Reſp. illa verba eſſe dicta à Chriſto non quando cœnauit, ſed quando lauit pedes Diſcipulorum ſuorum; iuxta quam lectionem dixit, Exemplum dedi vobis &c. Non obſt. ſecundo quod dicentes Miſſam eſſe ſacrificium, Chriſtum ſpoliant illo magno honore ſacerdotis æterni, nam Reſp. quod ſacerdotes non dicuntur ſuffraganei, neque conſortes Chriſti, vt fatetur Caluinus, ſed illius miniſtri, per quos ille ſuum ſacerdotium in æternum exercet, unde 1. Ioan. ibi Hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto, vbi Aug. notat maliciã ſacerdotis non obſtare ſacramento, idem Euſebius Miſſenus ſerm. quinto de Paſcha. Tertio non obſt. quod dicit Caluinus, quod virtutem paſſionis, & mortis Chriſti minuimus, dum Miſſam dicimus eſſe ſacrificium; quia hoc ipſo fatemur (inquit ipſe) ſacrificium mortis Chriſti, non eſſe ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, cum opus ſit toties illud in Miſſa iterari, nam Reſp. Chriſtum feciſſe duas oblationes valde diuerſas, alterã incruentã in cęna, alterã cruentã in cruce, una quidẽ, & eadem fuit in ambabus oblationibus hoſtia, corpus ui delicet ſuũ, quod in utraq; oblatione obtulit Deo, ſed quia bis & diuerſis modis idem corpus ſuũ Deo Patri obtulit, ideo dico illũ duas, & diuerſas feciſſe ſui corporis oblationes, non. n. fit vt ſuppleamus defectũ oblationis factę à Chriſto in cruce, ſed Miſſã celebramus, vt per Euchariſtiã, ſicuti per alia ſacramenta, uirtus, & meritum paſſionis Chriſti applicetur ſacerdoti celebrãti, & illis pro quibus celebrat. Corpus, & ſanguis Chriſti in Miſſa offertur Deo Patri oblatione incruenta in ſanctificationem pro peccatis noſtris, & ideò oportuit talem oblationem in Miſſa fieri, quæ iterari poſſet, ut per illam poſſemus quotidie expiare peccata, quæ quotidie committimus, & quotidie iteramus; & quia ille non poteſt iam mori, dedit nobis hoc ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, ut ſicut paſſio illius, redemptio, & ablutio fuit Mundi, ita etiã iſta oblatio, redemptio, & mundatio ſit omnibus in uera fide offerentibus, bonamque intentionem habentibus.

Non obſt. quarto, quod dicit Lutherus Miſſam non eſſe ſacrificium, dicens, Euchariſtia eſt teſtamentum Chriſti, ergo non eſt oblatio à ſacerdotibus facta, nam teſtamentum, eſt promiſſio teſtatoris; ſacrificium vero offertur altari, pugnantem autem promittere, & offerre. Quod autem Euchariſtia ſit teſtamentum, probatur Luc. 22. ibi Hic eſt calix nouum teſtamẽtum in ſanguine meo, & Paul. prima Corint. 11. nam Reſpond. falſum eſſe Euchariſtiam eſſe teſtamentum, iuxta veram illius ſignificationem: quia Euchariſtia non eſt promiſſio,

missio, sed est donum, quod Christus dedit proximus morti; quod autem testator ante mortē suam donat, non est testamentum, sed donatio; ad illud Lucæ 22. dicendum est esse intelligendum, iuxta Matth. 26. & Marc. 14. vbi dicitur. Hic est calix sanguinis mei noui testamenti, quia nouum testamentum fuit sanguine Christi confirmatum; ita interpretatur Beda, & Haymon super Paulum ad Hebr. 9. Innoc. 3. cap. cum Marthæ de celebr. Miss. sic interpretatur Exod. 24. ibi Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his: sanguinem fœderis dixit, quia illo sanguine confirmauit Dominus Fœdus, quod pepigit cum filijs Israel, vnde Paul. ad Hebr. 9. Vbi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris, & ita interpretatur Anselm. d. locoriuxta hunc sensum intelligendus est Nich. de Lyra super Psalm. 110. vbi Missam appellat testamentum, & dicitur testamentum; quia Missa est in testamento Christi contenta, & in illo nobis mandata: & dici tur sacrificium, quia in illa offertur Deo Patri corpus, & sanguis Christi filij sui. Quinto non obst. quod dicit Lutherus, arguens ex ratione doni, sic dicens: Eucharistia est donum Dei, quia Christus dicit. Accipite & comedite ex eo omnes. Ergo non potest esse oblatio nostra; pugnant enim (vt ille ait) inter se donum, & oblatio; quia nō potest quis rectè alteri offerre, quod ab illo accepit: nam Resp. Eucharistiam esse donum, & illud quidem maximum; non tamen sequitur, quod non possimus illud donum Deo offerre; nam hac ratione merito dicere possemus nihil nos posse Deo offerre, quia nihil habemus, quod non sit ab illo nobis donatum, Psalm. 49. Meæ sunt omnes feræ syluarum: iumenta in montibus, & boues; & tamen sacrificia veteris legis fiebant ex illis. Præterea cor contritum, & humiliatum, quod fatetur Lutherus esse verum sacrificium, est nihilominus donum Dei, Paul. 1. Cor. 4. quid habes (inquit) quod non accepisti? Sexto non obst. arg. Lutheri dicentis, idem simul recipi, & offerri non potest, neque ab eodem accipi simul, & dari, ergo sacerdos dici non potest, quod offerat Eucharistiam, quam totam sumit; est enim natura sacrificij, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur; nam Resp. falsum esse, quod de natura sacrificij, vt totum Deo offeratur, & nihil hominibus relinquatur, Psalm. 49. Nunquid manducabo carnes Taurorum, aut sanguinem hyrcorum potabo? si Deus non comedebat carnes, quæ tunc illi offerebantur, non peribant, sed multæ ex præcepto Domini manebant penes sacerdotes cap. 2. 5. & 7. Leuit. Erat tamen aliquod sacrificium dictum holocaustum, quia totum comburebatur igne, non ex natura sacrificij, sed ex peculiari modo offerendi illud, aliàs omnia sacrificia essent eiusdem conditionis.

Tertia est hæresis, quæ ait, Missam non posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse viuis, aut defunctis, sed soli sacerdoti; dicit enim Lutherus, impium esse, si Missa canatur pro peccatis.

Contra facit primo Heb. 5. ibi. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Secundo est com. opin. doct. Chrysost. Homil. 69. Ambr. in Epistol. Consolat. ad Faustum, Aug. lib. 9. Confes. Cyprian. lib. 1. Epist. 9. Tertull. lib. de Corona Milit. Alex. 1. in Epist. ad omnes fideles. Tertio adest defin. Eccl. Concil. Cabil. cap. visum est de consec. distin. 1. addo Concil. Trident. sess. 22. cap. 2. de his Echius tit. 17. de sacrificio Missæ Concil. Trid. sess. 22. Can. 3.

Quarta est hęresis asserens impostursam esse Missam celebrare in honorem sanctorum, Concil. Trident. sess. 22. Can. 5.

Quinta asserens Canonem Missæ errare ibid. Canon. 6.

Sexta damnans cęremonias, & indumenta, quibus in Missa vtimur ibid. Can. 7.

Septima asserens Missas abrogandas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat ibid. Canonic. 8.

Octaua dicens, & damnans ritum consecrationis submissa voce, nec non lingua vulgari celebrari debere, & aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem ibid. Can. 9.

NONA CHATVS. CXXXVII.

Valdenses dixerunt Mendicantium Religiones fuisse malorum Dęmonū inuentionem, Ioannes Vuicleph damnauit omnem statum Monachorum, quem sequutus est Lutherus.

Contra facit primo com. opin. doctorum Thomas Vualdensis Carmelita. 1. Tomo doctrinalis fidei, Albertus Magnus in defensorio mendicantium, S. Thom. lib. de sancto Amore, Chrysostom. in 3. libris vitæ Monasticæ, Iodicus in lib. de stat. Monac. Ioan. Ressel. in opere contra Lutheri captiuit. Secundo adest definitio Ecclesiæ Concil. Constantiens. sess. 8. vide quæ dixi supra de Mendicitate, & quæ dicam inferius, de Voto, Turrianus lib. 5. cap. 1. Hosius, de confessione fidei cap. 88. & tot. tit. de St. Mon.

MONVMENTVM. CXXXVIII.

Sacramentarij hæretici nostri temporis non credunt Christi corpus clauso tumulo, verùm tūc demum surrexisse, quando Angelus Domini reuoluit saxum à monumento.

Contra tenuerunt Hier. ad Hedibiam q. 6. & Aug. de tempore serm. 13. ibi Quomodo de sepulcro exite non posset, qui ex incorruptis matris visceribus salua virginitate processit, fefellit custodes, exiliuit de sepulcro, apparuit discipulis ianuis clausis, inde clausus exijt, huc exclusus intrauit?

MORS CHRISTI. CXXXIX.

Molinæus hæreticus docuit, quod mors Christi sola à Deo acceptata pro expiatione nostrorum peccatorum profuit; nihil autem, neque incarnatio, aut natiuitas, aut tentatio, vel afflictio prodesse potuit.

Contra

Contra facit primo Isa.9. Paruulus natus est nobis; si natus est nobis, vtique profuit nobis natiuitas eius; Secundo 2. Cor.8. Christus propter vos egenus est factus est (per incarnationem) cum esset diues (per diuinitatē) vt illius inopia vos diuites essetis, Tertio 1.Ioan.4. Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum; missus autem est in mundum per incarnationem & natiuitatem. Quarto Gal. 4. Factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: profuit ergo nobis etiam eius humilitas. Quinto determinatio Ecclesiæ in Litanijs ad Christum, ibi per mysterium incarnationis tuæ &c.

MOTVS PRIMI. CXL.

Primos motus voluit Lutherus esse peccata, etiam quibus Christiani resistunt.

Contra facit primo Matt.15. Adulteria, fornicationes, furta de corde exeunt, hoc est de voluntate libera, non de inuoluntario carnis motu. Secundo Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius; qui obedit eis peccat, & qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioan. 8.

MVLIER. CXLI.

Epusiani hæretici dixerunt Mulieres iustè posse ad sacerdotium promoueri, quam hæresim sepultam suscitauit Martinus Lutherus.

Contra hanc hæresim primo facit ratio, quia sacerdotis partes sunt tres; prima, corpus Christi ex pane conficere; secunda, audire peccata in confessione, & ab illis absoluere; tertia, docere populum; nullum autē istorum potest Mulier: potestas enim consecrandi fuit data Apostolis, cum Dominus dixit, hoc facite in meam commemorationem; quod si non potest circa corpus Christi verum, nec etiam circa corpus Christi mysticum, quod innititur circa corpus Christi verum; non potest ergo nec pœnitentes absoluere; qui enim consecrare non potest, nec etiam absoluere potest; quod patet etiam in potestate collata absoluendi, quæ data fuit Apostolis, non autem mulieribus, Ioan.20. ibi Quorum remiseritis peccata, remissa erunt &c. & dato quod de hoc nullum esset sacræ scripturæ testimonium; ratio est in promptu, quarè non possint confessiones audire, quia sunt garrulæ, male audientes de taciturnitate, & parum tacent si quid secretius audiant. Secundo sacerdoti ex officio competit doctrina Malac.2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, quod munus manifestè prohibetur mulieri, Paulus 1. Timot.2. ibi. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. Si ergo mulier non potest consecrare, absoluere, & docere, sequitur quod officio sacerdotis minimè fungi possit.

Secunda hæresis est Mulieris osculum esse peccatum mortale; non autem concubitum, Direct. 2. p.q.7. hær.7.

Tertia est Mulierem nunquam ab homine esse tangendam 2.p.q.13. hær.14.

MVNDVS. CXLII.

Vna est hæresis, quæ dicit Materiam elementorum, ex qua factus est mundus, non esse factam à Deo, sed esse Deo coæternam.

Huius hæresis Authores fuerunt Seleucus, & Hermias & alij.

Contra facit, quod habetur in 1. Genes. de Creatione mundi, & quod habetur 1. Ioan. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & iterum In mundo erat, & mundus per ipsum factus est; alia asserit Plures mundos esse cap. fin. in fine 24.q.3. Direct. 2.p.q.6.nu.70.

Secunda hæresis docet Mundum non esse finiendum, & hæc est Albanensium.

Si capiant mundum pro sola elementorum & cœlorum substantia, talis sententia non est hæretica, quia peracto iudicio cœlum manebit, & etiam elementa iuxta eorum substantiam, immo meliora, quàm nunc sunt: si verò capiatur mundus pro habitatoribus mundi, pro vt capit Ioan.1. Mundus eum non cognouit, & Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, iuxta hanc mundi significationem error est apertus dicere, mundum non esse finiendum, quia iudicium vniuersale est futurum, in quo omnes comparebunt, quod si non finiretur, non posset fieri, quoniam quod infinitum est, nunquam potest in vnum comprehendi.

Tertia hæresis docet Mundum esse creatum ab angelis, non à Deo, quam docuit Simon Magus.

Contra faciunt, quę dixi supra tit. de Creaturis hæresi. 1. Direct. 2. p.q.6.nu.3. c. fin. vers. Menandriani 24.q.3.

Quarta hæresis docet Mundum factum à Deo, sed ponunt plures Deos.

Contra quam dixi supra tit. de Deo hæresi 1.

Quinta hæresis docet Hunc mūdum, etiam post resurrectionem mortuorum in eodem statu, in quo nunc est, esse mansurum, neque ita esse mutandum, vt sit cœlum nouum, & terra noua.

Contra facit primo Psalm.101. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem in æternum permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Secundo Isa.30. Luna fulgebit, vt sol, & sol septuplum lumē accipiet; vbi interitum significat pristinorum, sed commutationem in melius. Tertio 1. Corint. 7. Præterit enim figura huius mundi, consideremus, quid dixerit figura præterit, non substantia: Quarto Math.24. Cœlum, & terra transibunt, quę verba intelligit Hier. sicut d. Psalm.101. Quinto 2. Petr.3. ibi. Nouos cœlos, & nouam terram, & promissa ipsius expectamus. Sexto Esa.65. Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora. Septimo Apocal.21. Vidi cœlum nouum, & terram nouam, dicit non quod alia sint, sed quia in melius omnia mutata, vt inquit Hieron.cap.65. Isaiæ.

NATA-

NATALIS DOMINI. CXLIII.

PRiscillianistæ natalem Christi non honorabant ieiunautes eo, sicut & dominico die.

Contra primum facit Concil. Bracharense c. 4. & c. 1. & seq. de ferijs.

Contra secundum facit c. fin. de obseru. ieiunij, vbi si dies natalis venerit feria sexta, quis non com pellitur ieiunare; quatenus autem die dominico ieiunabant, hoc idem fecerunt Manichęi, qui reprehenduntur ab Amb. in Epist. 83. Vnde si dies ua talis venerit die lunæ ieiunatur in sabbatho, non autem die dominico Concil. Gangrense Can. 20.

NATVRA HVMANA ET DIVINA. CXLIIII.

DVæ sunt hęreses inuicem pugnãtes, vna Osiandri dicentis Christum esse iustificatorem humani generis secundum solam diuinam naturam exclusa humana. Alia Stancari dicentis Christum esse iustificatorem nostrum secundum solam natu ram humanam, exclusa diuina.

Contra primam facit primo 1. Tim. 2. Vnus mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Secundo Ephes. 5. Christus nutrit, & fouet Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius de carne eius, & ossibus eius, Humana ergò Christi natura fuit quædam causa, videlicet meritoria iustificationis nostræ.

Contra secundam facit primo ad Rom. 8. Deus est qui iustificat. Secũdo ad Rom. 2. Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Tertio Concil. Trid. sess. 7. c. 6. efficiens causa iustificationis nostræ est misericors Deus. &c.

NEGANTES. CXLV.

NEgantes Deum ore tantum metu suppliciorum non peccare, hæresis est. Director. 5. p. q. 10. hær. 7.

NOX. CXLVI.

NOctis vigilias culpandas esse hæresis est, Direct. 2. p. q. 6. numer. 62. cap. fin. ver. Nyctages 24. q. 3.

NVDITAS. CXLVII.

FVit hæresis Adamianorum dicentium, Nuditatem esse bonam & honestam.

Contra facit, quia & si Adæ nuditatem in paradiso imitentur, illius tamẽ innocentiam non seruant, immo peccatum augent illius, quoniam licèt ante peccatum, Adam, & Eua fuissent nudi, post peccatum tamen fecerunt sibi perizomata, & Deus fecit illis tunicas pelliceas, Genes. 3. & Deuter. 22. statuit Deus populo Israel quoddam genus vestimenti, per quod ab alijs nationibus distingueretur, & Exod. 39. sacerdos ex præcepto peculiari habebat vestimentum, cum offerre debebat, & intrare in Sancta sanctorum, deinde Ioan. 19. veritatis magister inconsutilem tunicam habebat desuper contextam, Direct. 2. p. q. 6. nu. 14. cap. fin. ver. Adamiani 24. q. 3.

Alia hæresis docet nudis pedibus ambulare, cap. fin. in fine 24. quæst. 3. Direct. 2. p. quæst. 6. numero 70.

NVPTIÆ. CXLVIII.

PRima hæresis Tatiani docet, Nuptias esse illicitas, omnesque illos peccare dicunt, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt.

Contra facit 1. Timot. 4. ibi. Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris; & doctrinis Dęmoniorum, Hypocrisi loquẽtium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentium nubere. Secundo Ioan. 2. vbi Christus interfuit nuptijs, easque decorauit. Tertio si essent malæ, Deus esset author malorum, quia eas instituit, Genes. 1. ibi. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Quarto Math. 19. Christus approbauit nuptias, cum dixit, Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum, & fœminam fecit eos, & dixit, propter hoc ergo relinquet homo Patrem & Matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, itaquè iam non sunt duo, sed vna caro, quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Quinto 1. Corint. 7. His autem, qui matrimonio iuncti sunt pręcipio non ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere, & rursus, Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem; si autem acceperis vxorem non peccasti, & si nupserit virgo non peccat. Sexto ad Hebr. 13. Honorabile connubium omnibus, & thorus immaculatus. Septimo 1. Petr. 3. vbi Petrus præcipit mulieribus, vt sint subditę viris suis, & viris pręcipit, vt præstent honorem mulieribus, tanquam cohæredibus gratię. Octauo adest definitio Ecclesiæ Concil. Grangrense c. 14. Conc. Brac. 1. cap. 11.

Secunda hæresis est, quæ primas nuptias admittit, secundas tamen damnat.

Huius hæresis Authores sunt Cathaphryges quorum Princeps fuit Montanus, & multi alij.

Contra hanc hæresim facit primo Deut. 25. ibi. Vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium, nomine illius appellabit. Secundo ad Rom. 7. Mulier viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro, & 1. Corit. 7. Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est à lege; cui autem uult nubat tantum in Domino. Tertio multi viri sancti, plures successiuè habuerũt uxores Abraam Genes. 25. Sara habuit plures uiros. Tob. 6. Quarto definitio Eccl. Concil. Nic. & Concil. Florent.

Tertia hæresis negat, In nuptijs aliquid esse sacramenti.

Huius

Huius hæresis Authores fuerunt Armeni, quos sequutus est Lutherus, negans Matrimonium esse institutum in signum, illudque esse sanctum, contra facit Cathe. de sacram. matrim.

Quod autem Matrimonium sit sacramentum institutum in signum facit primo ad Ephes. 5. ibi. Sacrm hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Secudo adest definitio Ecclesiæ Conc. Constantiense sess. 15. & Concil. Trid. sess. 7. Can. 1. Non obst. quod dicit Caluinus in opere de institutione christiana c. 19. dicens Matrimonium ante tempora Gregorij non esse sacramentum cognitum; nam Resp. quod Ambr. exponens illud Pauli proximè citatum, illud appellat sacramentum, idem dicit Aug. lib. de bono Coniugali cap. 7. Qui integro seculo ante Gregorium fuere. Non obst. secundo quod dicit Lutherus, quòd locus Pauli Grecè non dicitur sacramentum, sed Mysterium; nam Resp. si coniugium maris & fœminæ repræsentat coniugium Christi cum Ecclesia, ergo signum est alterius rei, quod dicitur sacramentum; præterea in verbis consecrationis Calicis adsunt uerba, Mysterium fidei, quod tamen est sacrm. Non obst. tertio quod dicit Lutherus, Matrimonium fuit ab initio mūdi, & adhuc permanet apud infideles: non minus enim erant matrimonia Patrum sancta, quàm nostra, nec minus uera infidelium, quàm fidelium, nec tamen in eis ponunt sacramentum; nam Resp. quod hæc duo falsa sunt; primum falsum est, matrimonium sanctorum Patriarcharum non esse sacramentum; nam omnes doctores tenent matrimonium illorum sanctorum uirorum, qui in lege naturę aut Moysi uixerunt, fuisse uerum sacramentum, quia cum illi Deo reuelante habuerint fidem Christi incarnandi, matrimonium illorum fuit signum coniunctionis illius, qua Christus cum Ecclesia tanquam cum sponsa sua coniungēdus erat; sicut matrimonium, quod nunc cum fide Christi incarnati contrahitur, signum est illius coniunctionis, qua Christus iam coniunctus est cum Ecclesia: secundum falsum est, matrimonia infideliū esse æqualia matrimonijs christianorum, cum apud Gentiles matrimonia talia fuerint, ut apud multos eorum uix ullum fuerit uerum, rectūmque matrimonium; sed potius prostibula, & scorta, & licèt cap. Gaudemus de diuort. appelletur matrimonium infidelium sacramentum, hoc non est propriè, & verè sacramentum, sed solum ita dicitur propter vinculum indissolubile, sed non quod sit verè signum repræsentans coniunctionem Christi, & Ecclesiæ; Cum igitur sit ostensum matrimonium esse sacramentum, sequitur, quod ex eo conferatur gratia; præterea qui vxori suæ copulatur, non causa libidinis explendæ, sed solum propter Deum, vt reddat debitum vxori petenti, & vt prolem gignat ad Dei seruitium, Spiritum sanctum habet, nisi aliquid aliud extraneum accedat, quod presentiam Spiritus sancti impediat; nam qui sic illud facit, iustitiam operatur, & ideo augmentum gratiæ meretur, Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum Paul. ad Roman. 8. præterea habetur 1. Genes. Benedixit illis Deus, & dixit, crescite, & multiplicamini; non enim est verisimile, quod tantum ad corpora habuerit respectum, sed etiam ad animas: præterea ad Hebr. 13. Honorabile connubium, & thorus immaculatus; thorus macula carere non posset, si coniugium careret gratia: præterea quid est aquam in nuptijs conuerti in vinum, nisi insipidam concupiscentiæ carnalis aquam, per occultam Dei gratiam in optimi saporis vinum esse conuersam? Ioan. 2. præterea matrimonium datum est in remedium 1. Corint. 7. ibi Melius est nubere, quam vri, si datur in remedium, ergo confertur gratia, per quam minuitur concupiscentiæ carnalis incendium: nam aliàs nō esset in remedium, sed in incendium. Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. & seq. Hosius tit. de sacram. matrim. cap. 55. doct. com. in 4. sent. dist. 26.

Quarta hæresis docet licitum esse cuilibet viro duas vxores matrimonio sibi copulatas simul habere.

Huius hæresis primi Authores fuerunt Anabaptistæ.

Contra facit primo ratio, quia vir & vxor per matrimonium legitimè contractum non habent potestatem sui corporis, adeo vt alter alteri quam sibi ipsis se tradere possint: probatur 1. Corint. 7. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, quod si aliter faciunt peccant, quia ibidem Paulus inquit, quoniā vindex est Dominus de his omnibus; nunquam autem Dominus vindictam sumit, nisi propter peccatum. Secundo, si vir prima vxore viuente potest adhuc ducere secundam, pari ratione viuentibus duabus poterit similiter inducere tertiam, & quartam, & deinceps quot quot alere poterit; quo casu si omnes illæ vxores petant debitum à marito, cui reddere prius tenebitur, omnibus simul non tenetur, quia non potest, ergo nulli, & per consequens nulla illarum habebit potestatem corporis illius, quod est contra doctrinam Pauli. Tertio facit ratio discordiæ, quæ oritur ex pluribus vxoribus rixantibus, quælibet enim virum propitium sibi quærere procuraret, quæ discordia displicet Deo, qui tantum nobis pacem commendauit. Vltra rationes adductas facit quarto Genes. 2. ibi: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna; vbi dicit adhærebit vxori suæ, non autem vxoribus suis. Et non dixit erunt tres, vel plures in carne vna; sed erunt duo in carne vna: quibus verbis colligitur sanciri esse, vt vnus vir vnam, & non plures simul habeat vxores, & illa sunt verba Dei prolata per os Adæ, tanquam per os præconis, vt habetur Matth. 19. ibi Non legistis, quia qui fecit ab initio masculum, & fœminam fecit eos, & dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna; quod autem ex illis verbis prohibeantur plures vxores simul, docet hoc ibidem Hieron. super Matth. cap. 19. & Chrysostom. Homil. 63. super Matth. Theophyl. in cōmentar. super Matth. d. loco; Quinto facit 1. Corint. 7. Vnusquisque suam vxorem habeat propter fornicationem, & vnaquæque

que suum virum; in quibus verbis duo adnotanda sunt. Primum quod vnicuique vnam tantum concedit vxorem, non plures; suam enim dixit non suas. Alterum est quod dicit propriam vxorem, & proprium aut suum virum; nihil autem potest verè esse proprium alicui, nisi illi singularem, & nulli alteri communem in ea re habuerit possesionem, quia si multi illam posside nt, neutri erit propria. Sexto facit altera ratio, quia Christus vnam tãtum habuit sponsam, videlicet Ecclesiam, ergo nemini licet plures habere vxores; quia matrimonium est sacramentum signans coniunctiooem Christi cum Ecclesia; oportet enim vt signum sit conforme signato, & sic necesse erit virum vnam tantum habere vxorem, pro vt Christus vnam habet sponsam, videlicet Ecclesiam. Vltimo adest definitio Ecclesiæ cap. Gaudeamus de diuort. & Coocil. Triden. sess. 24. Can. 2. Non obst. primo, quod obijciunt Anabaptistæ, de exemplo sanctnrum Patrum, vt Abraham, & Iacob, qui plures vxores habuerunt; nam Resp. Aug. cap. 13. & cap. 15. de bono coniugali, quod non est nunc propagandi necessitas, qoæ tunc fuerat: sicut enim pro varietate temporum statuta humana variantur, ita Deus pro varietate temporum uarias condidit leges, & uarias etiam eiusdem legis fecit dispensationes; illi enim id fecerunt propter reuelationem diuioam de hoc illis factam. Secundo non obst. quod dicit Aug. lib. de uirginibus, quod antiquis patribus nullum fuit peccatum pluribus fœminis uti, quia nulla lege erat prohibitum; nam Resp. quod illud fuit ex dispensatione diuina approbatum; quod autem dicitur nulla lege diuina fuisse prohibitum, intellige de lege scripta, quia ante legem Moysi fuerunt illi patres, qui ex dispensatione diuina plures habebant uxores, quo nolla erat scripta lex diuina, Non obstat tertio quod dicit S. Thom. 4. sent. distin. 33. artic. 1. q. 2. lex de unitate uxoris non est humanitus, sed diuinitus instituta, nec nnquam uerbo, aut literis tradita, sed cordi impressa; nam Resp. S. Thom. intellexisse de lege expressa, & manifesta; nunquam enim in sacris literis sunt, de hoc uerba propria formalia, & aperta; sed colligitur ex alijs sacræ scripturæ uerbis. Vltimo non obst. Deut. 21. ibi. Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, alteram odiosam; nam Resp. quod lex utitur uerbo præteriti temporis; non enim dicit si quis habet, sed si quis habuerit; ibi enim probatur, quod homo potest successiuè plures uxores, sed non plures simul, quod nunquam lex concessit.

Quinta hæresis est, quæ docet Nuptiarum fœdus, & vinculum posse pro Coniugum arbitrio dissolui.

Huius hæresis Author fuit Montanus, quem sequutus est Erasmus, & Lutherus.

Contra facit primo Marc. cap. 10. Quicunq; dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium cõmmittit super eam. Et si uxor dimiserit oirum suum, & alij nupserit, męchatur. Secundo Luc. cap. 16. Omnis qoi dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur, & qui dimissam à uiro ducit, mæchatur; ex quibus uerbis apparet, quod etiam existente adulterio uxoris, non licet uiro ab illa sic discedere, ut aliam ducat uxorem; quia adulterium super eam cõmitteret. Tertio facit ratio, quia postquam maritus uxorem eiecit à societate sua, adhuc potest facti pœnitere, & illam ad se reuocare, 1. Corint. 7. Si autem vir sibi illam reconciliari velit, non est opus, nouum inter illos contrahere matrimonium, & iterum repetere verba, quibus olim contraxerunt matrimonium, ex quo conuincitur, vinculum prioris matrimonij non esse solutum per fornicationẽ; quia aliàs esset necessarium, vt nouum inter se contraherent matrimonium, cum sibi inuicem reconciliarentur; Quarto Matth. 5. & 19. vbi postquam dixit non esse licitum vxorem dimittere, nisi ob causam fornicationis, statim addidit; & qui dimissam duxerit adulterat, & alibi; & qui dimissam duxerit, męchatur, & Luc. 16. Qui dimissam à viro ducit, mæchatur; ex quibus verbis colligitur, dimissam adulteram non posse alicui alteri viro nubere, & per consequens nec vir aliam ducere poterit; alioquin contractus esset pro vna parte solutus, & pro altera ligatus; nec obst. si dicatur, hoc esse in vxoris pœnam, quæ priuatur coniugio propter adulterium; nam Resp. hoc argumentum tolli per illa verba; Et qui dimissam duxerit, adulterat. Non enim adulteraret, qui illam duceret, si illa nnn esset vxor alterius viri, præsertim si quis eam duceret, solutus esset ab omni vinculo matrimonij. Quinto Si vxor innocens, quæ virum adulterum dimisit, non potest viuente illo alteri nubere, sed manere debet innupta, aut viro suo recõciliari 1. Cor. 7. Ergo neque vir castus, qui adulteram vxorem dimisit, poterit illa viuente alteram ducere; quia in rebus, quæ ad matrimonium spectant, pares semper esse censentur; quicquid dicat cap. vxor 32. q. 7. vbi sunt verba Ambrosij falso relata. Sexto ad Rom. 7. Quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi; si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri; igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro, & 1. Corint. 7. Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit; quòd si dormierit uir eius liberata est: si mulier alligata est uiro, quanto tempore ille uiuit; ergo postquam ipsa commisit adulterium, adhuc alligata est uiro, quia uir eius non desijt uiuere propter uxoris adulterium. Septimo addi potest Marc. 10. ibi. Quos Deus cõiunxit homo non separet; non enim facto hnminis solui potest, quod à Deo ligatum est, cum secundum naturam sit unumquodque dissolui eo uinculo, quo ligatum est. Octauo adest opinio com. doct. Anselm. super 5. Mat. idem super 19. eiusdẽ, Theophyl. super Paulum ad Ephes. 5. Beda super 19. Marci, Isid. lib. 2. cap. 19. de Eccl. offic. Chrysostom. Homil. 17. super Matth. Homi. 63. super eundem, Orig. Tract. 7. super Mat. Clemens Alex. lib. 2. stromatum. Euarist. Papa in Epistol. 2. Nono adest definitio Ecclesię cap. gaudemus de diuor. cap. ex parte de sponsalib. Concil. Meleuitanum cap. 17. Concil. Florent. & Conc. Trident. sess. 24. Can. 2. Tertium indiuisibilitas matrimonij propter hoc, quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi, & Ecclesiæ: sed forte aduersarij nostri di-

cent

cent, verba illa, quæ sunt apud Marc. 10. & Lucam 16. esse interpretanda cum exceptione causa fornicationis. Matth. 19. ibi Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit, mœchatur: nam Resp. primo, quod Matthæus est interpretandus per Lucam, & Marchum ambos cõcordes, non autem ipsi per ipsum. Secundo Resp. si quis Lucæ, & Marco exceptionem de causa fornicationis ponere voluerit, in illo eodem loco illam collocare debet, in quo illam collocauit Matthęus, vt solum excipiat à parte priori, & non à posteriori. Tertio Resp. quod in Luca, & Marco est generalis sententia; in Matthęo autem est limitata Aug. libr. 4. de adult. coniug. cap. 9. vbi dicit, quod sceleratius mechatur, qui non causa fornicationis vxore dimissa, alteram duxerit; quod genus adulterij commemorat. Matth. cap. 19. sed quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium etiam committit, prout commemorat Marc. 10. & Luc. 16. ex quibus verbis colligitur quòd illa verba Matthæi, nisi ob fornicationẽ, non sunt exceptio, sed quędam limitatio, seu restrictio, ac si dixisset, nõ in causa fornicationis, aut sine causa fornicationis aut nõ propter fornicationẽ, vnde sequitur ex verbis Matthæi, qđ dimittens propter fornicationẽ, & aliam ducens nõ mœchetur; se Matth. addidit illa verba, vt per illa ostẽderet, fornicationem vxoris, causam esse sufficientẽ ad dimittendã vxorem, quo ad thorũ; Quarto Resp. quod Matth. bis de diuortio disseruit c. 5. & c. 19. in c. 5. dicit: Omnis qui dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, facit eam mœchari; & qui dimissam duxerit; adulterat; in cap. 19. dicit Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur; ex quibus apparet diuersitas, quia in cap. 5. dicit, quod facit vxorem suam mœchari, & in cap. 19. quod mœchatur; est enim differentia inter mœchari, & facere vxorem suam mœchari; ille enim qui facit vxorem suam mœchari, vt ait Matth. 5. est ille, qui vxorem suam dimisit, sed non aliam duxit; ex quo patet, quod loquitur de dimissione, quo ad thorum; non autem quo ad vinculum, quia nullus dicitur verè dimittere vxorem, etiam quo ad vinculum, nisi quando aliam duxit; nam si de dimissione quo ad vinculum dixisset, superfluè addidisset illa verba; & aliam duxerit, quia illa includuntur in verbo significante dimissionem, cum nullus perfectè ostendat dimittere vxorem viuentem, quo ad vinculum, nisi quando aliam ducit; Quinto Resp. quod ille text. cap. 19. patitur aliquem defectum verborum, qui suppleri debet, vt iura iuribus concordentur, quod sæpè contingit in sacra pagina, vt verus literæ sensus explicetur, sic dicendo: Quicunque dimiserit vxorem suam, non ob aliquam causam, nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur; nam vt Dialectici dicunt, si id quod minus videtur inesse, inest; ergo id quod magis; minor autem apparebat ratio, & qui propter fornicationem vxoris illam dimitteret, & aliam duceret, censendus esset mœchari. Et ideo de illo solo, de quo aliqua poterat suboriri dubitatio, loquutus est Matth. 19. vt indè omnes intelligerent; de reliquis omnibus, qui absque causa fornicationis vxores dimittunt, & alias ducunt, multo iustius idem ipsum esse dicendum; peccat igitur grauiter, qui dimissa vxore ob aliam causam, nisi ob fornicationem, aliam ducit, sed grauius, qui ob aliam causam, quam ex causa fornicationis vxore dimissa aliam ducit; ita colligitur ex cap. Gaudemus, de diuort. ibi Quicunque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur; vnde illa verba Matth. nisi ob fornicationem intelligenda esse (inquit Innocent.) ob solam fornicationis causam; ex quibus apparet; quod ex causa fornicationis fit separatio tantum quo ad thorum, non autem quo ad vinculum. Non obst. primo quod videatur durum, vt quis si sine culpa sua, sed propter solam vxoris suæ fornicationem, illam dimisit, cogatur ad continentiam seruandam, præsertim si talis est natus, vt ad carnales coitus sit pronus: Resp. vt dixit Aug. Pollentio, in lib. 2. de adulterinis coniugijs cap. 10. quod si querelam incontinentiæ velimus admittere, necesse nobis erit adulteria permittere: quid si aliquo diutino, & insanabili morbo corporis teneatur coniux, quo concubitus impediatur: quid si captiuitas, vel vis aliqua separet, ita vt sciat viuere maritus vxorem, cuius sibi copia denegatur, censes ne admittenda incontinentium murmura, & permittenda adulteria? absit, eodem modo respondet Innoc. cap. quanto de diuort. obuiatur enim malitiæ multorum, qui dissimularent causam dimittendi in odium coniugum, & alteram ducendi. Secundo non obst. quod vir non tenetur vxori, neque vxor viro, nisi ad reddendum carnale debitum, & ad cohabitionem, & ad mutuum obsequium: ab his autem dissoluitur per diuortium coniux innocens: in cuius fauorem concessum est diuortium: ergo saltem ille transire poterit ad secundas nuptias: nam Resp. non esse verum assumptum, quia inter virum, & vxorem oritur duplex obligatio mutua. Vna affirmatiua, qua sibi inuicem debitum reddere tenentur, & mutuum obsequium, & hæc prorsus tollitur per diuortium. Altera est negatiua, qua quisque illorum tenetur non reddere alteri carnalem copulam, nisi illi soli, cui ligauit per matrimonium, & hæc non tollitur, nisi per mortem alterius coniugis: nec est durum, quod innocens coniux teneatur seruare continentiam post diuortium, quia quando matrimonium contraxit, ipse ad hanc duritiam, & asperitatem tolerandam se obligauit: quo fit, vt quod à principio promisit postea sit obligatus tenere; neque in hoc fit illi iniuria, quia sciens tale vinculum esse in matrimonio, & voluntariè se tali vinculo ligauit. Scienti autem, & volenti non fit iniuria. Tertio non obst. eodem modo esse intelligendam dimissionem Euangelicam, quæ fit propter fornicationem, quo intelligebatur dimissio legis antiquæ, quæ dimissio erat perfecta, non solum quo ad thorum, sed etiam quo ad vinculum Deut. 24. nam Resp. quod Dominus ipse declarat hoc dubium, dum Matth. 5. dixit, Nisi abundauerit iusti-

tia

tia vestra plus quam Scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in Regnum cœlorum; deinde progressus est ad reformandos mores, seu errores, quibus Scribæ, & Pharisæi erant infecti, & vnus ex illis erat in repudio vxoris, quod licèt esset eis permissum, si tamen aliam ducebant, peccabant: ideo Christus dixit, non Deus permisit; sed Moyses; faciebant enim contra ius naturæ, in quo nemo dispensare potest, nisi ille, qui est supra naturam, & est notandum quod illud factum fuit ad duritiam cordis eorum; præterea dicitur ibi, quod Moyses illud permisit, quod est propriè malorum. Chrysostom. Homil. 33. super Matth. & illud permisit, vt maius malum euitaret, nempè homicidium, & in hoc tria consideranda sunt: primo prohibuit dimittere vxorem sine causa: deinde permisit dimittere vxorem ex causa turpitudinis, si illa turpis fuisset: tertio præcepit dari libellum repudij, si illam dimitteret, vt per huius libelli donationē auerteret illos ab huiusmodi vxorum dimissione; nam dato libello repudij, non poterat amplius ad illam vxorem redire, nec poterat vxori postea reconciliari; & in hoc differt diuortium legis Euangelicæ à repudio veteris legis; nam post diuortium coniuges possunt sibi inuicem reconciliari, quo casu vinculum matrimonij non soluitur, quod ea lege naturæ dicitur indissolubile. Quarto non obst. si de sola dimissione, quo ad thorum, Christus fuisset loquutus, non solum causa fornicationis fuisset excepta; sed aliæ causæ, quibus fieri potest separatio thori; nā Resp quod causæ separandi thorum sunt, vbi vertitur periculū homicidij, quod habet maiorem causam, quam fornicatio; quia vxoricidium tollit coniunctionem animarum; adulterium vero coniunctionem corporum, & maior est obligatio vxoris ad conseruationem propriæ vitæ, quam ad reddendum debitum marito: illi verò, qui ea mutuo consensu ingrediuntur monasterium, non dicuntur se dimittere, sed quilibet renunciat iuri suo, quod habet super alterum; nam Chrysost. in Homil. 33. super Matth. qui dimittit coniugem suam, & aliam non accipit, adhuc maritus est. Quinto non obst. si alter coniugum infidelium conuertatur ad fidem, potest dissolui matrimonium inter illos contractum propter alterius fornicationem spiritualem: ergo et am per fornicationem carnalem; nam Resp. quod matrimonium infidelium non est ratum; ideo potest dissolui, secus autē est fidelium, quod cum sit ratum dissolui non poterit, cap. quanto de diuort. præterea Resp. quod fornicatio spiritualis est multo maior fornicatione carnali, ideo de vna ad aliam non bene colligitur argumentum Concil. Trid. sess. 24. Can. 5. & Can. 7.

Sexta hæresis æquat nuptias virginitati, de qua dicemus infra ver. Virginitas Concil. Trident. sess. 24. Can. 10.

Septima hæresis asserit Ecclesiā non posse constituere impedimēta matrimonij, nec dispēsare super ea pressis in Leuitico, Cōc. Trid. sess. 24. Can. 3. & 4.

Octaua si quis dixerit, ratum non consumatum per solennem religionem alterius coniugum non dirimi, ibid. Can. 6.

Nona si quis dixerit, quo ad thorum ea causa separationem fieri non posse ibi. Can. 8.

Decima si quis dixerit, sacris initiatos, & regulares professos posse ducere vxorem, ibidem Can. 9.

Vndecima negans prohibitiones nuptiarum certis tēporibus, & alias cæremonias, ibidem Can. 11.

Duodecima asserens causas matrimoniales non spectare ad iudicem Ecclesiasticum, ibid. Can. 12.

OBEDIENTIA. CXLIX.

Valdenses hæretici, quos sequuti sunt Lutherani docuerunt: Obedientiam non esse præstandam prælatis Ecclesiæ.

Contra quam dixi supra ver. Ecclesia hær. 3. Direct. 2. p. q. 12. hær. 5.

OCCIDERE. CL.

Valdenses hæretici docuerunt: Nullum hominem posse occidi iustè, etiam si id fiat ex iudicis præcepto.

Contra facit primo Paulus ad Rom. 12. vbi Paulus totam Ecclesiam appellat vnum corpus, cuius caput est Christus, singuli autem homines alter alterius membra, quod si aliquod membrum non potest sanari, inciditur, ne impediat alia membra: sic in Repub. si aliquis homo caret omni spe emendationis, oportet illum perdere vsque ad mortem, & separare à toto corpore, ne reliqua membra inficiat, vnum enim pecus inficit omne pecus. Quod si mors nunquam esset infligenda, Respublica careret omni pace, terra esset plena latronibus, mare piratis, nullæque res essent tutæ. Secundo facit ratio, si bellum est licitum, prout re vera licitum est, vt dixit supra ver. Bellum, sequitur etiam quod & occisiones in eo sint licitæ. Tertio Act. 5. vb. Petrus puniuit morte Ananiam, & Saphiram, quia vendito agro fraudauerunt de precio, non portantes coram Apostolis totum precium, sed aliquid sibi reseruantes: non obst. præceptum diuinum Exod. 20. & Matth. 5. ibi non occides; nam Resp. non esse prohibitam omnem occisionem, sed illam, quæ à persona priuata fit, non autem illam, quæ à iudice ex iusta causa decernitur, infligendam: quod patet, quia in lege veteri erat illud idē præceptum, & tamen in multis præcipiebatur hominis occisio, vt blasphemi & fures nocturni, vnde Saluator noster dixit: Omnis, qui occiderit gladio, gladio peribit, Matth. 26. & Beatus Hieron. super 22. Hyere. sit homicidas, & sacrilegos, & venenatios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium Director. 2. parte q. 14. hær. 5. Catbec. in 5. præc. pag. 441.

Secunda est hæresis Circumcellionum docentium Homines se ipsos occidere, vt palmam martyrij assequi videantur, de qua dixi supra ver. Martyrium, cap. fin. 24. q. 3.

Tertia hæresis docet, Licere cuilibet homini occidere Tyrannum, de quo dicam infra ver. Tyrannus.

OFFICIA. CLI.

OFficia ſacra non niſi vernaculo,& vulgari ſermone celebranda eſſe, docent moderni hæretici.

Contra facit exemplum Chriſti, qui in altari crucis exclamauit magna voce, Eli Eli lamazabathani, qui à nemine fuit intellectus. Non obſt. 1. Cor. 14. Qui loquitur lingua, Deo loquitur, ſemetipſum ædificat, benè gratias agit; quod verò addit, ſi benedixeris ſpiritu, qui ſupplet locũ idiotæ, quomodo dicet Amen, ſuper tuam benedictionem? quoniam quid dicas neſcis: nam Reſp. ibi loquitur de lingua penitus ignota, vt ſi apud latinos celebraretur græcè, ſed non prohibetur celebrari lingua communi, quæ vbique intelligitur apud doctos; quorum intereſt intelligere ſecreta ſcripturæ myſteria, ad id quod dicit Paulus ibidem, Qui lingua loquitur, Eccleſiam non ædificare, intelligitur de concionatoribus, qui vulgari lingua vti debent; alioquin prorſus inutiles conciones ipſorum apud populum eſſent.

OPERA. CLII.

LVtherus impius Hæreticus dicit, iuſtum hominem in omni opere peccare.

Rationem adducens dicit, quia ſemper homo deficit ab illa ſumma Charitatis perfectione, quam tenemur habere, iuxta primum præceptum de dilectione Dei. Alia eſt ratio Lutheri deducta ex illo præcepto, Non concupiſces Exod. 20. quo dicit eſſe prohibitum carnis appetitum, quem nullus homo à ſe poteſt abijciere, quamuis poſſit reprimere; quoniam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, Gal. 5. Quia hæc duo aduerſantur ſibi, vt non quæcunque volumus faciamus; ideo dicit iuſtum in omni bono opere peccare; contra quas rationes dicemus infra. tit. de præceptis.

Contra facit primo Geneſ. 22. Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ; ſi obedientia Abraæ fuiſſet peccatum, non fuiſſet ei à Deo propter illam, tantum præmium promiſſum. Secundo Iob. 1. In omnibus his non peccauit Iob, neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt: ſi in omnibus non peccauit, ergo malè dicit Lutherus, quod in omnibus peccamus. Tertio Paul. 1. Cor. 7. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si acceperis vxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccauit. Quarto 2. Pet. 1. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Quinto 1. Ioan. 3. Omnis qui in Deo manet, non peccat. Sexto Pſalm. 4. Iraſcimini, & nolite peccare. Septimo Ioan. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Octauo ſi opera noſtra eſſent peccata non commendarentur in ſacra pagina, nec dicerentur lux. Prou. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem, & Saluator noſter, Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt; peccatum autem non lux vocatur, ſed tenebræ, Rom. 13. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Non ſi opera noſtra eſſent peccata, etiam facta in gratia non placerent Deo. Prou. 21. Facere miſericordiam & iudicium magis placet Deo, quam victimæ, & corporis afflictiones pro Deo moderatè ſuſceptas, Paulus Rom. 12. vocat hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentẽ; peccatum autem nunquam placuit Deo, Sapient. 14. Sunt odio Deo impius, & impietas eius. Decimo, operibus bonis ex promiſſione diuina debetur pręmium; peccatis autem pœna, Matth. 25. Ibunt iniuſti in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Vndecimo adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 25. vbi damnat eum, qui dicit peccare in bono, etiam venialiter, nedum mortaliter. Non obſt. 1. Eccl. 6. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet; nam Reſp. quòd ſine Dei gratia nullus eſt iuſtus, neque iuſtus ſine Dei adiutorio poteſt vitare omne peccatum. Nam ſicut gratia exigitur ad initium boni operis, ita etiam requiritur ad proſecutionem; quod patet, quia ibidem dicitur: Sapientia confortauit ſapientem ſuper decem Principes ciuitatis; hoc eſt gratia Dei magis confortat hominem, quam omnes Principes mundi, quia adiutus gratia poteſt vincere omne peccatum; deſtitutus tamen à gratia Dei etiam ſi auxilium omnium Principum mundi habeat, non poterit peccatum omne euadere. Secundo nõ obſt. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, Reſpon. multa eſſe peccata venialia, à quibus nullus quantumuis iuſtus liberatur, quin in multa eorum labatur, quoniam vt inquit B. Iacobus: In multis offendimus omnes; non dixit in omnibus, ideo non ſequitur, quod omne opus noſtrum ſit peccatum: non enim valet conſequentia, omnis homo iuſtus habet aliquod peccatum; ergo omne opus eius eſt peccatum. Tertio non obſt. Iſa. 7. Et facti ſumus, vt immundi omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ; nam Reſp. quòd Propheta loquitur nomine illius Populi Iſraelitici ad illud tempus, quo illa dicebat; quo tempore abundabat peccatum in Populo Iſrael; propter quod Deus permiſſurus erat, vt in captiuitatem duceretur, patet quia infra dicit, Non eſt qui inuocet nomen tuum &c. Nunquid Iſaias non inuocabat nomen Domini? Abſit vt quis hoc dicere audeat, quod referatur ad illud tempus patet infra, Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Hieruſalem deſolata eſt &c. Quarto non obſt. Gregor. 9. Moral. cap. 2. ibi: Quia ſanctus vir omne meritum virtutis noſtræ vitium eſſe conſpicit, ſi ab interno arbitrio diſtrictè iudicetur; ſi voluero contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille; nam Reſpond. verum eſſe opus hominis bonum, non vitium eſſe; ſi Deus illud diſtrictè iudicare velit, iuxta rationem debitorum, quibus illi ex natura ſumus debitores, & non iuxta miſericordiæ ſuæ rationem, qua rigorem illum iuſtitiæ temperare voluit. Nam poſſet Deus ſi vellet multo plura, & maiora à nobis exigere, quam nunc exigit; quia tot & tanta nobis contulit,

vt ſi

vt si totum id quod agere possumus, illi tribueremus, & in illum solum referremus, adhuc mediam debiti partem non solueremus, vt inquit Chrysost. lib. de compunctione cordis.

Secunda hæresis docet: Nullum opus esse bonum, nisi fiat ex puro atque sincero amore, quacunque ex causa fiat, etiam spe mercedis æternæ.

Huius hæresis fuit Authur Bogaurius de monte Falcone.

Contra facit primo Psalm. 118. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem; Secundo Luc. decimosexto. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula; quibus verbis docet nos facere eleemosynam propter vitam æternam. Tertio Matthæ. quarto. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim Regnum cœlorum. Quarto prima Corinth. nono. Quoniam debet in spe qui arat, arare; & qui triturat in spe fructus percipiendi, & ibidem Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currita vt comprehendatis. Quinto, prima Timot. quarto. Exerce te ipsum ad pietatem: nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Sexto, secunda Petr. 1. Satagite, vt per vestra bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis. Septimo ad Colosens. primo ibi: Dilectionem, quam habetis in sanctos omnes propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis. Octauo Paulus ad Hebr. vndecimo laudat Abraam de fide, quam habuit, & obedientiam propter spem vitæ æternæ. Nono adest defin. Ecclesi. Concil. Tridentin. sess. sexta. Can. trigesimo primo, ibi: Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit. Non est ergo malum opus, quod fit spe mercedis æternæ: quamquam dici potest, non esse meritorium, nisi a charitate procedat, quoniam charitas est radix, à qua tota vis meriti oritur.

Tertia hæresis est Begardorum, & Beguinarum dicentium: Hominis imperfecti esse, exercere se in operibus virtuosis, & hominem, cum ad vltimū statum perfectionis venerit, nulla bona opera debere facere.

Contra facit primo Matth. vndecimo. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, & tamen exercuit se in operibus abstinentiæ. Secundo Paulus ad Galat. quinto. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Tertio idem Paulus de se ipso ait prima Corint. nono. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

Quarto ipse Christus vas perfectionis ieiunauit, & alia virtutis opera fecit.

Quinto adest definitio Ecclesiæ clem. ad nostram de hæreticis.

Quarta hæresis est Lutheri docentis: Nullum opus humanum quantumlibet bonum, esse vitæ æternæ, meritorium, neque ad vitam æternam assequendam necessarium: Nam (inquit) qui operibus humanis meritum gloriæ tribuunt derogant meritis Christi, quibus soli salui facti sumus.

Pro præsenti hac hæresi destruenda notandum est, quod nomen meriti non solum tribuitur bonis, sed etiam malis operibus humanis, secundo Paral. decimonono. Idcirco iram Domini merebaris; & Hester. decimosexto. Non nobis, sed Deo reddente ei quod debuit, & Iob. vndecimo. Et intelligeres, quod multo minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua, & ad Hebr. decimo. Quanto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? de hoc non est disputandi locus hic. Meritum autem quatenus tribuitur bonis operibus est duplex: alterum dicitur meritum de condigno: alterum verò de congruo, quod propriè meritum dici non meretur: nam ex sola congruitate gratis acceptatur ad præmium, non autem ei debetur ex dignitate sua, neque ex lege: de merito condigno tantum loqui debemus in præsenti discussione. Meritum de condigno est opus liberum, cui ex naturali & propria dignitate, aut ex lege debetur præmium; dicitur (opus) quo comprehenditur etiam omissio operis; dicitur (liberum) quia ad hoc ut sit meritum, liberum esse oportet, quod enim voluntatis libertate caret, meriti rationem habere non potest: dicitur (cui ex naturali & propria dignitate, aut ex lege debetur præmium). non enim semper oportet, vt præmium sit deb tum ex ipsa operis natura: sed satis est, vt sit debitum ex lege: nam lex potest facere paria, quæ sui natura erant imparia. Exempl. primo. Regu. decimoseptimo, vbi quamuis Dauid propter victoriam illam magno aliquo præmio fuisset dignus, non tamen tanto, vt Rex filiam suam daret in uxorem, sed quia præcesserat promissio Saul Regis: ideo fuit ea dignum cum magnis diuitijs: ex ipsa autem operis natura, hoc est iuxta naturalem condignitatem, siue paritatem intelligimus nullum opus humanum quantumlibet bonum, esse meritorium uitæ æternæ; quia non est illi ex sui natura æquale, quia terrena non æquantur cœlestibus, neque temporalia æternis, & ita dicit Paulus ad Roman. octauo, passiones huius temporis non esse condignas ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: & de hac dignitate, & paritate intelligimus omnes doctores sanctos, quoties dicunt opera nostra non esse meritoria, aut digna vita æterna.

Quod autem opera nostra ex lege mereantur vitam æternam, & sic contra Lutherum facit primo quod dicit Cathec. in secunda per. orat. Dominicæ, pagina 548. ubi operibus Regnum Dei comparatur, & Matthæ. quarto ibi: Agite pœnitentiam appropinquauit enim Regnum cœlorum. Secundo Ioann. quinto. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audiene uocem filij Dei, & procedent, qui bona fece-

runt, in reſurrectionem vitæ. Tertio Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, & infra; Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centoplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Quarto primæ. Timot. quarto, Pietas ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Quinto Matth. vigeſimoquinto, Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, hoſpes fui, & recepiſtis me, poſtea ſubdit: Venite benedicti Patris mei percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Sexto Iac. 1. Qui ſuffert tentationem, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Septimo hoc idem promiſit ſuſcipientibus ſacramenta Marc. decimoſexto, Qui crediderit, & Baptizatus fuerit ſaluus erit. Octauo Ioan. ſexto. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Nono Matth. vigeſimo, vbi in ea parabola denarius diurnus ſignificat gloriam cœleſtem à Deo promiſſam omnibus in vinea Domini laborantibus; nam data hac promiſſione, & facta nobiſcum conuentione, opera bona hominis cum adiutorio gratiæ Dei fiunt digna vitæ æternæ, & illi æqualia, quæ ſecluſa illa Dei promiſſione, fuiſſent tanto præmio prorſus indiga, vnde noluit promittere illam operibus quantumlibet bonis, niſi illa gratiam ſuam haberent adiunctam, Ioan. decimoquinto, Sine me (inquit ille) nihil poteſtis facere, & ad Phil. quarto, Omnia poſſum in eo, qui me confortat, per hanc gratiam, quæ nos ad gloriam promerendam, potentes fecit, ſumus Deo grati, & ad vitam æternam acceptati, & deinde opera noſtra ſunt Deo grata, & ab illo ad vitam æternam acceptata; prius quidem reſpexit Dominus Abel, & poſtea ad munera eius. Vndè Conci. Arauſicanum ſecundo, cap. decimooctauo. Debetur merces bonis operibus, ſi fiant; ſed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant. Decimo ſacræ ſcripturæ ſæpiſſimè dicunt, ipſam gloriam cœleſtem eſſe noſtrorum operum mercedem; & inde neceſſario colligitur, vt opera ipſa ſint meritum illius mercedis, Geneſ. decimoſecundo, Ego protector tuus ſum, & merces tua magnanimis. Vndecimo Sapient. 5. Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. Duodecimo Iſa. quadrageſimo. Ecce merces eius cũ eo. Tertiodecimo Apoc. vigeſimoſecundo. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique iuxta opera ſua. Quartodecimo Matth. quinto, Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Quintodecimo Pſalm. decimooctauo, de cuſtodia mandatorum dicitur. In cuſtodiendis illis retributio multa; quoties tamen ſcriptura loquitur de vocatione ad gratiam, aut de prima iuſtificatione, aut de prædeſtinatione ad gloriam. Hoc enim modo loquendi oſtenditur manifeſtè, illa omnia gratis, & ſine merito dari. Spiritus enim ſanctus vbi vult ſpirat. Ioan. tertio, Et non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, Ioan. decimoquinto, & Paul. ad Rom. 9. Non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis. Cui vult miſeretur, & quem vult indurat: quum autem de redditione gloriæ Cœleſtis loquitur, tunc nomine retributionis, aut mercedis vtitur, vt oſtendat illam non gratis, ſed ſæpè propter aliqua propria merita dari, vt pote omnibus adultis: nam etſi Deus gratis, & ſine vllo merito noſtro prædeſtinat ad gloriam æternam, non tamen gratis illam reddit homini iam adulto, & rationis compoti; vnde Pſalm. decimoſeptimo. Saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. In priori parte vbi agit de vocatione ad gratiam, vſus eſt verbo liberalis donationis dicens, quoniam voluit me; in ſecundo verſu, vbi agit de redditione præmij, vſus eſt verbo retributionis, dicens; & retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam; in priori parte facit, quod dicit Hyer. Voluntate propria, & non ex meo merito me vocauit, dicente Apoſt. ſecundo, Epheſ. Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Sextodecimo Sapient. tertio. In paucis vexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe; nõ dicit inueniſſe dignos bono aliquo temporali, (vt aliter. Hæretici) ſed inueniſſe eos dignos ſe; nec dicit: Deum feciſſe, ſed inueniſſe dignos. Decimoſeptimo ſecunda, Theſ. primo, Abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem, & infra; vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Decimooctauo Apocal. tertio, ibi: Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt; ſi digni ſunt ambulare cum Deo in albis; ergo hoc ipſum merentur, quoniam nihil aliud eſt mereri aliquod præmium, quam eſſe dignum illo. Decimonono ad Hebr. quinto, dicit Paulus Chriſtum factum eſſe omnibus obtemperantibus ſibi cauſam ſalutis æternæ. Cauſam ſalutis æternæ dixit, quia meruit omnibus obedientibus verè ſalutem æternam. Vigeſimo Paul. ſecunda, Corin. quarto, Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Operatur dixit, vt hoc ſolo nomine oſtenderet eſſe meritum beatitudinis, vt inquit Aug. in tractat. ſuper Pſalm. nonageſimotertio. Vltimo contra hanc hæreſim facit definitio Eccleſiæ capit. firmiter, de Summa Trin. & fid. cath. & Concil. Trident. ſeſſ. ſexta, Can. trigeſimoſecundo, Non obſt. primo, quod ſi meritum beatitudinis noſtris operibus arrogamus, videmur nimis ingrati Chriſto, quaſi Chriſtus non ſit meritus ea nobis; aut meritum ipſius non fuerit ſufficiens ad eam nobis impetrandam: ſed opus ſit illi à noſtris operibus adiuuari. Nam Reſpond. quod etſi aliquam rationem meriti noſtris operibus tribuamus; illam tamen ipſi Chriſto adſcribimus, ex cuius merito nobis datum eſt, vt noſtris operibus aliquid mereri poſſimus: vnde Bernard. in ſermon. ſexageſimoprimo, ſuper Cantica, meum meritum miſeratio Domini: non plane ſum meriti inops, quam diu ille miſerationum nõ fuerit &c. non ergo ex nobis hoc habemus, vt bonis operibus mereamur vitam æternam, ſed per ſolam diuinam clementiam, qua voluit obtemperantibus ſibi

pro-

promittere vitam æternam; vnde 1. Pet. 1. Offerentes spirituales hostias Deo per Iesum Christum acceptabiles; nec gloriæ Christi derogamus, eiusque meritum insufficiens dicimus, sed potius gloriam eius exaltamus; & quia noluit sui meriti sufficientiam adultis sine aliquo illorum opere applicare, quamuis hoc facere potuisset, si vellet, prout exhibuit infantibus. Secundo non obst. quod dicunt Hæretici, non esse consonum rationi, vt per id quod aliquis nobis donauit, aliquid apud illum mereamur; at opera nostra, per quę nos meremur, sunt dona Dei, iuxta Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum; ergo ex his dicendum est, nos non mereri. Nam respond. quod si hoc argumentum valeret, per bona opera non meremur etiam bona temporalia, quod tamen fatentur hæretici; secundo respond. non pugnare inter se hęc duo, donum Dei esse, & meritum apud Deũ, vt inquit Bernard. serm. 68. super Cantica, vbi dicit, merita nostra esse dona data, & præmium respondens meritis esse ex misericordia Dei, Idem Aug. in Epist. 105. ad Sixtum, Chrysost. Homil. 1. de Adam & Eua, Cœlestinus 1. in Epistol. 1. Tanta erga omnes homines est bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. & pro his, quę largitus est, æterna præmia sit donaturus; & sic intelligitur ad Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Et Zachar. 4. Exæquabit gratiam gratiæ. Gratia enim dicitur ipsa vita æterna, quia licèt detur propter merita, ipsa tamen merita sunt dona Dei gratuita, & merita non essent sine gratia. Ipsam ergo primam meriti originem considerantes, dicimus gloriam, quæ meritis redditur, esse gratiam; quia ipsa opera, vt essent merita, ex gratia Dei habuerunt. Tertio nõ obst. Luc. 17. Cum feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus; si ergo inutiles sumus, etsi fecimus, quod debebamus, nihil meremur, sed satis est, quod liberemur à debito, & à pœna, quæ ab illo esset exigenda, si debitum non reddidisset; nam Resp. quod nos ex nostra natura, & ex propria natura eorum, quæ facimus, etiamsi sit impletio mandatorum, adhuc inutiles sumus; nam sine adminiculo Dei, eius mandata minimè adimplere possumus; nam ex sola misericordia diuina prouenit auxilium ad exequendum mandata Dei, & liberalitas Dei, qua nobis datur vita æterna, si eius mandata seruauerimus; ideo ne nos superbiamus dicere semper debemus, adhuc serui inutiles sumus; nam dicitur Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere; secundo Respon. quod Dominus non habebit gratiam seruo suo, qui fecit quæ ei imperauerat; posset enim si vellet Dominus a seruis exigere mandatorum suorum executionem, absque expectatione præmij; ipse tamen ex sua misericordia voluit nobis tantum præmium promittere. Præterea Respond. Beda, ideo serui inutiles sumus, quia nullam Deo vtilitatem ex nostris meritis præstamus, vel quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Quarto non obst. Sap. 28. Qui sperat in Domino saluabitur, & qui confidit in corde suo stultus est. & Hier. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & Psalm. 43. Nec enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Si ex operibus nostris non licèt sperare vitam æternam, sed ex sola Dei misericordia, inde conuincitur, nos per nostra bona opera non mereri vitam æternam; nam quilibet potest sperare præmium, ex merito suo. Huic obiectioni Respon. prout dixi supra tit. de fiducia. Turrianus lib. 4. capit. octauo. Echius titul. quinto de fide, Hosius titu. de Charitate, cap. 61.

ORATIO CLIII.

ADelphus Hæreticus adeo tribuit orationi, vt diceret, eam solam sufficere ad vitam æternam habendam, etiam si reliqua omnia deessent, & baptismus etiam: contra has infrascriptas hæreses facit Cathec. titu. de oratione.

Contra hanc hæresim faciunt, quæ dixi supra de bapt. hæresi 4. & in tit. de ieiunio.

Secunda hæresis Messalianorum docet, Nunquam esse cessandum ab oratione, de hac tractat. S. Thom. 2. 2. q. 83. art. 1. & seq. doct. com. in 4. sent. distin. 45. art. 1. & seq.

Contra facit ratio, quia oportet hominem comedere, bibere, dormire, curam rei familiaris agere; nullus enim est, nisi solus Christus, qui verè possit dicere. Cant. 5. Ego dormio, & cor meum vigilat; quod autem inuigilare debeamus super domesticis rebus, præsertim Patresfamilias, docet Paul. 1. Timot. 5. ibi: Si quis autem suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior; & hoc competit etiam Episcopis, qui domui suæ bene debent esse præpositi 1. Timot. 3. Qui autem domui suæ bene præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non obst. 2. Thes. 3. Sine intermissione orare, & Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere; nam Resp. quod illud debet intelligi secundum dictum Pauli 1. Corint. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite; sic orabat Moyses, cui tacenti dixit Dominus: Quid clamas ad me? Clamabat enim corde, quamuis tacebat ore, vnde is dicitur sine intermissione orare, qui omnia, quæ facit, in gloriam Dei facit. Secundo Resp. Aug. lib. de hæresibus cap. 57. dicit, illa verba sic esse intelligenda, vt nulla dies sine oratione intermittatur; vnde idem est semper orare, & sine intermissione orare, & quolibet die orare. Tertio Respond. vt intelligatur de horis Canonicis, ad quas quilibet sacerdos tenetur iuxta ritum Ecclesiæ, de quibus Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Quarto Resp. omnia, quæ iustus secundum Dominum gerit, & dicit, id orationem esse reputandum; Beda super Luc. 18. Quinto Responderi pôt quod ibi Hyperbolica sit loquutio ad rẽ exaggerandã, vt scilicet semper, & sine intermissione sit orãdũ, hoc est frequenter, & talis Hyperbole reperitur apud Matth. 6. Te aũt faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua, quid facit dextera tua, quod

fieri non poteſt, cum anima ſit in vtraque manu.

Tertia hæreſis eſt Pelagij, quem ſequutus eſt Lutherus, qui docent Orationem eſſe prorſus inutilem, nulliusque virtutis; quia ſi omnia ex neceſſitate abſoluta contingunt, fruſtra Deum oramus.

Contra facit primo Matth. 6. vbi Saluator noſter docet nos orare, dicens Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum &c. quod fruſtra feciſſet, ſi oratio eſſet inutilis. Secundo ipſemet Dominus orauit, cum aſcendit in montem, aſſumpſit Petrum, Iacobum, & Ioannem, vt oraret. Luc. 6. & Matth. 26. orans dicebat Pater ſi poſſibile eſt, transeat à me calix iſte. Tertio illi, qui expectabant Spiritum ſanctum, erant vnanimiter perſeuerãtes in oratione Act. 1. Quarto Dæmonia eijciuntur oratione Matth. 17. Quinto Paulus & Silas in carcere adorantes, ſubito terræmotus factus eſt magnus, ita vt mouerentur fundamenta carceris. Sexto Iac. 5. Triſtatur aliquis veſtrum? oret æquo animo, & pſallat, & infra; infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalnabit infirmum, & poſtea, confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Septimo 3. Reg. 17. Helias erat homo ſimilis nobis, paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & mẽſes ſex. Et rurſum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Octauo Matth. 21. Quæcunque petieritis in oratione, credentes accipietis. Nono adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Tol. 4. cap. 9. & Concil. Mileuit. capit. 8. Hoſius de conf. Cath. fidei, cap. 59.

Quarta hæreſis Ioann. Vuicleph aſſerit Orationes, quæ vni perſonæ ſpecialiter applicantur, non plus prodeſſe illi, quàm ſi generaliter pro omnibus fierent.

Contra facit primo Iob. 42. vbi Dominus conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis. Secundo Act. 12. cum Petrus Apoſtolus eſſet in carcere, oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo, & tandem oratio Eccleſiæ profuit Petro; quoniam miſit Dominus Angelum ſuum, & liberauit eũ de carcere, nec tamen profuit alijs, qui erant in carcere. Tertio 1. Theſ. 1. Paul. Theſſalonicenſibus ſcribens, dicit ſe pro illis orare, Memoriam veſtri facientes in orationib. noſtris ſine intermiſſione. Quarto ad Rom. 15. rogat vt orent pro eo. Obſecro vos fratres per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Dominum, & 2. Cor. 1. Quoniam adhuc eripiet de periculis adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, & ad Coloſ. 4. Orationi inſtate vigilantes in ea gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti, & 2. Theſ. 3. Orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur; ex iſtis duobus vltimis locis ſumpta eſt in Eccleſia Catholica conſuetudo inuocandi virginem in initio cuiuſlibet prædicationis verbi Dei. Quinto prima Timot. ſecundo. Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate cõſtituti ſunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Sexto adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Conſtant. ſeſſ. 8. damnans decimum nonum articulum Ioannis Vuicleph.

Quinta hæreſis docet, Orationem pro defunctis nihil prodeſſe, Direct. par. 2. quæſt. 14. Turria. lib. 4. cap. 13.

Sexta dicit: Non eſſe dicendam niſi orationem Dominicam, Direct. 2. p. q. 14. hær. 18.

ORDINES CLIIII.

Aſſerere ordines Prælatorum, & Religioſorum eſſe in detrimentum fidei, eſt hæreſis, Direct. 2. p. q. 12. num. 13.

ORDO SACRAMENTVM. CLVIII.

Lutherus Hæreticus aſſerit Ordinem non eſſe ſacramentum, neque in eo eſſe aliquam imparitatem, ſed omnes chriſtianos dicit eſſe in eodem ordinis gradu, de hoc tractant Doctor. commun. in quarta ſenten. diſtin. 24. & Concil. Triden tin. ſeſſ. 23.

Quod autem ſit ſacramentum patet, quia confert gratiam, & eius eſt aliquod ſignum ſenſibile. Quod autem conferat gratiam facit primo 1. Tim. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij, & 2. Tim. 1. Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum. Secundo ſi in collatione ordinis non conferretur gratia, vtique nulla opus eſſet præparatione; nempe vt conferretur ieiuno, & orantí; vt legitur in Actis 13. ideo perſonæ meritum diligenter examinatur, Act. 6. Manus citò nemini impoſueris. Quod autem ordines non ſint pares, patet ex figura Exod. 18. vbi erant gradus diſtincti, maiores ſcilicet, & minores. Quod autem ordo ſit ſacramentum, & in eo ſit diſtinctio graduum maiorum & minorum, adeſt definitio Eccleſię Cõcil. Cartag. quarti, capitul. primo, & ſeq. cui addo Concil. Trident. ſeſſ. 23. Can. 1. & ſeq. Echius titul. ſeptimo.

Secunda hæreſis docet, Non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi corpus & ſanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi Concil. Trident. ſeſſ. 23. Can. 1.

Tertia, Si quis dixerit præter ſacerdotium non eſſe in Eccleſia alios ordines, & maiores, & minores, ibid. Can. 2.

Quarta, Qui dixerit per ordinem non dari Spiritum ſanctum, nec imprimi caracterem, & ſacerdotem fieri poſſe laycum, ibid. Can. 4.

Quinta contemnens cæremonias ordinis, ibidem Can. 5.

Sexta, negans in Ecclesia hyerarchiam, quæ constat ex Episcopis, præsbyteris, & alijs ibidem Can. 6.

Septima, negans Episcopos esse presbyteris superiores, & asserens ordines conferendos esse de populi consensu, ibidem Can. 7. & sequent. Cathe. de ordine.

O V A. CLVI.

OVa, Carnes, & Caseum, nunquam esse comedenda, hæresis est Manich. Direct. 1. par. quæst. 13. hær. 12.

P A N I S. CLVII.

PAnem solum, & caseum Deo esse offerendum, hæresis est, Direct. 2. p. q. 6. numer. 22. capit. final. 24. quæst. 3.

P A P A. CLVIII.

LVtherus odio Papæ, non autem ex zelo motus hanc inter alias hæresim suscitauit, qua omnem potestatem à Papa eijcit dicens, Pontificum nomen esse inane, meraque Tyrannide factum esse ait, vt Papa super alios Episcopos fuerit exaltatus; de potestate Papæ latissimè tractat Turrecremat. in summa de Ecclesia per totam Nic. Saud. de Vis. Mon. Eccl.

Contra facit primo Matth. 16. ibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quibus verbis multa sunt, quę Primatum Petri manifestè docere videntur: primo mutatio nominis Simonis, quod Deus nunquam mutauit absq; collatione magnorum beneficiorum, & absque exaltatione ad aliquam dignitatem, vt fecit Abrahæ, & Saræ. Genes. 17. ex quibus Christus secundum carnem propagandus erat; sic Iacob vocatus est Israel Genes. 32. & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratres eius vocauit Christus Boanerges, hoc est filios tonitrui Marci 3. Quos præ cæteris Apostolis post Petrum multum extulit. Matth. 17. Luc. 9. Hos enim assumpsit in testes suæ gloriosæ transfigurationis. Matth. 16. nomen autem Petrus à petra deriuatur, quia cum Christus vocetur petra secundum Paulum 1. Cor. 10. conuincitur inde Petro tale nomen fuisse datum, quod nomini Christi simillimum foret, cuius vicem in terris Petrus erat habiturus; secundo notandum est in d. textu. ibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, dicitur enim primo Petrus, dein de Petra, super quam fundāda erat Ecclesia, vt interpretatur Theophylactus, Hieron. & Hylarius, Chrysost. ibidem Aug. lib. contra Epistolam Donati, & serm. 26. de sanctis, Greg. lib. 6. Reg. Epist. 36. Tertio notandum est in dicto loco, quod soli Petro nominatim promisit Christus claues Regni cœlorum omnium; quoniam etsi alijs Apostolis datæ sint claues, non tamen cœlorum omnium, sed cœli: Petro enim dicitur, quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis; cum vero omnibus Apostolis simul dantur claues; sic dicitur Matth. 18. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super terram erunt soluta & in cœlo, ex quo colligitur fortiores, & potētiores claues fuisse datas Petro, quàm cæteris Apostolis: quod idē adnotauit Origenes d. c. 16. Matth. & Tertullianus de præscriptionibus hæreticorum. Secundo contra hanc hæresim facit Luc. 22. ibi Christus Apostolos docens, quis illorum esset maior futurus, dixit Petro, Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus confirma fratres tuos; Petrus ergo declaratus est à Christo cęteris Apostolis maior, quia illi iniungitur onus reliquos Apostolos cōfirmandi, vt Theophyl. dicit d. loco. Tertio Christus nominatim commisit Petro curam suarum ouium, cum bis illi dixit. Pasce agnos meos, & tertio iterum dixit: Pasce oues meas. Nos autem sumus populus eius, & oues pascuæ eius Psalm. 94. Quarto illa, quæ Petrus operatus est, ostendunt eum alijs Apostolis fuisse prælatum; pro se enim Petrus; & pro Christo didrachma soluit Matt. 17. ibi dixit Christus Petro Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem; illum sumens da eis pro me, & pro te, vbi Hier. dicit quod tributa pro capite familiæ soluebantur, Petrus autē staterem, hoc est duplex didrachma pro se, & pro Christo soluit, quia iam Christus meditabatur Petrum post se caput Ecclesiæ relinquere; nec tamen dicitur monstrum (vt ait Lutherus) habens duo capita; nam non dicimus Petrum esse caput æquale Christo, sed caput sub Christo hoc est caput Christi loco subrogatū, & caput secūdum post Christum. i. caput aliorum omnium à Christo. Similiter Petrus dicitur funda mentum secundum post Christum, quia prima petra post Christi petram. Theophyl. super Luc. cap. 22. Et fundamentum post Christum, hoc est fundamentum omnium aliorum à Christo. Secūdum opus Petri designatur quod sit primus inter Apostolos, Marc. vlt. ibi: Sed ite, dicite Discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam; si Petrus non fuisset cæteris præstantior, sat erat dixisse; ite dicite Discipulis eius, sed cum addidit & Petro, innuit aliquid esse in Petro singolare, propter quod esset proprio designandus nomine, tanquam aliorum Princeps. Tertium opus est Ioan. 20. cum venirent ad monumentum Petrus, & Ioannes, licèt Ioannes præcucurrerit citius Petro, non tamen intrare est ausus ante Petrum, honorem ex hoc exhibens Petro, tāquam superiori. Quartum opus Act. 1. vbi nisi Petrus fuisset alijs superior à Deo institutus ab alijs non rogatus, in medio illorum non surgeret, vt cunctis sermonem faceret Quintum opus Act. 2. Post receptum Spiritum sanctum Petrus vnus pro omnibus respondit, quia vnus omnibus

pręerat. Sextum opus primus fuit Petrus, qui inter Apostolos miraculum fecit Act. 3. ibi: Argentum, & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula; & statim consolidatæ sunt bases eius; quia prior erat in dignitate, & potestate, prior etiã virtutem Dei sui, miracula faciendo ostendit. Septimo soli Petro reuelatio facta fuit de delectu ciborum, qui in lege Moysi præceptus fuit, non esse in Ecclesia amplius faciendum Act. 13. Surge Petre, occide, & manduca, quæ res etsi omnes tangebat; soli tamen Petro reuelatur; quia Petrus persona erat communis omnium curam gerens; Octauo d. loco Act. 25. Petrus cum tamen esset in alterius Diœcesi, nempè Iacobi in Concilio Hierosolymitano, in medio illorum primus loquitur, & illius sententiæ omnes consenserunt; quod autem non fecisset, nisi fuisset superior etiam in alterius Diœcesi, prout est Romanus Pontifex, qui dicitur ordinarius ordinariorum. Nono quotiescunque cathalogus Apostolorum in Euangelio texitur, semper Petrus primo loco recensetur: quod non fuisset factum, si non fuisset cæteris superior Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Act. 1. Petrus ergo qui posterior vocatus ab Andræa, prior omnibus tamen vbique scribitur; & certè nisi in Ecclesia à Deo fuisset institutum, vt vnus esset summus sacerdos, eueniret, quod dicitur Iudic. vl. In illis diebus non erat Rex in Israel, sed vnusquisque, quod videbatur bonum sibi faciebat. Et hac sola de causa (vt existimo) hæretici conantur primatum Petri, & eius successoris minuere, vt videlicet liberius, quas voluerint possint docere hæreses. Vltra loca sacræ scripturæ, & opera Petri in eis, quibus cognoscitur eius primatus; adest tertio loco com. opin. Doct. Greg. lib. Homil. in Homil. 21. Theoph. sup. Matth. 16. & sup. Luc. 22. Leo sup. Epist. 9. & in serm. 3. August. tract. super Ioan. lib. 2. tract. 56. & contra Donatistas serm. 124. Hier. in multis Epist. ad Damas. Papam, Ambr. sup. 1. ad Gal. Chrysostom. Homi. 56. sup. Matth. Athan. in Epist. ad Liberium. Euseb. lib. 2. Eccl. Hyst. cap. 14. Hylar. super Matth. lib. 6. Cyprian. lib. prim. Epistol. tertia, & libro quarto Epistol. 8. Origen. Homil. 6. super Matth. Iren. lib. 3. cap. tertio, aduers. hæreses, Anacletus in Epistol. 3. de Patriarchis. Quarto, & vltimo adest definitio Ecclesiæ: nam in Concilio Niceno præsedit Osius Cordubensis, tanquam legatus Papæ Iulij, in Concilio Ephesin. præsedit Cyrillus Alexandrinus Sedis Apostolicæ legatus, in Concilio Calcedonensi fuerunt legati Leonis Papæ Primi; denique nullum fuit hactenus Generale Concilium, in quo si Papa fuit absens, legati illius non præsiderent, nullumque fuit legitimum Concilium, quod non fuerit authoritate Papæ congregatum, & confirmatum; & non solum in Concilijs hunc primatum exercuit summus Pontifex, sed etiam in litibus sedandis, ad illum, tanquam ad iudicem supremum sunt causæ deuolutæ ex toto terrarum orbe, vt colligitur ex Epistolis Innocentij, Leonis, Gregorij Primi: Hæc hæresis damnatur in Concil. Constantiensi sess. 8. articul. trigesimosexto, & Concil. Florent. sub Eugenio Quarto. Contra hanc hæresim scripserunt, Echius, Faber, Roffensis, & Latomus, Catharinus Pygius de Eccles. Hyer. Echius titul. 3. de Primatu Sedis Apostolicæ, Turrianus lib. 2. capit. 6. & seq. Melchior Canus libr. 6. cap. 4. Turrecrem. in summa de Eccl. libr. 2. per totum, Hosius titul. de authoritate Pontificis cap. Sacro sancta 22. distinct. cap. in nouo 21. distinct. capit. ad Romanam 2. q. 6. capit. non decet 12. distinct. cap. licet 2. q. 6. cap. nemo 9. q. 3. cap. qui se scit. 2. q. 6. cap. nemini 17. q. 4. capitul. loquitur 24. q. 1. capit. non turbatur 24. q. 1. Bernard. lib. ad Eugenium, Ambr. in Lucam lib. 9. capit. 95. Dion. cap. 3. de diuin. Nom. Chrysost. in Mat. Hom. 55. Irenęus lib. 3. cap. 3. contra hæreticos, Cathech. de ordine pag. 353.

Secunda hæresis Pseudo apostolorum fuit, quæ etsi non tollat Papæ potestatem, illam tamen asserit pendere à sanctitate, ita vt si Papa bonus non sit, nullam prorsus habeat potestatem: quam hæresim sequutus est Ioannes Vuitcleph, & Ioannes Huss. Direct. 2. p. q. 12. hær. 11.

Contra hanc hæresim faciunt, quæ dicam infra ver. Potestas.

Tertia hęresis docet Papam, & Prelatos diuitias habere non posse, Director. 2. p. quæst. 14. hær. 20.

Quarta dicit, Papam esse Antichristi precursorem maiorem, Direct. 2. p. quæst. 15. hæresi. 53.

PAROCHVS CLIX.

IOannes Poliacus docuit neminem cõfiteri posse peccata sua, nisi proprio parocho, etiam de licentia Papæ adducens c. omnis de pen. & remis.

Contra facit, quia proprius parochus dicitur, qui non sit alienus, Ioann. 18. Oues proprium Pastorem sequuntur; alienum verò fugiunt; quo casu Episcopus Diœces. & Pontifex omnium sunt proprij Pastores, & Sacerdotes, & per consequens quilibet presbyter dispensatus ab eis, qui dicitur habere delegatam iurisdictionem, quæ iurisdictio delegari potest, Concil. Trident. sess. decimaquarta, capitul. septimo.

PASCHA. CLX.

INter Asiaticos Episcopos fuit error talis, vt quartadecima Luna dominicum Pascha inuiolabiliter celebrarent, ita vt necessario faciendum docerent, Direct. parte secunda, q. 6. numer. 61. Turrianus lib. 5. cap. 17. cap. fin. vers. Teßeresce decatitæ 24. quæst. 3. Hosius titul. de traditionibus libro 4.

Contra facit Ecclesiæ statutum, quo cauetur, vt Pascha die dominico celebretur, vt libro 2. Hyst. tripart. cap. 12. quæ allegat Concilium Nicenum, & id seruat vsus vniuersalis.

PAVLVS. CLXI.

HVssitæ dixerunt nunquam Paulũ fuisse membrum diaboli, etiam ante conuersionem.

Con-

Contra facit 1.Ioann.3. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt; dum igitur Paulus infidelis perſequebatur Eccleſiam, non erat iuſtus.

PAVPERTAS CLXII.

Apoſtolici quidam ſic dicti, docuerunt neminem poſſe ad vitam æternam peruenire, niſi taliter fuerit pauper, quod nihil proprium habeat, quoniam (dicebant) talis fuit apoſtolorum vita, Direct.2.par.q.15.hær.2.

Contra facit ratio, quia nihil eſt vitæ æternę repugnans, niſi tale ſit expreſſa prohibitione interdictum; nam quod nunquam eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum, & per conſequens non poteſt: cum factũ fuerit, ab ingreſſu gloriæ aliquem impedire: at proprium habere nũquam fuit à Deo ſine diſcrimine prohibitum, ergo erit licitum. Non obſt. Luc.14. Niſi quis renũciauerit omnibus, quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe Diſcipulus; nam Reſpond. quod Chriſtus illis verbis ſolum prohibuit affectum rerum temporalium, non autem proprietatem. Ille enim viſus eſt Chriſto omnibus renunciaſſe, qui quamuis diuitias habeat, paratus eſt omnes perdere antequam Deũ propter illas offendat, quod ſi intelligeretur de renunciatione quantum ad opus: non autem quãtum ad affectum, quonam pacto eſſet intelligendum illud Luc.18? Amen dico vobis, nemo eſt, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter Regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo futuro vitam ęternam. Ecce qualiter præcipit relinquere domũ; quoniam eodem modo iubet illam relinqui, quomodo iubet relinqui parentes, & fratres, & vxores, & filios. At hæc omnia non ita vult à nobis relinqui, vt illis careamus, ſed ne illis cor noſtrum taliter figamus, quod illarum rerum amor nos ab amore Dei ſeparet: ſic enim eas res poſſidere debemus, vt dicit Pſal.16. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere; Non obſt. etiam Matth.10. ibi: Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: nam Reſpond. illa verba non pertinere ad omnes chriſtianos; ſed ad ſolos Apoſtolos: neque ad illos pro omni tempore, ſed ſolum pro eo tempore, quo ad prædicandum mittebantur, vt dixi ſupra ver. Apoſtoli hæreſi.2. eſt igitur magis perfectionis opus non habere propria, quàm de neceſſitate ſalutis. Matth.19. nam ſi nihil licitum eſt habere proprij, quomodo Paulus iuſſiſſet reddi cui tributum tributum, cui vectigal vectigal?

Secunda hæreſis Gulielmi Antuerpienſis adeò paupertatem extollit, vt dicat omnia peccata conſumi ſola paupertate.

Contra facit primo Exod.23. Pauperis non miſereberis in iudicio; ſi pauper poteſt damnari, ſignum eſt, quod poſſit eſſe reus. Secundo Eccleſ.25. Tres ſpecies odiuit anima mea, & aggrauor valdè animæ illorum, pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum & inſenſatum; Ecce vides pauperem ſuperbum, & per cõſequens peccatorem. Tertio ſi paupertas ſufficeret, Chriſtus non dixiſſet. Matth.19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & ſequere me; ſatis enim fuiſſet dicere da omnia pauperibus. Quarto 1. Corint. 13. Si diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, vbi ſi paupertas fuerit abſque charitate, nihil prodeſt. Si tamen loquamur de paupertate ſpiritus, quæ eſt omnium terrenarum rerum contemptus, benè dicere poſſumus. Matthæ.5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.

Tertia eſt hæreſis Deſiderij Longobardi dicentis, paupertatem nõ ſolum eſſe inutilem, ſed etiam noxiam.

Contra facit Matth.19. ibi: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me; & Petrus omnium Apoſtolorum Princeps ibidem dicit, Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quod ergo erit nobis? quod non feciſſent, ſi paupertas eſſet noxia.

Quarta hæreſis eſt, aſſerens Eccleſiaſticos viros debere eſſe pauperes, & eſſe contentos ſola eleemoſyna, de qua dixi ſupra ver. Eccleſia, hæreſi.4.

PECCATVM. CLXIII.

Pelagius docuit nullum eſſe peccatum originale; quem errorem ſecuti ſunt Armeni.

Contra facit primo 3.Reg.8. ibi: Non eſt homo, qui non peccet; at paruulus eſt homo, cui imputari non poteſt peccatum actuale, quia caret vſu rationis; ergo habebit originale peccatum. Secundo facit Pſalm.50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea; in vtero matris non ſit peccatum actuale, ergo erit originale. Tertio Eccl.40. Graue iugum ſuper filios Adę, a die exitus de ventre matris eorum, vſque in diem ſepulturæ in matrem omnium: quod peccatum licèt tollatur per Baptiſmum, manent tamen toto tempore huius præſentis vitæ multæ calamitates, & miſeriæ, quę ex peccato originali tãquam a fonte ortum habuerunt. Quarto ad Roman. tertio. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei: ſi omnes peccauerunt, ergo etiam parouli, quia cum actualiter non peccent, ſequitur quod habeant originale peccatum. Quinto ad Rom. quinto. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt; quod ſi paruuli peccatum non haberent iniuſtè morerentur, & paterentur famem, & ſitim: nec non a ſpiritibus vexarentur. Sexto facit ratio, vt baptiſmi lauacro peccati originalis maculam deleat, qui in gloriam intrare vult, Ioann. tertio. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnũ Dei. Septimo adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Mileuit. capitul. ſecundo, & Concil. Tridentin. ſeſſ. quinta, capitul. ſi quis Adæ, & ſeq. de hoc dixi in ſumma pec.c.1.tit.1.q.5.& ſeq.

Secunda hęresis Armenorum docet Omnes homines ante passionem Christi fuisse damnatos propter peccatum primorum Parentum.

Contra facit primo, quia Abraam, Isaac, & Iacob ante Christum fuerunt, & tamen scriptura testatur eos esse saluos, Matth. 8. ibi Multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum. Secundo Luc. 16. vbi dixit, diuitem Epulonem esse sepultum in inferno; Lazarus tamen mendicus fuit deportatus ab Angelis in sinum Abrahæ. Tertio facit ratio, quia cum Deus sit iustus, simul iustum cum impio non damnat Hebr. 11. at multi fuerunt iusti, vt manifestè scriptura testatur, vt Abel, Enoch, Moyses, Iob, & Dauid, ergo non est dicendum eos fuisse damnatos: nunquam ergo Deus aliquem æterna morte damnat, nisi propter propria demerita Ezech. 18. Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris ita & anima filij, mea est: anima quæ peccauerit ipsa morietur, & infra, Hic non morietur in iniquitate patris sui; sed vita viuet. Pater eius qui calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui; ecce mortuus est in iniquitate sua: & dicitis, quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium, & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. Anima quæ peccauerit ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij sui.

Tertia hæresis Valentini, & Manichęi docet Peccatum non esse à libero arbitrio, sed à Dęmone.

Contra facit 1. Eccl. 15. ibi Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua, si volueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Præterea aut Dęmon cogit, aut persuadet, si ergo cogeret, vtique voluntas nostra non esset libera; quod contrarium dixi supra de libero arbitrio; si verò Dęmon persuadet ad peccandum, & tunc si peccatum committitur, fit mediante libero arbitrio, quia persuasio non est coactio. Præterea si angeli mali peccauerũt à libero arbitrio, multo magis potest peccare homo, cuius vires sunt imbecilliores, Iob. cap. 4. Quarto Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus Iac. 1. non ergo semper tentatione Dęmonis peccat. Quinto si peccatum esset à Dęmone, frustra daretur præceptum homini vt non peccaret; sed hoc præceptum illi datum fuit Ioan. 5. Ecce iam sanus factus es, iam amplius noli peccare, & 1. Corint. 15. Euigilate iusti, & nolite peccare.

Quarta hęresis Lutheri docet Omne opus quantumlibet rectè factum, esse peccatum.

Cõtra hãc vide, quæ dixi supra tit. de Operibus.

Quintã hæresim docet Aetius, quem sequutus est Lutherus, dicens Solam fidem absque alio opere esse satis ad vitam æternam consequendam, & per consequens nullum peccatum quantumlibet graue imputari habenti fidem.

Contra hunc errorem dixi supra titul. de Fide hæresi. 2.

Sexta est hæresis Armenorum dicentium Esse aliqua peccata prorsus irremissibilia, quæ à nullo vnquam sacerdote remitti possunt.

Contra facit primo Matth. 16. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis, qui totum dicit nihil excludit; non est ergo aliquod peccatum, quod à Petro remitti non possit. Secundo Matth. 18. Ioan. 20. ibi Quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in Cœlo, & iterum, Quorum remiseritis peccata remissa erunt; ecce Apostolis datam esse potestatem absoluendi; non hoc vel illud peccatum, sed omnia. Non obst. Matt. 12. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus; spiritus autem blasphemia non remittetur, & Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei; neque in hoc seculo, neque in futuro; ex quo loco videtur colligi peccatum in Spiritum sanctum non posse ab aliquo sacerdote dimitti: nam Respond. quod ibi loquitur de peccato aliquo in Spiritum sanctum, quod est duritia cordis, quia homo renuit vsque ad finem vitæ remissionem peccati per pœnitentiam accipere: tale peccatum non remittitur, non quia irremissibile fuerit, sed quia de illo peccator non pœnituit: ideo nunquam in hac vita remittetur: post mortem vero, etiam si pœniteat, non remittetur: quoniam à mortuo perijt confessio: quamdiu autem peccator viuit illum patientia Dei ad pœnitentiam expectat. Rom. 2. Si vero perseuerat in iniquitate, secũdum duritiam cordis sui, & cor impœnitens, thesaurizat sibi iram in die iusti iudicij Dei: & huic tali non remittitur in hoc seculo, neque in futuro Aug. in Epistol. 50. ad Bonifacium: secundo Resp. Riccard. de S. Victore in libello de spiritu blasphemię, quod ibi non est intelligendum de remissione culpæ: sed bene de remissione pœnæ: quoniam qui peccat in Patrem, vel in Filium habet excusationem, eo quod egit per ignorantiam; & ita dignus est venia, quia videlicet aliquid de pœna peccato debita illi remittatur; qui autem peccauit in Spiritum sanctum, nullam habet excusationem, eo quod ex pura malitia; & ita non dignus venia, quia videlicet illi remittatur aliquid de pœna peccato debita.

Septima hæresis Vualdensium est, Nullum peccatum capitale esse tolerandum, etiam si permittatur gratia vitandi quantumuis maioris mali.

Contra hunc errorem facit primo Matth. 19. ibi Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras; ab initio autem non fuit sic. Ecce diuortiũ viri & vxoris permissum à Moyse; at tale diuortium esse malum Christus ostendit dicens: Quod Deus coniunxit homo non separet; quibus verbis, vt inquit Hieron. non dedit nouum præceptum, sed antiquum nouauit, & instaurauit, cum dixit ab initio non fuit sic: si Moyses permisit, ergo non probauit, quia illa permittimus, quæ non probamus, vt dicit ibi Chrysostom. Secundo

facit

facit ratio, si minus malum maiori malo comparatur, habet aliquam rationem boni, videlicet defectum illius gradus malitiæ; per quem maius malum excedit minus: Omnis autem declinatio à malo bona est, & iuxta illā rationem boni potest quodammodo acceptari à voluntate: ideo permittuntur meretrices, vt euitetur adulterium, & vitium contra naturam, dicente Hyerem. 5. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat, & Immutandus est vsus naturæ in eum vsum, qui est contra naturam, vt masculi in masculos turpitudinem suam operentur, vt ad Rom. 1. Tertio Matth. 13. vbi qui zizania permittit in agro, timens ne eradicet triticum, minus malum permittit, vt euitet maius. Quarto facit c.Nerui. c. duo mala distin.13.ex quibus colligitur Principem licitè permittere posse populo suo aliquod minus malum, seu peccatum, vt ex illa permissione auertat à malo, seu à peccato maiori, & intellige de illa permissione, quæ solum excludit culpæ punitionem, non culpam ipsam: pœ est enim Princeps permittere, hoc est non punire aliquod peccatum, vt abstineat populus à grauiori, non tamen potest permittere hoc est sic indulgere culpæ veniam, vt faciendo id quod permissum est, si est contra legem diuinam, non peccet: quia nullus hoc modo contra legem diuinam dispensare potest.

Octaua hæresis Iouiniani asserit Omnia peccata esse paria, Direct.2.p.q.4.nu. 4.

Contra facit 1.Matt.5.Ego dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. His verbis aperte ostenditur peccatorum differentia, ex differentia reatus. Secundo Matth. 10. loquens de his, qui noluissent Discipulos hospitio recipere ait. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Sodomorū, & Gomorreorum In die iudicij, quam illi ciuitati. Tertio quia maius peccatum est in Spiritum sanctum, quam in Patrem, vt dixi supra in 6. hæresi. Quarto Ioan. 19. Qui me tradidit tibi maius peccatum habet.

Nona hæresis Iouiniani, & Pelagij fuit, quos sequuti sunt Beguardi, & Beguinæ docentes, Hominem, qui semel per gratiam fuerit iustificatus, non posse amplius peccare.

Contra facit primo 1. Corint. 10. Qui stat, videat ne cadat. Secundo Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra; quam orationem omnes vsque ad finem vitæ dicere veraciter possunt. Tertio 1.Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quarto adest definitio Ecclesiæ clem. ad nostram, de hæreticis.

Decima hæresis est Martini Lutheri dicentis Nullum esse peccatum mortale, nisi incredulitatem, Direct.2. p.q.6.

Contra hanc vide quæ dixi supra tit. de fide hæresi 2.& Concil.Trid.sess. 6.Can. 27.& seq.

Item hæresis est assentire Peccata omnia vitari posse absque auxilio Dei, Direct. 2.p. q.4.hær. 10. & non esse concedendam veniam peccatorum poenitentibus, ibidem q.6. nu.28. c.fin. 24. q. 3.nec non fieri posse peccata ex sua natura, vt stuprum & similia absque culpa, ibidem q. 7. hær. 4. & peccantem conformare suā voluntatem diuinæ voluntati, ibidem q. 10. hær. 11.

Vndecima hæresis Ioan. Caluini docet, Nullam esse differentiam inter peccatum mortale, & veniale, quoniam (vt ait) nullum est peccatum veniale, sed omne peccatum est mortale.

Pro tollenda huiusmodi hæresi notandum est, quod peccatum mortale est illud, per quod tollitur vita spiritualis animæ, quæ est per gratiam; qua sublata recedit statim Deus ab anima, in qua habitat, & inde continuo sequitur mors: vnde Aug. Vita corporis tui est anima tua, vita animæ tuæ est Deus tuus; de quo dicitur Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, & Sapient. 15. Malorum amatores digni sunt morte. Peccatum autem veniale dicitur aliquando propter causam, vnde oritur, vt cum peccatur ex ignorantia, vel infirmitate, cui magis indulgetur, quam si ex propria malitia; procedunt aliquando ab euentu, qui illi accidit, quia videlicet data est illi venia; iuxta quam acceptationem omne peccatum etiam mortale dicitur veniale, si digna pro illo fiat pœnitentia, & iuxta nullam istorum duorum significationem vtimur nomine peccati venialis; quia conuincere nitimur peccatum veniale natura sua differre à peccato mortali; tertio modo peccatum aliquod dicitur veniale ex sua natura, & ex propria ratione & est illud quod ex se, & sua natura, est tam leue, & tam minutum, vt non valeat aliquem priuare gratia diuina, aut facere illum Dei inimicum, aut reddere illum dignum morte æterna. Hęc autem leuitas peccati aliquando inest illi ex natura sua, & ex genere suo; qnia materia ipsa, aut res ipsa, circa quam versatur, est ex genere suo leuis, pro vt est modicus risus, aut verbum ociosum, quo nemo læditur. Aliquando leuitas ipsa peccati prouenit non ex ra ipsa; sed ex imperfectione operis, quæ contingere potest, etiam vbi res ipsa esset nimium grauis: talis autem operis imperfectio potest oriri ex paruitate materiæ, vt contingit in furto rei leuissimæ, aut in parua detractione, per quam in minima re læditur fama proximi: potest etiam talis operis imperfectio oriri ex defectu deliberationis, pro vt contingit in motibus subreptitiis; propter quem defectum opus ipsum non potest dici plene voluntarium; & ideo non habet plenam rationem peccati, & inde euenit, vt veniale sit, quod alioquin fuisset mortale; mortale igitur infert mortem animæ, quæ est priuatio gratiæ, & mortem æternam inferni; veniale autem nec vnam nec alteram mortem infert, sed tantum facit ex se dignum pœna temporali.

Contra facit primo Psalm. 31. ibi Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hoc orabit ad te omnia sanctus; vbi sanctus orat pro impietate peccati, quod intelligitur, de veniali, alioqnin non esset sanctus ille, qui orat. Secundo Prou. 24. Septies in die cadit iustus, & resurgit; impij autem

cor-

corruent in malum ; si iustus est noo cadit; si cadit noo est iustus; oportet ergo vt sit aliquis casus peccati, qui iustitiam non tollat, Tertio facit Matth. 5. Omnis, qui irascitur fratri suo reus est iudicio, qui antem dixerit fratri suo rachs, reus erit concilio: qui autem fatue, reus erit gehennæ ignis ; cum igitur ex tribus illis peccatis solum tertium, & vltimum dicatut puniendum gehenna igois, hoc est morte perpetua ; colligitur illud solum esse peccatum mortale, seliqua veró esse venialia, Chrysostom. Homil. 16. super Matth. grauitas enim peccati colligitur ex magnitudine pœnæ. Quatto Matth. 12. Quicunqne dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei ; qui autem dixerit cootra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, oeque in futuro ; vbi constat quædam peccata remitti in futuro seculo, quæ sunt venialia, cum certum sit peccata mortalia oon remitti in futuro seculo, quia illa ducunt hominem ad mortem æternam, Eccl. 11. Lignum quod ad Aquilonem ceciderit, ibi manebit. Quinto 1. Cor. 3. Fundamentō enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positom est, quod est Christus Iesus. Si qois autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides, & stipulam: voin scuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabir, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit ; si cuius opus manserit ; quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse tamen saluus erit ; sic tamen quasi per igoem : vbi apparet per lignum, fęnum, & stipulam significari peccata venialia, cum dicat fore saluum quasi per ignem. Sexto ad Hębr. 5. Omnis oamque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur io his, quæ sunt ad Deum ; vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant; quoniam & ipse circuodatus est iofirmitate : & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis : vbi colligitur quod nunquam Pontifex iuberetur offerre, oisi esset iustus : quatenus autem offerret pro suo peccato, debet intelligi de veniali ; qnod si offerret hostiam in peccato mortali existēs angeret peccatum suum. Septimo Iac. 1. Vnosquisque veró tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus, deindè coocupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum veró cum consumatum fuerit, generat mortem: in quibus verbia duo genera peccatorum demonstrantur : quorum vnum generat mortem, alterum autem ooo. Octauo Iac. 3. ibi, In multis offendimus omoes: multi enim ooo peccauerunt mortaliter, vt Ioan. Baptista, & Hyerem. ideo dicendum est de peccatis venialibus. Nouo facit ratio, quia si omnia peccata essent mortalia (vt docuit Caluinus) vtique Deus esset nimis seuerus ; oon posset dici iugum eius suaue, eiusque onus leue Matth. 11. similiter si nullum peccatum esset mortale, nisi infidelitas, (vt testatur Lutherus) vtique tolleretur iustitia eius : non enim sat est credere Deum esse misericordem, nisi etiam credamus iustum ; nam vt ait prou. 20. Misericordia, & veritas custodiunt Regem. Decimo facit com. sententia doct. Ricchar. de S. Vict. in opusc. de differentia peccati mortalis, & venialis Anselm. sup. 1. Corint. 3. vbi etiam Aymon. Aug. libr. de bono coniug. cap. 6. vltimo dicit Concil. Trid. sess. 6. cap. 11. vbi de peccatis venialibus fit meutio ; non obst. quod obijcit Caluinus de textu Matth. 5. ibi Qui vnum ex istis minimis mandatis contempserit, minimus vocabitur in Regno cœlorum : nam Resp. quod Caluinus more hæreticorum, non integrum citauit illum textum : dicit enim ibi Qui ergo soluerit vnum de minimis mandatis istis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno cęlorum, vbi apparet quod non ob solam causam dicitur minimus in Regno cœlorum, quia soluit vnum de mandatis minimis, sed quia soluendo illa docet alios sic esse faciendum, quamuis ergo soluendo minima quis peccet venialiter: docendo tamen alios, vt sic faciant, peccat mortaliter, quia perniciose mentitur, & scandalum iniquitatis ponit coram proximo suo, dicendo sic esse ab omnibus faciendum, quemadmodum ipse fecit.

Duodecima hæresis est Ioanois Vuitcleph dicēs, Omne peccatum hominis prædestinati esse veniale : quia nullum tale puoitur æterna morte: & omne peccatum hominis reprobi esse mortale, quia omne tale (vt ait) morte æterna plectendum est.

Contra facit primo Genes. 2. ibi in quacunque die comederis ex eo, morte morieris: vbi patet peccatum primi parentis fuisse mortale, & tamen nullus negat illum fuisse saluum. Similiter secundo de Dauid concumbens cum vxore Vriæ peccauit mortaliter 2. Reg. 12. & tamen pœnitentia ductus factus est saluus. Tertio de filio prodigo dicitur Luc. 15. Filius hic mortuus erat, & reuixit. Quarto sequeretur absurdum quod omnia peccata dimissa sanctis fuissent venialia, & tamen de Magdalena dicitur, quod erat in ciuitate peccatrix : præterea frustra institutum esset sacramentum pœniteotiæ, quod tamen est necessarium Exech. 18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam vita viuet, & non morietur. Quinto adest definitio Eccl. Concil. Trid. sess. 6. Can. 17.

Tertiadecima hęresis est dicere, Peccantem mortaliter, verè, & proprie hæreticum esse, Direct. p. 2. q. 10. hær. 10.

Quartadecima est, Peccantibus non esse comminatam damnationem: sed præbentibus tantum malum exemplum, Direct. 2. p. q. 11. hær. 14.

Quintadecima dicens, Adam non amisisse sanctitatem, & iustitiam, cum mandatum Dei transgressus est Concil. Trident. sess. 5. Can. 1.

Sextadecima dicens, Peccatum Adæ sibi soli, non eius propagini nocuisse, ibid. Can. 2.

Decimaseptima asserens, Peccatum originale proprijs viribus posse tolli, ibid. Can. 3.

Decimaoctaua negans, Paruulos baptizandos esse ad tollendum originale peccatum, ibid. Can. 4.

Decimanona asserens. Non remitti peccatum originale in baptismo, ibid. Can. 5.

POE-

POENITENTIA. CLXIIII.

LVtherus hæreticus docet, Non esse tres partes pœnitentiæ, sed optimam pœnitentiam dicit esse nouam vitam; de confessione & contritione diximus superius suis in locis: superest tantum hic vt ostendamus ex sacris literis satisfactionem esse necessariam, damnatur in Concil. Trident. sess. 14. Can. 4. & Can. 13. Cath. de pœnit.

Contra facit quia dimissa culpa restat aliqua pena soluenda, iuxta mensuram & pœnæ, & temporis à Deo decretam, quod patet primo Num. 14. ibi cum Moyses orasset Dominum dicens: Dimitte obsecro peccatum populi huius: respondit Dominus, dimisi: attamen omnes homines, qui tentauerunt me, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum; secundo dimisso peccato Dauid, trāstulit quoque Dominus peccatum suū, & adhuc remansit pœna 2. Reg. 13. & 2. Reg. 24. cum igitur post dimissam culpam remaneat pœna, potest homo aliquam pœnam voluntariè tolerare; & hæc pœna voluntaria, & libera tolerantia, est alterius pœnæ debitæ satisfactio, quæ consistit in eleemosyna, ieiunio, & oratione, vt probatur primo Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Secundo Luc. 11. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Tertio de oratione dicitur Eccl. 21. Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed de præteritis deprecare, vt dimittantur tibi. Quarto in omni genere satisfactionis habetur Matth. 3. ibi Facite fructus dignos pœnitētiæ. Quinto ad Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Sexto adest cōm. opin. doct. Isichius lib. 4. super Leuitic. Beatus Fulgentius in Epist. ad Venantiam, Encherius super lib. 5. Regum, Druthmarus super 3. Matth. vbi etiam Chrysostom. Theoph. super 6. ad Rom. Septimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Florent. de Sacramento pœnitentiæ, Concil. Trid. sess. 6. capit. 14. & sess. 14. cap. 6. Non obst. primo Ezech. 18. vbi Dominus per Ezech. prophetam promittit, se non recordaturum amplius omnium iniquitatum impij, si ille egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis: si post actam pœnitentiam Deus non recordatur iniquitatum impij; ergo post culpam remissam, nullam Deus exigit pro peccatis pęnam; quoniam (inquit Lutherus) si aliquam post remissionem culpæ Deus exigeret pro illa pęnam, iam recordaretur iniquitatum impij post illius pœnitentiam; nam Resp. hanc promissionem non fuisse factam, si ille solum fuerit corde contritus; sed promisit hac conditione; si impius egerit pœnitentiam; at pœnitentia integra complectitur etiam satisfactionem, ideo non facit integram pęnitentiam, qui pro peccato non satisfacit: secundo dato quod nomine pœnitentiæ complecteretur tantum contritio, responderi potest, quod ibi non tantum requiritur pœnitentia, sed etiam vt faciat iudicium & iustitiam, quod completur in satisfactione, nisi esset tanta contritio, quæ compensaret defectum exterioris pœnæ; tertio Resp. quod quatenus dicit se non recordaturum iniquitatum impij, dicit se nō amplius habiturum illum tanquam inimicum; sed non obstat, quod post amicitiam contractam illum amicè puniat; Nam iuxta Pauli sententiam ad Hebr. 12. flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Secundo non obst. quod Christus pro nobis omnibus satisfecit, & ideo iniuriam facit Christo peccator, qui pro suis peccatis Deo satisfacere conatur, vnde Paulus 1. Timot. 2. Christus se ipsum dedit redemptionem pro omnibus, & 1. Ioan. 2. Factus est propitiatio pro peccatis nostris, & non tantum pro nostris, sed pro totius mundi; nam Resp. iuxta dictum 1. Pet. 2. Christus pro nobis passus est, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, & Psalm. 115. Quid retribuam Domino pro his, quæ retribuit mihi? dixit, Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo; præterea Resp. quod omnis propositio, quæ dicit, quod Deus vult omnes homines saluos fieri; & in Christo omnes viuificabuntur, sunt interpretandæ, hoc modo, videlicet Christus redemit omnes, idest qui redempti, aut redimendi sunt, seu nullus homo nisi per Christum redimitur. In Christo omnes viuificabuntur idest omnes, qui viuificandi sunt, in Christo viuificabuntur, seu nullus, qui viuificatur habet vitā, nisi per Christum; item Deus vult omnes homines saluos fieri idest Deus vult omnes homines, qui saluandi sunt, saluos fieri, aut nemo nisi Deo volente saluatur; quod si taliter non intelligeretur, vix illarum veritas haberi posset, cum multi sint homines, qui non sunt redempti, viuificati, neque salui; non tamen id contingit, quia redemptio per Christum oblata non fuerit illis sufficiens, perinde ac alijs, qui redempti sunt; sed quia ipsi noluerūt vti redemptione per Christum data, neque voluerunt accipere conditionem redemptionis, reconciliationis, & vitæ, & perpetuæ salutis; non enim omnibus salutem obtulit, sed illis solum, qui Dei mandata custodierint, Ioan. 15. Vos amici mei estis, si mandata mea feceritis, & idem 14. Si diligitis me mandata mea seruate, & Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata; ita interpretatur Aug. in Epistola ad Vitalem, & in lib. de Origine animæ, vnde dicendum est, Christus satisfecit pro omnibus, qui pro peccatis suis satisfaciunt, seu melius, nemo nisi per Christum pro peccatis suis satisfacit, vnde Paulus 2. Timot. 2. Fidelis sermo: nam si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinebimus, & conregnabimus; Satisfactio enim Christi non applicatur alicui, nisi mediante sacramento, aut aliquo bono opere, & nihil Dei gloriæ detrahimus; sed meritum passionis eius extollimus, cum dicamus, passione sua non solum satisfecisse pro nobis, sed etiam meruisse, vt opera nostra essent satisfactoria. Tertio obijciunt quod in sacris literis non reperitur hoc verbum satisfactio in hunc sensum, neque apud sanctos Patres; nam Resp. quod sacræ literæ præscribunt nobis leges de operibus, quæ facere debemus, & de rebus, quas credere tenemur, non tamen de vocabulis, quibus necessario vti oportet;

quo-

quoniam cum de re ipſa conſtat, parum refert; ſi hoc, aut illo vocabulo vtamur: quod autem dicitur, quod hæc vox non reperitur apud ſanctos Patres, Reſp. hoc eſſe falſum, nam reperitur apud Greg. Hom. 34. ſuper Euang. Leo. 1. in Epiſt. 89. Hier. ſuper Malachiam, Ambroſ. lib. ad Virginem c. 8. Cyprian. Epiſt. 13. lib. 1. Tertullianus, lib. de Pœnitentia.

Secunda hæreſis Lutheri ducet pœnitentiam, quæ ex timore gehennæ oritur, eſſe non ſolum inanem, verum etiam noxiam.

Contra quam nota hic quæ dixi ſupra de contritione, damnatur in Concil. Trident. ſeſſ. 14. Can. 5.

Tertia hæreſis Nouatianorum eſt, quæ tollit omnem pœnitentiæ virtutem, dicens Eos, qui ſemel lapſi ſunt, nunquam poſtea conſequi remiſſionem, quantumlibet poſtea pœniteant.

Contra facit primo Iob. 14. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti; ſed parce peccatis meis. Secundo Dauid poſt peccatum commiſſum Pſalm. 50. dixit Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum dele iniquitatem meam. Tertio Matth. 18. ibi, ille Rex omne debitum dimiſit ſeruo ſuo, quoniam rogauit eum, & quia ille cum alio conſeruo non exececuerat eandem miſericordiam, coniectus eſt in vincula, & carcerem. Quarto Sap. 7. ibi Malitia ſapientiam non vincit; quod ſi aliquod peccatum non eſſet remittendum, ſapientia eſſet victa à malitia, aut ſuperata illius poteſtas ſi non poteſt, aut ſuperata miſericordia, ſi non vult. Quinto Eccl. 21. Fili peccaſti, ne adijcias iterum; & de præteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Sexto Iſa. 55. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deũ noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Septimo Hyer. 18. Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus illam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui, vt facerẽ ei. Octauo Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur; omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor. In iuſtitia ſua, quam operatus eſt viuet. Nono Matth. 9. Non eſt opus bene valentibus medico, ſed male habentibus. Euntes diſcite, quid eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium. Decimo Pſal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus. Vndecimo adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Rom. Concil. Nicen. cap. 8. Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 14. & Can. 29. Echius tit. 8. de confeſſ. de hoc S. Thom. 3. p. q. 84. & ſeq Doct. comm. in 4. ſent. diſtinct. 14. & ſequent. Concil. Trident. ſeſſ. 14. Hoſius de ſacram. pœnit. capit. 44. & cap. ſeq.

Quarta hæreſis eſt aſſerere, Non eſſe diſtincta hæc duo ſacramenta baptiſmum, & pœnitentiam Concil. Trident. ſeſſ. 14. & Can. 2.

Quinta negans verba illa, Accipite Spiritum ſanctum &c. non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata, ibid. Can. 3.

Sexta, Non eſſe neceſſarium confiteri omnia ſua peccata mortalia, quarum memoria habetur cum circumſtantia mutante ſpeciem, ſaltem ſemel in anno, ibid. Can. 7. & 8.

Septima aſſerens, Abſolutionem non eſſe actum iudicialem, ibid. Can. 9.

Octauo dicens, Epiſcopos non poſſe ſibi reſeruare caſus ibid. Can. 11.

Nona dicens, Totam pœnam cum culpa dimitti; & claues datas ad ſoluendum, non ligandum ibidem Can. 12. & 15.

PEREGRINVS. CLXV.

Diotrephes quidam docuit: Non eſſe impendendam humanitatis curam peregrinis.

Contra facit primo Exod. 23. Peregrino moleſtus non eris. Secundo Leuit. 23. Poſtquam meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, ne ſecabitis eam vſque ad ſolum, nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus, & peregrinis dimittetis eas. Tertio Deut. 14. Peregrino, qui intra portas tuas eſt, da vt comedat. Quarto Iob. 31. Foris non manſit peregrinus; oſtium meum viatori patuit. Quinto Matth. 25. Hoſpes fui, & non recepiſtis me. Sexto Loth, vt Origenes annotauit Homil. 5. ſuper Geneſ. ab incendio Sodomorum, & Gomorreorum propter ſolam hoſpitalitatem liberatus eſt.

PERFECTIO. CLXVI.

Perfectione Apoſtolis ſe pares eſſe aſſerere hæreſis eſt, Direct. p. 2. q. 12. nu. 4. & quòd acquiri poſſi. a ſeo, vt vlterius progredi non poſſit, ibidem q. 7. numer. 1.

PERSONA. CLXVII.

Perſonam eandem eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum aſſerere, hæreſis eſt, Direct. p. 2. q. 6. numer. 41.

Item ſi dicatur, Vnũ eſſe vnitate collectiuè, non autem eſſentiæ, ibid. q. 7. num. 2.

Item Eas nõ poſſe aliquid agere intrinſecè vnam ſine alia, ibid. q. 9. art. 23.

PETRVS. CLXVIII.

Petrum non fuiſſe Romæ aſſeuerant Funccius & Molinœus hæretici.

Contra facit quod tenetur in ſermone Leonis Papæ in Natiu. Apoſt. Petri, & Pauli: tibi iſti enim ſunt viri, per quos tibi Euangelium Chriſti Roma reſplenduit, & quæ eras Magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis, Nicol. Sand. de viſ. Monar. Eccl. num. 248. & lib. 6. cap. 10. facit. 1. Petrus. 5. ibi Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus, vbi per Babylonem intelligitur Roma, latiſſimè ibidem per Sanderum in d. cap.

cap.10. Eusebius lib.2.cap.14.Hieronymus in Catalogo verb. Marcus Tertullianus lib. aduer. Iudæos; Irenęus lib. 3. cap. 3. Tertullianus de præscrip. aduers. hæret. Cyprianus ad Cornel. lib. 1. Epist. 3. Athanasius in Apologia de fuga sua, Lactantius, de vera sapientia lib. 4.c. 21. Amb. lib. 5. Epist. 32. Hegesippus lib. 3.cap.2. Optatus lib. 2. de schismate Donatistarum, Chrysost. in Psalm. 48. Orosius lib. 7. capit. 6. Maximinus Tauriensis in homel. 5. in nat. Apost. Sulpitius in sacra hist. lib. 2. Aug. de consensu Euangel. lib. 1. cap. 10. & contra literas Petiliani libr. 2. capit. 51. Theodoretus in Psalm. 166. Gregorius magnus lib. 6. Epist. 37. & Greg. Turon. lib. c. 25.

PHILOSOPHIA. CLXIX.

Philosophiæ studium condemnandum esse, error est Arnaldi, Director. 2.p.q.11.nu.5.

POTESTAS. CLXX.

VNa de hac re est hæresis Valdensium, quæ asserit Omnem potestatem, tam laycalem, quam Ecclesiasticam amitti per peccatum mortale.

Quem errorem sequuti sunt Ioannes Vuiclepb, & Ioannes Huss. qui tali vtuntur medio. Omnis potestas à Domino Deo est, Deus autem non præstat dona sua peccatoribus, ergo peccator caret potestate: nam Resp. falsum esse, quod Deus non donet, seu non concedat dona sua peccatoribus. Nã Hyer. 27. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabucdonosor Regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi, & seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius; donec veniat tempus terræ eius & ipsius, & seruient ei gentes multæ, & reges magni: Ecce Nabucdonosor malus dicitur Rex; quoniam regnare facit Deus hominem hypocritam propter peccata populi, vt loquit Iob cap. 34. Secundo Matth. 23. Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisęi: omnia quæcunque dixerint vobis seruate, & facite; secundum verò opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. Tertio 1. Pet. 2. Serui subditi sint in omni timore Dominis, non tantum bonis & modestis, sed eiam dyscolis. Quarto Iudas Apostolus erat, & tamẽ peccator erat, Ioan. 6. Non ne duodecim vos elegi? & vnus ex vobis Diabolus est. Quinto Ioann. 11. Caiphas cum esset pontifex; anni illius prophetauit. Pontifex erat & sententiam mortis aduersus Christum dicebat; possibile est ergo, vt quis sit peccator, & pontifex; nam qui solem suum facit oriri super bonos, & malos, etiam donat regna iustis, & peccatoribus. Sexto, & vltimo adest definitio Ecclesiæ Concil. Constant. sess. 8. artic. 4. & Concil. Trident. sess. 7. Can. 12.

Secunda hæresis dicit, Potestatem à Christo datam Petro in se esse translatã, Direct. p. 2. q. 12. nu. 3.

PRÆCEPTVM. CLXXI.

PRima hæresis est Lutheri, quæ docet Nullum esse in tota lege Euangelica præceptum.

Contra facit primo Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere; adimpleuit autem legem veterem, cum illi addidit præcepta, quæ non erant in illa, vt illis additis fieret integra, & perfecta lex; ita interpretantur Hier. & Chrysost. Homil. 18. & Tertull. lib. 4. contra Marcionem. Secundo Ioan. 15. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego præcepta Patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Tertio facit Mat. 28. ibi Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docẽtes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Quarto facit particulare præceptum fidei, Mat. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit; qui vero non crediderit condemnabitur: eodem modo est præceptũ de baptismo Ioan. 3. ibi Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in Regnum Dei; similiter, pœnitentiam esse in præcepto probatur Luc. 13. Nisi pęnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, & hic loquitur de pœnitentia, quæ virtus est: de pœnitentia autem sacramentali dictum est supra cum de confessione egimus. Quinto facit ratio, si nullum est præceptum in Euangelio, ergo nullum est peccatum in eis, quæ sub Euangelio veniunt; nam Paulus docet non esse præuaricationem, vbi non est lex, ad Roman. 4. si non est præuaricatio ergo non est peccatum, quia Propheta regius, censet omnes peccatores esse præuaricatores. Psalm. 18. Sexto non solum præcepta Euangelica pertinent ad christianos, sed etiam præcepta decalogi; nam præcepta illa sunt de lege naturæ, & omnia, præterea illa tria primæ tabulæ præcepta deducuntur ex illis duobus primis naturalis rationis notissimis principijs: Quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hæc & facite illis. Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris; quæ duo legis naturæ principia Christus cõfirmauit in Euangelio, Matth. 5. & non solum hæc vniuersalia, sed etiam particularia confirmauit, cum dixit: Si vis ad vitam ingredi serua mandata; & cum interrogatus esset, quæ essent hęc mandata Matth. 19. dicit, Non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Septimo, & vltimo adest definitio Ecclesiæ Conci. Trident. sess. 6 cap. 11. & Can. 19. non obst. quod obijcit Lutherus illud ad Gal. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, & ibidem 5. In libertatem vocati estis fratres; nam Resp. omnia hæc, & alia similia loqui de illa sola libertate, qua liberauit nos Deus à seruitute legis Mosaycę, vt iam post mortem non simus obligati ad seruandum cęremonias, & iudicia legis Mosaycæ; nam in tota illa Epistola nihil aliud loquitur Paulus: ideo ne aliquis putaret se liberum ab obedientia mandatorum moralium dicit ibidem, Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis; sed per charitatem spiritus seruite inuicẽ, quod ita interpretatur Hier. ibidem, eodem modo intelligitur dictum Pauli 2. Corint. 3. Vbi spiritus Domini, ibi libertas, hoc est, qui spiritum habet intel-

ligit

ligit se liberum à seruitute legis Mosaycæ; secundo intelligas, vbi est spiritus Domini, ibi sit libertas à seruitute peccati; nam omnis qui facit peccatum seruus est peccati Ioan. 8. tertio dicas, vbi spiritus Domini, ibi libertas, hoc est non timore pœnæ coactus, sed amore Dei ductus sponte iustitiam operatur, ita intelligitur 1. Timot. 1. legem non esse iusto positam, sed iniusto; qui enim sponte facit ea, quæ lex moraliter iubet, vel amplius, cur ei necessitas legis imponetur? libertate enim facit, non necessitate quod facit: præterea non est verisimile Paulum tenuisse, nos esse liberos ab obseruãtia mandatorum Dei, cum excludat tam sæpè adulteros, fornicarios, homicidas, fures, & alios huiusmodi à Regno Dei, Paulus ad Ephes. 5. Cath. titul. de præcept.

Secunda hæresis Philippi Melanctonis docet, Nullum esse in Euangelio consilium; sed omnia, quæ nobis commendantur, esse præcepta.

Ad tollendum hunc errorem notandum est primo, quod preceptum aliquando sumitur pro doctrina à verbo præcipio; quod est docere, vnde dicitur præceptor: in quam significationem non capimus hoc in loco; nam sub ista etiam consilia, quæ docentur, continerentur. Secundo not. quod mandatum dicitur quicquid alicui quouis modo commendatum est, etiam si non cogatur ad faciendum, & iuxta hanc significationem etiam consilia dicuntur mandata; quia consilia etiam nobis commendantur, & ideo iuxta hanc significationem in hoc casu non vtemur hac voce mandati. Præceptum ergo siue mandatum, de quo nunc loquimur, est lex siue regula, quæ obligat eos, quibus datur, ad aliquod agendum, vel omittendum, cui legi, vel præcepto qui non obedierit, damnationis æternæ sententiam à iusto iudice audiet; consilium autem est adhortatio quædam ad bonum, cuius obedientia laudabilis est; transgressio verò inculpabilis; quæ duæ definitiones colliguntur ex lib. 1. Hier. contra Iouinianum, his ita suppositis.

3 Contra hanc hæresim facit primo Matth. 19. ibi Si vis ad vitam ingredi serua mandata; cum autem dixisset ille adolescens, se omnia mandata seruasse dixit ei Saluator noster, Si vis perfectus esse; vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo; & veni sequere me. In quibus verbis id annotare oportet, quod aliud dixit esse necessarium ad assequendum vitam æternam, & aliud ad perfectionem obtinendam; vnum est præceptum, & alterum consilium, Chrysostom. Homil. 64. super Matth. & Hier. super Matth. 19. Nec potest intelligi de abdicatione bonorum, quæ fit in persecutione ad veram fidei confessionem; nã Resp. quod tali casu non est solum de perfectione vitæ; sed etiã de necessitate salutis. Secundo Matth. 19. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt; & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter Regnum cœlorum. Qui potest capere capiat: quia se castrare propter Regnum cœlorum hoc est continentes esse, valde difficile erat, noluit de illa præceptum dare; sed solum adhortatus est dicens, qui potest capere capiat; quæ admonitio non habet vim præcepti, sed consilij, secundũ Hieron. qui d. loco dicit; quasi hortantis vox Domini est, & milites suos ad pudicitiæ præmiũ concitantis; qui potest capere capiat, qui potest pugnare pugnet, superet, ac triumphet, conclud. Chrysost. Homil. 63. super Matth. apertius dicit Paulus 1. Corint. 7. De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do: Hanc distinctionem facit Ambr. libr. de viduis, August. lib. 1. de adult. coniug. cap. 18. Hier. super Paulum 1. Corint. 7. Tertio facit ratio, quia si nullum consilium esset in lege Euangelica, sed essent omnia præcepta contenta in ea, vt non resistere alicui offendenti; si quis nos percuteret in vna maxilla, præberemus ei & alteram: si quis in iudicio vellet nobiscum contendere, & tollere tunicam, dimitteremus & pallium, & alia id genus nonnulla; vtique non esset iugum Domini suaue, & onus eius leue Matt. 5.

Pro clariori intelligentia huius articuli tres regulæ constituendæ sunt, quibus dignoscitur præceptum à consilio. Prima summenda est ex consideratione duorum præceptorum charitatis, quæ sunt dilectio Dei, & dilectio proximi; ex quibus duobus tota lex pendet, & Prophetæ Matth. 22. Quicquid igitur necessarium est ad seruandam dilectionem Dei, aut proximi, id omne credendum est esse nobis præceptum, quoniam plenitudo legis est dilectio ad Rom. 13. Quod autem ad augendam dilectionem Dei, aut proximi, est conueniens, & non necessarium ad illius conseruationem, id pro consilio tantum habetur. Secunda regula sumitur ex præmio, quod promittitur obedienti, & ex pœna infligenda transgressori. Nam transgressor damnandus est ad mortem temporalem, aut æternam: clarissimè conuincitur inde, præceptum esse illud ad mortale peccatum obligans, vnde ad Gal. 5. Qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur; nullus à Regno Dei excluditur, nisi pro peccato mortali: si autem obedienti promittitur præmium, & nulla pœna transgressori designatur; iuste credere possumus, illud esse consilium, & non præceptum, ideo virginitas dicitur consilium, cui promittitur Regnum cœlorum, iuxta illud: Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum cœlorum; quod si posthabita virginitate nuptias elegerit, nulla propter hoc illi infligitur pœna, dicente Paulo 1. Corint. 7. Si nupserit virgo non peccat, eodem modo cognoscimus, paupertatem euangelicam esse tantum in consilio, & nõ in præcepto; quia diuitiarum possessori, nulla propter hoc pœna assignatur, & illas renuncianti præmium promittitur à Deo; Tertia regula est, quæ accomodari potest non solũ huic negocio, sed omnibus, quæ ad fidem, & ad mores spectant, & est totius Ecclesiæ consensus, vt illa pro præceptis habeamus, & illa nonquam cõsilia æstimemus, quæ concors sacrorũ omnium doctorum consensus semper indicauit esse consilia, & non præcepta; nam cum Ecclesia sit columna, & firmamentum veritatis, & Christus cum illa sit vsque ad consumationem seculi, consequens est, vt in his, quæ ad salutem sunt necessaria, illa errare nõ possit 1. Timot. 3.

Tertia hæresis Lutheranorum est, quæ asserit: Nihil esse bonum, & Deo gratum, nisi quod est ab illo mandatum, atque preceptum.

Contra facit primo, quod dixi in proxima præcedenti heresi. Secundo facit Genes. 4. ubi oblatio Abel placuit Deo, quę tamen illi precepta non fuit. Tertio Genes. 8. ibi: Odoratusque est Dominus odorem suauitatis: vbi holocausta oblata per Noè fuerunt grata Deo, nō tamen ab eo pręcepta. Quarto placuit Deo, vt Phinees interfecerit Israelitem coeuntem cum muliere Madianitide, quod tamen ei non fuit pręceptum Numer. 25. Quinto grata fuit Deo Racha, Bitarū religio, qui sine Dei pręcepto vinum non bibebant, & multis in alijs absque pręcepto vitam austeram gerebant. Hier. 35. Sexto Daniel Propheta nullum suscepit ieiunandi pręceptum, & tamē valde gratum Deo fuit Daniel. 10. Septimo Ioannes Baptista fuit gratissimus, & tamen asperitas eius nūquam fuit ei à Deo pręcepta; Ioan. 3. & Matth. 11. Octauo Christus redemptor noster pauper fuit, quatenus homo, quā paupertatem ille propria electione sumpsit, & non aliquo patris mandato 2. Corint. 8. Quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia nos diuites essemus. Nono August. lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. 14. dicit non solum opera facta absque Dei pręcepto posse esse bona, & Deo grata, sed aliquando esse meliora; & Deo magis accepta, quàm alia quę ex pręcepto illius fiunt.

Quarta hęresis Lutheri docet Deum pręcepisse nobis ea, quę impossibilia sunt, ut à nobis seruentur, exemplum ponens de pręcepto dilectionis Dei, cum impossibile sit aliqua non amare, nisi Deum, & exempl. de pręcepto, non concupisces; nam semper remanet penes baptizatum concupiscentia.

Contra facit primo Deut. 30. ibi Mādatum hoc, quod ego præcipio tibi, non supra te est, neque procul positum, neque in cœlo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque opere compleamus? neque trans mare positum, vt causeris & dicas: quis ex nobis poterit transfretare mare & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere quod præceptū est? sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Secundo Mat. 11. ibi Iugum meū suaue est, & onus meum leue. Tertio 1. Ioan. 5. Mandata eius grauia non sunt. Quarto facit ratio, quia si præceptum Dei esset impossibile, iniustè ageret: lege enim naturali docemur neminem obligari ad impossibile, teste Augustino; nemo peccat in eo, quod vitare non potest Ambr. lib. 1. de Beato Iacobo cap. 3. Basil. Reg. Monach. cap. 83. Hier. ad Damasum. Quinto adest definitio Ecclesiæ Concil. Triden. sess. 6. cap. 11. Quod autem attinet ad rationem Lutheri Respond. quod non sic præcipitur, vt Deum ex toto corde diligamus; quod nihil præter Deum diligamus: sed sic iubemur diligere, vt nihil repugnans pręceptis Dei amemus, quapropter ille dicendus est diligere Deum ex toto corde, qui Deum diligens reliqua omnia mandata eius seruat, Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & 1. Ioan. 5. Hęc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus. Præterea, si præcepta essent impossibilia, vtique scriptura non diceret plures dilexisse Deū, eiusque mandata seruasse, vt legitur 3. Reg. 14. de Dauid, de quo Dominus dixit: Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo, & idem Dauid Psalm. 118. dicit: In toto corde meo exquisiui te, & alibi: Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui; si ad omnia mandata tua, ergo & ad mandatum dilectionis Dei. Ad illud præceptum, quod Lutherus dicit impossibile, nempè non concupisces &c. Respond. quod per illud præceptum non prohibetur carnis concupiscentia, quia cum talis concupiscentia regulariter reperiatur in omnibus hominibus, nullus est, qui tale seruasset præceptum. At Dauid custodiuit omnia mandata Domini, ergo & hoc mandatum: non autem custodisset illud; si carnis concupiscentia fuisset prohibita: conuincimus ergo, vt per illud præceptum non prohibeatur concupiscentia carnis, sed interior voluntatis affectus: pro cuius rei declaratione notandum est, quod peccatum accipitur tripliciter, primo pro hostia, quæ offertur pro peccato 2. Corin. 5 Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit: hoc est hostiā pro peccato, à qua peccati significatione nunquam aliquis dicitur peccator, ideo Paulus dicit Deum illum non fecisse peccatorem, sed quod fecit eum peccatum: secundo modo dicitur peccatum causa alliciens, aut impellens ad peccatum, vel pœna peccati, Paulus ad Rom. 7. Si autem quod nolo malum hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: peccatum hoc loco nominat Paulus carnis concupiscentiam; à quo peccato nullus peccator dicitur, quia ipsa concupiscentia in malum impellit, & in pœnam primi peccati data est, vnde Augu. super Epist. ad Gal. aliud est peccatum habere, & aliud peccare, sicuti aliud est, quod regnet peccatum in nostro mortali corpore, quod prohibetur ab Apostolo ad Rom. 6. aliud autem quod non inhabitet; nam hoc nō prohibetur ad Rom. 7. dixit Si enim quod nolo malum id ego, iam ego non operor illud, sed quod habitat in me peccatum, Riccardus de S. Vict. lib. 2. de Emanuele cap. fin. tertio modo dicitur peccatum pro culpa, & Dei offensa, quam voluntas nostra transgrediendo Dei pręceptum committit, & propter quam voluntas sic peccans rea efficitur alicuius pœnę infligendę, & ab hoc peccato dicitur homo peccator: de hac ergo peccati significatione loquentes, dicimus concupiscentiam carnis, aut fomitem non esse peccatum, & per consequens non esse prohibitam, per pręceptum illud Non concupisces. Hosius Tit. de Charitate cap. 65. Aug. lib. 14. cap. 10. cap. 24. de ciuit. Dei, & lib. 1. ad Bonifacium cap. 13. & lib. 1. de Nuptijs. Hanc hęresim de concupiscentia damnat Conc. Trid. sess. 7. Can. 18.

Quinta hęresis docet: Pręceptum nullum posse adimpleri in hac vita, Direct. 2. p. q. 10. nu. 14.

PRÆ-

PRÆDESTINATIO. CLXXII.

PRædeſtinati nomen à ſua doctrina ſuſcipientes docebant, Piè viuentibus non prodeſſe bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem ordinati fuiſſent: & impijs peccatoribus non obeſſe quæcunque ſcelera, & flagitia ab illis commiſſa, ſi Deus illos ad vitam æternam prædeſtinaſſet; quem errorem per mille annos ſepultũ reſuſcitauit Ioannes Huſſ, ab inferis.

Contra facit primo Geneſ. 4. ibi: Dominus ad Cain: Nonne ſi benè egeris recipies? vbi Dominus promittit homini preſcito præmium bonorum, ſi ea voluerit agere; nouit enim Deus mutare ſententiam, ſi homo cęperit mutare vitam; vndè Hyerem. 18. Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam; agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Secundo certum eſt, quod Dauid fuit prædeſtinatus à Domino ad vitam æternam, nihilominus propter ſcelus commiſſum fuit dictus filius mortis; vnde niſi pęnitẽtiam egiſſet, fuiſſet dignus morte 2. Reg. 12. Tertio Petrus prædeſtinatus ad vitam æternam, aliquando à Christo fuit vocatus Sathanas, Matthę. 16. & magiſtrum ſuum ter negauit. Quarto adeſt definitio Eccleſiæ Conc. Conſtant. ſeſſ. 15. Echius tit. 31. Concil. Trid. ſeſſ. 7. Can. 6.

Secunda hæreſis Lutheranorum docet Hominem ſine ſpeciali Dei reuelatione poſſe ſcire ſe eſſe à Deo prædeſtinatum ad vitam æternam.

Contra facit primo ratio, quia Petrus non poteſt eſſe certus certitudine euidentiæ, de ſua prædeſtinatione; quoniam ſe eſſe prædeſtinatum non poteſt ſibi eſſe aliquo modo euidens. Nam ex ſola terminorum notitia, non poteſt eſſe euidens; quoniam ſola prima principia per ſe nota, sũt hoc modo euidentia; at cum Petrum eſſe prędeſtinatum non ſit principium per ſe notum, conſequens eſt, vt non poſſit hoc modo eſſe euidens; alioquin ſi hoc modo eſſet euidens Petro ſe eſſe prædeſtinatum, vnicuique etiam eſſet euidens d. Petrum eſſe prædeſtinatum: ſecundo modo non poteſt eſſe euidens Petro ſe eſſe prædeſtinatum per demonſtrationem; quoniam illud non eſt res neceſſaria; ſed mere contingens, cum pendeat ex ſola voluntate Dei, Paulus ad Roman. 9. Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei; res autem contingens non poteſt per demonſtrationem probari, quia teſte Ariſt. de contingentibus non poteſt haberi ſcientia: tertio modo non poteſt eſſe euidens Petro per experientiam ſe eſſe prædeſtinatum, quoniam id quod ſic eſt euidens, oportet vt ſit faciliter, & intuitiuè agnitum; at ſe eſſe prædeſtinatum eſt actus diuinæ voluntatis, quo Petrum ad vitam æternam ordinat; niſi Deo viſo videri nõ poteſt; immo etiam ſi Deum ipſum quis videret; non tamen ideo neceſſarium eſſet, vt diuinam illam volitionem intueretur, qua Petro decernit dare vitam æternã; Deus enim eſt ſpeculum quoddam voluntarium, ea quæ vult in ſe ipſo pandens, & manifeſtans; & quæ non vult abſcõdens: iudicia enim Dei ſunt adeo nobis occulta, vt non ſolum illa intueri, ſed neque alio modo cognoſcere valeamus Pſalm. 35. Iudicia Dei abyſſus multa, & Sapient. 9. Quis hominum poterit cognoſcere conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? & ad Roma. 11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Qui enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? & 1. Corint. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpiritus Dei: nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus; ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quę à Deo donata ſunt nobis. Ex quibus colligitur, neminem abſque Dei clara viſione poſſe certo ſcire certitudine euidentię, ſe eſſe ad vitam ęternam prędeſtinatum.

Pręterea contra hanc hęreſim alia facit ratio, quod nemo ſine Dei ſpeciali reuelatione poteſt certitudine fidei catholicę certo ſcire, ſe eſſe prędeſtinatum; nam hoc eſſet articulus fidei, ſeu deduceretur ex aliquo articulo fidei, quod eſt manifeſte falſum: nam ad illud omnes credendum tenerentur ſub interminatione gehennę; & licet videatur deduci ex Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata; iſta promiſſio eſt ſub conditione, de qua nemo eſt certus, an plenè adimpleat; & datur perſeueranti vſque ad finem; de quo nemo certus eſt Matth. 10. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, & Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, ſiue ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit ibi erit: nec finalem perſeuerãtiam quiſquam poteſt agnoſcere, etiam certitudine fidei catholicę, Eccl. 9. Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit; ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, Prou. 27. Ne glorieris in craſtinum, ignorans, quid ſuperuentura pariat dies, vnde Aug. lib. de paſtoribus cap. 12. temeraria iudicia eſſe cenſet ea; quibus homines de ſe, aut alijs iudicant, quales futuri ſunt, cum hoc ſcire non poſſint. Tertio facit alia ratio, ſi homo eſſet certus de ſua ſalute, non eſſet opus eum monere, vt ſit pauidus, & cautus, 1. Corint. 10. Qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat, & Salomon, Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, S. Bernard. in ſerm. de ſeptuageſima. Certitudinem vtique non habemus, ſed ſpei fiducia conſolatur nos, ne dubitationis huius anxietate cruciemur, & Greg. lib. 6. in Reg. Spiritus quidem venit, & vadit, quia reprobos deſerit, & electos aſſumit, & quia iudicium omnipotẽtis Dei imperſcrutabile eſt, vndè veniat, & quo vadat homo neſcit; quia ſciri non poteſt, an quis in gratia, quam recipit, perſeuerare in perpetuum debeat; Salonius ſuper Eccl. Aug. Epiſt. 121. tractans illud Pauli 1. Corint. 4. Nolite ante tempus iudicare, dicit: Sicut ſibi quiſque, nemo alter alteri notus eſt: & tamen nec ſibi quiſque ita notus eſt, vt ſit de ſua craſtina cõuerſatione ſecurus. Quarto adeſt definitio Eccleſię Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 12. & ſeq. & ſi quis diceret eum, qui gratiam ſemel baptiſmi ſuſcepit, non poſſe amplius eam amittere; & per conſequens eſſet certus de ſalute, & de munere perſeuerantię: nam Reſp. quod Dauid poſt ſuſceptam gratiam cecidit, & Apoſtoli poſt baptiſma ſuſceptum, quod intelligitur per dictum Ioan. 13. Qui lotus eſt non indiget, niſi vt pedes lauet,

Vos autem mundi estis, sed non omnes; parum tamen post hæc verba in eadem nocte, omnes Apostoli scandalum passi sunt, quando relicto eorum magistro omnes fugerunt, & Petrus ter illum negauit: ex quibus appatet neminem absque speciali reuelatione Dei posse certo, & infallibiliter scire se esse prædestinatum, aut in bonitate, & iustitia vsque in finem vitę perseueraturum: per aliqua tamen signa posset cõiecturari se esse in numero prædestinatorum, vt patientia in tribulationibus, misericordia erga pauperes & afflictos, humilitas, contemptus rerum mũdanarum, lacrymarum vbertas pro desiderio patriæ cœlestis, libens auditio verbi Dei; ex his tamen non redditur securus, quia possibile est quod talia in se non sint; qualia esse putat, & debent; quia potest contingere, quod cũ illis sit aliquod peccatum mortale, de hac S. Thom. 1. p. q. 23. art. 1. & seq. doct. com. lib. 1. sent. dist. 40. & seq.

PRÆDICATIO. CLXXIII.

IOannes Vuicleph, & Ioannes Huss. post Vualdenses docuerunt, Liberã esse vnicuique Christiano verbi Dei prędicationem, adeo vt si propter prohibitionem superioris desiuit prædicare verbum Dei, esse eo ipso à Deo excommunicatum.

Contra facit primo, quod dicit Paulus ad Roman. 10. ibi: Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Secundo ad Hebr. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: qui locus potest intelligi de prædicatione, sicuti de Pontifice, cuius proprium officium est prædicare. Tertio Apostoli eo dicti sunt, quia missi, quibus data fuit potestas prædicandi, Marc. 16. Quarto Ioannes 1. vbi de Ioanne Baptista dicit, Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Quinto Luc. 3. ibi: Factum est verbum Domini super Ioãnem Zachariæ filium in deserto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum; vbi Theoph. factum est verbũ Domini super Ioannem, vt discas illum non temerè, neque citra vocationem ad testificandum de Christo prosilijsse, sed diuino motum spiritu; per verbum intellige Spiritum sanctum, vel mandatũ Dei. Sexto nullus propheta, neque etiam Moyses, nisi Deo prius præcipiente, diuina mãdata explicare fuit ausus, vnde Hier. 14. Non misi eos, & nõ præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem &c. Hier. 23. Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, & de istis loquitur Ioan. 10. Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones; vbi Thaophyl. dicit nota verbum, quicunque venerunt, inquit, non quicunque missi sunt. Nam Prophetæ quidẽ missi aduenerũt; Pseudoprophetæ autem quales, & seditiosi illi dicti à nullo missi venerunt, sicut & Dominus dixit, Ego non mittebam eos, & illi currebant; & Beda d. loco, per se venerunt, quia per eum missi non fuerunt, dicente Apostolo, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? & not. Hieron. super Epist. ad Galat. lib. 1. in principio dicit, Quatuor genera Apostolorum sunt; primum, quod neque ab hominibus est, neque per hominem; sed per Iesum Christum, & Deum patrem, vt Prophetæ, & Apostolus Paulus; secundum genus, quod à Deo constituitur, & ab homine mittitur, vt Iesus filius Naue, qui à Deo fuit constitutus, & à Moyse missus; tertium, quod ab homine non à Deo, vt cum hominum fauore, & studio ordinantur (vt nunc videmus) plurimi non Dei iudicio, sed redempto fauore vulgi, in sacerdotium subrogantur; quartũ genus est, quod neque à Deo, neque per hominem, neque ab homine, sed à semetipso, vt sunt pseudoprophetæ, & pseudo apostoli operarij iniquitatis, transfigurantes se in Apostolos Christi, qui dicunt, hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos. Septimo contra hanc hæresim facit ratio, quia multæ sunt causæ, quibus interdici potest prædicatio verbi Dei, vt quando quis relictis proprijs ouibus, vellet alijs prædicare; secundo quando timeretur contemptus verbi Dei, vt respectu audientium, malitia, seu duritia, seu respectu prædicatoris; vnde Greg. Cuius vita despicitur, restat, vt eius prædicatio contemnatur; & peccatori dicitur Psalm. 49. Quare tu enarras iustitias meas per os tuum; & aliquando propter ignorantiam, aliquando propter ætatem docentis: quapropter Christus, qui paruulus natus summa erat sapientia, prædicare noluit ante trigesimum suæ ætatis annum Luc. 3. & præcursor illius Ioannes Baptista, illa eadem ætate prædicare cœpit; & hinc factum est (vt arbitror) vt Ecclesia decreuerit Episcopos, quibus ex officio prædicare competit, non ordinari ante trigesimum ætatis annum; tertia causa assignari potest, quare prædicatio prohiberi possit, & est quando prędicator scandalũ prædicat; vnde Apost. ad Gal. 1. Sunt aliqui, qui vos cõturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi, & ad Gal. 5. Vtinam abscindantur, qui vos conturbant, & Prou. 21. Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium. Octauo adest definitio Concil. Constantiensis sess. 8. art. 14. Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. Non obst. quod dicãt Hæretici se missos esse à Deo; nam ostendant signis ac miraculis, prout fecit Moyses coram Pharaone, qui miraculorum claritate probauit se missum fuisse à Deo, & cum Christus misit Apostolos ad prædicandum, prius dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt ejcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem, Cathech. in prin. pag. 10.

PRÆSCIENTIA. CLXXIIII.

ALbanenses dixerunt Deum non præscire ex se aliquod malum, sed per aduersarium suum scilicet Dęmonem.

Pro tollenda huiuscemodi Hæresi, notandum est, duplex esse malum, culpæ scilicet, & pœnæ, vtrumque Deum præscire probatur, primo Isaiæ 45. Ego Dominus, & non est alter; formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: malum hic dixit bellum, non quod per se malum sit, sed quia incommodum est illis, qui bellum substinent. Secundo de vtroque dicitur Ionæ

3. Et vidit Deus opera eorum, quoniam conuerſi ſunt de uia ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit: quo in loco conſtat duplicem malitiam deſignari: cum enim dixit conuerſi ſunt de via ſua mala, malum culpæ indicauit: dicens autem miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, malitiam pœnę apertiſſimè intellexit; à Dæmone aũt hæc ſcire nõ põt: nã quæ societas lucis ad tenebras? aut quæ cõuentio Chriſti ad Belial. 2. Cor. 6. de hac doc. cõ. li. j. ſen. di. 41. & ſeq.

PROPHETIA. CLXXV.

APelles hęreticus dixit, Prophetas falſa docuiſſe, & ſibi inuicem contraria dixiſſe.

Contra facit primo Luc. 1. Locutus eſt.n. Deus per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius: at Deus mendacium non dicit, immo eſt via, veritas, & vita, immo eſt veritas ipſa: vnde Pſalm. 44. dicit ibi Dauid, linguam ſuam eſſe calamũ ſcribæ velociter ſcribẽtis, ſi ergo Deus eſt ſcriba; propheta autem calamus, eius dicta veriſſima erunt. Secundo ad Hebr. 1. Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis &c. Tertio 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines.

Secũda hęreſ. Mõtani docet Prophetas fuiſſe arreptitios, nõ intelligentes eadẽ quib. loquebãtur.

Contra facit primo 1. Reg. 9. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns, ſi propheta eſt uidens; ergo & intelligens, vnde prophetia dicitur quandoque Viſio Iſa. 1. ibi: Viſio Iſaiæ filij Amon, & Ezech. 1. Viſiones Dei vidi, & Nahum. 1. liber viſionis Nahum, & Dan. 10. Intelligentia opus eſt in viſione. Secundo facit ratio, quia prophetia habetur a Deo, at inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam Iob. 31. ergo prophetæ intellexerunt. Tertio 1. Cor. 14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem, & conſolationem: qui loquitur lingua ſemetipſum ædificat, qui autem prophetat, Eccleſiam Dei ædificat: volo autem vos omnes loqui linguis: magis autem prophetare: nam maior eſt, qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, niſi forte interpretatur, vt Eccleſia ędificationẽ accipiat: ecce vides, quod propheta interpretatur, quod fieri non poſſet, niſi intelligeret. Quarto Dan. 1. dicit de Daniele, quod dederit illi Deus intelligentiam omnium viſionũ, & ſomniorum. Quinto Ezech. 10. ibi: Intellexi, quia Cherubin eſſent &c.

Tertia hæreſis fuit, Prophetiam eſſe naturalem ex hominum diſpoſitione, Direct. 2. p. q. 4. nu. 6.

PROPRIVM. CLXXVI.

PRoprium quicquam nemini habere licere, hæreſis eſt, Direct. 2. p. q. 6. nu. 19. c. ſi. 24. qõ. 3. ver. Apoſtolici.

PVERI. CLXXVII.

BVcerus, non ideo inquit Paruulus ſaluatur, quia baptizatus eſt. multi enim baptizati ſtatim morientes damnantur, & alij non baptizati ſaluantur.

ontra facit primo Paul. ad Titu. 3. ibi Deus ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti; quem effudit in nos abũdè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Secundo Magis abundat donum, & gratia Chriſti, quam delictum Adæ ad Rom. 5. Tertio ad Gal. 3. Quicunque.n. baptizati ſunt, Chriſtum induerunt; Vnde cũ paruuli non habeant actuale peccatum, ſed alienum participãt, per alienum beneficium facillimè purgatur. Quare facit quod dixi ſupra vet. Baptiſmus hær. 5.

PVRGATORIVM. CLXXVIII.

GRæci, Armeni, & Vualdenſes docent: Nullũ eſſe purgatorium, locum, in quo animæ ab hac luce migrantes purgantur a ſordibus, quas in corpore contraxerunt, antequam in æterna tabernacula recipi mereantur; Lutherus tamen, etſi purgatorium fateatur, negat tamen illud ex ſacris literis oſtendi poſſe, de hoc tractant doct. comm. in 4. ſent. diſt. 21. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. in princip. & in Bulla Pij 4. de prof. fidei. Hoſius tit. de ſatisfa. c. 48. pag. 71. & ſeq. Cathec. in 5. art. pag. 72.

Ad tollendam hanc hæreſim ſupponendum eſt primò in illa futura beatitudine nullam eſſe maculam, nullas eſſe etiam ſordes Iſa. 35. Via Sanctorũ vocabitur, non tranſibit per eam pollutus, & Apocal. 21. Nõ intrahit in eam aliquid coinquinatum; Ciuitas enim illa eſt ſancta ſponſa, quam ſponſus eius Chriſtus ſanctificauit, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Nam quod Eccleſia nullam habeat maculam, aut rugam, tunc ſolum implebitur, quando ipſa erit beata; non autem in hac vita, in qua quotidie orantes dicere debemus. Dimitte nobis debita noſtra, Aug. lib. 20. cap. 25. de ciuit. Dei, & in lib. de hæreſibus c. 88. Hiero. ſuper Hyer. cap. 31. nulla igitur anima, quæ aliquam habet maculam, intrabit in gloriam cœleſtem: at multæ ſunt animæ, quæ diſcedentes ab hoc ſeculo, plurimas habent peccatorum venialium ſordes, quas nunquam, dum hic viuerent, mundauerunt; tales autem non deſcendunt in infernum, quia nullus in charitate diſcedens propter ſola venialia perpetuo damnatur: nec ad gloriam aſcendunt, quoniam à ſordibus peccatorum venialium nondum ſunt mundatę; ergo oportet dare tertium locum, in quo animæ illæ recipiantur, quo vſque ſint tanquam aurum in fornace mundatæ, vt ſic purificatæ poſſint intrare in illam ciuitatem ſanctam Hieruſalem, in qua nihil coinquinatum intrat.

Secundo ſuppono, vt dixi ſupra de pœnitentia; quod poſt peccatum commiſſum reſtat aliqua pœna toleranda pro punitione peccati, vt aliquo modo ſatisfaciat Deo peccator pro debito, ad quod ex peccato tenebatur, ſi ergo aliquis decedat poſt peccatum dimiſſum, pro quo adhuc non ſatisfecit, non certè deſcendet ad infernum, quia culpa eſt ei

remiſſa

remissa, neque intrabit adhuc in gloriā, cū nōdum pro culpa satisfecerit; oportebit dicere vt proficiscatur in purgatorium; cū verificetur dictum Nullum malum impunitum: his ita suppositis fundamentis, & rationibus.

Contra facit primo Isai. 4. Abluet Dominus sordes filiorum Sion, & sanguinem Hierusalem leuabit de medio eius in spiritu iudicij, & in spiritu ardoris. Secūdo Malac. 3. Ecce venit, dicit Dominus exercituū, & quis poterit cogitare diem Aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & emundans argentum, filios leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia; per quæ verba Aug. lib. 20. cap. 25. de ciuit. Dei dicit esse purgatorium. Tertio Matth. 12. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro; si nulla culpa in alio seculo remittitur, quid opus erat addere, neque in futuro? ita interpretatur hunc locum Gregor. lib. 4. Dialog. capit. 39. & Bernard. serm. 66. super Cantica. Quarto facit 1. Corint. 3. ibi: Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum, & argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam; vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, vniuscuiusque opus, quale sit ignis probabit: si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: vbi probatur esse purgatorium; cum dicit, ipse autem salus erit; nam qui in inferno sunt, nunquam dicuntur salui; ita interpretatur Origines in Homilia sexta super Exodum, & Aug. in Enchiridio ad Laurentium, & Hier. lib. 18. in fine super Isaiam, & Greg. lib. 4. Dialog. cap. 39. Quinto adest generalis consuetudo Ecclesiæ orandi pro mortuis, & definitio eius in Concil. Carthaginensi, & in Concil. Florent. sub Eugenio 4. Addo Concil. Trident. sess. 6. Can. 30. & sess. 25. in decreto de purgatorio. Sexto addo Tob. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, vt scilicet pauperes inde refecti, pro defuncti salute Deum deprecentur. Septimo 2. Mach. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Octauo ad Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, certum est quod hi qui in inferno sunt, non genuflectuntur, sed blasphemant nomen Domini. Nono Apoc. 5. Et oēm creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & subtus terrā, & mare, & quæ in eo sunt oēs audiui dicentes. Benedictio sedenti in Throno, & Agno, Benedictio & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum, Echius tit. 25. de purgatorio, Turrianus lib. 4. c. 13. Direct. 2. p. q. 14. hær. 13.

Secunda Lutheri est hæresis, qua docetur animas in purgatorio existentes, non esse extra statum merendi, aut demerendi.

Contra facit primo Eccl. 9. ibi: Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia apud inferos erunt, quò tu properas, hoc est per illa iuuari non possunt, vt mereri valeant. Secundo Eccl. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit; nemo ergo post hanc vitam meretur, vt Hieron. ibidem. Tertio Ioan. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari; vndè Aug. tract. 44. super Ioan. operetur ergo homo dum viuit, ne illa nocte præueniatur, vbi nemo potest operari; ita Chrisostom. Homil. 55. super Ioannem, & Hieronym. super Epist. ad Galatas, & Origen. super Psalm. 36. Quarto 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis pro vt gessit, siue bonum, siue malum; si quis accipit secundum ea, quæ gessit in corpore; postquam anima separatur à corpore, nihil amplius meretur. Quinto ad Gal. 6. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes; ergo dum tempus habemus, operemur bonum: quem locum expones Theophylactus dicit, tempus merendi esse tempus præsenus vitæ.

Tertia hæresis Lutheri docet Animas in purgatorio non esse securas de sua salute.

Contra faciunt, quæ dixi in proxima præcedenti hæresi. Secundo facit ratio, quia anima, quæ purgatur, charitatem habet, quia iam ei remissa fuit culpa; ex quo redditur testimoniū, qd sumus filij Dei, quod si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Tertia facit ratio, animæ postquam migrarunt ex hac vita, agnoscūt sententiam, quæ fertur in eas, & per consequens sunt securæ de salute, cum mittuntur in purgatorium. Quarta facit ratio, quia si in purgatorio esset periculum damnationis, vtique ibi esset tentatio, & militia quædam, quod non esset dicendum, quia dicitur Iob. 7. Militia est vita hominis super terram, hoc est in vita huius præsentis seculi; non obst. quod dicit Ecclesia dum orat coram Deo: A porta inferi erue Domine animas eorum: & illud Domine Iesu Christi Rex gloriæ libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu: libera eas de ore Leonis, ne absorbeat eas Tartarus &c. Resp. Beda, quod purgatorium dicitur infernus propter vicinitatem, & conuenientiam, quam habet cum illo, sicuti etiam Limbus, t. sinus Abrae, ita vocatur infernus, & lacus Psalm. 85. Eruisti animam meam ex inferno inferiori, & Psalm. 48. Deus redemit animam meam de manu inferi, & Zach. 6. Tu in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos, qui erant in lacu, in quo non est aqua: secundo Resp. quod non semper dubitatur de his, quę petuntur, an ita futura sint, vt petuntur; nam sæpè petuntur illa, quæ certò sciuntur euentura, & petuntur, Eccl. 36. Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniātur; nullus autē dicet, Ecclesiasticū dubitasse de fidelitate prophetarum Dei, aut dubitasse, quòd Deus daturus esset mercedē his, qui sustinent illum; quod tamen ille petijt. Paulus certus erat se non separandum à charitate Dei: certus

etiam erat, coronam iustitiæ à iusto Iudice Deo, paratam sibi esse: orabat tamen Deum, vt illam aliqui mereretur: etsi cui prædestinatio sua suisset nota; orare nihilominus deberet Deum pro suæ prædestinationis impletione, vt per bona opera certam faceret suam vocationem 2. Pet. 1. sic etiam Ecclesia, quamuis certo sciat, animas existentes in purgatorio, non fore ad inferos damnandas, pro illarum tamen liberatione orare non desinit.

Quartam hæresim Lutherus inuenit, qua docet Animas sine intermissione peccare in purgatorio, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas, quia quærunt quæ sua sunt, contra voluntatem Dei.

Contra facit primo, quod dixi supra in 2. hæresi. Secundo facit ratio, quia si hoc esset verum, nihil aliud esset, quam laterem lauare, aut litus arare: præterea horrere pœnas, & quærere requiem, non est peccatum; nã hoc expetiuit Dauid. Psal. 41. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando ventam, & apparrebo ante faciem Dei, & ad Philiph. 1. Cupio dissolui, & esse cum Christo; & Saluator noster propinquus passioni cœpit pauere, & tędere, dicens, Tristis est anima mea vsque ad mortem Marc. 14.

REGNVM DEI. CLXXIX.

Cherintus hæreticus dixit, Regnum Christi fu turum terrenum post resurrectionem, & in regno illo futuras carnis delicias: quod regnum dicebat duraturum in hac vita per mille annos; de quo errore dixi supra Tit. de Beatitudine hæresi. 2. cap. fin. 24. q. 3. Cath. in 2. per. dom. orat. pag. 544.

RELIQVIÆ SANCTORVM. CLXXX.

Viclephitæ hęretici dixerunt, Reliquias sanctorum non esse venerandas; de his tractat. Hosius Tit. de Oratione cap. 58. & de cęrem. c. 90.

Contra facit primo, quod Basilicæ in illorum honorem ex Ecclesiæ institutione fiunt, & Ecclesia anathematizat eos, qui contrarium docent. Concil. Gangrense c. 20. Secundo facit antiquissima eorum corporum tumulatio honesta; Dioo. cap. 7. Eccl. Hyerarc. quod fuit obseruatum etiam in testamento veteri Genes. 50. vbi corpus Iacob patriarchæ translatum est ab Ægipto in terram Canaam, cõtra faciem Mambræ, quod ita mãdauit fieri, dum ipse vixit, Genes. 49. hoc idem fecit Ioseph patriarcha Genes. 50. Deos visitabit vos, asportate ossa mea vobiscũ de loco isto, & huius præcepti postea memor Moyses, cum populum Dei ab Ægipto eduxit ossa Ioseph secum tulit Exod. 13. Tertio adsunt testimoota sanctorum nempe Ambrosij, & August. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 8. & Cornelius Papa corpora sanctorum Petri & Pauli transtulit, August. lib. 1. c. 13. de ciuitat. Dei, & in Epist. 103. & lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. Quarto si datus est honor Arcæ, Vrnæ, & Virgę 2. Reg. 6. eadem ratione & reliquijs sanctorum, qui fuerunt habitacula Spiritus sancti 1. Corint. 9. neque per hoc committimus Idolatriã, quia Martyribus nostris non templa sicut dijs, sed memoriam sicuti hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt spiritus, fabricamus, Aug. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 10. idem dicit Hieron. aduersus Vigilantiũ. Quinto ad. it definitio Ecclesiæ tot. tit. de Reliq. & vener. Sanct. addo Conc. Trid. sess. 25. tit. de inuoc. sanct. & Bulla Pij 4. de profess. fidei.

REMISSA PECCATA. CLXXXI.

Dicunt etiam, cui remissa sint peccata, eum non peccare iterum.

Contra facit primo Apoc. 2. Charitatem tuam primam reliquisti: memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & 2. Pet. 2. Post agnitam viam Iustitiæ, quidam dicuntur retrorsum cõuersi, veluti canes ad suum vomitum.

RESTITVTIO. CLXXXII.

Græcorum hæresis fuit afferens: Non esse necessariam rei furto sublatæ restitutionem, vt quis vitam possit assequi æternam.

Contra facit primo, quia hoc pugnat legi naturæ: Ne feceris alicui, quod tibi oderis fieri Tob. 4. Secundo facit Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. At rarus est, qui non odiat se re sua spoliari. Tertio ad Roma. 13. Omnibus reddite debitum, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Quarto Tob. 2. Videte forte ne furtiuus sit, sed dite eum dominis suis; quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Quinto Ezech. 33. Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitẽtiam à peccato suo, fecerit que iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum, vita viuet, & non morietur: omnia peccata eius, quæ peccauit, non imputabuntur ei; vnde Aug. ad Macedon. Non remittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum, cuius authoritas approbata est ab Ecclesia in cap. peccatum de reg. iur. in 6. dixi in summa pec. cap. p. 1. q. 132. tit. 6. Cath. in 7. præcept.

RESVRRECTIO. CLXXXIII.

Multi ex vetustis hæreticis (vt Saduceï) negarũt Carnis resurrectionem esse futuram.

Contra facit primo Matth. 22. Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim neque nubent, neque nubẽtur, sed erãt sicut Angeli Dei in cœlo; de resurrectione autẽ mortuorũ non legistis quod dictũ est à Deo dicẽte nobis; Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus nõ est mortuorũ sed viuẽtiũ. Secũdo 1. Cor. 15. Si aũt Christus prædicatur, qd resurrexerit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit; si autem Christus non resurrexit, inanis

est præ-

est prædicatio nostra, inanis est fides vestra. Tertio, & vltimo adest definitio Ecclesiæ symb. Apost. & Concil. Constantinopol. Direct. 2. p. q. 13. num. 11. Cathec. in 5. artic.

Secunda hæresis docet Corpus nostrū in illa resurrectionis gloria futurū impalpabile, & inuisibile.

Huius erroris Author fuit Eutychius.

Contra facit primo Iob. 19. ibi: Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Secundo facit Ioan. 11. ibi: Resurget frater tuus; si enim corpus resurgentis esset impalpabile, tunc Lazarus, qui resurrexit, non fuisset frater Marthæ: postquam tunc non habuisset corpus; per quod erat inter illos iuncta cognatio. Tertio Luc. 24. vbi redemptor noster dubitantibus de sua surrectione dixit, Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere: propter dotes tamen corporis glorificati, potest reddi impalpabile, & inuisibile exemplo Christi, qui ianuis clausis ingressus est, & euanuit ab oculis eorum.

Tertia hæresis fuit Origenis, qui asserit Corpora post resurrectionem futura iterum mortalia, & post illam resurrectionem multis seculis transactis dicit corpora in nihilum eedigenda.

Contra facit ad Rom. 6. ibi: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: exemplar autem Christi fuit signum quoddam futuræ in nobis resurrectionis. Secundo 1. Corint. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute, & infra ibi: Absorta est mors in victoria, quod non esset perfectè deuicta mors, si iterum resurgentibus mors sæua dominaretur.

Quarta hæresis docet Christū surrexisse à mortuis die Sabbathi post parasceuem hora sexta.

Huius erroris Authores fuerunt Armeni.

Contra facit, quia si Christus mortuus est feria sexta, si sabbatho proximo resurrexerit, non erit verum, illum resurrexisse die tertia, prout verissimum est Luc. 18. ibi: Et postquam flagellauerint occident eum, & die tertia resurget, & Matth. 12. sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

Quinta fuit hæresis Armenorum, quæ docet Omnes homines in sexu virili resurrecturos, nullumque esse post eesurrectionem futurum fœmineum sexum.

Contra facit primo Genes. 1. Masculum, & fœminam fecit eos, ex quibus verbis constat sexum fœmineum non esse vitium, aut ex vitio, sed ex natura: alioquin non esset à Deo factum, si vitium, aut ex vitio esset, sequitur ergo, vt qui vtrumque sexum fecit, vtrumq; etiam reficiat, & qui vtrumque instituit, vtrumque similiter restituat. Secundo ad Gal. 3. Quicumq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus, neque Græcus; non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu: si fœmina est in Christo Iesu, sicut masculus, cur non erit in gloria sicut masculus? Tertio Matthæ. 22. ibi: In resorrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed omnes erunt, sicut Angeli Dei, vbi nuptias post resurrectionem futuras negauit, non sexus varietatem, non obst. ad Ephes. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ex quo arguunt omnes in sexu virili resurrecturos: nam Respond. quod appellatione viri eo in loco (teste Augustino) intelligitur siue masculus ille sit, siue fœmina, vt Psalm. 31. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: secundo Resp. quod Paulus ibi loquitur de perfectione doctrinæ, & agnitione veritatis. Vltimo adest definitio Ecclesiæ in dogmate septuagesimo inter ecclesiastica dogmata ibi: In resurrectione ex mortuis, sexus forma non mutabitur, sed vir mortuus resurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ.

ROMANA ECCLESIA. CLXXXIIII.

Romanam Ecclesiam esse meretricem, hæresis est, Direct. p. 2. q. 9. nu. 13. & q. 12.

Item Romano Pontifici non esse subiectos, hæresis est, Direct. p. 2. q. 14. no. 3.

SACERDOTIVM. CLXXXV.

Vnus ex perniciosis, & execrandis erroribus Lutheri est, quo docet Omnes christianos æqualem habere potestatem, nulla status, aut sexus discretione facta.

Contra facit primo Exod. 28. ibi: Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum, cum filijs suis de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi: at sacerdotium euangelicum est multo præstantius Sacerdotio Leuitico: ergo & magis segregatum erit quàm essent Aaron, & filij eius. Secundo ad Hebr. 7. vbi Paulus testatur, neminem de tribu Iuda iuxta legis mosaycæ præceptum posse esse sacerdotem. Tertio 1. Reg. 13. vbi Samuel reprehendit Saul, quod sacerdotis officio functus esset, propterea quod holocaustum, & sacrificia Deo obtulisset. Quarto in lib. Num. tertio, legimus Tribum leuiticam esse à Domino peculiariter electam ad ministerium tabernaculi, & filios Caath destinatos ad portanda vasa sanctuarij inuoluta ab Aaron, & filijs eius, vt non tangerēt ea, ne forte morerentur. Quinto Num. 16. Dathan, Chore, & Abiron absorpti sunt à terra, & uiui descenderūt usq; ad inferos, eo quod sacerdotale officium usurpare tentauerunt. Sexto 2. Reg. 6. Oza, quia extendit manum ad Arcam Dei, mortuus est statim ibi iuxta Arcam Dei. Septimo secūda Par. 26. Ozias. Rex fuit à Domino lepra percussus in fronte, eo quod sacerdotalis ordinis dignitatem usurpare præsumpsit. Octauo Daniel quinto, ubi Balthassar Rex bibens in uasis, quæ Nabuchdonosor Pater eius

abstulerat de Templo Dei, quod erat Hierosolymis, vidit manum scribentem in pariete Mane, Thetel, Phares, eadem nocte illo interfecto Darius Medus successit in regnum; si tantus honor præstatur vmbræ, & figuræ, quanto magis præstari debet corpori, & veritati?

In nouo autem testamento probatur sacerdotiũ, & primò initiati sunt sacerdotes in vltima cœna cum Dominus dixit Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem; fuerunt autem consumati in sacerdotio, cum post resurrectionem dixit Ioann. 20. Quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta sunt. At multo ante discipuli erant christiani per baptismum induti, non ergo omnis christianus est sacerdos. Secundo facit 1. Timot. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuũ presbyterij, & infra: Resuscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearum; talis ergo ordinatio fit authoritate sacerdotis, non autem plebis, seu populi, vt supponit impius Lutherus. Tertio ad titul. 1. ibi: Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Quarto ad Hebr. quinto. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tãquam Aaron. Quinto 1. Cor. 12. ibi: Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primò Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonũ. Quod si vnusquisque omnia potest (vt inquit Lutherus) frustra tot distribuit officia, ideo subiungit Paulus, nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? &c. Sexto ad Hebr. 7. Translato sacerdotio, necesse est vt translatio legis fiat, quod si nullum tempore gratiæ esset sacerdotium peculiare, vtique nulla quoque esset lex peculiaris; consequens est falsum, ergo & antecedens. Septimo facit ratio, quia si esset Ecclesia ordinata, vt cõtendit Lutherus, vtique nulla esset Hierarchia, nullusque ordo in ea, sed omnia essent cõfusa: nam si Romanus Pontifex non esset superior Episcopis, & Episcopi superiores sacerdotibus, & sacerdotes superiores laicis, sed omnes christiani essent sacerdotes, vtique Ecclesia esset tanquam grex sine pastore, régnum sine Rege, & inde sequeretur, quod dicit Prou. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet: Octauo facit similitudo Ecclesiæ Triumphantis, in qua non omnes sunt æquales, ad cuius exemplũ est formata Ecclesia Militans. Dion. lib. de Eccles. Hierarchia, propter hanc similitudinem dixit Bernard. lib. 3. de consideratione ad Eugen. Ioannem vidisse sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, descendentem de cœlo, à Deo paratam Apocal. 21. quod sicut omnes Angeli, Archangeli, & alij ordinantur sub vno capite Deo, ita hic quoque sub vno Summo Pontifice, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, & alij in hunc modum. Nono est authoritas Tertulliani, libr. de præscr. hære. & Cyprian. Epist. 9. libr. 3. Decimo adest definitio Ecclesiæ in Concil. quarto. Cartag. & capit. primo de Summa Trinitate, & fide Catholica, & Concilio Remense, capitul. 20. cui addo Concil. Triden. sessio. 23. Can. primo, & sequen. & sess. 7. Can. 10. Non obst. quod dicit Lutherus omnes christianos esse sacerdotes, per illud 1. Pet. 2. ibi: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, sed alius alio non potest esse magis homo: nam Respon. quod si hoc esset verum, in quibus verificaretur illud Psalm. 104. Nolite tangere Christos meos: secundo Respon. quod iuxta eundem omnes pariter essent Reges, quod non est dicendum: tertio Respon. quod si hoc esset verum, vtique etiam Iudæi omnes olim fuissent sacerdotes, cum in Exod. 19. legatur: Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale: quarto Respond. iuxta Bedam, & Didimum Alexandrinum, ideo vocati sunt à Petro omnes christiani sacerdotes, quia vniti sunt Christo, qui est sacerdos, & Rex; nam postquam ostendit Christum esse regem & sacerdotem, hæc verba subiungit: his itaque dispensans necessarium erat dispersis ab eo, qui simul Rex, & sacerdos est, electum esse genus, & regale, simul atque sacerdotale, &c. Secundo non obst. quod inquit Lutherus dicens Ad sacerdotes nouæ legis spectat ministeriũ prædicandi Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est: at officium prædicandi ad omnes pertinet 2. Corinth. 3. ibi: Sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti non litera, sed spiritu, & 1. Pet. 2. ibi: Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum, & Paulus ad 1. Cor. 14. Potestis enim omnes, per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur: nam Respon. quod vtraque pars assumpti est falsa, quia non ad omnes sacerdotes spectat, sed ad illos solum, qui curam animarum habent, ad alios autem non: Heb. 5. ibi: Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, officium ergo proprium sacerdotis est offerre, non autem docere. Altera pars est etiam falsa, quod officium prædicandi competat omnibus christianis masculis, & fœminis: nam homini non licet absque missione prædicari, ad Roman. decimo, ibi: Quomodo prædicabunt nisi mittantur? & mulieribus interdicitur 1. Timot. 2. ibi: Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulierem non permitto: ad illud secunda Corint. tertio ibi: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti; non de omnibus christianis est intelligendum, sed de ipso solo Paulo, & omnibus Apostolis: ita interpretatur Ambros. & Anselmus: ad illud 1. Pet. 2. ibi: Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris nos uocauit in admirabile lumen suum: loquitur ibi non de prædicatione solenni, & publica, sed de priuata exhortatione, quæ fit ad salutem proximi sui, cuilibet enim mandauit Deus de proximo suo Eccles. 17. ad illud Pauli 1. ad Corinthios 14. potestis enim omnes per singulos prophetare &c. Resp. quod ibi prophetare non intelligitur pro prædicare,

sed

sed pro interpretari, quod quidem donum omnibus datum non est Paul. ad Ephes. 2. loquitur ergo de his omnibus, quibus hoc est cōcessum, quod autem dicit Lutherus, sacerdotes populi electione fieri, damnatur in Concil. Laodiceno cap. 13. Concil. Trid. sess. 23. Can. 7. Contra primam huius hæresis assertionem, est etiam Conc. Trid. sess. 7. Can. 10. Turrian. lib. 4. c. 1. Cath. de ord. sacramento.

Secunda hæresis docet, Omnes sacerdotes esse pares, nullumque esse inter illos discrimen.

Huius hæresis Author fuit Aerius.

Contra quam dixi supra titulo de Episcopis, Concil. Trid. sess. 23. Can. 2. & Can. 6.

Tertia hæresis asserit, Sacerdotem amittere consecrandi potestatem, si peccatum mortale commiserit, damnatur in Concil. Trid. sess. 14. Can. 10.

Huius erroris Authores fuerunt Vualdenses, tenentes omnes christianos posse consecrare, dummodo non essent in peccato mortali.

Contra hanc vide quæ dixi supra titulo de potestate, & in 1. hæresi huius præsentis tituli, Direct. 2. p. q. 8. & q. 14. nu. 7.

Item Sacerdotes, qui non sunt Sectæ Begardorum carere omni potestate, est hæresis. Directo. 2. p. q. 8. nu. 12. & q. 16. nu. 2.

Quarta hæresis est Lutheri, quæ reprehendit Sacerdotum cœlibatum, dicens Sacerdotes non debere esse cœlibes.

Pro tollenda huiusmodi hæresi sciendum est, sacerdotem esse coniugatum, duobus modis intelligi posse. Vno modo vt is, qui primo fuerat matrimonio alligatus, postea consecretur sacerdos, in matrimonio eodem manens; alio modo, vt prius sacerdos, post susceptum sacerdotium vxorem ducat; in primitiua Ecclesia obseruatum est, vt qui vxorem duxerat, promoueretur ad sacerdotium; non tamen erat necessarium ad hoc, vt prius vxorem duxisset: nam Ioannes Euangelista virgo fuit, & Paulus etiam, qui nedum sacerdotes erant, sed etiam Episcopi; Hæc consuetudo, iuxta quam matrimonio alligatus promouebatur ad sacerdotium, inualuit vsque ad tempora Niceni Concilij, in quo generali decreto statutum fuit, ne aliquis vxorem habens consecretur sacerdos; conc. Siricius Papa in Epistola ad Cumerium Taraconensem Episcopum cap. 7. quod autem sacerdos consecratus post suam cōsecrationem ducat vxorem, nunquam permisit Ecclesia, nec aliquando impunè factum esse reperitur, vt in Can. Apost. 27. & Concil. Nicæn. c. 1. vnde Græci, quibus mos est coniugatos ad sacerdotium promouere, nunquam permiserunt aliquem post susceptū sacerdotium ducere vxorem, cap. cum olim, de cler. coniug. ca. de Syracusanæ, 28. distinct. ex quibus iam dictis duo colliguntur, primo quod in primitiua Ecclesia nunquam licuit alicui post susceptum sacerdotium vxorem ducere: secundo quod quamuis aliquando in primitiua Ecclesia licuerit matrimonio ligatum promoueri ad sacerdotium, iam modo non licet, quoniam decretum est, vt nullus ad sacros ordines suscipiatur, nisi prius continentiam vouerit, cap. ecce, 28. distin. ratio est, quia in lege veteri Exod. 12, nullus carnes agni, qui in figura corporis, & sanguinis Christi immolatus est, comedere permittebatur, nisi renes accinctos haberet: per illam autem renū cincturā designabatur libidinis refrænatio, de qua Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & 1. Reg 21. cum venisset Dauid ad Achimelech sacerdotem, non prius panes sanctificatos, etiam fame vrgente secepit, quàm se suosque mundos à mulieribus testaretur: etiam ab vxoribus proprijs: præterea 1. Corinth. 7. vbi Paulus admonet uxoratos, vt non fraudent se inuicem vinculo coniugij, nisi forte ad tempus vacent orationi, at ad sacerdotes pertinet quotidie pro populo orare, ergo perpetuo continentes esse debent ita interpretatur Ambro. super 1. Timot. 3. & Hier. super Epistol. ad Titum, Clem. Cle. lib. 3. strom. in principio: Non obst. quod dicunt Lutherani, oportere castitatem sicut omne aliud opus bonum, esse liberam, & non coactam: quia non placent Deo coacta seruitia: at Ecclesia cogit sacerdotes ad castitatem, non facit ergo bene illos cogendo, Resp. quod Ecclesia neminem cogit ad castitatem, sed ipsemet, qui consecratur sacerdos, se ipsum obligat ad castitatis obseruationem: Ecclesia autem neminem cogit ad sacerdotij susceptionem, si non ubi placet cælebs sacerdotium, abstine ab illo, & noli fieri sacerdos, qui habet talē conditionem annexam: non enim facit seipsum homo sacerdotem, sed Ecclesia, quæ non vult talem recipere, nisi ille velit cœlibem vitam agere perpetuo: si placet conditio, oportet, ut promissum seruet. Secundo non obst. 1. Corinth. 7. ibi: Melius est nubere, quàm vri. Cum ergo (ut dicunt) omnes a concupiscentia vrantur, bonum erit nubere, vt per nuptias talis carnis adustio tollatur. Respon. q. non omnis, qui à carne tentatur, uritur; sed solum ille, qui a carne superatur; alioquin Paulus ipse quū carnis stimulū patiebatur, adustus fuisse dicetur; qui à carne vincitur, is aduritur; & de his qui voto alligati non sunt, sed liberam sui habent potestatem, Paulus loquens dicit, quod melius est nubere, quam vri. i. à carne superari. Tertio non obst. quod dicunt, Difficillimum esse, & impossibile castitatem perpetuo seruare, præsertim ab aliquibus, qui vehementer à carne impelluntur, & ardentissimos patiuntur carnis ardores; propter quod Saluator de his, qui se propter Regnum cœlorum castrauerunt, loquens dixit Matth. 19. Non omnes capiunt verbum hoc, qui potest capere capiat; nam Resp. difficile certè est castitatem seruare, homini sibi ipsi, & suis solis viribus relicto; non est autem difficile illi, qui à Dei gratia adiuuatur. Omnia (inquit Paul. ad Phil. 3.) possum in eo, qui me confortat; quam gratiam nemini facienti, quod in se est, Deus negat, inquit Paul. 1. Coe. 10. sed omni petenti tribuit; fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum; & ipse Saluator ait Marc. 13. Quæcunque orantes petitis accipietis; Deus enim est (inquit Paulus ad Phil. secunda) qui operatur in nobis velle, & perficere; & qui bene ministrauerunt (inquit idem 1. Timor. 3.) gradum bonum sibi acquirent, & multam fidu

etiam in fide, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & 1. Ioan. 3. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad Deum; quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos, & Pſalm. 90. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum, & Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, & Ioan. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Petitis, & non accipitis (inquit Iacob. 4.) eò quod male petitis; nam Pſal. 144. Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum: inuocantibus eum in veritate. Non obſt. quarto 1. Corint. 7. Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat; nam Reſp. quod ibi Paulus non conſulit, neque præcipit aliquem ducere vxorem, ſed loquitur de coniugatis; cum dicit bonum eſt mulierem non tangere, id eſt commodum, & vtile eſt viro abſtinere à commercio vxoris, & copula cum carne illius, ſi ex conſenſu fiat. Nam ſi illa viro ſuo vti vellet, obligaretur ille vxori debitum reddere. Sed ne ex hac abſtinentia occaſionem adulterij ſumerent, ſtatim occaſionem iſtam ſuſtulit dicens; propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat; non dixit accipiat, ſed habeat id eſt retineat, & illa vtatur; dicens autem ſuam, manifeſtè oſtendit ſe de retentione, & vſu illius, quæ iam erat ſua loqui, & non de illa quæ ducenda erat, & adhuc non erat ſua; ita interpretatur Ambr. d. loco & Hieron. lib. 1. aduerſus Iouinianum, Chryſoſtom. Homil. 9. ſuper Epiſt. 1. ad Corint. Treophyl. Haym. Anſelm. & Oecumenus. 1. Cor. 7. Aug. Epiſt. 199. Non obſtat quinto 1. Timot. 4. ibi Oportet Epiſcopum eſſe vnius vxoris virum; nam Reſp. quod Paulus eodem in loco non exigit matrimonium in eo, qui ad Epiſcopatum promouendus eſt, vt tanquam indignus ſacerdotio habeatur, qui liber ab vxoris vinculo viuere voluerit, ſed per illa verba bigamum à ſacerdotio relegauit; ita vt ſacerdotio fungi non poſſit qui bigamus fuerit: nam aliàs; qui fieri poterat vt à ſacerdote matrimonium, tanquam rem neceſſariam exigeret Paulus, qui alibi virginitatem commendat, illam matrimonio præferens, & omnes ad illam hortans 1. Cor. 7. non enim eſt veroſimile, vt excelſiore virtute præditũ velit eſſe populum, quam Epiſcopum; ita interpretatur Hier. lib. 1. contra Iouinianum dicẽs, Si Epiſcopi non deberent eſſe niſi maritati, vtique Paulus & Ioannes, qui fuerunt virgines non eſſent Epiſcopi, idem tenet Tertull. in lib. de exhort. ad caſtitatem, Aug. lib. de bono coniugali cap. 10. Haym. & Anſelm. ſuper d. locum Pauli, Oecumenus ſuper 1. ad Titum, Chryſoſtom. Homil. 1. ad Tim. Epiphan. lib. 1. Tomi. 1. contra hæreſes. Sexto non obſt. 1. Tim. 4. vbi Paulus denunciat, fore nouiſſimis temporibus homines impios, qui coniugium prohibeant, eoſque non modo impoſtores nuncupat, ſed Dæmones; nam Reſp. quod nos non dicimus, nuptias eſſe ex ſe malas: legimus enim Deum dixiſſe, creſcite & multiplicamini, & replete terram: ſed ita nuptias recipimus, vt virginitatem, quę de ea naſcitur, præferamus, nunquid argentum non erit argentum, ſi aurum argento prætioſius eſt? ſed prohibet Eccleſia ſacerdotibus matrimonium, quia ſacerdotem oportet eſſe Deo intentum, & cogitantem, quæ Dei ſunt; qui autem cum vxore eſt (inquit Paulus) ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi quomodo placeat vxori: præterea Reſp. Eccleſiam non prohibere matrimonium ſacerdotibus, ſed Deum, cui cœlibatum promiſerunt, cum ad ſacerdotium promoti ſunt: Deus enim qui per os prophetæ dixit Pſalm. 75. Vouete, & reddite Deo, petit, vt ſibi reddatur, quod ſibi promiſſum eſt: ipſe enim qui ſacerdotium ab Eccleſia ſuſcepit, ſibi ipſi matrimonium prohibuit; quia hac conditione ſuſcepit, vt perpetuo cœlibem vitam agat: ille ergo, qui ſacerdotium ſub hac conditione ſuſcepit, accepti datique conditionem ſeruare tenetur: à qua reſilire non poteſt, ſicuti nec à ſacerdotio ſemel ſuſcepto. Nõ obſtat ſeptimo quod ſtatutum eſt in Nicęna Synodo: quia loquitur de ſacerdotibus, qui ante ſacerdotium vxores habebant; quibus vti poterant poſt ſuſceptum ordinem, Caſſiodorus lib. 2. Hyſt. tripart. cap. 14. Non obſt. vltimo exempl. Apoſtolorum, & aliorum quorundam ſanctorum ſacerdotum, & Epiſcoporum, qui vxores duxerunt; nam Reſp. verum eſſe aliquot Apoſtolos habuiſſe vxores, quando à Chriſto fuerunt ad munus Apoſtolatus aſſumpti; falſiſſimum tamen eſt aliquem eorum, poſtquam fuit ad Apoſtolatum aſſumptus, vnuam duxiſſe vxorem: neque vnquam inter Catholicos vſitatum fuit, vt ſacerdos vxore carens, poſt ſacerdotium ſuſceptum vxorẽ duceret; hodie tamen nullo pacto licet Concil. Grangrenſe cap. 4. Concil. Trid. ſeſſ. 24. Can. 9. Hoſius lib. 4. de tradit. pag. 167. & ſeq.

Quinta hæreſis docet. Infimum quemque ſacerdotem poſſe in abſentia Epiſcopi exercere munus epiſcopale.

Huius hæreſis Author eſt Riccardus Armacanus Hibernicus libr. 6. quæſt. Arme. capit. 6.

Contra faciunt quæ dixi ſupra titul. de cõfirmatione, & titul. de Epiſcopis, quibus addo Concil. Hiſp. x. cap. 5. Conci. Trid. ſeſſ. 23. Can. 7. & Thom. Vualdenſis lib. de ſacramentalibus titul. 7.

SACRAMENTA. CLXXXVI.

Armeni docuerunt hanc hæreſim, quam ſequutus eſt Lutherus, Sacramenta nouæ legis non conferre gratiam his, qui non ponunt obicem, damnatur in Bulla Pij 4. de profeſſione fidei, Cath. de ſacram.

Contra facit, quod dicit Concil. Trident. ſeſſ. 7. Can. & ſeq. & quæ dixi ſupra de ſingulis ſacramentis in ſpecie, & in titul. de Charactere. F. Paulinus lib. 5. de Conc. Eccl. capitul. 2. Direct. p. 2. q. 13. hær. 4. de hac S. Thom. in 3. p. q. 60. Doct. comm. in 4. ſent. diſtin. 1. & ſeq.

Secunda hæreſis eſt dicere Sacramenta à Chriſto non fuiſſe inſtituta Concil. Trid. ſeſſ. 7. Can. 1.

Tertia, Aſſerens non differre ea à ſacramentis veteris legis, ibid. Can. 2.

Quarta,

Quarta, Dicens inter se paria esse; & non esse ad salutem necessaria, sed propter fidem nutriendam, ibid. Can. 3. 4. & 5.

Quinta, Asserens omnes christianos ea posse conferre, ibid. Can. 10.

Sexta, Dicens non requiri intentionem: & existentem in peccato ea non posse conferre; & contemnentem eorum ritus non peccare, ibid. Can. 11. 12. & 13.

SACRIFICIVM. CLXXXVII.

SAcrificium Missæ negans offerri pro viuis atque defunctis, est hæreticus; Echius titul. 17. Turrianus libr. primo, capit. 24. & libr. 4. capitul. 1. Cath. de Euchar.

SALVARI. CLXXXVIII.

SAluari neminem posse, qui Romanæ Ecclesiæ fidem profitetur; hæresis est, Direct. 2. p. q. 13. hær. 3.

SANCTI. CLXXXIX.

EVstachius fuit primus author huius hæresis docentis Sanctos non esse ab hominibus honorandos, neque oportere illos orare. Hunc errorem sequuti sunt Vigilantius, Vualdenses, Ioannes Vuicleph, Ioannes Huss. & vltimo Martinus Lutherus.

Contra hanc hæresim facit primo Psalm. 138. ibi Mihi autē nimis honorati sunt amici tui Deus: amicos Dei vocat Apostolos, & reliquos Sanctos; de quibus Saluator dixit Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, & ibidem 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui in cœlis est. Secundo quia honor exhibitus Sanctis, exhibetur Deo, qui glorificatur in honore Sanctorum Psalm. 67. Gloriosus enim est Deus in Sanctis suis inquit Propheta. Tertio Eccl. 44. ibi, Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua, & infra. Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Quarto adest vniuersalis Ecclesiæ obseruatio dierum festorum in honorem Sanctorum habita; quod autem sint orandi facit primo Genes. 20. vbi Abraham orat pro Abimelech, qui Saram illius vxorem acceperat, & exaudita est oratio Abrahā. Secundo Iob. 5. ibi, Voca, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Tertio Iob. 42. vbi Iob pro alijs orauit, & exauditus est. Quarto Luc. 7. vbi Centurio, qui puerum habebat paraliticum, seniores Iudęorum misit ad Christum, vt pro salute pueri deprecarentur, eo quod se indignum putauit, qui hoc impetrare posset à Christo. Quinto Exod. 32. vnus homo Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat à Domino veniam; si ergo Sancti, dum sunt in via, poterāt orare pro alijs multo magis quando sunt in patria; quod patet primo Genes. 48. ibi, Iacob cum benediceret filium suum Ioseph ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerūt Patres mei Abraham, & Isaac, Deus, qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem; Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum; nomina quoque Patrum meorum Abraham, & Isaac, & crescat in multitudinem super terram; vbi inuocantur sancti Patres, qui iam vita functi sunt. Secundo Exod. 32. ibi, Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui; recordare Abrahā, Isaac, & Iacob. Tertio Dan. 3. ibi, Ne quæsumus tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentū tuum, neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectū tuum, & Isaac seruū tuum, & Israel sanctum tuum. Quarto Zach. 1. vbi Angelus orat pro populo Iudaico in captiuitate posito dicens, Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & Vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est: si Angelus orat populo, cur non etiam orabunt Sancti? Quinto 2. Machab. 15. vbi Onias summus sacerdos Iudęorum post mortem suam apparuit Iudę Machabęo, manus suas extendens, & orans pro omni populo Iudęorum; in qua visione alius similiter apparuit, eiusdem Onię socius, de quo ad Iudam Machabęum Onias ait. Hic est fratrum amator, & populi Israel. Hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta Ciuitate, Hyeremias propheta Domini; si Sancti in Limbo pro alijs orabant, quanto magis in cœlo? Sexto Apoc. 5. vbi Ioannes vidit quatuor animalia, & viginti quatuor seniores, qui ceciderunt coram agno, habentes singuli cytharas, & Phyalas aureas plenas odoramētorum, quæ sunt orationes Sanctorum, & Apocal. 8. vidit Angelum stantem ante altare, habētem thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sāctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei; & ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo. Cum autem ex doctrina Saluatoris Luc. 20. homines sancti fiunt æquales in gloria Angelis Dei, conuincitur, vt si Angeli pro nobis orant in patria, etiam homines sancti pro nobis orare possint & exaudiri; denique diues Epulo in tormentis positus, orauit pro fratribus suis in hac vita existentibus; multo ergo magis credendum est, Sanctorum animas in cœlo positas pro nobis orare; vnde in Psalm. 129. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi; & ne quis deciperetur credens, quod ipsi montes, hoc est Sancti, essent auxilium daturi; statim subiunxit, Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram, vnde August. dicit ibidem: Noli putare, quia ipsi montes tibi dabunt auxilium: accipiunt enim quod dent, non de suo dant. Ideo diuersa est oratio, quæ fit ad Deum, ab ea, quæ fit Angelis; nam Deum oramus, vt misereatur nostri; Sanctos autem oramus, vt ipsi orent pro nobis. Vltra testimonia sacræ scripturæ adest com. opinio sanct. Beda super Mat. in Hom. de Cananęa, Damascen. lib. 4. de fide Orthod. cap. 16. August. tract. 84. super Ioan. & super Psal. 120. Cyril. libr. 6. aduers. Iul. Hieron. lib. contra Vigilantium,

tium, Cyprian. ad Cornel. Dion. cap. 7. Eccl. Hyer. Vltimo adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Grangrenſis cap. 20. & Conc. Aurelian. cap. 23. Concil. Gerund. cap. 3. Conc. Toler. 5. capit. 1. Concil. Tolet. 6. cap. 2. Conc. Brac. 2. cap. 9. quibus addo tot. tit. de Reliq. & ven. Sanct. 2. p. q. 14. hær. 15. Echius tit. 15. de vener. Sanct. Concil. Trid. ſeſſ. 25. tit. de inuoc. & ven. Hoſius titul. de ſpe. capit. 58. F. Paulinus ord. præd. lib. 5. de Concil. Eccl. capital. 4. Cath. in t. præc.

SATISFACTIO. CLXXXX.

Lutherus docuit hanc hæreſim, Non eſſe opus peccatori vlla ſatisfactione pro peccatis perpetratis; quoniam (vt ille ait) dimiſſa culpa, omnis etiam pœna, quæ culpæ debebatur, dimiſſa manet. Hoſius hanc damnat in tit. de ſatisf. cap. 48.

Contra hanc hæreſim dixi ſupra ver. Pœnit. Turrian. lib. 4. c. 3. Ecchius tit. 9. de ſatisfactione.

SCIENTIA. CLXXXXI.

Lutherus docuit hāc hęreſim dicens, Scientias omnes ſpeculatiuas errores eſſe dicendas.

Contra facit ratio, quia ſcientia contrariatur errori, ergo non eſt ſimul ſcientia cum errore: præterea ad Rom. 7. Lex peccatum eſt abſit: ſed peccatum nō cognoui niſi per legem; legem (inquam) vocalem, aut ſcriptam, aut mentalem. At cum lex doceat nos cognoſcere peccatum, ſcientia merito dicetur: & hanc Paulus negat eſſe peccatum, non ergo omnis ſcientia dicitur error, etiam ſi à peccatore procederet.

SCRIPTVRA SACRA. CLXXXXII.

Prima hæreſis eſt, quæ totum vetus teſtamentum reijcit.

Huius hæreſis Author fuit Carpocrates, quem ſequutus eſt Cerdon, Seuerus Manichæus, & Albanenſes, iſti omnes dixerunt, Teſtamentum vetus à malo principio factum eſſe; quapropter malum & ipſum eſſe aſſeruerunt.

Contra hanc hæreſim vide, quæ dixi ſupra verb. Lex. & ver. Deus, quibus addo Concil. Trident. ſeſſ. 4. capit. 1. Direct. 2. p. q. 6. numer. 24. Melchior Canus lib. 2. loc. Theol. capit. 1. & ſeq. Hoſius lib. de auth. ſacræ ſcripturæ, F. Paulinus ord. præd. lib. 5. de Conc. Eccl. cap. 3.

Secunda hæreſis eſt Lutheri, qui dicit Libros Machabęorum non eſſe canonicos, nec dignos, qui ſacris libris annumerentur; hoc ideo dixit Lutherus, quia iſti libri aduerſantur eius doctrinæ, cum ipſi dicant orandum eſſe pro mortuis, quod ipſe negat.

Contra facit com. ſent. doct. Auguſt. Damaſcen. & Innocentij, & definitio Eccleſiæ, Concil. Carthag. 3. cui addo Concil. Trid. ſeſſ. 4 non obſt. quod dicit Lutherus, hos libros à Hieronymo non haberi pro canonicis; nam Reſp. quod hoc non dicit Hieronymus, ſed in præfatione Machabęorum dicit, Machabęorum libri, licet non habeantur in Canone Hebręorum, tamen ab Eccleſia inter diuinorum voluminum adnotantur Hyſtorias: ex cuius verbis conſtat, hos libros eſſe ab Eccleſia in ſacrorum numerum cooptatos.

Tertia hæreſis eſt Cerdonis, qui ſolum recipiebat Euangelium Lucæ, alia reijciens.

Quarta hæreſis eſt Cerinti, & Ebionis, qui ſolum recipit Euangelium Matthęi, reliqua tria contemnens.

Quinta hæreſis eſt Cerinti, & Seueri, qui Actus Apoſtolorum non recipiunt.

Sexta hæreſis eſt Ebionis, Seueri, Tatiani, qui omnes Epiſtolas Pauli reijciunt.

Septima hæreſis eſt Lutheri, qui non recipit Epiſtolam Iacobi; quia cum Lutherus ſentiat, ſolam fidem iuſtificare; Iacobus autem dicat, fidem ſine operibus mortuam eſſe; ideo tanquam ſuæ doctrinæ contrariā eam reijcit, & negat ipſam eſſe Iacobi.

Contra facit, quod dicit Hieron. lib. de meritis, & in Epiſt. ad Cteſiphontem, Vrbanus Primus in Epiſtol. de communi vita, & Anacletus Papa, & martyr in Epiſt. de oppreſſione Epiſcop. hoc idem teſtatur etiam totius Eccleſiæ definitio Concil. Trident. ſeſſ. 4.

Octaua hæreſis eſt, Alagianorum non recipientium Euangelium, neque Apocalypſim Ioannis, qui dicti ſunt Alogiani, eo; quia negabant filium Dei eſſe verbum; nam logos Græcè idem eſt quod latinè ſermo, ſiue verbum. Cum ergo Euangelium Ioannis apertiſſimè teſtetur filiū Dei eſſe verbum; ideo illi negant Ioannem ſcripſiſſe Euangelium, negant etiam eum ſcripſiſſe Apocalypſim.

Contra facit primo comm. ſententia doctorum, qui Apocalypſim interpretati ſunt, vt Auguſt. Dionyſ. Alexandr. Meliso, Aſianus, Hypolitus, & Irenęus. Secundo facit Concil. Tolet. 4. c. 16. Concil. Laodicenum, Carthagineſe tertium, Florentinum, & Tridentinum. c. fin. 24. q. 3. ex quibus colligitur, qui ſint libri Canonicæ ſcripturæ: quo caſu colligitur illud Cug. Euangelio non crederem, niſi Eccleſiæ crederem.

Nono Hæretici nolunt recipere, niſi quod probatur expreſsè per ſcripturas, Echius tit. 4. de ſcripturis, dicam infra ver. Traditio.

SECVLARES. CLXXXXIII.

Sampſon hæreticus docet Reges, & Principes, omneſque alios dominos ſeculares, præeſſe rebus Eccleſiæ etiam in ſpiritualibus; cuius opinio damnatur lautiſſimè per Nicol. Sand. lib. 8. de viſ. mon. Eccl. nu. 220. & lib. 2. cap. 2. & ſeq.

Contra facit primo 2. Paral. 26. ibi Cum Ozias Rex adolere vellet incenſum ſuper altare thymiamatis, ſtatim ingreſſus poſt eum Azarias Sacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini teſtiterunt Regi, atque dixerunt? Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino; ſed Sacerdotum, hoc eſt filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſmodi myſterium. Secundo facit 2. Paral. 19. vbi Ioſaphat Rex

232

Rex Iuda, vtramque potestatem distinguens, dicebat ad Leuitas, & Sacerdo es; Amarias Sacerdos, & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit; porrò Zabadias filius Ismael, qui est Dux in domo Iuda super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. Tertio Potestas Principis secularis non attingit animam Matt. 10. ibi Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Potestas autem Sacerdotis pertinet ad ipsam dicente Matth. 18. Quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo, Chrysostom. de verbis Esaiæ Homil. 4. Quarto facit ratio, si Princeps secularis esset capax iurisdictionis ecclesiasticæ, sequeretur, quod mulier, & infans cum possint esse Principes, possent quoque esse Sacerdotes, quod est absurdũ, & falsum, cum prohibeantur docere, & sacramenta administrare; Docere (inquit Apost. 1. Timot. 2.) mulieri non permitto: turpe est enim mulieri loqui in ecclesia, & de puero dicitur, bætedem paruulum nihil differre à seruo. Non est autem ecclesiastici moris, vt qui seruus adhuc manet, minister Ecclesiæ fiat. Quinto Apostolis, & Sacerdotibus dictum fuit, eos esse dispensatores Mysteriorum Christi, non autem Principibus secularibus. Sexto Leuit. 6. ibi Si Sacerdos, qui vnctus est peccauerit, delinquere faciens populum suum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino: quod si omnis turba filiorum Israel per imperitiam fecerit, quod contra mandatum Domini est, & postea intellexerit peccatum, offeret pro peccato suo vitulum: si peccauerit Princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam Domino hircum de capris immaculatum; quod si peccauerit anima per ignorantiam, de populo terræ, offeret capram immaculatam; vbi apparet manifestè distinctio Sacerdotis ab alijs. Septimo facit Psal. 104. ibi Nolite tangere Christos meos; vbi intelligitur de Sacerdotibus. Octauo facit ratio, quia quod minus est, à maiore benedicitur Hebr. 7. Aaron autem extendens manum ad populum benedixit ei, Leuit. 9. maior ergo erat Aaron, quam Populus; Ideo sicut Populus ante Regem, sic sacerdos vnctus ante populum collocatur, & licet Salomon benedixerit populo 3. Reg. 8. hoc non fecit ex regio sed ex prophetico munere. Nono Psal. 2. ibi Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram; seruite Domino in timore; apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.

Si ergo Regum est erudiri, est etiam illorum eatenus subesse; qui enim eruditur, à magistro aliquo eruditur, & fit illi discipulus, à quo eruditur; discipulus autem non est supra magistrum suum Matth. 10. Cum igitur Apostolis dictum sit, Ite docete omnes gentes Matth. 28. sequitur, quod etiam Reges doceri debeant. Decimo Isaiæ 45. Vbi Isaias prædixit Reges fore nutritios Ecclesiæ Christi, & vultu in terram demisso adoraturos illam; & mox subiungit, Scias, quia ego Dominus; vbi apparet ministros Christi maiores quolibet Rege,

Vndecimo ad Ephs. 4. ibi Nam Deus alios constituit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas alios Pastores, & doctores in ædificationem mysti ci sui corporis, quod est Ecclesia; alios vero constituit velut oues, & Agnos, qui per Pastores, & doctores suos ædificarentur, & quibus Pastores attenderent, ne circumferrentur omni vento doctrinæ, per astutiam hominum; Reges autem sunt tanquam oues, & Christi greges sunt, non ergo Pastores, & Sacerdotes. Duodecimo nihil in nouo testamento reuelatum est de Principum potestate, quàm vt dentur Cæsari, quæ sunt Cæsaris Matt. 22. vt tributa scilicet soluãtur, vt pro Regibus oretur 1. Tim. 2. non autem, vt in rebus spiritualibus aliquam authoritatem habeant. Tertiodecimo facit com. opinio doctorum Ambr. libr. 10. Epistol. 78. Chrysost. libr. 3. de Sacerd. Aug. in Psalm. 98. Greg. in 1. Reg. lib. 4. cap. 4. Procopius Gazeus in Leuit. Theod. in Leuit. q. 1. Philo. in lib. de victimis, Chrysost. ver. Isaiæ Homil. 4. Quartodecimo faciunt quæ dixi supra 1. p. ver. Sacerdotium. Quintodecimo facit ratio, quia quemadmodum est homo terrenus, & homo cœlestis; ita etiam est regnum terrenum, & regnum cœleste. Homo terrenus est Adam, qui de terra factus est; homo cœlestis est Christus Dei filius 1. Corint. 15. regnum terrestre illud est, quod homines de terra facti per consensum humanum Principi suo detulerunt; cœleste autem regnum est illud, quod Christus in terra stabilinit, dum homines terrenos fide, spe, & charitate donatos in nouam creaturam gratiæ suæ potentia conuertit, & membra sua effecit; vnde in his, quæ terrena sunt, constituuntur Reges: in his verò quæ sunt spiritualia, Sacerdotes, quibus Reges parere debent, de quibus dicitur, Qui vos spernit me spernit; qui vos audit me audit Luc. 10. Decimoseptimo quia Christus est prorsus omnium hominum Rex; quia quod in vno quoque genere præcipuum est & dignissimum, id per naturæ vim cæterarum eiusdem generis rerum caput est, & principium, vnde dicitur Rex Regum, & Dominus Dominantium, ideo Christiani non alium Regem sibi eligere debent, quam eum qui sit Christianus. Deut. 17. ibi Cum dixeris constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum; non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus: per fratrem vero intelligimus eum, qui sit fidelis, & Christianus: ex quo sequitur Christianum Regem, qui populis christianis præest, ministris Christi saltem in his, quæ ad fidem, religionemque pertinent, etiam sub pœna Regni amittendi subesse debere Daniel. 7. Regnum, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum detur populo Sanctorum Altissimi, cuius regnum sempiternum est, & omnes Reges, seu potestates seruient ei, & obedient. & Isaiæ 60. Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi, & venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi,

præ-

terea si Christu Christiani Reges ubedire tenentur, & Sacerdutibus etiam, de quibus ipsemet dixit Ioan. 20. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; præterea vt animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei 1. Cor. 2. sic neque secularis potestas moderatur, & gubernat ea, quæ sunt Spiritus Dei. Nam etsi Reges præsunt membris Christi, nempe fidelibus, hoc fit respectu secularium negu tiorum, quibus vacant: præterea membra Christi Rege carere possunt, prout aliquando caruerunt; nam vsque ad regnum Saul per tria ferè annorum millia, Rege terreno caruerunt; Pastore autem nunquam caruerunt; quia semper fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi Rum. 10. qui autem verbum Christi prædicauerūt, ij fuerunt Apostoli, & Pastores gregis. Decimuoctaua Ier. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes, & super Regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes; quæ verba in Christi personam cadunt, & in eius ministros sacerdutes. Non obst. quod obijciunt hæretici Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mundo: ergu inferunt ipsi, ministri Ecclesiæ in Reges Christianos nullam prorsus iurisdictionem habent; Nam Resp. primo, quod ibi per mundi nomen intelligitur peccatum; sicuti illud Ioan. 15. De mundu non estis; alioquin mundus quod suum est amaret: sed egu elegi vus de mundo: secundu Respon. quud per hoc nun negat creaturas sibi subiectas esse; sed negat eius regnum hinc esse, idest ex hoc mundo. Vnde August. d. cap. 18. super Ioan. dixit Christum dixisse non quidem regnum meum non est hic, sed nun est hinc; In mundo quippe est, de mundo nun est, sed de cœlo. Item nun obst. quud obijciunt, nullam datam esse potestatem Ecclesiæ coercendi, & remouendi Reges. Resp. per Ezech. 34. ibi Pastori dictum est, vt quod infirmum est consolider, quod ægrutum est saner, quod confractum est alliget, quod abiectum reducat, quod perierat quærat; modu cum austeritate, & potentia non imperet, & 1. Cor. 6. An nescitis quuniam sancti de hoc mundu iudicabunt? etsi in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? nescitis quuniā Angelus iudicabimus? quanto magis secularia? Decimononu facit 2. Reg. 19. vbi Elias vnxit Asael Regem super Syriam, & Iehu Regem super Israel, & Eliseum vnxit in Prophetam pro se ea conditione, vt qui fugisset manus Asael, occideret eum Iehu, qui autem fugisset manum Iehu, interficeret eum Eliseus; qua figura denotantur plures potestates in Ecclesia Dei, vt quod per vnā nun fit earū, per alteram fiat. Vigesimo 4. Regum 2. ibi Scimus enim & duos vrsos de saltu egressos lacerasse quadragintaduos ex eis pueris, quis Eliseo illudebant: Omnis enim creatura in vindicandam iniuriam factam Sacerduti insurgit. Vigesimoprimo facit 3. Reg. 11. vbi tota Regis causæ cognitio penes vnum Pontificem Ioiadam extitit: noo enim est minor authoritas pontificalis noui Sacerdotij, quam tunc fuerit veteris; immo est longe præstantior 2. Cor. 3. & 4. & Act. Apost. 5. vbi Petrus Apostolus vita priuauit eos, qui nolue-runt obedire mandatis eius. Vigesimosecundo facit illa distinctio. Sanctorum Patrum Sacerdotij, & regni. c. duo sunt 96. Dist. Non obst. quod in veteri testamento Reges præscripserint Sacerdotibus, quid in rebus Ecclesiasticis agere deberent: Nam Resp. quod hoc in nouo testamento non conuenit, cum mutata sit ratio regiminis; nam in nouo testamento non litera, sed spiritu exercetur 2. Cor. 3. illic regnauit seruilis timor Dei, & gladius corporeus, hic autem amor intimus, & gladius spiritualis. Inconueniens enim est, vt regnum cœlorum, quod est Ecclesia, seruitutem patiatur. Nun obst. etiam quod Moyses præceperit, & fuerit Princeps Leuitarum, & Sacerdotum; nam Resp. quod quæ gessit Moyses spectantia ad Sacerdotes, non vt Rex, sed vt Prupheta, & Sacerdos Dei, Psalm. 98. ibi Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius: & sic vbicumque reperitur quod aliquis Princeps exercuerit aliquem actum spiritualem, dicendum est illum exercuisse tanquam Sacerdotem, non autem tanquam Regem? quicquid etiam Principes Catholici de rebus Ecclesiæ tractauerint, non eo animo id fecerunt, tanquam se putarent Iudices legitimos, verum quod aliter pacem Ecclesiæ tueri, conseruarique non possent; vt Constantinus, qui præfuit in Nicena Synodo, ipsamque conuocauit, quia videbat Donatistas Episcuporum iudicio nun acquiescere.

SEPVLTVRA. CLXXXIIII.

Valdenses docuerunt hunc errorem: Nihil prorsus prodesse animæ, quod corpus in loco sacro sepeliatur.

Contra facit ratio, quia sepultus in loco sacro est particeps suffragiorum, quæ fiunt pro eo in Ecclesia, in qua, & iuxta quam sepelitur, quod videtur obseruatum etiam in veteri lege: nam Patriarchæ de suorum corporum sepultura anxiè dum vixerent, curauerunt Genes. 23. & 50. Tob. 12. 3. Reg. 23. & 4. Reg. 27. dixi egu in tract. de sepult.

SERPENS. CLXXXXV.

Serpentem esse veneratione dignum, hæresis est, Direct. p. 2. q. 6. nom. 10. fin. 24. q. 3. ver. Ophitæ.

SETH. CLXXXXVI.

Seth Adam filium esse D. N. Iesum Christum, hæresis Sethianorum est, Direct. 2. p. q. 6. nu. 16. cap. fin. ver. Sethiani 24. q. 3.

SILENTIVM. CLXXXXVII.

Pattalurinchitæ Hæretici tantum silentio studuerunt, vt digitum naribus, & labijs suis opponentes, silentium quasi semper exercuerint, non alteri rei, quam taciturnitati studium accommodantes: qua in re se Prophetas imitari dicebant; quo-

quoniam Dauid propheta ait Psalm. 144. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.

Sed contra facit primo Eccl. 3. Tempus est loquendi, & tempus tacendi, non ergo semper est tacendum. Secundo Isa. 6. Væ mihi quia tacui, ad Psalm. 144. Resp. quod non petit Propheta custodiam labiorũ suorum, sed ostium; quo loco petijt moderatam loquutionem, non autem omnimodam taciturnitatem.

SIMONIA. CLXXXXVIII.

PRima hæresis, quæ post Christi in cœlos Ascensionem in Ecclesia est orta, fuit Simonis Magi, qui credidit spiritualia Dei dona posse pecunia comparari; quam hæresim sequuti sunt Græci, & Armeni.

Contra hanc arguit Petrus Princeps Apostolorum, cum dixit Simoni Mago Act. Apost. 8. Pecunia tua tit tecum in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri &c. Secundo facit 4. Reg. 5. vbi Giezi famulus Helisei fuit à Deo lepra percussus, quia pecuniam recepit pro beneficio sanitatis, quod Heliseus contulerat Naaman leproso. Tertio Matth. 10. vbi postquam Dominus dedit potestatem Apostolis curandi infirmos, sanandi leprosos, eijciendi Dæmonia, statim subiunxit dicens: Gratis accepistis gratis date. Quarto facit ratio, quia in omni venditione rerum seruanda est in pretio rerum æqualitas, conuincitur vt is, qui credit spiritualia Dei dona posse pretio comparari, credat etiam pecuniam esse æquè bonam, & æquè pretiosam, sicuti spiritualia Dei dona; at sapiens contrarium sentit Prou. 8. dicens Accipite disciplinam meam, & nõ pecuniam: doctrinã magis quam aurum eligite: melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Quinto adest definitio Ecclesiæ Concil. Elibert. cap. 48. Concil. Tolet. 11. cap. 8. Concil. Brac. 2. cap. 3. Direct. 2. p. q. 6. numer. 2. cap. fin. 24. q. 3. ver. Simoniani, dixi in summa. pec. cap. p. 1. q. 1 16. tit. 6.

SPES. CLXXXXIX.

HAnc hæresim vltra alias Lutherus docuit, dicit enim spem non procedere ex meritis, de hac S. Thom. 2. 2. q. 17. & seq. Doct. comm. lib. 3. sent. distin. 26. Hosius Tit. de spe. cap. 18.

Ad tollendam hanc hæresim supponendum est, quod bonus ille Paterfamilias conuentionem fecit cum operarijs ex denario diurno: & cum operarij, qui primo mane venerant, sperarent se aliquid amplius accepturos, dixit vni ex illis Paterfamilias. Nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est & vade, amice non tibi facio iniuriam: ex quo constat omnibus gloriam esse debitam iusto, velut mercedem Mercenario; debitam quidem, quia promissa: quoniam nisi promissa esset, debita non esset.

Contra facit primo ratio, quia Mercenarius, qui in alieno agro desudat, atque laborat, non solum sperat propter bonitatem Domini consequi mercedem, sed etiam propter suum laborem: ita iusti sperant in bonitate Domini; verum quia Dominus non dat mercedem pigris; ideo laborare satagunt, vt per labores suos gloriam assequi mereantur. Vnde Iob. 7. Militia est vita hominis super terram; & sicut mercenarij dies eius, & Psalm. 43. Propter te mortificamur tota die, & 1. Cor. 15. Quotidie morior propter gloriam vestram fratres, & 2. Tim. 1. Ob quam causam hæc patior; sed non confundor: scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Secundo facit ad Rom. 5. Non solum autem; sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio vero spem. Tertio 2. Tim. 4. ibi Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui; in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex; non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius. Quarto Psalm. 4. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Quinto ad Tit. 2. Sobriè, & piè, & iustè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem. i. vt securi possimus futuram beatitudinem sperare: illorum autem spes, qui sine meritis sperant, dicitur vana Iob. 11. & 8. dicitur quòd spes Hypocritæ peribit, & Prou. 10. Spes impiorum peribit & Sap. 5. Spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & Eccl. 34. Vana spes, & mendacium viro insensato; de hac vide, quæ dicta sunt supra ver. Fiducia.

SPIRITVS SANCTVS. CC.

SPiritus sancti aduentum non in Apostolos, sed in se factum esse asserere, hæresis est. cap. pen. & ita semper allegetur iste textus 24. q. 3. Direct. 2. p. q. 6. numer. 27.

Item hæresis est, dicere Spiritum sanctum non esse Deum, ibid. numer. 44. & Spiritum sanctum esse Patre Filioque minorem, ibidem numer. 51. cap. fin. 24. quæstio. 3.

Item Spiritum sanctum assumpsisse carnem humanam, Direct. p. 2. q. 11. hær. 3.

Similiter, A solo Patre procedere, non à Filio, ibidem q. 18. num. 1.

STATVS. CCI.

BEguinæ dicebant, statum Fratrum Minorum esse perfectiorem statu Episcoporum.

Contra facit ratio, quia Episcopus ad plura tenetur, nempè ad salutem sui, & aliorum; & per consequens est perfectior status primo, Tim. 5. Secundo quia maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. At pastor ad hoc tenetur, Ioan. 10. ergo est in perfectiori statu.

STVDIA GENERALIA. CCII.

IOannes Vuicleph hæreticus dixit, Studia generalia esse vana geotilitate in Ecclesiam introducta, & tantum prodesse Ecclesiæ, quantum prodest Diabolus.

Contra facit primo ratio, quia fides nostra non est defendenda armis; sed verbis, rationibus, & argumentationibus. Arma enim militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia 2. Corin. 10. & ad Ephes. 6. In omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus, quod est verbum Dei: viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Secundo si studia non essent, neque doctores, a quo docerentur Idiotæ? nullus enim sufficit sibi ipsi, sed aliquo eget Doctore. Prou. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ, & iterum: Ne sis sapiẽs apud temetipsum, & Roman. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Tertio 2. Timot. 3. Tu vero permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi; sciens à quo didiceris; & quia ab infantia sacras literas nosti. Quarto facit Act. Apost. 13. ibi: Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores &c. Post scholam Antiochiæ fuit alia erecta Alexandriæ, de qua Euseb. Cæsar. lib. 5. Hystoriæ. Quinto hæc hæresis damnatur in Concilio Constantiensi, sess. 8. arti. 29.

SVBDITVS. CCIII.

IDem Ioannes Vuicleph dicit Populares homines posse ad libitum suum, Prælatos, & Dominos delinquentes corrigere; & ideo subdit, populum iustè subtrahere decimas à sacerdotibus peccatoribus, & ab alijs huiusmodi Dominis subtrahere tributa propter illorum peccata.

Contra facit primo ratio, quia nihil magis obesse potest Reip. quam si licuerit cuilibet de populo corrigere Prælatum, & Dominum suum; nullus enim alius esset maior, si cum eorum aliquis delinquit, se inuicem possent corrigere. Secundo facit exemplum Dauid, qui rectè nouerat peccata Saul Regis, quem tamen nunquam ausus est corrigere. 1. Reg. 24. ibi Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum, qui Christus Domini est. Tertio facit quod dixi supra ver. Potestas. Quarto hæc hæresis damnatur ab Ecclesia Concilio Constantiensi sess. 8. artic. 17.

SVBTERRANEI. CCIIII.

LOllardi negabant, Deum aut scire, aut punire mala, quæ sub terris fierent; Et ideo in subterraneis turpitudinem exercebant.

Contra facit S. Thom. 1. p. q. 14. artic. 11. Cum Deus sit causa omnium per suam scientiam, necesse est, quod essentia sua sit principium sufficiens sciendi omnia. Secundo facit. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

SVFFRAGIA DEFVNCTORVM. CCV.

DIcit Lutherus hanc hæresim Nihil prodesse defunctis, orationes, sacrificia, & eleemosynas, quæ à viuis pro illis fiunt.

Huius hæresis Authores fuerunt Vualdenses, Albigenses, Græci, Armeni, & Aerius. Et certe si defuncti tales sunt, quales hi hæretici, frustra pro his sacrificia offerrentur; quia in inferno sunt: verũ pro his qui sunt in purgatorio pium est, & vtile.

Contra hanc hæresim facit primo Tob. 4. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue; quod frustra fieret, si nihil prodesset. Secundo 2. Mac. 12. ibi Iudas collatione facta, duodecim millia drachmas argenti, misit Hierosolymam offerri pro peccatis mortuorum in sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans; nisi enim eos, qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum, orare pro mortuis; sed quia considerabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiã; sancta ergo & salubris (inquit) est cogitatio pro defunctis orare, vt à peccatis soluantur. Tertio facit comm. opiñ. doct. Aug. lib. de cura agenda pro mortuis cap. 1. Greg. libr. 4. Dialog. cap. 55. Theoph. super 12. Luc. Chrysostom. Homil. 69. Athan. lib. de varijs. quest. Dionys. Areopag. lib. de Eccl. Hyer. cap. 7. Quarto adest consuetudo, & definitio Ecclesiæ Conci. Cartag. 4. cap. 95. Concil. Vallense c. 4. Agatense cap. 4. Tol. 3. c. 22. Concil. Flor. dixi supra ver. Purgatorium.

TEMPLVM. CCVI.

EVstachius hæreticus, quem sequuti sunt Vualdẽses, Pseudoapostoli, Boemi Hæretici Thaboritæ appellati, concorditer senserunt. Templa Dei nullius esse vtilitatis, neque aliquo pacto prodesse in Ecclesia Dei.

Contra facit primo 1. Paral. 28. vbi Salomon Rex, ex præcepto Dei ædificauit templum Hierosolymæ; quod præceptum datum non esset, si nullius esset vtilitatis. Secundo facit Matth. 21. vbi Dominus eiecit ementes, & vendentes è templo, dicens sicut Isa. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur. Tertio vsus templorum cepit ab Apostolis, vt refert Euseb. lib. 2. Hyst. Eccl. c. 17. Quarto Concil. Grangrense cap. 5. ibi: Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, Anathema sit.

TENTATIO. CCVII.

PEtrus Abailardus docuit hũc errorem, Quod nulla sit Dæmonis in nobis tentatio, quæ non fiat contactu lapidum, aut herbarum: si iste tenet, quod Dæmon possit per contactum lapidum, aut herbarum ad actum peccati impellere, non est

hæresis: sed tenens, quòd omnis Dæmonis tentatio procedat ex contactu lapidum, aut herbarum, seu quòd Dæmon impellat ad peccatum, erit manifestus error.

Contra quem facit 1. Genes. 3. vbi Dæmon in tentatione Adæ, & Euæ non vsus est lapidibus & hærbis, sed serpente. Secundo Iob. vbi Satan appetit tentare Iob, & ad hoc licentiam à Deo petit, non postulat sibi permitti lapides, aut herbas applicare, sed vallum, quo Deus vniuersam illius substantiam circumcinxerat, auferre, vt liberè posset illum per omnis substantiæ deuastationem, tentare. Tertio cum Satan Saluatorem nostrum tentauit in deserto, non applicatione herbarum, aut lapidum tentauit, sed locutione. Quarto multa alia sunt tentationis genera, quibus tentamur à Dæmone; nam aliquando transfigurat se in Angelum lucis, vt facilius alios decipere valeat 2. Corin. 11. Cathec. in 6. pet. orat. dom.

TESTAMENTVM CCVIII.

VNcti Hæretici in comitatu Angliæ orti, Anno 1570. dicunt testamentum nouum totum rerum futurarum prædictionem esse; ideò Christum antè diem Iudicij rediturum affirmant.

Contra facit, quia licèt multa in testamento nouo res in Cœlo futuras pronũcient; non tamen omnia ad res futuras habent referri: Christus autem non redibit, nisi ea forma, qua Apostoli viderunt eum euntem in Cœlum. Act. 1. hoc autem fiet in fine, vt destruat Antichristum illustratione aduentus sui 2. Thes. 2.

TERRA. CCIX.

FOelix Manicheus, docuit terram esse Deo coæternam.

Contra facit primo 1. Genes. In principio creauit Deus cœlum, & terram; si in principio creauit terram, ergo non est coæterna. Secundo Psalm. 101. Initio tu Domine terram fundasti, quæ verba repetit Paul. ad Hebr. 3. Tertio Isa. 45. Ego feci terram, & hominem super eam creaui. Quarto adest definitio Eccl. c. 1. de Summa Trin. & fid. cath.

TIMOR DEI. CCX.

LVtherus hunc pestiferum errorem docuit, Timorem Dei seruilẽ esse prorsus inutilem; immo etiã noxium, cum dicat illum esse dignũ pœna.

Contra facit primo, quæ dixi supra de contritione, & nota, quod timor Dei duas habet origines in peccatore. Vna est amor sui, & sui commodi, vnde prouenit vt fugiat incommoda: ideò enim peccator odit, & timet pœnam; quia illa aufert quietem, pacem, delectationem, & integritatem patientis. Altera origo est consideratio omnipotentiæ diuinæ, & eius sapientiæ, & iustitiæ, qua peccatores plectuntur. Cum ergo peccator odiat pęnam, ad quam infligẽdam certò credit Deum esse potentem, sapientem, & iustum, abstinet ab opere peccati, ne talem pœnam patiatur; sic tamen vt in eo peccandi voluntas etiam auferatur; talis (inquam) fuga peccati ad euitãdam pœnam est timor seruilis, quem dicimus esse bonum, & vtilem; nisi voluntas peccandi sit ei admixta; exemplo serui, qui metu pęnæ dilationem petijt ad soluẽdum, Matt. 18. similiter Matth. 5. ibi: Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius Iudici, & Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi nõ exies indè, donec reddas nouissimum quadrantem, & Prou. 22. ibi: Stultitia colligata est in corde pueri, virga disciplinæ effugabit eam. Secundo facit Psalm. 118. Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas: Dauid testatur se didicisse iustificationes Dei; propterea quod fuerat à Deo humiliatus; si ergo opus eius bonum est, ipse quoque timor erit bonus, quia arbor mala non potest bonos fructus facere Matt. 7. Tertio adest com. opin. doct. S. Bernard. lib. de præcepto, & dispensatione, Riccardus de S. Victore libr. de præparatione animi cap. 8. dicit, timorem gehennæ esse initium sapientiæ, Aug. super 1. Ioan. Epist. tract. 9. exponens illud, timor non est in charitate, dicit, hoc est in charitate perfecta, quia perfecta charitas foras mittit timorem: ergo incipit timor, quia initium sapientiæ timor Domini. Timor quasi locum præparat charitati &c. idem dicit Basilius in Psalm. 33.

Secunda hæresis est Petri Abailardi dicentis, Timorem Domini non esse in futuro seculo.

Contra facit primo Psalm. 18. Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi. Secundo Iob 26. Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius, loquens de Angelis, & intellige ex mente omnium de timore casto & reuerentiali; non autem de seruili, de quo dicitur 1. Ioan. 4. quod perfecta charitas foras mittit timorem.

TONSVRA. CCXI.

MAgdeburgenses irrident tonsuram Clericorum.

Contra facit primo Concil. Nicæn. 2. cap. 14. ca. clericis, de vita, & honest. Cler. Secundo quæ scripsit doctissimus Franciscus Turrianus societatis Iesu lib. 5. c. 19. aduersus Magdeburgenses centuriatores pro Canonibus Apostolorum &c.

TRADITIO. CCXII.

TRaditiones negans, est hęreticus Turrian. lib. 2. cap. 16. lib. 5. cap. 4. Hosius lib. de Traditionibus.

TRANSLATIO scripturarum. CXIII.

TRranslationem scripturarum faciendam esse in lingua vulgari, docent hæretici moderni.

Contra facit primo. 1. Tim. 6. O Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam

quidam

quidam promittentes circa fidem exciderunt. Secundo facit Conc. Trid. sess. 4. c. 2.

TRIBVTVM. CCXIIII.

IOannes Behaim negat decimas esse persoluendas Ecclesiæ, & tributum seu vectigal Principi seculari.

Contra primum, faciunt quæ dixi supra. 1. p. ver. Decima, & contra vtrumque facit Mat. c. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, vt pote tributum, & subiectionem; & quæ sunt Dei Deo, videlicet oblationes & cætera, quæ in lege iubentur. Secundo ad Rom. 13. Omnis homo existens sub alio, subditus sit per obedientiam promptam, ac humilem, constitutis à Deo Principibus secularibus, spiritualibusque Prælatis: ideo enim & tributa præstatis, quod est signum subiectionis.

TVRIFICATIO. CCXV.

ALmaricus turificationem, qua in Ecclesijs Sacerdotes vtuntur, idolatriam vocabat.

Contra facit Durand. Ration. Diuin. offic. lib. 4. cap. 10. Innoc. de Altaris Mysterio lib. 2. c. 16. ibi: Per turribulum verbum incarnatum accipitur, quia per fidem mediatoris incensum offerimus Deo.

TYRANNVS. CCXVI.

IOannes parui docuit: Quemlibet Tyrannum posse licitè, & meritoriè occidi, per quemcunque vasallum suum, etiam per clanculas insidias, non obstante quocunque fœdere inter eos inito, etiam per iuramentum confirmato, & hoc absque sententia, aut mandato Iudicis cuiuscunque.

Contra facit primo ratio, quia Tyrannus ille dicitur, qui non iure dominatur in Republica, aut iuxta dominij sui leges potestatem suam exercet; si ergo quilibet Tyrannus poterit occidi à subdito suo, sequeretur confusio iustitiæ, quia tunc vxor poterit occidere maritum suum, oues interficere Pastorem, Filij Patrem tirannicè dominantes, & sic ex ista assertione aperiretur via vnicuiq; subdito, non solum ad inobedientiam, sed etiam ad necem sui superioris; quia posset causari illum esse Tyrānum; facit etiam ratio, quia maius est crimen hæreseos, quàm tyrannidis; sed non licet cuilibet occidere hæreticum, ergo non licebit etiam cuilibet occidere Tyrannum. Secunda via oppugnare possumus hanc pestiferam hæresim, ex ratione insidiarum; quoniam etsi licitum esset Tyrannum occidere; non tamen per insidias, & fraudes, & deceptiones, Exod. 21. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Tertia via patet qua eadem hæresis expugnatur ex ratione fœderis iuramento firmati; dicitur enim Psalm. 5. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium; virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: si omnes qui loquuntur mendacium Deus perdet, quid illum facturum censebis de his, qui peierant? nam etiam hosti est seruanda fides; nam propter hāc causam Iacob iratus est contra Simeonem, & Leui filios suos, qui violarunt pactum cum Sychimitis initum Genes. trigesimoquarto, & 49. similiter reprehenditur Sedechias, Rex Iuda, quia rebellauit contra Nabuchdonusor Regem Babilonis, cum tamen prius illi fecisset iuramentum de fidelitate seruanda; quod si licet rumpere fœdera etiam iuramento stabilita, via tunc aperiretur latissima, ad omnem diffidentiam, & omnem controuersiam patens. Nullus enim iam fidet alteri aliquid promittenti, quoniam etsi promissa iuramento confirmet, quisque iustè metuere potest, ne postea contra iuramentum faciat, cum id licitè facere possit. Nullus etiam erit controuersiæ finis, si nulla est obligatio iuramenti; quoniam vt inquit Paul. ad Hebr. 6. Omnis controuersiæ finis est iuramentum. Quarta via expugnatur hæc hæresis ex defectu potestatis, & iurisdictionis priuatæ, qua authoritate nemini quemquam interficere licet; ideò de Cain legitur Genes. 4. Nequaquam ita fiet; sed omnis qui occiderit Cain septuplū punietur, vndè Paulus dicit Rom. 14. Quis es tu, qui iudicas seruum alienum? præceptum autem de non occidendo loquitur de omni occisione, quæ fit priuata authoritate, immo nec etiā Rex potest citra iuris ordinem, aliquem interficere; est enim contra naturalem rationem, quod aliquis in eadem causa sit iudex, testis, & reus: quoniam hoc soli Deo conuenit propter summam illius sapientiam, & bonitatem. Cum autem subditus sine superioris Iudicis sententia Tyrannum occidit, tunc ipsemet est Iudex, pars opposita reo, & testis. Vltimo hæc hæresis damnatur à Concil. Constant. sess. 15.

VERECVNDIA. CCXVII.

TVRELVPINI hæretici docuerunt: De nulla re, quæ nobis est à natura donata, erubescendum esse.

Contra hanc hæresim redarguit natura ipsa, à qua insitam habemus quarundam rerum verecundiam: quapropter partes corporis, per quas mares, & fœminæ commiscentur, verenda, & pudenda dicuntur, quæ testimonium referunt illius peccati, quod primus homo per inobedientiam commisit: cū enim omnes reliquę corporis partes ad nutum volūtatis nostræ moueātur, & quiescant; sola membra genitalia nutui voluntatis repugnant, & obedire recusant. Secūdo Genes. 3. vbi Adam dixit Deo, Vocem tuam Domine audiui in Paradiso, & timui, eo quod nudus essem; quo loco constat timorem capi pro verecundia. Tertio Genes. 9. vbi reprehenditur Cham filius Noe, eò quod videns Patrem inebriatum habentem verenda nudata, nunciauit fratribus suis, qui laudantur, eo quod verenda Patris operuerunt. Quarto Exod. 28. vbi pars vestis sacerdotalis, qua iuxta præceptum Domini vestiendus erat sacerdos, cum intrabat in sancta, erāt femoralia in tegumentum carum partium, ex quibus nudatis, maxima oritur verecundia.

VIDVA.

VIDVA. CCXVII.

Viduã non posse nubere, hæresis est, Direct. 2. p quæst.6.nume. 28. cap.pen.ver.Cathari 54.quæst.3.

VINVM. CCXVIII.

Seuerus, à quo Seueriani heretici originem duxerūt, docuit: Non licere vllo pacto bibere vinum; eo quod dicebat de Satana, & terra germinasse vitem; quæ quidem hæresis non solum nocet animæ; sed etiam corpori (vt candidè loquar) quoniam etsi vinum immodicè sumptum malum noceat; moderatè tamen potatum, plurimas corporis præstat vtilitates; ideò Sapiens in Eccl. 31. Exultatio animæ, & corporis vinum moderatè potatum. Sanitas est animę & corporis sobrius potus. Secundo si vinum malum esset sua natura, Saluator noster non vertisset aquam in vinum, Ioan. 2. Tertio non præcepisset ministrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino Math. 2. Quarto in cœna vinum ad potandum Discipulis dedit Luc. 22. Quinto Paulus scribit 1. Timot. 5. consulens ei, vt aquam non bibat, sed modico vino vtatur propter stomachum suum, & frequentes eius infirmitates, Direct.p.2.quæst.6.nu.24.ca. pen.ver.Seueriani 24.quæst.3.

VIRGINITAS. CCXIX.

Iouinianus Monachus docuit Virginitatem nō esse apud Deum maioris meriti, quàm coniugium, quem sequutus est Heluidius Basilides, & postremò Martinus Lutherus; qui ampliando dixit Virginitatem malam esse, & pręcepto Dei contrariam, de hac S. Thom. 2.2.q.152.artic.1.& seq. doct.com.in 4. sent. distin.33. Hosius tit.de traditionibus pag. 266. & seq.

Contra facit primo Math. 19. ibi: Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum cœlorum: qui potest capere capiat, & alibi Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: quod est castrare te ipsum propter regnum Dei, & quia non omnes capere possunt, ne videretur aliquem cogere, ad id quod assequi non potest, in cuiusque arbitrio illud relinquit, dicens: Qui potest capere capiat: ex quibus verbis Christi, apertissime constat virginitatem prælatam esse matrimonio, cum sit multo excellentius id, ad quod assequendum non omnium vires sufficiunt, quàm illud, quod tam facile est, vt omnes illud capessere possint: nullus est cui integra est natura, qui coire non possit: at rarus est, qui possit ab omni specie coitus abstinere. Secundo facit 1. Corint. 7. ibi: Qui matrimonio iungit uirginem suam be nè facit: & qui non iungit melius facit. Tertio Math. uigesimosecundo. In resurrectione neque nubent, neque nubentur: sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo: ex quibus uerbis constat nuptias esse hominum: continentiam autem Angelorum proprium munus. Quantum ergo Angeli hominibus præstant, tantùm uirginitas præponitur matrimonio. Quarto conuincit hanc hæresim multitudo uirtutum, quas ad sui sobstentationem exigit uirginitas, ut tanquam altera Hester illis uelut suis ancillis innitatur; oportet enim uirginem esse abstemiam; quoniam luxuriosa res est uinum, exigitur abstinentia cibi: summè necessarium est pacisci fœdus cum oculis, & obseruare aures ad turpiloquia: est necessaria oris, & labiorum custodia: denique nunquam esse potest uirginitas sola: sed oportet eam uelut Reginam esse ingenti ancillarum comitatu stipatam. At qualiter fieri posset, ut non sit nobilior uirginitas, cui molto plures deseruiunt uirtutes, quàm matrimonium? Vltimo adest definitio Ecclesiæ, nempè Syriaci Papę in Epist. de condemnatione Iouiniani, & Concil. Thelense hanc eandem Epistolam recipit, & hanc heresim damnat: dicens Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanę: sed melior uirginitas, per quam regni cœlestis hereditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per uirginem salus euenit: denique speciale sibi donum uirginitatis elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se repręsentauit, quod elegit in Matre; Non obst. quod objiciunt Genes. 1. ibi: Crescite, & multiplicamini, ubi dicunt Deum dedisse pręceptum omni homini de matrimonio contrahendo: nam Resp. quod si hoc uerum esset, Paulus contradiceret Deo, qui de uirginibus consilium dedit, & peccassent Ioannes Baptista, Maria, & Ioannes Euangelista, qui perpetuam uirginitatem seruauerunt, & steriles, quę non multiplicant, peccarent, quod non est dicendum: fatemur tamen illud fuisse pręceptum pro eo tempore, ut per illud humanum genus propagaretur: at postea humano genere satis propagato, iam non obligat illud pręceptum, sed remanet liberum: ita interpretatur Hieron. contra Eluid. & lib. 1. contra Iouinianum ibi: Necesse fuit prius plantare syluam, & crescere, ut esset quod postea posset excidi, & infra, nuptię replent terram, uirginitas paradisum, Conc. Cyprian. lib. de habitu uirginum; Non obstat secūdo, quod objicit Lutherus dicens: Impossibile esse seruare uirginitatem, & ideò non esse bonam, quia omnes uires humanas superat, nec solum superat, (ut ait) sed uitę proprię dicit esse ualde inimicam: quoniam ad uitę proprię conseruationem, dicit esse ita necessarium ua oris usum, sicut cibus & potus: nam Resp. quod nostris solum uiribus impossibile est uirginitatem obseruare, cum diuino tamen adiutorio, quod Deus ipse semper paratus est omnibus petentibus dare, possumus uirginitatem illęsam seruare: nam Paulo roganti Deum, ut auferret ab eo stimulum carnis, respondit Deus 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea: & postquam hoc diuinum adiutorium multis rebus fuerat expertus, dixit ad Phil. 4. Omnia possum in eo, qui me confortat: ea parte autem nostra multum prodest abstinentia cibi, & potus: sine Cerere & Baccho friget Venus: & flagella carnis prosunt Eccl. 11. Malitia unius

horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ; & oratio Marc. 11. quicquid orantes petieritis, accipietis, & Pſalm. 144. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, Aug. lib. 2. de meritis peccatorum ca. 17. Caſti non ſumus, non quia non poſſumus, ſed quia non volumus, & ſuper Pſalm. 55. In te eſt quod voueas, & reddas, & ſuper Pſalm. 131. Qui te hortatur, vt voueas, ipſe adiuuat, vt reddas; idem Chryſoſt. ſuper Paul. ad Hebr. Homil. 16. Origen. Homil. 9. ſuper Leuit. Tertio non obſt. quod obijciunt exempla Patriarcarum, & Apoſtolorum, qui cum ſanctiſſimi fuerint, vxores tamen habuerunt; nam Reſp. Aug. libr. de bono coniugali cap. 21. vbi Abraam caſtè coniugaliter uixit; eſſe autem caſtus ſine coniugio potuit, ſed tunc non oportuit; & melior eſt caſtitas cœlibum, quam caſtitas Nuptiarum &c. Quarto non obſt. quod obijcit Caluinus, contra ſacerdotes dicens, eos impudentiſſimè vocare eorum vitam angelicā. In hoc certè Angelis Dei nimium iniurij ſunt, quibus ſcortatores, adulteros, & aliquid multo peius, ac fœdius comparant; nam Reſp. verū eſſe multos eſſe ſacerdotes tales, quorum tamen vitam non dicimus angelicam, neque illos tales Angelis comparamus, ſed Dæmonibus: talis tamen eorum vita ſtatui ipſorum minimè derogat; nam etiam ſtatus coniugatorum bonus eſt; multi tamen ſunt coniugati adulteri, & quod multo peius eſt, maſculorum concubitores, quorum effrænata libido nihil derogat coniugio: optimum eſt Magiſtratum eſſe in Republica; multi tamen peſſimè eo vtuntur; nō per hoc eorum malitia facit, vt Magiſtratos malus ſit. Optimus fuit Apoſtolorum ſtatus, quamuis peſſimus in eo fuerit Iudas; cum ergo dicimus virginitatis ſtatum eſſe uitam angelicam, non ſunt proponendæ in teſtimonium uirgines fatuæ; ſed uirgines prudentes, quæ ueram uirginitatis rationem tenēt, undè Bernardus in ſerm. de Natiuit. Virg. ibi: Angelica planè uita uirginitas; qui non nubent, neque nubentur, erunt ſicut Angeli Dei; & Hier. ſerm. Aſſumpt. Et benè Angelus ad uirginem mittitur, quia ſemper eſt Angelis cognata uirginitas; profectò in carne pręter carnem uiuere, non terrena uita eſt, ſed cęleſtis. Vnde in carne angelicam gloriam acquirere, maioris eſt meriti, quàm habere, Ambroſ. in lib. de exhortat. ad Virgines. Audiſti ſiquantum ſit pręmium integritatis, regnum acquiritur, & regnum cœleſte uitam Angelorum exhibet, Cyprian. lib. de Habitu Virg. Quod caſtè perſeueratis, & uirgines, Angelis Dei eſtis æquales &c.

V I R T V S. CCXX.

Virtutum actibus intendere eſſe hominis imperfecti, hęreſis eſt, Director. 2. p. q. 7. hær. 6.

V I S I O. CCXXI.

Viſionem Dei Beatorum non eſſe intuitiuam, & facilem, hæreſis eſt, Director p. ſecunda quæſt. 8.

Item non eſſe perpetuò duraturam ibidem, hæreſ. 8.

V I T A Æ T E R N A. CCXXII.

Vitam æternam obtineri poſſe ſine charitate, hęreſis eſt, Director. ſecunda p. quæſtio. 10. hæreſ. 16.

V N C T I O N I S E X T R E M Æ SAcramentum. CCXXIII.

GRæci aſſerunt hoc ſacramentum non prodeſſe infirmis ad ſalutem corporis. Valdenſes extremam unctionem inter ſacramenta Eccleſię non admittunt; Lutherus quoque, & ipſius hæretici ſequaces, negant ſacramentum hoc.

Contra facit primo Marc. 6. ibi: Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & Dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabantur; ubi conuincitur id factum fuiſſe mandante Chriſto, non autem ex propria authoritate; & hoc factum fuiſſe, non ut ſanarentur corpora tantùm; ſed etiam animæ: neminem enim Deus ſanauit in corpore, quem non ſanauerit etiam in anima, ut uerè dici poſſit ſe totum hominem in ſabbatho ſanaſſe, Ioan. 7. ita illum locum Marc. 6. interpretatur Beda, Theophylactus, & Hieronymus. Secundo facit contra Iacob. 5. ibi: Infirmatur quis in uobis? inducat presbiteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei; in quibus uerbis omnia neceſſaria ad ſacramenta exprimuntur, eſt ibi materia oleum, quo ungendus eſt infirmus; exprimitur etiam forma, uidelicet ſacerdotis oratio, Miniſter ibi: Presbiteros, effectus quoque, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei: quod ſacramentum non fuit ab Apoſtolo Iacobo inſtitutum, ſed à Deo, & per dictum Apoſtolum promulgatum: nam alia docuit per Mathęum, alia per Marcum, alia per alium, ſiue Apoſtolum, ſiue Euangeliſtam: hoc autem ſacramentum eſſe inſtitutum, & promulgatum à Iacobo docet Aug. libro 2. de uiſit. infir. Innocentius prima in Epiſt. ad Decentium Eugubinum, Beda ſuper Iac. quinto. Tertio adeſt definitio Eccleſiæ Conc. Florent. & Concil. Trident. ſeſſ. decimaquarta tit. de ſacrament. extr. unct. Can. primo & ſeq. Non obſt. quod obijciunt, ſi oleum illud ſacramentum eſt, cur non lutum ex ſputo & puluere ſacramentum eſt? nam Reſp. quod nos non ideò unctionem dicimus eſſe ſacramentum, quia Apoſtoli unctione illa ægrotis ſanitatem corporis conferebant, ſed quia ſic corpora ſanantes, animam ad bonum per gratiam roborabant, quam Deus illis ægrotis per Apoſtolorum miniſterium tunc dabat; & nunc per aliorum ſacerdotum miniſterium confert. Lutum illud quo cæcus unctus eſt, nullam habuit ſanandi uirtutem, aut ſi aliquam habuit, tunc

tunc solum illam continuit, cum Christus illo liniuit occulos cæci: neque postea illo cæco de disset visum; & dato quod cæcis corporibus visum dedisset, non tamen periudè animæ gratiam contulisset, quia Deus nullam de his dederat promissionem; & ideò sacramentum dici non potest, cum absit diuina promissio de donatione gratiæ, pro vt est in extrema vnctione cum dicitur, & si in peccatis sit, remittentur ei; Non obstat secundo quod quandoque non conferat sanitatem corpori, pro vt pollicetur, nam Resp. indubitatum huius sacramenti effectum esse animæ consolationem, & robur per gratiam, nisi malitia obstat, animæ ægrotanti confert, vt Dæmoni tunc fortiter tentanti, viriliter resistere possit; quam gratiam nemo cognoscere potest. Sanitas autem corporalis, etsi sæpè per hoc sacramentum conferatur; non est tamen certus, & indubitatus illius sacramenti effectus; quia non habet Dei promissionem, nisi quatenus saluti animæ, quam potius sacramentum respicit, Deus magis conuenire optime prospicit; non obst. quod obicijtur, vt Iacobus velit omnes infirmos vngi; nos autem non omnes infirmos, sed tantùm laborantes in extremis: nam Resp. hoc falsum esse, quia Ecclesia docet, vt omnes, qui propter infirmitatem habent verisimile mortis periculum, hanc olei sacri vnctionem recipiant, & tunc gratiæ robur accipiant, quando fortius à Dæmone tentantur; & ideò in leuibus infirmitatibus non datur, quia tunc Dæmon non ita facilè adhibet suas fortes tentationes; nec dicitur extrema vnctio ex eo, quia detur laborantibus in extremis; sed quia est vltima, & extrema omnium vnctionum, quas confert Ecclesia omnibus christianis, Quarum prima est. quà vnguntur Cathecumeni; altera qua iam baptizati vnguntur; tertia est, qua vnguntur qui confirmationis sacramentum suscipiunt; quarta, & vltima, qua per manum sacerdotum vnguntur ægroti, cum aliquod habent periculum, & quia hæc est vltima, ideò vocatur extrema à recentioribus. Non obst. quarto quod obijciunt, Iacobus vult infirmos vngi à Senioribus Ecclesiæ. quod ita verbo græco dicti sunt presbiteri; nos autem non admittimus, nisi sacerdotem: nam Resp. quod sacra scriptura appellat presbiteros seniores, non quidem ætate tantùm, sed etiam sapientia; sapientem esse oportet illum, qui sacerdotali dignitate decorandus est; ideò sacerdotes potius quàm alios sacra scriptura presbiteros appellat; ita interpretatur Anacletus in Epist. 2. ita intelligitur 1. ad Titum ibi, Constituas per ciuitates presbiteros, sicut & ego disposui. tibi. ita declarat Chrysost. libro 3. de sacerdotio: Cathec. de extr. vnctione, Echius titul. 12. de extr. vnct. doct. com. in quarto sent. distint. 23. Concil. Trid. sess. 41. in fine. Hosius Tit. de extr. unct. cap. 40.

Prima igitur hæresis est, negans extremam unctionem esse sacramentum, Concil. Trid. de extr. unct. sess. 14 Can. 1.

Secunda asserens, non conferre gratiam, nec alleuiare infirmum, ibid. Can. 2.

Tertia dicens Vsum, & ritum eius mutari, & contemni posse, ibid. Can. 3.

Quarta asserens Ministros huius sacraméti, non esse sacerdotes ab Episcopo ordinatos, ibidem Cano. 4.

VOTVM. CCXXIIII.

Quorundam Hæreticorum sententia fuit, Nihil esse ex necessitate faciendum: sed omnia deberé fieri liberè: quia in Psa. 53. dicitur, Voluntariè sacrificabo tibi.

Huius hæresis Authores fuerunt Lampetiani, qui hac ratione ducti omnia vota damnabant: hanc heresim sequuti sunt pseudoapostoli dicétes: Opera, quæ fiunt absque voto, esse maioris præmij, quàm ea, quæ fiunt ex voti necessitate: eandem hæresim imitatus est Ioannes Vuicleph. vltimus huius heresis propugnator est Martinus Lutherus.

Aduersus hanc hæresim disputantes, duo nos oportet ex sacris literis probare. Primum quod vota semel emissa, sunt opere complenda, & non debent pro cuiusque arbitrio tolli. Alterum quod opus ex voto factum, cedit in maius ipsius operantis præmium, quàm si liberè, & absque voti necessitate fuisset effectum.

Ad prioris partis probationem facit primo numero 30. ibi Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciat irritum verbum suum: sed omne quod promisit implebit. Secundo Deut. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum: si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies; sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo loquutus es. Tertio Eccl. quinto. Si quid vouisti Deo, ne moreris red lere. Displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcunque voueris, redde: multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere: Quarto Baruch. sexto ibi loquens de Dijs Gentium; Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere, neque regem constituere possunt, neque auferre: similiter neque dare diuitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt: Ex quibus verbis constat, quod Deus requiret ab eo, qui votum vouit, nisi reddiderit. Quinto Psal. quadragesimonono ibi: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua, & Psalm. sexagesimoquinto Reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea, & Psal. 75. Vouete & reddite Domino Deo uestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Non obst. quod dicunt hæretici, nempè uota pro certo tempore tenenda emitti posse, non autem illa, quibus homines ad perpetuam aliquam obseruationem se adstringunt: quoniam dicunt, qd per talia uota homines fiunt serui, quos

tamen Deus libertate donauit: nam Reſp. quod Chriſtus non liberauit ab hac ſeruitute, ſed à ſeruitute peccati, quam libertatem nullus melius tenet, quam is, qui Deo ſeruit, cui ſeruire regnare eſt, & ad Rom. 6. dicitur: Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ; præterea qui duxit vxorem, ſeipſum irretiuit vinculo indiſſolubili, ita vt viuente vxore non poſſit ab ea ſeparari, neque aliam ſuperducere: quid igitur obſtat, vt in voto perpetuo aliquid ſimile contingat? præſertim cum habeamus de hoc expreſſa ſacræ ſcripturæ teſtimonia 1. Reg. 1. vbi Anna votum vouit dicens, Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famolæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obli tus ancillæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitę ſuæ: ſimiliter virgo Maria votum Deo vouit perpetuæ virginitatis, vt colligitur ex 1. Luc. ibi: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quæ negatio adiuncta verbo præſentis temporis, non ſolum ibi negat actum præſentem; ſed dicit votum de negatione actus in poſterum: hoc eſt quomodo fiet iſtud quoniam virum non cognoſco? hoc eſt nunquam me virum cognituram ſpopondi: nam alioquin nulla ſuberat cauſa dubitandi; quoniam vt mulier, quæ nunquam antea virum cognouit, in poſterum concipiat, non eſt quid difficilè, ita interpretatur Bernard. in Homil. 4. ſuper Euangel. Miſſus eſt & c. vbi etiam Beda, Aug. lib. de ſanct. virgin. cap. 4. ſimiliter votum perpetuum de paupertate ſeruanda emiſerunt Apoſtoli Matth. 19. Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Hoc votum potentiſſimi vouerant; ſed vnde hoc illis, niſi ab illo de quo dictum eſt: Dans votum vouenti Auguſt. libr. 17. de ciuit. Dei capit. quarto, Præterea hoc votum perpetuæ caſtitatis probat Paul, prima, Timot, quinto, ibi Adoleſcentiores viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt: quid eſt dicere primam fidem irritam fecerunt? hoc eſt quod votum, quod in uiduitate emiſerant de continentia ſeruanda, violauerunt, cum poſt tale votum emiſſum nupſerunt: ita interpretatur Aug. ſuper Pſalm. 75. ſuper illis verbis, Vouete, & reddite & c. & Primaſius ſuper d. locum Pauli, Iſid. libr. ſecundo, de officijs capi. 18. Hier. libr. contra Ioninianum, Ambr. ſuper Paul. d. loco, Baſilius libr. de virgin. capitul, 55. Chryſoſtom. Homil. 19. ſuper prima, ad Corint, Concil. Cartag. quarto, capit. fin. Concil. Tolet. quarto, capitul. 55. Concil, Valent. capit. ſecundo, & Concilio Ruriacenſi cap. 27. & ſeq. Concil. Aurelianenſi capitul. 17. Concil. Elibert. capitul, 13. Concil. Tolet. capitul. 48. quibus in locis paret votum emiſſum, ne dum ad tempus, ſed toto tempore vitæ ſuæ (quando taliter eſt promiſſum) fuiſſe & eſſe ſeruandum: & ſi de aliqua re bona perpetuum votum emitti licet, cur non licebit de his tribus rebus, per quas triplex mundi huius concupiſcentia proſternitur? videlicet obedientia, caſtitate, & paupertate: nam per obedientiam ſuperbia vitæ edomatur, per caſtitatis votum carnis concupiſcentia coercetur: per votum vero paupertatis illa inſatiabilis concupiſcentia oculorum cohibetur: obedientia commendatur Matth. 16. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: caſtitas quoque laudatur Matthæ. 19. Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter Regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat: paupertas præterea commendatur ibidem: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & habebis theſaurum in cœlo: & de votis monaſticis dixit Theophyl. ſuper Matth. octano, Dimitte me vt ſepeliam patrem meum, vbi Chriſtus reſpōdit, ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos: ſi autem illis nec patrem ſepelire licuit, væh his, qui monaſticam profeſſi, ad mundana regrediuntur negotia. Quod autem opera facta cum voto ſint magis meritoria, probatur primo Pſalm. 75. vbi Dauid ſuadens ad vouendum dicit, Vouete, & reddite Domino veſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera: quod ſi nullum augeretur meritum ex voto, male conſuleret Propheta, vt vouerent. Secundo facit ratio, quanto aliquod opus à meliore virtutis radice oritur, tanto melius eſt: non enim aſpicit Deus quantum quis offerat, ſed ex quanto: & ideo laudata eſt illa vidua, quæ cum ſolum duo minuta obtuliſſet, dicta eſt obtuliſſe plus omnibus alijs: cum ergo votum procedat ex radice obedientiæ, quæ melior eſt, quam victima: ſequitur quod ſit melius, quam ſi abſque voto fieret; nam qui ex voto aliquid facit, obediens facit, & vt obediat facit, & ſic habet meritum reſpectu obedientiæ, & operis: ille vero, qui abſque voto operatur, habet tantum meritum operis, non autem obedientiæ. Hanc eandem opinionem ſuper Hyer. in Thren. 3. tenuit Hieron. & Dionyſ. de Eccleſ. Hierar. capitul. ſexto, Auguſt. in Epiſtol. ad Armentarium, Gregor. Homil. 50. ſuper Ezech. Chryſoſtom. Homil. 11. ſuper Paulum ad Hębr. Tertio facit alia ratio, quia omittens id, quod ſe facturum Deo vouerat, grauius peccat, quam ſi non vouiſſet, Eccleſ. quinto, Multo melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere: hoc loco certe dicitur melius id, quod eſt minus malum, ſicut alibi dicitur Matth. vigeſimoſexto, Melius erat ei, ſi natus non fuiſſet: non quod alterum illorum eſſet bonum, ſed quia minus malum eſſet non naſci, quam Chriſtum vendidiſſe: ſi grauius puniuntur, qui vota non reddunt: oportet, vt etiam largius præmientur, cum reddunt: alioquin non eſſet Deus pronior ad miſericordiam, quam ad punitionem. Quarto adeſt definitio Eccleſiæ Concil. Tolet. quarto, capitul. 49. Non obſt. primo, quod obijcit Lutherus de primo, Corint. 7, ibi: Si nupſerit virgo non peccauit; ergo moniales virgines, ſecundum eos nubere poterunt: ſed Reſpond. hoc procedere in virginibus, quæ ſui iuris ſunt, quibus nubere, vel non nubere licet: ſecus autem de his, quæ per votum caſtitatis, quod vouerunt, nubendi poteſtatem à ſe prorſus reiecerunt: ita interpretatur Hieron. libr. primo, aduerſus Iouinianum, & Chryſoſtom. Homil. 19.

super 1. ad Cor. vbi etiam Theophy. Isid. libr. 2. de offic. Eccl. capitul. 17. Secundo non obst. quod dicit Lutherus de votis monasticis, & quo ad votum castitatis dicens, illud contrariari rectæ rationi, quæ dictat ad impossibile neminem obligari; sed potest esse tanta infirmitas carnis in Religioso, vt votum illud adimplere non possit; ideo in hoc non obligaretur, Resp. verum esse, neminem ad impossibile obligari; sed impossibile esse virginitatem seruare, hoc negamus; quia diuino auxilio fulti, eo quod Deus omni rectè petenti semper paratus est dare, resistere possumus; de qua re satis dixi supra titul. de Virginitate, atque de Sacerdotio. Tertio non obst. quod dicit Lutherus, Qui castitatem vouet, Deo rem vouet, quæ prorsus non est, nec potest esse in manibus suis, cum sit solius Dei donum, quod accipere, non offerre potest homo; Resp. verum esse, nos non posse vouere, quod non est in nostra potestate: negamus tamen castitatis obseruantiam non esse in nostra potestate; quia etsi homo suis solis viribus eam obseruare non valeat; nam sine me nihil potestis facere, Ioan. capit. 15. valet tamen cum Dei adiutorio, quod ille paratus est dare omnibus eum verè inuocantibus, Omnia possum (inquit Paul. ad Phil. 4.) in eo, qui me confortat, & Marc. 11. Omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia acipietis, & eueniet vobis. Quarto non obstat, quod obijcit Lutherus, Si Monachus effectus Episcopus, soluitur à voto paupertatis; quare non etiam voto castitatis? nam Resp. falsum esse Monachum factum Episcopum liberum esse à voto paupertatis; quia etsi ad episcopatum assumuntur, maneot tamen ad paupertatem obligati, prout antea obligabantur capitul. de Monachis. 16. quæstion. prima, nam omnia quæcunque cum episcopali dignitate concurrere possunt, ab eo seruari debent, vt castitas, & paupertas; ab alijs tamen liberatur, vt ab obedientia sui Prælati, à ieiunio, à silentio & similibus; quia illa non possunt simul cohærere cum functione muneris episcopalis; nec dicitur Dominus rerum episcopatus, sed tantum dispensator S. Thom. 2. 2. q. 185. artic. octauo, Quinto non obst. quod obijcit Lutherus de voto obedientiæ dicens, Bifariam peccant Religiosi, primo, quia illam reponunt sub consilio cum sit sub præcepto: scilicet quod inferior obediat superiori; deindè, quia dum se vni obligant, eximunt se ab obedientia aliorum; nam Resp. obedientiam, quam vouent, non esse sub præcepto ante votum, sed bene post votum emissum; nam ante votum Prælatus non est ei superior; secundo non est verum, quod eximat se à iurisdictione aliorum, quia remanet subditus omnibus alijs, quibus præsidens eius subijcitur. Sexto non obst. quod dicit Lutherus, Monasticæ professionis vota, repugnare libertati christianæ; nam Resp. falsum esse libertatem christianam in hoc consistere, vt nullis hominum mandatis obedire teneamur: nam fatendum esset in christiana religione nullum esse Regem, & Principem: quod conuincitur falsum per ea, quæ dixi supra titul. de Ecclesia, hæresi tertia, nec verum est, vt asserit Lutherus, voti obligationem esse ex instituto humano; nam licet verum sit ab humana voluntate votum pendere, non ex præcepto: nam Deus consulit, vt quis voueat; at postquam quis aliquid sponte sua vouit Deo, tunc iam ex præcepto diuino obligatur ad reddendum Deo id quod vouit, vt Psalm. 75. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Septimo non obst. quod dicit Cyprian. libr. primo, Epist. 11. ibi Si virgines perseuerare nolunt, vel non possunt, melius est, vt nubant, quam in ignem delitijs suis cadant: nam Resp. quod ibi non loquitur de virginibus, quæ virginatem Deo vouerunt; sed de his, quibus liberum est nubere, vel non nubere; pro vt sunt nouitiæ moniales, quæ etsi propositum virginitatis habuerint; non tamen adhuc votum emiserunt, de his loquitur Paul. prima, Corint. 7. Et si nupserit virgo, non peccauit; quod patet, quia cum de his, quæ votum emiserunt, loquitur, dicit in fine ibidem. Si autem ex eis aliquæ corruptæ fuerint deprehensæ, agant pœnitentiam plenam; quia quæ hoc crimen admisit, non marito, sed Christo adultera est, Decret. secunda, p. q. 12. hær. 17. Echius titul. 18. de votis, S. Thom, 2. 2. quæst. 88. artic. primo, & seq. Doct. comm. in quarto, sent. distinct. 38. Hosius titul. de imped. matr. capit. 56. F. Paulinus ordin. præd. libr. 5. de Cono. Eccl. capitul. 4.

Secunda hæresis est, quæ etsi fatetur vota esse bona & sancta; negat tamen aliquid posse Deo voueri, quod non sit ab illo præceptum, & ob hanc causam damnat vota monastica, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiæ.

Huius hæresis sunt Lutherani, Vuitenbergenses, & Caluinus.

Contra facit primo Num. 30. ibi Si vxor vouerit; & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium & cæterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat: quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem transtulerit sententiam, quicquid vouerat, atque promiserat, reddet; quia statim, vt audiuit, tacuit: ex hac Dei lege apertissimè constat aliquid posse Deo voueri, quod non sit ab eo præceptum: nam ieiunium poterat vxor vouere, & tale nō erat à Deo præceptum; quia si fuisset à Deo præceptum, non posset maritus ipsius contradicere tali voto, & irritum facere illud. Secundo facit 1. Reg. 1. ibi Cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, & votum vouit, dicens: Domine exercituum, si respiciens videris afflictio-ctionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum vitilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius: quod quidem votum non fuit de re, quam Deus vnquam illi præcepisset, & tamen tale votum sic placuit Deo, vt propter illius meritum Deus dedetit Annæ petitionem suam. Tertio virginitatem Deus non præcepit, teste Paulo prima, Corin. septimo, ibi: De virginibus præceptum Domini non habeo; at de ipsa virginitate perpetua vouit gloriosa Dei genitrix semper virgo Maria, quæ Deo

adeo placuit, vt illam in matrem ſuam elegerit. Quarto nullum eſt præceptum, de paupertate in ſacra ſcriptura; nihilominus Apoſtolis, qui omnia reliquerunt, vt Chriſtum ſequerentur, dictum fuit Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos, qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim Tribus Iſrael. Quinto adeſt com. opin. doct. Aug. lib. 1. de Adulterinis coniugijs capit. 24. & ſuper verſ. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro Pſal. 75. Hieron. Chryſoſt. Photinus, Theophil. & Iſid. interpretantes illa verba Pauli, Si nupſerit virgo non peccauit, dicunt ſeruandum eſſe votum virginitatis, quam conſtat non eſſe à Deo præceptam: de fractione voti dixi in ſumma pec. cap. p. 1. q. 38. tit. 2.

VSVRA. CCXXVI.

GRæci dixerunt, Non eſſe peccatum dare aliquid ad vſuram.

Contra hanc hæreſim facit primo Exod. 25. ibi Si pecuniam mutuo dederis pupillo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Secundo Leuit. 25. Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo vſuras. Tertio Deuter. 2. Non fœnerabèris fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem; ſed alieno: quod autem dixit, ſed alieno, permiſſio eſt Iudæis conceſſa ob eorum nimiam auaritiam, ſicut & aliàs permiſſus eſt illis libellus repudij, ad duritiam cordis eorum. Non autem permittuntur niſi ea, quæ mala ſunt: malum eſt ergo ad vſuras dare etiam alieno. Quarto in Pſalm. 14. vbi Dauid cum interrogaſſet Dominum, quis nam eſſet in tabernaculo illius habitaturus, reſpondens ait, Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit. Quinto Luc. 6. Mutuum date, nihil indè ſperantes. Sexto adeſt definitio Eccleſiæ Clem. ex graui de vſuris, ibi Sanè ſi quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus eum velut hæreticum puniendum; locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiuſmodi diffamatos inuenerint, aut ſuſpectos tanquam contra diffamatos, vel ſuſpectos de hæreſi procedere non omittant, Direct. 2. p. q. 7. hær. 6. dixi late de his in ſumma pec. cap. p. 1. q. 48. titul. 6.

VXOR. CCXXVII.

VXorem dimiſſam quacunque ex cauſa poſſe ducere adhuc viuente viro, hæreſis eſt, Direct. 2. p. q. 5. numer. 3.

Similiter eſt hæreſis ſpoſſe habere vxores communes, ibid. q. 6. nu. 5. c. pen. ver. Nicolaitæ 24. q. 3. dixi ſupra ver. Nuptiæ. Ad ea, quæ addo, quod in campo Hypponenſi erant Abelliani hæretici, quibus nec ſine vxoribus viuere ipſius ſectæ dogmate licebat, nec tamen eis permiſcebantur.

Contra facit quod dixi ſupra ver. virginitas, vbi reprobatur primum dictum. Contra ſecundum facit Aug. lib. 15. c. 7. contra Fauſtum, vbi matrimonium ex hoc appellatum eſt, quod ex eo mulier nubit vt mater fiat.

Item Poligamiſtę docent, licere vni viro plures vxores eodem tempore habere.

Contra facit Marc. 10. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam.

FINIS PRIMAE PARTIS.


SVMMAE OMNIVM HÆRESVM.

PARS SECVNDA.

SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostol.

SCHISMATICORVM CATALOGVS.



DICTVM est supra de Hæresibus, modo dicendum est de Schismatibus, quæ in Ecclesia vario modo contingunt; videlicet aut per introductionē diuersi Dogmatis; quoniam hæresis includit schisma, in se, aut per separationē, & diuisionem, per pertinacem inobedientiam ab Apostolica Sede, aut per vsurpationem Apostolicæ sedis. Primo modo de schismatibus loquendo, nō est propositi nostri schismata præterita, aut præsentia numerare: nam tot venirent schismata repetenda, quot fuerunt hæreses, aut in præsentiarum sunt: Nec etiam schismata secundo modo introducta, intendimus commemorare; quoniam in illis, sicut in primis, hæreses multæ inuolutæ sunt, c. inter. 24. q. 1. vbi omne schisma inueteratum aliquam hæresim sibi confingit, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur; sicut patet in schismate Græcorum, & aliorum, qui in colorem separationis ab Ecclesia Romana, multas hæreses confinxerunt: de quibus satis dictum est superius: sed in præsentiarum solū schismata enumerare proposuimus, quæ per illicitum ausum vsurpationis Apostolicæ Sedis introducta sunt in Ecclesia. Et antequam ad schismata perueniam, notandum est primo, quod schismatici dicuntur, qui subesse renuunt Summo Pontifici, & qui membris Ecclesiæ ei subiectis communicare recusant. Nomen enim schismatis à scissura animorum vocatum est, Isid. lib. 3. c. 3. Etymolog. scissio autem vnitati opponitur: vnde peccatum schismatis dicitur, quod directè, & per se opponitur vnitati, & ideo peccatum schismatis est propriè speciale peccatum ex eo, quod intendit se ab vnitate separare, quam charitas facit, quæ non solum alteram personā alteri vnit, spirituali dilectionis vinculo, sed etiam totam Ecclesiam in vnitate spiritus, & ideo propriè schismatici dicuntur, qui propria sponte, & intētione, se ab vnitate Ecclesiç separāt, quæ est vnitas principalis: nam vnitas particularis aliquorum ad inuicem ordinatur ad vnitatem Ecclesiæ, sicut compositio singulorum membrorum in corpore naturali, ordinatur ad totius corporis vnitatem, S. Thom. 2. 2. q. 39. arti. 1. Secundo no. quod inter schisma, & hæresim est hæc differētia, ex mente Aug. lib. 20. c. 3. contra Faustum vol. 6. dicentis, quod schisma est, eadem opinantem, atque eodem ritu colentem, quo cæteri, solo congregationis delectari dissidio. Hæresis vero diuersa opinatur ab his, quæ catholica credit Ecclesia, Sanct. Thom. secunda secundæ q. 39. artic. 1. ad 3. dicit, quod hæresis, & schisma distinguūtur secundum ea, quibus per se vtrumque & directè opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei: schisma autem per se opponitur vnitati ecclesiasticæ charitatis, & ideo sicut fides, & charitas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicumq; caret fide, careat charitate: ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia, quamuis quicumque est hęreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur: vnde inter schisma, & hęresim hoc interest, quod hęresis peruersum habet dogma: schisma ab Ecclesia separat: & tamen sicut amissio charitatis, est via ad amittendam fidem, secundum illud 1. ad Timot. 1. A quibus quidam aberrantes, scilicet a charitate, & alijs huiusmodi, conuersi sunt in vaniloquium: ita etiam schisma est via ad hæresim: est tamen schisma minus peccatum, quam hæresis: cum enim hęresis peccatum Deo, & primę veritati, cui fides innititur, aduersetur, ex suo genere maius schismate peccatum est, quod vnitati contrariatur, quæ est diuinum bonū, sed participatum. Quod enim se habet ex additione ad alterum, potius est vel in bono, vel in malo: sed hæresis se habet per additionem ad schisma: addit enim peruersum dogma S. Thom. 2. 2. q. 39. art. 2. potest tamē quandoq; grauius peccare schismaticus, quam quidam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, quod inducit, vel propter aliquod huiusmodi. Inter peccata vero, quæ sunt in proximum, peccatum schismatis vř esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis d. Thom. d. loco ad 3.

Tertio not. quod schismatici sunt excommunicati Num. 16. dicitur, Recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui scilicet schisma fecerunt; & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum; per ea enim quæ quis peccat, per ea debet puniri Sap. 11. Schismaticus autem in duobus peccat. In vno quidem, quia separat se à communione membrorum Ecclesiæ; & quantum ad hoc conueniens pœna schismaticorum est, vt excommunicentur, & secundum hanc pœnam, quamuis schismatici ordinis potestatem habeant, iurisdictionis tamẽ authoritate priuantur cap. nouitianus 7. q. 1. capit. 1. de schismaticis; vnde non possunt, nec absoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid huiusmodi. Quod si fecerint, nihil est actum S. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3. In alio vero peccat schismaticus, quia subdi recusat capiti Ecclesiæ; & ideo quia coerceri nolunt per spiritualem potestatem Ecclesiæ, iustum est, vt potestate temporali coerceantur S. Thom. d. loco artic. 4. his ita suppositis.

Primum schisma fuit inter beatum Cornelium & Nouatianum Vrbis Romæ præsbyterum; primus itaque, qui post legitimam successionem Pontificum adnixus est sedem apostolicam vsurpare (vt ecclesiasticæ ferunt hystoriæ) fuit Nouatianus Romanæ ecclesiæ præsbyter; & Princeps hæresis Nouatianorũ extitit, qui se Cathatos i. mundos nominabant, lapsis spem veniæ denegantes: vnde lapsis fratribus non communicabant, nec eorum pœnitentiam dicebant esse suscipiendam; & ita Nouatianus in schisma & hæresim lapsus est; ob quam rem Papa Cornelius in Vrbe Concilium congregat septuaginta Episcoporum, præsbyterumque totidem, cũ diaconibus plurimis; in quo Nouatiano cum omnibus suis sectatoribus ab omnibus execrato, & hæresi sua condemnata statuitur, vt lapsis pœnitentibus venia promitteretur, & reconciliatio post dignam pœnitentiã cõcederetur.

Secundum schisma fuit inter Fœlicem, & Liberium; sanè Liberio Papa propter fidem exulante à Constantino Augusto Fœlix præsbyter de consensu ipsius Liberij substituitur in Papatu; qui tandem propter fidei constantiam congregato Arrianorum Concilio à Papatu deponitur, Liberius, qui exilij tędio deuictus reuocatus est, in hæretica prauitate se subscribens, in sede repositus est, quam sex quasi annis tenuit. Hoc schisma sopitum est morte. Nam Primo Felix Papa martirio coronatur, deinde post annos. 6. PseudoPapa Liberius, mala morte precibus sanctorum extinctus est, quem post Papa Damasus Synodali iudicio publice condemnauit, & omne quod fecerat annullauit.

Tertium fuit inter Damasum Papam Primum, & Vrsinum Diaconum Cardinalem: hic enim Damasum Prælatum non ferens, seditionem Damaso excitat, & seditiosorum hominum potentia in Basilica, quæ Sisini appellatur, Episcopum se fieri extorquet, legis ordine, & traditione peruersis; quo facto magna turbatio orta est. Quod schisma auctore Deo sopitum est: nam congregato Concilio Damasus, qui à maiori, & saniori parte electus fuerat, in sede constituitur. Vrsinus de Vrbe electus Episcopus Neapolitanus efficitur.

Quartum inter Bonifacium primum, & Eulalium præsbyterum Vrbis Romæ fuit. Bonifacius ordinatur in Basilica S. Petri, Eulalius in Basilica Constantina. Sopitur hoc schisma sic: quoniam ambo Iussu Imperatoris Honorij Vrbem egrediuntur, & facta inquisitione de veritate electionis amborum, reprobatur Eulalius, & Bonifacius, qui à maiori, & saniori parte fuerat electus, apostolicæ sedi restituitur.

Quintum fuit inter Symachum Primum, & Laurentium. Nam Symachus est electus in Papam in Basilica Constantina ab vna parte Cardinalium, & Clero; Laurentius vero ab alia parte in Basilica S. Mariæ eligitur. Sopitum est schisma tali modo; quia cum vnus alteri non cederet, constituerunt, vt lis tota iudicio Theodorici Regis, qui tunc in Italia plenum habebat Dominium, diffiniri deberet; qui Rauennæ existens, auditis vtriusque partis plenè Legatis, decreuit; vt qui prius electus esset, aut quem maior pars Cleri simul & populi elegisset in sede apostolica resideret: & quia Symachus prius ordinatus fuerat, maiorque pars ei faueret, obtinuit; qui ex misericordia Laurentium Episcopum fecit Nucherinum: verum post paucos annos criminatur ex inuidia Symachus per falsos testes, & apud Augustum accusatus, reuocatur occulte Laurentius, & iterato schismate diuisus est Clerus. Sed sopitur hoc modo: nam iussu præfati Regis Theodorici cõgregatur Concilium centum & quindecim Episcoporum in Vrbe, vt patet distin. 17. cap. Concilia. §. hinc etiam; in quo Symacho purgato de crimine falso, & damnatis tam falsis testibus, quam Episcopo Laurentio apostolicæ sedis inuasore, Symachus cum summo honore & gloria restituitur.

Sextum fuit inter Siluerium Primum, & Vigilium; Vigilius enim Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, cum ad apostolicæ sedis apicem aspiraret, Pontifici suo Siluerio parat insidias. Nam cum Papa Syluerius nollet ad suggestionem Augustæ reuocare Antimium Constantini Episcopum; quia hæreticus esset, Vigilius spopondit se hoc facturum; atque ita Beato Siluerio per Guilisarium patricium in exilio deportato, Vigilius fauente Augusta gratia factæ promissionis male concupitam sedem arripuit; quanquam postea beata confessione crimen diluerit. Schisma hoc sopitum est, quia (vt quædam hystoriæ referunt) mortuo Siluerio in exilio, Vigilius ab omnibus in Papam assumptus est.

Septimum fuit inter Eugenium secundum, & alium quemdam in discordia coelectum. Quod schisma sopitum est potentia Lotharij filij Lucij Imperatoris, qui Romam veniens statum populi pacificauit cum Põtifice Eugenio depravatum per suos antecessores, & ita reiecto Antipapa, Eugenius mansit in Papatu, cui etiam maior pars nobilium & populi fauebat.

Octauum fuit inter Leonem Quintum, & Christophorum Pseudoantipapam; qui Christophorus diabolica

diabolica præsumptione ita execratus est, vt Leonem Papam vi capere, & carceri mancipare præsumpserit; & ita hoc ordine apostolicã sedem vsurpauit; sed Leone Papa in carcere mortuo, & Christophoro antipapa turpiter reiecto Sergius secundus ad Apostolatũ eligitur, & sic schisma sopitur.

Nonum fuit inter Ioannem Duodecimum, & Leonem Octauum; nam licet Ioannes Duodecimus ob demerita sua, quia lubricus erat, & venator, congregato Concilio Episcoporum Italiæ, per Ottonem Imperatorem foret depositus, & Leo in apostolatu constitutus; nihilominus post recessum Imperatoris Ioannes fauore suorum receptus est à Romanis, & collecta Synodo reassumit Papatum Leone deposito; quo tandem iusto Dei iudicio à Diabolo extincto, schisma sopitum est.

Decimum fuit inter prædictum Leonem, & Benedictum Quintum; qui Benedictus cum ab amicis Ioannis adhuc viuente Leone eligeretur, schisma ortum est. Quod schisma sopitur sic; reuertitur enim Imperator hoc audiẽs ad Vrbem, & obsidione illam fatigat, quousque Benedictus sibi traditus est, quem Imperator in exilium in Saxoniam mittit, & Leo restituitur, & ita potentia Imperatoris schisma sopitur.

Vndecimum fuit inter Gregorium Quintum, & quendam Ioannem Episcopum Placentinũ, quem Crescentius consul pecunia corruptus in apostolicam sedem violenter intrusit; sed hoc Imperator cum multò dolore audiens ad Vrbem celeriter regreditur, & Crescentium trucidari iubet, & dictum Ioannem oculis effossis priuatum in Castro sancti Angeli carceri perpetuo mancipauit, & Gregorius restituitur: & sic potestate Imperatoris schisma sopitur.

Duodecimum fuit inter Benedictum Nonum, & alios tres assumptos. Legitur enim, quod Benedictus Nonus; postquam in sede apostolica aliquibus annis sederat, deijcitur, & datus est Papatus Ioanni Sabinensi Episcopo; qui postea vocatus est Syluester Tertius, quo potentia aliquorum Romanorum, qui Alberto patri præfati Benedicti fauebant, eiecto, Benedictus est restitutus, quo iterum reiecto datus est Papatus Ioanni præsbytero sancti Ioannis ante portam latinã, qui Gregorius Sextus est dictus, qui ob ruditatem literarum, (vt ferũt) ad vices officij exequendas alium secum consecrari fecit: quæ coadiutoris institutio cum multis non placeret, Tertius superinducitur, qui solus vices duorum impleret. Inter tres ergo de Papatu contenditur, vno contra duos, & duobus contra vnum de Papatu altercantibus, venit Henricus Imperator Romam, & tribus eiectis, Quartus substituitur, qui vocatus est Clemens Secundus; & ita potentia Imperatoris schisma sopitur.

Tertiumdecimum fuit, cum Benedictus Decimus fretus potentia aliquorum nobilium Romanorum sedem occupauit apostolicam; qui tandem conscientia ductus cessit, agnoscens se per ostium non intrasse, & factus est Nicolaus Secundus.

Quartumdecimũ fuit inter Alexandrum Secundum, & Cadulum Parmensem Episcopum, Sanè Episcopi Lombardiæ dicentes, non debere eligi in Romanum Pontificem, nisi de Italiæ Paradiso, siue Iardino, quem vocabant Lombardiam, contra morem Ecclesiæ prædictum Cadulum in Papam eligunt fauente eis ad hoc Imperatore Henrico. Sed hoc schisma sopitur hoc modo; Nam Henricus Imperator rediens ad cor, condolens turbationi Ecclesiæ Romam proficiscitur, & Alexandro reconciliatur: Cadulus vero hoc videns, recognoscens errorem, dimissa præsumptione Papatus, venit ad obedientiam Alexandri.

Quintumdecimum fuit inter Gregorium Septimum, & Clementem quendam. Sanè cum inter Papam Gregorium Septimum, & Henricum Imperatorem Quartum oriretur discordia super inuestituris Episcoporum in Imperio, suggerente Imperatore superinducitur alius. Nam conuenientibus Episcopis, & Archiepiscopis Lombardiæ apud Brixiam Archiepiscopus Rauennaten. nomine Gilbertus In Papam eligitur, qui vocatus est Clemẽs. Vnde sequutum est schisma grauissimum, quod durauit vsque ad mortem præfati Antipapæ, & præfati Henrici Imperatoris, qui schisma illud fouebat, & ita morte illorum sopitum est schisma.

Sextumdecimum fuit inter Paschalem Secundum, & alios tres pseudopontifices. Sanè cum Paschalis post decessum Vrbani Secundi, in Pontificem esset assumptus, coronato in Imperio Henrico Quarto, aliqui ex Clero in Pontificem exurgentes tres diuersis temporibus hæresiarchas in Papatum promouere moliti sunt, videlicet Albertum, Arnolphum, & Theodoricum, qui quanquam in initio prophanæ assumptionis turbationes non mediocres excitarunt; mox tamen per verum Pontificem restricti sunt, quibus tandem mala morte extinctis, sopitum est schisma eorum morte.

Decimumseptimum fuit inter Gelasium Secundum, & Burdinum Antipapam. Sanè Henricus Quartus occasionem assumens, quod ad electionem Gelasij non fuerat vocatus, electioni præfatæ se opponens Burdinum quendam ex Hispanis in Papam fecit ordinari. Gelasio autem mortuo apud Cluniachum in Francia eligitur Calixtus Secundus, qui Romam veniens in Sutrio Burdinum capit, & confusibiliter ad Vrbem deducit, carcere recludit, & schisma sopitur.

Decimumoctauum fuit inter Innocentium Papam Secundum, & Petrum Leonis: licet à minori parte fuerit electus; nihilominus potentia parentum suorum vallatus, præualebat in Vrbe; qua de causa Papa Innocentius cum Cardinalibus sibi adhærẽtibus recessit de Vrbe in Franciam; Petrus vero Leonis manens in Vrbe arripuit Præsulatum, iubensque se vocari Anacletum. Schisma hoc finitur hoc modo: quoniam Lotharius Imperator ad Vrbem veniens partem totam Petri Leonis extirpauit, & dictum Innocentium Papam restituit; & ita potentia Lotharij schisma illud sopitur.

Decimumnonum fuit inter Alexandrum Tertium, & quatuor pseudoantipapas. Cum enim Alexander præfatus propter discordiam ortam inter ipsum & Fridericum Primũ, coactus esset Italiam relin-

relinquere, iuit in Franciam, ubi quasi per 18. annos mansit: quo tempore intermedio fauente præfato Friderico, quatuor antipapæ successiuè intrusi sunt apostolicam sedem prophanantes, primus fuit Octauianus, qui se vocari fecit Victorem; secundus fuit Guido Cremonen. qui se vocari fecit Paschalem; tertius fuit Ioannes Fremen. qui se vocari fecit Calixtum; quartus fuit Laudo, qui se vocari fecit Innocentium; qui omnes ab Alexandro excommunicati mala tandem morte interierunt: composita autem pace inter Papam Alexandrum, & præfatum Fredericum schisma sopitum est.

Vigesimum fuit inter Ioannem Papam Vigesimumsecundum, & pseudopontificem fratrem Petrum de Corberio. Sanè Ludouicus Bauarus, quia præfatus Papa Ioannes sibi non fauebat in facto Imperij, sed magis sibi foret contrarius, veniens Romam in despectum eius fecit præfatum Pseudoreligiosum ordinis minorum fratrem Petrum de Corberio eligi in Papam, ab eo Imperij coronam vsurpans; & ita ortum est graue schisma in Ecclesia. Verum disponente Domino præfatus Antipapa capitur, & Papæ Ioanni præsentatur, tandem in Castro Cremonen. moritur; & sic schisma sopitur.

Vigesimumprimum fuit quasi temporibus nostris pro parte: fuit enim inchoatum, circa Annum Domini M. CCC. LXXVIII, & durauit ferè vsque ad tempora nostra. Vacante enim apostolica sede, per mortem Gregorij Vndecimi, fuerunt duo ad summũ Pontificatũ assumpti; primo quidẽ Bartholomeus Episc. Baren. & vocatus est Vrban. Sextus; tandẽ recedentibus Cardinalibus, & conferentibus se ad Auinionẽ, vbi se securos credebant, electus est Cardin. Gebeuen. & vocatus est Clemens Septimus; & ita schisma magnũ ortum est in Ecclesia Dei, quod multis annis durauit. Nã post mortẽ Vrbani Sexti per Cardinales per eum factos assumptus fuit ad Papatum Bonifacius Nonus, & post istum Innocentius Septimus, & post eum Gregorius Duodecimus: pro alia vero parte post mortem Clementis assumptus est Benedictus Decimus tertius; tandem per Cardinales aliquos Gregorij, & Benedicti celebratum est Concilium Pisis Anno Domini M. CCCC. VIII. & depositis Gregorio, & Benedicto, quantum fuit in eis, electus est ad Papatum frater Petrus de Candia magister in Theologia, qui dictus est Alexander Quintus, post quem electus est Ioannes Vigesimustertius; & ita vbi primo duo contendebant, iam contendebant tres; verum Dei misericordia opitulante religiosa solicitudine Domini Regis Sigismundi congregatum est Concilium Constantiæ, in quo tribus obedientijs tandem conuenientibus, renunciat Gregorius iuri suo. Ioannes, & Benedictus deponuntur, & ita sopito schismate reddita est pax Ecclesiæ.

Vigesimumsecundum fuit hoc nostro tempore inter Eugenium Papam Quartum, & pseudopontificem Amedęum Ducem Sabaudię Felicem nuncupatum. Sanè cum inter præfatum Eugenium & Basiliense Concilium, quod cepit Anno 1431. mense Iulij, super aliquibus temere attentatis in progressu ipsius per aliquos Patres ipsius Concilij, quæ nunquam aliàs per quæcunque alia vniuersalia concilia vno existente in apostolica sede indubitato Pontifice fuerunt attentata, & maxime super loco, ad quem Græci pro eorum vnione tractanda erant venturi, grauis orta foret dissensio, & plurimum scandolosa. Nam in tãtum quorundam impiorum hominum, qui post dissolutionem Concilij Basilęæ pertinaciter remanserunt, creuit audacia, vt Amedęum Ducem Sabaudiæ in Pseudopontificem prophanarent, quem Fœlicem nominarunt, cui etsi pauci exceptis illis de dominio suo obedirent, nihilominus stulta præsumptione vulnerata est Ecclesia; verum mortuo Eugenio, & succedente Beatissimo Domino nostro Nicalo Papa Quinto, ad suggestionẽ Illustrissimorum Regum, & Dominorum, videlicet Regis Franciæ, & Angliæ, præfatus Dominus Amedęus destitit ab inceptu summi Pontificatus; quem Amedęum tam pro nobilitate sanguinis, quàm pro pace reddita Ecclesiæ, sanctissimus Dominus noster Nicolaus pro sua clementia, maxima cum charitate suscipiens, Cardinalem legatum cum certis prærogatiuis in tota terra Sabaudiæ perpetuum instituit ac creauit; & ita schisma Dei gratia sopitum est. Hæc omnia per Turrecrem. 1. p. summæ libr. 4. capitul. 9. per totum: dixi in summa peccat. capit. par. 1. tit. 2. q. 37.

DE IDOLATRIA.



VIA post hæresim sequitur Idolatria; dicitur enim: Egressus est Cain à facie Domini, vt etiam omnes hæretici egrediuntur ab Ecclesia Dei: quę posteritas Cain absorpta est in diluuio, vt manifestè appareret, solam Dei ciuitatem esse catholicam. Post diluuium successit Nembrot, qui cepit esse potens in terra, & paulatim rem ad tyrannidem trahebat, Gen. 10. cui successit Belus Iuppiter, quem Belum (teste Eusebio) Assyrij Deum nominauerunt; eodem ferè tempore Dinastiæ Ægyptiorum inchoatæ sunt: ex his autem nominibus Beli ac Iouis, omnia penè Idola, tum apud Caldæos, & Assyrios, tum etiam apud Græcos, & latinos nominata sunt. Nicol. Sanderus in lib. 7. in principio de visibili Monarchia Ecclesiæ pag. 225. Ideo dicemus de Idolis, & seruientibus illis; & primo de causis Idolatriæ: secundo de quibusdam opinionibus quorundam Philosophorum, qui de deo loquuti sunt: tertio ponam nonnullos Idolos pro deis habitos, tam apud antiquos, quam apud modernos, præsertim apud Indos orientales, atque occidentales noui orbis nuncupatis quarto de sacrificijs eorum. Quod autẽ pertinet ad primum, dicas, quod idolatriæ est duplex causa; vna quidem dispositiua, & hæc fuit ex parte hominum; alia consumatiua ex parte dæmonum. Prima fuit triplicitet; primo quidem ex inordinatione affectus, prout scilicet homines aliquẽ hominem vel nimis amantes, vel nimis venerantes, honorem diuinum ei impendeeunt: quæ causa ponitur Sap. 14. Acerbo luctu do-

ctu dolés Pater citò ſibi rapti filij facit imaginem, & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nūc tanquam Deum colere cœpit; & ibidem etiam ſubditur, quod homines aut affectui, aut Regibus deſeruientes, incommutabile nomen ſcilicet diuinitatis, lignis, & lapidibus impoſuerunt: ſecundo propter hoc quod homo naturaliter repræſentatione delectatur; & ideo homines rudes à principio videntes per diligentiam artificum imagines hominum expreſſiuè factas, diuinitatis cultum eis impenderunt: vnde dicitur Sap. 13. Si quia artifex faber de ſylua lignum rectum ſecuerit, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud & aſſimilet imagini hominis: de ſubſtantia ſua, & filijs, & nuptijs votum faciens inquirit: tertio propter ignorantiam veri Dei, cuius excellentiam homines non conſiderantes, quibuſdam creaturis propter pulcritudinem, ſeu virtutem diuinitatis cultum exhibuerunt: vnde dicitur Sap. 13. Neque operibus attendentes agnouerunt, quis artifex eſſet; ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut aerem, aut girum Stellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem, aut lunam rectorea orbis terrarum Deos putauerunt; ſecunda ex parte dæmonum fuit idolatriæ cauſa; quia ſe colendos hominibus errantibus exhibuerunt in Idolis dando reſponſa; & aliqua, quæ videbantur hominibus mirabilia faciēdo: vnde Pſal. 95. Omnes Dij gentium dæmonia S. Thom. 2. 2. q. 94. Artic. 4. In prima autem ætate, nō fuit idolatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex qua adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum; non obſt. Sap. 14. ibi Infandorum Idolorum cultura omnia mali eſt initium, & finis; Ergo idolatria fuit ante hæreſim: nam Reſp. quod Idolatria dicitur eſſe cauſa, initium, & finis omnis peccati; quia non eſt aliquod genus peccati. quod interdum idolatriā non producat, vel expreſſè inducendo per modum cauſæ, vel occaſionem præbendo per modum initij, vel per modum finis, inquantum peccata aliqua aſſumebantur in cultum Idolorum; ſicuti occiſiones hominum, & mutilationes membrorum, & alia huiuſmodi: & tamen peccata aliqua poſſunt idolatriam præcedere, quæ ad ipſam hominem diſponunt, Sanct. Thom. d. loco in Reſp. ad 1.

Quod autem attinet ad ſecundum Thales Mileſius dixit Deum mentem, qui ex aqua cuncta formauerit, nec principium, neque finem habiturum; de quo Minutius Felix in dialogo.

Anaximander, Stellas, & Aſtra, Deos eſſe cœleſtes putauit; de quo Auguſt. de ciuit. De Epiph. in compendio contra Heret. & Cic. libr. primo, de nat. Deorum.

Anaximenes dixit Deos ex aere ortos, Aug. & Cic. dictis in locis, Nicol. Sand. libr. 7. pag. 133. de viſi. Mon. Eccleſiæ.

Democritus, Deum exiſtimauit mentem eſſe igneam, & mundi animam.

Pythagoras Deum ita definit: animus, qui per vniuerſas mundi partes, omnemque naturam commeans atque diffuſus, ex quo omnia quæ naſcuntur animalia vitam capiant, Plutarc. in Numa.

Archelaus ex terra omnia facta dixit, eamque voluit vniuerſorum eſſe principium; Epiph. d. loco, & Nicol. Sand. vt ſupra citatus.

Pherecydes quoque terram dixit ante omnia factam eſſe.

Heraclitus Deos ex igne credidit.

Anaxagoras ſimilares rerum rationes, rerum principia eſſe putabat.

Prodicus quatuor elementa Deos ſtatuit.

Diogenes aerem dixit rerum eſſe materiam, de qua omnia fierent.

Cleanthes æthera eſſe ſtatuit ſummum bonum.

Antiſthenes multos quidē ait populares Deos, vnum tamen naturalem ſummæ totius artificem.

Chryſippus nunc naturalem vim diuina ratione præditam, nunc diuinam neceſſitatem Deum prædicabat.

Xenophanes omne quod eſſet infinitum, adiuncta mente, Deum eſſe voluit.

Parmenides ſimulacra rerum rationes Deum eſſe dixit.

Empedocles inimicitiam, ſeu diſcordiam principium rerum eſſe dixit Nicol. Sand. lib. 7. de viſ. Mon. Eccl. pag. 133.

Protagoras negabat, ſe ſe omnino habere de Deo quid liqueat, ſit, non ſit, qualisve ſit.

Xenocrates Deos octo eſſe prodidit, quinque in ſtellis vagis, vnum qui ex omnibus ſideribus, ſeptimum Solem, octauum Lunam conſtituit.

Plato monarchiam defendit, nec æthera, nec rationem, aut naturam, ſed vt eſt Deum appellat, ab eoque mundum hunc perfectum mirabilemque eſſe fabricatum.

Xenophon formam Dei veri negabat.

Ariſtoteles Stagirites dixit, vnam mentem mundo præeſſe, & omnium cauſam ſtatuit.

Speuſippus vim naturalem, animalem, qua omnia regantur, Deum eſſe ſtatuit.

Alemçon Soli, & Lunæ reliquiſque ſideribus animoque præterea diuinitatem dedit.

Ecphantus Syracuſius Deum mentem, & animum eſſe exiſtimauit.

Epicurus Athenienſis ex atomis Deos ſuos conſtituit.

Brachmanæ Indię ſapientes, Deum lumen dicebant non vt Solem, vel ignem, ſed rationem.

Stoici, vt plurimum Deum dicebant diuinam ſubſtantiam intelligibilem, & igneam forma carentem: ſed transmutari in quæcumque velit, & aſſimilem fieri.

Ariſtoteles Ponticus quandoque mundo, quandoque menti principatum tribuit.

Heraclides Ponticus tum mundum, tum mentem diuinam eſſe putauit, & mutabilem Dei formam eſſe voluit: quin & Cælum, & terram in Deos retulit.

M. Varro Terentius Deum ait ſe arbitrari Animam eſſe mundi, ipſumque mundum Deum eſſe.

His omnibus ſectis Auguſt. opponit lib. 19. c. 4. de ciuit. Dei vnam Eccleſiæ Dei fidem, & ſententiam, & lib. 18. cap. 41. Euſebius de præpar. Euang. lib. 14. cap. 1. & ſeq. Epiphan. libr. 1. vol. 1.

Deorum autem diuiſio variè habita fuit. Martianus

tianus libr. 1. Nuptiarum, enumerat Deos ex sexdecim regionibus cœlorum.

Alij dixerunt, Deos esse ita diuidendos, quod alij Cœlestes, Terrestres, alij, Inferni, Marini, Fontani, Fluuiales essent.

S. Aug. in 4. de ciuit. Dei refert Scæuolam virum doctissimum Romanum, tria genera Deorum tradidisse, vnum à Poëtis, alterum à Philosophis, tertium à Principibus ciuitatis. Primum genus nugatorium fuisse, quod multa de his fingerentur indigna; Vnde Varro in libris Antiquitatum, quem refert Aug. de isto triplici genere dixit: primum scilicet Mythicon, hoc est fabulosum: secundum Physicon, id est naturale: alterum Polyticon id est ciuile: primum ait mendacissimum, & turpissimum: secundum à populis remotum, parietibus inclusum: tertium ciuile, & populare ab antiquis institutum: primum pertinet ad theatra: secũdum ad mundum; tertium ad vrbes, & Sacerdotes.

Alij dixerunt gentes effinxisse suos Deos; pro vt eorum erant instituta, & mores; vnde Lacedemonij plerosque Deos, Deasque armatos affirmabant, quia ipsi armis delectabantur.

Alij excelientes viros Deos effinxerunt; Hinc Hercules, Castor, & Pollux, & Æsculapius Dij habiti sunt, vt refert Cic. de natura Deorum.

Alij dixerunt, vt Ethnici, singulas in homine partes, & membra singulos Deos obtinere, videlicet Iouem caput, Mineruam oculos, Iunonem brachia, pectus Neptunum, cinctum Martem, renes, & inguina Venerem, pedes Mercurium; similiter dextera Fidei consecrata est, digiti Mineruæ genua Misericordiæ.

Alij dicunt Deos aliquos certos, & aliquos incertos esse; certi sunt de quibus nullo modo dubitari potest, vt Sol, Luna, Cælum, Terra. Incerti sunt, quorum certa ratio reddi non potest qui sint.

Alij dixerunt Cœlites Deos esse, qui à superiori æthere ad Solem vsque demeant, & causarum latentium arcana componunt; Dei autem secundi à Sole ad Lunam vsque; hi vaticinijs, somnijs, ac prodigijs, ceterisque similibus præesse credebãtur.

Fuerunt & Dij reputati maiorũ gentium, qui & maiores Dei dicti fuerunt; Et Dij minorum gentium, qui & minores nuncupati sunt; quia parua munera hominibus præstabant, qui erant homines in Deorum numerum translati.

Consentes Dei quoque fuere, quos ita dicebant veteres (vt August. 4. de Ciuit. Dei) qui in consilium Iouis adhiberi putabantur; qui & Penates, & Vrbani dicti sunt; qui fuerunt duodecim, sex mares, sex fœminæ: qui Dei his versibus complectuntur.

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Dicti sunt Consentes, quasi Consentientes; qui Dij duodecim mensibus præsunt, siquidem Ianuarij tutelam habere Iuno credebatur; Februarij Neptunus, Martij Minerua; Aprilis Venus, Maij, Apollo; Iunij Mercurius; Iulij Iupiter; Augusti Ceres; Septẽbris Vulcanus: Octobris Mars, Nouẽbris Diana, Decembris Vesta; Seneca lib. 2. nat. quæst.

Alij agricolarum duces dicti sunt; primo Iupiter, & Tellus, Pater, & Mater, qui & parentes magni dicuntur: secundo Sol, & Luna, quorum tempora obseruantur: tertio Ceres & Liber, quod ab his cibus, & potus venit è fundo: quarto Robigo, & Flora, quibus propitijs, neq; rubigo frumenta; neque arbores corrumpit, neq; tempestiuè florent, vnde robigalia, & floralia; tum Minerua, & Venus, quarum vnius procuratio oleti, alterius hortorum; demum Lympha, & Bonus euentus, quoniam sine aqua, & successu, misera est agricultura, & frustratio quædam. Giraldus lib. de Dijs Gentium Syntagma 1.

IDOLATRARVM CATALOGVS.



ACARON Deus muscarum; vt Gregorius Nazianz. in prima in Iulianum Cæsarem oratione scribit. Plinius Achorem vocat, & à Cyrenaicis cultũ lib. 8. c. 28.

Adad nomen Dei apud Assyrios summi, qui vnus interpretatur, quem Solem esse Macrobius ostendere nixus est. Huic Deo subiungebant Deam nomine Adargatim: quibus duobus Deis, omnem cũctarum rerum potestatem attribuebant, Solem videlicet & Terram intelligentes. Adad simulachrum tale formantes radijs inclinatis, quibus mõstrabatur, vim cœli in radijs esse Solis, qui in terram dimittuntur. Adargatis verò simulacrum sursum versum reclinatis radijs, monstrans radiorum vi supernè missorum enasci quæcumque terra progenerat: hæc ex Macrobio, Non est contraria Phurnutus de Deis scribit.

Adeona, & Abeona Deæ cultæ ab antiquis fuerunt, quæ adeundi, & abeundi facultatem præstarent, vt testatur D. August. in 4. & 7. libr.

Adonis, qui & Adon Deus à diuersis nationib. cultus est: de sacris Adonidis mentio est in sacris Hebræorum literis; quo in loco plura D. Hieronymus, & Macrob. in primo Satur. & alij scriptores.

Adramus Deus in tota celebratur Siciliæ insula. Plutarch. in parallelis.

Ægeria Dea à Mulieribus colebatur, quod eam opitulari credebant partui egerendo, vt ait Festus.

Æolus Deus ventorum ab antiquis cultus est, vt Diodorus, Ouid. & alij scripsere.

Æsculapius Deus sub varijs nominibus à gentibus colebatur, prout Xenophon in libro de venatione, Cicero, Macrob. Hyginius, & alij testantur.

Æuiterni Dei appellantur, quod Æuo sempiterno permaneant: qualis Iuppiter, quem sic vocauit Ennius. Apuleius dixit Aeuiternos Deos in sublimi ætheris vertice locatos, ab humana contagio ne procul discretos, &c.

Agenoriam Deam vocauerunt antiqui, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dicta, teste Diuo Augustino.

Aguat dicunt esse Deum Cœlorum, quem adorant populi Culiazam vol. 3. Nauig. pag. 329.

Aius

Aius Locutius Deus à Romanis consecratus, vt Cicero, T. Liuius, & alij dixerunt.

Alabandus Deus, quem Alabandij coluerunt, Stephanus, & Cic.

Albuneam Deam in altissimis montibus Tiburtinis cultam scribit, Seruius, sic appellatam à quali tate aquæ, quæ in fonte Albuneæ est.

Alecto, Tisiphone, & Megræra, quas furias Latini appellauere, Græci Erinnyes, & Eumenides dixere: hisdem etiam veteres commotæ mentis affectus adumbrabant, propereaq; furoris Deas existimabant; semper verò virgines, quod cum malefactorum vltrices sint, facilè corrumpi nō possunt; quin etiam pœnas de delinquentibus sumant. Suidas, Cic. Suet. & alij.

Amanus, & Anandatus Dei à Persis culti, Strabo in 11.

Amicitia Dea iure inter sua numina à gentibus collocata: apud Romanos Amicitiam pictura antiquitus pulchrè demonstrabat. Pingebatur enim iuuenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria scriptum erat Mors, & Vita: in fronte Æstas, & Hyems: habebatque latus apertum vsq; ad coe, & brachium inclinatum digito cor ostendens, ibi scriptum erat Longè, & Propè. Suberat & picturæ explicatio, quæ ita legitur. Forma iuuenilis indicat amicitiam semper recentem, nullaque temporis diuturnitate tepescentem. Nudum caput, vt omnibus pateat, vt amicus nullo vnquam tempore amicum publice suum fateri erubescat. Rude autem indumentum ostendit, vt amicus nulla ardua, extremamque inopiam pro amico subire non recuset. Vita, & Mors in vestimento scripta, quòd qui verè diligit, vsque ad mortem amat. Æstas, & Hyems, quia & in prosperis, & in aduersis æquè amicitiam seruat. Latus apertum habet vsq; ad cor, quia nihil amico celat. Brachium inclinat, & digito cor ostendit, vt opus cordi, & coe verbis respondeat. Longè, & Propè quod scriptum est, quia vera amicitia nullo tempore aboletur, nec locorum intercapedine dissuogitur. hæc ex Lilio Giraldo.

Amphiarus Argiuus vates pro Deo cultus post mortem, qui & oracula reddebat per somnium: nam post purgationem, & perfectis sacrificijs ijs Deis, quorum in ara nomina sculpta fuerant, & mactato ariete, cuius pelli substernebatur, vbi incubantes captabant somnia; ex quibus interpretatis futura præposcebat. Apud Orapios habuit templum constructum ex marmore candido. Pauſ. in Attica, & Statius in Thebaide.

Amphilocus in Oropo Atticæ vates pro Deo cultus, vt T. Liuius lib. 5. Decad. 5. testatur.

Anaitis Venus, vel Diana apud Persas colebatur, teste Strabone.

Anculi, & Anculę, Dei Deęque ancillarum putabantur Festo authore.

Angenoria, & Tacita silentij Deæ, Macrob. in Satur. & Plinius in 3.

Animales geniti Dei teste Proclo in Hesiodi Cōmentarijs, vitæ pro ductores dicuntur; quibus perennes aquæ, & fluuij sacrati credebantur.

Anna Perenna Dea fuit à Romanis culta primo mense, vt annare, & perennare commode liceret. Macrobius.

Animalia plura adorabant Egyptij, vt refert Olaus Magnus lib. 1. Hist. gent. c. 2.

Antinous ex Bithynia iuuenis formosissimus ab Adriano Cæsare admodum amatus, cum in Egypto perijsset, Deus est ab Imperatore factus, & oraculum ei constitutum, vt vrbs eius nomine pro sepulchro condita, & stella in Cœlo, vel visa, vel per adulationem conficta, de hoc plura Dion. histor. & Ælius in historia Adriani: ex nostris Eusebius, Athanasius, Hieronymus, Origenes, & alij.

Antithei quidam mali Dei, quas à magis confingi ait Arnobius: hiq; spiritus esse dicuntur, qui in actionibus humanis sępè obrepant, se seq; Deos fingant, & inscios mendacijs, & simulationibus deludunt.

Apollo Deus ab antiquis cultus, quatuor in primis artibus præfuit; nam citarædum primum, ac citarædorum Deum putauit antiquitas: deinde medicinæ inuentorem, ac ipsum etiam medicum constituit: tum iaculatorem, & sagittarium: postremo vatem, & vaticinij Deum existimauit. ex quibus quidem quatuor rebus, multiplicia ei sunt attributa cognomina, & varie describitur, sed breuitatis causa omittuntur. Sol etiam dictus est, vt ait Cicer. de natura Deorum 2.

Appiades Deæ habebant templa apud Aquam Appiam propè forum Cœsaris, & Venerem intelligunt, Palladem, Pacem, Concordiam & Vestem.

Arculus Deus, arcis, & capsis præesse existimabatur.

Aquæ elementum adoratur ab Indis occidentalibus vt habetur vol. 3. Nauigat. Colūbi pag. 362.

Ars, & Paupertas à Gadareis (vt Arrianus scribit) colebantur, quòd videlicet Paupertas ad artes commiscendas industriam, & hominum ingenium acuit.

Astarte dea Sidoniorum, vel Syriorum Venus à multis existimata.

Ateu deam nostræ religionis auctores luciferum interpretantur, & pręcipuè Iustinus Philosophus, ac martir, Suidas, & alij.

Atergatis Dea à Syris culta est, vt meminit Strabo.

Atezcatlipuca Deus prouidentiæ apud Indos in Mexico habetur in 3. p. Hist. Indiæ c. 113.

Aurora ab aura vocatur Dea, quæ Solem præcedere putabatur, ab antiquis culta fuit, testibus Cicerone, Ouidio, & alijs.

Auerruncus Deus, qui auertere credebatur mala, Varro de lingua lat.

Aues adorantur ab Indis vol. 3. Nauig. pag. 354

Auxesia, & Damia deæ fuerunt, quas peculiari religione Epidauri coluerunt. Herodotus in 5. & Pausan.

Baccus, seu Dionysius Deus ab omnibus ferè populis, sub varijs cognominibus cultus, vt Beatus Epiphanius, Eusebius, Cicero, & cæteri scriptores testantur. Philostratus in vita Appoll. Tyanei

nei Dionyſios tres fuiſſe ait, Thebanum, Indicum, & Aſſyrium; ſed Cic. multos eſſe dicit. Baccum vitis, & vini vſum, & plantandi rationem docuiſſe ferunt. Effingebatur varijs modis ſecundum Phurnutum, ſimulacra nuda fiebant, vt vini naturam oſtenderent, quæ ſecreta reuelat; vnde dicitur In vino veritas: effingebatur & puer imberbis; interdum puer, & lætus, quod vinum modicè ſumptum hilares, & lætos homines faciat. Senex etiam aliquando, & caluus propter immodicam bibendi intemperiem, & quod ex ebrietate arcana plerũq; retegãtur, & alijs modis breuitatis cauſa omiſſis.

Bellona Dea, quæ ab antiquis Duellona, vt duellum bellum, dicebatur; ſoror fuit & vxor Martis, ut ait D. Auguſtinus de ciuitat. Dei; huius Deæ Sacerdotes bellonarij dicuntur, qui ſa ipſos cultris feriebant, & proprio ſanguine numen placabant, furenteſque uaticinabantur. Tertullianus, Septimius, & Lactan. in 1. Diuin. inſt. fingebatur furens Dea flagello pugnans cõcire; nunc cum face, nunc tubi bellicum canere.

Beneficium, & Pœna duo numina Deorum inſtituta à Democrito.

Beſſas, ſiuè Beſas Deus, qui oracula quondam dabat. Ammianus libro 19.

Bonus Deus apud Græcos, cuius templum Pauſan. in Arcad. commemorat.

Bonus euentus ab antiquis cultus. Plin. 35. Euphranoris ſimulacrum Boni euentus, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam ac papauer tenens.

Brizo dea apud Græcos exiſtimata, quæ vaticinijs per ſomnia præeſſe credebatur. in primis verò Deli culta cui ſcaphas offerre conſueuerant, omnium rerum refertas, piſcibus duntaxat exceptis. Lilius Giraldus.

Bubona Dea nuncupata à bubus, vt ſcilicet boues fortunaret D. Auguſt.

Carbus Deus Phaſelitarum in Pamphilia, cui ſacra faciebant de piſciculis ſale conditis, vt Suidas, & Zenobius ſcribunt.

Cabiri Dei habiti, vel miniſtri potius Deorum, alij Dæmones exiſtimarunt, de quibus frequens fit mentio apud Apollonium, Orpheum, & Strabonem.

Caca Dea culta Romæ, quæ Caci ſoror fuit, vt ſcribit Lactãtius, quæ de furto boum Herculi fecit indicium; vnde etiam ſacellũ meruit teſte Seruio libr. 8. Æneidos.

Calumniæ & Impudentiæ aras Athenienſes cõſecraſſe, teſtis eſt Theophraſtus apud Diogenianũ. Appelles Calumniã ſic effinxit in pictura. In dextera quidem ſedet vir permagnas habens aures, quales fermè Midæ feruntur, manum longè ille protendit accedenti Calumniæ: circum ipſum verò ſunt mulieres duę, hoc eſt, Ignorantia, & Suſpicio. Ex aduerſo Calumnia videlicet mulier ornata, & pulcra; ſed aſpectu ardens, & in iram, & rabiem concita; læua facem accenſam præferens, dextera adoleſcẽtem quendam per capillos trahere videbatur, qui manus ambas ad Cœlum tendebat, ſuperoſque obteſtabatur. Præcedebat vir pallidus, im-

purus, acutè intuens, his propemodum ſimilis, qui longiori morbo ſunt confecti. hunc eſſe Inuidiam, vel Liuorem facile cognoſcas coniectura. Propè duæ aliæ erant mulieres Calumniam dirigentes, & adornãtes; altera quidem Inſidia, altera Deceptio, vel Fallacia, ſeu Fraus. à tergo ſequebatur Pœnitentia pullas laceraſque veſtes induta, quæ retrò caput inflectens, flens ac lugens, pudore venientem Veritatem excipere videbatur.

Canopus deus cultus ab Egyptijs, cuius originem Suidas, & Ruffinus 11. Eccleſiaſt. hiſt. commemorant.

Camatel deus habitus apud Indos occidentales in Mexico Regno. Habetur in 3. par. Hiſt. Indiæ pag. 98.

Carmelus Deus, & Mons à Cornel. Tacit. deſcriptus.

Carna Dea ab antiquis Romanis culta fuit, quã vitalibus humanis præeſſe putabant, vt ex Macrobio in libro de annis &c. D. Auguſt. Cardeam hanc appellare videtur.

Caſtor, & Pollux, Caſtores dicti, & Græcè dioſcuri, Iouis filij ab antiquis multis modis nominati colebantur, vt Cicero, Virg. Plutarcus, & alij meminere.

Carius Deus antiquorum, qui catos. i. acutos homines faceret Aug. in 4.

Ceres dea à ferendis frugibus dicta, & à nationibus ſub diuerſis cognominibus culta, ut Varro, Cic. Pauſan. & alij ſcriptores teſtantur. Nunc mœſta cum lampade, ſeu face deſcribitur; ſed & papauer illi attribuitur unà cum ſpicis. Interdum etiam matronali habitu cum ſpicarum, & papauerum manipulo.

Charon Deus infernus. Phurnutus, Virg. & alij.

Cibele dea uide infra Rhea.

Cimi ſunt dij culti ab Indis occidentalibus, qui fiunt lignamine in formam ſtatuæ humanæ. Fernandus Columbus in Hiſt. cap. 61.

Clementię etiam numen uenerati ſunt antiqui. Vnde Plutar. ſcripſit in Cæſare, eius Clementiæ templum non ab eius moribus abhorrens decretum fuiſſe. Claudianus de hac dea cecinit.

Clemodes Athleta ab Aſtypaleis cultus; prout Plutar. Euſebius, & Pauſan. tradidere.

Cloacinam deam T. Tatius Rex cõſecrauit, cuius ſimulacrum, vt ait Lactantius, in cloaca repertum. D. Auguſt. & T. Liuius 3. ab vrbe cond.

Clotho, Lacheſis, & Atropos Parcæ dictæ, quòd nemini parcant, etiam ab antiquis cultæ fuerunt, prout Martianus, Heſiod. Cic. & alij ſcripſere.

Collina dea fuit, cui colles attribuebant; & Vallonia, cui valles, & conualles; vt eſt apud D. Auguſtinum.

Communes dei dicuntur, vt Mars, Bellona, & Victoria, quòd in bello vtriq; parti poſſunt fauere; ſeu qui cœli certas non habent ſedes; ſed generaliter a cunctis coluntur. Alij dicunt communes, Solem & Lunam, qui apud omnes ſunt.

Concordia dea ab antiquis colebatur; ſed in primis à Romanis, qui & eius diuerſa templa habuere; prout teſtantur T. Liuius propè finem noni lib.

D. Aug. de ciuit. Dei, Cic. Val. Max. Dion. Ouid. & Iuuenalis. Deam Concordiam hoc modo effingebant, dextra craterem tenentem, & læua nunc cornu copiæ, nunc sceptrum, ex quo fructus exire videntur: sed & imaginibus duabus dextram dextræ iungentibus, vt in Aur. Vero. Aristides in oratione pro Concordia Rhodiensibus ita hanc effinxit: Decoram, compactam, benè coloratam, gratiosam, & vndique per omnia sibi quadrantem, & congruentem, deorumque diligentia, ac benignitate in terram delapsam.

Conisalus deus Atheniēsium peculiaris; Strabo.

Comus deus fuit conuiuatorum, & comessationum; Philostratus.

Coronis dea in Sycionia culta, Pausan.

Crephagenetus deus Thebæorum in Ægypto, qui immortalis colebatur. Soli enim teste Plutar. nullum Deum mortalem venerabantur.

Culices adorantur apud Indos, ne nocte illis vexentur; habetur 3. p. Hist. Ind. c. 223.

Cunina dea, quæ infantes in cunis tueri credebatur, & fascinum summouere: Lactant. & D. August. ex Varr.

Cupido deus ferè ab omnibus nationibus cultus, prout Cicero, Hesiodus, Propert. & alij scriptores, & Poetæ testantur. Effingitur puer mutabilis, nunc tristis, & quiescens; nunc volans, & ridés. Nudus etiam pingitur, pennatus, & facem habens: tenet dextra gladium, vel sagittam, sinistra verò pharetrá, & quamplurimas sagittas: & multis alijs modis breuitatis causa omissis.

Damia, & Auxesia deæ summa religione ab Epidauris cultæ Herodotus in 5. & Pausan.

Dæmones pro dijs supremis cælestibus, & aereis habiti sunt.

Derceto Dea Syrorum fuit. Ouid. in 4. Metamorph. & Athenagoras Philosophus in oratione pro Christianis ad M. Antonium, & Commodum, & Plinius 5. nat. histor.

Deuerra dea à scopis deuerrendo, quia fruges non coaceruantur sine scopis. D. August. & Varro.

Diabolus adoratur in Regno Calicut in India occidentali Habetur in 1. vol. Nauig. pag. 160. capit. 11.

Diana dea ab antiquis varijs nominibus nūcupata colebatur. Cic. Varro, & alij. Dianæ imagines vario modo effingebantur, nam aliter, vt venatorum dea, aliter, vt quieta, & pacifica; aliter vt Luna, prima nymphatū habitu succinctā, arcu, & pharetra, & iaculis armata: aliter, vt virgo stans. &c.

Discordia dea existimata à gentibus, ab Aristide his verbis descripta fuit: Discordia, & Seditio, inquit, supino est capite, labijs liuentibus, oculis strabis, putridis, tumefactis, lachrymis subinde fluentibus, manibus incōtinentibus mobilibusq; gladium intus ad pectus ferens, tenuibus, & obliquis innixa cruribus: & pedibus eam, ceu rete, caligo & tenebræ circumuoluunt: & reliqua, quæ idem scripsit.

Diuipotes dei, vt Varro scribit, sunt hæc duo; cœlum & terra, anima & corpus, humidum & frigidum.

Domiducus Deus colebatur, cum domum sponsa erat ducenda D. Aug.

Domitius deus apud antiquos celebrabatur, ut esset in domo noua nupta. D. Aug.

Drimacus Dux fugitiuorum à Chijs vt deus cultus: hic senex puero se iugulandum dedit: sepultus à Chijs sacello erecto, in somnijs sæpè de fugitiuis Chios monuit, ut scribit Athenæus.

Edusa dea, præses existimata edulijs infantum Varro. D. Aug. hanc Cedulicam deam appellat in 4. de ciuit. Dei.

Elcoth reputatur ut deus: est enim homo secundum quandam sectam quo ad scientiam æqualis deo apud Indos uol. 1. Nauig. pag. 40.

Enenthius Deus, uel dæmon fuit Phœnicum Lamprid. in uita Heliogabali.

Epies, maximus deorum apud Aegyptios interpres; huic Deo attribuebant accipitris caput, aliaque permulta superstitiosa, ut meminit Zoroastes, & Euseb.

Erechtheus Rex cultus ab Atheniensibus; unde & Erechthidæ ipsi uocati. Erechthei etiam filiæ in numero dearum habitę. teste Cicerone.

Æternitatem, ut deam coluerunt antiqui. cuius imaginem tempus esse dixerunt Pythagorici, Plato, & Hermes Trismegistus.

Fabulinus Deus dicebatur, cum fari pueri auspicabantur.

Falacer Diuus pater, ut ait Varro. Falacrem pomorum deum scribit Alex. lib. 6.

Fama dea ab Atheniensibus teste Pausan. culta. Plutar. in Camillo; templum etiam famæ constructum fuisse scribit Virgilius in 4. Æneidos sic eam describens.

Extemplò Lybiæ magnas it Fama per vrbes:
Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo,
Parua metu primo; mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens, ira irritata Deorum,
Extremam (vt perhibent) Cœo, Enceladoq; sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrum horrendum; ingens: cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabilè dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte volat cœli medio, terræque per vmbram,
Stridens; nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes,
Tam ficti, prauique tenax, quàm nuntia veri.

Fauor deus ab Apelle pulchrè effictus, prout his carminibus patet.

Pictor Apellea quid pingis ab arte Fauorem?
Vnde illi generis semina nota parum?
Hic genitum Forma, Fortuna biciactat alumnum:
Casu ille, ille animi dotibus esse satum?
Qui comes assiduus lateri? Assentatio, & æqua
Ponè subit lentis passibus? Inuidia.
Et qui circumstant? Opulentia, Fastus, Honores,
Leges, & scelerum sæpè Libido parens.
Cur facis aligerum? Fortuna elatus ab aura
Aduolat alta, imò nesciius esse gradu.

Quare

Quare oculis captum pingis? non nouit amicos,
Improbus ex humili cum petit alta loco.
Quid rotulæ insistit? Fortunam imitatur, & infert
Se focium, instabiles quà tulit illa pedes.
Cur timet, atque extra ſeſe ambitioſius effert?
Occæcare animos fata ſecunda ſolent.

Februus deus Pluto appellatus ab antiquis à purgationibus, & luſtrationibus funerum. Ouid. in Faſtis.

Febri etiam, ut deæ, multas aras Romani erexerunt ad minus nocendum, ut ex Cicer. Val. Max. Liuio, Plinio, D. Aug. alijſque obſeruatur.

Ferentina dea fuit, unde & Ferentini ab oppido Latij Ferento dicti ſunt T. Liuius in 1. decad.

Feronia dea culta pleriſque in locis Italiæ; ſed in primis propè Terracinam.

Feſſonia dea colebatur, ut feſſo iuuaret. D. Auguſt. in 4.

Fides dea à Romanis culta. Cic. de officijs lib. 3. Plinius 35. nat. hiſt. Dion. Alicarn. in 2. hiſt. lib. Liuius in 1. & Plutar. auctores. Fides fingebatur duabus iunctis manibus, interdum imagunculis duabus dextram dextræ iungentibus. Seruius in 1. & in 8. comentario Æneidos ſcribit, quòd Fidei albo panno inuoluta, uel uelata manu ſacrificabatur; per quod oſtendebatur fidem eſſe tectam & ſecretam.

Flora dea florentibus frumentis præpoſita. Aug. & Varro.

Felicitas ab antiquis dea exiſtimata. Plin. lib. 35. & D. Auguſt. ac Dion. lib. hiſt. 44. à Cebete Thebano ſic fuit deſcripta. In eminenti quopiam arcis ueſtibulo Fœlicitatem in ſolio ſedere, liberali (ait) ornatu comptam; ſed non accuratè & florentiſſimo ſerto coronatã. In Iuliæ mammeæ Aug. nomiſmate ſic erat ſculpta. Fœmina erat in ſolio ſedẽs dextera caduceum, ſiniſtra grande cornu copiæ tenens cum hac inſcriptione: Fœlicitas publica.

Forculus, uel ut alij Forulus, & Cardea, & Limẽtinus, tres fuerunt exiſtimati dei, ianuis, & hoſtijs præfecti. D. Auguſt.

Fornax dea etiam exiſtimata, quoniam ante triticum, & eius ufum, farra fornacibus torrebãturũ unde eſt dea Fornax conſtituta, ut Feſtus, Lactant. & Ouid. in Faſtis.

Fortunam deam gentes credidere, de ea D. Aug. ita in 7. de ciuit. Dei ſcribit. Fortunam certe Deam antiqui dixere, non rationabili diſpoſitione, ſed ut temerè acciderit ſua cuique dona conferre. ſub uarijs, & diuerſis cognominibus colebatur: nam Romani coluiſſe Fortunam equeſtrem, Præneſtinam, Publicam, Priuatam, Breuem, Dubiam, Auream, Virginem, Virilem, Viſcatam, Obſequẽtem, Mammoſam, Cœcam, & alijs nominibus apud T. Liuium, Val. Max. Lactant. Plutarchum, Cic. Alicarnaſeum, Plinium, & alios ſcriptores, atque poetas legitur. Spontanea verò Fortuna à Siculis uenerabatur. Plutarch. & Emilio Prob. teſtibus. Fortuna mulier iuuenis effingebatur à quibuſdam inter maris undas uelliſicans, ab alijs in ſaxi uertice, mõtiſnè cacumine uẽtis omnibus expoſita, & à quibuſdam alijs rotæ inſiſtens. Fuerunt & qui eamdem duplici facie formauere, nigra altera, altera alba bonã malamque ſignificantes. Alij eãdẽ cum Occaſione effinxere, hoc eſt capillatam fronte, occipitio caluam, alatam pedibus pilæq; inſiſtentem, manu nouaculam tenentem, ut in Occaſione deſcribitur; & multis alijs modis breuitatis gratia omiſſis.

Frigha deus Gothorum reputatus author pacis, & voluptatis amator. Holaus hiſt. lib. 3. c. 3.

Fulgora dea apud Senecam de ſuperſt. ne fulgura fierent. D. Aug. in 6.

Froes deus apud Gothos habitus eſt Holaus lib. 3. hiſt. cap. 4.

Furina dea venerata ab antiquis, cui Deæ, flamen furinalis attributus fuit. Vide Feſtum, Varronem, & Martianum in 2. & Cic. in 3. de nat. deorum.

Genius deus erat, qui præpoſitum eſſe, ac vim habere omnium rerum gignendarum credebatur, teſte D. Aug. lib. 7. ex Varronis ſententia. Seruius ita tradit Genium numen eſſe, quod nobis naſcentibus datur. Serpentis imagine Genius interdum effingebatur, interdum puerili, vel iuuenili forma, interdum etiam ſenis, & platani folijs coronabatur.

Glaucus deus marinus, de quo ſcribunt Pauſan. lib. 9. Athenæus in 7. & Strabo.

Guamaonocon deus adoratur ab Indis vol. 3. Nauig. pag. 42.

Gratiæ, quas Græci Charites vocant, pro deabus habitæ ab hominibus cultæ fuere. Heſiod. Ouid. & alij deſcribunt hoc epigrammate videlicet.

Sunt nudæ Charites, niueo de marmore: at illas
Diua Columna ſuis ædibus intus habet.
Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum:
Par tribus eſt ætas, par quoq; forma tribus.
Grata Thalia tamen gemina conuerſa ſorori.
Implicat alternè brachia blanda ſoror.
Euphroſinen dextra ſtupeo, Aglaianq; ſiniſtra
Miror, & implicitis brachia nexa modis.
Iuppiter eſt genitor, peperit de ſemine Cœli
Eunomia, & Veneris turba miniſtra fuit.
Inde alitur nudus placida ſub matre Cupido,
Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Hadingus deus apud Gothos factor Belli habitus eſt: Holaus. lib. 3. hiſt. c. 4.

Harpocrates deus ſilentij apud Ægyptios, qui digito os obſignare videbatur, teſte Plutarch eius imago ita erat efficta. Puer erat imberbis, nudus, qui dextræ indice digito os obſignabat, ſiniſtra verò deorſum extenta ſubſtinebat cornu copiæ, ſurſum ad autem pertingens, frugibus refertum, inter quas eminebat nux pinea. Dei verò caput mitra Ægyptiaca redimi videbatur, quæ aliquantulum in altum erecta deſinabat in duas quaſi volucres.

Hebe pubertatis, & adoleſcẽtiæ dea Diuus Aug. Cic. & alij.

Heliogabalus deus peregrinus in primis Phenicũ, cuius Baſſianus Antonius cognominatus Heliogabalus Imp. in monte Palatino Romæ templũ cõſtruxit, Lampridus, & Herodianus lib. hiſtor. 5.

Her-

Hercules inter deos ab antiquis connumeratus sub varijs, & diuersis cognominibus colebatur, vt referunt Pausanias, Varro, & alij.

Herbæ adorantur ab Indis vol. tertio. Nauigat. pag. 314.

Heredem Marteam antiqui accepta hæreditate colebant, quæ à nomine appellabatur hæredum, Festus.

Hipponam deam equorum, & stabuli, antiqui venerati sunt. Plutarch. in parallelis, Tertullianus in Apologetico, Fulgentius ad Calcidium, & Plinius castigat. cap. 4.

Honor etiam deus putatus, vt est apud Lactantium, & D. Aug. ac Ciceronem 2. de nat. deorum, & Liuium lib. 7. decad. 3. Alciatus Honorem purpurea veste depingit, laurea coronatum. Ita enim cecinit.

Stet depictus Honor, Tyrio velatus amictu;

Horchulaus deus principalis Ciuitatis Messici Indiæ orientalis vt in 3. p. Nauig. pag. 307.

Hurta dea ab hortando, & incitando dicta. D. August.

Hostilina dea colebatur, cum segetes nouis aristis æquantur, vt D. Aug. ait.

Hymenæus nuptiarum deus à Græcis habitus est, vt à Romanis Thalassus; quibus tamen nominibus, & nostri vsi sunt. Dictus est Hymenæus, vel Hymen à membrana, quæ & eugium dicitur; quæ cum sit claustrum virginitatis, in nuptijs cumpitur, vt est apud Suidam, Lactant. Senecam, & alios. Pingebatur Hymenæus, vt ex Catullo colligitur, coronatus floribus, & amaraco, dextra facem tenens, sinistra flammeum (lutei velaminis id genus) in pedibus croceos soccos habens.

Ianus antiquissimus Italiæ Deus habitus, & Latij Rex, ab antiquis biceps, & quadriceps variè effingebatur, vt est apud Macrobium, Suidam, & alios.

Idolum adoratur ab Indis orientalibus, habetur in hist. orient. lib. 1. c. 14. in fine.

Indigetes dei ab antiquis vocati: Seruius 12. Æneid. duplici ratione Indigetes dici asseuerat: vel secundum Lucretium, quod nullius rei egeant; quasi nihil indiga rei: vel certè ait, Indigetes Dei sunt ex hominibus facti, & dicti Indigetes.

Intercido Deus, apud D. Augustinum intercidendo dictus.

Inuidia dea, quam Græci masculam effingunt effigie hominis male habiti, & ex morbo nondum planè conualescentis, vt apud Lucianum in dialogo Calumniæ. Latini vero fœminæ forma formarunt, vt pulcherrimè Ouid. in 2. Metamorph. ostendit, vbi & Inuidiæ domum describit, & Inuidiam ipsam his versibus:

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies liuent rubigine dentes,
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno:
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabescitq; videndo,
Successus hominum, carpitq; & carpitur vnà,
Suppliciumq; suum est.

Iocahuna deus adoratur ab Indis, vol. 3. Nauig. pag. 45.

Iris dea, & nuncia deorum ab antiquis habita, sicut Mercurius; sed ille ad pacem vt plurimum, & Iris ad lites & dissensiones, testibus Hesiodo, & Seruio. Eam fingebãt antiqui habitu muliebri, versicolore ueste in obsequium expedita.

Isis dea ab antiquis cuncta religione celebrata. Macrob. in Satur.

Ismael Rex Persarum adoratur, tanquam deus à militibus suis, habetur in 2. uol. Nauig. cap. 12. pag. 91.

Iugatinus deus, ut in 6. de ciuit. Dei ex Varrone scribit Aug. cum mas, & fœmina coniungebantur, colebatur.

Iuno Iouis coniux, ut ait Varro, & is Cœlum, hæc Terra, sic dicta, quòd unà cum Ioue iuuat. Arnobius, Martianus, Cic. & alij finxerunt ipsius Iunonis Idolum, ut æream forficem præferret, sumpta trãslatione, ac metaphora ab incidente capillos forfice: & purum corpus ostendens. Iunonem Apuleius in 10. ita effinxit; mulierem honesta forma, habentem in capite candidum diadema, & sceptrum manu gestantem. Prestaret huius deç diuersa cognomina, eidē à gentibus attributa interpretari, uariisq; ipsius effictiones referre, sed breuitatis gratia omittuntur.

Iuppiter deus, quem diuersis nominibus nuncupatum Nationes fermè omnes sibi deum constituere, & apud se natum dixere, prout scribit Eusebius Cæsarien. lib. Euang. præpar. 3. Nun solum tres Ioues fuisse, duos in Arcadia, & tertium in Creta natos: teste Cic. de nat. Deorum, sed trecentos memorant scriptores, quorum nomina, & cognomina longum esset referre. Iouem uarijs modis antiqui effingebant, pro diuersa illi potestate attributa. Sed eius illud in primis simulacrum sede re fingebatur, ut stabilis uirtus, incommutabilis ostenderetur. Nuda uerò superiora, & aperta habere uidebatur, quoniam ipsum conspicuum esse existimabant in intelligentijs, quæ dicuntur, & cœlestibus mundi partibus: inferiores autem Iouis partes uelatas, & obtectas; quia minus apparere, nec planè uideri putabant, ab ijs scilicet, qui creati sunt in partibus inferioribus. Continebat uerò læua sceptrum, quia in sinistra corporis parte, ut uolunt Physici, extum maximè princeps; & spiritale subsistit cor. Rex enim mundi, & opifex nr, hoc est intellectus uel mens. Dextra uero nunc Aquilam protendere uidebatur, nunc Victoriam. Et quidem Aquilam, quòd Iuppiter ita superioribus, & cœlestibus imperet, ut aquila cæteris auibus: Victoriam uerò, quoniam omnia ei subiecta, atque deuicta sint. Hæc quidem partim ex Porphyrio, & Phurnuto Philosophis, partim ex Eusebio, Theophilo, & Suida. Pausanias uerò in Eliacorum priore Olympium Iouem sic describit: Sedet in solio ex auro, & ebore facto: corona capiti imposita est, ad oleaginææ frondis imaginem: dextera Victo-

tiam, & ipsam ex ebore, & auru profert, cum tæ nia, & corona: læua sceptrum tenet affabrè ex- politum, & omnium metallorum varietate distin- ctum: quæ auis sceptru incumbit, aquila est: au- rei sunt Deocalcei: pallium item aureum: in eo cum diuersa animalia, tùm ex omnibus florum ge- neribus lilia in primis cælata sunt: solium ipsum auro, & preciosis præfulget lapidibus, neque in eo vel ebenum desideratur: animalium verò for- mis intercurrente pictura exornatur. Martian.li- bro primo de Nupt. ita in Senatu Deorum Iouem effinxit: in capite flammantem coronam habuis- se ait, & super ea velamen rutilum Mineruæ ma- nibus confectum, & vestem candidam habuisse, indutum hyalinos amictus crebris quibusdam stel lis intersdinctos: manu dextera duos orbes porri- gentem, aureum alterum, ex electro alterum: qua figura, rotunda scilicet, virtutem prouidentem, atque viuificam significari, testis est Porphir. læ- ua verò chely enneaphthongo inniti videbatur, calces habere virides, & calceis fuscinam preme- re. hac figuræ imagine Martian. totius naturæ prę- sidem Iouem significasse videtur. sed enim, & pro varia illius, quam habere veteres potestatem exi- stimabant, variè formabant aliter enim Fulgens, & Fulgurator Iuppiter: aliter Tunans, & Fulmi- minatur, & Stator effingebatur, & plerumq; pro arbitrio Principum, vatum, & pictorum. Quos ego nun referam.

Iustitia dea, quam Astræam Græci à patre nun- cupant. Hanc finxerunt Astrologi signum in Cœ- lo, Virginem. Dea hæc ita à Chrysippo describi tur in primo de hunesto, vt voluptate, vt à Gel- lio libro 14. refertur. Imaginem inquit Iustitiæ fieri solitam, forma (ait) atque filo virginali; aspectu vehementi, & formidabili, luminibus ocu lorum acribus: neque humilem, neque atrocem, sed reuerendæ cuiusdam tristitiæ dignitate. Pau- sanias verò ita depictam ait in arca Cypseli. At formosa (inquit) illa mulier, quæ fœda facie al- teram sinistra obstrictu collu trahit, dextera fuste cedit, Iustitiam significat, quæ iniuriam male mul ctat. Iustitiam apud Ægyptios sine capite fuisse Alexander scribit. Eam autem effingebant per manum sinistram porrecta palma discapedinatam; propterea quod sinistra, genimina pigritia, nulla calliditate prędita videtur. Et ideo ęquitati aptior, quàm dextera, vt Philippus ait in Symbolis. No- stri nunc pictores examine lancis, vel staterę, nunc & securium, ac virgarum fasce, nunc his vel il- lis insigniunt.

Iuturna Nympha culta, & à iuuando appellata, vt Varro, & Seruius attestantur.

Lactucinam etiam deam colebant veteres, quæ lactescentibus frumentis; ac segetibus præesset. Sunt qui Lacturnum apud D. Aug. legant.

Lares Dei domestici ab antiquis venerati. Ma- crob. Plutarch. Ouid. & alij: scribit Arnobius, La- res vicorum, atque itinerum deos esse; Higidius verò tectorum domuumq; custodes.

Lateranus Deus focorum creditus, sic dictus (vt prodit Arnobius) quòd ex laterculis crudis antiquis. aut ex quacunque materia focos fabri- carent.

Lauerna dea furum, qui (vt Festus ait) ob id lauerniones dicuntur. Lucidius, & Varro.

Leones adorantur ab Indis vol. 3. Nauigat. pag. 307. litera. F.

Leuana dea, quæ natos de terra leuat infantes. teste D. August. Moris verò fuit, vt natus infans ab obstetrice in terra statueretur, vt Macrob. ex Varrone docet.

Libentina dea fuit, cui nomen factum à libidi- ne ait D. August. Varro tamen de lingua lat. à liben do deducit: & Venerem esse significat, quę & Lu- bentina dicta est.

Libertas in primis à Romanis dea habita, & cul ta est, vt qui maximè ei studerent ab eo videlicet tempore, quo in libertate se se vendicauere. Li- uius, Cic. & Dionys. hist. lib. 43.

Luna adoratur ab Indis orientalibus, vt habe- tur in hist. Ind. orient. lib. 1. c. 14. in fine vide supra ver. Diana.

Manes Dei inferi, quasi boni dicuntur à suppli- citer eos venerantibus, propter metum mortis: vt immanes quoque pro valdè non bonis dicuntur. Ælius Stilo, Festus, Cato, & Martianus.

Manturna dea adhibebatur, vt cum viro noua nupta maneret. Cic. & Liuius.

Matica dea Minturnensium. August. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 22. Cic. Lactant. & Plutar.

Marinorum deorum ingens turba fuit, quorum Princeps Neptunus.

Mars Deus à nationibus, & præcipuè à Roma- nis summo cultu veneratus, multisque nominibus appellatus; ardens effingebatur, nunc in equo ar- matus cum hasta, & flagello. Illi etiam interdum gallus ob militum vigilantiam appingebatur. Isi- dorus Martem scribit nudo pectore effingi solere, quòd quisque in bello sine cordis formidine obij- cere se debet.

Materas deas cultas ab antiquis legitur, qui bus hastæ dicabantur; & affigebantur. Liuius Gyraldus.

Matlacuie Aquarum dea culta apud Indos in Mexico p. 3. hist. Ind. cap. 223.

Matura dea fuit, quæ maturescentibus frumen- tis præesse dicebatur. Cic. & Liuius.

Meditrina dea à medendo denuminata ab anti- quis colebatur. Varrone, & Festo testibus.

Mellona dea mellificationis fuit D. August. in 4.

Mena dea fuit, quę fluoribus menstruis mulie- rum præesse putabatur. D. Aug. lib. 7.

Mens à Romanis, vt Liuius, & Cic. tradunt, cō secrata, vt mentem ea bonam concederet: quod & D. Aug. non semel asseruit, & ante eum Lactan- tius, Ouid. in Festis, & Propertius.

Mephitim deam antiqui putauerunt odoris te- tri. Cor. Tacit. lib. 19. & Priscianus lib. 7.

Mercurius deus sermonis ab antiquis crede- batur, ac nuncius deorum, varijsque cognomi- nibus appellatus à populis cultus fuit, ut D. Au- gust. Cic. Arnobius, Phurnutus, Tertullianus,

& alij

& alij tradunt. Lucro etiam, & mercimonijs Mercurium præfecerunt antiqui, eidemque Romani mense Maiorem diuinam faciebant, eiusque statuæ plerique marsupium suspensum adhibebant, vt Macrobius, & Suidas notant. In libro antiquitatum Mercurij imago sic effingitur. Filo corporis iuuenili, facie imberbi, cum alis supra aures: nudus totus, præterquamquod in dorso pallio-lum habere videbatur: dextera marsupium continebat, quod supra caput hirci iacebat: sinistra verò caduceum præferebat, & ad pedes illius gallus, & hircus subérant. Pingitur quandoq; cum galero alato, & cum talaribus, & petaso in pedibus, & alijs modis, qui omittuntur.

Methotin Magus deus habitus apud Gothos Holaus. lib. 3. hist. c. 4. Qui agnitus à populo fuit occisus.

Mineruadea sapientiæ, & prudentiæ, ac artium dicta, sub varijs cognominibus à gentibus colebatur. Cic. Liuio, Dionys. & Pausan. ac alijs auctoribus. Effingebatur varijs modis, vultu in primis virili, & truculento, teste Phurto. Alij armis insignem oculis toruam, & glaucis, cum hasta prælonga, & Chrystallino clypeo effecere omniaque hæc mysticè prudentis, ac sapientis dicunt significare naturam.

Minutius deus apud Romanos legitur. Festus, & Lampridius in vita Commodi Imper.

Misericordiam cultam legimus: vnde Misericordiæ aram Athenienses habuere, vt Pausan. aliique tradunt.

Mozim deus adoratur in Regno Benomatapa apud Indos occidentales habetur 1. vol. Nauig. pag. 393. litera. c.

Momus deus conuicij, & maledicentiæ, ac reprehensionis. Hesiod. in Theogon. & Lucianus.

Murcea, vel Murcia dea desidiæ existimata.

Myiagrus deus muscarum dictus, quem inuocantibus nihil molestiæ muscas inferre dicebatur, teste Pausania.

Nascio, seu, vt alij tradunt, Natio dea est, quæ nascentibus præesse credebatur. Cic. in 3. de nat. deorum.

Natagai numen quoddam pro Deo Tartari colunt: putantque illud Deum esse terræ, qui curam de ipsis, & filijs eorum, de fructibus, atque gregibus pecorum gerat, ex libris, qui de nouo orbe inscribuntur.

Necessitatis, & Violentiæ sacellum in Acrocorintho, quod ingredi nefas fuit, apud Pausan. legitur.

Nemesim Ammianus Marcellinus deam esse vltricem facinorum, impiorum, honorumque præmiatricem, rerum arbitram, & caussarum reginam dixit: quam Theologi veteres fingentes Iustitiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradebant omnia despectare terrena. Pennas huic deæ fabulosa vetustas aptauit, vt adesse uelocitate volucri cunctis existimaretur: eidem gubernaculum dedit, & rotam subdidit, vt vniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoraretur. Macrobius verò Nemesim contra Superbiam coli, esseq; Solis potestatem arbitratus est: cuius hæc natura sit, vt fulgentia obscuret, & quæ sunt in obscuro illuminet: sic etiam Nemesis, nunc erectas mentium humanarum ceruices opprimere, & eneruare videtur: nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendum extollit. Nemesis Rhamnusia, & Adrastia, eadem diuersis de causis sic appellatur. Plerique etiam Nemesim esse vim fortunæ existimauere.

Næniam deam funerum commemorant Festus, Augustinus, & Varro.

Neptunus deus ab antiquis sub diuersis cognominibus colebatur, varijsque modis pingebatur; nunc pacatus, & tranquillus; nunc commotus; nudus etiam cum tridente, & conca; & nunc in veste cærulea, idest cyanea, ut Phurnutus ait. In quibusdam numismatibus Vespasiani, & Adriani, quæ habebant à tergo has literas NEPT. RED. hoc est Neptuno reduci; pulchra uerò erat imago nudi stantis, in læui humeri tergo propendebat amictus, dextera trilorem scuticam, læua elatum tridentem tenebat. De Neptuno plura dicta fuerunt apud scriptores.

Nereus deus marinus ex mari, & terra natus; Nereidum Nympharum pater. mirificè laudatus ab Hesiodo in Thengonia.

Nixi dei dicti fuere ab enitendo idest pariendo, Festus.

Nodotus deus sic uocatus à D. Aug. ab alijs Nodinus, qui nodis geniculisque culmorum præfectus putabatur.

Næniam deam funerum commemorat Festus, & D. Aug. ex Varrone.

Nonensiles dei à Sabinis Romam deducti existimantur, atq; ijs à Tatio Rege ex uoto ædes dicatæ fuerunt, sic dicti quià nouissimè in deorum numerum sunt collocati.

Nox etiam ab antiquis culta fuit, ut Hesiod. & Statius Papinius lib. 2. Theb. testantur. Noctem ueteres mulieris forma effinxere, nigris expansis alis, quæ uolare uideretur. Manilius lib. 5. nostro uerò tempore stellatum Cælum obscuratum cum Luna effingunt, quæ noctis symbolum putatur. Pulchra est apud Pausan. In Eliacis descriptio Noctis, Mortis, & Somni, his uerbis: In altero uero areæ latere, quod est à læua, ordinem operis in orbem oculis persequenti, fœmina expressa est, puerum consopitum læua album sustinens, nigrum dextera; & hunc dormientis effigie, distortis vtrinque pedibus, indicant inscriptiones. quod facilè tamen, vt nihil scriptum sit, conijcere possis, eorum puerorum vnum Mortem esse, alterum Somnum: mulierem illam Noctem vtriusque nutricem.

Numeria dea, quæ numerare docere credebatur, vel ad numeros pertinere. D. August. auctore.

Nundia dea antiquorum, vt scribit Macrob. à nono nascentium die nuncupata, qui dies lustricus vocabatur, quo scilicet infantes lustrabantur, & nomen imponebatur: quod & Festus scribit, & Plutarch. in quæstionibus.

Nymphis quandoque vt Deis Templa condita sont; quarum plura sunt genera.

Occasionem latini deam fecere. Ausonius Gallus hoc epigrammate ipsam describit.

Cuius opus? Phidię, qui signum Pallados, eius
Quique Iouem fecit, tertia palma ego sum.
Sum Dea, quę rara, & paucis Occasio nota.
Quid rotulæ insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucris sum: Mercurius quæ
Fortunare solet, trado ego, cum volui.
Crine tegis faciem? Cognosci nolo Sed heus tu,
Occipiti calua es? Ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? Dicat tibi: Dic rogo quæ sis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea, quæ facti non factique exigo pœnas,
Nempè vt pœniteat: sic Metanæa vocor.
Tu modò dic, quid agat tecum? Si quando volaui,
Hæc manet: hanc retinent, quos ego prætery:
Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

Ochilubo est deus magnæ venerationis apud Indos orientales in 3.p.Nauig.pag.278.

Oceanus deus, & ipse maris, cœli, & terræ filius ab Hesiodo dictus.

Oden deus cultus apud Gothos, eo quòd sit auxiliator in bello Holaus lib.3.hist.c.3.

Ogoas nomen dei apud Caras, qui Milasan incolebant, in cuius dei templo fluctus, & procella apparebat, & per inde terrorem incutiebat. ex Pausan.

Ometochtli deus vini in Regno Mexic apud Indos in 3.p.hist. Indiæ occidental.c. 223.

O.bona dea erat, ne nos orbos faceret. Plinius, & Arnob.

Ossilago dea solidatrix ossium, vt ait Arnobius lib. 4.

Pales, teste Festo, & Seruio, dea Pastorum vel pabuli habebatur. Ouid. in Fastis, Virg. & Varro.

Palicus deus, qui deus esset, Macrobius ostendit in lib. 5.

Palmytius Ægyptiorum Deus, vt est apud Hesychium.

Pammyles deus apud Ægyptios. teste Hesychio Priapo similis.

Pan deus pastoralis teste Liulo. Hunc deum Arcades colebant, non tamquam syluarum Dominum; sed vniuersæ substantiæ materialis dominatorem, vt ait Macrobius.

Panda dea dicta, vt scribit Arnob. quod Romulus in iaculi missione cunctorum præstiterit viribus.

Panniculum rubeum adorant populi Aquilonares Olaus Magnus in hist. gentium lib. 3.c.2.

Partunda dea parientum, Lucinam alio loco leges.

Patalenam eam deam existimabant, quæ præesset segetibus, cum spicæ, & folliculi patescunt, vt scilicet spicæ exire possint. D. Augost. ex Varrone.

Pattaicos, siuè Pataecos deos Phœnices vocabant, quos in tritemium proris circumferre solebant Pygmæorum quadam, (vt ait Herodotus,) imagine.

Pauentinam deā antiqui constituerunt, vt auerteret ab infantibus pauorem. auctore D. Aug.

Pauor, & Pallor dei à Tullo Hostilio figurati, & culti, vt Lactantius scribit, & D.Aug. Pauorem quoque à Corinthijs cultum fuisse scribit Pausan. in Corinthiacis.

Paupertas, & Ars à Gadareis cultæ, teste Artiano. Quod videlicet Paupertas ad artes commisceri das industriam, & hominum ingenium acuat.

Pax fuit ab antiquis culta, & Plutarch. in Cimone scribit, Athenis Pacis aram dicatam fuisse. Romæ templum Pacis fuit magnificentissimum, vt referunt Iosephus, Pli. Sueton. & Dion. Effingebatur Pax cum spicis. Tibullus.

Intrea Pax alma veni, spicamq; teneto,
Profluat, & pomis candidus ante sinus.

Interdum etiam cum oliua, & nonnumquam cum lauro coronabatur, quin & cum rosa, vt in aliquibus veteribus nummis videtur.

Pecunia dea D. Aug. deæ Pecuniæ commendabantur, vt Pecuniosi essent.

Pellonia dea, vt scribit Arnobius, pellendorum hostium potens credebatur. D.Aug.in 4.

Penates dei à gentibus summa religione culti, Varro, Arnobius, & Dionys. Alicarn. quidam deos patrios esse existimarunt; alij dei, qui Domi coluntur.

Persicam, & Pertundam deas statuerunt Romani, vt Arnob. docet, & hanc quidem, quod in cubilibus præstò esset, dum virginalem scrobem efo derent mariti: illam quod voluptates perficeret inoffensa dulcedine.

Picus Saturni filius à Romulo inter deos connumeratus, vt D. Aug. docet in 4.

Pietas dea quidem & ipsa culta, qua & cæteros deos colebant antiqui: cuius sacellum ab Attilio dicatum, in quo mulier habitasse dicitur, ea, quæ vberibus patrem in carcere aluit. Festus, Val.Max. & Cic. 1. de nat. deorum.

Pilumnus deus à pilo, quod far sine pilo non conficiatur. D.Aug. & D.Cipryanus.

Pitho persuadendi dea ab antiquis Græciæ scriptoribus celebrata; latini quidam Suadam, & Suadelam: quidā & leporē dixere, vt auctor est Paus.

Pluto deus inferorum pluribus cognominibus nuncupatus; de eo plura scribuntur apud Cic. Varronem, Phurnutum, & alios.

Plutus deus Diuitiarum à gentibus cultus. Dionysio, Hesiodo, Pausan. & alijs testibus.

Pœna, & Beneficium duo numina deorum instituta à Democrito.

Pollux, & Castor Iouis filij Castores dicti; & græcè Dioscuri, sub diuersis nominibus ab antiquis culti fuere, vt Cic. Virg. Plutarch. & alij testantur.

Pomona dea, quæ pomis, & fructibus præerat, summa religione à gentibus culta, vt fructuum fęcunditatem afferret. D. August. & Ouid. Metamorphor.

Potniades deæ dictæ fuerunt furorem facientes.

tes. His deabus stato tempore, vt scribit Paus. & alij patrio ritu faciunt sacra, & intra eas ædes, quæ Megara vocant, lactantes sues mittunt: eas exacto anno, ijsdem ferè anniuersarijs diebus, apud Dodonam pascere aiunt. Seruius in Com. 3. Georg.

Populonia dea apud Senecam de superstitione, ne populationes fierent. D. Aug. lib. 7.

Portunus deus marinus, vt ait Seruius, qui portubus præest.

Potina dea, præses existimata potionibus infantium, vt notat ex Varrone D. Aug. in 4. de Ciuitate Dei.

Praxidicen Dæmonam appellabant gentes, vt Hesychius tradit, quæ non modo ijs, quæ dicuntur, sed & quę aguntur, finem imponat: & propterea capita habebat, & miracula. Suidas verò huius deæ solum caput consitui solitum tradit.

Prema dea mater, culta, vt subacta virgo, ne se commoueret, cum premitur. Lilius.

Preces deæ Iouis filiæ ab Homero lib. 9. Iliados his versibus expressæ.

Namq; Litæ, soboles magni Iouis, & pede claudo,
Rugosæ, obliquoq; oculo medeantur, vt illi;
Terga sequuntur Ates, celeri præuertitur omnes.
Illa gradu, & passim damnum mortalibus affert.
Hæ verò actutùm sarturæ damna sequuntur,
Conciliantque suis cultoribus optima semper
Commoda, at exercent iram genitoris in hostes.

Easdem, & Quintus Calaber in Paralipomenis commemorat. Sunt, qui ita interpretentur: deas quidem eas claudas, quod qui precentur genua flectant: item rugis obsitas, ad imbecillitatem designandam: ad hæc & strabis esse luminibus, quod conniuere videantur ad aliqua; sed postremò necessitate ad supplicationes deflecti: demum idem Poeta Preces, vt ait Phurnutus, deas quasdam, claudasque vocauit, quod tarde, & vix accedant ad eos supplicandos, quos ante iniuria affecerint. At vero rugosas, & strabis luminibus, quod grauiter, & ore parùm hilari intueri queant, quos offenderunt, & à quibus veniam deprecentur.

Prosa, vel Prorsa, & Postuerta deę fuerunt apud Romanos celebratę quibus & arę, & sacra fuerūt constituta, ob scilicet pariendi discrimina. Prosa enim præesse illis existimabatur, quæ rectum, ac legitimum partū ederent. Postuerta verò ab ægris, & infirmis, & cum præposterè partus edebantur; Cœlius, & Macrob.

Proserpina dea, quam Varro Lunam esse voluit: D. tamen Aug. ait Proserpinam deam existimatam frumentis germinantibus.

Protheus deus marinus, hic sese ī varias figuras mutare solitus erat, vt legitur apud Herodotum, Diod. & alios.

Prouidentiam, quam Stoici anum fatidicam faciebant, dea putabatur, vt Cic. de nat. Deorum meminit, & Martianus. Hæc mundum, & mundi partes administrare tradebatur, vt optima & frugi materfamilias.

Pulex adoratur apud Indos in Regno Mexic, habetur tertia p. hist. Ind. cap. 225.

Pudicitia dea culta est ab antiquis, cuius Romę ædes fuit in foro Boario, & hæc quidem Patricia vocata: altera fuit Plebeia, cuius ædicula in vico longo à Virginea posita, vt testatur Liuius, Val. Max. Festus, & Propertius.

Pudor ab Atheniensibus cultus Xenophon in Symposio, & Pausan. effingitur à Græcis muliebri forma, & à latinis puerili.

Puri dei colebantur ab Arcadibus, quorum templum erat in colle Pallantio, ad quorum numen iusiurandum Arcades habere solebant.

Quies dea colebatur à Romanis. teste D. Aug. in 4. de Ciuit. Dei, & T. Liuio in 4.

Quecadquaal deus Ciuit. Chuenilæ in Regno Mexico vol. 3. Nauig. pag. 307.

Quirinus Romulus Deus Peculiaris Romanorum, vndè Romani ipsi Quirites appellati. Ouid. & Festus.

Reges adorantur vt dij in extrema parte Aphricę versus occidentem, habetur. 1. vol. Nauig. pag. 115. litera D.

Rediculus deus à Romanis cultus, cui extra portam Capenam fanum construxare, Festus,

Rhea, quæ ops latinè vocatur, & Cibele, & Deum mater, & vt Strabo colligit, dea Phrigia, magna mater, Vesta, Idea, Dindymene, Pylena, Pesinuntia, alijsque nominibus, quæ longum esset referre. Rheæ tympana, & Cymbala adhibita fuerunt, item faces & lampades propter tonitrua, & fulgura, quæ pluuijs præuia esse solent; ipsa enim Rhea pluuiarum caussam tradit. Huic etiam deæ cor sacrificabant, significantes hanc caussam esse viuificę generationis. De ipsa D. Au. & alij scriptores plura loquuntur.

Res, quam primò obuiant de mane, adorant Indi occidentales vt in 1. vol. Nauigat. pag. 366. litera. B.

Risus simulacrum, vt dei, Lycurgum apud Lacedæmonios erexisse, testis est Plutarch. putabat enim ille, Risum laboris, & modesti victus esse condimentum.

Rostarus deus apud Gothos immanissimus habitus Holand. hist. lib. 3. c. 4.

Rubigus deus, huic deo res diuina fiebat, ne rubigo occuparet segetes. Varro, D. Aug. Plinius, & Festus.

Ranæ adorantur apud Indos vt dij Piscium 3. p. hist. Ind. c. 223.

Rumina, vel Rumia dea, quę mamma paruulo, vt ait D. Aug. immulgere dicebatur, quia rumam dixere veteres mammam. Plinius, Festus, & Varro de re rust. 2.

Runcina dea tunc placabatur, cum frumenta runcanda essent, i. a terra auferenda. D. Aug. & Varro de lingua lat.

Rusina dea fuit, cui rura committebant antiqui, vt ait D. Aug. quidam hanc Rurinam potius vocarunt.

Salacia Neptuni vxor dea aquæ. D. Aug. Festus, & alij.

Salus à Romanis dea, vt à Græcis Hygeia culta fuit.

ta fuit. Macrobius,& Liuius in 9. ab vrbe condita.

Salus verò effingebatur ab antiquis, mulieris forma, in solio sedentis, pateram tenentis, penès quam ara erat: aræ anguis inuolutus caput attollens. Porro & Salutis augurium apud Romanos celebrabatur, qood intermissum, Augustum renouasse legitur. De hoc Salutis augurio Cicero, Sueton. Cornel. Tacit. Festus,& Dion. lib. hist. 38. & Liuius scribunt.

Sangus Sabinorum deus. Dion. Alicarn. lib. 2. Xanthum nominat D. Aug.

Saron fuit deus Marinus, qui nauticæ arti præesse existimabatur, à quo datum est mari nomen, vt Strabo refert.

Saturnum Cœli filium à gentibus cultum. D. August. D. Cyprianus, Cic. & alij scriptores referunt. Fulgentius autem; Saturnus inquit Pollucis filius dicitur, Opis maritus, senior, velato capite, falcem gerens, cuius virilia abscissa, & in mare proiecta Venerem genuere. Huic Deo insitiones surculorum, pomorumque educationes, & omnium eiusmodi fertilium rerum tribuebant disciplinas. Et Cyrenenses cum rem diuinam ei faciebant, ficis recentibus se coronabant, placentasque mutuò missitabant. Saxones sic Saturnum effingebant. Senem in pisce stantem, qui rotam, vrnamque tenebat. Martianus verò sic eum describit. Sator scilicet Saturnus, gressibus tardus, ac remorator incedit, glaucoque amictu tectus caput, prætendebat dextera flammiuomum quendam draconem caudæ suæ vltima deuorantem, quem credebant anni numerum nomine perdocere: ipsius autem canicies pruinosis niuibus candicabat; licèt etiam ille puer posse fieri credebatur.

Securi dei dicti sunt, qui securitatem afferre dicerentur.

Seia dea fuit, vt ex Varrone tradit D. Aug. præposita quamdiù segetes sub terra essent: cum vero iam essent supra terram, & segetem facerent deam Segetiam vocabant.

Selectos deos vocabant Romani præcipuos, & summates, qui habebant ampliorem potestatem, & celebriores, ac in maiori habebantur cultu, & veneratione. A D. Aug. ex Varrone viginti numerantur, duodecim videlicet mares, & octo fœminę Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater. Tellus, Ceres, Iuno, Luna, Diana, Minerua, Venus, Vesta.

Semidei animas cęlestes credebantur gerere, sacrasque mentes, atque sub humana effigie in totius mundi commoda procreatos antiquitas existimauit. teste Labeone apud D. Aug.

Semones Deos dici voluerunt antiqui, vt scribit Fulgentius ad Calcidium, quos nec cœlo dignos putabant, ob meriti paupertatem; sicut Hippona, Vertumnus, & Priapus, nec terrenos eos reputare volebant propter gratiæ venerationem.

Sentia dea existimata, quæ sententias inspirare dicebatur. D. Aug.

Serpentes reputantur ab Indis, quòd habeant spiritus Dei in 1. vol. Nauig. pag. 162. litera. E.& vol. 3. pag. 307. vbi adorantur.

Sentinus deus, qui sensus à puerperio largiri credebatur. D. Aug. lib. 7.

Sol adoratur vt deus ab Indis orientalibus vt in hist. orient. lib. 1. cap. 14. in fine vide supra ver. Apollo.

Somnus deus existimatus ab antiquis noctis filius, & mortis frater dicebatur; à Spartianis, vt tradit Pausa. cultus fuit. Describitur sic Somnus à Philostrato; Facie, inquit, resoluta esse videbatur, candidam vestem habebat supra nigram, quasi diem, & noctem indicaret; Cornu in manu tenere videbatur, cum vera somnia immittit.

Sogomambar Can primus deus Idolorũ apud Regnum, quod vulgo dicitur del Gran Can, habetur 2. vol. Nauig. pag. 20. cap. 2.

Spes etiam vt dea à Romanis est culta. Liuius in 1. & 4. tertia dec. Origenes lib. 4. aduersus Cels. & Cic. Spei effigies in Adriani Imp. aureo nūmismate sic apparebat. Fœmina fuit stans insturę laciniam sinistra manu nonnihil attollens, dextera in cubitum elata pateram proferebat, in qua repositum inerat velut ciborium. i. vas in floris similitudine, cum hac inscriptione SPES P. R. Quidã etiam spem deam viridi indutam palla effinxerunt. & sedentem supra dolium cum cornice: quidam etiam cum Nemesi.

Stata mater, cuius simulacrum in foro colebatur. Festus.

Statilinus, seu Stabilinus,& Statanus Dei præsides, & assistentes pueris, vt Lactantius ait. Alij educationi adscribunt, eo videlicet tempore cum standi, & consistẽdi potestatem habere incipiunt. Varro lib. 1. de pueris educandis.

Strenua dea, quæ & Strenia dici videtur. D. Aug. à strenuè faciendo denominaram dixit.

Syluę adotatę à Lituanis refert Olaus Magn. lib. 3. cap. 1. hist. gentium

Subigus deus pater vocatus, qui adhibebatur, vt virgo à viro subigeretur.

Sydera adorantur pro dijs paruulis: dij autem maiores habentur Sol, & Luna ita in 1. vol. Nauig. pag. 351. habetur apud Indos.

Taciia, & Angenoria deæ silentij, vt Macrob. in Satur. & Plinius in 3 testantur.

Tages deus habitus apud Etruscos, Aruspicinæ inuentor, vt Lucanus, & Val. Max. ac Cic. in lib. de Diuin. ostendunt.

Tambarane deus Indorum occidentalium in Regno Calicut factus ad Imaginem Bouis, aut vituli habetur in 1. vol. Nauigat. pag. 140. literá. F.

Tanais dea colebatur ab Armenijs. Strabo libro 11.

Tambarme deus est lapis ooo similis, quæ geritur ad Collum, adoratur in Regno Narsinga apud Indos vol. 1. Nauig. pag. 302.

Taraxippus deus cultus ab Eleis, cuius ara erat in stadiodromo, & quem aurigæ colebant: eius nomen esse putabant, ne turbaret equos currentes. Pausanias in Eliacis.

Termi-

Terminus deus, cui à Numa Pompilio Rom. Rege ſecundo, ſacellum in colle Tarpeio erectum fuit, eidemq; nullum animatum ſacrificabatur, ſed liba tantùm, pultes, & frugum primitiæ, D. Aug. & Dionyſ. Alicarn. lib. 3.

Tenes deus Tenediorum Cic. teſte.

Terram, Tellurem, & Tellumonem, terræ deos conſecrauere Romani, & Græci: D. Aug. lib. 7. & Varro.

Thalaſſus deus nuptiarum à Romanis habitus, ſicut à Græcis Hymenæus. D. Auguſt. & Plutarch.

Theagenes athleta à Thaſijs pro deo cultus fuit. Plutarch. Euſebio, & Pauſan. teſtibus.

Theleſphorus quoq; vt deus à Pergamenis colebatur, auctore Pauſan.

Tezcatleuca deus prouidentiæ apud Indos 3. p. hiſt. Ind. c. 79.

Themis dea, quam antiqui putabant eam eſſe, quæ hominibus præciperet id petere, quod fas eſſet. teſte Feſto.

Thor deus cultus à Gothis; ponunt eum dominum Cœli, & aeris facientem pluere, & reddentem fructus terræ Holaus lib. 3. hiſt. c. 3.

Tinea adoratur apud Indos in Regno Mexico, vt habetur 3. p. hiſt. Ind. c. 223. vt cuſtodiantur eorum panni.

Timorem Lacedæmonij coluere, vt ait Plutarch. in Cleom. Pingebatur cum capite Leonino, vt in ſcuto Agamemnonis, Pauſan. ſcribit. Legitur apud Lacedæmonios, Ephoros Timoris ſacellum conſtruxiſſe propè triliniium, quo ipſi tribunal habebant, vt eſſent cæteris maiori formidini.

Tomittul, lampades, ſagittæ adorantur pro dijs apud Indos hiſt. Ind. 3. p. cap. 223.

Triton deus Marinus Neptuni filius, vt canit Heſiod.

Tutallina dea celebrata à D. Aug. & Varrone ad tutandas, & cuſtodiendas ſegetes collectas.

Vaccæ deæ habitæ apud Indos orientales in Regno Calicut. lib. 1. hiſt. orient. c. 14. in fine.

Vagitanus deus, qui infantum vagitibus præeſſe credebatur, vt ex Varrone D. Aug.

Vagnoſtus deus apud Gothos habitus fuit factor Belli Holaus hiſt. lib. 3. c. 4.

Venus dea generationis, & voluptatis, ac formæ credita ab antiquis, & ſub varijs cognominibus culta, prout Varro, Cic. Macrob. Heſiod. & alij teſtantur. Veneris ſimulacra varijs, diuerſiſque modis effingebantur: nunc puellam in concha è mari exeuntem: nunc vt mulierem manu concham tenentem, roſis, floribuſque coronatam: curru etiam vectam aliquando columbis, interdum cygnis tracto: quandoque cum argenteo ſpeculo, & cum ſandalijs inauratis cum aureis fibulis, & multis alijs modis breuitatis cauſa omiſſis.

Veritas dea exiſtimata à gentibus, temporis filia, & virtutis mater dicta, prout dicit Plutarch. in quæſt. fingebatur, vt Philoſtratus in Amphiarao ſcribit, Virgo niueis induta veſtibus. Hipocrates verò in quadam ad Philopœmenem epiſtola hoc modo deſcribit: Mulierem pulchram, magnam, ſimpliciter ornatam, illuſtrem, ac ſplendidam, cuius oculorum orbes puro lumine nitebant, vt aſtrorum, ac ſtellarum fulgorem imitari viderentur.

Vertanus deus, etiam Ianus dictus eſt, Varrone Ouid. & Donato teſtibus.

Veſpertiliones adorantur vt dij apud Indos in Regno Mexico hiſt. Ind. p. 3. cap. 223.

Veſta dea ab antiquis fuit multa veneratione culta, nunc eam ignem, nunc terram exiſtimantibus, vt docet D. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei.

Pingebatur Veſta mulieris forma ſedentis, & geſtantis tympanum, quòd terra ventos intra ſe contineat.

Veſtibulares ſeu Præſtructores dei colebantur ab antiquis, in præſtructionibus ædificiorum vt apud Pauſaniam in Attic.

Victoria pro dea à latinis, & Græcis culta fuit. Liuius, Cic. Dionyſ. Alicarn. & alij. Ab antiquis effingebatur, vt in nummis antiquis, & marmoribus cernebatur, alata, volans, coronam, vel palmam proferens.

Victolopuchtli deus belli apud Indos 3. p. hiſt. Ind. c. 79. deus belli habetur.

Virginenſis dea adhibebatur in nuptijs à Romanis, quæ virgini Zonam ſolueret, vt Græcis Lyſizona Diana. D. Aug. in 6. de Ciuit. Dei.

Vetula Aurea adorabatur à Lituanis, & à Moſcouitis, vt refert Olaus lib. 3. c. 1. hiſt gent.

Viriplaca dea culta à Romanis, quæ nomen à placandis viris aſſecuta fertur. Nam vt Val. Max. lib. 2. ſcribit: Quoties inter virum, & vxorem iurgia intercesserant, in ſacellum deę Viriplacę veniebant: qui ibi inuicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita, concordes reuertebantur.

Virtus dea à Romanis culta. D. Auguſt. Liuius, Val. Max. Plutarch. & Lactantius auctores. Virtus varijs imaginibus ab antiquis deſcribebatur; nunc enim matronali habitu honeſto, inaffectatoque; nunc quadrato ſaxo inſiſtentem. In M. Val. Acilij Triumuiri peruetuſto numiſmate hac forma apparebat: Mulier erat columnæ læuo innixa cubito, dextra ſerpentem tenebat. In altero quidem Gordiani Imper. maſcula fingebatur hoc pacto, Imago erat ſenis barbati ſtantis, nudi, clauæ innitentis, cum Leonis pelle brachia aduoluta cum hac inſcriptione.

VIRTVTI AVGVSTI.

Vitunnus Deus, qui vitam à puerperio largiri credebatur D. Aug. lib. 7.

Volumnus deus, & Volumna dea, dei nuptiales, vt bene coniungerentur. D. Aug. teſte.

Volupia dea exiſtimata, quæ à voluptate, vt D. Aug. ait appellata eſt. De eadem Varro, & Macrobius ſcripſere.

Voltumna dea Etruſcorum, ad cuius fanum frequens Etruſcorum concilium aliquando factum legitur apud Liuium.

Volutina Dea, folliculorum inuolucris, & inuolumentis ſegetum præpoſita D. Aug.

Vulcanum deum existimatum à gentibus, & cultum testantur Varro, Cic. Seruius, & alij.

Zamolxis deus cultus à Getis, quibus & leges tulit, vt in 4. Herodotus prodit. Possent plures alij dij hic referri, quos breuitatis gratia omitto: nam Mexicę perhibēt fuisse bis mille deos, qui vt pluri mū ex ligno, saxis, aut luto formabātur; quorū alij erant solidi, alij concaui. In concauis latebant sacerdotes: oracula reddentes, plebem, & populum decipientes; de quibus mentionem facit F. Didacus Valades ordinis minorum de obseruantia, in sua Rhethorica Christiana p. 4. cap. 7. Ex quibus satis patet Deum verum esse trinum, & vnum, alios verò falsos, vt dixi supra tit. de Deo.

DE SACRIFICIIS IDOLATRARVM.



DICTVM est supra de Idolis & falsis dijs gentium; sequitur modo videre, vt integra huius rei cognitio habeatur, de sacrificijs, quæ ipsis offerebantur: & antequam specialiter de his agamus; notandum est primò, quod offerre sacrificium est de iure naturæ; quia in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, semper fuit aliqua sacrificiorum oblatio: quod autem est apud omnes, videtur naturale esse: Adam autem & alij iusti Deo sacrificium obtulerunt, secundū sui temporis congruentiam Greg. lib. 4. Mor. c. 2. licèt de omnibus scriptura nō faciat mentionē: naturalis enim ratio dictat homini, quòd alicui superiori subdatur propter defectus, quos in se ipso sentit: in quibus ab aliquo superiori eget adiuuari, & dirigi: & quicquid illud sit, hoc est quod apud omnes dicitur Deus: sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora superioribus subduntur; ità etiam naturalis ratio dictat homini secundum naturalem inclinationem, vt ei quod est supra hominem, subiectionem, & honorem exhibeat secundum suum modum: Est autem modus conueniens homini, vt sensibilibus signis vtatur ad aliqua exprimenda; quia ex sensibilibus cognitionem accepit. Et ideo ex naturali ratione procedit, quod homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur, offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis, & honoris, secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionē dominij. Hoc autem pertinet ad rationem sacrificij, cuius determinatio est ex institutione humana vel diuina, & in hoc differunt; quia ex institutione humana alteri quàm Deo soli offertur sacrificium: ex institutione autem diuina, cum solus Deus sit animarum nostrarum creator, ac beatificator, ei soli sacrificiorum honor exhibendus est Exod. 22. Qui immolat dijs occidetur, præterquam Domino soli, Nam oblatio sacrificij fit ad aliquid significandum; significat autem sacrificium, quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium, quo anima se ipsam offert Deo Psal. 50. Sacrificium; Deo spiritus contribulatus: exteriores enim actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatitudinis: at solus Deus est creator animarum nostrarum, in quo solo animæ nostræ beatitudo consistit: vndè sicuti ei soli debemus sacrificium spirituale offerre; ita etiam soli ei debemus sacrificia offerre exteriora, sicuti etiam orantes, atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde, quas significamus, offerimus, Aug. lib. 10. c. 19. de Ciuit. Dei. Hoc etiam videmus in omni Rep. obseruari, quod summum rectorem aliquo signo singulari honorant, quod cuicumque alteri deferretur, esset crimen læsæ maiestatis: & ideo in lege diuina statuitur pœna mortis ijs, qui diuinum honorem alijs exhibent. Exod. 22. & licèt aliquibus nomen diuinitatis sit exhibitum; non tamen fuit per æqualitatem, sed per participationem: ideo eis æqualis honor non debetur; & quamuis templa, & altaria sanctis instituantur, in quibus sacrificia fiunt: non tamen ipsi; sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde sacerdos non dicit offero tibi sacrificium Petre, vel Paule; sed Deo de illorum victorijs gratias agimus, & nos ad imitationem ipsorum exhortamur: nec obst. quod Principibus mundi offerantur munera longè pretiosiora, quàm sit oblatio alicuius animalis; ergò multo magis Angelis, & Sanctis potest sacrificium offerri; nam Resp. quod in oblatione sacrificij non pensatur pretium occisi pecoris: sed significatio, qua hoc fit in honorem Summi Rectoris totius vniuersi: Vndè Aug. lib. 10. c. 19. de Ciuit. Dei Dæmones non cadauerinis nidoribus: sed diuinis honoribus gaudent: soli Deo igitur sacrificium est offerendum: ad quod omnes tenemur, cū sit de lege naturę; quod cum sit duplex, vnum principale scilicet interius, & ad hoc omnes tenentur: omnes enim tenētur Deo deuotam mentem offerre: aliud est exterius, quod propriè sumptum offertur à Sacerdotibus tantùm, qui non solum pro se, sed etiam pro alijs offerunt: quæ oblatio dicitur specialis actus virtutis, cum in lege de his sacrificijs specialia præcepta tradantur: quando enim actus vnius virtutis ordinatur ad finem alterius virtutis, participat quodammodo speciem eius: sacrificium autem ex hoc quod in diuinam reuerentiam fit, pertinet ad religionem, & per consequens est specialis actus virtutis S. Thom. 2. 2. q. 85. Artic. 1. 2. 3. & 4. cum Resp. ad Argum. His ita suppositis, quia templa Deorum (vt ita dicam) diuectoria dicta sunt: quidam dixerunt Ianum Patrem primum in Italia templa struxisse; alij Faunum: alij Iouem apud Cretenses primum templa dicasse feruntur, atq; ob id inter Deos primum ipsum locum fuisse sortitum: Phœnices Vlonem quempiam primum simulacra igni, & vento statuisse, & templa posuisse prædicant: Phoroneum alij, aut Metropem, vel Æacum Iouis filiū tradunt: alij Cecropem primum in Attica: alij Phryges, qui deæ Phrygiæ templa dicarint. Templi autem partes quatuor dicebantur, sinistra ab oriente, dextera ab occidente, Arctica ad meridem, postica ad Septentrio-

pentrionem: dicũtur autem templa esse diuersi generis: nam quædam dicuntur Tesca, eo quòd mysteria ibi fiant, aut tueantur: aliqua templa fana dicta sunt, eo quòd Pontifices in sacrando fati sunt Fanum: hinc prophanum est, quòd ante fanum idest, coniunctum fano, hinc prophanatum, quod in sacrario pollutũ est. Asylum etiam templi quoddam genus fuit, ex quo nullus posset extrahi. Hoc autem non fuit in omnibus templis: nisi quibus cõsecrationis lege concessum esset. Est & delubrũ in quo præter ædem sit area assumpta Deũm causa. Bidental quoque dicebãt antiqui quoddam templũ, quòd in eo bidentibus hostijs sacrificaretur: propè quæ templa erant Fauissæ, locus scilicet, in quo erat aqua, seu cellis, cisternisque similis: vbi reponi erãt solita ea, quæ in templo vetustate erant facta inutilia: erat præterea sacrarium propriè locus in templo, in quo sacra reponebantur: sicuti Donarium vbi oblata recipiebantur: erant præterea Deis superis, & inferis aræ consecratæ, dictæ vel ab ardore, eo quia incẽsæ uictimæ ibi ardebãt. Has.n. ad normã quadratas fuisse accepimus, aliquãdo rotũdas; super quas sacra factum cespitem ex gramine, siuè verbenas apponere soliti fuerant. verbenæ enim in omnib. ferè sacris faustæ habitæ: has ex sacro loco decerpere oportebat. Ipsas enim aras; quoniam & hæ peculiares Deis fuere, vt etiam victimæ, suorũ numinum frondibus ornare par fuit, vt Ioui æsculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri myrto, Herculi populo, Bacco hedera, pampinis, & ramis ficulneis, Pani pino cupresso Syluano & Diti, vel siquæ aliæ alijs Deis conueniebant: Thraces in sacris hedera coronabantur: Capadoces ambrosia: Druidæ Gallorum nullum sacrum sine roboris, vel quercus fronde, & viscò conficebant: Ægyptij Papyri flore Deos coronarunt: apud Persas non solũ qui sacrificabat: sed & hostia, & qui sacris intererant festa ornabantur fronde. Statuas autem, vel simulacra qui primò statuerit varie discutitur: quidam enim Telchines apud Rhodum Deorum statuas primum fecisse volunt: quidam Hetruscos, alij Cadmum Agenoris filium apud Græcos: sunt qui Armodij, & Aristogitonis primas statuas positas prodant: alii Ægyptios tradunt, quas statuas, simulacra, & signa faciebant ex diuersa materia; videlicet cæra, tale, vitro, marmore, creta, argilla, auro, argento, ere, ferro, chalybe, plumbo, stãno, gemmis, lapillis, ligno, nẽpe cupressi, ebeni, cedri, quercus, radicis oliuæ, & aliorum: & de templis, aris, & statuis satis sit dictum; Hoc vnum superest dicere templorum formas varias fuisse apud antiquos; nã Solis templum erat rotundum: Iouis tecto coopertum; Vestæ rotundum ad similitudinem pilæ, Cælitibus, & Superis aliis à terra extare volebant, Inferis Deis sub terra, terrestribus media ponebant sæpius, Vitruuius li. 1. 3. & 4. dicit. Mineruæ, Marti, & Herculi ædes Doricæ fient. his enim Deis propter virtutem sine deliciis ædificia constitui decet: Veneri, Floræ, Proserpinæ, Fontium Nymphis Corinthio genere constitutæ, aptas videbantur habere proprietates, quòd his Deis propter teneritatem graciliora, & florida, folusque, & volutis ornata opera facta, augere videbuntur iustum decorem. Iunoni, Dianæ, Libero, cæterisque Deis, qui eadẽ sunt similitudine; si ædes Ionicæ constituentur, habita erit ratio mediocritatis, quòd à seuero more Doricorum, & à teneritate Corinthiorum temperabitur earum proprietatis institutio; præterea in construendis templis habebatur ratio loci: nam Mercurij in foro; Appollinis, Patrisque Liberi secundum theatrum; Herculis in ciuitatibus, vbi non sunt gymnasia, neq; amphyteatra ad circum, Martis extra vrbem; Veneris ad Portam, Vulcani, è mænibus regionibus collocabatur, Martis extra mœnia: eodem pacto Bellonæ & Cæteris templa extra vrbem collocata fuere; porrò vt plurimum templa ad Orientem Solem construere, quæ templa dicta sunt à contemplatu, seu à tuendo: Templum autem tribus modis dicitur, à natura in cœlo, ab auspicijs in terra, à similitudine sub terra; in cœlo vt contremuit templum magni Iouis Altisonantis; item magna templa celitum in terra, vt Scrupea saxa; Bacchi templa sub terra, vt Acherusia templa alta Orci saluete. De templis satis iam dictum sit; Videamus modo de Sacerdotibus, & sacrificijs, Christianorum, & Hebræorum nomina missa facientes, ne hoc in loco misceamus sacra profanis, Plato in Dialogo de Regno, Sacerdotum inquit genus esse, vt intelligat, doceatq; quò pacto donaria Deis, & sacra sint offerenda; item qua ratione vouendum sit, quidve boni sit à Deo petendum: quorum primum locum obtinebant apud Romanos Pontifices, qui creduntur primum è patricijs à Numa Pompilio secundo Rege constituti; & quatuor ab initio creati, quibus subiectus erat Rex sacrorum, cuius vxor Regina sacrorum appellabatur; erant etiam Flamines à Romulo primum instituti, qui etiam subditi erant Pontifici Max. erant tamen omnium rerũ sacrarum ministri: erant etiam Romę Pinarij, & Potitij Herculis Sacerdotes; Potitij enim priuiò matutino sacrificio intererant; Pinarij postea extis iam redditis aduenerant; erant præterea Aruales fratres; erant & Augures summo in honore; Salij quoque; Fæciales, duumuiri sacrorũ; Epulones; Titij sodales; Curiones dicti à Curijs, qui faciunt, vt in his sacra fiant; Cupentus quoque porrò lingua Sabinorum sacerdos vocabatur; erant etiam Ignifert Sacerdotes, qui ante alios ignem in sacrificijs inferebant: Sacerdotes vestales, & Pastofori quoque Sacerdotes fuere apud Ægyptios, & Græcos, quorum omnium officia describuntur à Giraldo in libr. de Dijs gentium, Syntagma 17. per totum. Nunc de sacrificijs agam. Sacrificium erat quodcumque erga deos officium, quod ritè rei diuinæ faciendæ causa impendebatur: vnde sacrificare est munera Deis offerre: quod erat duplex, aliud publicum: alterum priuatum: publicũ pro populo fiebat, quod & popularia sacra dicta sunt; Priuatum quod pro singulis hominibus & familijs agebatur. fuerunt etiam sacra, quæ peregrina dicebantur; alia erant solemnia, quæ singulis annis præstari erant solita, quę & anniuersaria dicebantur, quę annua sacra dicta sunt; Athysia sunt sacrificia, quę sine fumo fiunt, exigua, qualia

sunt inopum, quibus non esset victimarum copia; item erant Hostiæ apud veteres, quæ dicebantur sacrificia, quæ fiebant antequam ad hostem pergerent. Victimæ verò sacrificia, quæ post victoriam de victis hostibus immolabantur; erant & Præcidaneæ hostiæ, quæ ante solemnia sacrificia pridiè mactabantur; Succidaneæ verò sic dictæ, si primis hostijs litatum non erat, aliæ post easdem deductæ hostiæ cędebantur; Eximiæ hostiæ erant, quæ ad sacrificium destinatæ eximebantur è grege, vel quòd eximia specie, quasi offerendæ numinibus eligerentur; Aruga hostia erat ab ara sic dicta, in qua inciudebatur; Caudates hostiæ dicebantur.i.pars hostiæ, quòd cauda tenus duceretur, & ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno: Prodigiæ hostiæ dicebantur, quæ cósumebantur, vndè & prodigi dicti sunt; Bidentes hostiæ, quasi biennes, quia neque minores, neque maiores licebat hostias dare. Istarum hostiarum duo sunt genera (vt refert Trebatius libr. 1. de Religionibus) alterum, in quo voluntas Dei per exta disquirebatur: alterum, quo sola anima Deo sacrabatur: vndè & animales hostias vocabant. Erant quoque plura sacrificia, quorum primum Ambutbium dicitur: quod fiebat quoties ciuitas lustrabatur; fuerunt & non alia sacra, quę nonis celebrabantur. Solitauti lia sacra fuere, quę singulo perfecto lustro per censores celebrari mos fuit ad lustrandam Vrbem, sue, oue, & tauro; aut verre, ariete, & tauro, qui circa Vrbem ducebantus. Ambaruale sacrum ad Arua, & segetes lustrandas, multa prece, & cęremonia celebrabatur; vndè Ambarualis hostia rei diuinę causa circum arua ducebatur ab his, qui pro frugibus faciunt. Lustralia sacra appellabātur, quæ quinto quoque anno.i. lustro peragebantur, aliquando tamen lustralia, pinguia significas. Erant quoque apud antiquos nonnullos festis dies; vndè Palilia siuè Parilia, Palis deis solemnitas, dies Vrbis Romę natalis fuit 12. Cal. Maij; Matralia Iunio mense peragebantur: Megalesia nonis Aprilis; Opalia mẽse Decembris; Fornacalia 12. Cal. Martij; Terminalia mense Februarij; Cōsualia 17. Cal. Septembris; Vulcanalia mẽse Sextili; Vortumnalia mense Octobris; Laurentinalia 10. Cal. Ian. Faunalia Non. Decembris, cum pluribus alijs; quorum ritus quàm fuerit superstitiosus & vanus, nihil est quod in prę sentia dicam; quia satis superque per se ipsum ostenditur, & hęc quo ad sacrificia antiqua; Sequitur modo videre quibus sacrificijs vsi sint atq; in presentia vtantur homines, qui adhuc veram Christi fidem non sunt professi: Legitur in primo Vol. Nauigationum pag. 150. capit. 14. 16. quòd Mauri in porta Lamech sacrificans Abraham, & Isaac, occidentes ad orientem plures verueces, quos assabant, & eos manducabant, similiter in eodem 1. vol. Nauigat. pag. 314. l. F. Rex prouincię, Qui lacare se ipsum sacrificat Idolo, sibi mortem inferens sacrificando; & hoc semper trāsacto tempore duodecim Annorum Regni sui.

Item pag. 343. l. F. in prouincia Bisnagar certo die in anno portant in medio duorum curruum, Idolum per ciuitatem cantātes plures laudes, plu-resque pro sacrificio se ipsos interficiunt.

Item pag. 163. cap. 21. legitur quòd in Regno Calicut adoratur Diabolus, eique sacrificium offertur.

In secundo Volumine Nauigationum pag. 14. cap. 36. legitur quòd in prouincia, quę dicitur Tanguth, in natiuitate alicuius filij masculi ipsorum offerunt filium illorum Idolo, ad cuius honorem domi singulis annis nutriunt arietem, quem sacrificant Idolo, postea magno gaudio conuocatis cognatis, & amicis eum sic assatum comedunt.

Item pag. 17. cap. 55. legitur quòd quidam populi dicti Bachsi in Regno Regis vulgo nuncupati il Gran Can: sacrificant plures verueces habentes capita nigra cum thure, & ligno aloe.

In tertio volumine Nauigationum cap. 12. pag. 186. Indi in populo dicto di Lazero, antequam accedant ad bellandum, imposito lumine super petram prolatis quibusdam verbis sacrificant suis Idolis.

Item pag. 188. cap. 15. in Insula sacrificiorum, Indi sacrificant Idolis corda hominum, eodem modo sacrificant in Regno Temistitam, vt in eodem vol. 3. Nauigationum pag. 273.

In eodem volumine 3. Nauigat. pag. 384. habetur, quòd in Regno nuncupato Perù sacrificant Idolis, quandoque proprios filios lauantes vultum Idoli sanguine filiorum suorum. & pag. 340. habetur, quòd sacrificant inimicos captos in bello occidentes eos offerunt Idolis. Item pag. 52. Indi Diabolo sacrificant.

In lib. 3. Historiæ gentium & naturæ cap. 7. sacrificabant Gothi Deis nouem species animalium, quibus addebant quandoque corpora hominum.

Possent præterea plura alia sacrificia pluresque ritus gentium hic apponi; sed breuitatis causa omitto: de his videre poteris per te, in literis scriptis ex partibus Indiæ Orbis noui nuncupati, à Reuerendis patribus societatis Iesu, moribus, & doctrina clarissimis.

EPILOGVS TOTIVS OPERIS.



DICENDVM igitur videtur, vt breuis eliciatur conclusio ex supra dictis, in tota presenti Summa, quòd omnis religio proficiscitur vel à naturali lumine, vel supernaturali, vel ab vtroq;. Religio, quæ solo lumine naturali continetur, aut à veris principijs humanæ rationis prouenit, aut à falsis originem habet. prima dicitur traditio Philosophorum; altera distinguitur, quia aut pendet à falsis tantummodo rerum naturalium principijs, vel à falsis habetur Dæmonum principijs. atte inuentis. prima dicitur Astrologorum superstitio, & ostentantium diuinandi peritia: altera dicitur Idolatria. Si autem à lumine supernaturali religio sit accepta, nulla alia, quę lumen naturale trāscendat,

præter veteris & noui testamenti legem inuenitur, & tunc aut solum vetus testamentum probatur: aut nouum peruertitur, & deprauatur, aut vtrumque confunditur. prima dicitur religio Iudæorum, altera Hæreticorum: tertia Mahumetanorum; aut nulla istorum suscipitur, & talis dicitur secta Atheistarum: de singulis modo breuiter dicemus, easq; pro viribus omnes confutabimus; deinde demonstrabimus religioné Catholicá, quá profitemur verissimam, eamq; amplectendam esse.

Primo dicemus de sectis Philosophorum
Secundo de Astrologis, & Diuinatoribus
Tertio de Idolatris
Quarto de Iudæis
Quinto de Hæreticis
Sextu de Mahumetanis
Septimo de Atheis

Philosophorum Religio vana.

QVod igitur pertinet ad primum, dicendum est, Philosophorum traditionem ad salutem non sufficere; quia solo naturalis rationis lumine ducti, quicquid de religione dixere, vel imperfectum, vel incertum, vel erratum est: nam cum finis hominis in visione Dei consistat; quòd quidem ipsum naturalis ratio non potest inuenire, quádoquidem ipsius cognitio per sensibilia haberi nequeat: præterea cum male intellexerint de ultimo fine hominis, de creatione mundi, de immortalitate animæ, debitum quoq; Deo honorem exteriuremq; cultum nescierunt.

Nos verò dicemus vltimum finem hominis non esse in hac præsenti vita; quia finis hominis est beatitudo, quæ cum sit summum bonum, non admittit secum aliquid mali; cumque sit per se sufficiens bonũ, oportet illa acquisita nihil amplius homini deesse. Sed quis in hac vita inueniri potest? qui ita sibi sufficiat, vt re nulla indigeat, & ab omni infortunio maloq; sit illæsus, ac tutus: cum humana natura sit multipliciter serua, multisq; casibus ac detrimentis obnoxia. Præterea beatitudo cũ sit vltimus finis, est quies cordis humani. Omnes autem homines naturaliter scire desiderant; & ideò hoc desiderium cum sit natura insitum, quiescere non potest, donec ad optatam perueniat cognitionem. Plurima vero sunt ac penè infinita etiam in rebus naturalibus desiderata, quorum cognitionem nunquam humanus assequitur intellectus; Si ergò intellectus noster caligat ad naturalia, quanto minus ad supernaturalia penetranda poterit eleuari. Præterea si nulla alia beatitudo, nisi quæ in humanis haberi potest mortalibus concederetur, profectò pueri, & iuuenes, & ferè totum genus humanum, quasi necessariò illa priuaretur. Homo enim infinitis animi corporisq; circumuallatus perturbationibus, ac molestijs, beatitudinem in hac vita inuenire non potest; quòd si aliqua ex parte inuenerit post diuturni temporis vigilias & sudores maximos, instante morte, quam vitare non potest, non poterit retinere. S. Thom. 1. 2. q. 1. Art. 7. & q. 2. per totam.

Fatemur quoq; Deum ex tempore omnia creasse, tam visibilia quàm inuisibilia ex nihilo in principio fecisse. Est enim Deus prima omnium causa, à qua cœlum naturaq; dependet; causa autem efficiens nihil aliud agit, quàm quòd ad esse, suos conducere effectus. Præterea licèt actus purus sit potentia posterior in re, quæ de potentia ad actum reducitur; tamen actus semper est absolutè prior potentia; non enim potest potentia redigi ad actum, nisi per aliquid in actu existens. Cũ ergò solus Deus sit, esse suũ, & actus purus, omnia ipse antecedat oportet, ab ipsoq; oĩa fiant. Præterea Deus est causa vniuersalissima dãs esse simpliciter; q̃a ei respondet vniuersalissimus effectus, q̃ est, esse simpliciter; & ideò nihil esse põt, q̃ à Deo non emanarit: Nihil ergo in actione Dei præsupponere oportet, sicuti præsupponitur in particularibus agentibus tam naturalibus, quã artificialibus, quæ materiam præsupponũt, & ex illa aliquid producunt: quia tota rei substãtia ab eis minimè dependet: nõ enim esse simpliciter, sed esse hoc tribuunt; nam si quid concederetur, quod esset ĩ actione Dei, aut id haberet esse à Deo, aut nõ; si sumatur negatio, sequitur Deum nõ esse causam omnium efficiẽtem, quod est falsum: Si autem præbeatur affirmatio, aut ex nihilo, aut ex aliquo illud productum fuit à Deo, si ex nihilo, habetur propositum, si ex aliquo quæritur de illo alio, vndè hoc prodijt, & vtrum habeat esse à Deo, an nõ, & sic ad eandem regrederemur quæstioné, ita vel processus erit in infinitum, quòd est absurdum, aut merito cõcedendum erit, quod ex nihilo Deus res in esse produxerit; Præterea Deus non ex necessitate, sed ex voluntate agit, haud necesse est ab æterno mundum à Deo fuisse creatum, sed eo tempore, quod sapientissimæ ipsius dispositioni visum est aptissimum, Præterea Deus omnia fecit propter electorum suorum vtilitatem, ac bonum, quod maximè in ipsius Dei cognitione consistit; ex quo igitur mundum non creauit ab æterno, perfectior eius resultat cognitio: dum ex hoc percipitur eundem esse ita perfectum, vt sibi plenissimè sufficiens nulla indigeat creatura: si enim esset alicuius externæ rei indigẽs, non distulisset ab infinito tempore eum creare. S. Thom. 1. p. q. 46. Art. 1. & seq.

Credimus etiam animam esse immortalem; quia cum finis hominis non sit in vita præsenti; oportet aliam concedere vitam, in qua homo beatitudinem assequatur. Præterea hominis operatio, quæ est intelligere, cum ad immaterialia, & vniuersalia se extendat, indicat aliquid in homine immateriale, & incorruptibile esse; Præterea omnis substantia intellectualis incorruptibilis est. Perfectiones enim oportet cum suis perfectibilibus habere proportionem: proprium verò hominis perfectiuum, vt homo, aliquid est vniuersale & incorruptibile; quia propria eius perfectio est intelligere. Cum ergò intellectio, propriè loquendo, vniuersalium incorruptibiliumq; sit asserere; oportet animam intellectiuam incorruptibilem esse? Præterea animæ diuinæ perfectio in abstractione quadam à corpore consistit; ita quòd quanto magis ad incorporea, & immaterialia attollitur, tanto amplius perficitur: fatuum est ergò dicere eam in separatione à corpore corrumpi. Nihil enim ex eo corrumpitur, in quo magis perficitur. S. Thom. 1. p. q. 75. Art. 6.

Resur-

Resurrectio quoque mortuorum nihil rationi dissonat: quamuis enim natura fieri non possit, vt idem numero corruptum resurgat, aut regeneretur; eo quòd natura est ad vnum operandi modum determinata, & aliter se habere non potest: tamen quia diuina virtus est infinita, & huic rerum ordini quem cernimus, non sit alligata; sed innumera alia facere possit; mortuorum suscitatio perfacilis, non impossibilis ipsi Deo tribuenda est; nam si ea nihilo cuncta produxit, multo magis defunctis vitam reddere potest; præterea cum anima sit corporis forma, ipsaque immortalis, erit contra animæ naturam à corpore separari, atque sine eo permanere. Nihil autem contra naturam potest esse perpetuum; quia diuinæ sapientiæ non conuenit; præterea anima suum non habet esse perfectum sine corpore; omne autem imperfectum suam desiderat perfectionem. Si ergò anima nostra à corpore separata regressu ad illud careat, nunquam veræ integræque beatitudinis compos erit, hoc desiderio semper accensa, quòd ab ea separari non potest, cum sit ei naturale: hoc autẽ inconueniens est, quia suprema beatitudo omne explet vndique desiderium: præterea beatitudo debetur illi, qui rectè viuit: in hac autem vita non anima rectè viuit, sed homo, qui cõstat ex anima, & corpore: ergò necessaria est hominis resurrectio: Præterea ad diuinam prouidentiam pertinet, quæ bonis præmia reisque supplicia æqua lance dispensat, vt hominibus ex corpore, animaque compositis, coniunctimq; merentibus, aut demerentibus iusta simul reddantur: præsertim cum boni in hac vita, quod ad corpus attinet, plurimum macerentur, & affligantur: mali autem contrà delitijs & voluptatibus affluant: conueniens est, vt vnusquisque cum corpore recipiat, qualia cum eo simul admisit, cum nullum malum impunitum, nullumque bonum sit irremuneratum. S. Thom. in 4. sent. dist. 43. q. vnica Art. 1. & seq.

Pœnas quoque damnatorum maxima cum ratione conuenire affirmamus: quemadmodum enim beatis locus in cœlis competit gloriosus: ità & damnatis longè à Deo semotis, locus mundi exigitur infimus, vt subterraneo, opacoque carcere perpetuas luant suorum scelerum pœnas: Nec iniustum videri debet perpetuis illis cruciari tormentis. Nam sicut humana iustitia ad humanam Rempubl. sese habet; ita se habet diuina iustitia ad cœlestem: sed humana iustitia aliquos delinquentes, vel exilio, vel necis aliquo genere, à perpetuo Reipub. commertio abscindit: ita & diuina iustitia à communione cœlesti aliquos reijcit in perpetuum: non tam propter transitorium peccatum, quàm ob infinitam voluntatis impœnitudinem, & in ipso crimine perficaciam. Rationabile enim est, vt qui dilectionis temporaneæ optionem, æternæ gloriæ fruitioni prætulerit, quique si modò ei concessum fuisset, in voluptatum sordibus vsquequaque persistisset, perpetuò puniatur, vt pœna ipsi culpæ respondeat, præsertim cum homo extra præsentis vitæ statum quodammodo sit in sui motus termino, nec amplius, quæ in vita conceditur, adsit ei facultas finem vltimum consequendi. Quia igitur homines in resurrectione ad statum termini, non autem viæ transferẽtur: iniusti ibunt in supplicium æternum, & iusti in vitam æternam: Ex quibus constat quàm malè sentiant Philosophi de religione: quæcunque tamen illi benè dixerunt minime spernenda: sed tanquam ab iniustis possessoribus in ius nostrum transferenda sunt: quamuis enim per se non sufficiant, nonnihil tamen adiumenti conferunt in refellendis præsertim fidei aduersarijs. S. Thom. 4. sent. Dist. 50. q. 2. art. 3. q. 1. & seq.

Astrologorum superstitio tollitur.

Secunda quoque superstitio Astrologorum reprehenditur: corpora enim cœlestia non possunt dici causæ eorum, quæ circa humanum versantur intellectum: quia ordine naturæ inferiora per superiora reguntur: intellectus autem eodem ordine omnia corpora excedit, cum sit à corpore separatus: non igitur astra per se eorum causa esse possunt, quæ circa intellectum existunt. Secundo si corpus non agit nisi per motum, necesse est id quod alicuius corporis recipit impressionem, moueri: omne autem quod mouetur, corpus esse oportet: cum itaque intellectus non sit corpus, neque virtus corporeo organo alligata, impossibile est corpora cœlestia in ipsum intellectum aliquid imprimere. Tertio quæ à motibus cœlestibus fiunt, tempori subijciuntur, quod primi motus est numerus: quæ igitur à tempore omnino abstrahuntur, cœlo nõ subiacent: Intellectus autem in sua operatione à tempore abstrahit, quemadmodum & à loco: considerat enim vniuersale, quod ab hinc, & nunc abstractum est: & licèt pro varietate influxuum, diuersas in hominibus complexiones, & corporum dispositiones esse videamus: nihilominus ob hoc, electionum nostrarum causa, & humanarum rerũ gubernatio, minimè cœlo tribuenda est: quia omnis actus voluntatis ex apprehensione intellectus in nobis immediate resultat: voluntatis enim obiectum est bonum ratione conceptum. Idcirco non potest in eligendo se qui peruersitas, nisi in particulari eligibili iudiciũ intellectus deficiat. Cum ergò cœlum non sit intelligentiæ nostræ causa, nec electionis nostræ per se poterit esse auctor. Secundo quia quæcumque ex corporum cœlestium impressione in his inferioribus eueniunt, naturaliter contingunt, cum hæc inferiora sint illis subordinata: si ergo electiones nostræ ex impressione virtutum cœlestium prouenirẽt, naturales profectò non voluntariæ haberẽtur: atque ita naturali quodam ductu more brutorum ageretur homo, non ageret, quod est absurdum dicere: præterea quæ naturaliter fiunt, ad ipsum finem determinatis medijs perducuntur: vnde semper eodem modo fiunt: quia natura ad vnum determinata est; electiones autem humanæ diuersis vijs ad finem tàm in moralibus, quam in artificialibus tendunt; præterea quæ naturaliter eueniunt, semper vel plerumque rectè fiunt. Natura siquidẽ in paucioribus delinquit; in humanis autem electionibus contrarium quotidie videmus: præterea quæ sunt eiusdem speciei non variantur in operibus, quæ ipsius speciei naturam consequuntur. Omnes enim hirundines similitudine pari nidificant; Quilibet item ho-

mo prima principia naturaliter nota itelligit, humanæ verò electiones inter se sunt valde dissimiles: non enim naturam, sed voluntatis libertatem sequuntur: præterea virtutes, & vitia non homini, sed naturę imputarentur: vnde consilium humanaque prouidentia frustra esset. Tertia facit ratio: quę ad finem sunt, proportionem cum ipso fine habere oportet: sed humanæ actiones ad fælicitatem tanquam ad finem vltimum ordinantur: quæ non in aliquo corporeo bono; sed in hoc demum consistit, vt ipsi Deo anima coniungatur, quòd omnium virtutem corporum trãscendit. Corpora itaque cœlestia electionum nostrarum causa per se esse non possunt. Quarta facit ratio, quia si anima cęlestis in animas nostras per corporum motum aliquid imprimeret, actio illa ad nostram vsque animam nisi per corporis nostri mutationem non perueniret: nõ enim nisi per medium corporis agit: ideò non esset per se, sed per accidens actionum nostrarum causæ: quia scilicet ex cęlestium corporum virtute immutatis corporibus nostris, vel corporibus alijs naturalibus aliquid aut boni, aut mali intellectui per sensum fit præsens, quod obiectiuè voluntatem mouet ad bonum prosequendum, & ad malum fugiendum: id tamen voluntas liberè facit; nam & quantum ad exercitium actus, sui iuris est velle, & nolle, & cogitare, vel non cogitare: quantum autem ad specificationem actus, potest oblatum sibi bonum occasione virtutis cęlestium corporum sequi, aut omittere; cum tale bonum non nisi corporeum, ac particulare esse possit. Quod si etiam esset vniuersale, voluntas nihilominus ad illud cogitandum, vel non cogitandum libera superesset, vt quotidiana docet experientia. Quinta facit ratio, quia fateri isti solent, quòd qui in signo Aquarij nascuntur, sint piscatores; Getulia autem piscatores nõ habet, nemo ergò in ea prouincia in stella Aquarij nasceretur, quòd est absurdum; Greg. super. 2. Mat. Non obst. quòd nonnulli ponant corpora cęlestia animata dicentes, cœlum secundum se, in nostro intellectu non agere; sed in quantum ab ipsius anima mouetur, à qua in nostras animas habet influendi virtutem; Nam Resp. quòd illud per aliquod instrumentum fieri non potest, ad quod nullo modo instrumenti actio se extendit: corporis autem actio nullo modo ad intellectus, & voluntatis immutationem, nisi fortè per accidens, se extendit; fieri ergò non potest, vt cœlestis corporis anima etiam si ipsum sit animatum, per sui corporis motũ in ipsum intellectum ac voluntatem impressionem efficiat; cum igitur per liberum arbitrium possit vbicumque velit homo resistere, non ergò humanarum regimen actionum ab ipso cœlo per se, sed à libero arbitrio pendet, prouidentiaque diuina: non enim cęlum, nec anima cœli est Deus; quia Deus est causa per se, ideoq; exhibitus Soli, Lunę, ac cæteris astris vel creaturis cultus, vanus est, ac perniciosus: oĩa enim corpora propter hominem facta sunt. Is aũt se ipso inferiora honorare non debet. Dixi in summa pec. c. q. 36. Lippom. li. 2. c. pen. confirm. Dogmatum & c. p. 1. nu. 2.

Diuinatio repellitur.

Diuinandi quoq; peritia reprehenditur primò quia excellentissimi Philosophorũ eam potius irrisione, ac silentio, quàm confutatione dignam censuerunt. Secundo quia omnis futurorum ratio vel in re ipsa, vel in causa eius cognoscitur. Futura autem contingentia neq; in se ipsis; cum nondum sint, neque in sua causa cognosci à nobis possunt; ideò enim contingentia dicuntur, quia eorum causa, vel ad producendum, vel non producendum indifferens est, in his præsertim, quę à libero arbitrio pendent; sequitur ergò, vt nullo modo à nobis sciri possint. Tertio quia cœlum est vniuersalis inferiorum effectuum causa; per solam autem vniuersalis causæ considerationem, nullam nisi valde confusam particularis effectus cognitionem assequi valemus. Quarto quia omnis nostra cognitio incipit à sensu; at inuestigare virtutes astrorum est hominibus impossibile, cum sint procul à sensu; quas excellentissimi Philosophi penitus ignorauerunt. Quinto quia si innumerabilium rerum sub cœlo existentium, quas manibus quotidie pertractamus, proprietates ac veras differentias inuenire minimè possumus; quanto minus stellarum proprietates, quę à nostris sensibus infinitè distant. Sexto si in naturalibus effectibus, multa impedimenta oriri possunt, ex quibus fraudetur successus cęlestis virtutis, vt puta si stella determinatæ virtutis ad vuas ex vite producendas inspiciatur, huiusmodi effectũ multa impedire poterunt, veluti materia male affecta, vel superueniens hominum; aut brutorum vastatio; multo amplius circa liberi arbitrij expectationem multis ac propè infinitis variabilem casibus, incertum erit fallaxq; iudicium. Dixi in summa pec. c. p. 1. q. 36. tit. 2.

Idolatria damnatur.

Tertio Idolatria quoq; damnatur. primò, quia si religio Philosophorum est insufficiens & erronea, & cultus cęlestibus corporibus exhibitus superstitiosus, & vanus: quanto magis cultus ille qui idolis, & lapideis, vel fusilibus statuis sculptilibusque, tam hominum quam bestiarum præstatur, damnandus, & irridendus est? Secundo quia creati ordinatiq; intellectus est, non solum se ipsum ad suam causam disponere, eamque venerari: sed etiã alios ad hoc ipsum dirigere, vt in omnibus glorificetur Deus, qui omnia in omnibus facit, sed huiusmodi Idola, quamuis multa responsa darent, nunquam tamen rectum viuendi ordinem, sincerumque Dei cultum, quinimmo oppositum docuisse homines, legitur, vel saltem peruerso ordini consentientes & iniqua seductione gaudentes, debitũ Deo honorem sibi arrogasse compertum est: vnde vniuerso mundo erroribus obruto, nulla ferè de Deo cognitio habebatur, immo tales Dij rixas, discordias, bella, sacrilegia, incestus, & alia huiusmodi inter se exercere ferebantur. Deus autem qui est omni ex parte perfectus, bonorum nostrorum non indigens (nihil enim illi adijci potest) nullo cultu propter se ipsum, sed propter vtilitatem nostram delectatur, vt perfecti, ac beati efficiamur, vnaquæque enim causa propter bonitatem

tatem perfectionemque suam qnoad potest, snnm perficit effectum, & vnumquodque perfectum tale aliud, qnale ipsum est, facere quærit. Tertio si boni spiritus fuissent, qui in Idolis responsa dabāt, certiores de beatitudine homines fecissent, qui ob eius ambiguitatem valde sollicit eraot, qui tamen confusionem mortalium mentibus insernerunt; ita vt ante Christi prędicationem propriū finē, eiusq; media prorsus homines ignorarent. Quarto bonus spiritus mendax oon est, neque homines decipit: quia mendacium & deceptio semper mala sunt: sed spiritus illi in suis responsis multa mendacia ambiguosque sermones proferebant, sicque homines sæpissime fefellerunt: ergo non sunt boni. Quinto si illi spiritus boni fuissent, nequaquam sibi quod Dei proprium est vsurpassent: quia sibi ipsis tanqnam Dijs futurorum præscientiam arrogabant: nō enim more Prophetarum dicebant, Hæc dicit Dominus: qui dum se hoc modo eorum præscios ostendere conarentur, non diuinæ solum maiestati derogabant, illius in se gloriam conuertentes: sed in multiplices superstitionum anfractus homines immergebant: dum per varias diuinationes in extis animalium, quæ sibi sacrificabantur permitterēt, aut compellerent. Sexto oullus bonus spiritus crudelitate delectatur: sed in sacrificijs Idolorum, non solum brutorum: sed hominum, ac præcipuè innocentum pnerorum videlicet, puellarumque virginum sanguinem infanda nece sibi offerri poscebant: ex quo innumeri innocentes ipsis etiam patribus proprios filios immani scelere sacrificantibus, occisi sunt: qood quidem non deorum: sed pessimorum dæmonum in humanam stragem grassantium, argumentum est. Non obst. si dicatur, quod non inanimata, sed Deos in illis habitantes responsaque dātes, vel repræsentantes se venerari affirment: quemadmodum, & nos Christiani Christi & Sanctorum imagines adoramns: nam Resp. quòd imagines Sanctorum, etsi in eis, quòd de similitudine diuinitatis, primæ causæ participant, honorandæ sint: cultus tamen latriæ illis minimè debetur: Non enim eis sacrificia thuraque, sed vni Deo eiusque imagini exhibemns, cui tantùm latriæ cultum religio Christiana persoluit. Quod quidem valde dissimili modo Idolorum cultores obseruabant: quia diuersis Idolis diuersa sacrificia tbnraque offerebant, & ab eis futura, quorum cognitio ad solum Denm pertinet, sciscitabantur, & in casn quo ex illis in solum Deum intentio verteretur ipsumque laudarent, & colerent non tamen excusantur, quia in eorum ritibus vana permulta ridiculaque, erant, nec (vt dictum est) bonis moribus aduersa fiebant, non solū apud qnoldam: sed per totum orbem vbi Idola venerabantnr. Septimo & vltimo, quia voluntas à solo Deo per modum agentis, & finis, à Deo mouetur; per modnm quidem agentis immediatè, per modū verò finis, & mediatè, & immediatè, eam mouere potest: quomodocumque tamen id agat, non violenter agit; qnia secundum suæ formæ exigentiam à Deo vnumquodque mouetur. Ideò coustat solū Deum, qui solus principium omnium voluntatū, & motor, ac vniuersi moderator est, cultu latriæ colendum esse: voluntas enim hominis neq; à cœlo, neque ab anima cęli, ipso cęlo mediante, sed neqne ab alia substanna leparata, seu spirituali creatura quantumlibet nobili: verum à solo Deo per modū agentis potest moueri; per modnm autem agentis aliquid ab alio moueri iotelligitur, cum ab illo tam quam à principio extrinseco mouetur, vnde sicut in re inanimata inclinatio, vel appetitus naturalis ad proprium se habet finem: ita in substantia intellectuali voluntas, seu intellectualis appetitus se habet ad funm: inclinationes autem naturales solus dare potest, qui naturam instituit: ideirco à Philolophis probatum est, grauia & leuia à generante moueri: ergò ad aliquid voluntatem per modū agētis inclinare ad eum solum, qni intellectualis naturæ causa est, pertinet, quod ipsius Dei tamen munus est, quia non de potentia materiæ, sed ex sola creatione, anima intellectiua prouenit, cū ergo creare sit ex nihilo aliquid facere, oon nisi potentię con uenit infinitæ, quæ quidem Dena est, qui non modo virtutes, sed etiam operationes rebus impartitur. Sicut enim in rebus incorporeis, ita multo perfectior in spiritualibus ordo repentur: in rebus autem corporeis à primo motu omnis procedit motus; ergò & in spiritualibus quilibet voluntatis motus à prima voluntate.i. à Deo deducitur. Per modū aūt finis siuè obiecti plurima voluntatem mouere possunt. Multa enim agentia tam corporalia quàm spiritualia suadendo vel dissuadendo, & bona vel mala offerendo: in quo tamen semper voluntas est libera, suarumque operationum Domina, possunt voluntatem mouere, quæ quidem motio per modū finis se habet, vndè oō est proprie causa, sed electionum eius occasio. Dixi in summa pec. capit. p. 1. tit. 2. q. 35.

Iudæorum perfidia confutatur.

Quarto dicendum est de Iudæis, quorum perfidia quod sit reprobanda, probatur multis modis. Primo quia omnis eornm spes à Messia pendet, quem adhuc expectant, qui cum venerit & ipse fuerit Iesus Christus Nazarenus Dei filius, quē nos iutè colimus & adoramus, negare non poterunt, quin nostra à Deo sit religio, & quin magno ipsi errore teneantur, quod autem venerit probatur sic. Aut hic Iesus Nazarenus crucifixus, quem nos adoramus, est verus Deus, & prima eorū causa, aut non est; si primum detur, soluitur dispntatio: quia si est Deus, oportet fidem Christinam & vniuersam eius doctrinam, atque religionem esse veram: si autem secundum, qua ope fretus contra patrias leges, contra Princeps, contra sapientes & aduersus vniuersum terrarum orbem reluctantem, contraque infernas, & superas potestates, denique contra supremum omnium conditorem, adeò dimicando præualuit, vt coæqualis Deo habitus sit, & pari veneratione receptus? ac prædicta omnia inter tot repugnantia tam longo æuo inseparabilis obtinuerit? Cur ò Iudęi Deus vester mundi rector & custos tantùm impietatis scelus permisit inultum? fatendum est igitur ipsum Deum esse, cum non armis, & muneribus, & lasciuienti voluptatum licentia barbatam imperitamq; multitudinem sibi aduuaxit,

iunxit, vt Maumethes efficit; sed bumilitate ac mortis supplicio mundum sibi conciliauit.

Secundo probatur ex miraculis, quæ facie ipse: qđ siquis miracula negauerit, hoc certè est omnium miraculorum maximum, iugentia scilicet, quæ supra diximus, absqoe miraculis per Christum pauperem, & per rudes incultosq; piscatores eius discipulos fuisse confecta, iu omnibus quidem apparet in eo infinita potentia, omnemque superans potentiam aliorum.

Tertio probatur per eius sapientiam, si quidem sapientiæ est ordinare resq; ipsas benè disponere: iu omnibus verò, quæ ad fiuem sunt dirigenda sumere gubernationis regulam ex fine oportet. Tunc enim vnumqoodqoe rectè disponitur quando ad finem debitum ordinatur: finis enim cuiusque rei est ipsius bonum; qui ergo supremum & consumatum humanæ vitæ finem penitus obseruat, omniaq; opportuna media suasq; ad illum operationes disponit, iurè sapiens simpliciter dicendus est; sed Iesus Nazarenus suis cum Discipulis, atque cultoribus solus verum humanæ vitæ finem, veraque media ostẽdens efficaciter docuit, perfectèque adimpleuit, ita vt nullus finis melior, nec perfectior christiana vita inoeniri, aut excogitari possit. Patet ergo quòd nec inter deos (si tamen dij sunt alij) nec inter homines quisquam sapientior vnquam inuentus sit, aut inoeniri possit: præterea signum scientis est posse docere: cum enim quis ad perfectionem scientiæ peruenerit, facile potest alios erudire: qoemadmodum cum quis ad perfectam ætatem peruenerit, potest filios generare: sed nullus alios Deus, vel homo à seculo inuentus est, qui tàm proficuam sapientiam, quã Christiana est, mortalibus attulerit, quique simul eam tàm facilè docuerit de immortalitate animæ, de fine ac beatitudine hominis, de medijs ad eam perueniendi: adeò vt etiam in puerili, & imbecilla veriosq; sexus Christiani clarius hæc intelligant, quàm præclari Philosophi indesesso studio cognouerunt: Præterea agentia virtus tanto maior apparet, quanto ad remotiora se extendit, & citius operatur: quo itaque potentior fuerit sapientia, eo magis ac velocius ad insipientes immutandos sanandosq; valebit: at talis fuit sapientia Christi, qui repentè soloque ferè nutu mira quadam cordis compunctione mutaoit, & mutat, reddens eos ex ignaris, & peccatoribus ad sapientiam, & ad vitæ rectitudiriem, quòd non alius Deorum vnquã hominumque effecit: præterea signum summæ & infinitæ virtutis est, absq; vllo alio naturali instrumento posse omnia naturalia operari, & iterũ quolibet instrumento posse quæcũque libuerit vel etiã illi contraria pariter educere, docere itàque per debita, & naturalia media sapientiam, haud eximium admirandum est; sed per stultitiam mundi. i. per ea quę apud homines stultissima existimantur, tradere summam, & ineffabilem sapientiam, & stultissima mundi conuertere in diuinæ sapientiæ instrumenta, maximamque in eis sapientiam collocare, difficilimum sanè opus, & diuinum tantummodo iudicandum: præterea cum sapientia sit diuinarum rerum, illa profectò sapientia omnibus præstat, quę supra cęteras de diuinis rebus homines instruit, sed nolla id magis peregit, qoàm sapientia Christi: ergo ipsa cæteris est præstantior: præterea ad sapientem pertinet, non modo facilia, sed difficilia quoque cognoscere, eaque docere posse, ab aduersarijsque defendere: de rebus verò diuinis difficiliora nemo proposoit faciliusque vnquam, quàm Christus ipse perdocuit: nec tantum paucos discipulos: sed voiuersom terræ orbem instruxit: ab infinitis quoqoe oppugnatoribus ità facile eandem Christiani defendunt, vt quisque eorum rationes, liberosque legerit, hanc vnam perennem, & incomparabilem sapientiam esse dubitare nullo modo possit: præterea aut fides est vera, aut commentaticia: si vera, benè cõuenimos: si commentaticiam dixetis, non minus probatur Christum fuisse sapientissimum, qoi tam difficilia & ardua exquisiuit, eaqoe mortalibus ità persuasit, vt nolla vel diuina, vel humana ratione, aut potestate infringi destroiq; potuerint. Sed cum pugnantia inuicẽ simul stare nequeãt vt scilicet falsa cum vera philosophia concordent, ac per ea homines ad rectam vitæ normam dirigantur, oportet vtique eius fidem atque doctrinam veram asserere, ipsumq; Christum cunctorũ esse Deorum hominumque sapientissimom confiteri. Quarto probatur per eius bonitatem ostendendo eũ esse summum bonom, & vltimum humanæ vitæ finem, quod probatur sic: Omnes actiones humanas esse oportet propter aliquem finem: Operationes enim hominis pro vt humanæ, ab ipsa hominis voluntate liberoqoe arbitrio, qoo à brutis differt sioe dubio proficiscuntur: obiectum aotem voluntatis est bonum & finis: cum igitur io finibus non sit processus in infinitum (alioquin cuiuslibet appeotus motio cessaret) oportet aliqoem esse hominis vltimum finem Impossibile verò est duos per sealicuius rei esse vltimos fines, cum extra finem vlomũ nil appetatur: vltimus igitur finis dicitur esse aliquod adeò implens appetitum, ve nil extra se, quod ad ipsum non ordinetur, appetendum relinquat: omnium itaque hominum est vnos finis vlomus, & hic est Iesus Christus. Quod patet qoia spirituales obiectiones, quanto vltimo fini mentis nostræ acies magis propinquat, tanto sunt maiores, & tunc fuat maximè perfectæ, cum ipsum finem illa magis attingit. *Si* homo ità quod fiuem imperfectè attingens modo aliquo delectatur, tanto amplius delectabitur, cum finem perfectius obtinebit: sed delectatio, quam de Christo fideles percipiunt, omnia tàm sensus, quàm intellectus oblectamenta superat, quod ex tribus potissimom apparet, primo ex incõparabili martyrum constantia: secundo ex infinitis monachorum exemplis, tertio ex sapientissimis viris omnium scienoarum eruditione refertis, qui omoes degustata Christi dulcedine ei tanquam inseparabiles firmiter adhæserunt, oportet ergo ea ab vnioersali summo bono prouenire, pręsertim quia quanto fide, & amore ad Christum prius accedimus, tanto huiusmodi delectationes augentor.

Quinto probatur per promissionem factã de eo io scriptoris sanctis, & primo Deut. 18. ibi Propbe-

tam

tam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me susci tabit tibi Dominus Deus, ipsumque audies vt petisti à Deo tuo. & infra, Prophetā suscitabo eis de medio fratrum tuorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi; qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Secundo quia tempus Messiæ præterijt, cum dicatur Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium; & manifestū est iam sceptrum de tribu Iuda, & Ducem de femore eius ablatum esse. Tertio Daniel. 9. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam: vt consumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur Sanctus sanctorum. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, vt iterum reædificetur Ierusalem, vsque ad Christū Ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio; Cōfirmabit aut pactū multis hebdomada vna; & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis; & vsque ad consumationem & finem perseuerabit desolatio: quibus ex verbis colligitur loqui de Iesu vero Messia, quia lōgo interuallo hebdomades istæ iam præterierunt. Quarto Isaiæ cap. 52. ibi Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa; quia ego ipse, qui loquebar, ecce adsum. Quinto Isaiæ cap. 62. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Sexto Isaiæ c. 5. ibi Ecce festinus velociter veniet. Septimo Zachar. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator ipse pauper; & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Octauo Isaiæ cap. 28. Expecta reexpecta: expecta reexpecta: modicum ibi, modicum ibi: vbi denotat affuturum mox absque temporis dilatione: Nono Isa. 9. Super solium Dauid, & super Regnum meū sedebit, & confirmabit illud & corroborabit illud in iudicio, & iustitia à modo & vsq; in sempiternum; vbi cum dixerit à modo, liquet aduentum fuisse acceleratum. Decimo ibidem c. 8. Et dixit Dominus ad me, voca nomen eius, accelera, spolia, detrahe, festina prædari. Vndecimo ibidem cap. 14. Propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Duodecimo Ierem. 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Tertio decimo Abachuch. 2. Si moram fecerit expecta illum: quia veniens veniet & non tardabit. Quarto decimo Malach. 3. Ecce ego mittam Angelum meū & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Quintodecimo Isa. 64. Vtinam disrumperes Cœlos & descenderes à facie tua, montes defluerent, sicut exustio ignis, & tabescerent aquæ arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis. Sextodecimo Isa. 51. ibi Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt. Decimoseptimo Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

Sexto probatur non solum per promissionem factam, sed per prophetas fuisse prænunciatum verum Deum, & hominem Isa. c. 9. ibi Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Secundo quòd fuerit Deus facit Ierem. 23. ibi Et hoc est nomē, quod vocabunt eum, Dominus Iustus noster: vbi Dominus ponitur Tetragrammaton, quod soli Deo conuenit. Tertia Micheæ. 5. ibi Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis, vbi si Messiæ dies æterni sunt, sequitur quod sit Deus. Quarto Psal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te: vbi loquitur de emanatione æterna. Quinto Zachar. 9. ibi Ecce Rex tuus venit tibi iustus & saluator ergò Deus, de quo Isaias. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas. Sexto. 2. Reg. 22. ibi Dominus petra mea & robur meum, & saluator meus, Deus Dominus fortis meus & sperabo in eum &c. vbi manifeste ostendit Messiam esse deum. Septimo Iob. 19. ibi Scio enim quod Redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Qui saluator non fuit nisi Messias Christus Iesus, qui pro nobis in Crucis ligno pependit. Octauo Ier. 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo Dauid germē iustum. Nono Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos; quæcumque dixero illi. Et qui verba eius, quæ loquetur non audierit, ego vltor existam: vbi (similem tui) apparet hominem fuisse. Decimo Zach. 9. Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem: Ecce Rex tuus venit iustus, & saluator: hic diuinitatem denotat, cum subditur postea: ipse pauper ascendens super Asinam: denotat humanitatem. Vndecimo Baruch. 3. ibi Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum, & infra: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

Septimo probatur: quia Iesus de Virgine natus est, sicut prædictum fuit ab Isaia c. 7. ibi Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: Virgo autē stat eo in loco pro incognita verò, sic Genes. 24. ibi Puella decora nimis, virgo pulcherrima, incognita viro. Secundo facit Ezech. 44. ibi Porta hæc clausa erit, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa Principi, Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. Tertio Psal. 71. Descēdet sicut pluuia

in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Quarto Iudic.6.ibi: Ponã hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel; vbi per aream, seu per vellus Virginem intelligas; per rorem autem Dei filium accipe. Quoniam sicuti vellus rore fuit roratum, terra sicca permanente; ità Deipara fuit gratia perfusa suæ carnis integritate perseuerante. Quinto Is.55. ibi: Sicut descendit imber & nix de cælo, & illuc non reuertitur, sed inebriat terram; sic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo. Sexto Isa. 66. ibi: Antequam parturiret peperit; antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis vnquam tale audiuit? Et quis vidit huic simile? vbi admiratur eo quod Maria erat Messiam masculum conceptura. Septimo Ier.31.ibi: Quia creauit Dominus nouum in terra, Fęmina circumdabit virum; nouum dicit, quia virgo paritura erat, alioquin non fuisset nouum. S. Thom. 3. p. q. 27. Art. 1.

Octauo per aduentum Christi fuit adimpletum quod dictum fuit per Zach. Proph. c.9. ibi: Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ, quod adimpletum fuit quando ciuitatem sanctam Hierosolymam insidens rudibili animali ingressus est.

Nono prædictum fuit, & adimpletum, quomodo natiuitatis tempore ab orientalibus regibus Messias erat venerandus in Psal. 71. ibi: Reges Tharsis, & Insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes seruient ei. Secundo Isa.60. ibi: Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum; & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Omnes de Saba venient, aurum, & Thus deferentes & laudem Domino annunciantes.

Decimo adimpletum est per aduentum Christi quod dictum fuit per Hier. c. 4. Et in die illa peribit cor Regis, & cor Principum, & desolabuntur Sacerdotes, & prophetæ cõsternabuntur, & Osçæ. 3. Dies multos sedebunt Filij Israel sine Rege & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari.

Vndecimo adimpletum est quod per Messiam vetus lex mosayca erat auferenda, aliaque noua in hominum cordibus scripta erat conferenda Exod. 20.ibi: Quæ cum potius esset carnalis, quàm spiritualis, huius mundi delectabilia obseruatoribus promittens, vt Deut.30. fermè tribus annorum millibus potuit permanere, quibus expletis, alia longè excellentior per Messiam erat cõferenda, non scribenda in tabulis lapideis; sed atramento spirituali in hominum cordibus. Secũdo Ieremi.31. ibi: Ecce dies veniunt & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non sicut testamentum quod percussi cum Patribus eorum, in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, testamentum, quod ipsi irritũ fecerunt. Tertio Isaias. 2. ibi: Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent, Venite, & ascendamus ad mõtem Domini, & ad Domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius; quia de Syon exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Quar to lex vetus erat scripta in lapideis tabulis; noua autem in corde Ier. 31. ibi Dabo legem meam in medio eorum, & in corde eorum scribam eam & Exech, 11. Et dabo eis cor vnum, & spiritum nouum tribuam in visceribus eorum, & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciamque eis vt sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Quinto Ier. 31. ibi, Post dies illos dicit Dominus dabo legẽ meam in visceribus eorum, & non docebit vir vltra proximum suum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum: & infra: Dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me cunctis diebus, & bene sit eis, & filijs eorum post eos, & feriam cum eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere, & timorem meum dabo eis in corde eorum, & vt non recedant à me.

Duodecimo adimpletum est, quod prædictum fuit, quod populus ad Messiæ legem confluere debebat Zac.8. ibi Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum; vadam etiam ego, & venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Hierusalem, & deprecandam faciem Domini, & infra: ibi, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines, ex omnibus linguis Gentium & apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes Ibimus vobiscum. Audiuimus enim quòd Deus est vobiscum, Secundo Isaias. 55. ibi Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui ijs, qui non quærebant me, & infra, Et feriam vobiscum testamentum sempiternum misericordias Dauid fideles, Ecce testem populis dedi eum atque præceptorem gentibus; Ecce gentem quam nesciebas vocabis, & gentes, quæ te non nouarunt, ad te current, Gentiles ergo, qui Messiam ignorabant, ad ipsum concurrerunt. Tertio Psal. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, & in auditu auris obediuit mihi. Quarto Isaias. 2. In die illa proijciet homo Idola argenti sui, & simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas, & vespertiliones: qui non fuere nisi Gentiles conuersi ad fidem Christi. Quinto Micheas quarto, ibi, Et erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles; & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ & dicent Venite, & ascendamus ad montem Domini. Sexto Aggæus c. 2. ibi Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & Genes.49. Et ipse erit expectatio cunctis gẽtibus. Septimo Deu. 28. ibi, Aduena qui tecum versatur in terra ascendet super te, eritque sublimior; tu aũt descẽdes, & eris inferior. Ipse erit ĩ capite, & tu eris in cauda. Octauo Oseas. 2. ibi Et dicam non populo meo populus meus es tu, & ipse dicet Deus meus es tu; vbi apparet, Gentiles, qui antea non erant populus Dei, nunc esse populum illius.

Tertiodecimo adimpletum fuit, quod fuit prædictum, quomodo circumcisione repudiata Messias Baptisma erat instituturus Isaias. 55. ibi: Venite ad aquas omnes sitientes, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Secundo Isaias c.44. ibi: Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quem elegi: effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Tertio Isaias c. 4. Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita Hierusalem, si abluerit Dominus sordes filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit. Quarto Isaias. 42. ibi: Et ponam flumina in Insulas, & stagna arefaciam; quod intelligitur de suscipientibus baptisma, & de circumcisione amissa. Quinto Psal. 41. Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sexto Ezech. 47. ibi Et conuertit me ad portam domus, & ecce aquę egrediebantur subter limen domus ad orientem: facies enim domus respiciebat ad orientem. Aquæ autem descendebant in latus templi dexterum ad meridiem altaris. Septimo Zacha. 14. ibi: Exibunt aquę viuę de Hierusalē, & erit in die illa medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare nouissimum: Aquę enim viuæ non sunt nisi baptismi, quo habetur vita æterna.

Quartodecimo probatur per ea, quæ præcessere in lege veteri in figura Eucharistiæ sacramenti, atque de sacrificij, & sacerdotij translatione, & primo Genes. 14. ibi: At vero Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait Benedictus Abraam Deo excelso, qui creauit Cœlum & terram &c. vbi figuratur Messias, qui etiam panem & vinum obtulit, qui erat Sacerdos futurus, vt Psal. 109. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Secundo facit figura propositionis panum Leuit. 24. ibi: Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues, & pones super eos Thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini. Per singula sabbatha mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto; quia Sanctum Sanctorum est de sacrificijs Domini iure perpetuo. Tertio. 3. Reg. 19. Et Angelus Domini tetigit eum & dixit illi Surge, & comede. Respexit, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergò & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusque est Angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi Surge comede: grandis enim tibi restat via; qui cum surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb. Quarto Pro. 9. ibi: Si quis est paruulus veniat ad me. Et insipientibus locuta est, Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Quinto Malachias c.1. ibi: Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mūda; quia magnum est nomen meum in gentibus; vbi loquitur de sacrificio altaris: nam aliud sacrificium non poterat fieri in omni loco Deut. 12. ibi: Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris; sed in eo quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum, offeres hostias, & facies quæcumque præcipio tibi. Sexto Psal. 71. ibi: Erit firmamentum in terra in summis montium; vbi firmamentum est fructus Eucharistiæ, montes sunt Sacerdotes. Septimo Psal. 77. ibi: Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit illis in abundantia; de quo Sap. 16. Pro quibus Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Substantiā enim tuā & dulcedinē tuam, quam in filios habes ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat cōuertebatur: multo tamen suauius delectabiliusque est Eucharistiæ sacramentum, in se omnem virtutem gratię complectens, ac omnium saporum saporem.

Quintodecimo probatur, quia ab Hebręis Messias minime erat agnoscendus, aduersus quem eorum consilium aliquando erat congregandum Isaias. 1. ibi: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem non cognouit; & populus meus non intellexit. Secundo Ierem. 5. ibi: Præuaricatione præuaricata est in me domus Iuda, & domus Israel. Negauerunt Dominum & dixerunt Non est iste. Tertio Daniel. 9. ibi: Et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Quarto Deut. 18. ibi: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quę præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam. Quinto Isa. 6 ibi: Excęca populi huius cor, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur, & sanetur. Sexto Ier. 8. Miluus in cęlo cognouit tempus suum; turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Septimo Ier. 4. ibi: Quia stultus populus meus me non cognouit, filij insipientes sunt & vecordes; sapientes sunt vt faciant mala; bene autem facere nesciunt. Octauo Osee. 4. Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Nono Psal. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Decimo Deut. 32. Gens absque consilio est, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Sextodecimo adimpletum eſt quod prædictum fuit de Iuda Iſcariote, à quo Dominus eius præceptor appretiandus erat, Pſal. 54. ibi: Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;: Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo; Tu vero homo vnanimis Dux meus & notus meus. Qui ſimul me cum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulaui mus cum conſenſu. Secundo Pſal. 40. Homo pacis meæ in quo ſperabam, ampliauit aduerſus me ſupplantationem. Tertio Pſal. 108. Et dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elõgabitur ab eo; & antea: Conſtitue ſuper eum peccatorem, & Diabolus ſtet à dextris eius. Cum iudicatur exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum; Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Quarto Zach. 11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos: Et dixit Dominus ad me Proijce illud ad ſtatuarium decorum pretium, quo appretiatus ſum ab eis, & tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini, ad ſtatuarium. Quinto Amos. 2. Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento iuſtum & pauperem pro calciamentis; vbi denotatur venditio Ioſeph, Geneſ. 37. Quæ indicabat Meſſiæ venditionem.

Decimoſeptimo fuit adimpletum quod erat prædictum, quod voluntariè, & ſpontè ſe obtulit morti. Iſaias. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit & non aperuit os ſuum: ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corã tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. Secundo Ier. 12. Reliqui domũ meam dimiſi hęreditatẽ meam, dedi dilectã meam animam in manus inimicorum. Tertio Dauid Pſal. 53. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniã bonũ eſt, pro vt immolationi Abraam non contradixit Iſaac. Geneſ. 22.

Decimooctauo adimpletum eſt quod prædictum fuit per falſos teſtes accuſantes Meſſiã Pſal. 34. Surgentes teſtes iniqui, quę ignorabam interrogabant me: Retribuebant mihi mala pro bonis. Secundo Pſal. 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Tertio Oſeas. 7. Væ eis quoniam receſſerunt à me, vaſtabuntur quia errauerunt in me. Ego enim redemi eos, ipſi autẽ loquuti ſunt in me mendacia. Quarto Iſaias. 3. Ruit Hieruſalẽ, & Iudas concidit; quia linguæ eorũ, & adinuentiones eorũ contra Dominum, vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Quinto Pſal. 63. Quia exacuerunt, vt gladiũ linguas ſuas, intenderunt arcum rẽ amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum; ſubito ſagittabunt eum & non timebunt, firmauerunt ſibi ſermonem nequam. Sexto Hierem. 9. Omnes adulteri ſunt, & cætus præuaricauerũt, & extenderunt linguam ſuam, quaſi arcũ mendacij; quibus accidit quod dixit Dauid Pſal. 62. Obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Decimonono adimpletum fuit prædictum de Meſſia ab Iſaia c. 50. ibi: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Secundo Pſal. 34. Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt; congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Tertio Tren. 4. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. Quarto Micheas. 5. Virga percutienti maxillam Regis Iſrael. Quinto Iſaias. 53. Non eſt ei ſpecies, neq; decor & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Sexto Iſaias. 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Septimo Iſaias c. 1. A planta pedis vſque ad verticem non in eo ſanitas; vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. Octauo Prou. 20. Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris. Nono Iob. 16. Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis. Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus repentè contritus ſum, tenuit ceruicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum; Circumdedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos & non pepercit, & effudit in terra viſcera mea. Conſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi Gigas. Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces: quę verba mirificè conueniunt Meſſię, qui venit. Decimo Pſal. 68. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Vndecimo Ezech. 19. Et audierunt de eo gentes, & non abſque vulneribus ſuis ceperunt eum, Duodecimo Zach. 13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me, Phramea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituũ. Percute Paſtorem, & diſpergentur oues. Tertiodecimo Pſal. 22. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea. Quartodecimo Iſaias. 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctus veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?

Vigeſimo adimpletum eſt, quod erat prædictum de diuiſione veſtimentorum Leuit. 1. Offerentes vitulum coram Domino detracta pelle cõcidãt artus in fruſta. Secundo Pſal. 22. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Tertio Geneſ. 37. ibi Hanc inuenimus. Vide vtrum tunica filij tui ſit an non? quam cum cognouiſſet pater ait, Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. quæ fi-

gura optimè correspondet figurato: quia Ioseph fuit venditus, sicut etiam Christus.

Vigesimoprimo adimpletum est quod dictum fuit per Dauid prophet. Psal. 86. Dederũt in escam meam fel. & in siti mea potauerunt me aceto.

Vigesimosecundo adimpletũ fuit id quod prædictum est de sepulcro Messię Psal. 142. Collocauerunt me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum. Secundo Isaias. 11. Erit radix Iesse, qui stabit in signum populorum. .ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum eius gloriosum. S. Thom. 3. p. quęst. 51. Art. 2. Tertio Isaias 53. Dabit impios pro sepultura: vbi non sine Dei beneplacito habent Turcæ dominium in sepulcrum Christi. nam impij milites pro custodia sepulcri dati sunt Mat. 27. & 28. Quarto Psal. 15. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem; nam Corpus Christi in sepulcro non erat incenerandum. Quinto corpore mortuo Messiæ anima ad inferos descendit, vnde traxit Patres ibidem eum expectantes Psal. 48. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, & Psal. 85. Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animã meam ex inferno inferiori, & Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, vbi non erat aqua, & Osæas 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, ò mors, & morsus tuus ero Inferne.

Vigesimotertio Amos. 8. In die illa dicit Dominus occidet sol in meridie, & tenebrescere faciã terrã in die luminis, & conuertã festiuitates vestras in luctum, & omnia cãtica vestra in planctum: vbi loquitur de sole tenebrando in die mortis Messiæ.

Vigesimoquarto Resurrectio Christi fuit prædicta Psal. 3. Ego obdormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Secũdo Psal. 56. Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Tertio Psal. 11. Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. Quarto Osæas. 6. Venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos; percutiet, & curabit nos: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius; sciemus sequemurque, vt cognoscamus Dominum. Quinto Isaias. 33. Nunc exurgam dicit Dominus, nũc exaltabor, nunc subleuabor. S. Thom, 3. p. q. 53. Art. 1. & seq.

Vigesimoquinto Ascensio Christi in cœlum fuit quoque prædicta apud Micheam, cap. 2. Ibi. Ascendet enim pandens iter ante eos. Secundo Psal. 8. Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Tertio Psal. 17. Inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius, & ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum. Quarto Psal. 67. Ascendisti in altum, cæpisti captiuitatem, dedisti dona hominibus; psallite Deo, qui ascendit super cœlum cęli ad Orientem. Quinto Psal. 46. Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ. Sexto Psal. 110. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis; quod factum fuit quando Messias Christus Iesus in cęlum ascendit: ex quibus colligitur conclusio, quod aduenit Messias, & ipse fuit Christus Iesus saluator omnium.

Vnde sciendum est omnia legalia, cæremonialia, atque iudicialia mortua fuisse cum Christo, quæ non surrexerunt cum eo, demptis moralibus, seu decalogo, qui reuixit ad maiorem perfectionem; vnde post Christi mortem mortiferam, rem inutilem, exosam, letalem, ac perniciosam, Deo execrabilem offerunt Iudæi, offerunt enim quę amplius non sunt offerenda. Nec dicitur impossibile Deo filium Dei esse hominem, eiusque personam subsistere in duabus naturis, diuina, scilicet & humana. Talis enim tantaque vtriusque naturæ in illius personam facta est vnio, vt idẽ sit Deus, & homo. Huic autem vnioni assimilari nihil potest in rebus creatis, quia diuina hæc admirabilis vnio omnem excellit creaturę virtutem; nec propter hoc diuina maiestas aliquam recipit mutationem; sed natura humana trahitur, & extollitur ad excellentissimam vnionem, ex infinita potentia Dei, & ideò sibi conuenienter naturam vniuit humanã, ut mortalibus argumentum daretur, unionem intellectus nostri cum Deo non impossibilem esse: maior si quidem est ad diuinam personam humanę naturę coniunctio, quàm ipsius intellectus ad Deum tam quam ad obiectum. Hinc post Christi humanationem euidentius cępere homines emergere, & intentius aeternę beatitudini aspirare: ex Christi quoque incarnatione naturę suę excellentiam homo cognouit, intellexitq; , ut infra Deum nulla sibi creatura sit finis, nihilque, quo adhuc ipsum excellat, nisi solus Deus, qui factus homo naturam immediatè assumpsit humanam. Pręterea Deus, qui peculiarem hominum prouidentiam habet, carnem assumpsit, ut nos huiusmodi tam necessarię cognitionis, ac spei redderet certiores, unde post aduentum filij Dei, maiorem diuinorum instructionem ac charitatem processisse uidemus; pręterea nihil nos ęque sicut illius amor obstringit, ut amoris uices rependamus. Nullo autẽ modo suam erga nos charitatem, quàm per hoc ineffabile suę incarnationis, & maximè pietatis sacramentum poterat efficacius aperire; de hinc uidemus homines ardentiori diuinarum rerum studio inflammatos, familiaritatem, & amicitiam cum Deo, & eius sanctis contraxisse; pręterea certitudo mediorum requirebatur, tendentibus ad beatitudinem, quod per beneficium incarnationis consequutum est; ideò post aduentum in mundum, mundus uirtutibus floruit, cum uerbo, & exemplò homines instruxerit: sancta igitur docet fides, humanam naturam proprium in Christo suppositum, siue personam propriam non habere, quam ea se scilicet habuisset, si non esset uerbo Dei unita: sed pro illo supposito diuinum suppositum in illa subsistere, dum persona filij naturam hanc in primo suę creationis instanti, ut in ea subsisteret, sibi ipsam uniuente preoccupauit. Suppositum autem subsistens in natura humana est homo, & in natura diuina est Deus:

est Deus: cum igitur persona, seù suppositum filij Dei in vtraque natura subsistat, verè est Deus & homo: Hoc autem nec impossible est, nec irrationale; Deus siquidem omnia potest, quæ contradictionem non implicant; inuicem namque contradictoria rationem entis habere non possunt: Deû autem esse hominem modo prædicto contradictionem non implicat, sicuti non est etiam impossibile, nec irrationabile Christum ex Virgine fuisse natum, nam si potuit Deus homo fieri, ipsum quoque fieri filium hominis impossibile non fuit, vt scilicet Virginis filius iuxta Catholicam assertionem verè credatur: hoc ideo egit, vt ad charitatem & humilitatem nos propensius inuitaret, quando non dedignatus omnium parens in terra habere parentem, nostræque infirmitatis subire dispendia. Fuit quoque conuenientissimum ipsi verbo Dei, vt ex incorrupta virgine nasceretur: vt qui habet in cęlis patrem sine corruptione, & sine matre, haberet quoque in terris sine labe, ac sine Patre integerrimam matrem: nec est impossibile apud Deû, quia ipse infinita sua virtute immediate per se ipsum producere potest, quod aliàs per agentia naturalia efficit, cum possit creare; venit quoque Christus in hunc mundum, vt vitæ nobis præberet exemplum, & qui cum hominibus conuersatur, se eis in conuersatione vitæ conformet, vitamq; pauperem delegit. oportet enim diuinæ veritatis præcones à curis secularibus expeditos esse: præterea, vt diuinitatem palàm faceret, infirma, & stulta elegit, vt huius mundi potentes, sapientesque confunderet, vt totius orbis reformatio non potestati, vel sapientiæ humanæ, sed diuinitatia eius maiestati adscriberetur; fuit quoque miraculorum necessaria demonstratio ad ostendendum diuinitatem in illo corporaliter inhabitantem.

Rationabiliter quoque Christi passio ponitur, quia peccatum naturæ, non personæ, vt est peccatum originale, quod ab homine primo in naturam descendit, & à natura in singulos homines effluxit, cum esset infinitum: nulla creatorarum, sed solus Deus satisfacere poterat, homo igitur ille ac Deus, filius Dei Christus Iesus, debitum omne persoluit. Homo autem, qui non poterat, debebat: voluit ipse Deus pientissimus mortalem carnem induens homo fieri, vt & qui poterat, & qui debebat piè satisfaceret, vnde sacri sanguinis pretio in Cruce effusi reserata fuit Patribus Ianua Paradisi, qui licèt sufficienter pro persona propria satisfecerint, pro peccato tamen totius naturæ in primo homine vitiatæ satisfacere nemo valuit: in hoc Deus suam manifestauit potentiam, qua tanto fœdere sibi copulare humanam naturam potuit, vt verè factus sit homo. Sapientiam quoque, qua admirabilem modum ad perditum hominem recuperandum, in vitamque æternam perducendum exquisiuit, vnde infinita bona mundo exorta sunt. Bonitatem quoque dum se totum humanæ naturæ infundit, vt eam sibi arctiori vinculo prorsus vniret s suam præterea misericordiam, qua pro nobis voluit crucifigi, iustitiamque simul adæquauit; & quia non solum ad peccata nostra diluenda, sed ad nostram pariter instituendam venerat vitam, turpissimam mortem sibi delegit, vt illius exemplo propter veritatis institutæque ipsius dilectionem ac obseruantiam, durum ac terribile nihil formidemus: opportunû fuit quoque animam eius ad Patres vsque descendere, vt illorum animas de sinu limbi educeret. Ne quis verò illorum, non verè mortuum diceret, meritò tumulatus est, triumq; dierum in sepultura iacturam tulit: verum si post hæc non resurrexisset, nulla resurgendi mortalibus spes esset relicta; iure ergò sui obitus ministerio absoluto, gloriosus à mortuis resurrexit, quia eius corpus iam effectum fuerat immortale, ac gloriosum, indignum erat, eum apud homines domesticum habere commercium: sicut enim Christi corpus ex forma gloriæ, & vnione ad verbum corporum ast omnium perfectissimû, ità decuit, vt super omnes cœlos, & super omnia corpora ascenderet, & tamquam Dei vnigenitus ad dexteram Patris sederet, idest in æternæ vitæ potioribus bonis. Præterea cum Christus Dei filius ab hominibus fuerit, & pro hominibus iniustè impièque damnatus, par fuit vt ipse tanquam caput omnium hominum, atque mensura constitueretur viuorum Iudex & mortuorum, singulis iuxta operum mercedem in fine seculari redditurus: quibus ita rectè consideratis omni ex parte Christiana Religio non minus rationabilis & æqua, quàm admirabilis, diuinaque videbitur: Iudaica aût perfidia satis confuta, atq; repulsa monstratur. Plurimę aliæ rônes, & authoritates adduci possent, quas breuitatis causa omitto.

Hæreticorum pertinacia conuincitur.

QVinto confutandi sunt hæretici hoc pacto, primo quia ab vnitate Romanæque Ecclesiæ doctrina dissentiunt, & per consequens deuiant à Christo: Hæreticus enim ille dicitur, qui sacræ paginæ, ac sacrosanctæ Romanę Ecclesię doctrinam peruertens, quam sequitur, sectam sibi deligens in ea obstinatè perseuerat: oportet enim vniuersam Ecclesiam vno capite gubernari, multitudinis autem regimen est optimum si per vnum regatur, quod ex fine regiminis patet, qui est pax subditorum, & vnitas, huius autem rei congruentior causa vnus est, quam multi, præterea militans Ecclesia à triumphanti per similitudinem deriuatur. Inferiorum enim gubernatio superiorem ordinem imitatur, cui quantò fit similior, tantò perfectior existit. Triumphantis autem Ecclesiæ vnus est rector, & Dominus. s. Deus: vnum igitur militantis Ecclesię Pręsidem esse oportet qui est sumus Pontifex: pręterea cum naturalia sint ordine mirifico instituta, tanto magis in supernaturalibus regimen apparet ad vnum redigi, quemadmodum omnes motus ad vnum primum motorem, apes ad vnum Regem, omnia animalis membra ad cor denique diriguntur, itidemque in reliquis, & in vnoquoque genere dare oportet vnum primum, quod est aliorum mensura. Ergo in Ecclesia Dei tanto magis necessarium est caput vnum ad totius populi Christiani gubernationem, quanto omnia regimina sua dignitate excellit: pręterea

in vtroque testamento vnum caput Ecclesiæ decernitur Oseæ primo, Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum,& Ioan.10. Fiet vnum ouile,& vnus Pastor; præterea maxima inde oriretur confusio præsertim circa fidem,& bonos mores,incerta determinatio sequeretur; non enim sciri posset,quæ vt potissima esset tenenda sententia, nullaque iustitiam administrandi ratio,aut facultas haberemr. Romanæ autem Ecclesiæ doctrina in his, quæ ad fidem, & bonos mores pertinent, vna est;præterea Ecclesia usque ad finē seculi duratura est. Hęretici cum suorum prauitate,dogmatum sectatorumq; peruicacia, funditus corruerunt, & corruent.

Secundo Hæretici cæremonias,& ritus Ecclesię & imagines Sãctorum contemnunt,nos verò summa ratione eas factas probamus;quoniam inuisibilia Dei per ea,quæ facta sunt intellecta conspiciuntur Paulus ad Rom. 1. ideo imagines venerantur, Ecclesiæ consecrantur, aliaq; fiunt, quibus homines ad diuinum cultum perducuntur.

Tertio Hæretici sacramenta recusant, eorumq; ritus nō recipiunt; nos verò ea miro ordine à Deo instituta affirmamus: nam ipsa sunt instrumenta ad vitam spiritualem ordinata,iuxta eorum similitudinem,quæ ad corpoream vitam ordinantur.Primo enim ad vitam corporalem ordinata est Generatio,qua viuens vitam acquirit: secundum est augmentum, vt ad debitam corporis proceritatem roburq; perueniat: tertium est nutrimentum, sine quo nec conseruari nec augeri posset; Idcirco animæ vegetatiuæ tres adscribunmr virtutes,generatio videlicet, augmentatio,& nutritio;quoniam verò quandoque animal ægrotare contingit,oportuna medicinæ remedia ad illius curationem natura adinuenit; cumque animalis generatio non fit absque generante, oportet etiam in natura esse genitores,vt species indiuiduorum conseruentur.Sic ergo in vita spirituali primum necessarium est Baptisma, per quod homo in peccato originali sine gratia natus,regeneramr in Christo; secundum est Confirmationis sacramentum, per quod in Christo renati,stabilimentum solidumque robur suscipimus:quia militia est vita hominis super terram; & oportet nos per multas tribulationes introire in Regnum Dei: tertium est sacramentum Eucharistiæ: quartum est Pœnitentiæ Sacramentum,quod institutum est ad spiritualem sanitatem recuperandam: quintum est Extremæ Vnctionis sacramentum,quod etiam ipsum ad animæ & corporis pertinet sanitatem: sextum est Ordinis,idque ad spiritualem pertinet propagationem: septimum est Matrimonium ad sobolem ordinatum, sine qua spiritualis multiplicatio deficeret.Cum igitur Christus vniuersalis causa nostrę salutis sit,& vniuersalis virtus ad effectus particulares,nō nisi per particulares causas applicetur,conueniens fuit,vt aliqua remedia loco particularium causarum nostrę salutis inuenirentur, quæ virtutem nobis vniuersalis causæ copularent,& quoniam ad principalem suam causam requiritur instrumentorum proportio, congruum fuit,vt aliqua sub signis manifestisque verbis traderentur, & hæc sunt sacramenta: nostræ enim salutis causa vniuersalis est verbum Dei incarnatum;rite ergo institutum est,vt ad visibile elementum verbum accedens sacramentum efficiat, veluti ipsius verbi incarnati particularem causam, vel instrumentum. Id etiam homini competit qui inuisibilia per visibilia cognoscit: quoniam verò absque gratia salutem nemo consequi potest, conuenit pariter vt sacramenta hæc instrumentaliter conferant gratiam: præterea optimo iure sunt ritè ordinata hæc sacramenta: sunt enim correspectiua ad septem virtutes, nempe ad tres Theologales,& quatuor Cardinales; sacramentum enim Baptismi correspondet virtuti fidei, vnde in collatione eius, prius interrogatur suscipiens de articulis fidei, ideò dici potest sacramentum fidei: spei autem correspondet Extrema vnctio, quæ datur infirmis, quorum propriè est habere spem salutis animæ,& corporis: charitati autem correspondet Eucharistia, qua communicamus, ideò dicitur Sacramentum Pacis: prudentiæ correspondet ordo, vnde de Sacerdotibus dicitur, Vos estis sal terræ,qui sacra docere tenentur: iustitię correspondet Pœnitentia, quia debita persoluimus peccatorum per contritionem,confessionem,& satisfactionem: fortitudini correspondet Confirmatio, qua intrepidè confitemur nomen Christi: temperãtiæ correspondet Matrimonium introductum etiam in remedium ad extinguendam flammam ignis: & nota quod sacramēta possunt etiam à peccatoribus administrari, dummodo sint ordinem consecuti (in his in quibus ordo requiritur) neque enim ex hoc illa inficiuntur, aut efficaciæ minus habent, quia in Christi virtute, non autem propria consecrantes agunt; quod autem in virtute alterius agit nō sibi,sed principali agenti,simile reddit patiens: non enim domus instrumentis artificis, sed arti eius assimilatur. Negant præterea quidam hæretici orationem prorsus inutilem, contra quam opinionem vltra adducta suo loco, facit primo, quia cum Deus sit actus purus, & prima veritas, atque lux infinita; quanto quis Deo propius accedit, tanto amplius particeps fit diuinæ puritatis, veritatis,ac lucis. Homo autem Deo nō appropinquat gressu corporis, verum puritate vitæ, mentis eleuatione, & contemplatione veritatis, quod fit per orationem: præterea intellectus sui natura veritatem tanquam suam perfectionem desiderat, falsum verò tanquam malum euitat, nulla boni viri dispositio propinquior fit ad veritatem suscipiendam, & ad eius contrarium fugiendum, quàm ipso orationis, & contemplationis actu: præterea omnis causa exaudit (vt ità dixerim) suum effectum; postulatio enim effectus est propriæ perfectionis appetitus, quam exigit à causa, quam adeam bene disponitur: tunc verò causa nisi impediatur suam non remoratur executionem, pro dispensatione rei perfectionem infundens, quod ex illius bonitate, & facilitate prouenit: quia bonum est sui ipsius diffusiuum. Cum ergò Deus sit summè bonus, procul dubio super omnes alias causas, suos exaudiet effectus, eos scilicet,

qui

qui ad gratias suscipiendas optimè disponuntur. Lippomanus lib. 3. in princ. confirmationis Dogmatum catholicorum.

Male quoque multi hæretici sentiunt de Trinitate, & licèt ad cognitionem trium personarum per naturalem rationem nequaquã homo peruenire possit; quia cum cognoscamus Deum per creaturas, non ducimur hoc modo in eius cognitionem, nisi quatenus is est earum principium, & causa: Non est autem earum principium, & causa, nisi per ipsius virtutem personis tribus communem, & ideo per creaturas cognitionem consequi non valemus, nisi eorum quæ Patri, & Filio, & Spiritui Sancto sunt communia, quo circa per creaturarũ notionem, personarum distinctionem attingere nequiumus; ad quod capiendum, licèt imbecillitas humana non sufficiat, non debemus tamen reuelata sacrosancta mysteria non credere. Ridiculum est enim existimare nihil esse verum, præter quod intellectus nostri radio metiri possumus, cũ infinita sint in Deo nobis prorsus abscondita, & nequaquã inuestigabilia: dicere tamen possumus multum probabilitatis, & rationis, & similitudinis cum rebus naturalibus habere. Cum enim effectus suam causam imitari conetur ex consideratione earum processionum, quæ in creaturis inueniuntur, ad eas, quæ in Deo sunt quodammodo eleuamur. Multas autem in creaturis inuenimus processiones, quæ quanto perfectioris sunt conditionis, tanto magis perfectæ, atq; intimæ sunt. In carentibus enim vita, generatio quędam inuenitur, vt cum ignis ab igne procedit: hæc autem processio suum in agente principium habet, quod in materiam exteriorem agit: vndè minus perfecta minusq; intima reliquis est: In vegetabilibus perfectiorem inuenies, & intrinsecam magis processionem; quia id quod generatur in plantis, est in principio producenti coniunctum; verum in fine ab eo separatur: & in animalibus est quædam in sensibus processio, quæ adhuc magis perfecta spiritualisq; & intima est, quam plantarum innicem processio: quia actus ipsius sensus remanet in sensu, nec exterius emanat: ab extrinseco tamen prouenit obiecto; vndè adhuc perfectè interna non habetur processio. In hominis autem intellectu ea perfectior magisq; intima inuenitur: quia actus intellectus super se ipsum reflectitur: Vndè ex his quæ iam tenet homo contemplari potest, & verbum mentis intus reconditum concipere: hinc in amorem coeptæ rei prorumpens, in se ipso personarum quodammodo effingere Trinitatem, idest intellectus, verbi, & amoris. Verum hæc processio intellectus nostri, incipit à sensu, sicut nostra cognitio, & ab initio pendet exteriori. Si autem conuertamur ad Angelicum intellectum, qui nullam à sensibus scientiam capit, & naturaliter eam possidet, tunc excellentiorem, atq; interiorem in eo processionem verbi, & amoris comperiemus: verum quia totus Angelus pendet à Deo, hinc & ipse quoque ab extrinseco est, neque eius intellectus, neque verbum, neque amor est ipsius substantia. Vndè processiones quæ in Angelis inueniuntur, aliquid imperfectionis habent, & intimæ prorsus non sunt. Cum igitur videamus, quod quanto nobiliores sunt creaturæ, tanto processiones in eius sunt magis intimæ & perfectiores: cumq; effectus suã causam æmuletur, quid irrationabile dicimus, quandò in Deo, qui omnes in infinitum creaturas excedit, perfectissimas processiones maximèq; intimas ponimus? quæ nec ab extrinseco proueniunt, nec à Dei substantia differunt, quasque omnes creaturæ imitari conantur, licèt omnes ab illa perfectione deficiant: quia diuinæ personæ à nulla causa dependent, sed sunt vnus Deus, qui est omnium causa; & ideò tres personæ extant vnum in substantia, & relatione opposita distinguũtur. Relationes autem in diuinis nullã ponunt imperfectionem, cum relatio, ex sua ratione ad aliquid, sed non aliquid significet: præterea in homine, qui inter omnia naturalia ad Dei similitudinem magis accedit, inuenitur quædam in parte spirituali trinitas videlicet intellectus, verbi, & amoris: dum enim actu Deum intelligit, concipit de Deo verbum & ex hoc in eios amorem prorumpit: præterea in omnibus creaturis multiplex trinitatis vestigium inuenitur, cum omnes ex principio, medio, & fine compleantur, & in cunctis sit substantia, virtus, & operatio: præterea corpora perfecta dicuntur tribus, videlicet longitudine, latitudine, & profunditate.

Dicunt denique quidam alij Hæretici nullum esse præceptum in lege Euangelica, contra quod cõstituendum est primum nostrum moralium principium, quod est. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, ex omnibus viribus tuis: secundum autem est, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Circa primum quia in corde est fons vitæ sensuum appetitus; principium, à quo ad amorem sensibilium tracti ab amore diuino separamur: ideò dicit ex toto corde, ac si diceret: subijciat prorsus partem sensibilem voluntati, vt & illa pari ordine ad Deum tendens, nulla in re ab ipsa ratione Deique lege dissentiat; & quia absq; duce ratione solet aberrare voluntas, sequitur ex tota anima tua, idest ex tota voluntate adhuc finem directa: anima siquidem est vitæ principium, vnde profluit motus, ex quo animata ab inanimatis discernuntur: quià verò voluntatis motus à ratione dependet, cum illius obiectum sit bonum cognitum, statim mentiò subijcitur, ex tota mente: mens enim intellectum significat, & rationem, quæ ità in Deum tendere debet, vt quicquid intelligit, & contemplatur sit Deus, vel ad eũ actu, vel habitu saltem destinetur. At quoniam finis propter se amatur, etiam sine mensura dilectionis animo insidet, quæ enim sunt ad finem eatenus amamus, quatenus ad ipsum finem proportionem habent: sed amor finis immensurabilis est: congruè ergò tribus his subiungitur, ex omnibus viribus tuis: vt scilicet cum Deus sit finis noster ad eum omni studio, ac conatu tendamus, eique ratio, voluntas, & sensus penitus obtemperent, atque omni virtute, & gratia perficiantur: vt demum in nobis ità consumatis, ac postremò beatificatus

ficatis glorificetur Deus, ſicut omnis cauſa in perfectione commendatur ſui effectus: Circa ſecundũ dum dicitur: Diliges proximum tuũ ſicut te ipſum.i.ad eundem ad quem te ipſum diligis finem: nam cum finis noſter ſit honor Dei, ac gloria, cauſaque in perfectione magis ſui effectus, quam in diminutione ſemper ornatur, cum homines ſint Dei effectus, idem magis in ipſis perfectis ſupremèque beatis, quàm aliter ſe habentibus honoratur. Si ergò diligendo Deum illius gloriæ vſquequaque nos intendere oportet, debemus & pari fine ad quem anhelamus, diligere proximum, vt quemadmodum in nobis, ità & in illo diuinum opus eluceat, ac laudetur. Ex his etiam appatet qualiter ſe ipſum homo diligere debeat vt perpetuo ordine ità Deo affici, & ſubijci debet, & id totum quod viuit quidque agit, ad eius gloriam ordinare, vt in ipſo tanquam in opere ſuo perfecto magnificetur Deus. Præterea quia communi omnium Principi primum debetur fidelitas, qua ei inuiolata fides in omnibus ſeruetur contra eius hoſtem: ideò in primo pręcepto dictum eſt, vt homines Deum verum colant, qui vnus tantum eſt, nec Deos alienos corã eo, qui vbique aſſiſtit, quemuè nihil latet, venerẽtur, nec ad diabolum quoquo pacto diuertant. Secundo Principi debetur reuerentia: ideò dicitur in ſecundo, Non aſſumes nomen Dñi in vanum: Deum enim potius inuiſibilem honorare cupientibus in ijs, quę ipſum repręſentant, honorandus eſt: cuius modi maximè ſunt voces, quæ ad Deum ſignificandum, aut laudandum inuentæ ſunt. Tertio Principi debetur meritus famulatus; ideò dicitur: Memento vt Diem ſabbati ſanctifices; per quod monemur vt debitum cultum tam internum, quam externum ſinceriſſimè Deo exhibeamus. In ſecunda verò tabula primum legitur, Honora Patrem tuum, & matrem tuam; vbi honoris exhibitio beneficiorumque gratitudo erga quemlibet nobis proximum colligitur. Offenſionis autem illationem euitandam intelligimus, opere, lingua, & corde; opere verò tam in perſonam propriam, quàm coniunctam reſque contiguas ab iniuria abſtinendum eſſe; ideò dicitur ſecundo loco: Non occides; quod nocumentum proximo in perſonam propriam illatum iri prohibet: tertio Non mœchaberis; ex quo nullius vxorem, vel fœminam violandam eſſe cauetur, & ad quaſlibet deteſtandas luxuriæ ſordes interpretandũ eſt: quarto Non furtum facies; hinc quælibet alienæ rei vſurpatio condemnatur: quinto Non falſum teſtimonium dices contra proximum tuum: vbi tenemus quodlibet iniquæ, ac peierantis, vel maledicæ linguæ peccatum eſſe abominandum: ſexto Non cõcupiſces vxorẽ proximi tui: propter quod mentalis luxuriæ infectio & inordinatus libidinis appetitus coercetur: ſeptimo Nõ deſiderabis rem proximi tui; in quo monemur non tantum alienę rei vſurpationem eſſe fugiendam; ſed ſinceritatem mentis pariter ab auiditate iniuſtæ poſſeſſionis cuſtodiri oportere; lex enim euangelica non ſolum mala opera, ſed prauos etiam coarguit affectus; vndè non ſolum vltima præcepta, ſed etiam ſuperiora non tantum de exteriori opere, ſed de interiori æque accipiuntur; fuerunt tamen hæc duo expreſſa; quia libidinis ardor videtur eſſe naturalis; exteriorum etiam bonorum auiditas, quia eis plurimum indigemus, videtur eſſe naturæ homini inſerta. Hinc poſſent rudiores opinari horum appetitus minime eſſe peccata, præſertim cum nulli ſola deſideria noceant; fuerunt etiã expreſſa quia ad iſta homines procliuores ſunt. Præterea Dei præcepta bifariàm diſtinguuntur, in affirmationẽ ſcilicet, & negationem. Præcepta affirmatiua perfectionem charitatis attendunt: negatiua autem puritatis integritatem; præterea notandum eſt, quod cum omnia diuinæ prouidentiæ ſubijciantur, manifeſtum eſt autem aliquo modo in æternæ legis participatum admitti, & ſic ponitur primo lex æterna; ſecundo huius legis participatio in rationali creatura lex dicitur naturalis, quæ eſt naturalium præceptorum in intellectu, vel virtute, vel etiam habitu congregatio. Horum namque præceptorum radix lumen eſt rationis naturalis diuinitus impreſſum; cuius virtute quædã ſunt nobis tam in ſpeculatiuis, quam in practicis per ſe nota; quæ in ſpeculatiuis quidem prima principia; in practicis autem potiora præcepta, vel primas, ac naturales leges appellamus: à quibus tanquam principijs per ſe notis, leges alias bifariam ducimus: vno modo ſicut ex manifeſtis principijs concluſiones: altero ſicut aliquorum prudentium decreta communiter probata. Primus quidem modus illi ſimilis eſt, quo demonſtratiuæ ſcientiarum concluſiones ex principijs inferuntur: ſecundus verò illi, quo in artibus formæ communes ad aliquid ſpecialiter applicantur; velut ſapiens Architectus formam ædificiorum communem, ad hanc, vel illam determinat domus figuram. Quædam ergò à communibus principijs legis naturæ per modum concluſionis habentur: vt ab hoc præcepto, Non occides: elici poteſt nemini venenũ eſſe dandum. quædam verò per modum determinationis; ſicut lex naturæ iubet, vt qui peccat, puniatur; ſed quod illa, vel alia pœna plectatur, fit ſecundum determinationem legis naturę: id que hoc prudentum arbitrio relictum eſt: vt ſcilicet decernant, quod bono communi nouerint expedire; Huiuſmodi verò leges humanas, aut aduenticias, aut poſitiuas vocamus, & licèt lex naturalis apud omnes nationes eadem, & immobilis perſiſtat: non tamen omnes homines eiſdem legibus poſitiuis gubernari poſſunt. Præterea lex humana mala omnia punire, ſeu prohibere non poteſt. Plura enim indigna permittit, ne peiora ſequantur; non de internis, occultiſque quoque facinoribus, ſed tantum de apparentibus dijudicat; lex autem diuina nullum malum impunitum relinquit, & de internis iudicat. Sciendum eſt præterea legem diuinam, ac naturalem ſibi minimè aduerſari; ſed ſicut gratia perficit naturam; ità lex diuina perficit naturalem.

Mahumetanorum ritus confunditur.

AD ſextum dicendum eſt, Mahumetanos medios quodammodo eſſe inter Iudæos, & Hæreticos,

teticos,

reticos, qui conuincuntur hoc pacto. Omnis vera religio aut à naturali, aut ſupernaturali lumine proficiſcitur; ſed eorum ſuperſtitio penitus confuſa à neutro eorũ lumine prouenit qd patet; quia in Alchorano nullus ordo reperitur, quod eſt, maximum ignorantiæ ſignum: tot præterea ſunt fabulæ in eo, totque contra bonos mores imperata ſeu permiſſa ſunt, quæ potius irridenda ſunt, quam rationibus refellenda; huiuſmodi ergò religio à lumine naturali prouenire non poteſt: Neq; etiam à ſupernaturali prouenit: quidquid enim naturali lumini aduerſatur, ipſi etiam ſupernaturali contrariũ eſt: præterea, quæ malo ſunt inchoata principio, bonũ rarò, vel nunquam exitum ſortiuntur; ſed hæc ſecta authore gloriatur Mahumete, qui prorſus irrationabilis, ſceleratus, adulter, & populorum prædo fuit; præterea nulla ſicuti Chriſtiana religio fulcitur miraculis; ſed ſibi gladij poteſtatem aſſeuerat eſſe conceſſam: præterea Mahumetes mandauit nõ niſi gladio religionem ſuam tuendam eſſe, vt quod ratione & honeſtate defendi non poterat, ferino impetu decerneretur. Non obſtat, quòd dicunt Chriſtum à Mahumete ſuperari, eo quod plures ſunt Mahumetani quam Chriſtiani; nam per hoc ſequeretur, quod diabolus eſſet melior Chriſto, qui multo plures quam Mahumetes à veritate detorquet: ſecundo Reip. hæc omnia venire ipſo ſciente, ac permittente, in vltionem ſcelerum; ſcriptũ eſt enim: Multi ſunt vocati, pauci verò e'ecti: Eccleſiaque ſępenumero aucta, & diminuta eſt: liberum enim ad virtutes, & ad vitia nobis Deus dedit arbitriũ, nec ab ipſo Deo in alterutram partem coguntur homines, neq; enim ſtante natura cogi poſſunt; Alioquin neque merito, neque demerito locus eſſet: præterea multos à fide Catholica defecturos, paucoſque ſaluandos legimus Paul. ad Tim. Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypochriſi loquentium mendacium; Præterea male viuentes ſuo priuat lumine, ac in cæcitate relinquit, cum nulla pœna grauior infligi poſſit, quam veri luminis, tectæq; vitæ priuatio, propter quod certa damnationis æternæ via in præcipitium ducit, nec poſſunt excuſari filij Iudæorum, & Mahumetinorum, quia Rei. eam ità eſſe Chriſtianæ fidei vbique terrarum manifeſtatio nem miraculorumque famam, vt nemo excuſare ſe poſſit, quin ei veritatis inquirendæ cognoſcendæq; facultas oblata ſit, quam ſi neglexerint ipſi imputetur: doctrina igitur Mahumetanorum eſt à Diabolo: Chriſtiana autem doctrina, cui fides innititur, eſt à Deo; quod patet, quia de futuris contingentibus non eſt determinata veritas, de quibus neque ars, deque ſcientia eſſe poteſt: ſed hoc tantùm ad proprietatem diuinam pertinet. Deus enim cum ſit æternus, omnia ſua æternitate complectitur: omniaq; ſunt eius oculis nuda, & aperta; homines vero nequaquã præſcire futura contingentia poſſunt, niſi eis ab ipſo Deo reuelentur. Cum itaq; ſacra ſcriptura futura contingentia, & ad liberum arbitrium ſpectantia, non modo generaliter, ſed particulariter etiam pronunciauerit, neceſſe eſt hanc doctrinam eſſe à Deo. Item modus locutionis, & progreſſionis ſacræ ſcripturæ eſt adeò ſingularis; vt à ſpiritu ſancto dictante dictatur expreſſus: præterea hæc doctrina eſt Chriſtianæ vitæ inſtrumentũ qua nihil ſanctius reperitur, quæ non poteſt ab aliqua naturali cauſa, ſed tantùm à Deo gratuito munere prouenire; Pręterea plures prædicatores vtentes humanę ſapientię verbis, parum, aut nihil in populis profecerunt: cum autem ſimplici ad populum ſermone vſi ſunt, ſolius ſacrę ſcripturæ inſtructione, & familiaritate contenti mirifice illuſtrando populos inflammarunt. Hęc enim eſt illa doctrina penetrabilior omni gladio ancipiti, quæ totum orbem virtutibus adornauit: pręterea noſter intellectus quanto eſt purgatior, tanto veritatis eſt magis capax: ſed excellentiſſima virorum ingenia non modo ſcriptis hanc doctrinam extulerunt, ſed prędicatione, vita, ac moribus conteſtati pro ea defendenda, vitam intrepidè expoſuerunt, quod non feciſſent niſi veritatem ipſis penè oculis conſpexiſſent: pręterea verum verò conſonat, & falſo omnia diſſident: ſed alię diſciplinę huic noſtrę non aduerſantur, immo deſeruiunt, ſolum modò ſuperſtioſę, vt diuinatricię, alięq; non minus pernitioſę, quàm inutiles artes pręciduntur, quę nec inter artes, nec inter ſcientias connumerari poſſunt: pręterea ſi doctrina Chriſtiana à Deo non eſſet inter tot conflictus diſputationũ aliquando ſuccũbens, haud tam diu perduraſſet inuicta, cum ipſa tam à ſummis Philoſophis, quàm à Tyrannis validiſſimè fuerit impugnata, ipſa tamen vt infinita Chriſtianorum volumina teſtantur, ſemper inſuperabilis remanſit.

MAHOMETES. CCCXLIII.

Mahometes Arabs; Mercator viliſſimus, & Princeps latronum, prænuncius ſatanę, pręcurſor Antichriſti, complemẽtum falſitatis, exortus eſt Heraclij imperator. & Honorij I. Pontificis Anno Domini 630. contra quem late ſcripſit Dionyſius Cartuſianus, qui aduerſus Alchoranum librũ doctiſſimum edidit; vbi apertè probatur damnatio illius ſectę, & doctrinę; & Pius II. in epiſt. ad Mahometem Turcarum principem, Bartholomęus Vngarus, Gulielmus poſtellus de orig. Turch.

1. Hic cum Sabellio negat Trinitatem.
2. Cum Arrio, & Eunomio Chriſtum creaturam eſſe contendit, eumque Deum dicere ridiculum putat.
3. Cum Carpocrate aſſeuerat Chriſtum nõ Deũ quidem eſſe, ſed ſanctum prophetam.
4. Cũ Cerdone aſſerit fore impoſſibile, vt Deus filium habeat, quod nimirum vxore careat, citra quam gignere filium non poſſit.
5. Cum Manichæis Chriſtum negat crucifixum fuiſſe; ſed alium ſibi ſimilem.
6. Cum Donatiſtis negat cuncta Eccleſiæ myſteria, quæ à Chriſti paſſione ſuam vim, & efficiam obtinent.
7. Cum Origeniſtis dicit, dęmones eſſe ſub mundi finem ſaluandos.

8. Cum

8. Cum Anthropomorphitis, qui Deum corporalem asserunt, communicat.

9. Cum Cerintho extremam felicitatem, vel summum bonum statuit in corporeis voluptatibus.

10. Cum Ebionitis Circuncisionem admittit.

11. Cum Tatianis prohibet vini vsum, In his, & in alijs erroribus conuenit Mahometes cum hæreticis antiquis; cum quo etiam conueniunt in multis hæretici nostri temporis, vt refert Lindanus Dubitantij sui Dialogo secundo.

1. Mahometes se se legem, & Euangelium tenere aiebat; se primum vidisse, quæ rectè docenda & emendanda in vtroq; testamento viderentur; hoc idem iactauit Luterus, qui Germaniam aiebat ante se nunquam verum audisse Euangelium.

2. Septuaginta sectas peperit: ita septuaginta, & vltra Euangelicorum recensentur sectæ.

3. Voluit secundum eius scripta tantum esse iudicandum; quod idem uolunt hæretici moderni.

4. Quadragesimam vnius lunæ, quæ quouis anni tempore obueniret, cursu transmutat; hæretici autem non solum transmutarunt; sed omnia tempora ieiunij subuerterunt.

5. Diem festum Dominicæ in diem veneris commutauit; Hæretici autem maxima ex parte dies festos abrogarunt.

6. Sacras Imagines deleuit; quod idem faciunt hæretici nostri temporis.

7. Abrogauit cultum omnium Sanctorum: quod idem factum fuit à Luthero.

8. Baptismum contemnit, quem Caluinus necessarium non esse affirmauit.

9. Non circumcidunt nisi habentes vsum rationis: Adrianus Namstedius non baptizat, nisi in septimo & octauo anno.

10. Apud Mahometanos fit diuortium; Oecolampadius priore vxore deserta, duxit aliam.

11. Plures vxores ducunt: Bucerus quoque & Oldendorpius idem affirmarunt.

12. Mahometani negant aliena opera alteri prodesse: Luterani verum non modo Sanctorum negāt opera alijs vtilia: sed nostra propria omnia faciunt peccata.

13. Mahometani tollūt liberum arbitrium; quod idem faciunt hæretici nostri temporis; ità Prateolus lib. 11. cap. 3.

ATHEISTARVM OPINIO confunditur.

AD specimam sectam eorum, qui Athei dicuntur, negantes Deum esse, dicendum est Deū esse, idque probari multis modis. Primo ex parte motus: certum est enim aliqua moueri in hoc mundo: omne autem, quod mouetur ab alio mouetur: nihil enim mouetur, nisi secundum quod est in potentia ad aliud, ad quod mouetur: mouet autem aliquid secundum quod est actu: mouere enim nihil aliud est, quàm educere aliquid de potentia in actū de potentia autē non potest aliquid deduci in actū, nisi per aliquod ens in actu, sicut calidum in actu, vt ignis, facit lignum quod est calidum, & per hoc mouet, & alterat ipsum; non autem est possibile, vt idem sit simul in actu, & potentia secundum idem, sed solum secundum diuersa; quod enim est calidū in actu, non potest simul esse calidum in potentia: sed est simul frigidum in potentia: impossibile est ergo, quod secundum idem, & eodem modo aliquid sit mouens, & motum, vel quod moueat se ipsum; omne ergò quod mouetur, oportet ab alio moueri: Si ergò quod mouet moueatur, oportet & ipsum ab alio moueri, & illud ab alio: hic autem non est procedere in infinitum, quia sic nō esset aliquod primum mouēs, nec per consequens aliquid aliud mouens, quia mouentia secunda non mouent, nisi per hoc, quod sunt mota à primo mouente, sicut baculus non mouetur nisi per hoc quod est motus à manu. Ergò necesse est deuenire ad aliquod primum mouens, quòd à nullo mouetur, & hoc omnes intelligunt Deum.

Secundo modo probatur ex ratione causę efficiētis. Inuenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium, nec tamen inuenitur, nec est possibile, quod aliquid sit causa efficiens sui ipsius, quia sic esset prius se ipso quod est impossibile, non autem est possibile, quod in causis efficientibus procedatur in infinitum, quia in omnibus causis efficientibus ordinatis, primum est causa medij, & medium est causa vltimi, siue media sint plura, siuè vnum tantum, Remota autem causa remouetur effectus. Ergò si non fuerit primum in causis efficientibus, nec erit vltimum nec mediū, sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, non erit prima causa efficiens, & sic non erit effectus vltimus, nec causæ efficientes mediæ, quod patet esse falsum: ergò necesse est ponere aliquam causam efficientem primam, quam omnes Deum nominant.

Tertio probatur ex possibili & necessario. Inuenimus enim in rebus quædam, quæ sunt possibilia esse, & non esse, cum quædam inueniantur generari, & corrumpi, & per consequens possibilia esse, & nō esse: impossibile est autē omnia, quæ sunt, talia semper esse: quia quod possibile est non esse, quandoque non erit: si igitur omnia sunt possibilia nō esse aliquando nihil fuit in rebus: sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset: quia quod non est, non incipit esse, nisi per aliquod quod est: si igitur nihil fuit ens; impossibile fuit, quod aliquid inciperet esse, & sic modo nihil esset, quod patet esse falsum: non ergò omnia entia sunt possibilia: sed oportet aliquid esse necessarium in rebus. Omne autem necessarium vel habet causam suæ necessitatis aliunde vel non habet: non est autem possibile, quòd procedatur in infinitum in necessarijs, quæ habent causam suę necessitatis, sicut nec in causis efficientibus: ergò necesse est ponere aliquid quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis alijs, quod omnes dicunt Deum.

Quarto modo probatur ex gradibus, quæ in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis, & minus bonum, & verum, & nobile: & sic de alijs

de alijs huiusmodi; sed magis, & minus dicuntur diuersimodè ad aliquid quod maximè est: sicut magis calidum est, quod magis appropinquat maximè calido: est igitur aliquid quod est verissimum & optimum, & nobilissimum, & per consequens maximè ens, nam quæ sunt maximè vera, sunt maximè entia; quod autem dicitur maximè tale in aliquo genere, est causa omnium, quæ sunt illius generis, sicut ignis, qui est maximè calidus, est causa omnium calidorum. Ergò est aliquid quod omnibus entibus est causa esse, & bonitatis, & cuiuslibet perfectionis, & hoc dicimus Deum.

Quinto modo probatur ex gubernatione rerũ. Videmus enim quod aliqua, quæ cognitione carent scilicet corpora naturalia, operantur propter finem: quod apparet ex hoc, quod semper aut frequentius eodem modo operantur, vt consequantur id quod est optimum: vnde patet, quod non à casu, sed ex intentione perueniunt ad finem: ea autem, quæ non habent cognitionem, non intendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscente, & intelligente, sicut sagitta à sagittante: Ergò est aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur ad finem, & hoc dicimus Deum.

Non obstat, quod dicitur, Si Deus esset, nullum malum inueniretur, quia cũ Deus sit infinitè bonus, quando vnum contrarium fuerit infinitum, totaliter destruet aliud, at aliquod malum inuenitur in mundo: ergò non est bonum infinitum, & per consequens non est Deus: Nam resp. quod cum Deus sit summè bonus, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeò omnipotens, & bonus, vt benè faceret etiam de malo: hoc ergò ad infinitam Dei bonitatem pertinet, vt esse permittat mala, vt ex eis eliciat bona S.Thom. 1.par.quæst.2.art.3. Est igitur Deus, & est vnus. Illud enim vndè singulare est, hoc aliquid, nullo modo est multis communicabile Cum ergò Deus sit ipsum suum esse, suaque natura, & actus purus, aliundè quàm à sua natura habere non potest, vt sit Deus, & vt sit hic Deus: ergò illud vnde Deus est, hoc aliquid est, ipsa sua natura: quare eius natura non est pluribus communicabilis: impossibile est igitur plures esse Deos. Præterea cum Deus totam in se contineat essendi perfectionem, si essent plures Dij, oportet eos inter se differre; aliquid igitur conueniret vni, quod non alteri, & qui hoc esset priuatus, non esset simpliciter perfectus; si verò perfectio alteri eorum deesset, nõ esset Deus. Impossibile est ergò plura esse, quæ comprehendant totam in se essendi perfectionem: plures ergò Dij esse non possunt, sed vnus, qui non est corporeus, nec corporis forma, nec aliquid compositum, sed perfectus, summè bonus, infinitæ potentiæ, immutabilis & æternus, in quo est perfecta rerum cognitio, qui non necessitate aliqua, sed voluntariè agit, omniumque rerum habens prouidentiam: cuius contemplatio est finis humanæ vitæ.

Christiana sola Religio quam profitentur Catholici bona demonstratur.

QVi igitur vtrumque testamentum cum naturali lumine fideliter tenent, cum his, quæ tenet sacrosancta, Catholica, atq; Romana Ecclesia, Christiani verè sunt, naturalem sciẽtiam, supernaturalemque amplectentes, ac præ omnibus rectè sentientes. Nullaque alia, rationibus, ac miraculis Christianæ Religioni conferri potest, quæ tantò cæteras omnes excedit, quanto est, Cœlum terra sublimius, quantumuè lux à tenebris differt; nam vita Christiana ad hoc potissimum tendit, vt posthabitis creaturis omnibus tam spiritualibus, quàm corporeis, per contemplationem, & amorem se totam in Deum transfundat, & fiat vnus spiritus cum Deo. Cum ergò potior inueniri nequeat vita, quàm hæc, quæ hominem suo principio, & vltimo fini coniungit, patet nullam vitam, Christiana esse meliorem, quæ nihil contra rectam rationem agit, & facit, relictis omnibus, soli Deo se se coniungere: præterea duo sunt, quæ ad bonam vitam principaliter requiruntur, videlicet finis bonus, & medium tendens ad ipsum; finis autem est duplex, videlicet finis cuius, & finis quo. hoc est ipsa res, ad quam tenditur, eiusque fruitio. Cum igitur nihil præstantius, ac melius Deo possit excogitari, atque Christiani humanæ vitæ finem statuant Deum, cuius gratia omnia faciunt, perspicuum est, quo ad hoc nullum finem inueniri posse meliorem. Fides quoque ad visionem, & fruitionem Dei non per creaturas, sed per essentiam aspirat; quo nullus perfectior actus reperitur; dum enim per apertam visionem, & fruitionem Deo coniungitur homo, vltima perfectione perficitur, supra quam nihil amplius optare licet: cum Deus sit bonum, quo nihil maius excogitari possit; talis igitur est finis cuius, & finis quo Religionis Christanæ; medium verò transeundi ad veritatis primæ contemplationem, est puritas cordis; oportet enim finem cum medijs habere proportionem: ad ipsius autem Dei cognitionem magna exigitur extasis, cum sit intelligibilium supremum, extraque omnia sensibilia: ideòque ad id est necessaria, & exquisitissima animi purgatio, id est à sensibilium amore, & implicatione ad inuisibilium cognitionem amotemque eleuatio: purum enim dicitur, quod inferiori naturæ non admiscetur: præterea cum duplex sit cultus, interior scilicet, & exterior (debet enim Deus dupliciter ab hominibus venerari, spiritu videlicet, & corpore) Interior cultus est, qui Deo per operationem intellectus, & voluntatis exhibetur: Exterior verò, qui per corporis officia, cæremoniasque, & sacrificia impenditur: interiorem autem verum Dei cultum dicimus esse sectitudinem, ac perfectionem vitæ hominis interioris, qua Deus maximè honoratur. Si igitur cultus interior verus est, manifestum est exteriorem efficere, vel significare veritatem; cultus enim exterior Christianæ Religionis, aut efficit, aut significat interiorem; cum ergò alter alteri respondeat,

deat, verus est etiam cultus exterior, ordo etiam, & significatio eorum, quæ in Ecclesia geruntur, non humanum inuentum, sed diuinam dispositionem ostendunt: patet præterea Christianum cultum esse verum, tam ex intrinsecis effectibus quàm etiam ex extrinsecis. Vnus autem ex potissimis effectibus intrinsecis est pax mentis, & gaudium, animiq; libertas: nam verus Christianus nullis quassationum, aut perturbationum procellis mouetur: sed magis in confessione, & fide Christi, stabilis permanet, & in tribulationibus gloriatur: effectus autem extrinsecus ex Christianorum vita colligitur, in exteriore homine, maxime apparens, tam in moribus quàm in ipsa indole, diuinum pariter redolens quiddam, propter quod multi eos revereri, & quodammodo colere impelluntur; vnde superbos, atque feroces animos venerandus humilium aspectus compescens, sæpè deterruit, sicuti summouit B. Leo Ponifex Attilam, & S. Benedictus Totilam, & S. Ambrosius Theodosium Imper. Huius ergò effectus causam esse dicimus pulchritudinem animi superuaturalem, id est gratiam Dei, intellectum, & voluntatem, aliasque animæ partes decorantem. Et hæc, quæ scripta sunt in hac summa, fiut omnia dicta ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & omnium Sanctorum, subijciens me in omnibus, & singulis, Iudicio, atque censuræ sacro sanctę Romanæ atque Catholicæ Ecclesię Amen.

FINIS.

SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI

I. C. Equitis S. Stephani, & Prothon. Apostol.


SVMMA PECCATORVM CAPITALIVM

Secundum communem opinionem Doctorum.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO,

EDITIO TERTIA.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Bernardum Iuntam. M D LXXXVII.

INDEX COPIOSISSIMVS OMNIVM RERVM, QVAE IN HAC SVMMA PECCATORVM CAPITALIVM CONTINENTVR.

A

B

L

M

N

O

Ommis-

Quic-

Q

R

S

FINIS.

261

PECCATORUM
CAPITALIUM

SEBASTIANO





[illegible]

[illegible]

SVMMA PECCATORVM CAPITALIVM,

AVCTORE

SEBASTIANO MEDICE

FLORENTINO IVRECONSVLTO

Equite S. Stephani, & Prothonotario Apoſtolico.

Præfatio huius operis.



OMNES iuſtitiæ partes ad duo principaliter reducuntur, videlicet declinare à malo, & facere bonum. Aug.lib. de correctione, & gratia, c.1.vol.7.San. Thom. 2. 2.q.79.art.1.id quod dicitur in Pſalm. 33. Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem, & perſequere eam, & in Pſal. 14. cum interrogaret Dauid Dominum, Quis habitaret in tabernaculo ſuo, aut quis requieſceret in monte ſancto ſuo, reſponſum accepit, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam; cum igitur primum ponatur declinare à malo, deinde facere bonum; in animum induxi meum prius in hac Summa tractare de peccatis, deinde (Deo fauente) alibi de virtutibus agere, dicuntur enim hæ duo partes iuſtitiæ, quia vtrumque eorum requiritur ad perfectum actum iuſtitiæ, ad ipſam enim pertinet æqualitatem conſtituere in his. quæ ſunt ad alterum, San. Thom. 2. 2. quæſtio 58. art. 2. eiuſdem autem eſt conſtituere aliquid; & conſtitutum conſeruare in his, quæ ſunt ad alterum, conſtituit autem quis æqualitatem iuſtitiæ faciendo bonum, id eſt reddendo alteri, quòd ei debetur. Conſeruat autem æqualitatem iuſtitiæ iam conſtitutæ, declinando à malo, id eſt nullum nocumentum proximo inferendo; verum, quia facere bonum, eſt actus completiuus iuſtitiæ, & quaſi pars principalis eius: Declinare à malo eſt actus imperfectior, & ſecundaria pars eius. Et eſt quaſi pars materialis ſine qua non poteſt eſſe pars formalis completiua; Ideo de cognitione peccati hic tractabo, quod non cognoſcitur, niſi per legem, ut inquit Paul. 7. ad Rom. concupiſcentiam enim (inquit ipſe) neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Exod.20. & Deut.5. & Math.5. qua cognitione habita declinamus à malo, & facimus bonum: ordo autem huius Summæ erit talis. Inuocato diuinæ Trinitatis præſidio, quod mihi præſtet bonum initium, melius medium; & optimum finem, not.l.Deo nobis, C.de Epiſc. & Cler. quia à generalibus eſt incoandū. §.his igitur, inſt. de iuſt. & iure, primo dicā de peccatis in genere, deinde de ſingulis ſpeciebus eius; verum, quia excommunicatio eſt ſpiritualis pœna illius, ideo vltimo loco agam de Cenſuris Eccleſiaſticis, quibus expletis completa erit Summa peccatorum capitalium.

DE PECCATIS IN Genere. Tit. primus.

Definitio peccati. Quæſtio Prima.



PECCATVM eſt dictum, vel factū, vel concupitum contra legem Dei, Aug.lib. 22.contra Fauſtum.cap.27. vol. 6.quem refert, & ſeq. Magiſt.ſen. lib.2.diſt. 35. in princ. Ray. tit. de pec. cap. 1. ver.1.S.Th. 1.2.q.71. art.6. & q.75. art.1. Caniſ. in ſumm.doctr. Chri.tit.de peccatis c.1.Tabien.in ſumma ver.peccatū c.1.num.1.ver.Quarto definitur. Dom. Soto de iuſtitia. & iure li.1.q.2.ver.vnde optime. Arch.Flor. 1. P. ſummæ tit.6. c.1.in princ. gl.pen.c.ille rex de pœnit.diſt.3.Nauarr. in 7.præl. Man.Cōfeſ.nu.5.in qua defin. ponūtur duo. vnū, qd pertinet ad ſubſtantiā actus humani, qd eſt quaſi materiale in peccato, cū dicitur dictū, vel factū, cōcupitū; aliud autē, quod pertinet ad rationē mali, quod eſt quaſi formale in peccato, cum dicitur contra legem Dei; Ita S.Th.d.art.6.Item in d.definitione cōprehenditur quoq; peccatū omiſſionis; nā licet omiſſio non ſit dictū, vel factū, vel concupitum affirmatiuū, eſt tamen negatiuum. videlicet non dicere, non facere, vel non concupiſcere id, ad quod quis tenetur, quia affirmatio, & negatio reducūtur ad idem genus; qui enim non facit, quæ facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ facere tenetur, no.leg. ſi mora. ff.ſol.mat.gl.& doct. com.l.2.ff.de ver.oblig.Ita S.Thom.d.loco in reſp. ad 1.cōtrariatur enim præcepto affirmatiuo S.Th. d. loco art. 5. ad 3. not. etiam quod hæc definitio eſt bona, quia conuertitur cū ſuo definito. Bart.&

doct.com.l.1.§.dolum ff. de dolo. Dixi ego late in tracta. de defin.p.1.q.4. nu. 21. dict.h.lex, non loqueris cõtra proximũ tuum falsum testimonium, non furtum facies, non concupisces vxorem proximi tui, Deut.4. Quod si contrarium factum fuerit peccatum erit S.Th.1.2.q.100.ar.10. in toto ar.S. August.in opusc.de decem cordis. Canisius de charitate, & decalog.cap.5.& seq. Nauarr. in Manuali c.11.nu.4. Secundo dicitur bona hæc definitio, quia constat ex genere, & differentijs not.Bart.l.1. ff.de test. Dixi ego in tract. de defin. p.1. quæst.4. numer.1.& seq. Genus ponitur ibi dictum, factum, concupitum, omnis enim actio ad vnum ex istis tribus deducitur S. Thom. 1.2. quæstio 81. art.6. in corpore articuli. Differentia verò colligitur ibi (contra legem Dei) ad differentiam peccati venialis, quod præter legem dicitur non contra; & sic propriè, & formaliter definitur peccatum mortale.

Differentia delicti, & peccati. *Quæst. II.*

SEcundo quæro, quæ differentia sit inter delictum, & peccatum? Resp. Quod variam significationem habent, dicitur enim peccatum etiam, delictum, & delictum fortasse est (vt ait August. in q. leuit.) declinare a bono, peccatum est facere malum, aliud est enim declinare a bono, aliud est facere malum; Peccatum est perpetratio mali, delictum desertio boni, quod, & ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud sonat delictum nisi derelictum? & qui delinquit, quod derelinquit nisi bonum? vel delictum est, quod ignoranter fit, Peccatum quod scienter committitur, indifferenter tamen, & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appellatur. Magist. sentent. lib.2. distinctio.42.ver, variam quoque. Dicitur enim peccatum macula, quia deformat imaginem Dei, vitium, causans defectum bonorum naturalium, reatus obligans ad pœnam æternam, crimen, quia dignum accusatione, culpa cum sit pœnę obligatorium, offensio quia contra Deum, scelus, in quantum est in iniuriam Dei, nephas quia illicitum personæ perpetranti, Rayn. in titu. de peccato capitul.3. in fine, Ita sentiunt glo.& doct. capitulo peccatum, capitulo delictum de reg. iur.in 6. glos. capitulo ille Rex de pœn. dist.3. & cap. si peccatum de pœn. distin. 3. Nauarrus d. loco præl.7.num.10.& est comm. summa Tabin. ver. delictum num.1.S. Thom. 2.2. q.79.artic.4. Resp.ad primum.

Appellatione peccati de quo intelligatur. *Quæstio. III.*

TErtio quæro, vtrum appellatione peccati veniat mortale, originale, & veniale? & quid ex istis sit intelligendum? Respond. quod cum verba sint intelligenda in potiori significatu, not. l. quæritur ff. de statu homin. & formaliter appellatione Peccati intelligi debet de mortali, vt dictum est in prima quæstio. accipiendum tamen est secundum subiectam materiam. leg. si vno. ff. loc. c. vnũ §. fin. 25. distin. capitulo de quotidianis de pœn. distin. 3. vbi appellatione peccati intelligi debet de veniali. Nauarr. de præl. 7. nume. 16. & Mag. sent. lib. 2. distin. 30. capitulo 1. & seq. Conc. Trident. sess. 5. S. Thom. 3. p. quæstio. 27. ar. 1. Quibus in locis appellatione peccati venit originale. Quod licet non sit dictum, vel factum, vel concupitum personale ipsius actuale, est tamen suæ naturæ humanæ. Ita Nauarr. d. præl.7.num. 14. Similiter peccatum veniale dici etiam potest contra legem, non quidem de contrarietate legis sufficienti ad exequutionem æternæ vitæ impediendam, sed de ea secundũ quid, quę solum sufficit ad eam differendam, idem d. loco nu.16.

Distinctio peccatorum. *Quæst. IIII.*

QVarto quæro, quomodo distinguatur peccatum? Resp. Quod cũ omnis bona diuisio debeat esse bimembris §. omnium inst. de action. Dixi ego in tract. de legib. & statu. p.1.q.1. nu.1. Dico duplex esse peccatũ, originale scilicet, & actuale. Nauarr. in præl.8. Manua. nu.1. Canis. in summa de doctr. Christ. tit. de peccatis c.3. dicit triplex esse peccatum originale, mortale, & veniale. Tab. ver. pecc. nu.2. Secũda distinctio est, quod peccata alia sunt carnalia, alia spiritualia. vnde Greg. lib.31. moral. ca.31. circa medium dicit, quod septem sunt capitalia vitia, quinque sunt spiritualia, & duo carnalia: ita. S. Thom.1.2.q.72. art.2. Tertia sit distinctio, quod alia sunt in Deũ, in se ipsum, & in proximũ. Isidorus in libro de summo bono, distinguens peccata dicit, quod homo dicitur peccare, in se, in Deum, & in proximum, ita refert S.Tho.d.loco art.4. Quarta dist. sequitur, quia peccata alia sunt omissionis, alia cõmissionis, quæ quidem distinguuntur specie cõmuniter, materialiter tamen, non autẽ formaliter, nam in eadem specie peccati inuenitur omissio, & commissio, auarus enim & aliena rapuit, quod est peccatũ commissionis, & sua non dat quib. dare tenetur, quod est peccatum omissionis, S. Thom. d. loco art.6. Quinta sit dist. quod peccatum, aliud est cordis, aliud operis, aliud oris, vnde Hier. super Ezech. c.43. ver, cum cõpleueris vol.3. dicit, tria sunt generalia delicta, quibus humanum subiacet genus, aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. Ita S. Thom. d. loco art.7. Sexta dist. ponitur, nam alia sunt per superabundantiam, alia ex defectu contingunt, quę peccata nõ solũ sunt a se inuicẽ secundũ speciẽ diuersa, sed contraria, cũ ex diuersis obiectis motiuis causentur, a quibus specificatur actus peccati, cõtraria enim differunt secundũ speciem, nã contrarietas est differẽtia secundũ formam, sed vitia quę differũt secundũ superabundantiã, & defectum sunt contraria, sicuti prodigalitas illiberalitati, ergo differunt secundũ speciẽ. S. Tho. d. loco art.8. Septima dist. sit, quod peccata alia sunt eiusdem speciei, alia diuersę, eiusdem speciei, quorum obiecta, & fines sunt ijdem, diuersa verò quorum obiecta, vel fines sunt diuersi, S. Thom. 1.2. q.

72. art.

72. art. 4. exemplum est in peccato fornicationis, quod differt a peccato furandi, quia obiecta eorum .i. materia circa quã fiunt, sunt diuerſę ſpeciei, & hoc reſpectu obiecti, ſimiliter reſpectu finis, vt quãdo quis donat aliquid mulieri, vt eius libidini cõſentiat, differt ſpecie a peccato, quo quis eidem mittit ſimile donũ, quo furetur a marito pecuniã, quã ſibi tradat, quo caſu licet obiecta ſint eiuſdem ſpeciei, fines tamen ſunt diuerſi, S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 6. Octaua ſit diſtin. quod peccatum aliud eſt ſimplex, aliud multiplex, ſimplex cum quis ſimpliciter vult adulterari, multiplex cum vult adulterari, vt furetur, & occidat, & ſic multa peccata, quę vno reſpectu ſunt vnius ſpeciei, altero, ſunt alterius; peccatum enim furandi, quod quis committit, vt adulteretur, aſt furtũ quatenus obiectum illius, in quod per ſe ordinatur eſt contrectatio rei alienæ, & adulterium, quatenus ordinatur à voluntate in illum finem, verum quia res in genere magis iudicatur à fine, qui furatur vt adulteretur, magis eſt adulter, quã fur. Nauarr. in Man. confeſſ. præla. 9. numer. 17. Nona diſtinct. nam alij peccant calamitate, alij imbecillitate, alij voluntate. Theodor. in Pſalm. 24. num. 13. Decimo, conſumatur peccatum tribus modis, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu. Auguſt. cap. 5. ſuper Mat thæum in catenã aurea pag. 26. colum. 4. Vndecimo eſt in concupiſcentia oculorum, concupiſcentia carnis, & ſuperbia vitæ, vt in 1. Iohan. cap. 2. Duodecimo, & vltimo ponitur in pſalm. 1. verſ. 1. vbi Auguſt. abijt cum receſſit à Deo, ſtetit cum delectatur in peccato, ſedit cum confirmatus eſt, & Hugo ibi, homo, per vanitatem abijt, per delectationem ſtetit, per conſenſum ſedit. Rayn. tit. de peccato cap. 14. & ſeq.

De peccato originali. Quæſtio. V.

QVinto quæro, quid ſit peccatum originale? Reſp. eſt peccatũ primũ primi parẽtis quatenus fuit naturę, transfuſum per virtutem ſeminalẽ in omnes immediate, vel mediate ab eo genitos, quo ſibi, vel illis perdidit iuſtitiam originalẽ, quo ad hoc ſęculũ, & beatitudinem ęternam, quo ad alterũ, ita Nauarr. in pręl. 8. Man. confeſ. nu. 1. ex mente Mag. ſent. li. 2. di. 30. ver. hoc eſt origina le. S. Thom. 1. 2. q. 81. artic. 1. & ſeq. & 3. P. q. 27. ar tic. 1. c. 1. ſeſſ. 5. Concil. Trid. Doct. Com. c. 5. Epiſt. ad Rom. Caniſius in ſumma Doctr. Chriſt. tit. de pecca. cap. 3. Archiepi. Flor. 1. part. ſumm. tit. 8. c. 1. de peccat. origi. ibi. (peccatum) ſtat loco generis. Dixi ſupra q. 1. Ibi (primom primi parentis) quia alia peccata, quę ipſe fecit, vel poſteri eius committunt, non ſunt originalia nec tranſeunt in poſteros, S. Th. 1. 2. q. 81. art. 2. & lect. 3. c. 5. ad Rom. ibi (quatenus fuit naturæ) quia quatenus eſſet perſonale, non eſſet transfuſum; ibi (per virtutem ſeminalẽ) ad denotandum, quomodo, & a quo, & in quos deriuatur, ibi (ſibi, & poſteris perdidit iuſtitiam originalem) quia non ſolum ſibi ſoli præiudicium intulit, ſed omnibus eius poſteris, not. c. 1. & ſeq. ſeſſ. 5. Conc. Trid. tit. de peccato origin. Ita cap. 5. ad Rom. per unum enim hominẽ peccatum introiuit in mundũ. & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, Conc. S. Thom. 1. 2 q. 81. art. 1. Magiſt. ſent. lib. 2. diſtin. 30. §. hoc autem, & ſeq. Archy. Flor. p. P. ſummę ti. 8 c. 1. ner. peccatũ. Cathechiſmus in ar. & in Ieſum Chriſtum uer. propterea pag. 38. & dicitur ſibi, & illis, ad differentiam aliorum peccatorum, quæ nõ traducũtur ad poſteros S. Tho. 1. 2. q. 81. art. 2. Itẽ quatenus dicitur ibi (in omnes) intellige uidelicet ęqualiter, quia peccatũ originale eſt peccatum naturæ, ſed natura æqualiter eſt in omnib. ergo & peccatum originale S. Th. d. loco art. 4. & eſt unum ſecũdum ſpeciẽ, & proportionẽ in omnib. hominib. diuerſum autẽ numero in diuerſis hominib. in uno autẽ homine nõ eſt niſi unũ peccatum originale numero, idem d. loco art. 2. ſimiliter quatenus dicitur (primi parẽtis) Intellige de Adamo, quia peccatũ originale deriuatur in filios a patre, nõ a matre nam principium actiuũ in generatione eſt a patre, unde ſi Adam non peccaſſet, Eua peccaſſet. Filij originale peccatũ nõ cõtraheſẽt, è conuerſo autem eſſet, ſi Adã peccaſſet, & Eua non, ita S. Th. d. loco art. 5. ulterius quatenus dicitur in definitione, quo ad hoc ſęculum, & beatitudinem æternam (quo ad alterum) quia Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus, & animam, in deterius commutatus fuit c. 1. ſeſſ. 5. Conc. Trid. conc. cap. firmiſſimè tene de conſecratione diſt. 4.

Subiectum peccati originalis. Quæſt. VI.

SExto quæro, vtrum ſubiectum originalis peccati per prius ſit caro, uel anima? Reſp. ſecũdum S. Tho. 1. 2. q. 83. artic. 1. Quod cum originale peccatum ſit quædam culpa, non niſi in anima, ſicuti in ſubiecto eſſe poteſt: in Adam uerò, ut in principali cauſa, in ſemine uerò, & carne, ut in inſtrumento, idem enim eſt ſubiectum uirtutis, & peccati quod contrariatur uirtuti S. Tho. 1. 2. q. 71. art. 1. ſed caro non poteſt eſſe ſubiectum uirtutis, dicit etiam Apoſtol. ad Rom. ſcio, quod non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum; Ergo caro nõ poteſt eſſe ſubiectum originalis peccati, ſed anima, idem d. loco q. 83. art. 1.

Differentia originalis peccati ab actuali. Quæſtio. VII.

SEptimo quæro, quid differat originale peccatum ab actuali? Reſp. Quod actuale peccatum pendet à voluntate propria, illud uero ab aliena. Secundo, quia originale peccatum in nobis eſt quodammodo neceſſarium, actuale uero nõ, Tab. in ſumma uer. peccatum c. 1. col. 3.

Peccatum primi parientis, an fuerit ſuperbia. Quæſtio. VIII.

OCtauo quęro, qd peccatũ fuit peccatũ primi parentis? Reſp. Qd fuit ſuperbia. Iuxta illud

A 2 eccl.

eccl.10. Initiũ omnis peccati ſuperbia; ſed peccatũ primi hominis eſt initium omnis peccati; ſecundum illud Ro. 5. Per vnũ hominem peccatum in hunc mundum intrauit. Ergo primũ peccatũ hominis fuit ſuperbia, S. Thom.2.2.q. 163. artic. 1. Ampl.quod non ſolũ fuit initiũ primi peccati, ſed etiã eſt initium omnium peccatorum, S.Th.1.2.q. 84. arti. 2. & latius dicetur ſuo loco inferius, & in hoc fuit ſuperbia primi parentis, quod appetierit diuinam ſimilitudinem, vnde Pſal.68. quæ non rapui, tunc exoluebã, vbi Aug. vol.8. inquit Adam, & Eua rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fœlicitatem, quod quidem peccatum ſimpliciter non fuit grauius alijs, ſed ſecundũ quid, habito reſpectu ad conditionẽ peccantiũ; propter perfectionem ſtatus ipſorum. Orig. lib.1. Perarcon. c.3. vol. 4. grauius tamen peccauit Eua quam Adam, ꝙ patet, quia grauius punita fuit, Geneſ. c.3 S.Th.2.2. q.163. art.2.3.& 4. Item not. ꝙ peccatum originale deletur per baptiſmum cap.3.& ſeq. ſeſſ.5. Concil. Trident. de peccat. orig.

Peccatum veniale quid ſit. Quaſt. IX.

NOno quæro, quid ſit peccatũ veniale? Reſp. eſt quod pęna licet ſit dignũ, non tamen obligat ad ęternam mortẽ, Ray. 2.par.ſum.tit.de peccato c.19.ver.ſecundo. Poteſt iterũ definiri ſic, peccatũ veniale eſt peccatũ actuale, ꝙ non eſt mortale, quę definitio cõſtat ex genere, & differentijs, peccatũ eſt genus, vt dictũ eſt ſup q.3. actuale, & cadij citur iam originalis, & mortalis, Nau. in prę̃l. 9. num.16. Man.conf. Arch.Fl.p.par.ſum.tit.10.c.1. Cantl.in ſum.doctr. Chri.tit.de pecca.cap.3.§.demum. Caiet.in ſum.ver.peccatũ. poteſt iterum definiri peccatũ veniale, prout in p.q. definitum eſt in genere, nã dicitur etiam eſſe contra legẽ, licet ſit veniale, vt Nau. in prę̃l.7.num.16.& prę̃l.9. num.7. Man.conf. ſed dicitur veniale, vel ex imperfectione actus, vel ex defectu materię, vnde quatenus dicitur eſſe dictum, vel factum, ſeu concupitum, poteſt intelligi dictum de mendacio iocoſo, nullam inferẽte iniuriam, factum de furto in re minima, concupitum abſq; conſenſu præſtito, prout latius ſuo loco dicitur inferius.

Differentia, peccati mortalis, & venialis, Quæſtio. X.

DEcimo quæro, quæ differentia ſit inter peccatũ mortale, & veniale, & quomodo diſcernatur vnũ ab alio? Reſpõ. ex mente Nauarr. in præl. 9. num.7. ver. peccatum eſt, & ſeq. Man.conf. Summa Roſella ver. peccatum nu.1. Archiep. Flor. 1.p. ſummę tit.9.c.1.§.3. Silu. ver. peccatum nu.3. Ray. 2.p. ſummę tit. de peccato c.19.& ſeq. Quod diſcernitur multis modis; primo inter peccatum mortale, & veniale differt, tanquàm aliquid perfectum, & imperfectum, mortale enim habet perfectam rationem peccati, vel culpæ, veniale autem non, quia non opponitur directę gratiæ, ſed indirectæ, videlicet, eſt quædam diſpoſitio ad mortale; Item quia peccatũ mortale omnino a fine deordinatur, à quo peccatũ veniale deficit, ex hoc quod non omnino a fine deordinatur, ſed aliquo modo à fine retardat ordinẽ à fine ſaluato S.Th. in c. diſput. de malo in q. de peccato veniali diſt.30. art. 2. 10 ſol.2. Arg. Ray.d.loco.c.19. alia diſtin. eſt ſecundũ quoſdam, quod peccatum mortale priuat gratia eiq; debetur pęna ęterna, veniale verò nõ priuat gratia, nec meretur pęnã ęternam, ſed temporalẽ, ſed hæc differentia eſt à poſteriori, prius enim eſt conſiderare peccata in ſe diſtincta, quã ipſorum effectus. Tertia ſit diſtinctio, quod ſi effectus aliquis fuerit, quo charitas excludatur, eſt peccatum mortale, ſi verò ſit defectus, quo charitas non excludatur, eſt peccatũ veniale, Ray.c.20.d.loco. Quarto, quia peccatũ mortale eſt præferre Deo commutabile bonũ, veniale eſt ſub Deo, ita Rayn.d.loco.c. 21. Quinto, per peccatum mortale adhęretur rei tẽporali, vt fini; per peccatum verò veniale, vt ei, quod eſt ad finem, quę duo non ſunt eiuſdẽ generis, quia finis vltimus, ab ijs, quę ſunt ad finẽ, diſtat in infinitũ, nec ſunt proportionabilia, S. Th.1.2.q.73.art.5. in ſol. ad 5. arg. id Rayn.d.loco. Sexto, mortale peccatũ differt à veniali, ſicut cõpletum ab incompleto, Ray.d.loco ca. 22. Septimo, vnũ peccatũ mortale abſq; alio remitti nõ poteſt ratione cõnexitatis ex parte auerſionis, quia omnia ab vno incõmutabili bono auertunt, nõ enim poteſt vnus eſſe auerſus a Deo, & conuerſus ad Deum, item non compatitur gratia cum peccato, ſicut nec vita, cũ morte, venialia verò abſq; mortali, ſi plura concurrant, poſſunt vnum abſque alio remitti, non enim eo modo contrariantur nec connectuntur, S. Th. in 4. ſent. diſt. 16. ar.1.q.2. Similiter peccatum mortale poteſt remitti ſine veniali, ſed veniale nõ poteſt remitti abſq; mortali. Nono, peccatum mortale obtenebrat, veniale verò obſcurat Ray.d. loco c.23. in fi. Decimo, peccatum mortale poteſt ęquiparari morti, veniale verò infirmitati. Vndecimo, peccatum mortale trabi comparatur, ueniale uerò feſtucæ, Matth. c.7. ubi Hierony. uol.9.& alij doct. Duodecimo, & ultimo, peccatum ueniale dicitur ex imperfectione actus, ſcilicet ſurrepit, ex primo motu ſenſualitatis, & nõ pertingit uſq; ad conſenſum rationis, mortale uerò cum adeſt liber conſenſus, ſimiliter ueniale eſt ea imperfectione obiecti; ut ſi contra iuſtitiam fiat in aliquo minimo, de quo ſcilicet is contra quem fit probabiliter præſupponitur contentus, uel ſaltem deberet eſſe contentus, mortale uerò ſecus Sylu. in 2.p. ſummę uer. peccatũ nu. 3. Vide quę dixi ſupra q. 3. & quę dicam latius inferius cum dicetur de interpretatione actus, quando ſcilicet ſit iudicandus ueniale peccatũ an mortale.

Veniale peccatum, an effici poſſit mortale, & e contra. Quaſt. XI.

VNdecimo quæro, utrum peccatũ ueniale effici poſſit mortale, & è cõtra peccatum mortale an fieri poſſit ueniale? Reſpond. ad utrumque, quod non, ratio primi eſt, quia ea, quæ differunt in infinitum, non tranſmutantur in inuicem, ſed peccatum mortale, & ueniale differunt in infini-

infinitum, vt dictum est superius, ergò veniale non potest fieri mortale, S. Thom. 1. 2. quæst. 88. artic. 4. Ratio secundi est, quia quod est æternum fieri non potest temporale, sed peccatum mortale meretur pœnam æternam, peccatum veniale temporale, ergo peccatum mortale non potest effici veniale, S. Thom. d. loco art. 6. quem seq. Didac. cap. Alma mater 1. par. Relect. §. 7. nu. 7. Tab. 2. p. summæ ver. peccatum cap. 3. numer. 3. Silu. d. loco nu. 4. Bart. de Pisis. ver. peccatum versi. 2. summa Rosella ver. peccatum num. 5. Canisius, titu. de peccato cap. 8. Armilla ver. peccatum nom. 11. & sequen. Ange. d. loco num. 4. Archiep. Floren. 1. p. sum. tit. 1 o. ca. 1. de peccato ven. ver. si vero Rayn. 2. p. tit. de peccat. ca. 14. disponit tamen peccatum veniale ad mortale, quia, qui spernit minima paulatim defluit, sed ille, qui peccat venialiter, videtur minima spernere, ergo paulatim disponitur ad hoc, quod totaliter defluat per peccatum mortale, S. Tho. d. loco artic. 3. Tabien. d. loco oume. 2. potest tamen actus, qui de suo genere esset peccatum veniale, effici mortale. Primo si quis ibi statuat vltimum finem, paratus scilicet mortaliter peccare, si de hoc cogitetur actu. Secundo si fiat ad finem, qui sit peccatum mortale, cuius enim finis est bonus, ipsum quoque bonum est, & cuius finis est malus, ipsum quoque malum est, omnis enim actus à fine iudicatur, vt dixi in tractatu de legibus, & statutis in Proemio in fine. Tertio si interueniat contemptus, vt dicam inferius suo loco; quarto si quis de salute proximi in se non curet, vt cùm mulier ita ornatur, vt ex eo quis ruat. Quinto si conscientia sit erronea, credens peccare mortaliter, Silu. ver. pecc. numer. 3. Rayn. d. summa tit. de pecc. cap. 25. Philiarcus Manu. Sacerdotum tit. de pecc. §. 1. & oot. quod nō sufficit, quod si contra conscientiam simpliciter, sed oportet, quod dictet esse peccatum mortale, nam peccata, quæ fiunt contra conscientiam dictantem illa esse tantum venialia, vel esse simpliciter peccata solū erunt venialia, si ex se alioquin non sunt mortalia, quia in causato non potest esse plus virtutis, quam to id potentia causæ infundat, Bald. leg. 1. ff. de senat. Nauar. in 9. præl. oum. 9. Manual. confess. Amp. vt nec etiam circunstantia faciat de peccato veniali mortale, nisi mutet speciem illius ita, S. Thom. 1. 2. quæst. 88. art. 5. sed de his latius dicetur suo loco inferius.

Peccatum veniale, an esse possit cum solo peccato originali. Quæstio. XII.

Duodecimo quæro, vtrum peccatum veniale possit esse in aliquo cū solo originali? Resp. Quod non, quia pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, vbi non est pœna sensus, in inferno autē detruduntur homines propter solum peccatū mortale, ergo non erit locus in quo possit puniri ille, qui habet peccatum veniale cum originale solo, alia ratio est, quia ante annum discretionis, nullum committit peccatum, in anno verò discretionis si nō se præparauerit ad debitum finem, peccat mortaliter non faciēs quod in se est, & tunc nō erit peccatum veniale absque mortali, S. Thom. 1. 2. quæst. 88. art. 6. conc. Arch. Flor. 1. p. summ. tit. 1 o. c. 1. uer. peccatum, Silu. uer. peccatum c. 3. num. 10. nec potest remitti veniale sine mortali, licet unum ueniale remitti possit absque alio, Bart. de Pisis uers. 4. & seq. Rosella d. loco nu. 7. S. Thom. 3. q. 87. art. 4.

Peccare venialiter, an sit licitum pro liberando aliquem à peccato mortali. Quæst. XIII.

Decimotertio quæro, an sit licitum peccare venialiter ad liberandum quem à peccato mortali? Resp. quod non, ita S. Thom. 2. 2. quæst. 43. articul. 7. in Resp. ad 5. & q. 110. art. 3. in Resp. ad quartum, non enim sunt facienda mala, ut eueniant bona, Paul. ad Rom.

Venialis peccati effectus, qui sint. Quæst. XIIII.

Decimoquarto quæro, qui sint effectus peccati uenialis Resp. plures, & primo obligat ad pœnam, licet non æternam. Secundo, animam obscurat. Tertio, peccatū ueniale tepidat. Quarto, debilitat. Quinto, retardat à gloria. Sexto, disponit, & prouocat ad mortale, Rayn. p. 2. suę summæ, tit. de peccato c. 25. in fine, Arch. Flor. 1. p. summæ tit. 10. ca. 1. §. 4. uer. effectus autem.

Peccatum veniale, quibus modis tollatur. Quæstio. XV.

Decimoquinto quæro, quibus modis peccatū ueniale tollatur? Resp. multis modis probatur pœnitentiæ uirtus, sine qua peccatum ueniale non remittitur, S. Th. 3. P. q. 87. art. 1. Primo per aquæ benedictę aspersionem, c. aquam de consecr. dist. 3. secūdo per eleemosynā c. sanè de pœnit. dist. 3. tertio per orationē præsertim Dominicam, quarto per confessionem generalē, quinto per Episcopi benedictionem, Can. in summa doctr. Christ. tit. de pecc. c. 9. cap. cum multi p. 1. q. 1. Conc. Bart. de Pisis uer. pecc. uers. quot modis, Rosella uer. peccatum nu. 1 2. S. Thom. 3. P. q. 87. art. 3. Sexto per deuotam pectoris tonsionem, denique per alia similia opera pietatis, & charitatis, dummodo in omnibus adsit displicentia uoluntatis, S. Ant. 1. P. summæ tit. Decimo cap. de peccato ueniali. §. 5. uers. dimittuntur, quicquid autem sit peccatum mortale, dictum est in quæstione 1.

Primi motus infidelium, an sint peccata. Quæstio. XVI.

Decimosexto quæro, utrum primi motus infidelium sensualitatis sint peccata mortalia? Resp. Quod non, S. Th. 1. 2. q. art. 5. non enim Deus est acceptor personarum, undè quod uni non imputatur ad damnationem, nec alteri, sed primi motus fidelium non imputantur ad damnationem, nec ergo etiam infidelium.

Peccata clamantia in Cœlum. *Quæst. XVII.*

Decimoseptimo quęro, quot sunt peccata clamātia ad Deum? Resp. esse tria, videlicet homicidiū, sodomia, & oppressio pauperum, de primo dicit Dominus ad Cain. vox sanguinis fratris tui clamat ad me, de terra, Genes. ca. 4. De secundo dixit Dominus Abraę, clamor sodomorum, & Gomorreorum ascendit ad me de terra, Genes. c. 18. de Tertio clamorem eorum audiui propter duritiam, Exod. cap. 3. & c. 22. & Iac. c. 5. Arch. Flor. 2. P. tit. 7. c. 3. §. 2, Canis. tit. de peccatis in cœlum c. 6. addit. Quartum nempe mercedem pauperum retentam, vt Deut. c. 24.

Peccata capitalia quæ sint. *Quæst. XVIII.*

Decimooctauo quęro, quot sunt peccata capitalia? Resp. esse septē secundū com. opin. videlicet. Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira Gula, Inuidia, Accidia. Greg. lib. 31. Moral. c. 31. quē refert. & seq. S. Thom. 1. 2. q. 84. articul. 4. Magist. sent. & ibi doct. omnes lib. 2. dist. 42. vers. pręterea, & dicūtur hęc capitalia; quia ex eis oriūtur omnia mala, nullū enim malū est, quod etiā non ab aliquo borū ori ginem trahat, nā de his quasi septem fontibus cunctæ animarum mortiferę corruptelæ emanant, significata in septem populis, qui terram promissionis Israel promissam tenebāt. Ita dicit Magist. sent. ex mente Chrisostomi conc. gl. c. non solum, ver. septem. 32. q. 7. Canis. in summ. doctr. Chr. titu. de pecc. capit. c. 2. Nauar. in t. præl. Man. confes. nu. 3. & in c. 23. nu. 3. Arch. Flor. in P. summæ, tit. 7. c. 2. §. 6. & in Prologo. 2. P. ver. & quia, ea æquiparat septem viris leprosis. Idē t. P. tit. 5. c. 3. §. 1. ęquiparat ea septem vijs difficilibus, quarū vna est montuosa, alia spinosa, tertia lutosa, quarta tenebrosa, quinta tumultuosa, sexta sumptuosa, septima tędiosa, quę omnes mirabiliter cōgruūt dictis peccatis capitalib. Quarto æquiparat etiam ea septem cæcis. Quinto æquiparantur septem bestijs. Sexto per septem Dęmones. Septimo per septem capita draconis, de quibus late agitur in Prolog. 2. p. summæ S. Antonini, quæ breuitatis causa omitto. Item dicuntur vitia capitalia, ex quibus alia oriuntur; præcipuè secundum rationem causę finalis. Nam non solum est principium aliorum, sed etiam est directiuum, & quodammodo ductiuum aliorū, vnde talia vitia æquiparātur ducibus, alia dicuntur exercitus, S. Thom. 1. 2. q. 84. art. Quod patet, quia bonum hominis est triplex, videlicet bonum animæ, quod scilicet sola apprehensione, rationem appetibilitatis habet, sicut excellentia laudis, vel honoris, & hoc bonū inordinate prosequitur superbia, aliud est bonum corporis, & hoc, vel pertinet ad conseruationem indiuidui, vt est cibus uel potus, & hoc bonum inordinatè prosequitur gula, aut ad conseruationem speciei, vt est coitus, & ad hoc ordinatur luxuria. Tertium bonum est externus, idest diuitiæ, & ad hoc ordinatur auaritia, & hæc procedūt quo ad modū, quo directe, & per se bonū mouet appetitum ad prosequendum, malum autem secundum eandem rationem ad fugiendum, contingit etiam, quod aliquis bonum fugiat propter aliquod malum coniunctum, & hoc dupliciter, quia aut hoc est respectu boni proprij, & sic est accidia, quæ tristatur de bono spirituali propter laborem corporalem adiūctum, aut est de bono alieno, & hoc si fit sine insurrectione, pertinet ad inuidiam, quę tristatur de bono alieno, in quantum est impedimentum propriæ excellentiæ, aut est cum quadam insurrectione ad vindictam, & sic est ira, & ad eadem vitia pertinet prosecutio mali appositi, S. Tho. 1. 2. q. 84. ar. 4. Nec oportet, quod principalia vitia opponantur principalibus virtutibus, quia non est eadem ratio originis in virtutibus, & vitijs, nam virtutes causantur per ordinem appetitus ad rationem, vel etiam ad bonum incommotabile, quod est Deus. Vitia autem oriuntur ex appetitu boni commutabilis, idem d. loco in Responsio ne ad primum aduersantur tamen dictis vitijs capitalibus septem virtutes, videlicet humilitas superbiæ, liberalitas auaritiæ, castitas luxuriæ, charitas inuidiæ, abstinentia gulæ, patientia iræ. Deuotio seu pia sedulitas sedulaque pietas, accidiæ. Ita Canisius in summa Doctrinæ Christianæ ut. de septem peccatis capitalib. c. 2.

Peccata in Spiritum sanctum sunt sex. *Quæst. XIX.*

Decimonono quæro, quot sunt peccata in Spiritum sanctum? Resp. secundum Doct. com. sunt sex, videlicet desperatio, August. lib. de fide ad Petrum c. 3. vol. 3. in fine, Secundo præsumptio, Tertio impœnitentia, Quarto obstinatio, Quinto impugnatio veritatis agnitæ, Sexto, & vltimo inuidentia fraternæ gratię, August. in Enchirid. capit. 81, vol. 3. lib. de verb. Dom. Sermon. 11. vol. 10. lib. 1. de serm. Dom. in monte cap. 44. vol. 4. S. Thom. 2. 2. q. 14. art. 2. Mag. sent. libr. 2. dist. 43. Per totam, Canisius summa de doctrina Christiana in tit. de pecc. in Spiritum sanctum, cap. 2. Angel. ver. Peccatum nume. 3. S. Ant. 2. P. summæ tit. 8. c. 8. Duo sunt ex parte diuini iudicij, duo alia ex parte donorum Dei, & duo vltima ex parte peccati. Primum, & secundum est præsumptio, & desperatio, quæ sunt contra timorem Dei, & contra spem. Præsumptio enim est qua homo speraт aliquid posse consequi à Deo, quod impossibile est secundū diuinam legem, & est peccatum mortale derogans diuinę dispositioni, Caiet. ver. præsumptio. Tertium, & quartū sunt impugnatio veritatis agnitæ, & inuidentia fraternę gratiæ, quæ sunt contra agnitionem veritatis fidei, & auxilium interioris gratiæ, quam etiam in alijs nollet crescere, & dolet si videt in alijs. Quintum, & sextum sunt obstinatio, qua homo pertinaciter inhæret peccato, Caie. ver. obstinatio, & impœnitentia, quæ sunt contra considerationem turpitudinis peccati, & breuitatem ipsius delectationis, Ang. d. loco nu. 3. S. Th. d. loco de singulis specieb. dicetur suo loco infectius, pro hoc satis erit scire, Quod peccatū in Spiritum sanctum est peccatum ex certa malitia Mag. sent. d. loco §. A. & S. Tho. eodem loco super cit. art. 1. & dicitur irremissibile, vt inquit Matth. c. 12. . bi.

12. ibi. qui dixerit verbum contra Spiritumsanctũ non remittetur ei nec in hoc seculo, neq; in futuro, quod intellige, non quod in hac vita non possit remitti. dum enim in hac vita sumus, pœnitere possumus, & gratiã Dei consequi, sed irremissibile dicitur, quia via, & raro, & difficulter dimittitur, sola tamen desperatio, & impœnitentia finalis, nunquã dimittitur, quæ propriè peccatum in Spiritumsanctum dicitur, quando scilicet aliquis perseuerat in peccato mortali vsque ad mortem, Ang. de verb. Domini serm. 11. vol. 10. quem refert. S. Thom. 2. 2. q. 14. art. 1. & art. 3. dicens peccatum eoim mortale, quo homo perseuerat vsque ad mortẽ, quia in hac vita non remittitur per pœnitentiam, nec etiam in futuro dimittetur alio modo, intelligitur nõ, quod nullo modo remittatur, sed quia quantum ad se, habet meritum, vt non remittatur, & hoc dupliciter, vno modo quãtum ad pœnam, quia, qui ex infirmitate, vel ignorantia peccat, minorem pœnam meretur, & aliquo modo excusatur, qui autem ex certa malitia peccat, non habet aliquam excusationem, vnde eius pœna minuatur, secundo modo intelligi potest, quoad culpam, quia peccatum in Spiritumsanctum dicitur irremissibile secundũ suam naturã in quantum ex cludit ea, per quæ fit remissio peccatorum. Per hoc tamen non præcluditur via remittendi, & sanãdi omnipotentiæ & misericordię Dei. Per quam aliquando tales quasi miraculosè spiritualiter sanantur; vnde considerata conditione peccati dicuntur aliqui filij diffidentiæ, Ephes. 2. ita S. Thom. d. loco art. 3.

Aliena peccata sunt nouem. Quæst. XX.

Vigesimo quæro, quæ dicantur peccata aliena? Resp. esse nouem, videlicet Consilium, iussio, consensus, irritatio, adulatio, reticẽtia, conniuentia, participatio, & defensio; Exemplum cõsilij Cayphas, qui consilio suo Senatum Iudaicum in mortem Christi concitauit. Iohan. c. 11. Math. c. 26. exẽplum iussionis Dauid Regis, qui Innocentem occidit Vriã 2. Reg. c. 11. Exemp. consensus Pauli, qui peccauit in Stephani Prothomartyris necem, acta Apost. c. 8. Vnde idem Paulus ad 1. Rom. Non solũ, qui faciunt mala, sed qui consentiunt facientibus digni sunt morte. Exẽpl. irritationis vxoris Iob patienti viri petulanter insultantis quantum in se qui dem erat, suasit etiam Deum blasphemare. Iob c. 2. Adulationis authoritas est Esaiæ c. 3. Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt, & viã gressuum tuorum dissipant. Reticentiæ verò authoritas est Esaię, c. 58. Clama, ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, & Paul. Epist. 2. c. 4. ad Tim. Prædica verbum, insta oportunè, importunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Cõniuentia verò dicitur, quoties id quod facultate, vel auctoritate nostra emendari vindicari que potest, & debet, nos tamẽ impunitũ, & in peius abire sinimus. Exẽpl. Saul. Regis, qui aduersus Dei mandatum clementior fuit, cum parceret hostibus Amalechitis primo Reg. 15. Vnde Paul. 1. Cor. c. 5. Auferte malum ex vobis ipsis, nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit, expurgate vetus fermentum. Participationis authoritas est Esaiæ, c. 1. Principes tui infideles socij furum omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Defensionis authoritas Esaiæ. c. 5. veh qui dicitis malũ bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum, Canis. in eodem tit. in summa doctrinæ Christianæ, c. 1. & seq.

Gradus peccandi. Quæst. XXI.

Vigesimoprimo quæro, quot dicantur gradus peccandi? Resp. vltra ea, quæ dixi supra in quæst. 4. plures esse gradus peccati, ex mente Gregorij magni, moraliũ lib. 4. ca. 27. nam primo est suggestio, ex suggestione, cogitatio, ex cogitatione, affectio, ex affectione, delectatio, ex delectatione, consensus, ex consensu, operatio, ex operatione, consuetudo, ex consuetudine, desperatio, ex desperatione, peccati defensio, ex defensione, gloriatio, ex gloriatione damnatio, ita distinguit etiam Canis. tit. de pecc. c. 5. Secũdo modo gradus peccati distinguitur, nam ipsum præcipuè aggrauatur ex tribus. Primo ex conditione personæ, quæ transgreditur. Secundo eius, quæ offenditur. Tertio ex magnitudine rei quæ aufertur, Rayn. titulo de peccato, 8. & sequen. Tertia fit distinctio, quod peccatũ distinguitur ex parte defectus, & ex parte effectus, & dicitur vnum commissum, alterum omissum, Rayn. d. loco. capit. 18. Quarto peccatum aliud dicitur carnale, aliud spirituale, carnale, vt luxuria, & gula, spirituale, vt superbia, & alia capitalia, de quibus latius dicetur inferius suo loco, Rayn. c. 16. Quinto omne peccatum oritur, vel ex infirmitate, vel impotentia, vel ignorantia, vel ex malitia, vel concupiscentia. Sexto omne peccatum est, vel ex timore male humiliante, vel ex amore male inflammante, idem dicto loco, & nota. quod cum plures sint gradus peccandi, sequitur quod peccatorum vnum sit grauius altero: non enim sunt ęqualia, vnde Dominus dixit Pilato Iohan. c. 19. qui tradidit me tibi, maius peccatum habet, S. Thom. 1. 2. q. 37. art. 2. Tab. ver. peccatum. c. 1. nu. 18. Armilla d. loco nu. 9. & est vnum grauius altero, pluribus modis. Primo causalitate, vt peccatum Luciferi. Secundo generalitate, vt peccatum Adæ. Tertio deformitate, vt peccatum Iudæ. Quarto remissionis difficultate, vt peccatum in Spiritũsanctum. Quinto periculositate, vt peccatum ignorantiæ. Sexto inseparabilitate, vt peccatum cupiditatis, & auaritię. Septimo pronitate, vt peccatum carnis. Octauo ablatione omnis boni, vt peccatum infidelitatis. Nono expugnandi difficultate, vt peccatum superbię. Decimo deordinatione, vel elogatione, vt peccatum odij. Vndecimo cęcitate, vt peccatum iræ. Duodecimo vilitate, vt peccatum luxuriæ, Ita Ray. ver. peccatum. c. 13. seu dicas ex mente S Tho. quod peccatum vnum maius altero dicitur, pluribus modis. Primo, peccata spiritualia sunt maioris culpæ, quam carnalia. 1. 2. q. 37. art. 5. Greg. li. 33. Moral. c. 11. Secundo modo, quando mauis no-

cumentum adfert ibid. art. 8. Tertio, quando vna persona est dignior, vel propinquior altera, in quā peccatur, vt.3.Reg.c.19. Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & Micheæ.7. filius contumeliam facit patri, filia consurgit aduer sus matrem suam, S.Thom.d.loco art.9.Quarto grauius peccat in dignitate constitutus, quam alter.vnde Isidorus lib.2.de summo bono,c.19.tanto maius cognoscitur peccatum: quanto maior qui peccat habetur.Ibidem art. 10. Quinto grauius est, quod ex fine,quam ex materia, ibid.art.3. Sexto grauius est ex abusu rei, quam in omissione debiti vsus,S. Th.1.p.q.48.art.6.Septimo illud quod continetur in actuali contemptu Dei est grauius eo, in quo non est contemptus Dei,nisi ex cōsequenti,& quasi interpretatiue,idem 1.2.q.73.art.8. Octauo peccatum,quod opponitur virtutibus Theologicis,est grauius eo,quod opponitur virtutibus moralibus, idem 2.2.q.20.art.3.Nono peccatum contra præcepta primæ tabulæ est grauius eo, quod est secundę tabulę,idem 1.2.q.100.art.6. Decimo, quod fit ex habitu,quia fit ex maiori libidine,idem 2.2.q.156. art. 3. Vndecimo grauius est peccare opere, quam ore,& ore,quam corde, S.Tho.1.2.q.100.artic.6. Duodecimo nocere sibi est grauius peccatū, quam nocere proximis in re non subiecta voluntati. s. in naturalibus,vel spiritualibus, in alijs autem è contra,idem 1.2.q.23.art.9.ad 2.

Circumstantiæ,an aggrauent peccatum. Quæst. XXII.

Vigesimosecundo quæro,vtrum circumstantiæ aggrauent peccatum? Resp. Quod sic, ita concl.S.Tho.1.2.q.37.art. 7.& hoc contingit Triplici modo.Primo,quando circumstantia transfert in aliud genus peccati, sicut peccatum fornicationis consistit in hoc,quod homo accedit ad non suā, si autem addatur hæc circūstantia, vt illa ad quam accedit sit alterius vxor, transfertur iam in aliud genus peccati.s.in iniustitiam,inquantum homo viupat rem alterius, & secundum hoc adulterium est grauius peccatum,quam fornicatio. Secundo modo non trahit in aliud genus peccati: sed solū multiplicat rationem peccati,sicuti si prodigus det quā do non debet,& cui non debet,multiplicius peccat eodem genere peccati, quam si solum det cui non debet, & ex hoc ipso peccatum fit grauius, sicuti etiam ægritudo est grauior, quæ plures partes corporis inficit.Tertio modo, circumstantia aggrauat peccatum ex eo, quod auget deformitatem prouenientem ex alia circumstantia, sicuti accipere alienum constituit peccatum furti, si autem addatur hæc circumstantia,vt multū accipiat de alieno erit peccatum grauius, quamuis accipere multum, vel parum, de se non dicat rationem boni,vel mali, ita S.Th.d.loco tab.ver.peccatum,c.1. nu. 20. non tamen circumstantia facit peccatum de veniali mortale,quia ipsa est accidens moralis actus, vnde impossibilie est, quod circumstātia de peccato veniale faciat mortale,nisi afferat deformitatem alterius generis.S.Thom.1.2.q.88.art.5.

Peccatum an habeat causam. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, vtrum peccatum habeat causam? Resp. Quod sic, quia omne, quod fit, habet causam; Inquit enim Iob,c.5.nihil in terra sine causa fit,sed peccatum fit,est enim dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei,& habet causam, tam interiorē, prout est voluntas, Aug.c.10.& seq.vol.6.li.de duab. animab. quam exteriorem, vt exteriora bona, iuxta illud numer.31. non ne istæ sunt,quæ deceperunt filios Israel, & prænaticari vos fecerunt in Domino super peccatum Phogor.ita S. Tho.1.2.q.75.ar.1.& seq. Item not. quod etiam peccatum est causa peccati,Vnde Greg. Homel. 11. super Ezech.& li.25. c.13.Moral. ante medium ait.peccatum,quod per pænitentiam citius non deletur peccatum est, Ita S.Tho.d.loco art.4.Quarto not.quod etiam ignorantia quandoq; est causa peccati.Aug.lib. de natura,& gratia,c.63.vol.7.& li.3.c. 18. de liber.arbit. vol. 1.& non quæuis ignorantia est causa peccati, sed illa tantum, quæ tollit scientiam prohibentem actum peccati,ita S.Thom.1.2.q.76.art.1.sed hoc dicemus latius nos inferius suo loco, in secunda parte, Quinto amor sui ipsius est causa peccati: inquit enim Aug.lib.14. de Ciuit. Dei c.fin.vol.5. Quod amor sui vsque ad contemptum Dei, facit Ciuitatem Babilonis,sed per quodlibet peccatum pertinet homo ad ciuitatem Babilonis,ergo amor sui est causa peccati, ita S. Thom. 1.2.q.77.art.4. Sexto causæ peccatorum conuenienter ponuntur tres, videlicet concupiscentia carnis,concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.1.Iohan.c.2.ibi omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis,aut est concupiscentia oculorum,aut superbia. In mundo autem dicitur esse aliquod propter peccatum,vnde, & ibidem dicitur, quod totus mundus in maligno positus est; Ergo prædicta tria sunt causa peccatorum, ita S. Thom. d. loco art. 5. Septimo Diabolus dicitur esse causa peccati non quidem directa, & sufficiens,sed indirectè,vel per modum persuadentis, vel proponentis exterius appetibile,nam vt inquit Aug. in 1.& 3 de lib.arb.nulla alia re fit mens hominis serua libidinis,nisi propria voluntate, sed homo non fit seruus libidini, nisi per peccatum,ergo causa peccati non potest esse Diabolus,sed sola propria volūtas, ita S. Thom. 1.2.q.80. art.1. vnde licet Diabolus possit inducere hominem ad peccandum interius instigando; non tamē potest necessitatem inferre;alioquin frustra nobis daretur admonitio,vt ei resistere debeamus fortes in fide, si homo ex necessitate succumberet,ita argum. S. Thom. d. loco art. 2. & 3. & in seq. dicit,quod non omnes cogitationes nostræ malæ à diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostro arbitrij motu emergūt. Octauo cupiditas dicitur causa peccati, vnde Apost.1. ad Timoth.radix omnium malorum cupiditas; quia cum diuitijs inuenitur homo ad quodcūque peccatum perpetrādum omnium malorum diuitiarum cupiditas causa est. Similiter, & nono superbia cū sit inordinatus appetitus

petitus propriæ excellentiæ, omnium peccatorum dicitur radix, vnde ecclesiastes ca. 10. Initium omnis peccati superbia. Decimo peccatum capitale dicitur causa alterius peccati, quia ex eo alia vitia oriuntur, vt latius suo loco inferius dicetur, ita S. Tho. 1. 2. q. 84. art. 4. Vndecimo causa dicitur triplex, videlicet interior, & exterior, & inferior, interior, vt ratio, & sensualitas, exterior, vt Diabolus, & bona externa; inferior verò est peccatum veluti in Adam peccatum gulę, cuius causa fuit quædam mentis elatio, quæ præcesserat in mente ipsorum c. testamentum 6. dist. c. sexta die 36. distin. 5. Antoninus prima p. ti. 6. c. 1. Duodecimo causa peccati fuit ignorantia, infirmitas, & malitia ibid. §. 1. Decimotertio not. quod quadruplex est causa peccati, prima dicitur permissiua, vt Deus, secunda est persuasiua, vt Diabolus, tertia est inclinatiua, vt appetitus sensitiuus, quarta est effectiua, & cópletiua, scilicet affectus inordinatus, ita quod prima causa peccati, se habet per modum permittentis, vt est Deus, secunda per modum allicientis. s. obiectum exterius, tertia per modum offerentis repræsentantis, vel suadentis. s. homo vel Diabolus, quarta per modum efficientis consentientis, & consumantis, scilicet voluntas mala, Rayn. 2. P. summæ titul. de peccato cap. tertio.

Subiectum peccati. Quæst. XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, quid sit subiectum peccati? Resp. Primo, quod voluntas dicitur subiectum peccati primum, & proximum, immediatum vero esse potest omnis potentia, quæ aliquo modo potest moueri à voluntate, non enim vox blasphema posset esse peccatum, nisi imperaretur, vel posset prohiberi per voluntatem, & sic blasphemia est in voluntate, tanquam in imperante, vel consentiente, vel non prohibente, in ore verò est sicut in subiecto materiali, Tabien. vers. peccatum, c. 1. nu. 8. S. Thom. 1. 2. q. 74. ar. 1. & seq.

Effectus peccati. Quæst. XXV.

Vigesimoquinto quæro, quot effectus pariat peccatum? Resp. Quod peccatum plures parit effectus, quorum primus est, quod diminuit bonum naturę, iuxta illud Lucæ 10. homo descendens à Ierusalem in Ierico, idest in defectum peccati, expoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus, vt Beda exponit in glosa ordinaria, non tamen potest totum naturę bonum per peccatum ipsum totaliter auferri, S. Tho. 1. 2. q. 85. art. 1. & 2. Secundus effectus est peccati ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, infirmitas in irascibili, concupiscentia in concupiscibili, S. Tho. d. loco art. 3. Tertio effectus peccati dicitur mors cæteriq; corporis defectus, iuxta dictum Pauli Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors; mors enim, & alij corporis defectus, non sunt naturales homini, quatenus sunt in pœnam peccati saltem primi parentis, S. Tho. d. loco art. 6. Quartus effectus est, quod peccatum causat maculam in anima, iuxta illud eccl. 47. Salomoni dedisti maculam in gloria tua, & Paulus Ephes. 5. vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, neq; rugam, & vtrobique loquitur de macula peccati; ergo macula est effectus peccati, quæ remanet in anima post actum peccati, vt Iosue c. 22. An parum est vobis, quod peccastis in Belphegor, & vsq; in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet? ita S. Tho. 1. 2. q. 87. art. 1. & seq. Quintus effectus est reatus pœnæ, vnde Apostol. 2. Ad. Ro. tribulatio, & angustia in animam omnem operantis malum, sed operari malum est peccare, ergo peccatum inducit pœnam, quæ nomine tribulationis, & angustię designatur, ita S. Tho. 1. 2. q. 87. art. 1. & peccatum quandoq; dicitur pœna peccati, vnde Gregor. dicit super Ezechiel. Homel. 11. libro 25. moral. cap. 13. quod quædam peccata sunt pęnæ peccati, ita S. Thom. art. sequent. & quæcunque peccata si contra charitatem sunt, reum pœna æterna constituunt, vnde scriptura dicit Matth. c. 25. ibunt hi in supplicium æternum, & Marc. cap. 3. qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed erit reus æterni delicti, quæ verò præter charitatem fiunt, non puniuntur æterna pœna: dicit enim Grego. lib. 14. Dial. c. 39. quòd quædam leuiores culpæ post hanc vitam remittuntur, non ergo omnia peccata pœna æterna puniuntur, ita S. Thom. art. 5. d. loco, quòd si remouebitur culpa, adhuc tamen remanet reatus pœnæ non simpliciter, sed satisfactoriè, ita idem art. 6. & quatenus dictum est pœnam esse effectum peccati, intellige hoc procedere in tantú, vt omnis pœna sit propter aliquam culpá, iuxta illud Iob, quis vnquam innocens perijt, vt quando tecti deleti sunt, quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem dante Deo perijsse, & Aug. lib. 1. Retracta. capit. 9. vol. 1. dicit, quod omnis pœna iusta est, & pro peccato aliquo impeditur; non tamen aliquis punitur pro peccato alterius, iuxta dictum Ezech. 18. filius non portabit iniquitatem patris, ita S. Tho. 1. loco ar. 8. vbi declarat hoc dictum intelligi, quoad pęná spiritualem, secus quoad corporalem, alios effectus ponit S. Antonius in prima parte summę tit. de nocumentis peccati, capit. 3. & in titu. de nocumentis peccati mortalis. capit. 2. quorum primus est vt amittantur diuitiæ, vt Aegyptij, qui propter peccatum rebus suis fuerunt spoliati, Exod. capit. 11. Secundo, amittitur bonum honoris, & gloriæ, vnde Magdalena quantumcunque esset genere nobilis, dicebatur in ciuitate peccatrix, Luc. capit. 7. Tertio; amittitur potestas; vnde Iudæi possessam illam fertilem terram per 70. annos amiserunt translati in captiuitatem Babilonicam cum rege suo Sedechia. 4. Reg. capit. fin. Quarto, amittitur familia parentalis, exemplum in Dauid, cui dictum fuit à Natan, quia blasphemare fecisti nomen Domini, iccirco morietur filius tuus, quod factum est, vt habetur, 2. Reg. ca. 12. Quinto, amittitur sanitas, exéplú de Maria sorore Aaron, quæ effecta est leprosa propter murmurationem factam contra Moysem, vt patet Numer. ca. 12. Sexto debilitatur intellectus,

vnde in huius figura legitur, quod Samson a Philisteis excęcatus est, Iud. cap. 16. Septimo, voluntas multum remissa dicitur propter peccatum, vnde figuratur per claudum, qui videt quidem quo pergere debeat, sed recto gressu incedere nõ valet. Quibus claudis dicitur per Prophetam Heliam. 3. Reg. c. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes. Octauo, potentia sensitiua per peccatum multipliciter vexatur. Dicitur enim Apost. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, vt ad Galatas c. 5. Nono, irascibilis potentia plena est perturbationibus, atq; vindictis, vnde Saul ita furiosus effectus est, vt frequenter per se, & per alios mortem quæsierit generi suo Dauid fidelissimo ei, vt 1. Regum, c. 22. Decimo vexatur peccator, ac detrimentum patitur in tertio genere bonorum, scilicet in spiritualibus, quæ sunt in triplici differẽtia, videlicet munimenta suffragiorum, fulcimenta meritorum, & ornamenta virtutum, & donorum, quibus priuatur quis, propter peccatum. S. Antoninus d. loco, §. 3. vbi dicit, quod dona spiritus in peccatore reperiri non possunt: nam sapientia per insipientiam deijcitur, vt diuina non gustet, intellectus per hebetudinem obscuratur; cõsilium per præcipitationem perijt, vt sine examinatione cuncta faciat, fortitudo per pusillanimitatem, & patientiam prosternitur, scientia per ignorantiã, pietas ab impietate deijcitur, & timor per superbiam absorbetur, Ray. 2. p. sum. tit. de pec. ca. a 5. & sequenti.

Peccata, an omnia per pœnitentiam remittantur. Quæst. XXVI.

Vigesimosexto quæro, vtrum per pęnitentiam omnia peccata remoueãtur? Respon. Quod sic, quia vt dicit Ezech. ca. 18. omnium iniquitatũ eius, quas operatus est, non recordabor amplius, & hoc intellige de vera pœnitentia, in casu autẽ, quo dicitur peccatum non tolli per pœnitentiam, intelligas, vel quod verè non sit pœnitens, seu difficile tollitur, quia difficile habetur de illo Cõtritio, vel finalis impœnitentia, prout est blasphemia in Spiritum sanctum, quę penitus irremissibilis est, quia post finem huius vitæ nõ est remissio peccatorum, vnde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac vita per pęnitentiam veram deleri potest, alioquin derogaret virtuti passionis Christi, per quam pœnitentia operatur, sicut & cætera sacramẽta cum scriptum sit, in Iohan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ solum nostris, sed etiam totius mundi, S. Thom. 3. p. quæst. 86. art. 1. Ampl. hoc dictum, vt sine pœnitentia mortale peccatum deleri non possit. Domin. enim dicit Hyer. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo, quod fecit, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei, & sic è contrario videtur, quod si homo pœnitentiam non agat, quod Deus ei non remittat offensam, quod intellige, vt impossibile sit, quod peccatum alicui remittatur sine pęnitentia, secundum quam est virtus, cuius præcipuè effectus est remissio culpę, S. Thom. d. loco art. 6. sine sacramẽto autem pœnitentiæ, potest remitti peccatum de potestate excellentiæ, quia Deus non alligauit virtutẽ suam sacramentis sicut Christus mulieri adulteræ remisit, Ioan. c. 8. & Luc. ca. 7. Quibus tamen non remisit peccata sine pœnitentia, nam Gregor. Hom. 33. per gratiã traxit intus, scilicet ad pænitentiam, quam per misericordiam suscepit foris, S. Thom. d. loco art. 2. nobis igitur remittuntur per sacramenti pænitentiam peccata, re, vel voto suscepti, nõ tamẽ potest remitti vnum peccatum sine alio, dicit enim S. August. in lib. de vera, & falsa pœnitentia cap. 6. vol. 4. Sunt plures quos pęnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectentur non animaduertentes Dominum, simul mutum, & surdum à Dæmonio liberasse. Per hoc dicens nonnunquã nisi de omnibus sanari. Opera enim Dei perfecta sunt, & cui miseretur, totaliter miseretur, Deut. cap. 32. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus, & iustitia est dimidiam sperare veniam, ratio autem est, quia nullum peccatum mortale potest remitti sine gratia, omne autem peccatum mortale contrariatur gratiæ, & excludit eam, vnde impossibile est, quod vnum peccatum sine alio remittatur, S. Th. d. loco ar. 3. declaratur tamen, vt licet per pænitentiam tollatur culpa, remanet tamen reatus pœnæ, quia habetur, 2. Reg. 12. quod cum Dauid pęnitens dixisset ad Natam, peccaui Domino, dixit Natam ad illum, Dominus quoq; transtulit peccatum tuum non morieris, verumtamen filius, qui natus est tibi morte morietur, quod fuit in pęnã præcedentis peccati, vt ibidem dicitur, ergo remissa culpa, remanet reatus alicuius pœnæ S. Th. d. loco art. 4. Secundo declarat, vt licet tollatur culpa peccati mortalis; nõ tamen tolluntur omnes reliquiæ peccati, legitur enim Marc. 8. Quod cæcus illum natus a Domino primo restitutus est ad imperfectum visum, vnde ait, video homines velut arbores ambulantes, deinde restitutus est perfectè, ita vt videret clarè omnia, illuminatio autem cœci significat liberationẽ peccatoris. post primam ergo remissionem culpæ, qua peccator restituitur ad visum spiritualẽ, adhuc remanent in eo aliquæ reliquæ peccati pręteriti, S. Thom. d. loco art. 5. Secundo, modo tolluntur peccata eleemosyna, quia scriptum est: eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras, Tob. c. 4. & alibi, peccata, tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs, Dan. c. 4. Tertio, remittuntur peccata, dũ quantũuis læsi fratris offensam condonamus dicente Domino, Matth. 6. & 18. si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater cœlestis delicta vestra. Quarto modo, cum peccantem fratrem corripiẽdo emendamus, ac lucrifacimus, sicuti scriptum est Iac. Qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore vię suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Quinto, abundantia sinceræ charitatis ob quam de Magdalena dictum est Luc. c. 7. ibi remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, & Proęm. c. 10. & 1. Pet. c. 4. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Sexto, ad idem

valet

ualet contriti cordis sacrificium, quod nunquam despicit Deus, & humilis cognitio sui confessioq; peccatorum Psalm.50.& 101. Respicit enim Dominus in orationem humilium, & nō despicit preces eorum,& Psalm.31.dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei, Can.titul.de peccatis,cap.7.

An peccata dimissa per pœnitentiam redeant per sequens peccatum. Quæst. XXVII.

Vigesimoseptimo quæro, utrū peccata remissa redeant per sequens peccatum? Resp. Quod non; dicit enim Apost. 11.ad Rom. sine pœnitentia sunt dona, & uocatio Dei, sed peccata pœnitentis dimissa sunt per donum Dei, ergo per peccatū sequens nō redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis pœniteat, præterea Augustinus dicit lib. Respon. prosperi, qui recedit à Christo,& alienatus à gratia finit hanc vitam,quid nisi in perditionem vadit? sed non id, quod dimissum est recedit,nec pro originali peccato damnabitur,e.qui recedit de pœ.dist.4. S. Th.3. par.summ. q.88.articu.1.vbi licet à parte conuersionis non redeant simpliciter peccata dimissa per peccatum sequens; à parte tamen auersionis redire dicuntur, quo homo per peccatum sequens redit ad priorem statum in quo erat gratia, & charitate priuatus. ita S.Thom.dicto loco articul. 1. similiter peccata per pœnitentiam dimissa per sequens peccatum eo redire dicuntur,quo ingratitudinis ratione eorū reatos in sequenti culpa virtualiter continetur,ingratitudo enim committitur contra beneficium receptum, & hoc modo per omne peccatum mortale, quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo, qui peccata remisit, & sic per quodlibet peccatum mortale sequens redeunt peccata prius dimissa ratione ingratitudinis, S Th,d.loco,art.1.non tamen ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuat peccatorum prius dimissorum, S.Th. d. loco, art.3.sicuti non semper, sed aliquando ingratitudo peccati sequēns speciale peccatum est, vt si aliquis peccator in contemptum Dei, & suscepti beneficij aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis, & hoc modo ingratitudo peccantis est speciale peccatum, alias dicitur circunstantia consequens generaliter omne peccatum mortale,quod contra Deum committitur, S.Thom.d,loco,art.4.illud enim, quod consequitur omnia peccata, non est speciale peccatum, sed per quodcumque peccatum mortale aliquis efficitur Deo ingratus.Ergo ingratitudo non est speciale peccatum, vt dictum est.

Peccata capitalia quomodo se habeant ad inuicem. Quæst. XXVIII.

Vigesimooctauo quæro, quomodo se habeant ad inuicem peccata capitalia? & quomodo vnum ab alio nascatur,& quot filias pariant? Resp. Ex mente Greg.lib.31.c.31.& seq.Moral.ibi.

Tentantia quippe vitia, quæ inuisibili contra nos prælio regnanti super se superbiæ militant, alia more ducum præeunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpæ omnes pari accessu cor occupant Sed dum maiores, & paucæ neglectam mentem præueniunt, minores, & innumeræ ad illam se cateruatim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia, cum deuictum plenè cor caperit, mox illud septem principalibus vitijs, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit, quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis proculdubio importunæ vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus, si ipsos duces, atque exercitū specialiter, vt possumus enumerando proferamus Radix quippe cuncti mali superbia est, de qua scriptura attestante dicitur.

Initium omnis peccati est superbia, primæ autem eius soboles septem nimirum principalia vitia de hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Nam, quia his septem superbiæ vitijs nos captos doluit, iccirco Redemptor noster ad spirituale libera tionis prælium spiritu septiformis gratiæ plenus veuit; sed habent contra nos hæc singula exercitum suum. Nam de inani gloria inobedientia, iactantia, hypocrisis contentiones, pertinaciæ, discordiæ, & nouitatum præsumptiones oriuntur. De inuidia, odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira, rixa, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blasphemiæ proferuntur. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De auaritia, proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, & contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluuie, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria, cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia, præcipitatio, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, horror autem, vel desperatio futuri generantur. Quia ergo septem principalia vitia tantum de se vitiorum multitudinem proferunt, cum ad cor veniunt quasi subsequentis exercitus cateruas trahunt. Ex quibus videlicet septem, Quinque spiritualia, duoque carnalia sunt, sed vnumquodq; eorum tanta sibi cognatione iungitur, vt non nisi vnum de altero proferatur. Prima namq; superbiæ soboles inanis est gloria, quæ dum oppressa mentem corruperit, mox inuidiam gignit, quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat, tabescit; Inuidia quoque iram generat, quia quanto interno liuoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur, & quia quasi dolens membrum tangitur; iccircò opposita actionis manus velut grauius pressa sentitur. Ex ira quoque tristitia oritur. Quia turbata mens, quo se inordinatè concutit eo addicendo confundit, & eum dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatione subsequent mæror pascit tristitia quoq; ab auaritia deriuatur, quia dum confusum cor bonum lætitiæ in semetipso intus amiserit, vnde consolari debeat foris quærit, & tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium

dium non habet, ad quod intrinsecus recurrat. Post hæc vero duo carnalia vitia, idest, ventris inglnuies, & lnxuria superfunt. Sed cnnctis liquet, quod de ventris ingluuie luxuria nascitur. Dum in ipsa distribntione membrorum, ventri genitalia subnexa videantur. Vnde dum vnum inordinatè reficitur, aliud procnldubio ad contumelias excitatnr.

Benè autem duces exortari dicti sunt exercitus vlulare; quia prima vitia deceptæ menti, quasi sub quadam ratione se inferunt, sed innumera quæ seqnnntnr, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt, inanis namque gloria deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. Debes maiora appetere, vt qno potestate volueris multos excedere, eo etiam valeas multis prodesse. Inuidia qnoq; deuictnm cor qnasi ex ratione solet exhortari cum dicit, in quo, illo, vel illo minor es, cur ergo eis, vel æqualis, vel superior non es, quanta vales quæ illi non valent. Nonne ergo tibi, aut superiores esse, aut æqnales etiam debent. Ira etiam deuictum cor qnasi ex ratione solet exhortari cum dicit, quæ erga te agnntur æquanimiter ferri non possunt, imò hæc patienter tolerare peccatum est, qni.i, & si non eis cum magna exasperatione resistitur contra te deinceps sine mensura cnmulantur. Tristitia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari cnm dicit, quid habes vnde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo mærore omnes intuendi sint, qui in tanto contra te amaritndinis felle vertuntur. Auaritia quoque deuictnm animum qnasi ex ratione solet exhortari, cum dicit valde sine culpa est, quod quædam habenda concnpiscis, quia nō mnltiplicari appetis sed egere pertimescis, & qnod male alius retinet, ipse melius expendis. ventris quoque inglnuies, deuictnm cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit, ad esum Deus omnia munda condidit, & qui satiari cibo respnit, quid alind quam mnneri concesso contradicit? Lnxnria quoqne deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit, cur te in voluptate tua modo non dilatas cum quid te sequatur ignoras? acceptum tempus in desiderijs perdere non debes, quia quam citins pertranseat nescies, si enim misceri Deus hominem iu volnptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum, & fæminam non fecisset. Hæc est dncum exhortatio, quæ cnm incantè ad secretum cordis admittitur, familiarins insigna persnadet, quā videlicet exercitns vlulatus sequitur, quia infælix anima semel principalibus vitijs, capta, dnm mnltiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur, ferali iam immanitate vastatur. Sed miles Dei, quia solerter prænidere vitiorum certamina nititur, bellnm procul odoratur quia mala præeuntiā, quid menti persuadere valeant cogitatione sollicita respicit. Exhortationē ducum naris sagacitate deprehendit: & quia longe præsciendo snbsequentium iniquitatnm confnsionem conspicit, quasi vlulatum exercitns odorando cognoscit.

Sunt igitur septem peccata capitalia, S. Thom. 1.2.q. 84. articul. 4. Philiarcus Manuel. Sacerdot. titul. de peccat. §. 2. Concil. etiam Nauarr. Mann. confess. cap. 23. nume. 3. Canisius in Cathec. titul. de peccat. capital. de his tractat Perald. 2. par. summæ per totum, Magist. sentent. & ibi Doctor. Com. in lib. 2. distinct. 42. in §. F. Viguer. titul. de lege peccati, capit. 18. versic. 3. Tab. versi. capitale vitium, nu. 1. Astens. lib. 2. titul. 8. art. 3. S. Anton. 1. p. tit. 7. c. 2. §. 5. & seq. Alex. de Ales. 2. p. q. 135. membr. 2. glos. c. non solum vet. septem. 32. q. 7. Rayn. vet. peccatum, cap. 66.

DE PECCATO SVPERBIÆ, Titulus Secundus.

Definitio Superbiæ. Quæstio Prima.



QVÆRO primo loco, quid sit superbia? Resp. Superbia est inordinatus appetitus excellētiæ, siue intus lateat in animo, siue extrinsecus sese prodeat. Canis. tit. de pecc. capit. 3. Qui refert. Chrisost. Homel. 43. ad popul. Antioch. Bern. de grad. humil. Prosp. ad Demetr. Isid. de summo bono lib. 2. c. 38. Rosell. vero dicit in ver. superb. Quod est quædam extollentia, per quam quis se extollit supra id quod est ei præfixum à diuina regula, refert S. Thom. 2.2. q. 162. hoc idem dicit summa Pisanella; nouissimè verò doctor Nauarr. superbiam, ita definit in suo Man. confess. cap. 23. nu. 5. dicens, superbia est vitium mouens, siue inclinans ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, qua tenus est excellentia, & dicitur superbia à supereundo, seu supergrediendo. Vnde Isidor. lib. Etimol. Superbus dictus est, quia vult super videri quàm est. ita Syluester. verb. superbia. nu. 1. Alex. de Ales. 2. P. q. 136. Mem. 5. allegans. Aug. 24. de Ciu. Dei.

Differentia superbiæ. Quæst. II.

SEcundo principaliter quæro, quomodò differant superbia, ambitio; & inanis gloria? Resp. Quod superbia appetit inordinatè excellentiam honorabilem; Ambitio verò est inordinatus appetitus honoris. inanis autem gloria est manifestatio excellentiæ, Silueſt. d. loco nu. 7.

Superbia an sit peccatum. Quæst. III.

TErtio quæro, vtrum superbia sit peccatum? Resp. Quod sic, amp. p. vt dicatur peccatum mortale, secundo ampl. vt dicatur peccatum capitale, tertiu ampl. vt dicatur peccatum principale, Rayn. in 2. parte summæ cap. 1. in princ. Quod sit peccatum probatur Tob. ca. 4. ibi superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. Ita S. Th. 2.2. q. 162. art. 1. quod autem sit peccatum mortale, probatur per Gregor. libr. 34. moral. cap. 22. vbi dicit. Quod euidentissimum reprobortum signum superbia est. At contra humilitas electorum, sed homines non fiunt reprobi pro peccatis venialibus, ergo superbia non est peccatū veniale, sed mortale, potest tamen esse peccatum veniale, propter illius imperfectionem, vt sunt ali-

qui motus illius, dum eis ratio non consentit, San. Thom. d. loco art. 5. sequitur Pisanella in fine ver. superbia, & dicitur imperfecta superbia per Caietan. in summa ver. superbia; quia per modum passionũ occurrit absq; iniuria Dei, & proximi, quod autem sit peccatum capitale, Rayner. d. loco probat tali ratione, illud est peccatum capitale, ex quo multa peccatorum genera oriuntur. Ita dicit beatus Greg. 31. moral. Radix quippe cuncti mali est superbia, de qua scriptura testante dicitur. Initium omnis peccati, superbia. Primæ autem huius soboles septem (nimirum) principalia vitia, quæ de hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria, & nu. Quod ex superbia, omnia peccata oriri possunt, duplici ratione, scilicet ordinando, & contemnendo. Primo modo, ordinando omnia peccata ad finem superbiæ. Secundo modo, cõtemnendo diuinam legem, per quam homo prohibetur à peccando, in peccata omnia ruit. Ita Rayn. d. loco, & secundum prædicta, superbia dupliciter considerari potest, vno modo secundum se, prout, scilicet est quoddã speciale peccatum, alio modo, secundum quod habet quandam influentiam in omnia peccata: capitalia autem vitia ponuntur quędam specialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur, & ideo quidam considerantes superbiam, secundum quod est quoddam speciale peccatum, connumerauerunt eam alijs vitijs capitalibus, quod si cõsideretur vniuersalis eius influentia, quam habet in omnia vitia, non connumeratur inter vitia capitalia; sed ponitur regina omnium peccatorum, S. Thom. d. loco artic. 8. & secundum hoc dicitur vitiũ principale, vnde ecclesiastes 10. Initium omnis peccati, superbia. Secundum, quod dicitur grauissimum peccatum, Sanctus Thom. d. loco artic. 6. ex mente glos. Psalm. 118. ver. Superbi iniquè agebant vsquequaque, & Aug. super dictum Psalm. Et emundabor à delicto maximo, dicit delictum maximum est, delictum superbiæ, quod est primum recedentibus à Deo, & vltimum redeuntibus ad Deum, sed quomodo superbia est radix omnium malorum? cum Apost. dicat, quòd cupiditas est radix omnium malorum? Resp. Vtrumq; rectè dictum esse, si genera peccatorum singulorum, non singula generum, vtraque locutione includi intelligantur, nullum quippe genus peccati est, quod interdum ex superbia non proueniat, nullum etiam, quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominum, qui ex cupiditate fiunt superbi, & aliqui ex superbia fiunt cupidi, est enim vt ait Augustinus, homo qui non esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse. Ideoque vt excellat diuitias cupit, tali homini ex superbia oboritur cupiditas, & est aliquis, qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc diuitias maiores habere: Ideo ergo excellere laborat; quia diuitias habere amat, hinc nascitur superbia, idest amor excellentiæ ex cupiditate; patet ergo, quòd ex superbia aliquando cupiditas, & ex cupiditate aliquando superbia oritur, & ideò de vtraque rectè dicitur, quod sit radix omnium malorum. Ita Magist. senten. lib. 2. distinct. 42. in fine, seu dicas ex mente Rayner. d. loco, quod radix omnium peccatorum est cupiditas, hoc intelligitur ex parte cõuersionis, eò quod conuersio inordinata ad commutabile bonum, est peccatorum omnium causa; sed superbia est causa omnium peccatorum ex parte auersionis à Deo; prius tamen est auersio ab incommutabili bono, quam conuersio ad commutabile bonum, ideò superbia dici potest prior cupiditate, & causa ipsius, ita S. Anton. in 2. parte summæ tit. 3. c. 1. de superbia. Tabiena ver. superbia nu. 5. & seq. conc. Alex. de Ales. 2. P. q. 136. Memb. 1. & seq.

De speciebus superbiæ, & gradibus eius. Quæst. 1111.

QVarto quæro, quot dicãtur species superbiæ? Resp. Ex mente doct. omnium, quatuor, esse species superbiæ, quarum prima dicitur cum bonum quod habet, quis sibi tribuit. Secunda, cum credit à Deo esse datum, sed tamen pro suis meritis. Tertia, cum se iactat habere, quod non habet. quarta cum cæteris despectis singulariter vult videri. Magist. senten. in 2. distin. 42 vers. ex superbia Gulielm. parte 2. de vitiis. titul. de diuisione superbiæ c. 1. Caiet. ver. superbia, ver. spargitur Armilla d. loco nu. 2. Rayn. 2. p. tit. de superbia. ca. 5. S. Th. 2. 2. q. 162. art. 4. Qui refert. Greg. lib. 23. moral. ca. 23. S. Ant. 2. p. summæ, tit. c. cap. 2. Sylu. ver. superbia, nu. 5. Tabien. d. loco num. 5. Rosells nu. 2. Nauarr. in suo Manuali confessorum, cap. 23, tit. de superbia nu. 7. quæ omnes species, declarabuntur, vt infra conc. Alex. de Ales. 2. part. q. 136. membr. 1. Item quæro, quot sint gradus superbiæ? Respon. Duodecim, videlicet curiositas mentis, leuitas, inepta lætitia, iactantia, singularitas, arrogantia, pręsumptio, defensio peccatorum, simulata confessio, rebellio, libertas, peccandi consuetudo, S. Thom. 2. 2. q. 162. in Respon. ad 4. vbi citat diuum Bernardum in tract. de duodecim. grad. humil. & isti duodecim gradus superbiæ, sumuntur per oppositum ad duodecim gradus humilitatis: nam primus gradus humilitatis est, corde, & corpore semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus, cui opponitur curiositas, per quam aliquis curiosè vbique, & inordinatè circumspicit. Secundus gradus humilitatis est, vt pauca verba, & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce, contra quem opponitur leuitas mentis, per quam, scilicet homo superbè se habet in verbo. Tertius gradus est humilitatis, vt non sit facilis, & promptus in risu, cui opponitur inepta lætitia. Quartus gradus humilitatis est, taciturnitas, vsque ad interrogationem, cui opponitur iactantia. Quintus gradus humilitatis est, quod communis regula Monasterij habet, cui opponitur singularitas, per quam scilicet aliquis sanctior vult apparere. Sextus gradus humilitatis est, credere, & pronũtiare se omnibus viliorem esse, cui opponitur arrogantia, per quam scilicet homo se alijs præfert. Septimus gradus humilitatis est, ad omnia inutilem, & indignum se confiteri, & credere; cui opponitur præsumptio, per quam aliquis

quis reputat ſe ſufficientem ad maiora. Octauus gradus humilitatis, eſt cunfeſſio peccatorum, cui opponitur defenſio eorundem. Nonus gradus humilitatis eſt, in duris, & aſperis patientiam amplecti, cui opponitur ſimulata confeſſio, per quã ſcilicet aliquis non vult ſubire pœnam pro peccatis, quæ ſimulatè confitetur. Decimus gradus humilitatis eſt obedientia; cui opponitur rebellio. Vndecimus gradus humilitatis eſt, vt homo non delectetur facere propriam voluntatem, cui opponitur libertas, per quam ſcilicet homo delectatur liberè facere, quod vult. Vltimus gradus humilitatis eſt, timor Dei, cui opponitur peccandi conſuetudo, quæ implicat Dei contemptum; hæc Sanctus Thom. dicto loco concurdat Gulielmus Perald. 1. par. ſummæ virtu. titu. de ſuperbia, cap. 36. Rayn. in ſumm. p. p. 2. titu. de ſuperbia, c. 7. S. Antonin. 2. p. ſummæ tit. 3. c. 3. de gradibus ſuperbiæ, Sylu. verb. ſuperbia nu. 6. Alex. de Ales. 2. p. q. 136. membr. 12. de ſingulis igitur modo videamus.

De Curioſitate. Quæſt. V.

QVinto quæro, vtrum curioſitas ſit peccatum? Reſpond. Quod ſic, curioſi enim eſſe prohibemur, quod magnæ temperantiæ munus eſt. Auguſt. lib. de moribus eccleſiaſt. c. 21. in princip. volum. 1. Quem refert Sanctus Thom. ſecunda 2. q. 166. artic. 1. Quod vitium verſatur tam circa cognitionem intellectiuam, ſecundum Hieronymum in 4. ad Epheſ. vol. 9. dicens, nonue vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? quem refert Sanctus Thom. ſecunda 2. q. 167. dict. artic. 1. Quod intelligitur magis, quãdo poſtpoſitis diuinis, & ſanctorum eloquijs, ſcripturas Philoſophorum, & Poetarum, rationa vanitatis, vel delectationis intenditur, c. ſacerdotes, 37. diſtinct. Roſell. verſi. ſuperbia nu. 13. Quam circa cognitionem ſenſitiuam; vnde Auguſt. in lib. de vera religione, c. 38. circa med. volum. 1. dicit, quod concupiſcentia oculorum reddit homines curioſos, & concupiſcentia oculorum, vt inquit Beda ſuper 1. Iohann. eſt non ſolum in diſcendis Magicis artibus; ſed etiam in contemplaudis ſpectaculis, quos refert Sanct. Thom. d. loco art. 2. conc. Roſella ver. curioſitas, Sanctus Antonin. 2. p. tit. 3. c. 3. §. 4. Caie. ver. curioſitas dicit, quod cum quis immoderatum ponit appetitum cognoſcendi, ſiue per intellectũ, ſiue per ſenſum, peccatum eſt, quia pluſquam recta ratio dictat, appetitum cognoſcendi protrahit: non tamen eſt peccatum mortale, ſi nuda ſit, hoc aſt niſi ex adiuncto fiat mortalis, vt ſi curioſitas in tantum exhortbitet, vt Dæmonibus, vti velit magiſtris, tunc bene erit mortale, ex cuius dicto colligitur, quod curioſitas eſt vitium circa inordinatum appetitum cognitionis, ita Piſanalla ver. curioſitas in princ. S. Thom. 2. 2. q. 167. S. Antonin. 2. p. tit. 7. c. 7. §. 2. & ſemper eſt peccatum ſaltim veniale, cap. nonne, 37. diſt. Nauarr. in Man. conf. c. 23. nu. 24. & not. Quod ſeptem modis poteſt eſſe curioſitas peccatum mortale. Primo ratione finis, puta, quia eſt propter aliquod mortale. Secundo, ratione illorũ, à quibus vult accipere cognitionem; puta a Dæmonibus. Tertio, ratione ipſorũ, quæ cognoſcere quærit, puta, quia prohibita ſunt, vt audire velle peccata, quæ quis dicit in confeſſione. Quarto, ratione ipſorum, quæ omittuntur propter curioſitatem, puta cum amittit neceſſaria ad ſalutem, vel ad ſui officium, vt intendat alijs. c. nonne, cap. vino, 37. diſt. Quinto, ratione illius, ad quod talis cognitio inducit, vt puta ſi ad errorem contra fidem, vel ad aliud peccatum mortale. Sexto, ratione modi, vt cũ quis propter talia ſcienda, vel videnda, facit prohibita; puta ſuperſtitioſa, vel dimittit audire diuina, ad quæ tenetur, vt videat ſpectacula prohibita. Septimo ratione ſcãdali, quod inde parat proximo, quia inducitur ad mortale, puta ad detrahendum, ita Silu. ver. curioſitas, nu. 4. & Tab. d. loco eo nu. S. Anton. 2. p. ſummæ tit. 3. c. 7. §. 7. & ſeq. Armilla ver. curioſitas, & Ang. d. locu ver. curioſitas, nu. 1. & ſeq. ad curioſitatem quoque ſpectat literas alienas ſigillatas aperire inuito Domino. Quod quidem peccatum eſt iniuſtitiæ, & curioſitatis, primo, quia fit iniuria cuſtodienti literas, ſecundo, quia non decet ſcire ſecreta aliena, & eſt mortale, iſte actus ſi formaliter fiat, Caiet. ver. litteras.

De leuitate mentis. Quæſt. VI.

SExto quæro, vtrum leuitas mentis ſit peccatum? Reſpond. Quod ſic, quia procedit ex nimia ſui æſtimatione, quaſi ipſe ſciat omnia, alij verò nihil intelligant, & eſt ad indicandum facta aliorum, ad loquendum, ad proferendum ſententias, ad ordinandum noua, ad docendum alios, et ſi contradicitur contentiones multiplicat. vt Cayphas, qui dixit in conſilio, vos neſcitis quicquam, nec cogitatis, expedit vobis, vt vnus moriatur pro populo, ita Sanct. Antonin. ſecunda parte 4. ſummæ, & tul. 3. c. 3. §. 5. per totum.

De inepta lætitia. Quæſt. VII.

SEptimo quæro, vtrum lætitia inepta ſit peccatum? Reſpond. Quod ſic, videns enim ſuperbus ſe proſperari in temporalibus, ab hominibus laudari, honoribus exaltari, & dignitatib. ſublimari, & quos vult deprimi, inde mundaniter hilareſcit, hoc habens pro magna fœlicitate, & induſtria ſua, etiam de apertis malis exultans, ſecundum illud Prouerb. 2. lætantur cum malefecerint, & exaltant in rebus peſſimis, deridentes, & ſubſannantes vel contemnentes pauperes, & miſeros, ſicut Epulo diues in Inferno ſepultus, quia in conuiuijs gaudẽs mendicum Lazarum contempſit, Luc. cap. 16. procurant aliquãdo tales tripudia, choreas, haſtiludia, laudos, & alia vana ad augendum ſuam ineptam lætitiam, ſed ait Iob. cap. 21. Teuent timpanam, lyram, & gaudent ad ſonitum buccinæ, & in puncto ad inferna deſcendunt, ita tenet Sanct. Anton. dicto loco. §. 6.

De iactantia. Quæst. VIII.

OCtauo quæro, vtrum iactantia sit peccatum? Respond. pro solutione huius quæstionis, quod iactantia est vitium, quo quis se verbis extollit, super illud, quod est, vel qd homines opinantur de eo S.Th.2.2.q.112.art.1. & seq. virtuti veritatis opponitur secundum speciem actus, quia in ea communiter reperitur falsitas, sed secundum causam suam, ex qua, etsi non semper, tamen (vt frequentius accidit) contrariatur humilitati; vnde ecclesiast.6.non te extollas in cognitione animæ tuæ; vbi glos. dicit, iactantiam, & superbiam prohibet, & Psalm. 11. dicit, disperdet Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est, ex quo S.Anton.2.parte summæ tit.4.capit.4.not. triplicem esse iactantiam, vnã scilicet propter ironeitatem, alteram propter vanitatem: tertiam propter falsitatem. Primo, cum aliquis dicit de se, aliquos defectus, quos in se esse non cognoscit, & hoc facit, vt inde reputetur humilis, & sic laudetur, vel portat vestes multum abiectas, vel faciem pallidam quærit ea intentione, vt reputetur mortificatus, & contemptor mundi. Secundo, quando aliquis dicit de se laudabilia ex quadam loquacitate, vel leuitate mentis, sine aliqua necessitate, vel vtilitate, quod fieri non debet, iuxta illud Prouerb. 27. laudet te alienus, & non os tuum. Potest tamen quis laudare seipsum duplici de causa. Primo, iuxta sui veritatem, cũ s. quis ex multis tribulationibus circumdatos, prout erat Iob, capit.2. Secundo modo proximi charitate, vt cum quis habet alijs prædicare aliqua, laudat se, vt audientes, alij imitentur, & doctrina eius efficacius recipiatur, vt Paul. 4. ad Corinh. vltima iactantia est propter falsitatem, vt cum aliquis laudat se de eo, quod non est in se, & hæc contrariatur veritati, & est mortale, triplici modo. Primo ex se, in quantum contrariatur veritati, vt cum iactat de eo, quod est contra gloriam Dei, aut cum iniuria, seu contumelia proximi; vt in Ezech.28. Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & Phariseus, qui iactabat se non esse, sicut alij homines, addens contumeliam publicani Luc.c.18. Similiter cum quis se iactat de aliquo crimine, siue verum dicendo, siue falsum, non excusatur a mortali propter approbationem mali, & scandalum proximi: existmat enim inde ille haberi pro strenuo, iuxta illud Esay. 3. Peccatum suum quasi sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Secundo modo est mortale ex fine, cum scilicet quis iactat se, vt inde possit decipere proximum, & notabiliter lædere spiritualiter, & temporaliter. Tertio est mortale, respectu causæ, a qua procedit, vel ad quam dirigitur, vt superbia, quæ superbia si mortale erit, & ipsa iactantia erit mortale; vnde ille qui non se abstinet à pompis huius mundi; sed illis assidue vltra gradum sui status incumbit, peccat mortaliter, S. Antonin. d. loco. §. 5. & seq. & tit.3.cap.3.§.7. Caiet. vero dicit iactantiam habere sex capita, quæ reducũtur ad ipsa hæc iam dicta, colliguntur etiam ex S. Th. 2. 2. q. 112. art.1. & seq. Quando igitur iactantia est notabiliter perniciosa proximo ex intentione, aut ad aliquid contra Deum, vel proximum, mortalis est, alias venialis, quæ licet propriè in dictis consistet, tamen quandoque in factis inuenitur, quando scilicet factis vim verborum habent. Armilla ver. iactantia, nu. 3. Sylu. d. loco Ale. de Ales. 2. p. tit. de iactantia, Nauarr. Manual. confess. c. 23. nu. 16. Ang. versi. iactantia, nu. 1. & seq.

De singularitate. Quæst. IX.

NOno quæro, vtrum singularitas sit peccatũ? Respon. Quod sic, si ex illa singularitate causetur damnum proximo, vel quid aliud contra honorem Dei, vt supra dictum est, & singularitas dicitur, cum quis aliquid agit vltra communia, & cõsueta, vt præ cæteris reputetur, & honoretur, in statu verò spirituali, recedere à communibus obseruantijs sine causa vrgenti, seu speciali reuelatione, valde periculosum est, vnde Thomas non vidit Christum cum cæteris, quia non erat cum eis, quãdo venit Iesus, non tamen pertinet ad singularitatem, si declinantibus alijs à mandatis, solus velit ea seruare, vt legitur de Thobia; qui cum omnes ex filijs irent ad adorandum idola, ipse solus ibat in Hierusalem ad templũ, ad adorandum. 3. Reg. c. 12. ita S. Anton. 2. part. summæ tit. capit. 3. §. 8. Gulielmus Perard. summa parte. 2. capit. 3. ver. quintus gradus.

De arrogantia. Quæst. X.

DEcimo quæro, utrum arrogantia sit peccatũ? Respon. Quod cum arrogantia sit species superbiæ, per quam aliquis supra seipsum extollitur, S. Thom. 2. 2. q. 112. art. 1. in Resp. ad secundum, peccatum est, quia contra rectam rationem est; sed mortale non est; nisi vel id, quod sibi usurpat, sit contra diuinam reuerentiam, ut Rex Thiri, Deus ego sum, aut contra proximum, uel ex parte finis in huiusmodi elatione cõstituti, est tamen uenialis arrogantia, dum absque præiudicio proximi æstimat quis se plus scientiæ, aut bonitatis, aut authoritatis habere, quàm habeat, ita Caietan. uer. arrogantia, quem sequitur Armilla, d. loco nu. 1. & seq. Tab. uer. arrogans nume. 1. Sylu. uer. superbia nu. 6. uer. Sextus. Arch. Flor. in part. summæ, tit. 3. cap. tertio. §. 9. uers. Sextus gradus, Gulielm. in secunda parte summæ uirtu. titul. de superbia. uers. Sextus gradus.

De præsumptione. Quæst. XI.

VNdecimo quæro, utrum præsumptio sit peccatum? Resp. Quod sic, Eccl. 37. O præsumptio nequissima, unde creata es? Vbi respondit glosa de mala scilicet uoluntate creaturæ, sed omne, q procedit ex radice malæ uoluntatis, est peccatum; ergo præsumptio est peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 130.

130. art. 1. est enim præsumptio, quod aliquis æstimat ad agendum ea, quæ præferuntur suæ virtuti, Caietan. versi. præsumptio, Armilla d. loco nu. 2. & differt ab ambitione, quia præsumptio est vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires vel merita excedunt, ambitio verò vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum, Nauarr. in capit. 23. Manual. de vitijs capitalibus nu. 12. Potest autem peccatum præsumptionis esse veniale, quando præsumptio nulli est perniciosa, vel iniuriosa, mortale verò quando est iniuriosa alteri, & damnosa. Caieta. d. loco in fine, quod potest contingere tribus modis. Primò quando quis exercet aliquam artem, quam ignorat, vt puta medicinam, aduocationem, & prædicationem. culpa enim est se immiscere in rebus ad suum officium non pertinentibus, Tabien. in ver. præsumptio numer. 3. l. culpa de regulis iuris ca. non est, 1. q. 1. S. Anton. 2. parte, summæ tit. 3. cap. 6. §. quinto, vers. ad magnam. Secundo modo, quando quis exercet actum ordinis, vel iurisdictionis, quam non habet, vt si Diaconus vellet missam celebrare, & laicus se culariter clericos iudicare. Caie. d. loco ver. quandoque. S. Antonin. d. loco ver. Tertio præsumit, S. Th. in 2. 2. q. 60. art. 6. Naua. d. loco numer. 14. Angel. ver. præsumptio, versic. item cum quis. Tertio modo consistit in habitu virtutum, seu dispositionibus earum, vt si Incipiens voluerit facere opus perfectorum, non domitis adhuc passionibus, Caietan. dicto loco, ver. quandoque, vt si quis exponeret se ad conuersandum cum mulieribus, qui amat enim periculum, incidit in illud, eccles. 3. S. Antonin. 2. parte tit. 3. capi. 6. ver. & vbi quis itat de quatuor speciebus præsumptionis vide Gulielmum volum. 2. tit. de superbia verb. sequitur, & hæc præsumptio opponitur magnanimitati S. Th. 2. 2. q. 130. artic. 2. Alia est præsumptio, quæ est peccatum in Spiritum sanctum, quæ opponitur virtuti spei, Riccard. 4. distinct. 16. q. 6. arti. 1. qua quis talem se existimat, quod Deus, etiam peccantem non excludat à sua gratia, vel non puniat, & sic paruipendit diuinam iustitiam, Ang. verb. præsumptio in fine, Caie. d. loco ver. 2. Nauar. in Manuali confess. c. 23. nu. 14. ex quibus apparet, quod duplex est præsumptio, vna quæ innititur propriæ virtuti arrogans scilicet aliquid, vt sibi possibile, quod propriam virtutem excedit, quæ ex inani gloria procedit, alia, quæ innititur inordinatè diuinæ misericordiæ, vel potentiæ, per quam sperat se obtinere gloriam sine meritis, vel veniam sine pœnitentia, & talis præsumptio videtur oriri directè ex superbia, ac si ipse tantum se æstimet, quod etiam eum peccantem Deus non puniat, vel à gloria nó excludat, S. Tho. 2. 2. q. 21. art. 4. Canisius in tit. de pecc. in Spiritum sanctum c. 3. Armilla, vers. præsumptio nu. 2. Mag. senten. & ibi Doct. lib. 2. dist. 43. in principio Tab. ver. præsumptio nu. 3.

De defensione peccatorum. *Quæst. XII.*

DVodecimo quæro vtrum defensio peccatorú sit peccatum? Resp. Quod sic, quia opponitur cófessioni peccatorú, quæ est octauus gradus humilitatis, S. Th. 2. 2. q. 162. art. 4. in Resp. ad Quartum ver. octauus gradus, Sylu. ver. superbia nu. 6. ver. octauus, S. Anton. 2. p. summæ tit. 3. c. 3. §. 11. ver. octauus. Defensio aút, seu excusatio peccatorú fit multis modis: aut. n. dicit, quis se excusat, aut nó feci; aut feci quidé, sed bene feci, aut si malè, nó multú, aut si multú, nó mala intétioné, si auté, & de illa cóuincitur, aliena se nititur excusare suasione, sed quia aperta defendit, quomodo occulta humiliter reuelabit? Gulielmus parte secunda summ. vir. titu. de Superbia, cap. 33. ver. octauus, & dicam inferius, cum de pertinacia loquar, ex quo sequitur, quod excusatio peccati, sit maximum vitium glos. super Psal. 47. ibi nollite extollere in altum cornu vestrum, ibi dicit glos. maximum est vitium excusationis peccati, S. Thom. 2. 2. q. 43. in Resp. ad tertium, ibi excusatio peccati, est quædam circumstantia aggrauás omne peccatorum, & dicitur maximú, quia quodlibet maius facit Armil. ver. excusatio, nu. 1. Tab. ver. excusatio, nu. 3. Excusatur aliquando quis tamen à peccato ex decem causis. Primo, quando alienatione mentis aliquid agitur. secundo, quando coactè: tertio, ex ignorantia, seu errore: quarto, excusat consuetudo: quinto necessitas: sexto pietas: septimo iocus, seu ludus licitus: octauo diligentia adhibita: nono mens non deliberata: decimo obedientia superioris, Ang. ver. excusatio per totum.

De simulata confessione. *Quæst. XIII.*

DEcimotertio quæro, vtrum simulata cófessio sit peccatum? Respond. Quod sic, quia est contra nonum gradum humilitatis, qui est; in duris, & asperis, patientiam amplecti, cui opponitur simulata confessio; per quam scilicet aliquis non vult subire pœnam pro peccatis, quæ simulatè confitetur; S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 4. in Respond. ad Quartum ver. Nonus gradus, & est mortale si fit in sacramento pœnitentiæ, quo ad mortalia, similiter in iudicio, quoad iudice interrogata, Sylu. verb. superbia numer. 6. ver. nonus; Vasa enim figuli probat fornax; & tribulatio verè pœnitentes discernit; qui veraciter pœnitet laborem pœnitentiæ non abhorret, Gulielm. summa virtu. par. 2. titul. a. c. 3. ver. Nonus gradus, S. Anton. 2. parte tit. 3. cap. 3. §. 12. Simulatio est peccatum veniale, si sit iocosa, vel officiosa, mortale autem si perniciosa, Caietan. ver. Simulatio. Armilla dicto loco, numero 1. vbi dicit, quod simulare ad occultandum peccatum proprium, quando illud confiteri non est necesse; peccatum non est, sed laudabile est, ne alij scandalizentur, Armilla, ver. fictio §. 5. & no. quod simulatio propriè est mendacium quoddam, in exteriorum signis factorum consistens, nec refert vtrum mentiatur verbo; vel facto, vnde cum omne mendacium sit peccatum, consequens est, quod omnis simulatio sit peccatum. S. Tho. 2. 2. q. 111. art. 1. in corpore. & dicetur inferius cum de Hypocrysi tractabitur. Not. Ang. in summa ver. simulatio, allegans Bonauen. in 3. dist. 38. quæ. 2. Alex. de

A. c. s.

Ales.2.2.tit.de hypochr.q.53.argu.6.glo. cap.officij 14.q.2.Syl.ver.simulatio num.2. Tab.d.loco nu.1. S.Anton.2 p.tit.10.c.1. ver. non solum (ibi non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est) Nauarr. in suo Man. confess.c.18.nu.8.

De rebellione, & inobedientia.
Quæstio. XIIII.

DEcimoquarto quæro, vtrũ rebellio sit peccatũ? Resp. Quod sic, quia opponitur decimo gradui humilitatis, quę est obedientia S.Thom.2.2.q.162. art.4. in resp. ad quartum Gulielm. P. 2. c.55.ver.12.& est mortale ratione contemptus, vel præcepti, Syl.ver. superbia nu.6.ver.10.S.Ant.2.p.tit.3.§.13.ver.10. inobedientia enim peccatũ est mortale, Pau.1.ad Rom.& 3.ad Timoth. refert.S. Thom.2.2. q.105.art.1. Ratio est, quia peccatum mortale contrariatur charitati, per quam est spiritualis vita. charitate autem diligitur Deus, & proximus, exigit autem charitas, vt mandatis Dei, & proximi superioris obediatur, ne subtrahatur eis obedientia, quæ præcepto diuino debetur, idem S. Thom.d. loco, potest tamen esse veniale respectu materiæ, Caiet.in vers.inobedientia, vt pro re minima, vel ex imperfectione actus. Armilla ver. inobedientiá, nu.1. Sylu. d. loco nu.1.& seq.idem Ang.d.loco, Tab.ver.obedientia, nu.20.in hoc tamen differt, quia Deo in omnibus obediẽdum est, Catech. super. ver. fiat voluntas tua, iuxta Exod. 24. omnia quæcunque locutus est dominus fecimus, & erimus obediẽtes; verum quia oportet magis obedire Deo, quam hominibus, act. Apost. 5. si præceptum superioris erit contra præceptum Dei, in his obedientiam præstare non debemus, S.Thom.2.2.quæst.104. art.4. & art.5. In reliquis autem secus, quia dictum est obedite prępositis vestris, & subiacete eis. Paul.vlt.ad Hebręos, S.Th.d. loco art.1.conc. Caietan.ver.obedientia, Cant. tit. de conc.1. euang. c.5.S.Ant.2.par.tit.4.c.2.per totum Nauarr.in Man.confess.ca.23.nu.55.& sequ. Sylu.verb. obedientia nu.1.& seq. Ang.d.loco dicit triplicem esse superioritatem, ecclesiæ, scilicet, principatus atque familię, Armill.d.loco nu.2.Gulielmus sum.vitt.& vit.par.2.c.38.

De libertate peccandi. Quæst. XV.

DEcimoquinto quæro, vtrũ libertas peccandi sit peccatum? Ad hoc resp. sicuti dictum est de inobedientia; Sylu.ver.superbia nu.6.Gulielm. sum.uit.& ult.p.2.c.35.uer.11.S. Tho.2.2.q.162. art.4.in resp.ad quartum, opponitur enim undecimo gradui humilitatis, ut homo non delectetur facere propriam uoluntatem, cui opponitur libertas, per quam scilicet homo delectatur liberè facere, quod uult, & ur loquitur S. Antonin.2.p.summæ tit.3.c.,.§.14.quod talis uult esse similis Deo, ut scilicet ei libeat facere, quod uult.

De consuetudine peccandi. Quæst. XVI.

DEcimosexto quæro, vtrum consuetudo peccandi sit peccatum? Resp. Quod sic, quia opponitur vltimo gradui humilitatis, qui dicitur timor Dei; peccandi enim consuetudo implicat Dei contemptum, S. Thom.2.2.q.162.art.4.in respond.ad quartum, & in tantũ labitur, vt dicat insipiens in corde suo, non est Deus, Gulielm.part.2.sum.vitr. c. 35. in fine; vndè Sylu. verb. superbia nu. 6. dicit. Quod consuetudo peccandi implicat Dei contemptum negatiuum, & est consuetudo peccandi, valde periculosum, quia consuetudo est altera natura, inducens habitum, qui est dispositio de difficili mobilis à subiecto, & magis peccat peccans ex habitu, quam aliter, S.Antonin.2.p.tit.3.c. 3.§.15. ver. 12. in his autem duodecim gradibus tanguntur non solum superbiæ species, sed etiam quædam antecedentia, & consequentia, S.Thom. d.q.162.art.4. in fine respon. ad quartum quę dicentur inferius modo.

De inani gloria. Quæst. XVII.

DEcimoseptimo. Quia primogenita superbię filia est, vana gloria, vtrũ sit peccatũ? Resp. Quod sic.S.Ant. 2.pat.tit.4.c. 1. si tamen non repugnet charitati, neque quantum ad id, de quo est gloria, neq; quantũ ad intentionem gloriam quęrẽtis, non est peccatum mortale, sed veniale, S.Th.2.2.q.132.art.3.Ampl.vt nedum dicatur vitiũ mortale, sed etiã est capitale, quia ex inani gloria multæ oriuntur filię, vt apparebit ex infra dicẽdis, idẽ S.Thom.d.loco art.4. & seq.& quamuis suæ genitrici pessima assimiletur, differt tamen ab ea, nam superbia inordinatè excellentia appetit, inanis gloria verò manifestationem ipsius excellentiæ apud alios, S.Anton.2.p.summ.tit.4.c.1.in princ.de hoc Gulielm.p.2.c.39.per totum Nauar.in Man.confess. c.23.nu.11.& de te non dicitur esse peccatum mortale, nisi quatenus contrariatur charitati proximi, Ang.in summa ver.vana gloria, Sylu.ver.vana gloria.nu.1.Tab.ver.vana gloria, num.3.ad hęc adde, quæ supra dixi de superbia.

De ambitione. Quæst. XVIII.

DEcimooctauo quæro, vtrũ ambitio sit peccatum? Respon. Quod sic, quia importat disordinatum appetitum honoris, S. Th.2.2.q.131. art.1.Paul.1.ad Corint. ca. 13. ibi charitas non est ambitiosa, nihil autem repugnat charitati, nisi peccatũ, ergo ambitio est peccatũ, S.Th.d.loco vbi dicit tripliciter appetitum honoris contingere esse inordinatum, vno modo per hoc, quod aliquis appetit testimonium de excellentia, quam non habet, quod est appetere honorem super suam proportionem. Alio modo per hoc, quod honorẽ sibi cupit nõ referendo in deum. Tertio per hoc, quod appetitus eius in ipso honore quiescit, nõ referens honorẽ ad vtilitatem aliorum; ambitio autẽ (vt dictũ

est) importat inordinatũ appetitum honoris, vnde manifestũ est, quod ambitio semper est peccatum, & est quãdoq; mortale, quandoq; veniale, mortale ex fine, vt quãdo ibi ponitur finis, quod est quãdo quis est paratus facere aliquod peccatum mortale, propter cõsequendum talem honorem. Secundo, ex materia, circa quam ambitiosus quærit honorem, vt reputari, vt Deus, vel de aliquo crimine honorari, in reliquis autem communiter est venia le, si quis autẽ appetat honorari de virtute, quam habet in ordine ad Deum, ad vtilitatem proximi, ambitiosus non est, sed magnanimus, quia appetitus eius ordinatus est, Armill. ver ambitio, S. Ant. 2.p.tit.3.c.5.per totum, Caiet. verb. Ambitio, Nauarr. in Man. confess. c.23. nu. 11. & seq. Ang. ver. Ambitio num. 1. Syluestrina. ver. superbia num. 7. Tab. nu. 3. & seq.

De pertinacia. *Quæst.* XIX.

DEcimonono quæro, vtrũ Pertinacia sit peccatum? Resp. Quod sic, quia est vnũ ex septem vitijs, quæ ex se iẽdunt in manifestationem gloriæ inordinatæ, nam iactantia inclinat ad declarãdam inordinatè propriam excellentiam, inuentio nouitatum ad ostẽdendam eandem inordinatè ueris factis laude uana dignis. Hypocrisis ad idem falsis factis inclinat. Pertinacia ad inordinate ostendendũ iudiciũ inclinans. Discordia ad inordinatè ostẽdendum nostram uoluntatem, uoluntati alterius præstare. Contentio, ad inordinatè altercandum. Inobedientia, ad inordinatè renuendum iussa, saltem quatenus iubentur, Nauarr. Man. confess. c. 23. nu. 11 & qui pertinaciter contra ueritatem opinionem suam firmat dicitur hæreticus, opus iudic. in quis uer. hæret. nu. 18. Pertinax enim dicitur eo, quod in proposito suo ad uictoriam perseuerat plusquam oportet, S. Thom. 2.2.q.138. art. 2. Vnde Isid. lib. 10. c. 15. Etymolog. dicit, pertinax dicitur aliquis, qui est impudenter tenax, quasi omnia tenens, S. Anto. 2. parte summæ, tit. 4. cap. 6. in principio, est autem peccatum, ut potè à recta ratione dissonans; iudicatur autem mortale, uel ueniale, secundũ subiectã materiã, nã si est pertinax circa plantandam arborem, seu faciendum ædificium, uel quid simile nemini damnosum, non est mortale, si uerò circa aliqd perniciosum, ut sunt ea, quæ uersantur circa fidẽ, mortale erit, ut dicam inferius de hæres. Caie. uer. pertinax. Armill. d. loco numer. 1. Ang. uer. pertinax Syl. d. loco Tab. d. loco. numer. 1.

De discordia. *Quæst.* XX.

VIgesimo quæro, utrũ discordia sit peccatum? Respon. Quod sic; Pau. ad Galat. ubi dissensiones discordiæ ponuntur inter opera carnis, de quibus subditur, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Nihil autem excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale, S. Thom. 2.2. q. 37. art. 1. & discordia tunc dicitur mortale peccatum, quando per ipsam quis uoluntati alterius nõ uult suam cõfirmare circa doctrinam boni diuini, aut humani necessarij ad salutem propriam, aut alienam, animæ, uel corporis, aut honoris, uel alterius boni proximi. Veniale uerò est discordare in his sub pœna uenialis tantum præcepti, Nau. in Man. confess. ca. 23. nu. 33. Caiet. uer. discordia, Armil. d. loco nu. 1. c. oblationes distin. 90. c. abijt, 11. q. 3. c. Ismael, 56. distin. Dicitur etiam discordia peccatum, quia contrariatur concordiæ, quæ est effectus charitatis, Tab. uer. discordia.

De Contentione. *Quæst.* XXI.

VIgesimoprimo quæro, vtrum contentio sit peccatum? Resp. Quod cũ ipsa sit filia inanis gloriæ, dicetur esse peccatum, S. Th. 2.2. q. 38. art. 2. contrariatur autem verbis Apostoli dicentis 2. ad Timoth. 2. uolt verbis contendere, & ad Gala. 5. Contẽtio numeratur inter opera carnis, quę qui agunt regnum Dei non possidebunt, vt ibidem dicitur, sed omnes, quod excludit à regno Dei, & quod contrariatur præcepto est peccatum mortale, ergo contentio est peccatum mortale, S. Thom. d. loco art. 1. Gulielm. 2. parte summæ virtut. tom. 2. cap. 10. est enim contentio impugnatio veritatis in confidentiam clamoris, S. Th. d. loco, S. Anton. 2. parte. tit. 4. c. 9. ver. contentio, & peccat mortaliter, qui contra perspicuam veritatem altercatur circa pertinentia ad sanctam fidem Catholicam, aut ad salutẽ animæ, aut corporis necessaria, alias non peccat nisi venialiter, Nauarr. in Man. conf. c. 23. nu. 24. Caiet. ver. contentio, Armilla d. loco nu. 1. & potest fieri contentio pluribus modis. Primo causa malignitatis, & hoc est peccatum mortale, ut si esset in his, in quibus nullum esset periculum, Secundo ex causa necessitatis, & tunc nullum est peccatum, Tertio ex causa exercitationis. Quarto, ex causa eruditionis. Quinto, ex titulatione gloriæ. Sexto, ex causa conatus bonæ operationis, Ang. ver. contentio, numer. 1. & in his iudicatur esse peccatum, quatenus excedatur modus, vel sit de re facienu peccatum, Sylu. vet. contentio, vbi num. 1. dicit, contentio importat contrarietatem in locutione, sicut discordia in voluntate quo ad intentionem, vel modum, Tabiena verò d. loco num. 3. distinguendo dicit, aut contentio est cum intentione impugnandi veritatem iustitiæ, vel veritatem fidei, vel circa bonos mores, vel alterius veritatis, quæ est alicuius importantiæ, & sic est peccatum mortale, aut est sine intentione; sed cum modo scandaloso, & est peccatum mortale, aut verò non est cum tali intentione, neque cum modo scandaloso, & tunc aut excedit, & est peccatum veniale, aut non excedit, sed est ad bonum finem, & tunc est laudabilis, vel non ad bonum finem, & sic nominatur secundum finem conc. Sylu. dicto loco. nu. 5.

De nouitat. inuentione. *Quæst.* XXII.

VIgesimosecundo quæro, vtrum nouitatũ inuentio sit peccatũ? Resp. Quod sic, cũ sit filia vanę glorię, S. Th. 2.2. q. 132. art. 5. Et hoc quando quis

quis ob vanam gloriam adinuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, & ludos, aut alia nota de se mortalia, aut in finem mortalem directa, aut in iacturam cultus Dei, aut boni alieni publici, vel priuari, Nauarr. in Manna. confess. cap. 23. nu. 17. dicam inferius quæst. 26.

De Hypochrisi. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, vtrum Hypochrisis sit peccatum? Resp. Quod sic, sed an sit semper mortale? Resp. quod non, quia in hypocrita duo considerantur, videlicet defectus sanctitatis, & simulatio ipsius, si ergo hypocrita dicatur ille; cuius intentio fertur ad vtrumq;, vt scilicet aliquis non curet sanctitatem habere, sed solum sanctus apparere, manifestum est, quod est peccatum mortale, nullus enim totaliter priuatur sanctitate, nisi per peccatum mortale, si autem dicatur hypocrita ille, qui intendit simulare sanctitatem, à qua deficit per peccatum mortale, tunc quamuis sit in peccato mortali, ex quo priuatur sanctitate; non tamen ipsa simulatio est peccatum mortale; sed quãdoq; veniale, quod discernendum est ex fine, qui si repugnat charitati Dei, uel proximi, erit peccatũ mortale, puta cum simulat sanctitatem, vt adipiscatur ecclesiasticam dignitatem, indignus, vel quęcunque alia bona, in quibus finem constituit, si verò finis intentus non repugnet charitati, erit peccatum veniale, puta cum aliquis in ipsa fictione delectatur, dicitur enim potius vanus, quàm malus, S. Thom. 2. 2. q. 111. art. 4. con. Gulielm. 2. p. summæ virt. cap. 40. S. Anton. 2. p. tit. 4. c. 7. ponit septem maledictiones, & est peccatum, quia mẽdacij vim habet Caieta. ver. hipocrisis. Dixi ego super. q. 13. Concordat Tab. & Sylu. ver. simulatio, & est hypocrisis, qua significatur bonus, qui non est, Nauarr. in Man. conf. c. 18. nu. 8.

De contemptu. Quæst. XXIIII.

Vigesimoquarto quęro, vtrum contemptus sit peccatum? Resp. Quod sic, S. Tho. 3. p. q. 88. art. 3. Respond. ad primum, est enim contemptus transgressio legis, ex hoc quod voluntas renuit subijci legi, vel regulæ, Tab. ver. contemptus nu. 1. Ang. d. loco in princ. qui ex consuetudine peccãdi causatur, S. Th. 2. 2. q. 86. art. pen. in resp. ad vltim. Nau. in Man. c. 23. nu. 42. & prou. c. 18. Tab. ver. contẽptus nu. 1. Sylu. d. loco num. 2. Qui duplici modo sumitur. Primo, prout est peccatum, quo scilicet aliquis spernit proximum. Secundo, vt causa peccati, prout dicitur vnus peccare, ex cõtẽptu, alius ex infirmitate, alius ex malitia, Caiet. ver. contemptus in princ. c. excellentissimum, 11. q. 1. Ang. ver. contemptus in principio, & dicitur transgredi legem ex contemptu, quisquis principaliter mouetur ad id, eo quod illam, vel illius auctorem parui facit, non autem qui mouetur, vel inducitur ad id principaliter per iram, auaritiam, uel aliam causam; S. Tho. 2. 2. q. 189. art. 9. Arch. c. quicũque 71. dist. Dom. c. nullus, 55. distin. Fel. c. cum quidam de iureiur. Nauarr. in Man. c. 23. num. 42. & contingit cõtemptus multis modis. Primo negatiuè, seu contradictoriè, quoniam .s. aliquis de aliquo nõ habet curã, uel existimationem; nullam tamen irreuerentiã, aut iniuriã irrogans. Secundo, positiuè, seu contrariè cũ supposita tali nõ existimatione, irrogatur irreuerentia, uel iniuria uerbo uerificando, aut factis non obediendo ubi obligatur, ut præceptum de dilectione proximi, quis transgreditur negatiuè, nõ amãdo, & positiuè odiẽdo, ita Sylu. uer. contẽptus nu. 1. Tertio modo dr̃ contemnere, qui sępe monitus, nõ uult ab actu illicito desistere, Quarto contemptus fit, quando fit aliquis sine causa. Quinto, in dubio faciens scienter cõtra ius, dicitur contemnere. Sexto, magna coniectura est, quãdo quis scienter facit, & sæpe & contra pręceptum, & pertinaciter resistit, ut quando quis compellit celebrare tempore interdicti generalis, seu excommunicatus ingerit se contra præceptum, uel qui durat per annum in excommunicatione, seu in ea celebrat, not. Fœlyn. c. 2. de maio. & obe. Tab. uer. contemptus nu. 1. sed an omnis contemptus sit peccatum mortale? Respon. Quod contemptus negatiuus est peccatũ mortale, si Dei lex, quã uiolat est præceptiua, ueniale, uel nullum, si est consultoria tantũ, quia talis contemptus ex se non irrogat iniuriã legi; contẽptus aũt positiuus, est contrarius si sit contra legẽ Dei, & cuiuscunque potentis de iure pręcipere semper est mortale, & omnis transgressio ex tali cõtemptu est semper mortalis de se, quantumcunque alias esset ueniale, quia talis contemptus est formaliter superbia; posset tamen esse ueniale ratione motus indeliberati, eodem modo peccare dicitur, qui facit contra exhortationem superioris, nam si facit contra, quia contemnit authorem illum negando, tunc talis contemptor non solum peccat mortaliter, sed si talis superior est Papa, ueluti hæreticus debet puniri gl. capit. generali de elect. 6. si uerò non contemnit authoris potestatem, sed obseruantiam consilij, seu exhortationis, tunc solum peccat uenialiter, si consilium est reuerentiæ, ut puta, quia subditus deberet facere, tamẽ Prælatus non uult præcipere, sed potius consulere, si uerò esset necessitatis, quod Prælatus consulit, licet nolit præcipere, sic peccat mortaliter, cap. ad aures c. fin. de temp. ordi. si uerò consilium est perfectionis, nec etiam uenialiter peccat, Ang. uer. contemptus, ubi tunc est perfectionis, quando licitè potest dimittere Archid. cap. testamentum 6. dist. Syl. uer. contemptus in fine nu. 4. Tab. d. loco nu. 3. Armilla uerò nu. 4. dicit aliud est contemnere regulã, seu monitionẽ superioris, aliud est contẽnere id quod mandatur, undè frangere silentium, ex contemptu constitutionis mortale est, frangens autem contnẽs silentium tanquam rem minimam uenialiter peccat, quia non simpliciter contemnit, sed secundum quid, undè solum contemptus Dei mortale est, imò nolle sequi consilia Christi, puta nolle ingredi Religionem ex contemptu consilij Christi, peccatũ mortale est, quamuis ea adimplere nõ sit necessitatis, sed pfectionis. Ex istis dictis colligo quatuor cõclusiones, quarũ prima ẽ, quod nõ

omnis peccans ex contemptu peccat mortaliter, quia peccans peccato veniali, quantumque ex contemptu peccet, niſi credat eſſe præceptum, vel mortale, vel eſſet paratus etiã ſi eſſet mortale, vel aliter ad id teneatur, vt ſunt regulares. Secũda ſit concluſio, quę elicitur ex hac prima, quod religioſus peccãs ex contẽptu in his, quæ pertinent ad perfectionẽ, quę etiã de ſe nõ ſunt peccata mortalia, peccat mortaliter, quia contemnit id in qđ tenetur tendere. Tertia, quod religioſus peccans ex contemptu in his, quæ pertinent ad exteriores obſeruantias regulæ, peccat mortaliter, quia iſte contemptus contrariatur profeſſioni. Quarta, quod omnis peccans mortaliter aliquo modo contemnit, Tab. ver. contemptus nu. 2. verſ. ex quibus.

De Ironia. *Quæſt.* XXV.

VIgeſimoquinto quęro, vtrũ Ironia ſit peccatũ? Reſ. Quod ſic; dicit enim Aug. li. de verb. Apoſt. ſer. 29. vol. 10. (ibi cũ humilitatis cauſa mẽtiris, ſi non eras peccator antequã mentireris mentiando efficieris,) S. Th. 2. 2. q. 113. art. 1. eſt enim mendacium verbo aut ſigno circa propriam perſonam, dum quis, aut negat maiora, aut aſſerit minora de ſe, quam veritas habeat, & eſt peccatum mortale, aut veniale ſecundum circũſtantiam, & finem, Sylu. ver. ironia, in pluribus tamen eſt veniale peccatum, quia non eſt multum proximo perniciosum, neque Deum multum inhonorans, nec charitatem tollens, Armilla d. loco verſ. in pluribus, & eſt vitium iactantiæ contrarium, ſicuti auaritia contrariatur prodigalitati, Caietan. verſi. ironia; eſt tamen minus peccatum, quàm iactantia, Sanctus Thomas dicto loco articul. 2. nam iactantia, vt in pluribus ex turpiori motiuo procedit, ſcilicet ex appetitu lucri, vel honoris. Ironia verò ex hoc, quod fugit, licet inordinatè, contingit, tamen quod aliquis minora de ſe fingat ex aliquo motiuo, puta ad doloſè decipiendum, & tunc ironia eſt grauior, ita S. Thom. d. art. 2. ſed vtrum ironia ſit ſemper peccatum? Reſpon. Quod hoc, quod aliqui minora de ſe dicant, poteſt contingere dupliciter, vno modo ſalua veritate, dum ſcilicet maiora, quę ſunt in ſe ipſis reticent, quædam verò minora detegunt, & de ſe proferunt, quæ tamen in ſe eſſe recognoſcunt, & ſic minora de ſe dicere non pertinet ad ironiam, nec eſt peccatum, ſecundũ genus ſuum, niſi per alicuius circũſtantię corruptionem, alio modo aliquis dicit minora à veritate declinans, puta cum aſſerit de ſe aliquid vile, quod in ſe non recognoſcit, aut cum negat de ſe aliquid magnum, quod tamen percipit in ſe ipſo eſſe, & ſic pertinet ad ironiam, & eſt ſemper peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 113. art. 1.

De ornatu mulierum. *Quæſt.* XXVI.

VIgeſimoſexto quęro, vtrũ ornatus mulierũ, & hominum in veſtimentis, & alijs vtenſilibus in domo, ſit peccatum? Reſp. Quod circa exteriorem ornatũ poteſt eſſe virtus, & vitium, S. Th. 2. 2. q. 169. art. 1. allegans Ambr. 1. de officio ibi decor corporis nõ ſit affectus, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis, quàm expeditus, nõ pretioſus, & albentibus ab intus veſtimẽtis, ſed communibus, vt honeſtati, vel neceſſitati nihil deſit, nihil accedat nitori, ad hoc vt ſit virtus, non autẽ vitium ſex requiruntur. Primo, vt ornatus ſit factus recta intentione. ideſt, non fiat per ſuperbiam, vel libidinem. Secundo, honeſtas; nihil enim inhoneſtum poteſt eſſe licitum. Tertio, conuenientia perſonæ; nam religioſus habere debet habitum religioſum. Quarto, cum parſimonia ſit ornatus, ac moderatus ſcilicet ne ſit ſuperfluus. Quinto ne in eo apponatur nimia ſollicitudo, ne ſcilicet propter ornatum omittantur neceſſaria ad ſalutem. Sexto, vt non ſit ſcandaloſus proximo, nempe ne quis inducatur ad vtendum tali habitu, ſuo ordini non congruenti, ſiue ad aliud, nempe ad carnalem copulam, ſiue ornatus viri inducat mulierem, ſiue è conuerſo, quæ conditiones cum deſint in ornatu, conſequenter peccatum eſt, Angel. ver. ornatus num. 1. & ſeq. allegat Alex. de Ales. 2. 2. q. 152. Roſella ver. ornatus num. 11. & ſeq. Nauarr. in Man. confeſſ. ca. 16. nu. 14. & in c. 23. nu. 23. vbi dicit peccare mortaliter, qui veſtit ſe habitu religionis, in opprobrium illius; poteſt tamen eſſe peccatũ ornatus exterior multis modis. Primo, ex fine ornãtis, nempe ſi quis ornat ſe ad ſuperbiam, aut ad prouocandum ad libidinem, & tunc ſi finis eſt peccatum mortale, ipſe quoq; ornatus erit peccatum mortale, vt quando intendit prouocare ad ſui malam concupiſcentiam, ſi uerò finis erit peccatum ueniale, puta, ut appareat pulchrior, ditior, aut ſuperior, uanitas eſt, & per hoc ueniale peccatum. Secundo, affectuoſa ſollicitudo, quæ eodem modo facit mortale, uel ueniale, ut ſi affectus, uel ſollicitudo habeat ſuperfluitatẽ, ſeu ſit tanta ſollicitudo, ut omittantur neceſſaria ad ſalutẽ. Tertio, ſi fuerit contra conſuetudinem, uel legem patriæ, ſi fuerit contra conſuetudinem, quæ niſi in legem tranſierit communiter inducit peccatum ueniale, quia nõ legale, ſed morale debitũ habet, ſi autẽ in legem tranſierit, ſine pœna aliqua, uenialem quoque inducit tranſgreſſionẽ, ſi contemptus deſit longe tamen grauius peccat, qui primus eſt conſuetudinis uiolator, nouitatem ornatus inferens patriæ, citra tamen mortale, ut dictum eſt, ſi ſola uanitas in cauſa eſt uiolandę conſuetudinis, & ad hoc ſpectat ſtulta præſumptio utentiũ habitu maiorum, ut ſi ueſtiatur idiota, ut doctor, aut plebeius, ut eques, & ſimiles exorbitationes à more politicæ modeſtiæ, ſi uero ornatus fuerit cõtra legẽ, tũc ſi ipſa eſt obligatiua ad mortale, ut quoniã ponitur pœna excõmunicationis, tunc tranſgrediẽs peccat mortaliter, ut ſi monachus profeſſus gerat habitũ ſecularem, ſi uerò fuerit lex leuis, non obligans ad mortale, tunc ſi deſit contẽptus, non erit mortale, Caie. uer. ornat. uerſi. tertium. Quarto, qualitas ornatus communiter inducit peccatũ ueniale, ſi indecens eſt, ac minus caſtus, vt ornatus mulierum monſtrantiũ media ubera. Quinto, ex fuco cõiter cõſtituitur peccatũ ueniale, quia in ſimulatione,

& ſi-

& fictione vana consistit. Sexto ex preciositate, quia, quod est pretiosum vni, nõ est alteri; cõmuniter tamẽ videtur venialis huiusmodi excessus superbus, stultus, & vanus. Septimo, si ex scandalo ornatus fiat, vt quia oritur ex eo cõcupiscẽtia, sed si ex parte mulieris nõ est intentio prouocãdi, nec sibi placet, qđ prouocetur aliquis ad sui libidinosum amorẽ, licet placeat ei, vt laudetur, vt pulchra, non propterea peccat mortaliter, est enim occasio accepta, non data, Caiet. d. vers. ornatus, & in 2. 2. q. 169. in com. S. Tho. eliciuntur ex 2. P. S. Anton. tit. 4. c. 5. Perald. in 2. parte summę virt. c. 14. & seq. Tab. ver. ornat. num. 2. Armilla ver. ornatus nu. 1. & seq. Pisanella ver. ornatus §. 1. & seq. ex istis dictis eliciuntur plures conclusiones, quarum prima est, quod mulier ornans se, intentione vt trahat homines ad sui concupiscentiam peccat mortaliter, similiter si ornat se ad iactantiam & humanam laudem, & ibi constituat finem suum vltimum, mortaliter peccat, hoc idem si mulier vtatur prædictis ornamentis ob quandam complacentiam; ita tamen, quod etiam si crederet certitudinaliter proximum ex isto ornatu ad ruinam trahi, non curaret, dummodo cõsequatur illam concupiscentiam, sic enim mortale est ratione deprauatę intẽtionis, qđ si extra talem intentionem mulier ornatu vtatur, sed propter solam complacentiam, citra tamen salutem animæ suę, & proximi, erit tantum veniale, si verò vtatur ornatu, vt placeat viro suo, nec ei reddatur odiosa, seu si intendat vitare opprobrium, sed vt coniugio trahatur, non erit peccatũ etiam veniale, nisi excessus sit in quantitate, & qualitate ornatus, Rosella ver. ornatus nu. 1. & seq. illæ autem mulieres, quæ viros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus, ad concupiscendum; quia hoc est dare eis incentiuum peccandi, S. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. Secunda sit conclusio, quòd si quis vtatur habitu suo ordini nõ cõgruẽti peccat, vt Monachus, qui temerè dimittit habitum suæ professionis excommunicatur, cap. vt periculosa, extra ne Clerici, vel Monaci 6. Pisanella ver. ornatus §. 1. similiter mulier, quæ vtatur habitu viri, seu laicus habitu clerici peccant, sed non mortaliter nisi causa ludibrij, Pisanella d. loco nu. 17. Sylu. vers. ornatus nu. 5. Ang. d. loco num. 5. Tertia sit conclusio, quod fucatiu, & coloratio faciei, & capillorum nõ est semper cum peccato mortali, nisi quando fiat propter lasciuiam, vel in Dei contemptum, & sciendum est aliud esse fingere pulchritudinem non habitam, & aliud occultare turpitudinem; ex aliqua causa prouenientem, puta ægritudine, vel aliquo huiusmodi; hoc enim est licitum suadente Apost. 1. 2. ad Corinth. ibi, quę putamus ignobiliora membra corporis esse, his honorẽ abundantiorẽ circundamus S. Tho. 2. 2. q. 168. art. 2. in Resp. ad 2. Tabien. ver. ornatus num. 5. Sylu. d. loco nu. 4. Pisanella d. loco vers. quid de mulieribus; Rosella d. vers. ornatus num. 3. Quarta sit conclusio, quod si quis habuerit ornamenta honesta, sed superflua, & plura, quàm sit necesse, si fuerit in hoc enormis excessus, erit peccatũ mortale, quia ista essent eroganda pauperibus; ad cognoscendã autẽ hanc superfluitatẽ, tria tẽpora consideranda sunt. Primo præteritũ, qualiter scilicet tẽpore præterito venerit ad istã cõditionẽ, & statũ, quomodò habet nẽpe per vias iustas, vel iniustas, propter quas retinere, an restituere debeat. Secundũ tempus pręsens est, an scilicet cõueniat pręsenti cõditioni; nã maior maiori, minori minor debetur, ca. clerici de vita, & honestate clericorũ. Tertium tempus est futurum, s. vtrum in posterũ poterit esse semper in tali ornatu sine peccato, quia si oporteret eũ propter hoc effici iniustũ, aut pauperibus crudelem, non licet, Syluestrina uer. ornatus num. 8. Ang. d. loco nu. 6. Rosella quoque eodem loco num. 19. Pisanella uerò d. loco §. 4. dicit, quod ornatus superfluus potest dici tripliciter. Primò respectu numeri, ut cum quis retinet ornamenta ultra numerum, quo rationabiliter indiget, cap. sicut 47. distinct. ibi nudorum uestimentum est, quod tu recludis, & quis tam iniustus. Secundo respectu formæ, ut si forma est excessiuè longa, seu lata, ut in uestibus mulierum caudatis. Tertio respectu preciositatis, ut cum utitur maiori preciositate, quam conueniat sibi, & hæc procedunt non solum in ornatu indumentorum; sed in omni alio, tam domi, quàm foris, quo homines utuntur, de quibus latissimè per Gulielmum Perald. in 2. p. summæ uirt. capit. 14. & seq. per totum.

De ingratitudine. Quæst. XXVII.

Vigesimoseptimo quęro, utrũ ingratitudo sit peccatũ? Resp. quòd sic, est enim ingratitudo uitium, quo beneficiatus non retribuit benefactori, quod debet, S. Anton. 2. p. summæ c. 9. tit. 3. Armilla uer. ingratitudu nu. 1. Sylu. d. loco nu. 1. Paul. 2. ad Timoth. 3. ibi enim ingratitudo connumeratur alijs peccatis, cum dicitur parẽtibus non obedientes ingrati scelesti. Refert, S. Thom. 2. 2. q. 107. art. 1. ubi debitum gratitudinis est quoddam debitum honestatis, quam uirtus requirit, ex hoc autem aliquod est peccatum; quod repugnat uirtuti, unde manifestum est, quod omnis ingratitudo est peccatum, Sylu. d. loco num. 2. & Tab. eod. loco num. 2. Declaratur hoc dictum, ut dicatur speciale peccatum, quia opponitur gratitudini, siuè gratiæ quæ est specialis uirtus; ergo est speciale peccatum; ita, S. Thom. d. loco art. 2. S. Anton. d. loco §. 1. Syl. d. loco nu. 2. Secũdo declaratur, ut non semper sit peccatũ mortale, nam ingratus aliquis dupliciter dicitur, uno modo per solam omissionem, puta, quia non recognoscit, uel non laudat, uel non retribuit uices pro beneficio accepto, & hoc nõ semper est peccatũ mortale, est tamẽ semper saltim ueniale quia hoc prouenit ex negligẽtia quadã, aut ex aliqua indispositione hominis ad uirtutẽ, potest tamẽ contingere, quod sit mortale, uel propter interiorem contẽptum, uel quia subtrahatur. Quod ex necessitate debetur beneficio siue simpliciter, siue in aliquo necessitatis casu. Secundo modo dicitur ingratus, quia non solum prætermittit implere gratitudinis debitum, sed etiam

contrarium agit, & hoc etiam secundum conditionem eius, quod agitur quãdoque est mortale, quãdoque veniale. Sciẽdum tamẽ, quod ingratitudo, quę prouenit ex peccato mortali, habet pfectã ingratitudinis rationẽ: illa verò, quę prouenit ex peccato veniali, imperfectã, hęc, S.Tho.d.loco art.5. Rayn.verò in 1.p.summę c.2.dicit, quod ingratitudo est peccatũ mortale, per duas causas. Prima, propter contẽptum interiorẽ, scilicet cũ quis ex cõtemptu alterius, beneficium non rependit. Secunda est propter subtracti conditionem, vt si subtrahit aliquid, quod ex necessitate pro beneficio collato debetur, & præcipuè in causa necessitatis. extra hos duos casus erit veniale, quia debitum gratitudinis, vt qui beneficium recipit, aliquid liberaliter tribuat, ad quod non tenetur, quod si prætermittat, non peccat mortaliter, conc. Pisanella ver. ingratitudo in princ. Sylu.d. loco num.4.Tabien. eod.loco.nu.3.Ang.d.loco nu.1.Ex dictis superius infertur, quod ingratitudo habet diuersos gradus, secundũ ordinẽ eorum quę ad gratitudinem requiruntur, in qua primum est, quòd homo acceptũ beneficiũ recognoscat, secundum est, quod laudet, & gratias agat, tertium est, quod retribuat pro loco, & tempore, secundum suam facultatem, sed quia, quod est vltimum in generatione, est primũ in solutione: Ideò primos ingratitudinis gradus est, vt homo beneficium non retribuat, secundus est, vt dissimulet, quasi non demonstrans se beneficium accepisse, tertium, & grauissimum est, quod non recognoscat, siue per obliuionem, siue quocũque alio modo. Et quia in affirmatione opposita intelligitur negatio, ideò ad primũ ingratitudinis gradum pertinet, quod aliquis retribuat mala pro bonis, ad secundum, quod beneficium vituperet, ad tertiũ, quod beneficium quasi maleficium reputet, S.Tho.2.2.q.107.ar.2. Ang.autem ver.ingratitudo num.4.addit: Quartum modum committendi ingratitudinem, nempè quando in mente sua contemnit beneficiũ, quasi ei iniuriã faciat, dãdo beneficium. Quinto, quando murmurat de benefactore, vel beneficio eum vilificans, Sexto, faciens iniuriã, vel aliquid in cõtemptũ benefactoris reddens malum pro bono, qui gradus si rectè inspiciantur, dicta secundũ Thom.reducũtur ad ipsa, conc. Rayn.ver.ingratitudo c.1.Syl. d. loco nu.3, Caiet. autem ver.ingratitudo dicit, quod dupliciter committitur ingratitudo, videlicet formaliter, & per se, hoc est ex intentione, & materialiter. Sed quæro vtrum ingratis sint beneficia subtrahenda? Respon. Quod non, quia Altissimus benignus est super ingratos, & malos, Luc. capitulo 6. sed eius per imitationem nos filios esse oportet, vt ibidem dicitur. Ergò non debemus ingratis beneficia subtrahere, quis enim debet tendere ad hoc, qd de ingrato gratũ faciat, quod si non potest primo beneficio satisfacere, forte satisfaciet secũdo, si verò ex beneficijs multiplicatis ingratitudinem augeat, & peior fiat, debet à beneficiorum exhibitione cessare S.Tho.2.2.q.107.art.4.conc. Pisanel.ver.ingratitudo col.p.Sylu.d.loco.num.5.Tab.nu.6.Rayn. d.loco cap.3.

De Contumacia. Quæst. XXVIII.

VIgesimooctauo quæro, vtrum contumacia sit peccatum? Resp. Quod pro quanto contra obedientiam Iudici debitam tendit, peccatum est mortale, in cuius signũ potest cõtumax excommunicari, Caiet.ver.contumacia, Armilla d.loco, nu. 1.& est triplex. Prima, non veniendo ad iudicium, & hęc est triplex, Prima quando citatus peremptoriè venire contemnit. Secundo, quando malitiosè se occultat. Tertio, quando latitat, seu impedit ne citatio ad eum perueniat. c.Quoniam, vt lite nõ cõtestata. Secunda contumacia est, quando citatus ad iudicium venit quidem; sed non vult iuri parere, vel ante finitam causam contumaciter recedit cap.Certum 11.q.3. Tertia est, quando offensa est manifesta, & iussus à iudice non vult emendare, cap.Ex parte de verbor. sig.Tabien.ver contumacia nu.1.Sylu.d.loco nu.2.citat S.Tho.in 4.distin. 18.Rosella ver.contumacia, Armilla d.loco nu.2, & Pisanella eòd.verb.contumacia.

Temeritas. Quæstio. XXIX.

VIgesimonono quęro, vtrũ Temeritas sit peccatũ? Resp. Quod temeritas (qua absque ratione regulante opera fiunt) manifestè peccatum contra consilij rationem est; est autem veniale, vel mortale secundum subiectam materiam, si enim iocosa, aut officiosa est materia, veniale peccatum est, si autem perniciosa, mortale, quia contra dilectionem Dei, & proximi est, Caiet. ver.temeritas, quæ semper dicitur audacia in malum.l. Iubemus. C.de sacrosanct.eccles. Armilla d.vers.nu,1, Ang. d.loco num.1.Sylu.& Tabien.eod.loco vers. temeritas, temerè enim facit qui actum sibi à iure prohibitum scienter sub colore fraudulento facit Sylu. ver.temerè cap.per venerabilem, qui filij sint legitimi, Gemin.c.auaritiæ de elect.6.sicuti illa dicuntur fieri temerè, quæ ratione non reguntur, quod dupliciter contingere potest, vno modo ex impetu voluntatis, vel passionis, vt apparet in iratis, alio modo ex contemptu regulæ dirigẽtis, & hoc propriè importat temeritas, vnde videtur ex radice superbię prouenire, quę refugit subesse regulę alienæ S.Thom.2.2.quæstio.53.artic.3, in Respon. ad secundum, Caiet.d.vers.temeritas, Tab.vers.temere nu.1.Armilla ver. temeritas nu.1.

Iudicium Temerarium. Quæst. XXX.

TRigesimo quęro, vtrũ Iudicium temerarium sit peccatum? Resp. Quod sic, & est speciale peccatum ex curiositate, & superbia procedens, S.Ant.2.p.tit.3.c.8.est enim iudicium temerarium (quo homo quicunque sine sufficienti certitudine iudicat proximũ de animo, seu intentione) & dicitur peccatum, quia nemo debet diffinitiuè asserere etiam in suo corde, quod nescit, in præiudicium alterius, & si ita iudicat proximum de peccato mortali, peccat mortaliter, si de veniali, aut de mortali non assertiuè in corde suo, quamuis credat firmi-

firmiter, & temerariè, non peccat mortaliter quia non diffinitiuè iudicat, sed venialiter magis & minus grauiter, iuxta qualitatẽ signorũ existimand. & affectus male dispositi, & dicitur duplex iudicium operis, & iudiciũ personę, operis, vt si audit aliquẽ male dicentẽ, aut videt exercentẽ turpẽ actũ, & huiusmodi res secundũ se dicuntur peccata mortalia, iudicat illas peccati mortalis, non incurrit peccatũ iudicij temerarij, de quo est cõmunis sermo, quoniã non iudicat personã, sed opus, nec erat in iudicio personali, sed in iudicio rerum, tunc autem iudicaret temerariè quando esset iudiciũ personale, itaq; ex parte intentionis, seu animi iudicaret illũ peccare mortaliter, audẽs definire in actibus dubijs, aut venialibus intentionem mortalem, Caietan. ver. iudicium, Armilla d. loco nu. 8. dicit, quod proferens verbũ turpe, non est iudicandus, peccasse mortaliter, quia ex leuitate animi protulisse potuit. Item onta. quod iudicium temerarium, vniuersaliter prohibetur sex modis. Primò ex parte iudicantis per vsurpationem officij sibi non impositi. Secundo, propter indignationem, ad Roman. 19. ibi: tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Tertio, propter ignorantiam, ex parte verò rei est. Quarto, quando iudicatur persona, quantum ad euentum futurum, quia nemo desperandus est, capitulo nemo de pœnit. dist. 7. Quinto, quando iudicatur intentio incerta. Sexto, quando iudicatur factum occultum; quia de incertis, & occultis temerarium est iudicare secundum gl. super Matth. cap. 7. nolite iudicare, & 1. ad Corinth. 4. nolite ante tempus iudicare, Ang. ver. iudiciũ nu. 17. Tabien. d. loco nu. 17. Ex quibus dictis colligitur, quod dubia in meliorem partẽ sunt iudicanda, iuxta illud Ro. 14. qui nõ manducat, manducãtem nõ iudicet gl. dicit dubia in meliorem partem sunt interpretãda, Aug. lib. 2. de sermo. Do. in monte, c. 28. vol. 4. S. Th. 2. 2. q. 60. art. 4. & not. tres gradus iudicij temerarij. Primo; vt homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipiat, & hoc est veniale, & leue peccatũ; pertinet enim ad tentationẽ humanã, sine qua vita nostra nõ ducitur, vt habetur gl. 1. ad Corinth. 4. nolite ante tempus iudicare. Secũdus gradus est, cum aliquis pro certo malitiã alterius existimat ex leuibus indicijs, & hoc si sit de aliquo graui, est mortale inquãtum non est sine contemptu proximi. Tertius est, cum Iudex ex suspicione procedit ad condemnandum, & hoc directè ad iniustitiam pertinet, vnde est peccatum mortale, S. Thom. 2. 2. q. 60. ar. 2. vnde cum nõ habemus manifesta indicia de malitia alicuius, debemus eum, vt bonum habere in meliorem partem, interpretando, quod dubium est, alioquin ex hoc ipso, quod aliquis habet malam opinionem de alio, absque sufficienti causa iniuriatur ei, & contemnit ipsum: nullus enim debet alium contemnere, vel nocumentum quodcunque inferre absque causa cogente. Sanctus Thom. d. loco ar. 4. Sanctus Antonin. 2. parte tit. 3. cap. 8. vbi ponit triplex iudicium vitiosum, prout est actus iustitiæ, nec non triplex iudicium temerarium, nempe de proximo, de Deo, & de seipso.

De infidelitate. Quæst. XXXI.

TRigesimoprimo quęro, vtrum infidelitas sit peccatum? Resp. Quod sic, quia virtus contrariatur vitio, sed fides est virtus, cui contrariatur infidelitas, ergò infidelitas est peccatũ, S. Th. 2. 2. q. 10. art. 1. quod peccatum oritur ex superbia, ex qua contingit, quod homo intellectum suum non vult subijcere regulis fidei, & sano intellectui patrum, idẽ S. Tho. d. loco in resp. ad tertium, & not. quod infidelitas sumitur dupliciter, vno modo, secundum puram negationẽ, vt dicatur infidelis, ex hoc solo, quod non habet fidem, alio modo potest accipi, secũdum contrarietatem ad fidem, qua scilicet quis repugnat auditui fidei, vel etiam contemnit ipsam, secundum illud Isaię 53. quis credidit auditui nostro? & in hoc propriè perficitur ratio infidelitatis, & secundũ hoc infidelitas est peccatũ: si aũt accipiatur secundũ negationẽ purã, sicut in illis, qui nihil audierũt de fide, nõ habet rationẽ peccati; sed magis pœnę, quia talis ignorantia diuinorũ, ex peccato primi parentis consecuta est, qui autem sic sunt infideles, damnantur quidẽ propter alia peccata, quę sine fide remitti non possunt, non autẽ damnantur propter infidelitatis peccatũ, vnde Dominus dicit 15. Ioh. si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum nõ haberent, quod exponens Aug. tract. 89. in Ioh. vol. 9. dicit, quod loquitur de illo peccato, quo non crediderunt in Christum, S. Tho. d. art. 1. & sic infidelitas negatiuè magis pœna est, quàm peccatum; at infidelitas contrariè, qua quis fidei repugnat, vel ipsam contemnit, peccatum est conc. Rayne. tit. de infidelitate Caiet. ver. infidelitas in princ. Armil. d. loco nu. 1. Syl. nu. 5. Tab. nu. 2. Ang. d. loco, qui allegat Astens. lib. 2. tit. 56. in prin. Nauarr. in Man. conf. c. 11. nu. 17. S. Anton. in 2. part. summę tit. 12. cap. 2. Ampl. vt dicatur maximum peccatum, dicit enim Aug. super Iohan. 15. si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum nõ haberent. Magnum quidem inquit quoddam peccatum sub generali nomine vult intelligi, hoc enim est, scilicet peccatum infidelitatis, quo tenentur cuncta peccata, Infidelitas ergò est maximum peccatorum, S. Thom. d. loco art. 3. qui rationem adducens dicit, quia per infidelitatem maximè homo elongatur a Deo, quia nec verã Dei cognitionem habet, per falsam autem cognitionem ipsius non appropinquat ei, sed magis ab eo elongatur, Tab. ver. infidelitas, nu. 3. Rayn. d. loco c. 2. dicit tamẽ Pisanella, d. loco in princ. Quod heretici grauius peccant, quam Iudęi, qui fidem nunquam susceperunt, & Iudęi qui susceperunt figuram eius in veteri lege, grauius peccant, quam gentiles, qui nullo modo fidem Euangelij susceperunt, dicitur enim 2. Petr. melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum conuerti, sed gentiles non cognouerunt viam iustitiæ, hæretici autem, & Iudęi aliqualiter cognoscentes deseruerunt, ergò eorum peccatum est grauius, S. Th. d. loco art. 6. vbi dicit, quod si consideretur infidelitas, quatenus est comparatio eius ad fidem, & ex hac

parte aliquis grauius contra fidem peccat, qui fidei nititur susceptæ, quam qui renititur fidei nondum susceptæ; sicut grauius peccat, qui non implet, quod promisit, quam si non impleat, quod nonquam promisit, & secundū hoc infidelitas hæreticorū, qui profitentur fidē Euangelij, & ei renituntur eam corrumpentes, grauius peccant, quàm Iudæi, qui fidē Euangelij nunquam susceperunt; sed quia susceperunt eius figuram in veteri lege, quam malè interpretantes corrūpunt, ideo etiam eorum infidelitas est grauius peccatum, quam infidelitas gentilium, qui nullo modo fidē Euangelij susceperunt. Si verò consideretur infidelitas respectu eorum corruptionis, quæ ad fidē pertinent, & secundum hoc cum in pluribus errent gentiles, quam Iudæi, & Iudæi, quam hæretici, grauior est infidelitas gentiliū, quam Iudæorum, & Iudæorum, quàm Hæreticorum. Prima præponderat secundæ, quantum ad rationem culpæ, quia infidelitas habet rationē culpæ, magis ex hoc, quod renititur fidei, quam ex hoc, quod non habeat ea, quæ sunt fidei, hoc enim magis ad rationem pœnæ dicitur pertinere, vnde simpliciter loquendo, infidelitas hæreticorum est pessima Tabiena ver. infidelitas num. 6. Ang. d. loco num. 3. qui dicit Astensem libr. 2. tit. 56. ex hoc inferre plures esse, & determinatas species infidelitatis, si considerentur secundum comparationem ad fidē, & sunt hæc, vide licet, Paganorū, Hæreticorum, & Iudæorum, cum enim peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere dupliciter, quia aut renititur fidei nondū susceptæ, & talis infidelitas est paganorū siue gentilium, aut renititur fidei Christianæ susceptæ, vel in figura, & sic est infidelitas Iudæorum; vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas hæreticorum; vnde in generali possunt assignari tres prædictæ species infidelitatis, si verò distinguantur infidelitatis species secundum errorem in diuersis, quæ ad fidē pertinent, non sunt determinatæ infidelitatis species; possunt enim errores in infinitum multiplicari, vt patet per Ang. lib. de hæres. volum. 6. refert S. Th. 2. 2. q. 10. art. 5. Ang. ver. infidelitas num. 2. Astens. lib. 2. tit. 56. §. 1. Caietan. ver. infidelitas, S. Anton. par. 2. tit. 10. ca. 2. ver. est autem, Sylu. uerb. infidelitas, nume. 2. Tab. d. loco nu. 5. Rayn. tit. de infidelitate, c. 4. & no. est, quod licet infidelitas sit grauissimum peccatū; non tamen omnis actus infideliū est peccatū, nā legitur in act. Apost. quod Cornelius adhuc infidelis existens, dictus est, quod acceptæ erant eleemosynæ eius Deo. Ergo non omnis actio infidelis est peccatum; sed aliqua eius actio bona, S. Th. 2. 2. q. 10. art. 4. qui rationē adducens dicit, quod peccatū mortale tollit gratiā facientē, nō autē totaliter corrūpit bonū naturæ; vnde cum infidelitas sit quoddam peccatum mortale, infideles quidē gratia carēt, remanet tamen eis aliquod bonum naturæ; vnde manifestum est, quod infideles non possunt operari bona opera, quæ sunt ex gratia, s. opera meritoria; tamē bona opera, ad quę sufficit bonū naturæ, aliqualiter operari possunt, vnde non oportet, quod in omni suo opere peccent, sed quandocunq; aliqd opus operātur ex infidelitate, tūc peccant, sicut enim habens fidē potest aliquod peccatū cōmittere in actu, qui non pertinet ad fidei finē, vel venialiter, vel etiā mortaliter peccādo, ita etiā infidelis potest aliquē actum bonum facere in eo, quod nō refert ad finē infidelitatis, nō obstat quod dicit Paul. 14. ad Rom. omne quod ex fide nō est, peccatū est, vbi glo. dicit omnis infidelium vita est peccatū, sed ad vitam infidelium pertinet omne, quod agunt, ergo omnis actio infidelis est peccatū, nam resp. quod illud intelligitur, vel quia vita infidelium non est absque peccato, cum peccata sine fide non tollantur, vel quia quicquid agitur ex infidelitate peccatū est; vnde ibidem subditur, quia omnis infideliter viuens, vel agens vehementer peccat, ita S. Tho. d. loco in respons. ad 1. Mag. lib. 2. sententiarum dist. 41. §. cap. Tabien. ver. infidelitas nu. 4. Sylu. dicto loco num. 3. qui allegat Astens. Ang. d. vers. infidelitas nu. 1. Armilla d. loco num. 4. Raynes. vers. infidelitas, cap. 2. ex hoc infertur, quod illi, qui in fide firmi sunt, ita quod ex eorum communicatione cum infidelibus speratur magis illorum conuersio, quam horum subuersio, non sunt prohibendi communicare cum infidelibus, simplices autem, & infirmi prohibendi sunt, ne sine magna necessitate cum eis conuersentur, ita Pisanella, verbo infidelitas in principio ex mente Sancti Thomæ secunda 2. q. 10. articulo 9. in his tamen, quæ ad infidelitatis eorum spectant, nullo pacto communicandum est, vndè non licet cōmodare, aut donare, aut vendere, illis aliquid pro vsu suorū sacrificiorū, & huiusmodi, Syl. d. loco nu. 5. Quoniā particeps esset quis criminis, vt puta adiuuans illos ad exequendū suæ infidelitatis cultum, Caiet. vers. infidelitas, in fine, Rosella vers. infideles, Arm. d. loco nu. 5. & seq. Rayn. vers. infidelitas cap. 3. Similiter si ecclesia interdiceret propter eorum peccatū in aliquo non conuersari, vt sunt interdicti hæretici, vtique non posset fieri hoc absque peccato, vt dicetur suo loco inferius conc. Ang. vers. infidelitas nu. 6. Syl. d. loco nu. 6. Tab. ver. infidelitas nu. 8. eodē modo cum eis est disputandum, publicè de fide, vbi non scandalum, sed vtilitas speratur, quia Saulus inualescebat, & confundebat Iudeos, eo quod loquebatur gentibus, & disputabat cum Græcis acta Apost. 9. Refert S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 7. dicens, quod publicè disputare cum infidelibus coram fidelibus idiotis, & simplicibus dubitando de fide, peccatū est, at disputare de fide ad exercitium, vel ad errores confutandum, coram tamen sapientibus, & firmis in fide, laudabile est, Rosella vers. infidelis, Caiet. uer. disputatio Pisanella d. loco uers. ultiō Rayn. uer. infideles ca. 4. Similiter ritus infideliū sunt tollerandi c. qui sincera dist. 45. ibi oēs festiuitates suas sicut hactenus ipsi, & patres eorum per longa colentes tempora, tenuerunt, liberam habeant obseruandi, hberandique licentiā, S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 11. ubi dicit, quod quamuis infideles in suis ritibus peccent tolerari possunt, uel propter aliquod bonū, quod ex eis prouenit, uel propter aliquod malū, quod vitatur. Armilla uers.

uerſ. infidelitas nu. 8. Rayner. uer. infideles cap. 4. Ang. d. loco nu. 5. Qui allegat Aſtenſ. lib. 2. tit. 56. in fine, Syluestrina d. loco nu. 4. Tab. d. loco nu. 10. ex quo ſequitur, quod non poſſunt compelli ad fidem, & hoc intellige de infidelibus, qui nunquã ſuſceperunt fidem, ut Iudęi, & gentiles, quia credere, uoluntatis eſt, ſunt tamen compellendi à fidelibus ſi adſit facultas, ut fidem non impediant, uel blaſphemijs, uel malis perſuaſionibus, uel etiam apertis perſecutionibus, ſi uerò fuerunt fideles, qui quandoque fidem ſuſceperunt, & eam profitentur ſicut hęretici, & quandoq; Apoſtatæ, & tales ſunt etiã corporaliter cõpellendi, ut impleant, quod promiſerunt, & teneant, quod ſemel ſuſceperunt, & ſecundum hoc intelligitur illud Luc. 14. Exi in uias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea, ita S. Thom. ſecunda 2. quęſt. 10. articu. 8. Angel. uer. fides. §. 9. & uer. Baptiſm. §. 6. Tabien. uer. infidelitas nu. 7. Nam ſicut uniuere, eſt uoluntatis, reddere autem neceſſitatis, ita liberum eſt credere, uel non credere; ſed tenere fidem iam acceptam, eſt neceſſitatis, Rayne. uerſ. infideles capitulo ſecundo, ex quo ſequitur, quod infidelibus, qui nunquam ſuſceperunt fidem, nõ eſt facienda iniuria; ideò pueri hebræorum inuitis parentibus non ſunt baptizandi, Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 10. artic. 12. nec debent ſpoliari proprijs bonis, immò ſi prę.exiſtunt Chriſtianis tolerandi ſunt licet in Dominos de nouo non ſint aſſumendi, S. Th. d. loco ar. 10. & hoc niſi ſint infeſti Chriſtianis, Armilla uerſ. infidelitas nu. 9. Ang. d. loco numer. 7. dicẽs, quod regno Hyeroſolimitano poſſunt per Papam ſpoliari, Tabien. d. loco nume. 9. ubi etiam Sylu. nu. 8. Nunquid autem habitum infidelium ſit licitum aſſumere? Reſp. Quod ſic, ex rationabili cauſa, niſi fieret ad diſcernẽdũ profeſſores alicuius infidelitatis; Armilla d. loco nu. 3. ubi Ang. num. 9. Tab. nu. 16. & Syl. nu. 10. Eſt igitur infidelitas peccatum, quo incurritur tripliciter. Primo ex intẽtione, ut cum quis in his, quæ ad fidei neceſſitatem ſpectare nouit, ab eccleſia diſſentit deliberatè credendo oppoſitum, & tunc eſt peccatum mortale maximum, & ſi Chriſtianus eſt, uocatur peccatum hæreſis, & eſt excommunicatus, ſi in exteriorem aliquem actum etiam coram ſe ipſo ſolo exierit; & reſeruatur abſolutio Papæ cum reliquis de cœna Domini. Secundo, incurritur per primos, ſeu imperfectos motus, ut cum quis ob tentationes, aut rationes auditas quaſi uacillat in his, quæ ſunt fidei, non tamen ad deliberatum conſenſum diſcernendi peruenit, & hoc eſt peccatum infidelitatis quidem; ſed ueniale propter imperfectionem actus. Tertio; propter ignorantiam ex parte materiæ; in qua niſi nimis adhæreat, non peccat, præſertim quando intendit ſtare in fide Sanctæ Matris Eccleſiæ; Caietan. uerſ. infidelitas: uerſiculo incurritur.

De hæreſi. Quæſt. XXXII.

TRigeſimoſecundo quæro, utrum hæreſis ſit peccatum. Reſpon. Quod cum reducatur ad uitium ſuperbiæ; Armilla uer. hęreſis nu. 18. & ipſa ſit infidelitatis ſpecies. S. Th. 2. 2. q. 11. art. 1. conſequens eſt, quod ipſa ſit peccatum, immò maximũ peccatum, Tabien. uerſ. hæreticus nu. 27. Quod ipſa ſit infidelitatis ſpecies patet, quia falſitas ueritati opponitur, ſed hæreticus eſt, qui falſas; uel nouas opiniones, uel gignit; uel ſequitur, ergo opponitur ueritati; cui fides innititur; ergo ſub infidelitate cõtinetur: & nota; quod à rectitudine fidei Chriſtianæ, dupliciter quis poteſt deuiare: uno modo; quia ipſe Chriſto non uult aſſentire: & hic habet quaſi malam uoluntatem circa ipſum finem; & hoc pertinet ad ſpeciem infidelitatis Paganorum: & Iudęorum. Alio modo per hoc; quod intendit quidẽ Chriſto aſſentire: ſed deficit in eligendo ea; quę ſunt uerè à Chriſto tradita; ſed ea; quæ ſibi propria mens ſuggerit; & ideò hęreſis eſt infidelitatis ſpecies; pertinens ad eos; qui fidem Chriſti profitẽtur; ſed eius dogmata corrumpunt; ex quo ſequitur; quod hæreſis ſit circa ea; quę ſunt fidei; ſicut circa propriam materiam; ad quam aliquid pertinet dupliciter; uno modo directè; & principaliter ſicut articuli fidei; alio modo indirectè: & ſecundariè; ſicut ea; ex quibus ſequitur corruptio alicuius articuli; & circa utraq; põt eſſe hæreſis eo modo; quo; & fides. S. Th. d. loco art. 2. eſt autem hæreticus ille: qui alicuius temporalis commodi; & maximè glorię; principiatuſq; ſui gratia, falſas ac nouas opiniones gignit; uel ſequitur. Magiſt. ſentent. in 4. diſt. 13. in fine c. hęreticus. 24. q. 3. S. Anton. 2. p. tit. 12. c. 4. Aliter autem definitur ſic. Hęreticus eſt; qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam Chriſti fidem in generali profitens; aliquam; uel aliquas in ſpeciali opinionem; uel opiniones; contrariam uel contrarias Catholicę ueritati, pertinaciter tenet, uel ſequitur, in opere iud. Inquiſ. uer. hęreticus nu. 14. ibi (poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam) nam ad hoc: ut quis dicatur hæreticus, neceſſariò ſequitur: quod primo ſit Chriſtianus. Nã alioquin diceretur paganus: uel Iudęus: item dicitur ibi Chriſti fidem profitens in generali: quia hęreſis pertinet ad eos: qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogma corruptum eſt: unde qui ſic de fide recedit: quod nihil de ea credit: propriè nõ eſt hęreticus: ſed apoſtata: hęreticus autem eſt: qui ſub nomine Chriſti reſiſtit doctrinę Chriſtianæ: ſequitur tertia particula, erroneã opinionem aliquã in ſpeciali: hoc enim requiritur ad hoc: ut ſit hęreticus: quòd erroneam opinionem habeat in intellectu: ita quod malè ſentiat de fide catholica c. hęret. 24. quæſ. 3. ſequitur, quarta particula ibi (contraria catholicæ veritati) hoc etiam requiritur ad hoc, vt dicatur hæreticus; nam hæreticum facit opinio, quę catholicę veritati formaliter, vel incõpaſſibiliter repugnat. vltimo ſequitur in definitione ibi (pertinaciter tenet, vel ſequitur) nam hoc requiritur ad hoc, vt quis ſit hæreticus, videlicet, quod errorẽ ſuum pertinaciter ſequatur, declaratur d. loco vſque ad nu. 18. ſequitur Arnald. de agnoſc. aſſert. hæret. in 2. q. nu. 1. & ſeq. S. Ant. 2. p. tit. 12. c. 5. vbi nu. 19. dicit, qd nomen hæretici tripliciter capitur cõiter; propriè, & proprijſſime, cõiter, quãdo ſcri-

ptura aliter intelligitur, quã Spiritussanctus efflagitat, c. hæresis. 24. q. 3. propriè dicitur, vt dixi supra in 1. definitione, c. hæreticus, 24. q. 3. Proprijssimè verò, cũ additur pertinacia in defendendo falsitaté, vel impugnendo veritaté, & dicitur hæreticus duplici modo. Primo, prout sunt manifesti. Secundo, prout sunt secreti, manifestus hæreticus est ille, qui cõtra fidem catholicam publicè prædicat, ac profitetur, & defendit errorem, vel etiam qui coram prælatis conuicti, vel confessi sunt, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica prauitate, secreti verò sunt, qui eorum, quæ sunt fidei habent errorem in mente, & proponunt in voluntate habere pertinaciam, sed verbo tamen, vel facto exterius non ostendunt, & ij sunt in duplici differẽtia, nam alij sunt, qui non sunt publici, & notorij, sed tantũ distinguitur talis aliquo actu exteriori, et.â si sibi ipsi loqueretur exteriori loquela, & tunc iam est excommunicatus in Cœna Domini, Caietan, ver. hæresis Nauarr. in Man. confess. capit. 11. numer. 17. alio modo occultus dicitur mentalis tantum, & purè, qui ab Episcopo non autem ab eius Vic. poterit absolui, capit. licet, sess. 24. de ref. Conc. Triden. opus iud. ver. hęret. nume. 24. Angel. ver. hæret. nume. 2. & in hoc sunt deterioris conditionis, quàm alij infideles, quia illi, & eorum ritus tolerantur, isti verò nequaquã; vnde Apostol. ad Titu. 3. ibi hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est, Sanct. Thom. 22. q. 11. ar. 3. vbi dicit, quod ex parte hæreticorum peccatum est, per quod meruerunt non solum ab ecclesia per excommunicationem separari; sed etiam per mortem à mundo excludi, ex parte autem ecclesiæ est misericordia ad errantium conuersionem, & ideò non statim condemnantur; sed post primam, & secundam correptionem; vt Apost. docet, quorum bona ipso iure sunt confiscata, non tamẽ executio fieri debet per Principes seculares, antequam per iudicium ecclesiæ super eodem crimine sententia sit promulgata, Rayn. ver. hæresis, capit. tertio opus iud. iniquis. ver. bona hæreticorũ Armilla d. loco nu. 5. & Ang. nu. 3. vbi dicit, qđ hæretici quadruplici pœna puniuntur, primo excommunicatione, cap. 1. 24. q. 1. Secundo depositione, nam siue sit Clericus, siue Laycus deponitur ab ordine & eius dignitate cap. spoliauit, 24. quæst. 1. Tertio rerum ablatione, quia bona eorum ipso iure sunt confiscata, vt dictum est. Quarto militari persecutione, quia si aliter non potest fieri; manu armata sunt ab eis omnia bona auferenda, Rayn. d. loco, Pisan. ver. hæreticus. §. quali pœna, S. Anton. 2. par. tit. 12. cap. 4. §. 1. ver. puniũtur Arnald. d. loco. q. 33. num. 29. Tab. ver. hæretic. nu. 2. & seq. & Sylu. ver. hęresis nu. 11. & seq. ex quibus colligitur quinque requiri ad hoc; vt quis dicatur hęreticus. Primo, quod Catholicam fidem sit professus, nam alioquin esset Paganus, vel Iudęus. Secundo, quod aliquam veritaté Catholicę fidei credat, alioquin esset Apostata à fide, quod est maius. Tertio, quod habeat errorem in intellectu, alioquin esset ignorantia. Quarto, quod error sit in his, quę sunt fidei, vel morum ad consequendam vitam eternã. Quinto, quod errorem suum pertinaciter defendat, Arnald. d. loco. q. 2. nu. 2. quid erit dicendũ de illo, qui osculatur sepulchrũ Maumethi, vel quid aliud facit, vel dicat, quod sapiat naturam hęresis, si hoc facit, quia ita credat benefacere est hęreticus, si autẽ inuitus, non est hęreticus, licet peccet mortaliter, Rosella uer. hęreticus, ver. quid de illo opus iud. inquis ver. Apostata nu. 2.

De Apostasia. Quæst. XXXIII.

Trigesimotertio quęro, vtrum Apostasia sit peccatum? Resp. Quod sic, quia pertinet ad infidelitatem, iuxta illud Iohann. 6. multi discipulorũ eius abierunt retro, quod est apostatare, de quibus supra dixerat Dominus; Sunt quidam ex uobis, qui non credunt, ita S. Tho. 2. 2. q. 12. art. 1. est enim Apostasia, temerarius à statu fidei obedientię, vel religionis recessus, & dicitur quasi postasio idest retrograda statio, Pisanel. ver. Apostasia in princip. S. Anton. in e. p. tit. 12. c. 6. Tab. uer. Apostasia nu. 1. ubi etiam Sylu. nume. 1. Rosella dict. uer. Aposta. in princ. & Armilla nu. 1. Secundum quam definitionem elicitur, quod Apostasia est triplex, à fide, à religione, & ab ordine, qui apostatãt ab ordine, non deuiant à fide credendorũ, quia nec hęretici sunt, nec subsunt sub iudicio inquisitionis, qui uero à religione apostatãt, ex eo, quod sic apostatant, etiam à fide non deuiant, quia nec hęretici sunt, nec subsunt iudicio inquisitionis, sunt tamen excõmunicati, c. ut periculoso, ne clerici, uel monaci. 6. Quod si tales per annum in excommunicatione perstiterint, de hęresi suspecti dicentur esse, c. graué de pœnis. Qui uerò tertio modo apostatę sunt, eo quod à fide catholica deuiauerunt, hęretici, imò infideles habendi sunt, & si haberi possunt, fiat de eis sicut de cæteris hęreticis, qui si nolint resilire tanquam hęretici impœnitentes traduntur brachio seculari, si autem redire uelint, recipiantur tanquã hęretici pęnitentes, capitul. ad abolendam de hęreticis. illi uero, qui metu mortis fidem negant (licet uerè hęretici non sint, cum non habeant errorem in mente) iudicio tamen ecclesiæ, quę per exteriora iudicat, punientur, non enim metus mortis cadens in constantem uirum ad fidem Christi abnegandam est sufficiens causa, quia sanctius est mori, quam fidem abnegare, uel uesci de Idoliticis opus iudic. inquisit. uer. Apostata nume. 2. hęc distinctio ponitur a Caietan. uer. apostasia, Rosella d. loco in princ. Armilla nume. 2. & seq. Pisanella uer. apostasia. § 1. S. Anton. 2. par. tit. 12 cap. 6. Tabi. d. loco nu. 2. glos. c. 1. de apostasia, Angel. uer. apostasia nu. 1. Sanct. uerò Thom. 2. 2. q. 12. artic. 1. dicit, quod apostasia in quantum importat retrocessionem quandam à Deo, fit diuersimodè; secundum diuersos modos, quibus homo Deo coniungitur. Primo namque coniungitur homo Deo per fidem. Secundo per debitam, & subiectam uoluntatem, ad obediendum pręceptis eius. Tertio per aliqua specialia ad supererogationem pertinentia, sicut per religionem; & clericaturam; uel sacrum ordinem.

nem. Remoto autem posteriori, remanet prius, sed non conuertitur. Contingit autem aliquem apostatare à Deo retrocedendo a religione, quam professus est, vel ab ordine sacro quem suscepit, & hæc dicitur apostasia religionis, seu ordinis. Cõtingit etiã aliquem apostatare a Deo, per mentem repugnantem diuinis mãdatis, quibus duabus apostasiis existentibus adhuc potest remanere homo Deo coniunctus per fidem; sed si a fide discedat, tunc omnino à Deo retrocedere videtur; & ideo simpliciter, & absolutè erit apostasia, per quam aliquis discedit a fide, quæ vocatur apostasia, per fidem, & secundum hũc modum apostasia simpliciter dicta, ad infidelitatem pertinet, ex his infertur. Primò, quod apostata a fide grauissimè peccat, & est excommunicatus, Rosella ver. apostasia in principio. Secundo clerici, qui sunt in sacris, apostatantes peccant mortaliter, & cohercendi sunt ad reassumendum habitum, & tonsuram c. tuę de apostatat. si autem nõ ex cõtemptu a minoribus ordinibus, seu prima tonsura recedit, abijciens vitam, & habitum clericalẽ, nõ est apostata, peccatũ tamẽ veniale incurrit, si absq; causa recedet propter eius inconstantiam, nec efficitur mortale ex eo, quod deserit beneficium ecclesiasticum cũ minoribus ordinibus, Caietanus ver. apostasia. Tertio, apostata a religione deserẽs habitũ, & religionẽ ipsam, postquã est professus, est excommunicatus, & per consequens mortaliter peccat, secus est in nouitio ante professionem, quia tunc non peccat, nec dicitur apostata, quia exire potest sine peccato, nisi peccet ex intentione, vel causa exeundi, Syluest. ver. Apostasia numer. 9. non tamen est iudicandus apostata, nisi extra religionem ita viuat, quod animum redeundi se deposuisse ostendat, est tamen excommunicatus per temerariam solam demissionem habitus, Pisan. ver. Apostasia §. 5. Quarto, & vltimo, si quis apostatatur ab obedientia, quam debet alicui, peccat mortaliter, sed dicimus apostata, largo modo, dixi superius de inobedientia.

De Superstitione. Quæst. XXXIIII.

TRigesimoquarto quæro, vtrum superstitio sit peccatum? Resp. Quod sic, quia virtus latriæ, seu veræ religionis ad quam pertinet hoc præceptũ, est maxima inter omnes morales virtus, ita vitium superstitionis, & falsæ religionis ex genere suo est maximum omnium peccatorũ, quæ actibus virtutum moralium opponitur, Nauarr. in Man. conf. c. 11. nu. 20. est enim superstitio vitium religioni contrarium, quia exhibet cultum diuinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet, in quo cultu potest esse aliquid mortiferum, vt cum legalia obseruãtur post veritatem Euangelij diuulgatam: glo. in 2. ad Gal. S. Thom. 2. 2. q. 93. ar. 1. & aliquid superfluum, non quidem secundum absolutam quantitatem, secundum quam nihil potest esse superfluum in diuino cultu, quia nihil potest homo facere, quod non sit minus eo, quod Deo debet; sed superfluum quidem, secundum quantitatem proportionis, quia scilicet non est fini proportionatum, nempè, quod de se non pertineat ad gloriam Dei, neque ad hoc, quod mens hominis feratur in Deum, vt quod carnis cõcupiscentię moderatæ referuntur, seu sit præter Dei, & ecclesiæ institutionem, vel contra consuetudinem communẽ, nam totum hoc reputandum est superfluum, quia solum in exterioribus consistit, S. Tho. 2. 2. q. 93. art. 2. Silu. versi. superstitio nu. 2. ex hoc infero, qđ duæ sunt superstitionis species subalternæ, quarũ prima consistit, in exhibere diuinum cultum Deo vero, modo indebito, & dicitur supstitio indebiti cultus. Secundo modo dicitur superstitio, vt si exhibeatur cultus diuinus ei, cui non debetur. Nempè cuicunque creaturæ, & hæc dici potest superstitionis genus, quod in multas species diuiditur, secundum diuersos fines diuini cultus; ordinatur enim primò diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam, & secundum hoc prima species huius generis est Idolatria, quæ diuinam reuerentiam indebitæ exhibet creaturæ. Secundo ordinatur ad hoc, quod homo instruatur à Deo, quem colit, & ad hoc pertinet superstitio diuinatiua, quę Dæmones consulit per aliqua pacta cum eis inita, tacita, vel expressa. Tertio, ordinatur diuinus cultus, ad quandam directionem humanorũ actuũ secundum instituta Dei, qui colitur, & ad hoc pertinet superstitio quarundam obseruationum; vnde Aug. 2. de doctrina Christiana dicit superstitiosum esse quicquid institutum est ab hominibus, ad facienda, & colenda idola pertinens, & hoc pertinet ad primum, & postea subdit, vel ad consolationes, & pacta quædam significationum cum Dæmonibus placita, atque fęderata, quod pertinet ad secundum, & post pauca subdit, ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ, & cętera huiusmodi, quod pertinet ad tertium, S. Th. 2. 2. q. 92. ar. quarum prima idolatria, secunda diuinatiua, tertia est obseruãtia, Sylu. ver. superstitio num. 1. Ray. ver. superstitio c. 2. Nauar. Man. confess. ca. 11. nu. 20. de singulis dicemus latius inferius.

De Idolatria. Quæst. XXXV.

TRigesimoquinto quæro, vtrum Idolatria sit peccatum? Respon. Quod sic, dicitur enim exod. 20. Non adorabis ea, scilicet exterius, neque coles, scilicet interius, vt glo. exponit, & loquitur de sculptilibus & imaginibus, ergo peccatum est, Idolis exteriorem vel interiorem cultũ exhibere, S. Thom. 2. 2. q. 94. ar. 2. Ampl. vt dicatur grauissimum peccatum, dicit enim glos. in Leuit. 15. Omne. pecatum est in mundicia animi, sed idolatria maximè ità S. Thom. 2. 2. quæst. 94. ar. 3. Ratio est, quia æquiparat creaturam Creatori. Caietan. uer. idolatria, & contra primum præceptum primę tabulę Armilla ver. Idolatria numero 3. Nauar. Man. confess. cap. 11. nume. 19. Est enim idolatria diuinus cultus exhibitus creaturæ representatę per aliquam sensibilem formam, seu figuram, quæ dicitur idolum, S. Anton. 2. part. tit. 12. capit. 1. §. 2. in princip. Tabien. ver. idolatria nu. 2. & seq. quæ dicitur species supstitionis, vt legitur acta Apostolorum

rum 17. ibi cum Paulus Athenis expectaret incitabatur Spiritus eius in ipso, videns idolatriæ deditam ciuitatem, & postea dixit, viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video, ergo idolatria ad superstitionem pertinet, San. Thom. secunda secundæ quæst. 94. artic. 1. dixi superius in proxima præcedenti quæst.

De diuinatione. Quæst. XXXVI.

TRigesimosexto quæro, vtrùm diuinatio sit peccatum? Respon. Quod sic, dicitur enim 18. Deuther. non sit, qui Phitones consulat, neque diuinos faciat item capi. qui diuinationes 29. q. 5. ibi, qui diuinationes expetunt sub regulis quinquennij iaceant secundum gradus pœnitentiæ diffinitos Rayner. versiculo diuinatio c. 2. Sanct. Tho. secunda secundæ q. 95. art. 1. vbi dicit, quod nomine diuinationis intelligitur quædam prænunciatio futurorum; futura autem dupliciter prænosci possunt, vno quidem modo in suis causis, alio modo in se ipsis. Causæ autem futurorum tripliciter se habent, quędam enim producunt ex necessitate, ex se semper suos effectus, & huiusmodi effectus futuri per certitudinem prænosci, & prænunciari possunt, ex cõsideratione suarũ causarum, sicut Astrologi prænunciant eclipses futuras, quædam verò causæ producunt suos effectus, non ex necessitate, & semper, sed vt in pluribus, rarò tamen deficiunt, & per huiusmodi causas possunt prænosci effectus futuri; non quidem per certitudinem, sed per quandam coniecturam, sicut Astrologi per cõsiderationem stellarum, quædam prænoscere, & prænunciare possunt de pluuijs, & siccitatibus, & Medici, de sanitate, vel morte, quędam vero causę sunt, quæ si secundum se considerentur, se habeant ad vtrumlibet, quod præcipuè videtur de potentijs rationalibus, quæ se habent ad opposita, & tales effectus, vel etiam si qui vt in paucioribus casu accidunt, ex naturalibus causis per cõsiderationé causarum prænosci non possunt, quia huiusmodi causæ non habent inclinationem determinatã ad huiusmodi effectus, & ideo effectus huiusmodi prę nosci non possunt, nisi in se ipsis considerentur; homines autẽ in se ipsis huiusmodi effectus considerare possunt, solum dum sunt pręsentes sicut homo videt Socratem currere, & ambulare, sed considerare huiusmodi in se ipsis, antequam fiant, est Dei, qui solus in ęternitate videt ea, quæ futura sunt, quasi præsentia, vnde Isaia cap. 41. ibi annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus; quia Dij estis vos, si quis ergo huiusmodi futura pręnunciare, aut prænoscere quocunque modo pręsumpserit, nisi Deo reuelante, manifestè vsurpat sibi, quod Dei est, & ex hoc aliqui diuini dicuntur. Diuinatio ergo non dicitur, si quis pręnunciet ea, quę ex necessitate eueniunt, vel vt in pluribus, quę humana ratione pręnosci possunt, neque etiam si quis futura alia contingentia Deo reuelante cognoscat tunc enim non ipse diuinat, idest, quod diuinum est facit sed magis, quod diuinum est suscipit, Tunc autem solum dicitur diuinare, quãdo sibi indebito modo vsurpat pronunciationem futurorum euentuum, hoc autem constat esse peccatum; vndè diuinatio semper est peccatum; vndè Hyer. super Micheam ca. 3. vol. 6. dicit, quòd diuinatio semper in malam partem accipitur, S. Thom. d. loco; vndè pręcedentia ex actibus hominum, & casus fortuitos velle pręcognoscere absque Dei reuelatione, pertinet ad diuinationem, vbi interuenit operatio Dęmonum, S. Anton. 2. p. ti. 12 cap. 1. §. 3. Nauarr. in Man. confess. cap. 11. nu. 3. & seq. Sylu. ver. superstitio numer. 4. & conuincitur diuinatio, quando quis innititur aliqua re, vel verbo, quasi habentibus virtutem ad talem effectum, ad quem constat, nec naturalem, nec diuinam habere virtutem. Ratione autem actus imperfecti erit venialε; vt quando non est inuocatio Dęmonis tacita, nec expressa, vel si est nescit, nec credit, neque dubitat faciens; quod si crederet, non faceret; tunc enim est quędam vanitas, vt qui in libro fortunæ, vel rotę Pithagoræ volunt scire aliqua, vel in apertione librorum, & huiusmodi, Armilla ver. diuinatio, & Caiet. d. loco; vbi dicit, quod diuinatio pro quanto significat indebitam vsurpationem cognitionis futurorum euentuũ, vel præteritorum, aut pręsentiũ occultorum, peccatum est, quia contra rectam rationem est, & est de suo genere mortale, pro quanto Dęmoniaco innititur auxilio, vbi tamen nulla interuenit Dęmonis inuocatio, nec explicita, nec tacita, & non est mala intentio, non incurritur mortale peccatũ, verum quia diuinationum plures sunt species, vt inquit S. Th. 2. 2. q. 95. art. 1. & seq. de singulis inferius dicemus conc. Perald. in 2. p. summæ c. 36. titu. de superbia §. circa primum, Rayn. ver. diuinatio c. 4. Nauarr. in Man. confess. c. 11. nu. 19. & seq. S. Anton. 2. p. tit. 12. c. 1. §. 3. & seq. Sylu. ver. superstitio nu. 4. & seq. Tab. d. loco nu. 3. & seq.

Inuocatio Dæmonum. Prima.

QVarum prima est illa, quæ fit per expressam inuocationem Dęmonum, quæ est illicita dupliciter. Primo, quia fit pactum expressè cũ Dęmone, quod est omnino illicitum, iuxta illud Isaię 28. Dixisti percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, & adhuc esset grauius, si sacrificiũ, vel reuerentia Demoni exhiberetur. Secundo, ex parte futuri euentus; nam Dęmon per hęc intendit homines assuefacere ad hoc, vt ei credatur in perditionem ipsorum, & nefas est cum adsit nobis diuina scriptura, vt à Diabolo instruamur S. Thom. 2. 2. quęst. 95. arti. 4. qui allegat. deut. 18. Non inueniatur in te, qui ariolos sciscitetur neque Phitones consultat, S. Anton. 2. p. cap. 12. ca. 1. §. 5. Nauarr. d. loco nu. 11. nu. 14. & nu. 27. Sylu. ver. superstitio nu. 5. ibi Tab. nu. 2. Inuocare enim Dęmones, vt ferant nobis auxiliũ, vel vt ab eis habeamus aliquid; quòd à solo Deo expetendum est, vt pędicere futura cõtingentia, & huiusmodi, peccatum mortale est; S. Thom. 2. sent. dist. 7. q. 3. Armilla uer. inuocatio numer. primo Angel. ver. interrogationes nu. 4. Tab. verò in vec. inuocatio dicit,

quod inuocatio dæmonum est peccatum mortale, si tamen homo inquirit aliquid à dæmone tanquã ab hoste, nullum peccatum est, quoniam dati sunt nobis in hostes, & hostiliter nos ad eos habere debemus, & hoc dupliciter, expulsiuè scilicet vt in exorcismis, vel compulsiuè, scilicet, vt sancti sępe cõpulerunt eos præcipiendo eis diuina potestate, vt aliqua dicant, vel faciant, si verò homo ad dæmonem sę habet, non vt hostem, peccatum est quandoque mortale, quandoque veniale, mortale quando exercetur cum eo actus socialis perfectè; si verò imperfectè est veniale; habat autem rationem actus, sociatis perfectè, vt dæmonum voluntaria confabulatione, seruitio, doctrina, & similibus; hæc enim socialis sunt vitæ, imperfectè autem si quis ex leuitate, vel curiositate non credens se diuinam amicitiam offendere, cum occurrente dæmone in assumto corpore, vel arreptitio per modũ transeuntis loquitur, inquirit curiosa, facit aliquid vanum ab eo fieri, putà moueri lapidem, in his namque actibus licet sit perfectè ratio humani actus, non tamen est pfectè ratio socialis, & rõne huius imperfectionis à mortali excusat, ita Tab.d.ver.inuocatio nu. 2. Pisan.ver.sortilegium il 1.§.quæritur.

Astrologia. Secunda.

Secũda species est, quæ fit per Astra; vndè si quis conabitur prænoscere futura ex consideratione situs, & motus syderum, hoc pertinet ad Astrologos, qui, & Genethliaci dicuntur, propter nataliũ considerationes dictum. S.Thom.2.2.q.95.ar.3.& hæc Astrologia nuncupatur, Ang. ver.sors nu. 3.c. igitur 26.q.4. qua si quis vtatur ad præcognoscendos futuros casuales, vel fortuitos euentus; aut etiã ad cognoscendum per certitudinem futura opera hominum, procedit hoc ex falsa, & vana opinione, & sic operatio dæmonis se immiscet, vndè erit diuinatio superstitiosa, & illicita, & erit hæretica blasphemia, dicere cursus cælestes cõgere voluntates hominum, Arnald.de agu.affec.q.16.nu.11. Si verò aliquis vtatur consideratione astrorum ad præcognoscendum futura, quæ ex cœlestibus causantur corporibus, putà siccitates, & pluuias, & alia huiusmodi, non erit illicita diuinatio, nec superstitiosa, ità S.Thom.2.2.q.95.ar.5.S.Anton. in 2.pa. tit.12.cap.1.§.6.Sylu.ver.superstitio nu. 6. Tab.d. loco nu.5. Arm.ver.Astrologia nu.1.dicit, quod si actus humani subijcerentur corporibus cęlestibus, tolleretur liberum arbitrium conc.Caiet.ver.astrorum obseruatio, dicit, quod tripliciter est peccatũ. Primo si mysteria fidei Christianæ, tanquam subsint cęlestibus causis habeantur. Secundo, si futura contingentia quærantur seu habeantur, vt certa ex cęlestibus causis. Tertio si electiones suas quis subijciat cęlestibus causis, vt legi illarum, & quodlibet istorum de suo genere est peccatum mortale; si tamen cœlestium influxuum causas, vt inclinatiuas ad ea, quæ ex corporibus pendent humana suscipiat, nec errat, nec peccat, ita, quod ex consideratione astrorum, timere, cauere, audere, &c. aliquid quatenus ex corporibus pendet, nullum peccatum est, seruato moderamine coniecturæ, vt scilicet homo non pro certo, sed coniectura habeat, quicquid ex cęlo ducitur circa humanas actiones; verũ, quia ipsa nihil refert ad salutem, immò mittit potius in errorem, ideò à quolibet fideli esset postponenda. Ang.ver.Astrologia, & hoc intelligendum de ea, qua scrutamur actiones humanas contingentes, secus in naturalibus, Tabien. ver.Astrologia numer. primo & seq. Pisanella ver. sortilegium il 1. §. vtrum diuinatio.

Somnia. Tertia.

Tertia species diuinationis est, quę fit per Somnia, quæ vocatur diuinatio somniorum, S. Tho.2.2.q.95.art.3. Ange. ver.sors nu. 5. quibus si quis vtatur ad pręcognoscenda futura, secundũ, quod Somnia procedũt ex reuelatione diuina, vel ex causa naturali intrinseca, seu extrinseca quantũ potest se virtus talis extendere, non erit illicita diuinatio, si autem huiusmodi diuinatio causetur ex reuelatione dæmonum, cum quibus pacta habent expressa; quia ad hoc inuocantur, vel tacita, quia huiusmodi diuinatio extenditur ad quod se non potest extendere, erit diuinatio illicita, & superstitiosa, de qua Deut. 18. Non inueniatur in te. qui obseruet somnia. S.Thom.2.2.q.95.art.6. San.Anton.2.par.titul.12.capit.1.§.7.Pisan.ver. sortilegiũ §. vtrum diuinatio, quæ fit per somnia. Nauarr. Man.conf.cap.11.nu.33.& seq. Syl.uer.superstitio nu.7. Tab.d.loco nu.4. Perald.2. p. tit.de superbia c.36.§.ad salutem, Ray.ver.diuinatio. cap.3.ver.2. species & in tit.de somnijs cap.2.& in cap.9. Dicit quod in somnijs nullum potest esse peccatũ, quia quis in eis non potest habere completum vsum liberi arbitrij; si tamen insomnijs damnum dederit, nec peccauit, quia ita erat solitus, peccauerit non rõne somnij de se, sed ratione culpę præcedentis, ex quo non manifestauit; somniorum igitur obseruatio est peccatum mortale in usu, cum quis propter somnia committit, uel omittit contra, necessaria ad salutem Caietan. uer. somniorum obseruatio; ubi etiam Armilla nu.1. Potest tamẽ esse ueniale cum ex eo omittitur facere id, ad quod tenetur, non tamen de necessitate salutis; similiter si esset in opinione, quod prouenirent alicui certæ causę, putà à cęlo, quia cum possit à multis causis prouenire temerarij erroris est, vnam determinatè inferre, vel si temerè determinaretur ad futurum unum aliquod significandum; in omnibus tamen periculũ imminet, ne quis cadat in crimen superstitionis diuinatoriæ per somnia, secundum quam, si quis regularet suos actus immisceretur diabolica illusio, & tacita dæmonũ societas, tunc peccat mortaliter.

Augurium. Quarta.

Quarta species diuinationis est, quæ fit per motus, uel uoces auium, seu quorumcunque animalium, siue per sternutationes hominum, uel membrorum saltus, quod pertinet generaliter ad augurium, quod dicitur à garritu auium, sicut au-

spicium ab inspectatione auium, quorum primum pertinet ad aures, secundum ad oculos, Tabien.in vers.sors nu.4.cap.igitur 26. q. 4.capit. nec mirum 62.q.5.S.Thom.2.2.q.95.art.3.quæ species diuinationis illicita est, Deut. 18.non inueniatur in te, qui obseruet auguria. S.Thom.2.2.q.95.art. 7. ibi omnis huiusmodi diuinatio, si extendatur vltra illud, quod potest pertingere secundum ordinem naturæ, vt immutationes, quæ fiunt per pluuias, & ventos, & alia huiusmodi, quæ causantur per motũ corporum cœlestium, vel diuinæ prouidentiæ, vt patet per columbam super Christum descendentem, & in coruo, qui pauit Eliam, alio modo est superstitiosa, & illicita S.Tho.d.loco, vndè cõsiderare voces, & motus aniũ non est illicitum, putà si quis ex hoc, quod cornicula frequenter crocitat prædicat pluuiam citò esse futuram, S.Thom.d.loco in responsione ad secundum. S. Anton.2.p.tit.12.capi.1.§.8. Syluestrina ver. superstitio nu. 8. Tabiena dicto loco nume. 5. Nauarrus in Manuali confessorum ca. 11.nome. trigesimoseptimo, Caietan. ver. Aruspicium ponit tres terminos, videlicet, aruspicium, augurium, auspicium, dicens tria hæc pro diuinationibus superstitiosis sumpta, Christianę religioni aduersantur, vt potè ad sacrilegas artes diuinatorias, quibus idolatræ vtebantur spectant a, & propterea constat esse, non solum contra charitatem, sed quodammodo contra fidem; differentia tamen inter hæc est, quod aruspicium iniquitatem suam sonat, pro quanto à sacrificio, seu ara non recedit, augurium autem: & auspiciũ; si fine damnatis artibus fiant, capiendo coniecturam futuri euentus rei naturalis tollerari potest, dicuntur igitur augures, qui diuinant à vocibus auium, seu aliorum animalium, auspices, qui ex inspectione ipsorum fine expressa dęmonum inuocatione, aurispices verò qui diuinant cum expressa dæmonum inuocatione, per figuras, & signa, quę in rebus inanimatis apparent, in visceribus animalium imolatorum, in Aris dæmonum, Armilla ver. augurium ca. illud 26. q. 2. Ang. ver. augurium, dicit esse idolatriæ cultum superstitionibus implicari, & c.qui fine 26. q. 2. vnde augurijs seruiens est ab ecclesia separandus capit. augurijs 26.q. 5. Tabiena ver.augures nume. 2.in fine, Pisan. versic. sortilegium 5. vtrum diuinatio par augur.

Sortes. Quinta.




QVINTA species diuinationis est, quę fit per sortes cœlestium dispositioni, seu dæmonum imperio commissas, & talis illicita est, vt vero in Deum referuntur, non illicitum est quippiam pes sortes diuinati, San. Thom. secunda secundæ quæstio. 95. atticul. 8. per capitul. sortes 26.quæstio.5.ibi (sortes quibus cuncta vos vestris discriminatis prouincijs, quas partes damnauerunt, nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia decernimus, quamobrem volumus omnino illa damnari, & vltra inter Christianos nolumus nominari, & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus) & nota quod sortes dicuntur, cum aliquid fit, vt exeius euentu consideratio, aliquid occultum, innotescat, & est multiplex, nam si quæratur iudicio sortium, quid cui sit adhibendum, siue illud sit res possessa, siue sit honor, siue dignitas, seu pœna, aut actio aliqua, vocatur sors diuisoria, si autem inquiratur, quid agere oporteat, vocatur sors consultoria, si verò quæratur, quid sit futurum, vocatur sors diuinatoria conclo. Raynut. versicul. sors cap. x. Pisan. versicul. sortilegium. 5. vtrum diuinatio sortium. Armil. Caieta. & Ang. & Tabien. versicul. sors in princ. Peral. 2. p. summæ capit. 36. tit. de superbia. Actus autem hominum, qui requiruntur ad sortes non subduntur dispositioni stellarum, nec etiam euentus ipsorum, vnde si quis ea intentione sortibus vtatur, quasi huiusmodi actus humani, qui requiruntur ad sortes secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum, vana, & falsa est opinio, & per consequens non carens dæmonum ingestione, ex quo talis diuinatio erit superstitiosa, & illicita. Hac autem causa remota, necesse est, quod sortialium actuum expectetur euentus, vel ex fortuna, vel ex aliqua spirituali causa dirigente, & si quidem ex fortuna, quod locum habere potest, solum in diuisoria sorte, non videtur nisi fortè vitium vanitatis, sicuti si aliqui aõ valẽtes aliquid cõcorditer diuidere, velint sortibus ad diuisionem vo, quasi fortunæ exponentes, quis quam partem accipiat, si verò ex spirituali causa expectetur sortium iudicium, quandoque quidem expectatur ex dęmonib. Ech. 21. Rex Babilonis stetit in Biuio in capite duarum viarum diuinationem quærẽs, & talessortes sunt illicitæ, quandoque vero expectatur à Deo, prouerb. 16. sortes mittuntur in sinu, sed à Domino temperantur, & talis sors secundum se nõ est malum. Potest tamen in hoc quadrupliciter peccatum incidere. Primo, quidem si absque vlla necessitate ad sortes recurratur, hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. Secundo, si quis etiam in necessitate absque reuerentia Dei sortibus vtatur. Tertio si diuina oracula ad terrena negocia conuertantur. Quarto si in electionibus ecclesiasticis, quæ Spiritus sancti inspiratione fieri debent, aliqui sortibus vtantur, & licet Mathias ante Penthecostem ordinandus sorte fuerit quæsitus, hoc factum est, quia nondum erat plenitudo Spiritus sancti in ecclesia infusa, seu fuit quidam radius cœlitus immissus, Sanctus Antoninus 2. parte tit. 12.capit. 1.§. 9. allegans Dyonis. Angel. ver. sors nu. 2. Septem autem Diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati; secus autem est in temporalibus dignitatibus, quæ ad terrenam dispositionem ordinantur, in quarum electione plerumque homines sortibus vtuntur, sicut & in temporalium rerũ diuisione; si verò necessitas immineat, licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare, hæc San. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 8. ubi in respons. ad tertium dicit, quod delicta publicata spontanea confessione vel

testium


testium approbatione sunt iudicanda, occulta uero, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum, capitulo consuluisti 2.quæst.quinta, Sanct. Anton. 2.parte titu.12.c.1. §.9. Nauarr. in Manuali confessorum capitulo. 11. nu. 39. Syluestrina uer. superstitio n.9. dicit, quod euentus sortis potest expectari à triplici causa, scilicet cœlo, fortuna, vel spiritu dirigente, si expectetur à cœlo quasi actus humani, qui ad sortes requiruntur, secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum, vana & falsa est opinio, & consequenter dæmonum ingestione non carent, ex quo illicita, & superstitiosa erit diuinatio; si vero expectetur à fortuna, quod locum habere potest solum in diuisoria sorte, non videtur habere vitium, nisi fortè vanitatis, sicut si non volentes aliquid concorditer diuidere, velint ad diuisionem sortibus vti, quasi fortunæ exponentes quis quam partem accipiant; si verò expectetur à spiritu sine causa spirituali, si quidem sit dæmon, est sors illicita, & secundum Canones prohibita; si verò expectetur à Deo, qui temperat sortes, talis sors non est aliquid secundum se malum. Potest tamen in hoc quadrupliciter peccatum incidere, vt dictum est. Peraldus Episcopus Lugdunensis in 2. parte summæ ca. trigesimosexto titulo de superbia §. videtur, Rayn. versi. sors capit. 3. qui in capit. sequenti dicit, quod in electione prælatorum, & in manifestatione occultorum peccatorum, non est licitum vti sorte, sors ergò, quæ non refertur ad Deum, naturam, vel fortunam, necesse est, vt referatur ad dæmonem, & talis est peccatum, Armilla versic. sortilegium nu.1. vbi etiam Caiet. d. loco, & refertur ad dæmonem duplici modo, implicitè scilicet, & explicitè, implicitè dum ad sortes ad illum finem institutas recurritur, explicite autem, cum incantationibus, vel alijs diuinationibus, hæc faciunt, ita Armilla, & Caietan. dictis in locis, Tab. ver. sors nume. 6. & hæc dicta sunt ex mente doctorum, videamos modo, quid tenendum est ex dispositione Canonum. Ideò videbimus qui sint sortilegi. Secundo, an sit peccatum esse sortilegum. Tertio, à quibus genus diuinationis sumpserit exordium. Quarto, quot sunt genera diuinationis. Quinto, an sortilegi, vel diuini, sint excommunicandi si cessare noluerint. Ad primum Respon. quod sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas sancto rum, seu Apostolorum vocant sortes diuinationis, sic etiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt ca. sortilegi. 26. q. 1. ad secundum respon, peccatum esse sortilegium capit. illud 26. q. 2. ibi in fine, omnes igitur artes huiusmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ, superstitionis ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum, quasi pacta infidelis, & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt fugiendę, & repudiandę Christiano; ad tertium, Respond quod Idolatrię mater est Aegiptus capitulo sed & illud 26. quæstio. 2. Genus autem diuinationis à Persis fertur allatum capitulo igitur. 26. quæstio. tertia Auguria verò Phriges inuenerunt primi. Præstigium verò Mercurius dicitur primus inuenisse, aruspicia autem primus Hætruscis tradidisse dicitur quidam Thages ca. nec mirum 26. q. 5. Ad quartum Resp. plura esse genera diuinationum nempè, Geomantia, Hidromantia, Piromantia, & Aeromantia, quæ referuntur ad quatuor elementa, & alia de quibus latius dicemus inferius c. igitur 26. q. 4. &c. nec mirum 26. q. 5. Ad quintum Resp. quod non desistens à sortilegio est ab ecclesia eijciendus capit. sortes, & seq. 26. quæst. 5. Per sortes igitur non sunt delicta occulta perquirenda, nec minus electiones prælaturæ faciendæ cap. 1. & capit. finali de sortilegijs.

Præstigium. Sexta.



SEXTA species diuinationis est, quæ fit quando præstigio sis quibusdam apparitionibus se aspectui, & auditui hominum ingerentes ad prænunciandum futura, & hæc species vocatur pręstigium ex eo, quod oculi hominum præstinguntur capitul. nec mirum. §. præstigium 26. quæstio. 5. S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 3.

Necromantia. Septima.



SEPTIMA species est, quæ fit per mortuorum aliquorum apparitionem, vel locutionem, & hęc species vocatur Necromantia, quia vt dicit Isidorus libr. octauo capitul. 9. Ethymol. *νεκρὸς* dicitur græcè mortuus, mantia verò diuinatio appellatur, quia quibusdam precationibus adhibito sanguine videntur resuscitati mortui diuinare, & interrogata respondere. Sanct. Thom. secunda secundæ quæstion. 95. artic. 3. capit. nec mirum, §. Necromantia 26. quæstione quinta in qua specie dæmones expresse inuocantur ad manifestandum futura, Sanct. Antun. 2. part. tit. 12. capitul. primo. §. quarto. Armilla versicul. necromantia, Nauar. in Manuale confessorum capit. 11. numer. 28. leg. culpa C. de Malef. & Mathem. Richard. in secundo libr. distinct. 17. Perald. in 2. part. summæ capit. 36. titul. de superbia §. circa Caietan. versic. necromantia.

Arreptitij. Octaua.



OCTAVA species diuinationis est, cum quandoque futura prænunciantur per homines viros, sicut in Arreptitijs patet, & hæc est diuinatio per Pythones, ut Isido. dicit libr. 8. capit. 9. Etymol. Pythones Pythone Appolline sunt dicti, qui dicebatur esse author diuinandi, Sanctus Thom. secunda secundæ quæstio. 95. artic. 3. capit. igitur 26. quæst. 4.

Futura. Nona.




ONA species eſt, quæ futura prænunciat, per aliquas figuras, uel figoa, quę in rebus inanimatis apparent, quę quidem ſi appareant in aliquo corpore terreſtri, putà in ligno vel ferro, vel lapide polito, vocatur Geomantia, ſi autem in aqua, Hidromantia, ſi autem in Aere, Aeromantia, ſi autem in igne, Piromantia, San. Thom. 2.2. quæſtio. 95. artic. 3. Petald. 2. p. ſummæ ca. 36. tit. de ſuperbia 5. circa primum c. igitur 26. q. 4. ca. nec mirum 26. q. 5.

Omen. Decima.



ECIMA ſpecies diuinationis dicitur, quando con ſideratio fit circa verba nominum abſque intentione dicta, quia quis retorquet ad futurum, quod uult prænoſcere, & hoc uocatur Omen, Sanct. Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione 93. articul. tertio Pilanella verſicul. ſortilegium 5. vtrum diuinatio per Omina, & ſicut Valerius Maximus libro primo capitulo quinto dicit, omnium obſeruatio aliquo contractu religioni annexa eſt, quoniam non fortuito motu, ſed diuina prouidentia conſtare creditur, quæ fecit, vt Romanis deliberantibus, vtrum ad alium locum migrarent, fortè eo tempore Centurio quidam exclamauit; ſignifer ſtatuæ ſignum hic optime manebimus, quam vocem auditam pro omine acceperunt tráſeundi conſilium mittentes, ità refert, Sanctus Thomas dictu loco.

Figura Corporum. Vndecima.



NDECIMA erit diuinationis ſpecies, quando conſiderantur aliquę diſpoſitiones figuratum in aliquibus corporibus viſui occurrentes; nam ex lineamentis manus conſiderans, diuinatio ſumpta, Chiromantia vocatur, quaſi diuinatio manus. Chiros enim græcè dicitur manus, diuinatio verò ex quibuſdam figois in ſpatula alicuius animalis apparentibus, ſpatulantia vocatur, Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quęſtione 95. articulo tertio.

Geomantia. Duodecima.



VODECIMA ſpecies diuinationis eſt, quæ fit ex conſideratione eorum, quæ eueniunt ex quibuſdam, quæ ab hominibus ſerio fiunt ad aliquid occultum inquirendum, ſiuè per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem Geomantiæ, ſiuè per conſiderationem figuratum, quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto, ſiue ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis, uel non ſcriptis, in occulto repoſitis, dũ conſideratur quis quã accipit, vel ĕt in feſtiuis in ęqualibus præpoſitis, quis maiorem vel minorem accipiat, vel taxillorum proiectione, qui plura puncta proijciat, vel etiam dum conſideratur, quid aperienti librum occurrat, quæ omnia ſortium nomen habent, Sanctus Thomas, ſecunda ſecundæ quæſtione 95. articulo tertio, vbi dicit: ſit ergò triplex diuinationis genus, quorum primum eſt per manifeſtam dæmonum inuocationem, quod pertinet ad Necromantiam. Secundum autem per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad Augures. Tertium eſt dum facimus aliquod vt nobis manifeſtetur aliquid occultum quod pertinet ad ſortes, ſub quolibet autem horum multa continentur, vt patet ex dictis.

Ars Notoria. Decimatertia.



ECIMATERTIA ſpecies ſuperſtitionis dici poteſt, quæ fit in obſeruantijs Artis Notoriæ, vt cum quis vtitur ieiunio, eleemoſyna, & oratione illicito modo ad ſcientiam acquirendam, nempè per dæmones, & hæc facit peccatum mortale. Deutho. decimooctauo. Non inuenìatur in te, qui quærat à mortuis veritatem, quæ quidem inquiſitio inuititur auxilio dæmonum, ſed per obſeruantias Artis Notoriæ inquiritur cognitio veritatis per quædam pacta ſignificationum, cum dæmonibus inita, ergo vti arte notoria non eſt licitum, Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ quæſtione 96. articulo primo vbi dicit, quod huiuſmodi ars notoria eſt, & illicita, & inefficax, illicita, quia vtitur quibuſdam ad ſcientiam acquirendam, quæ non habent ſecundum ſe virtutem cauſandi ſcientiam, ſicut in inſpectione quarundam figurarum; & prolatione quorundam ignotorum uerborum, & alijs huiuſmodi quæ ſigna pertinent ad pacta quædam ſignificationum cum dæmonibus placita, atque fœderata, & ideò penitus ars notoria eſt reprobanda, eſt & inefficax

da

ad scientiam acquirendam, quia per huiusmodi artem non intenditur acquisitio scientiæ per modum homini connaturalem, scilicet adiouueniendo, & addiscendo; quod cum expectatur à dæmonibus, ad eos non pertinet illuminare intellectum, quia nullus vnquam per dæmones scientiam acquisiuit, licet dæmones possint uerbis hominum colloquentes exprimere aliqua scientiarum documenta, sed hoc non quæritur per artem notoriam, Sanctus Thomas dicto loco coocor. Sanctus Auton. secunda parte titul. duodecimo capitulo primo §. decimo Nauatr. in Man. confess. capitulo undecimo, numero 38. Armilla uersicu. superstitio, numero tertio. Caietan. dicto loco in principio il secundo, ubi dicit, quod ars notoria est peccatum mortale propter initam societatem cum dæmone, quia dæmonum non est infundere scientiam animabus nostris; Angel. uersicul. superstitio numero tertio. Syluam. uersicul. superstitio numero decimo. Armilla uersicul. artem numero primo. Pisauella uersicul. sortilegium il secundo in principio, Rayn. uersicul. diuinatio capitulo quarto uersicul. duodecimo.

Mutatio Corporum. Decimaquarta.



ECIMAQVARTA species superstitionis est, quæ fit ad immutationem corporum, putà ad sanitatem, uel ad aliquid huiusmodi, quæ est illicita, ut dicit Augustin. lib. secundo ca. uigesimo uonum. tertio de doctrina Christiana, quod ad superstitionem pertinent molimina magicarum artium, & ligaturæ, & remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres uocant, siuè in qui buscumque rebus suspendendis, atque insignandis, Sanctus Thomas secunda secundæ quæstione 96. articulo secundò, ubi dicit, quod in his, quæ fiunt ad aliquos effectus particulares inducendos, considerandum est, utrum naturaliter uideantur posse tales effectus causare, sic enim non erit illicitum, licet enim causas naturales adhibere ad proprios effectus, unde si naturaliter non uideantur posse tales effectus causare, consequens est, quo nec adhibeantur ad hos effectus causandos, tanquam causæ, sed solum quasi signa, & sic pertinet ad pacta significationum cum Dæmonibus inita, concor. Rayn. uersiculo. Diuinatio capitulo quarto, uersicul. primo Syluam. uersiculo superstitio numero decimo. Sanctus Auton. in secunda parte titul. duodecimo capitulo primo §. undecimo, Armilla uersiculo Medicus uersiculo tertio.

Fortunia, & Infortunia. Decimaquinta.



ECIMAQVINTA species superstitionis est, quæ fit ad præcognoscendum aliqua fortunia, vel infortunia, quæ est illicita, quia dicit Augustinus secundo de doctrina Christianæ capitu. uigesimo uolumin. tertio. Quod ad pacta cum dæmonibus iuita, pertinent millia inanium obseruationum: puta si membrum aliquod salierit, si iunctis ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit, limen calcare, cum ante domum suam aliquis transit, redire ad lectum, si quis cum se calciat, sternutauerit, redire domum si procideos offenderetur, cum vestis à soricibus roditur plus timere superstitionis mali futuri, quàm præsens damnum dolere, Sanctus Thomas secunda secundæ quæstione 96. articulo tertio vbi dicit, quod homines huiusmodi obseruationes attendunt, non vt quasdam causas, sed vt signa quædam futurorum euentuum bonorum, vel malorum, non obseruantur autem sicut signa à Deo tradita, cum non sint introducta, ex auctoritate diuina, sed magis ex vanitate humana cooperante dæmonum malitia, qui nituntur animos hominum huiusmodi vanitatibus implicare, & ideò manifestum est omnes huiusmodi obseruationes esse superstitiosas, & illicitas, Rayn. versiculo diuinatio, capitulo quarto versiculo tertio dicit, quod si quis præsagium futurorum consideret ex causa, quæ per signa expressa apparent, non erit illicitum, vt faciunt medici, aliàs secus, Syluest. versiculo superstitio numero decimo, uersi. tertium.

Breuia. Decimasexta.



ECIMASEXTA species superstitionis est, quæ fit per suspensionem diuinorum verborum ad collum, quæ dicitur illicita, vt dicit Chrysostomus in Hom. vigesimotertio super Math. Quidam aliquam partem Euangelij scriptam circa collum portant, sed nonne quotidie Euangelium in ecclesia legitur? cui ergo in auribus posita Euangelia nihil prosuor, quomodo possunt, eum circa collum suspensa saluare? deinde vbi est virtus Euangelij? in figuris literarum, an in intellectu sensuum? si in figuris, benè circa collum suspendis, si in intellectu, ergò melius in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa, Sanctus Thomas secunda secundæ quæstione 96. articulo quarto. Vbi dicit in hoc duo esse attendenda. Primo quidem, quid sit quod profertur, vel scribitur, quia si est ali-

quid ad inuocationem dæmonis pertinens, est superstitiosum manifestè, & illicitum.

Similiter cauendum est, si contineat ignota nomina, ne sub illis aliquid illicitum lateat, est etiam cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic eius effectus non posset expectari a Deo, qui non est testis falsitatis.

Secundo cauendum est, ne cum verbis sacris contineantur aliqua vana, putà aliqui characteres scripti præter signum crucis, aut si spes habeatur in modo scribendi, aut ligandi, aut in quacunque alia vanitate, quę ad diuinam reuerentiam non pertineat; quia hoc iudicaretur superstitiosum aliàs licitum, capitulo non liceat, uigesimasexta quæstione quinta.

Ibi nec in collectione herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes licet attendere, nisi tantum cum Symbolo diuino, aut Dominica oratione, vt tantum creator, & Deus omnium adoretur, & honoretur.

Nam proferre verba diuina, aut inuocare diuinum nomen, aut portare reliquias, si respectus habeatur solum ad Dei reuerentiam, à qua expectatur effectus, licitum erit. Si verò habeatur respectus ad aliquid aliud vane obseruatum, illicitum erit, vt cum magis habetur respectus ad figuras scriptas, quàm ad verborum intellectum, hæc, Sanctus Thomas, dicto articulo quarto, in responsio ad argumentum. Sanctus Antonin. in secunda parte titulo duodecimo §. decimotertio. Dicit quinque in hoc esse notanda.

Primò ne fit aliquid pertinens ad inuocationem dæmonum.

Secundo non contineat nomina ignota.

Tertio, ne aliquid falsitatis contineat.

Quarto ne cum verbis sacris misceantur aliqua vana.

Quinto, vt spes non ponatur in modo scribendi, aut ligandi; puta in charta virginea, vel in ortu solis, vel dum legitur Euangelium, vel quod debeat ligari per tot filios, & alijs huiusmodi vanitatibus vt. Sylua. versiculo superstitio, numero decimo versiculo quarto, Nauarr. in Manu. confess. capitulo vndecimo numero trigesimoquarto versiculo vigesimotertio allegat Martin. ab Arles de superstitione numero quarto. Angel. versiculo superstitio numero septimo. Pisan. versiculo sortilegium, il secundo §. vtrum suspendere, Armill. uersiculo sortilegium numero tertio. Rosell. uersiculo sortilegium numero octauo. Nauarr. dicto capitulo undecimo, numero trigesimoquinto. Rayn. uersiculo diuinatio, capituló quarto uersiculo septimo.

Arioli. *Decimaseptima.*



DECIMOSEPTIMO sunt, & Arioli, qui ita uocati sunt, propterea, quod circa Aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebratibus dæmonum accipiunt responsa. capitulo igitur uigesimasexta quæstio, quarta Cald. in tractat. de hæret. c. 22. num. 4.

Aruspices. *Decimaoctaua.*




DECIMOOCTAVO sunt Aruspices, quasi horarum inspectores; dies enim, & horas in agendis negocijs operibusque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare debeat homo intendunt; hi etiam Exta pecudum inspiciunt, & ex his futura prædicunt, capitulo igitur uigesimasexta quæstio. quarta. Cald. tractatu de hære. capitulo uigesimosecundo numero quarto. Aruspicium iniquitatem suam sonat, pro quanto à sacrificio, seu Ara non recedit, Caietan. uersiculo Aruspicium.

Carminatores. *Decimanona.*



DECIMONONO sunt Carminantes, seu Carminatores, qui carminant infirmos, uel pueros, uel animalia, & hi, si nihil su perstitiosum dicunt, aut faciunt, sed tantum utuntur licitis precibus, & adiurationibus, sicut per passionem, & crucem, & similia non est dicendum, quod peccent mortaliter, nisi talia fecerint post prohibitionem ab ecclesia factam, Rosella uersiculo sortilegium numero tertio. Sanctus Anton. secunda parte titulo duodecimo capitulo primo §. undecimo Angel. uersiculo superstitio num. 9.

Fascinatio. *Vigesima.*



VIGESIMO adest & Fascinatio paruulorum, quæ fascinatio duplici modo intelligitur, uno modo pro laedificare, cum scilicet arte magica non uidetur res, quæ est ante oculos, alio modo, malo oculo alicuius inspici, & inde lædi. Primum in faciente mortale, in patiente nullum, secundum in agente peccatum non est, ex quo naturale est, nisi studio-

ſtudiosè fieret ad nocendnm, non tamen eſt facienda aliqua incantatio, vel ſuperſtitio ad hæc remouendum, vt faciunt mulieres, & frequenter, S. Ant. 2.p.tit.12.c.1.§.15. Tab.ver.faſcinatio.

Signa. Vigeſimaprima.

VIgeſimaprima ſpecies eſt, quando figuræ, ſigna, vel characteres adhibẽtur ad effectus aliquos inducẽdos, quod eſt illicitum, quia talia ad nihil operantur naturaliter, eo quod figura non eſt alicuius naturalis actionis principium, tales figuræ, vel imagines, ex operatione dæmonum effectum habent, vnde ſemper eſt illicitum eas facere, quia in talibus habentur pacta expreſſa cum dæmonibus S. Thom.2.2.q 96.artic.2. in ſolu. 2. argum. Rayne. ver.diuinatio.cap.4.verſi.2.

Genethliaci. Vigeſimaſecunda.

VIgeſimoſecundo ſunt Genethliaci, appellati propter natalitiorum conſiderationes dierũ; Geneſes enim hominum per duodecim cœli ſigna deſcribunt, Syderumque curſus naſcentiũ mores, actus, & euentus prędicere conãtur, ideſt quis quali ſigno fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui naſcuntur interpretantur, c.igitur, 26.q.4.

Horoſcopi. Vigeſimatertia.

VIgeſimotertio ſunt Horoſcopi dicti, quod horas natiuitatis hominum ſpeculantur, diſsimili, & diuerſo facto, c.igitur, 26.q.4.

Incantatores. Vigeſimaquarta.

VIgeſimoquarto ſunt Incantatores, qui artem verbis peragunt, c.igitur, 26.q.4. Rayn. verſi. diuinatio.cap.4.ver.9. dicit, quod ſi in incantationibus ſerpentum, vel quorumcunque animalium reſpectus habeatur ſolum ad verba ſacra, & ad virtutem diuinam, nõ erit illicitum; ſed plerumque incantationes tales habent illicitas obſeruantias, & per dæmones ſortiũtur effectus, & præcipuè in ſerpentibus, qui ſerpens fuit primum dæmonis inſtrumentum ad hominem decipiendum S.Tho. 2.2.q. 96.ar.4.in reſpon.ad ſecundum, hoc idem eſt de incantationibus, quæ fiunt ſanitatis cauſa, S. Anto.2. p.tit.12.c.1.§.11. Ang.ver.ſuperſtitio.nu. 8. Piſan. ver.ſortilegium.§.quid de incantationibus, Roſella d.loco, nu.8. Quod male intelligit Armilla, dum dicit omnem incantationem ex ſuo genere eſſe peccatum mortale, in ver.incantatio, nu. 1. & Caietan. d.loco. Sed an liceat incantationem alia incantatione diſſolui? reſp. Quod non, ita in puncto, Nauar. in Man.Confeſſ.c.11. nu. 29. allegans S.Thom.in 4.ſententiarum, diſtinct.34.q.1.art.3. Sylu. verſic. malef.quæſt.8.l.nullus.l. nemo C. de malef. c. non obſeruetis, 26.q.7. quia non licet conſentire peccanti, c.notum.2.q.1.

Magi. Vigeſimaquinta.

VIgeſimoquinto ſunt Magi, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem vocãtur, hi ſunt, qui permiſſu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentiũ in Deo, ac ſine ullo ueneni hauſto uiolentia tantum carminis interimunt, vnde Lucanus, mens hauſti nulla ſanie polluta veneni, incantata perit. Dæmonibus.n. accitis audent ventilare, vt quoſcunque ſuos perimant malis artibus inimicos. Hi etiam ſanguine vtuntur, & victimis ſæpe contingunt mortuorum corpora, c. nec mirum 26. qõ. 5. Quæ non dicitur ſcientia, ſed ſuperſtitio Nauarr.Man.Confeſſ.c.11. nu.28. allegans Ricard. ſecundo libr. ſententiarum diſtinct. 17. Magi etiam dicuntur ſtellarum interpretes, cap.igitur. 26.q.4.§. primum.

Mathematici. Vigeſimaſexta.

VIgeſimoſexto ſunt Mathematici, cuius ſuperſtitionis genus cõſtellationes Latini vocant, ſcilicet notiones ſyderum, quomodo ſe habeant, cum quiſque naſcitur, cap.igitur, 26. q. 4. qui ſine aſpiratione nempe Matematici dicuntur diuini, ſed cum aſpiratione, nempe Mathematici ſignificant ſcientiam quadriuialem, vnde verſi. ſcire facit mateſis, ſed diuinare matheſis, vnde tales non debent ad limen alterius domus accedere, aliàs concremari debent. l.nullus. l.nemo. C. de malef. & mathem. Tab.ver.mathematici, Sylu.d. ver. & Angel. dicto verſicul.

Malefici. Vigeſimaſeptima.

VIgeſimoſeptimo ſunt Malefici; nam maleficium eſt, quo quis nocet per dæmonum inuocationem, impediendo vſum matrimonij, faſcinando pueros, & huiuſmodi mortale eſt dupliciter, tum quia nocumentum proximo infert, tum quia dæmon ibi inuocatur, quod ſine mortali fieri non poteſt, nec licet maleficium alio maleficio ſoluere. Armilla ver.malef. num. 1. & ſeq. Arnald. de agnoſc.aſſet.cath.& hæret.c.24.num.18. Caie. ver. malef. Roſella ver. maleficiatus. opus iudiciale inquiſi.ver.maleficia. Tabien. ver. maleficium dicit, quod maleficium dicitur dupliciter, vno modo, quod habet ſortilegium, de quo habetur. C.de malef.& mathem. Alio modo dicitur maleficiũ quodcumque crimen, vt furtum, rapina, homicidium, & huiuſmodi, quaſi malefactum conc. Piſanella, ver.maleficium, num 1.& nu.8. Sylu. d. loco, Nauarr.Man.Confeſ.c.11. num. 29. Ang. ver. ſuperſtitio, num.13. Perald. ſumm.virt.par.2. c. 37. titu. de ſuperbia.§.ſequitur.

Phiſionomia. Vigeſimaoctaua.

VIgeſimooctauo eſt Phiſionomia, cum quis iudicatur ex aſpectu faciei ad benè, vel malè operandum. Nauar.Man.Confeſſ.c.11.nu. 37. ver. 28. quæ aliqualem præſumptionem facit, nõ tamen certitudinem, opus iud.inquiſ.uer.Phiſionomia.

Salitores. Vigeſimanona.

VIgeſimonono ſunt Salitores illi, qui dum eis membrorum quæcunque partes ſalierint, aliquid ſibi exinde proſperum, ſeu triſte ſignificari prædicant. cap.igitur.26.q.4.

Strigiæ. Trigeſima.

TRigeſimo ſunt Strigiæ, quæ credunt ſe cum Diana, vel Herodiade nocturnis horis equitare, vel ſe in alias creaturas transformari; quæ omnia fiunt illuſione diabolica, S. Anton.2.par.titu.12.§.15.c.Epiſcopi, 22.quæſt.5. Nauar. Man.confeſſ.c.11.numer.38. Arnald.de agnoſc.aſſert.Cath.q.24.num.22.& ſeq.quæ, vt in pluribus ſunt apoſtatæ à fide Catholica, c.qui ſine, 26.q.2. opus Iud. inquiſ. verſ.lamiæ, Armilla, ver.Strigiæ, num.1.

Obſeruantia Temporum. Trigeſimaprima.

TRigeſimoprimo, eſt temporum obſeruantia abſq; cauſa naturali, qa putat aliquot dies fortunatos, aliquot infortunatos qđ ſupſtitioſum eſt, & friuolum, vt ſi quis credat; & vtatur herbis collectis in die Aſcenſionis, vel balneat ſe in nocte San. Io.Baptiſtæ, vel in Kalendis non vult aliquid dare, vel huiuſmodi, omnia ſunt vana, c.ſic ait, 26.q.7.S. Anton.2.par.tit.12.c.1.§.14.Nauarr. Man. confeſ. c.11.nn.35.Mart.de Arles tract.de ſuperſt.num.8. quæ vt in plurimum peccatum veniale inducunt, antequam a ſuis curatis moneantur, poſtmodum autem mortaliter peccant, Nauarr. d. loco, nu.37. ver.29.Ang.ver.ſuperſtitio, nu.15.Rayn. ver.diuinatio, c.4.ver.4. dicit quod obſeruantia temporum eſt triplex, quædam eſt ſuperſtitionis, vel impietatis, vt illi qui obſeruant tempora, quæ ſubſunt libero arbitrio, quædam ſunt ſagacitatis, & prouiſionis in illis, qui obſeruant qualitatem temporum ad rerum abundantiam conſequendam, & indigentiam excludendam. Quædam eſt pietatis, & deuotionis, in bonis Chriſtianis iudicantibus in diebus feſtis magis eſſe vacandum Deo, quam in alijs, & idem Rayn.ver.tempus, c.3. dicit propter quatuor rationes obſeruari tempus.

Tentatio Dei. Trigeſimaſecunda.

TRigeſimoſecundo Deum tentans cum vult ſumere aquam feruentem, & ignem candentem, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vt à ſuſpicione criminis ſe purget S. Tho. 2.2.q.95 ar.8.ad tertium, c.conſuluiſti, 2.q.5. Similiter ſi quis ſe martirio temerè obtulerit, ſimiliter ſi abſque neceſsitate periculo mortis ſe expoſuerit, S. Thom.2.2.q.97.art.1.ſicuti etiam, qui Deum tentat, dicendo, vel faciendo aliquid intẽtione expreſſa, experiendo diuinam potentiam, ſapientiam, vel pietatem. Nauarr.Man.confeſſ.cap.11.nu.40. Sanc. Thom.2.2.q.97.artic.1.& eſt peccatum, quia ſcriptum eſt Deute.6. non tentabis Dominum Deum tuum; nam tentare eſt experimentum ſumere, nullus autem experimentum ſumit de eo, quod eſt certus: ideo omnis tentatio ex aliqua ignorantia procedit. Ignorare autem ea, quæ pertinent ad perfectionem Dei, peccatum eſt, ideo Deum tentans ad hoc, vt cognoſcat eius virtutem peccatum eſt, San. Tho.d.loco, art.2.tentare enim Deum virtuti religionis aduerſatur. Cuius finis eſt reuerentiam Deo exhibere. Manifeſtum eſt autem, quod tentare aliquem, ad irreuerentiam eius pertinet, nullus enim præſumit tentare eum, de cuius excellentia certus eſt, S. Th.d.loco art.3.eſt tamen peccatum ſuperſtitionis ſimpliciter grauius peccatum, quia diuinæ reuerentiæ magis aduerſatur, nam ſuperſtitioſus proteſtatur errorem, qui autem tentat Deum, proteſtatur dubitationem de diuina excellentia, San. Tho. d.loco, art.4.Tab.ver.tentatio, num.1.Ange. verſi. tentare, nu.2. Et hoc modo ſemper eſt peccatum, quando Deus tentatur, ut ipſe experiatur, Sylu.ver. tentare. Erit tamen mortale, vel ueniale, ſecundum qualitatem finis, uel ex imperfectione actus, Armilla, ver.tentare, num.1.& ſeq.Caietan. ver. tentatio. Rayner.ver.tentatio c.2.dicit, quod tentare Deũ eſt peccatum triplici ratione, ſcilicet ignorantiæ, diffidentiæ, & negligentiæ. Primo, quia ignorare bonitatem Dei eſt peccatum. Secundo, quia dubitare de uirtute Dei eſt peccatum. Tertio, quia qui prætermittit facere, quod per ſe poteſt ad pericula euitanda, ad ſubſidia temporalia quærenda, ſolum ad auxilium Domini reſpiciens peccat; Sed tentans Deum facit huiuſmodi, ergò eſt peccatum, & not. quod homo tentat Deum ſex modis. Primò indiſcretè ſe periculo committendo, cum habet humanum conſilium, uel auxilium de aliquo faciendo, quod prohibetur Matth. c.4. non tentabis Dominum Deum tuum. Secũdo, tentat homo Deum in incredulitate aliquid à Deo petendo, quod prohibetur. Tertio, tentat homo Deum miraculum petendo abſq; neceſsitate. Quarto, homo tentat Deũ Dei adiutorio, terminum ponendo, non enim tempus nec modus præſcribitur Deo. Quinto, homo tentat Deum vtrum adſit, per experimentum ſcire uolendo. Sexto, tentat homo Deum in ſermone capiendo, Matthæus c.22. Quid me tentatis Hypocritæ? Nam Hypocritæ aliud habent in corde, aliud in ore, ita Rayn.d.loco conc.S. Ant. 2.p.tit.3.c.10.

Arreptitij. Trigeſimatertia.

TRigeſimotertio ſunt Arreptitij, qui ſunt homines uiui abſtracti a ſenſibus exterioribus, ſiue rapti uirtute dæmonum, per quos Dæmones expreſsè ab eis inuocati ſolent futura prænunciare, & hæc eſt Diuinatio per Phytones, à Phytone Apolline uocati. Tabiena ver.Arrept. allegat S.Tho. 1.2.q.95.art.3.& ſecunda ſecundæ q.173.articu.3. Armilla ver.Arreptitij.

De Schiſmate. Quæſi. XXXVII.

TRigeſimoſeptimo quæro, vtrum Schiſma ſit peccatũ? Reſp.quod ſic; eſt.n.Schiſma ab uniuerſitate fidei illicitus diſceſſus, c. Schiſma.24.q.1.

quæ

quæ differt ab hæresi, nã hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se oppooitur vnitati ecclesiasticæ charitatis, & ideo sicut fides, & charitas sũt diuersæ virtutes; ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia, quamuis quicunque est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non cõuertitur, sicuti quicunque caret fide, careat etiam charitate, sed non ècontra. Nauarr. Manuali Confessorum, c. 22.nu. 57. Sanctus Thom. 2.2.q.39.art.1. qui allegat Aug. cõtra Faust.lib.20.c.3.vol.6. Vbi dicit, quod schisma est speciale peccatum charitati oppositum, per quod quidem Christo, ac eius Vicario subesse renuunt, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusant.conc. Isidorus lib.3.c.3. Ethymo. dicens nomen schismatis à scissura animorum vocatum, hoc idem opus iud. inquis. vers. schisma, num. 2. Ang. ver. schisma, num. 1. Tab. d. loco, nu. 1. Syl. nu. 1. Pisanell. ver. schisma. §. 1. Caiet. vers. schisma dicit, Quod dupliciter incurritur peccatum schismatis, purum tamen; & proprium peccatum schismatis est stando infra limites voluntatis præcisæ, hoc est, quis non vult recognoscere vnitatem ecclesiæ, seu capitis, quamuis credat illam. conc. Armil. d. ver. schisma, S. Ant. 2.p tit. 3. c. 11. dicit schisma vitium esse, quo quis sub Summo Pontifice esse recusat, & membris ecclesiæ ei subiectis communicare recusat, & est peccatum mortale, quia contrariatur charitati ecclesiasticæ vnitatis, & not. Quod licet schisma grauius puniatur, quam idolatria, secundum S. Anton. d. loco. §. 1. ver. verum quamuis, non tamen sequitur, quod schisma sit grauius infidelitate; quia infidelitas est maius peccatum, nam quod se habet ex additione ad alterum, potius est, vel in bono, vel in malo, sed hæresis se habet per additionem ad schisma, addit enim peruersum dogma, ergo schisma est minus peccatum, quam infidelitas, ita S. Thom. d. loco art. 2. alia ratio est, quia infidelitas est peccatum contra ipsum Deũ, secundum quod in se est veritas prima, cui fides innititur, schisma autem est contra ecclesiasticam unitatem, quæ est minus bonum, quam sit ipse Deus, cũ sit bonum participatum; vnde manifestũ est, quod peccatum infidelitatis ex suo genere sit grauius, quam peccatum schismatis, licet possit contingere, quod aliquis schismaticus grauius peccet, quã quidam infidelis, vel propter maiorem contemptum, vel maius periculum, quod inducit, vel propter aliquid huiusmodi conc. Armilla, ver. schisma, nu. 3. Sylu. d. loco, nu. 2. Tabien. ver. schisma, nu. 2. Pisanella d loco. §. quid sit grauius, quæ autem sit pœna schismatici, dic quod excommunicantur, habetur hoc in Bulla Cœnæ Domini, quam refert Nauarr. in Man. Conf. c. 27. num. 57. tenet S. Thom. 2. 2.q.39.art.4. alleg. Num. 16. ibi recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui scilicet schisma fecerunt, & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum: per ea enim, per quæ quis peccat, per ea ipsemet puniri debet, vt sapiens 11. schismaticus enim in duobus peccat, in vno quidem, quia se separat à communione membrorum ecclesiæ, & quantum ad hoc conueniens pœna schismaticorum est, vt excommunicentur in alio modo, quia subdi recusant capiti ecclesiæ, & ideo, quia coerceri nolunt per spiritualem potestatem ecclesiæ, iustum est, vt potestate temporali coerceantur, ita S. Thom. d. loco conc. Armill. ver. schisma, num. 4. Tab. d. vers. num. 3. Sylu. d. ver. nu. 4. c. in nomine, 23. dist. S. Anton. 2. par. tit. 3. c. 11. §. 5. Ang. ver. schisma num. 1. Pisanella ver. schisma. §. qualiter, alia etiam pœna punitur, quia quamuis schismatici habeant ordinis potestatem, iurisdictionis tamen potestate priuantur, S. Thom. 2. 2. q. 39. art. 3. vnde non possunt, nec absoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut aliquid huiusmodi, quod si fecerint, nihil est actum; si tamen vsi fuerint potestate ordinis in sacramentalibus, eorum potestas effectum habebit, quia in his homo non operatur, nisi sicut instrumentum Dei, unde effectus sacramentales, non excluduntur propter culpam quamcunque conferentis sacr... tum conc. Tab. ver. schisma, num. 3. ubi etiam ... dicto loco num. 3. Sanct. Ant. 2. par. tit. 3. c. 11. §. 2. & seq. Pisan. uer. schisma. §. utrum.

Voti Fractio, an sit peccatum. Quæst. XXXVIII.

TRigesimooctauo quæro (quia Fractio voti pertinet ad infidelitatem S. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 3. uotum enim est actus latriæ, S. Thom. d. loco artic. 5.) an ipsa sit peccatum? Respon. Quod sic, Eccl. 5. quodcumque uoueris redde, multoque melius est non uouere, quam post uotum; promissa non reddere, ad fidelitatem enim hominis pertinet, ut soluat id quod promisit, unde Aug. lib. de mendacio, cap. uigesimo, uolum. quarto, & Epistola 19. uol. secũdo, fides dicitur ex eo, quod fiãt dicta, maximè autem debet homo Deo fidelitatem, tum ratione dominij, tum etiam ratione beneficij suscepti, & ideo maximè obligatur homo ad hoc, quod impleat uota Deo facta. Hoc enim pertinet ad fidelitatem, quam homo debet Deo; Fractio autem uoti est quædam infidelitatis species; unde Salomon rationem assignat, quare sint uota reddenda; quia displicet Deo infidelis promissio; unde uotum definitur ita: uotum est promissio (saltem interior) deliberatè Deo facta de aliquo bono maiori à superiori non reuocata; dicitur à Doct. in 4. distinct. 38. Sanct. Thom. secunda 2. q. 88. arti. 1. & sequen. S. Anto. 2. par. tit. 11. cap. 2. Archid. c. qui bona. 17. q. 1. Doct. com. Rub. de uoto, ponitur promissio pro genere, quia debet esse animus obligandi seipsum, & sufficit, quod sola mens sit interior; ideo dicitur (saltim interior) etiam si nihil dicat, aut scribat (deliberatè.) Ideo dicitur, quoniam promissio subita, & facta absq; consideratione non sufficit; sufficit tamen tanta deliberatio, & consideratio quanta ad peccandum mortaliter, uel merendum sufficeret. Palud. 4. sent. distin. 18. quod n. sufficit ad obligandum diabolo, sufficit etiam ad obligandum Deo, glo. c. mulier. 32. q. 2. dicitur (facta Deo) quoniã omne uotum tacitè, uel expressè, mediatè, vel immediatè, fit Deo. Ideo dicitur actus latriæ, Isai. c. 19. Colent eũ in hostijs, & muneribus & uota uouebunt Domino, & soluent. S. Th. 2. 2. q.

88.ar.5.dicitur etiã in definitione (de aliquo bono maiori) quia propriè loquendo votum est de meliori bono, S. Thom.2.2.q. 88. articu.2.& hoc siue sit de consilio, siue de pręcepto, vnde qui vouit nõ peccare, quamuis de præcepto aliàs teneatur, nihilo minus ita obligatur, vt si fregerit illud, non solum transgreditur præceptum de non peccando, sed ẽt de adimplendo voto, S.Ant.2.par.titu.11.c.2.§.1. Præterea dicitur de (meliori bono) quia votum faciendi aliquid cuius contrarium secũdum se melius est, nihil valet, vt votum non ingrediendi religionem; similiter votum non obligat in impedimentum maioris boni, vnde vouens se ducere aliquam in vxorem, non impeditur quo minus ingredi possit religionem, similiter votum de his, quæ necessario eueniunt non obligat, vt votum de moriendo, & materia indifferenti, vt de non eundo in Ciuit.Pis.& huiusmodi, & de re turpi, & impossibili, & dare bona in malum finem, & de non obseruando consilia Euangelica, vt de non seruare castitatem. Vlterius dicitur in definitione (à superiori non reuocata) quia vota filiorumfamilias, & religiosorum, & aliorum, qui alterius potestati subduntur legitimè à suis parentibus, prelatis alijsque superioribus irritata non obligant, c. Puella, 20.q.2.S. Tho.2.2.q.88.artic.8. Nullus enim potest per promissionem se firmiter obligare ad id, quod est in potestate alterius, sed solum ad id, quod est omnino in sua potestate. Quicunque autem est subiectus alicui, quantum ad id, in quo est subiectus, non est suæ potestatis facere, quod vult, sed depẽdet ex voluntate alterius. Et ideo non potest se per votum firmiter obligare in his, in quibus alteri subijcitur, sine consensu sui superioris; Ex his iam dictis infertur ad plura, & primo peccat qui dispensat, commutat, irritat votum non habens potestatem, not.c.1.de voto, secundo extendit potestatem ad id vltra eam, quam ipse habet, vt si dispensaret, vel irritaret votum quod non posset nisi commutare, quo casu actus ab eo gestus nihil valet, Caiet.2.2.q.88.artic.12. Tertio quãdo superior in votum consensit, postea sine rationabili causa, illud irritat. Quarto peccat, qui vouet aliquod peccatum mortale, & tunc erit mortale, si uero esset de ueniali, esset veniale. Quinto, qui uouet non facere aliquod bonũ, ut non facere eleemosinam, Caiet.2.2.q.88.arti.2. Sexto, qui emittit uota stulta, ut non pectere capillos die Sabbathi, non filare, non lauare caput, quo casu si quis putat huiusmodi uota ualere, & ea frangit, propter erroneam conscientiam peccat, si fregerit illa, secus si crediderit non ualere, c.fi.22.q.4. Septimo si qui uouerit sciens, & prudens aliquod impossibile, Ang.uer.uotum, il secundo, num.9. Octauo, qui uouet animo se obligandi, sed non adimplendi, Caiet.2.2.q.88.art.1. Nono, qui non implet uotum infra tempus, quod statuit, dummodo potuerit, S. Th.2.2.q.88.arti.3.& in 4.dist.38.q.1.arti.1. Decimo, qui facit uotum cum quadam conditione, cuius implementum ipse impedit, & postea non implet uotum, Richard.4.dist.38.q.3.arti.3. Vndecimo, si fecerit uotum sub conditione turpi, nempe si fornicationem fecerit, vouit ingredi religionem, impleta conditione, illud adimplere debet, dummodo talis conditio non ponatur pro fine, ante tamen adimpletam conditionem nullus, uoto facto sub ea obligatur. Nauarr. Manuali Confess. cap.12.nu.42. Duodecimo peccat, qui uotum facit ob malum finem, ueluti ieiunare, ut consequatur iniustam uindictam, cuius enim finis est malus, ipsum quoque malum est, Richard.in 4.dist.38.q.1. Caietan. 2.2. qõ.88.art.2. Decimotertio, qui ab animo uouendi trahit, & qui post uotum emissum aliquem ad eius transgressionem irritat, S.Ant.1.par.tit.2.c.2.§.1. Pal.4.dist.15.q.2.art.1. Decimoquarto, qui uouet strictiorem religionem ingredi, postea laxiorem ingreditur; si tamen professionem in laxiore emisit, non tenetur ad strictiorem proficisci, quia uotum solemne præudiet simplici, Nauarr. dicto loco, nu.48. Decimoquinto, qui absque causa à uoto dispensari procurat, gl.cap.non est de uoto, & nota quod solus Papa potestatem habet dispensandi super quinque uotis, uidelicet, perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusal. vel Romam, uel S. Iacobum in Compostell. alij autem Prælati possunt super alijs, Nauar.d.loco, nu.75.

DE INVIDIA, Titulus Primus.

Inuidia, an sit peccatum.



RIMO quæro, utrum Inuidia sit peccatum? Resp. Quod sic, c.unum, § alias, 25.dist.ibi, superbia, inuidia, & Pau.ad Galat.5. Ibi non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, S. Thom.2.2.q.36.ar.2. est enim inuidia tristitia de alienis bonis Ioann. Damas.lib.2.de fide, quem refert S. Thom.d.loco art.1.vbi dicit, quod quando quis tristatur de bonis alicuius, inquãtum imminet sibi ex hoc periculum alicuius nocumenti, talis tristitia non est inuidia, sed magis timoris effectus, Arist.2.Rhetor.c.9. si uerò bonũ alterius æstimetur, ut malum propriũ inquantum est diminutiuum propriæ gloriæ, uel excellentiæ, & hoc modo de bono alterius tristatur inuidia, & illud propriè est inuidia, quando quis tristatur de bonis alicuius, inquantum alter excedit ipsum in bonis, & hoc semper est peccatum, quia dolet de eo, quod est gaudendum, scilicet de bono proximi; si verò tristetur quis de bonis illius, quatenus sit illis indignus dicitur Nemesis, non bene tristatur Psal. 36. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitates, quod si quis tristetur de bono alterius, nõ ex eo quod ipse habeat bonũ, sed ex eo qđ nobis deest bonũ illud qđ ipse habet, hoc propriè est zelus, qui si est circa bona honesta laudabilis est. 1.ad Chor.4. Æmulamini spiritualia, si autem sit de bonis temporalibus, potest esse cum peccato; & sine peccato, ita S. Thom.dicto loco ar.2. conc. cum superius dictis, nempe quod inuidia sit dolor de

alienis

alienis bonis, Pisan. ver. inuidia, in prin. Canis. ti. de peccatis capital. c. 6. allegans Ciprian. in sermone de zelo, & liuore, Basil. in oratione de inuidia, Prosp. lib. 3. de vita contemplatiua, c. 9. Isid. de summo bono. lib. 3. c. 25. Aug. lib. 11. Genes. ad literam. c. 4. Prosper. sent. 292. hanc etiam definitionem ponit Perald. summ. virtu. parte 2. tract. 7. p. 1. in princip. dicens ex mente Aug. inuidiam esse dolorem fœlicitatis alienæ, Nauarr. autem in Man Confess. c. 23. nu. 118. dicit, inuidia est vitium inclinans ad inordinatè tristâdū de bono alieno, eo quod suam excellentiam minuit, colligitur etiam ex mente S. Ant. 2. p. tit 8 c. 1. vers. diffinitur, & Caiet. ver. inuidia dicit, quod inuidia est, qua homo tristatur de prosperitate alterius similis, seu æqualis, quasi diminuat propriam excellentiam conc. etiam Armilla ver. inuidia, nu. 1. Rosella d. loco in princ. Rayn. 1. p. summæ vers. inuidia, c. 1. Ang. d. loco, num 1. ubi etiam Sylu. & Tabien. d. loco, nu. 1. in prin. & quatenus dictum est inuidiam esse peccatum, ampl. vt dicatur esse peccatum mortale, secundum S. Tho. 2. 2. q. 36. art. 3. allegans Iob. 5. ibi paruulum occidit inuidia, nihil autē occidit spiritualiter, nisi peccatum mortale, ergo inuidia est peccatum mortale, inuidia autem secundu n rationem sui obiecti, contrariatur charitati, per quam est vita animæ spiritualis: charitas enim gaudet de bono proximi, inuidia autem tristatur de eodem, vnde manifestum est, quod ex suo genere est peccatum mortale, genus autem peccati ex obiecto consideratur. Verum quia in quolibet genere peccati inueniuntur quędā imperfecti motus, in sensualitate existētes, qui sunt peccata venialia, sicut in genere adulterij primus motus concupiscentiæ, ita in genere inuidiæ, inueniuntur aliqui primi motus, quandoque etiam in viris perfectis, qui sunt peccata venialia, ita S. Thom. dicto loco conc. Pisan. vers. inuidia. §. fin. Caietan. dicto loco, versic. & sicut contingit, Rosell. versic. inuidia, num. 1. Armill. dicto loco num. 1. versic. & est peccatum, Rayn. versic. inuidia, cap. 3. Perald. 2. parte, tractat. 7. par. 1. de inuidia, Canis. capitu. 6. de peccatis capit. ver. hoc execrandum, Nauar. in Manual confessor. cap. 23. nu. 118. dicit, quod peccat mortaliter ille, qui deliberatè dolet de bono notabili proximi, scilicet scientia, honore, diuitijs, & id genus alijs, ea ratione, quod sui per illud excellentia minuatur, dixit (deliberatè, & notabili) quia surreptio, & paruitas semper à mortali excusant, Ang. ver. sunt tamen. Tab. d. loco num. 3. Syl. vers. inuidia, nu. 1. vers. 4. Secundo ampl. vt dicatur peccatū capita. Greg. lib. 31. cap. 31. mor. ponit inuidiam vitiorum caput eique assignat filias, nempè, odiū, susurratione, detractionē, exultationē in aduersis proximi, & afflictionē in prosperis, refert S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 4. dicens, quòd sicut accidia est tristitia de bono spirituali diuino, ita inuidia est tristitia de bono proximi, sed accidia est vitium capitale ea ratione, quia ex accidia homo impellitur ad aliqua facienda, vel ut fugiat tristitiam, vel ut tristitiæ satisfaciat, vnde eadem ratione inuidia ponitur vitium capitale, ita S. Thom. dicto loco, qui in respons. ad tertium dicit, quod numerus filiarum inuidiæ, ita sumi potest, quia in conatu inuidiæ est aliquid tanquam principium, & aliquid tanq̄ tam medium, & aliquid tanquam terminus. Principium quidem est, vt aliquis diminuat gloriam alterius, vel in occulto, & sic est susurratio, vel manifestè, & sic est detractatio. Medium autem est, quia aliquis intendens diminuere gloriam alterius aut potest, & sic est exultatio in aduersis, aut non potest, & sic est afflictio in prosperis, terminus autem est in ipso odio, quia sicut bonū delectat, & causat amorem; ita tristitia causat odium, afflictio autem in prosperis proximi, vno modo est ipsa inuidia, inquantu n scilicet tristatur aliquid de prosperis alicuius, secundum quod habent gloriam quandam, alio vero modo est filia inuidiæ, secundum quod prospera proximi eueniunt contra conatum inuidentis, qui nititur impedire; exultatio autem in aduersis non est directè idem, quod inuidia, sed ex ea sequitur. Ni ex tristitia de bono proximi, quę est inuidia, sequitur exultatio de malo eiusdem, ita Sanct. Thom. d. loco conc. cum dicto, quod sit peccatum capitale, Rayn. ver. inuidia, c. 4. Nau. Man. confess. c. 23. nu. 118. S. Ant. p. 2. tit. 8. c. 1. § 4. Rosella vers. inuidia, num. 1. §. quot sunt eius filiæ, Canis. tit. de peccatis capitalibus, c. 6. versi. filias verò, Sylu. vers. inuidia, num. 2. Tertiò amplia. vt dicatur grauissimum peccatum, si accipiatur pro inuidia fraternæ gratiæ, secundum quam aliquis dolet de ipso augmento gratiæ Dei; vnde ponitur peccatum in Spiritum sanctum. Nam homo quodammodo inuidet spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur, Tabie. ver. inuidia, num. 5. S. Tho. 2. 2. q. 36. in resp. ad secundum, Caiet. vers. inuidia in fine, qui eodem loco circa medium dicit, quod quando quis tristatur de bono alterius propter aliquam conditionem adiunctam (puta propter damnum inde sequens) aut quia caret ipse, aut quia indignus habetur, non est inuidus, & sunt tres, scilicet Timidus, Aemulus, & Nemesius, de quibus primo dicemus, deinde de filiabus inuidiæ.

De Timore. *Quæst. II.*

SEcundo quæro, vtrum timor sit peccatum? Respond. quod sic, Dominus dicit. Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & Ezecch. 2. ne timeas eos, neque sermones eorum metuas, ita S. Tho. 2. 2. q. 125. ar. 1. dicit, quod quando appetitus fugit ea, quę ratio dictat esse substinēda, ne desistat ab alijs, quæ magis prosequi debet, timor inordinatus est, & habet rationem peccati, quando autem appetitus timendo refugit id, quod est secundum rationem fugiendum, tunc appetitus non est inordinatus, nec est peccatum, declaratur, vt intelligatur de timore mundano, qui est semper malus, S. Thom. secunda 2. quæst. 19. ar. 3. ubi dicit super illud Matth. 10. nolite timere eos, quod nihil diuinitus prohibetur, ergo timor mundanus est malus, ratio autem prohibitionis est, quia timor ex amore nascitur, verum quia amor mundanus, quo aliquis mūdo innititur tanquā fini, est semper malus, ideo timor mūdanus, tāquā ortū habeat ex mala radice,

semper est malus, ita S. Tho. d. loco conc. Pis. ver. timor, §. 7. & est peccatum mortale quando retrahit ab eo, quod est de necessitate præcepti, Syl. ve. timor, S. Tho. 2. 2 q. 125. ar. 3. vbi dicit, quod pro peccato solo mortali debetur pœna inferni, quæ tamen debetur timidis secundum illud Apoc. 21. timidis, & incredulis, & execratis, pars erit in stagno ignis, & sulphuris, quod est mors secunda, ergo timiditas est peccatum mortale, eo maxime si quis propter timorem, quo refugit periculum mortis, vel quodcumque aliud malum temporale, sic dispositus est, vt faciat aliquod prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod est præceptum in lege diuina, tunc talis timor est peccatum mortale, alioquin erit peccatum veniale, quandoque tamen nullum erit peccatum, quando quis habet rationabilem causam timoris, ita S. Thom. d. loco in resp. ad tertium, concordat Tab. ver. timor nu. 7. Armilla d. loco num. 1. Rayn. vers. timor cap. 1. Caieta. vers. timor dicit, quod timor secundum se nullum est peccatum, potest tamen multipliciter fieri peccatum. Primum, ex modo timendi, vt si plus, aut minus timeat, quam oporteat. Secundo, ex collatione vnius timendi ad aliud timendum, vt si plus timeatur occisio corporis, quam animæ. Tertio, ponitur timor speciale peccatum pro tristitia de bono alterius, quia nociuum est mihi, aut alijs, tunc si timor temerarius est, peccatum est, si tamen veritati, aut rationabili æstimationi innititur, nullum est peccatum moderata tristitia de alterius prosperitate, ex qua bonorum oppressio venit. Sed an timor excuset à peccato? Respond. Quod timor in tantum habet rationem peccati; in quantum est contra ordinem rationis. Ratio autem iudicat quædam mala esse fugienda magis alijs, & ideò quicumque vt fugiat mala, quæ secundum rationem sunt magis fugienda, non refugit mala, quæ sunt minus fugienda, non est peccatum, sicut magis est fugiēda mors corporalis, quam amisio rerum temporalium, si autem aliquis per timorem fugiens mala, quæ secūdum rationem sunt minus fugienda, incurrat mala, quæ secundum rationem sunt magis fugienda, non potest totaliter à peccato excusari, quia timor talis inordinatus esset, sunt autem magis timenda mala animæ, quam mala corporis, mala corporis aūt magis, quam exteriorū rerū, & ideò si quis incurrat mala animę, idest peccata fugiens mala corporis, puta flagella, vel mortē, aut mala exteriarum rerum, puta damnū pecuniæ, aut si substineat mala corporis, vt vitet damnum pecuniæ, non excusatur totaliter à peccato. Diminuitur tamen secundum aliquid eis peccatum, quia minus voluntarium est, quia ex timore agitur. Imponitur enim homini quædam necessitas aliquid faciendi propter timorem imminentem, vndè Philosoph. 3. Ethic. cap. 1. huiusmodi, quæ ex timore fiunt, dicit esse non simpliciter voluntaria, sed mixta ex voluntario & inuoluntario, ita S. Th. d. loco, & in resp. ad primum dicit, quod timor non excusat ex ea parte, qua est peccatum, sed ex ea parte, qua est inuoluntarium conc. Nauarr. in Manua. confess. in præl. 6. & seq. S. Thom. 1. 2. q. 6. ar 4. & seq. Tab. ver. timor nu. 8. Rosella ver. metus nu. 1. Pisan. vers. timor. §. 2. c. constat. q. 1. Ang. ver. timor num. 4. & idem vers. metus nu. 6. vbi dicit, quod metus non excusat à toto, sed solum à tanto, non tamen à tanto, quod illud quod est de genere peccati mortalis, fiat veniale debet enim quis potius mala pati, quàm malo consentire cap. in primis 2. q. 2. cap. 2. de homicid. c. sacris, de eo quod met. causa cap. ita 32. q. 5. & hoc intellige de his, quæ sunt mortalia de se, quia scilicet sunt naturali, vel diuino iure sub præcepto prohibita, secus in iure humano, quia tunc timor iustus excusaret à mortali, ita Ang. d. loco nu. 6. Sylu. ver. metus nu. 7. conc. Arnald. de agnosc. assert. cath. & hæret. q. 30. nu. 6. & seq. Dicens, quod faciens aliquem actum hæresis per metum, non per hoc excusatur à peccato, licet vt hæreticus non esset puniendus, metus enim minuit culpam, non excusat d. c. sacris. Sed quæro quotuplex sit timor? Resp. multiplex, primus dicitur filialis, secundus initialis, tertius seruilis, quartus mundanus, Mag. sent. d. lib. 3. dist. 34. §. fin. refert S. Thom. 2. 2. q. 19. artic. 2. vbi dicit, quod de timore agitur, secundum quod per ipsum aliquo modo ad Deum conuertimur, vel ab eo auertimur, cum enim obiectum timoris sit malum, quādoque homo propter mala, quæ timet à Deo recedit, & iste dicitur timor humanus, vel mundanus, quandoque autem homo propter mala, quæ timet ad Deum conuertitur, & inhæret, quod quidem malum est duplex, scilicet malum pœnæ, & malum culpæ, si ergo aliquis conuertatur ad Deum, & ei inhæreat propter timorem pœnæ erit timor seruilis, si autem propter timorem culpæ erit timor filialis. Nam filiorum est timere offensam patris. Si autem propter vtrumque est timor initialis, qui est medius inter vtrumque timorem, ità San. Thom. dicto loco conc. Rayn. 2. part. summæ titu. de timore capit. 1. dicens, primus timor scilicet mundanus à Deo auertit. Secundus, scilicet seruilis, ad Deum conuertit. Tertius timor initialis disponit, vel inducit. Quartus timor scilicet filialis hominem perficit, & Deo coniungit, Tabien. verlic. timor nu. 3. & seq. De primo est tex. cap. Nolite 11. q. 4. de secundo cap. hæc autem §. seq. 23. q. 4. de tertio est ca. sicut de pœnit. dist. 2. de quarto est cap. schismatici. 23. q. 6. §. fin. Præterea quæro, quot sunt species timoris? Respon. sex, scilicet segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, & agonia, Damasc. libr. 2. capit. 15. de fide, quem refert, S. Thom. 2. 2. q. 19. art. 2. dicens in respon. ad primum, quod Damas. diuidit timorem, secundum quod est passio animæ, diuisio autem superius tradita est diuisio timoris, quæ tendit in ordinem ad Deum, S. Thom. 1. 2. q. 41. ar. 4. dicens, quod timor est de futuro malo, quod excedit potestatem timentis, vt scilicet ei resisti non posit, sicut autem bonum hominis; ità & malum potest considerari, vel in operatione ipsius, uel in exterioribus rebus, in operatione autem ipsius hominis potest dupliciter malum timeri: Primò quidem labor grauans naturam, & sic causatur segnities, cum scilicet aliquis refugit operari propter timorem excedentis laboris. Secundo turpitudo lædens opinionem, & sic si turpitudo timetur in actu committendo

tendo, est erubescentia, si autem de turpi iam facto, est verecundia; malum autem, quod in exterioribus rebus consistit, tripliciter potest excedere hominis facultatem ad resistendum: In primo quidem ratione suæ magnitudinis, cum aliquis scilicet considerat magnum aliquod malum, cuius exitum considerare non sufficit, & sic est admiratio. Secundo ratione desuetudinis, quia scilicet aliquod malum inconsuetum nostræ considerationi operatur, & sic est magnum nostra reputatione, & hoc modo est stupor, qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio modo ratione improuisionis, quia scilicet prouideri non potest, sicut futura infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia, S. Thom. d. loco conc. S. Anton. 1. p. tit. 6. c. 10. in princ. esset modo videndum de emulatione, iuxta ordinem præpositum, de quo supra in prima quæstione dictum est, ideò videamus modo de Nemesi, verum, quia erubescentia dicitur species timoris, ipsa quoque pro quanto verecundiam de bono importat, peccatum est. Quia actus timoris cadit super materia repugnante; non enim timendum est bonum. est quandoque veniale, vt quando quis erubescit voluntariè orationi vacare propter societatem, quandoque mortale cum erubescit, confiteri peccatum suum, mortale autem confiteri Christum, Caietan. vers. erubescentia, est quoque suspicio species timoris, qua ex leuibus indicijs malam de proximo opinionem habemus, & est peccatum, quia actus est voluntarius à recta ratione dissonans, Caiet. vers. suspicio.

De Nemesi. Quæst. III.

TErtio igitur quæro, vtrum nemesis sit peccatum? Respo. Quod sic, pro quanto diuinæ prouidentiæ actionem arguit, tanquam iniustè distribuētem bona temporalia. Propterea si ad huiusmodi detestationem extenditur tristitia hęc, peccatum est mortale, & similiter si tristitia hæc ità afficit, vt ducat hominem ad imitandum malos, vt prosperetur, mortale est peccatum, supposita tamē debita reuerentia ad diuinæ prouidentiæ distributionem, tristari aliqualiter de temporalibus bonis indignorum, nullum apparet peccatum ex propria ratione, sed esset licitum, sicut tristari de monstris, ità Caieta. vers. nemesis, S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 3. in resp. ad tertium dicit, nemesicus tristatur de bono indignè agentium, iuxta Psal. 72. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Inuidus autem tristatur de bono eorum, qui sunt digni, conc. Armilla ver. nemesis nu. 1. sed quæro, vtrum omnis dolor, omnisque tristitia sit mala? Respon. quod non, quia tristitia de malo contrariatur delectationi de malo, sed delectatio de malo est mala. Vndè in detestat. quorundam dicitur Prouer. 2. lætantur cum male fecerint, ergo tristitia de malo est bona, ità San. Thom. 1. 2. q. 39. ar. 1. Vbi concluditur, quod quamuis tristitia omnis secundum se sit mala, non omnis tamen mala est ex suppositione accepta, sed bona, vt si quis de malo contristetur opere conc. Ray. 1. p. summæ tit. de dolore cap. 16. & seq. S. Th. 1. par. tit. 6. cap. 6. add. ne. §. 1. quod septem sunt genera tristitiæ. Prima passionis, & hæc est moderanda. Secunda attędiationis, & hæc resecanda. Tertia æmulationis, & hæc abdicanda. Quarta conturbationis, & hæc segreganda. Quinta miserationis, & hæc procuranda. Sexta compunctionis, & hæc peramanda. Septima deuotionis, & hæc amplexanda. Prima passionis, cū quis tribulationes huius mundi patitur. Secunda attædiationis, cum quis scilicet contristatur in operibus bonis, ad quæ tenetur ratione laboris existentis in eis, vt in orando, ieiunando, & huiusmodi. Tertia, cum quis tristatur de bono alterius, quod aliquando pertinet ad inuidiam, aliquando ad Nemesim, cum tristatur de bono proximi temporali, vel spirituali. Quarta, cum quis turbatur ex iniuria recepta, & tristatur circa ipsum. Quinto, cum quis videt proximum, miserias corporales, vel spirituales sustinere. Sexto, cum quis tristatur, & dolet de peccatis commissis. Septima est, cum quis tristatur ex dilatione patriæ supernæ, considerans felicitatem, & securitatem illius, & pericula vitæ præsentis, iuxta Psa. 41. ibi quare tristis es anima mea, & quare conturbas me, ita S. Anton. d. loco latissimè dicit.

De Odio. Quæst. IIII.

QVarto quæro, vtrum odium sit peccatū? Resp. Quod sic, iuxta illud 1. Ioa. 2. qui odit fratrem suum in tenebris est, sed tenebræ spirituales sunt peccata, ergo odium proximi non potest esse absque peccato, ita S. Tho. 2. 2. q. 34. art. 3. vbi dicit, quod odium amori opponitur. Vndè tantum habet odium de ratione mali, quantum amor de ratione boni, amor autem debetur proximo, secundum id quod à Deo habetur, scilicet secundum naturam, & gratiam, nō autem debetur ei amor secundum id, quod habet à se ipso, & diabolo scilicet secundum peccatum, & iustitiæ defectum, & ideo licet habere odio peccatum in fratre, & omne illud, quòd pertinet ad defectum diuinæ iustitiæ, sed ipsam naturam, & gratiam fratris, non potest aliquis habere odio sine peccato, hoc aut ipsum, quod in fratre odimus culpam, & defectum boni, pertinet ad fratris amorem, eiusdem enim rationis est, quod velimus bonum alicuius, & quod odiamus malum ipsius; vnde simpliciter accipiendo odium fratris semper est cum peccato, ampl. vt dicatur peccatum grauissimum, odium quod in proximum committitur, nam peccatum, quod committitur in proximum habet rationē mali ex duobus, vno quidem modo ex deordinatione eius, qui peccat, alio modo ex nocumento, quod infertur ei, contra quem peccatur. Primo ergo modo, odium est maius peccatum, quam exteriores actus, qui sunt in proximi nocumētum, quia scilicet per odium deordinatur voluntas hominis, quæ est potissimum in homine, & ex qua est radix peccati, sed quantum ad nocumentum, quod proximo infertur, peiora sunt exteriora peccata, quam interius odium, ità S. Th. 2. 2. q. 34. ar. 4. cōc. Armi. ver. odium nu. 2. Ray. 2. p. sum. ve. odium c. 1. Pis. d. loco in prin. Ta. ve. odium nu. 3. & seq. Ang. d. loco nu. 1. ver. per accidens, Syl. ver. odium dicēs,

quòd

quòd per ſe loquendo odium proximi eſt peccatum mortale;quia opponitur charitati, vel quia non facit ille, quod facere tenetur, vel facit, quod non facere tenetur, quorum oppoſita charitas facit; per accidens verò male efficitur propter actus imperfectionem, vt quia non eſt cum deliberatione voluntatis. Secundo propter exiguitatem obiecti, vt quia proximo optat malum, ſed exiguum, & non notabile, poteſt etiam odium eſſe abſque peccato, quando non fertur in naturam, vel gratiam fratris, immediatè, ſed in vitium, quia hoc pertinent ad fratris amorem, quem vult magno malo carere, ideſt peccato, ſimiliter quando fertur immediatè in naturam, ſed non vltimatè, vt quia vult quis alicui malum propter bonum, puta vt corrigatur, ità declarat Ang. & Sylu. dd. in locis. S. Anton. 2.p. titul.8. c.3.§.2. vel ei velit malum iuſtitia mediante, Caiet. verſic. odium, verſ. nec excuſatur, vbi dicit, eſt autem odio habenda inimicitia proximi, & non proximus, qui eſt inimicus; odij autem effectus, ſeu ſigna prohibita ſunt, ſubtrahere proximo debita beneficia, eo modo, quo ſunt illi debita; ſunt autem debita proximo à conciue, quæ debentur ciuitati in communi, à conſanguineo, quæ debentur conſanguinitati in communi, à Chriſtiano, quæ debentur ſanctæ eccleſiæ, & communioni in communi, vnde ſufficit in communibus orationibus, & communibus eccleſiæ, non excipiam Chriſtianum inimicum, in communibus ciuitatis, nõ excipiam ciuem inimicum, in communibus conſanguinitatis, non excipiam conſanguineum inimicum, ſic enim docuit Saluator noſter, docens in benefaciendo inimicis imitari Deum, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, hoc eſt communia beneficia humano generi (ſcilicet ſolem, & pluuiam) non ſubtrahit inimicis. Ex quo tolluntur ſcrupuli illorum, qui nolunt conuerſari, aut colloqui cum offenſoribus ſuis, quia non tenētur niſi in caſu debiti in communi. vel niſi caſus accidat, quo debeam alicui in particulari ex aliqua neceſsitate, Caiet. d. loco. Sed quæro, vtrum odium Dei ſit maximum peccatum? Reſp. Quod ſic, quia optimo opponitur peſsimum, vt Philoſ. 8. Ethic. cap. 10. ſed odium Dei opponitur dilectioni Dei, in qua cõſiſtit optimum hominis, ergo odium Dei eſt peſsimum peccatum hominis, S. Thom. 2. 2. q. 34. art. 2. vbi dicit, quod voluntaria auerſio à Deo per ſe, importatur in odium Dei, in alijs autem peccatis, quaſi participatiuè, & ſecũdum aliud, ſicut enim voluntas per ſe inhæret ei quod amat, ita ſecundum ſe refugit id, quod odit; vnde quando quis odit Deum, voluntas eius ſecundum ſe ab eo auertitur; ſed in alijs peccatis, puta cum aliquis fornicatur non auertitur à Deo ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud, inquantum ſcilicet appetit inordinatam delectationem, quæ habet annexam auerſionem à Deo, ſemper autem id, quod eſt per ſe, eſt potius eo, quod eſt ſecundum aliud, vnde odium Dei inter alia peccata eſt grauius. conc. Aug. verſi. odium nu. 1. Caiet. d. loco in princ. Arm. nu. 1. ibid. Tab. ver. odium nu. 2. Sylu. verſi. odium colu. 1. S. Anton. 2. p. tit. 8. cap. 3. §. 3. Rayn. 2. p. ſummæ verſi. odium capit. 1. & not. Quod Deus per eſſentiam ſuam à nullo poteſt odio haberi, quoad quoſdam tamen iuſtitiæ ſuę effectus, poteſt ab aliquibus odio haberi, S. Thom. 2. 2. q. 34. art. 1. vbi dicit, quod Deus odio habetur, in quantum eſt peccatorum prohibitor, & pęnarum inflictor, ratio ſupradictorum, qua odium peccatum dicitur, quia odium contrariatur amori, ſed obiectum amoris eſt bonum. Ergò obiectum odij, eſt malum, S. Tho. 2. 2. q. 29. art. 3. Caiet. ver. odium in princ. vnde deſcribitur odium eſſe, quo appetitur malum alicuius, in malum eius, S. Anton. 2. p. tit. d. cap. 3. §. 1. Vnde, qui appetit malum alteri, propter bonam cauſam, puta vt conuertatur, non erit odium, vt dictum eſt, conc. Tabiena ver. odium num. 2. Sylu. d. loco in princ. S. Ant. 1. p. tit. 6. cap. 3. in princ.

De Suſurratione. Queſt. V.

QVinto quæro, vtrum ſuſurratio ſit peccatum? Reſp. Quod ſic, eſt mortale, quia cõtra præceptum Dei Leuit. 19. ibi, non eris criminator, & ſuſurro in populis, S. Anton. 2. p. tit. 8. ca. 5. vbi §. 1. eodem tit. dicit, quod excludit amorem Dei & in dict. §. 4. dicit, quod ex eo infertur maximum damnum proximo, conc. Armilla verſic. ſuſurratio, nu. 1. Caietan. d. loco in princip. dicens ſuſurratio hoc eſt oblocutio ad amicitiam tollẽdam inter aliquos, peccatum eſt mortale ex ſuo genere, quia tendit ad nocumentum proximo, vt potè tollere maximum bonum, ſcilicet amicum, & eſt grauius, peccatum; quàm contumelia, & detractio, quanto amicitia eſt melior ſama, & honore, contingit tamen eſſe veniale propter imperfectionem actus, vel ex parte intentionis, vel quia in re minima, vel ex parte modi, quia iocosè dixerit, ita Cai. & Armilla d. ve. ſuſurratio conc. in hoc, & quod ſuſurratio ſit peccatum, Angel. d. ver. circa medium, Tabiena. num. 2. Syluestrina verſic. ſuſurratio, Rayner. dicto loco capit. 1. dicit ſuſurrationem eſſe peccatum mortale quinque rationibus. Primo, quia eſt contra præceptum Dei. Secundo, ratione nocumenti. Tertio, ratione maledicti, quod incurrit. Quarto, ratione ſupplicij, quod aſſumit. Quinto, ratione vitij, quod excepit Roſella ver. inuidia nu. 5. Naua. Manuale Confeſſorum capitu. 18. num. 13. Dicens ſuſurratio eſt ſignificatio inordinata mali culpæ alienæ pęnæ, vel defectus naturæ alteri facta, per quam ſeritur diſcordia, vel cauſa diſcordandi inter eos: aliter definitur per Sanct. Anton. 2. parte tit. 8. capitul. 5. in princ. ibi ſuſurratio eſt locutio mala occultè facta de aliquo, ad tollẽdam eius amicitiam cum alio; ſuſurrones enim ſunt, qui inter amicos diſcordiam ſeminant, Sylueſt. ver. ſuſurratio in princip. hoc idem ſentit Ang. dicto verſicul. Piſanella dicto verſic. ſuſurratio in prin. dicit, quod ſuſurrones dicuntur inter amicos diſcordiam ſeminantes, detractores, qui aliorum bona negant, vel minuunt, contumelioſi, qui intendunt honorem auferre conc. Roſella verſicu. inuidia nu. 5. & in hoc differt ſuſurratio à detractatione, quia detractione proximi honor, ſuſurratione verò amicitia læditur, & illius

inten-

intendit separatio; vndè licèt conueniant in materia, & forma, quia vterque malum occultè de proximo dicit, propter quam similitudinem interdum vnum pro alio ponitur, differũt autem in fine; ideo Paulus 1. ad Roma. ponit hæc vt diuersa, ibi susurrones, detractores dicit glo. interlin. susurrones inter amicos discordiam seminantes, detractores, qui aliorum bona negant, vel minuunt, ita Sanct. Tho. 2. 2. q. 74. artic. 1. conc. Dom. Sot. de iust. & iure lib. 5. quæst. 11. art. 1. sed quæro, quid sit maius peccatum susurratio; an detractio? Respon. Susurratio, iuxta illud Eccle. 5. ibi denotatio pessima super bilinguem, susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia, S. Thom. 2. 2. q. 74. ar. 2. dicens quod peccatum in proximum tantum est grauius, quanto per ipsum maius nocumentum proximo infertur, nocumentum autem tanto maius est, quanto maius est bonum, quod tollitur, inter cætera vero exteriora bona præemittet amicus, quia sine amicis nullus viuere potest, Aristo. 8. Ethic. capit. eccl. 6. amic. fideli nulla est comparatio; fama autem ipsa, quæ per detrectationẽ tollitur ad hoc maximè necessaria est, vt homo idoneus ad amicitiam habeatur, & ideò susurratio est maius peccatũ, quam detrectatio; & etiam quam cõtumelia, quia amicus est melior quam honor, & amari, quàm honorari; vnde ratione finis susurratio est grauius peccatum, & quia directè, & immediatè, ad inimicitiam inducẽdam dirigitur, detrectatio autem indirectè, ideò Prou. 6. dicit sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, & hoc septimum ponit eum qui seminat inter fratres discordias, Pis. ver. susurratio, §. 1. Syl. d. loco, Tab. d. loco num. 3. Ang. ver. susurratio, Rosella ver. inuidia number. 6. Caietan. versicul. susurratio ven. est, & grauius, S. Ant. 2. p. tit. 8. §. 4. c. 5. Ray. ver. susurratio c. 2. in princ. dicens, quod susurratio est grauius peccatum detrectatione, vel cõtumelia quinque rationibus, scilicet ratione finis, operis, ordinis, legis, & indignationis, ratione finis, quia intendit peiora facere, ratione operis, q̃a peiora facit, detrectator autem peiora dicit, ratione ordinis, quia directius, & immediatius dirigitur contra amicitiam, ratione diuinæ legis, contra quam magis dirigitur susurratio nempe contra præceptum dilectionis proximi, ratione diuinæ indignationis, susurratio enim est peccatum, quod Deus non solum odit, sed detestatur, vt dictum, est, ex quibus sequitur, quod ex susurratione tres oriantur effectus. Primò, excludit amorem Dei. Secundo tollit amicitiam proximi. Tertio, includit nequitiam mortalem, S. Anton. 2. p. tit. 8. §. 1. & susurro dicitur bilinguis; quia cum amicitia sit inter duos, nititur susurro ex vtraque parte amicitiam rumpere; & ideò duabus linguis vtitur ad duos, vni dicens malum de alio eccl. 28. susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes, S. Thom. 2. 2. quæst. 74. articul. 1. in responsion. ad tertium, S. Anton. d. loco, Tabiena versi. bilinguis num. 1. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 11. articul. 1.

De Detrectatione. Quæst. VI.

SExto quęro vtrũ detrectatio sit peccatum? Resp. Quod sic, & est peccatum mortale, Paul. 1. ad Roman. ibi detrectatores Deo odibiles, quod ideò additur, vt dicit glos. ne leue putetur propter hoc, quod consistit in verbis, ità Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 2. Dicẽs, quod detrectatio secundum suam rationem ordinatur ad denigrandum famam alicuius; nigrare autem alicui famam valdè graue est, quia inter res temporales videtur fama esse pretiosior, per cuius defectum impeditur homo à multis benè agendis, propter quod dicitur Ecclesiast. 41. Curã habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & preciosi, contingit tamen quandoque, quod aliquis dicit aliqua verba, per quæ diminuitur fama alicuius, non hoc intendens, sed aliquid aliud, hoc autem non est detrahere per se, & formaliter loquendo, sed solum materialiter, & quasi per accidens; & si quidem verba, per quæ fama alterius diminuitur proferat aliquis propter aliquod bonum, vel necessarium debitis circumstantijs obseruatis, non est peccatum, neque potest dici detrectatio, si autem proferat ex animi leuitate, vel propter aliquam causam non necessariam, non est peccatum mortale, nisi forte verbum, quod dicitur, sit adeò graue, quod notabiliter famam alicuius lędat, & præcipue in his, quæ pertinent ad honestatem vitæ, quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis, ità Sanctus Thomas dicto loco, qui in respond. ad tertium dicit, quod si quis dicit, aliquod leue malum de alio, non ex intentione nocendi, sed ex animi leuitate, vel ex lapsu linguę non est peccatum mortale, sed veniale, similiter reuelare peccatum occultum, propter eius emendationem denuntiando; vel propter bonum iustitiæ publicæ accusando; non est detrahere; neque peccatum, Sanctus Thom. dicto loco in responsion. ad primum conc. Domin. Sotus lib. 5. de iust. & iure quæst. 10. art. 1. Caietan. versi. detrectatio in princ. Armilla dicto loco num. 2. Rosella vers. detractio num. 2. & seq. Perald. 2. parte summæ virt. & vit. capitu. 6. Tabiena versicu. detractio num. 3. & Angel. dicto loco num. 2. Sanctus Antoninus 2. partę tit. 8. cap. 5. §. 2. Syluestrina versi. detractio num. 2. Nauarr. Manuale Confessorum capit. 18. num. 22. & sequen. Pisanella versicu. detractio, §. 5. Rayner. versicu. detractio, §. 3. Nauarr. capit. inter 11. quæst. 3. concl. 6. num. 419. Est autem detrectatio alienæ famæ per verba denigratio Ecclesiast. 10. ibi si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. Ergo occultè mordere famam alicuius est detrahere, ità S. Thom. 2. 2. q. 73. art. 1. dicens, quod sicut facto aliquis nocet alteri dupliciter, manifestè quidem, sicut in rapina, vel quacunque violentia illata, occultè autem sicut in furto, & dolosa percussione, ita etiam verbo aliquis dupliciter lædit aliquem, vno modo in manifesto, & hoc fit per contumaliam, alio modo occultè, & hoc fit per detrectationẽ, S. Thõ. 2. 2. d. loco conc. Caiet. ver. detractio in princ. Armilla d. loco nu. 1. Dom.

Sot. d.loco art.1.S.Anto. 2.p.tit.8.cap.4.in princ. Tab. Ang. & Sylu. ver.detractio nu.2.Piſan. d.loco, Nauarr.in Man.confeſſ.cap.18.nu.17.Dicit detractio eſt ſignificatio alicuius mali cuiuſpiam hominis non Canonizati inordinata directa, vel indirecta, qua læditur, vel periclitatur eius fama, Ray. verò cap.1.de detractione dicit, detractio eſt ſeminatio mali occultè in iniuriam proximi: vnde detrectatores ſunt, qui vitam, & bonos mores aliorũ corrumpere, vel minuere nituntur, Roſ.verſ.detractio in princ. & differt à cõtumelia dupliciter, vno modo, quãtum ad modum proponendi verba, quia ſcilicet, contumelioſus manifeſtè contra aliquem loquitur, detrectator autẽ occultè, alio modo quantum ad finem inuentum, ſiue quantum ad nocumentum illatum, quia ſcilicet contumelioſus derogat honori, & detrectator famæ S. Tho.2.2.q.73. art.1.conc. Roſella ver.detractio num.1.Armill.d. loco S. Anton. 2.p.tit. 8.ca.8. in prin. Tabien.ver. detractio num.1.Ang.d.loco nu.1.& Piſanella.§.1. quæ fit multis modis, videlicet primo quando aliquis dicit aliquem commiſiſſe crimen, quod ſcit verum non eſſe. Secundo modo, quando peccatum auget verbis ſuis, & ſecundum quod auget, vel intentionem habet, eſt mortale, vel veniale. Tertio modo, quando occultum reuelat dicendo, quod verum eſt, ſed occultum alijs tunc eſt veniale, vel mortale, ſecundum quod grauis infamia infertur, niſi fecerit ex charitate, nempe dicendo illis, qui talem corrigere poſsint, vel iuſtitiæ eum accuſando, vt mala punirentur, vel malis obuietur, tunc non malum, ſed meritorium, ſaluo tamen præcepto fraternæ correptionis. Quarto, quando id, quod bonum eſt, dicit, ſed mala intentione, vt cum quis dicat, quod faciat, ex inani gloria, vel hypocriſi, quo caſu, ſi intendit malam opinionem in mentibus ingerere, grauiter peccat, non tamen tenetur reſtituere illi famam, quia non abſtulit, nam audientes hoc ſciunt, vel ſcire debent intentionem alicuius, quo fine agat. Quinto modo, indirectè detrahit, qui cum ſcilicet negat bona opera alterius, vt cum narratur aliquis, quod ſit rectus homo ad adminiſtrandam iuſtitiam ſubditis detrahere illis volens, dicit non eſſe verum. Sexto etiam indirectè, cum bona alicuius indirectè recitet, vt cum quærit de conuerſatione illius, vt exhibeatur ei aliquod officium, ſciens aliquis multa bona de illo, ex quibus iudicaretur aptus ad illud, tacet illa opera bona, ne conſequatur talem vtilitatem, talis, & ſi grauiter peccet indirectè nocens proximo, non tamen tenetur ad aliquam reſtitutionem. Septimo committitur detrectatio, per cantilenas, ſeu libellos famoſos c. 1. 5. quæſt.1. Sanctus Antoninus 2.parte tit.8.capitu.4. §.1.conc.Angel.verſic. detractio nume.2.Tabiena eodem loco nume. 2. Syluestrina verſicul. detractio nume. 1.& ſic ſecundum iſtos fit dupliciter directè, & indirectè, directè quadrupliciter. Primò, quando falſum alteri imponitur. Secundo, quando peccatum ſuis verbis adauget. Tertio, quando peccatum occultum reuelat. Quarto, quando id quod eſt bonum, dicit mala intentione factum, indirectè verò dupliciter negando bonum alterius, vel malitioſè reticendo, uel minuendo, Piſanella uerſicul. detractio, §.2.Rayner. 1.parte ſummæ uerſicul. detractio capitul. 2.Sanct.Thom.2.2.quæſt.73.art.4. in reſponſ.ad tertium, Alexan.de Aleſ.2.2.titul.de detractione quæſt. 36. articul.48. Domin.Sot.libr. 5. de iuſt. & iure q. 10.articul. primò, Angel.uerſi. detractio nume. 1. Nauarr. in Manuali Confeſſorum capit. 18.in 8. præcepto decalogi nu. 22.& ſequent. Sed utrum audiens, qui tolerat detrectantem peccet? Reſpond.quod ſic, undè Hyeronim.in Epiſtol.ad Nepotianum uolum.1. in fine dicit. Caue ne linguam, aut aures habeas prurientes, aut alijs detrahas, aut alios audias detrahentes S. Th.2.2.q. 73.art. 4. dicens cum Apo. ad Rom. 1. Digni ſunt morte, qui non ſolum peccata faciunt, ſed etiam, qui facientibus peccata conſentiunt, quod quidem contingit dupliciter, uno modo directè, quando ſcilicet quis inducit alium ad peccatum, uel ei placet peccatum, alio modo indirectè, ſcilicet quando non reſiſtit quando reſiſtere poteſt, & hoc contingit quandoque, non quia placet peccatum, ſed propter aliquem humanum timorem. Dicendum eſt ergo, quod ſi aliquis detractiones audiat abſque reſiſtentia, uidetur detractori conſentire, undè fit particeps peccati eius, & ſi quidem inducat ipſum ad detrahendum, uel ſaltem placet ei detractio propter odium eius, cui detrahitur, non minus peccat, quam detrahens, & quandoque magis; undè Bernard. lib.2. de conſideratione dicit, detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius ſit non facile dixerim, ſi uerò non placet ei peccatum, ſed ex timore, uel negligentia, uel etiam uerecundia quadam omittat repellere detrahentem, peccat quidem, ſed multo minus, quam detrahens, & plerumque ueníaliter, quandoque etiam hoc eſſe poteſt peccatum mortale, uel propter hoc, quod alicui ex officio incumbit detrahentem corrigere, uel propter aliquod periculum, quod audiẽs nouit conſequens, uel propter radicem, qua timor humanus, quandoque poteſt eſſe peccatum mortale, ut idem S. Thom.2. 2.q.19.art.3.conc. Caiet. uerſic. detractio ſimile eſt. Armilla uerſic.detractio.nu.4. dicit, quod audiens detractionem ex complacentia infamiæ, mortaliter peccat. Secundo etiam quod non malo animo audiat, tamen non corrigit detrahentem, neque obuiat detractioni, cum poſsit, & ex officio ſuo debeat. Tertio, quando poteſt, & tenetur obuiare, tamen non obuiat detrahentem ex timore humano. Quarto, ſi aduertit ex tali detractione malum magnum venturum, & non obuiat arguendo, in alijs autem caſibus communiter peccatum eſt ueniale, conc. Peral. 2. p. ſummæ uirt.tit. de peccato linguæ c. 6. Tab. d.loco nu.4. ver.detractio Ang. d. loco num. 5.Syl.uer.detractio num. 3. Piſan. d. loco §.5. c.ex emerito 6. q. 1.cap.non ſolum 11.q. 3.Rayn.1.part.ſummę titu.de detractione capitu. 5. Quid autem dicendum de eo, qui audit detrahentem ſibi? Reſp. Quod ſi tolerat non peccat, quia ut inquit Hier.in Hom. 9. Ezech. ibi linguas detrahentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare, ne ipſi pereant, ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt

nobis

nobis meritum crescat; vnde S. Tho. 2.2.q.73.art. 4.in Resp. ad primum dicit,quod potest commendari eius patiẽtia: quod patienter detractiones substinet, non autem est sui arbitrij, quod patiatur detrimentum famæ alterius, quemadmodum est sui arbitrij, detrimentum pati suæ famæ, nisi hæc vergat in periculum aliorum, S.Thom.2.2.q.72.art.3. Rayn. 1.par. summæ versi. detractio cap. 6. Item quæro, vtrum mortaliter peccet ille, qui de se ipso dicit mala,quę non fecit? Resp.Quod sic,si non fecit hoc ratione torturæ, & tenetur retractare; esset tamen mortale, si extra tormenta ratificaret, nisi timeret renouari tormenta, Sylu. versi.detractio nu. 4.conc.cap.non sunt 11.q.3.c.1.15.q.5.cap.non licet 23.q.5.Tab.ver.detractio num.6.Ang.d.loco, numer.6. Quod arbitror verum, quamuis Caiet. summa verlic.detractio versi. detrahere sibi in contrarium dicat, quem sequitur Arm. ibid.num.5.ratio est, quod infamia derogat bono externo, tormentum autem corpori, vt modo dicetur. Vlterius nota, quod licet detractio sit graue peccatum, non tamen est grauius omnibus peccatis, quæ in proximum committuntur, quia grauius est peccare facto, quam verbo, sed detractio est peccatum verbi, adulterium autem, & homicidium, & furtum sunt peccata in factis, ergo detractio non est grauior cæteris peccatis, quæ sunt in proximum,ita S. Tho. 2.2.q.73. art.3.vbi dicit, quod peccata, quæ committuntur in proximum sunt,pensanda per se quidem secundum nocumenta, quæ proximo inferuntur,quia ex hoc habent rationem culpæ. Tanto autem est maius nocumentum,quanto maius bonum demitur: cum autem sit triplex bonum hominis, scilicet bonum animæ, bonum corporis,& bonum exteriorum rerum, bonum animæ, quod est maximum,non potest alicui ab alio tolli, nisi occasionaliter, puta per malampersuasionem, quæ necessitatem non infert,sed alia duo bona,scilicet corporis, & exteriorum rerum, possunt ab aliu violenter auferri: sed quia bonum corporis præeminet bono exteriorũ rerum,grauiora sunt peccata, quibus infertur nocumentum corporis, quam ea, quibus infertur nocumentum exterioribus, vnde inter cætera peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauius est, per quod tollitur vita proximi, iam actu existens, consequenter autem adulterium, quod est contra debitum ordinem generationis humanę,per quam est introitus ad vitam,consequenter autem sunt exteriora bona, inter quæ fama præeminet diuitijs, eo quod propinquior est spiritualibus bonis, vnde dicit Prouerb. 22.melius est nomen bonum,quàm diuitiæ multæ, & ideo detractio secundum suum genus est maius peccatum, quàm furtum; minus tamen homicidio, & adulterio, potest tamen esse alius ordo propter circumstantias aggrauantes,vel diminuentes,per accidens autem grauitas peccati attenditur ex parte peccantis, quia grauius peccat, si ea deliberatione peccet, quam si peccet ex infirmitate, vel in cautela, & secundum hoc peccata locutionis habent aliquam leuitatem, inquantum de facili ex lapsu linguæ proueniunt absque magna præmeditatione,ita S.Tho. dicto loco conc. Dom. Sot.lib.5. cap.10.articul.3. de iusti. & iure Rayn. 1. parte summæ vers. detractio cap. 4. non obstat, quod dicit glos. super Psal. 108. ibi pro eo, vt me diligerent detrahebant mihi; dicens plus nocent in membris detrahentes Christo, quia animas creditorum interficiunt,quàm qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt; Nam resp. quod ibi derogabatur diuinitati eius,cui fides innititur; vnde non est simplex detractio, sed blasphemia. Item non obstat, quod per detractionem causetur inimicitia, ex qua oritur homicidium. Nam respon. quod occasionaliter oritur ex ea, inquantum, scilicet per sua verba dat alteri occasionem, vt proximum odiat, vel contemnat, non tamen sufficienter causat inimicitiam in alio, ita S. Thom.d.loco, vlterius quæro,quod sit maius peccatum,contumelia, an detractio? Resp. contumelia, quia habet maiorem contemptum proximi, sicut rapina est magis peccatum,quàm furtum,S.Thom. 2.2.q.66.ar.9.Non obst.quod detractio oriatur ex inuidia, contumelia autem ex ira. Nam respond. quod ex maiori vitio potest oriri minus peccatum, & econtra, sicut ex ira nascitur homicidiũ & blasphemia. Origo enim peccatorum attenditur secundum inclinationem ad finem,quod est ex parte conuersionis, grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis, ita S.Thom.2.2.q.73.art. 3. in resp. ad secundum, & tertium, ex quibus sequitur, quod tenetur aliquis ad restitutionem famæ, sicut ad restitutionem cuiuslibet rei subtractæ,S.Thom. d.loco artic.2.in fine, & 2. 2.q. 62. artic. 2. Angel. ver. detractio numer. 3.qui dicit esse de mente omnium Doct. in 4.sent. distin.16.Sylu.ver.detractio num.5.Caietan.ver.restitutio,ver.quamuis, Armilla d. loco num.80. Nauarr.in Man.confess.cap. 18. num. 42. S. Anton.2.par.c.2.§.3.Maior.4.sentent. distinct. 15. Tabien. ver.restitutio num.9. Limitatur si quis dixerit, vel fecerit aliquid de sui natura infamatorium, vnde secuta fuerit infamia apud illum, apud quem non erat sinistra opinio, & si quis dixit verum, nõ tenetur restituere dicendo se mentitum, sed excusando eo modo quo potest,puta dicendo se male fecisse, & alia huiusmodi, si verò dixit falsum, tenetur dicere se esse mentitum, fallit, quod dictum est in septem modis. Primo, quando sequeretur infamatio maior, puta, quia forte non recordaretur amplius, qui ab eo audiuerunt,& vulnera renouari contingeret. Secundo, quando fieri non potest restitutio sine periculo probabili alicuius peccati mortalis, vel corporalis, & huiusmodi, quia tale malum præponendum est famæ; tenetur tamen diffamator ad aliquod æquiualens quando fama restitui non potest. Quarto, quando talia sua natura non erant infamatoria, puta quia interpretari poterant in peccatum veniale. Quintu, quando dicit audiuisse, nihil addendo, ex quo faceret credulitatem, quod si causaret infamiam, & dictum esset mala intentione teneretur restituere. Sexto, quando is, cui dixerat,sciuit postea per aliam viam publicato eo quod non erat secretum. Septimo, quando ille erat diffamatus de eodem, saltem apud illum cui dixit, hæc Sylu. vers. detractio numer. 5.

Octauo,

Octauo, quando dixit illi, qui poterat prodeſſe per correctionem. Nono, quando dixit iuſtitia mediante accuſando eum iudici, Tab. verſ. reſtitutio nu. 9. S. Tho. 2.2. q. 73. art. 2. in reſp. ad primum, & q. 68. art. 1. Ang. ver. detractio num. 3. ver. 3. Armilla ver. reſtitutio nu. 40. Decimo, quando condonatio eſſet facta petenti infamiæ, Nauarr. d. loco num. 46. quo caſu excuſat à reſtitutione famæ, non obſtat, quod in reſtitutione reſtituens remaneat infamatus, dicendo ſe mendacium dixiſſe, quia magis tenetur ſeruare famam proximo iuſtè, quam iniuſtè ſibi, vnde ſi in publico dixit, retractet in publico, ſi in occulto, in occulto, Ang. d. verſ. detractio nu. 3. Piſan. §. 4. dicit, quod aliquis tripliciter alicui famam auferre poteſt. Primo modo verum dicendo, & iuſtè, & tunc non tenetur reſtituere. Secundo modo falſum dicendo, & iniuſtè, & tunc tenetur, reſtituere. Tertio modo verum dicendo, ſed iniuſtè, puta quando aliquis prodit crimen alterius alicui, quod non erat notum, & tunc tenetur reſtituere, in quantum poteſt abſque mendacio, vtpotè, quod dicat ſe malè dixiſſe, & ſimilia, S. Tho. 2.2. q. 62. art. 2. & in 4. ſent. diſtinct. 15. q. 2. art. 5. Naua. Man. confeſſorum c. 18. nu. 45. Qui nu. 46. ver. ad primum dicit, quod illi, qui ſe mutuo infamarunt per compenſationem à reſtituendo non excuſantur, quia damnum illatum per reciprocá infamiam non tollitur, ſicuti debitum vnius cũ alio compenſatur, libellus quoque famoſus (quo quis proximum infamat exponendo iniurioſam alicui ſchedulam, vt inueniatur, legatur, &c.) ad detractionis crimen ſpectat, ſi auctoris nomen occultetur, ſi vero ſeipſum nominat, ad contumeliæ nequitiam pertinet, propterea ſemper eſt ſcelus magnum Caiet. ver. libellus famoſus.

De Deriſione. Quæſt. VII.

SEptimo quæro, vtrũ deriſio ſit peccatum? Reſp. Quod ſic Prouerb. 3. ipſe deridet illuſores, ſed deridere eſt æternaliter punire, ꝓ peccato mortali, vt patet, id quod dicitur in Pſalm. 2. qui habitat in cœlis irridebit eos, ergo deriſio eſt peccatum mortale, ità S. Thom. 2.2. q. 75. art. 2. vbi dicit, quod deriſio non fit, niſi de aliquo malo, vel defectu, malum autem ſi ſit magnum, non pro ludo, ſed serioſè accipitur. Poteſt autem aliquod malum accipi, vt paruum dupliciter, vno modo ſecundum ſe, alio modo ratione perſonæ. Cum autem aliquis alterius perſonæ malum, vel defectum in ludum, vel riſum ponit, quia ſecundum ſe paruum malum eſt, veniale, & leue peccatum ſecũdum ſuum genus. Cum autẽ accipitur quaſi paruum ratione perſonæ, ſicut defectus puerorum, & ſtultorum, parum ponderare ſolemus, ſic aliquem illudere, & irridere eſt eum omnino paruipendere, & eum tam vilem æſtimare; vt de eius malo non ſit curandum; ſed ſit quaſi pro ludo habendum, & ſic deriſio eſt peccatum mortale, & grauius quam contumelia, quæ ſimiliter eſt in manifeſto, quia contumelioſus videtur accipere malum alterius ſerioſè, illuſor in ludũ, & ita videtur eſſe maior contemptus, & dehonoratio, & ſecundum hoc illuſio eſt graue peccatum, & tanto grauius, quanto maior reuerentia debetur perſonæ, quæ illuditur, vnde grauiſſimum eſt irridere Deum, & ea quæ Dei ſunt. Deinde ſecundo loco tenet irriſio parentum, vnde Prouerb. 30. Oculum qui ſubſannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum Corui de torrentibus, & comedant eum filij Aquilæ, deinde iuſtorum deriſio grauis eſt, quia honor eſt virtutis præmium, quæ quidem deriſio valde nociua eſt, quia per hoc homines à bene agendo impediuntur, ita Sanct. Tho. dicto loco, & eſt peccatum ſpeciale diſtinctum ab alijs peccatis, quibus per verba nocumentum proximo infertur, quia deriſio fit ludo, vnde, & illuſio nominatur, nullum autem aliorum ludo agitur, ſed ſerio. Ergo deriſio ab alijs prædictis differt, ita Sanct. Thom. dicto loco art. 1. vbi dicit, quod peccata verborum præcipuè penſanda ſunt ſecundum intentionem proferentis, & ideo ſecundum diuerſa, quæ quis intendit contra alium loquens huiuſmodi peccata diſtinguuntur, ſicut autem aliquis conuitiando intendit conuitiati honorem deprimere, & detrahendo diminuere famam, & ſuſurrando tollere amicitiam, ita etiam irridendo aliquis intendit, quod ille; qui irridetur erubeſcat, & quia hic finis eſt diſtinctus ab alijs, ideo etiam peccatum deriſionis diſtinguitur à præmiſsis peccatis, & differt deriſio, ſeu irriſio à ſubſannatione, & illuſione, nam irriſio fit verbis, vel cachinnis, ſubſannatio autem naſo rugato, Sanct. Thom. dicto loco in reſpon. ad primum; illuſio vero fit factis, Caietan. verſic. deriſio in principio, dicens in fine, quod ſi irriſio eſt in Deum, & in Sanctos non eſt ſimpliciter deriſio, ſed blaſphemia Sylueſtrin. nu. 2. conclud. Armilla eodem loco nume. 1. Nauarr. Manual. confeſſorum c. 18. num. 15. conc. cum ſupradictis Tabien. verſ. deriſio num 1. Angel. dicto loco num. 1. Dicens irriſionem Dei eſſe grauiſſimum peccatum. Secũdo loco tenet deriſio ſanctorum, & ſacramentum. Tertio prælatorum. Quarto parentum. Quinto iuſtorum allegat Alex. de Aleſ. 2.2. de deriſione q. 37. artic. 5. Syl. ver. deriſio nu. 2. Piſanella ver. deriſio. §. vtrum, Sanct. Anton. 2. parte titu. 6. cap. 2. §. Tertio, Rayner. 1. parte ſummæ titu. de deriſione, cap. 1. & ſeq. Domin. Soto de iuſtitia & iure quæſtio. 13. articul. 2. ſubſannatio autem eodem modo dicitur peccatum mortale, quo deriſio, ita Ang. ver. ſubſannatio.

De exultatione in aduerſis proximi. Quæſt. VIII.

OCtauo quæro, vtrũ exultatio in aduerſis proximi ſit peccatum? Reſp. Quod quatenus propinquitatem habet ad crudelitatem, atque ſæuitiam, quæ virtuti clementiæ opponitur dicetur eſſe peccatum, ita S. Anton. p. 2. tit. 8. cap. 6. §. 3. vnde Gregorius dicit, quod non debet à nobis flagellatis addi afflictio, c. cum percuſsio 7. q. 1. quod autem crudelitas clementiæ aduerſetur, patet, quia clementia importat quandam animi lenitatem, ſiue dulcedinem, per quam aliquis eſt diminutiuus penarum,

crudelitas

crudelitas autem nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis pœnis, S. Thom. secunda 2. q. 159. arti. 1. q. 157. art. 4. in respons. ad tertium, & est peccatum mortale, quando quis notabiliter excedit modum puniendi, quia est contra bonum proximi, & contra ordinem iustitiæ, quæ modum in delictorum punitione statuit, Armilla vers. crudelitas, vbi etiam Tabiena. Quatenus autem ad hoc pertinet credo exultationem in aduersis peccatum esse mortale, quatenus contrariatur charitati proximi, quæ charitas suadet flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus, vt dicam in sequenti q. Paul. ad Ro. 12. S. Anton. d. loco c. 2. in fine.

De afflictione in prosperis. Quæst. IX.

NOno quæro, vtrum afflictio in prosperis sit peccatum? Resp. Quod sic, oritur enim ex inuidia, quod peccatum capitale est, vt dictum est, & in hoc differt à matre sua; quia cum inuidia doleat, & tristetur de bonis proximi, appetit, & quærit diminutionem eorum, sed cum hoc non eueniat, sed potius contrarium, idest prosperitas, vnde magis tristatur, & ex hoc ponitur filia inuidiæ; S. Anton. 2. parte tit. 8. c. 2. in prin. quæ afflictio est causa augendæ cupiditatis, similiter est defectus omnis bonæ conditionis, & virtutis, vnde est malis plena, nam est absq; puritate, caret veritate, nō habet terminum, opponitur charitati, abundat caligine, pallor sedet in ore, scilicet inuidi, quia semper detrahit bonis operibus, diminuendo, vel negando, vel deprauando, est mater Auaritiæ, cum, ipsa nolit alteri communicare bonum, est infamatrix corrodēdo vitam alienam semper cogitat malum, & iudicat praua de illo, cui inuidet, semper murmurat malum, nunquam ridet, nisi de malo alieno, sed vt dicit Roman. duodecimo gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, scilicet facit charitas, hæc Sanctus Antoninus 2. p. titu. 8. c. 2. per totum latè.

De Operibus Misericordiæ. Quæst. X.

DEcimo, quæro, quia opus Misericordiæ est actus charitatis, qui opponitur inuidiæ, an cadat sub præcepto? Resp. Quod sic; nullus enim punitur pęna æterna pro omissione alicuius, quod non cadit sub præcepto; sed aliqui puniuntur pœna ęterna pro omissione eleemosynarum, vt patet Matth. cap. 25. Ergo dare eleemosynam, quod est opus misericordiæ cadit sub præcepto, ità S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 5. quod intelligitur, vt quis teneatur dare de eo, quod superest Luc. capit. 11 ibi quod superest date eleemosynam, & dicitur superfluum non solum respectu sui ipsius, quod est supra id quod est necessarium indiuiduō, sed etiam respectu aliorum, quorū cura sibi incumbit, quia prius oportet, quod vnusquisque sibi prouideat, & his quorū cura ei incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniat, respectu quorum dicitur necessarium personę, secundum quod persona dignitatem importat, sicut & natura primò accipit cibum ad sobstentationem proprij corporis, quod est necessarium ministerio virtutis nutritiuæ. Superfluum autem erogat ad generationem alterius, per virtutem generatiuam; similiter in tel ligitur hoc præceptum ex parte recipientis, quod necessitatem habeat, alioquin non esset ratio, quare eleemosyna ei daretur, sed cum nō possit ab aliquo vno omnibus necessitatem habentibus subueniri, non omnis necessitas obligat ad præceptum, sed illa sola, sine quia is, qui necessitatem patitur sustentari non potest, vnde in c. pasce, 86. dist. dicitur pasce fame morientem, si non paueris occidisti, alias autem dare eleemosynam est de consilio, ita S. Thom. d. artic. 5. conc. Caietan. ver. eleemosyna. Declaratur primo, vt eleemosyna fieri non possit de rebus sibi ad vitam simpliciter necessarijs, nam licet dicatur Matth. c. 19. si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus dicendum est, quod necessarium dupliciter dicitur, vno modo sine quo aliquid esse non potest, & de tali necessario omnino eleemosyna dari non debet, puta si aliquis in articulo necessitatis constitutus haberet solum, vnde posset sustentari, & filij sui, vel alij ad eum pertinentes. De hoc enim necessario eleemosynam dare, est sibi, & suis vitam subtrahere, & hoc nisi forte talis casus immineret, vbi subtrahendo sibi, daret alicui magnæ personæ, per quam Ecclesia, vel resp. sustentaretur, quia pro talis personæ liberatione, seipsum & suos laudabiliter exponeret periculo mortis, cum bonum commune sit proprio preferendum, Alio modo dicitur aliquid necessarium, sine quo non potest conuenienter vita transigi, secundum conditionem, & statum propriæ personæ, & aliarum personarum, quarum cura ei incumbit. Huiusmodi necessitatij terminus non est in indiuisibili constitutus, sed multis additis, nō potest dijudicari esse vltra tale necessarium, & multis subtractis, ad hoc remanet, vnde possit conuenienter aliquis vitam transigere, secūdum proprium statum. De huiusmodi ergo dare eleemosynam est bonum, & non cadit sub præcepto, sed sub consilio. Inordinatum esset autem si aliquis tantum sibi de bonis proprijs subtraheret, vt alijs largiretur, quod de residuo non posset vitam transigere conuenienter, secūdum proprium statum, & negotia occurrentia. Nullus enim inconuenienter viuere debet, sed ad hoc sunt tria excipienda, quorum primum est, quando aliquis statum mutat, puta per religionis ingressum. Tunc enim omnia sua propter Christum largiens, opus perfectionis facit, se in alio statu ponendo, & ita intelligitur, d. c. 19. Matth. Secundo, quando ea, quæ sibi substrahit, & si sint necessaria ad conuenientiam vitæ, tamen de facili resarciri possunt, vt non sequatur maximum inconueniens. Tertio, quando occurreret extrema necessitas alicuius priuatę personæ, vel etiam aliqua magna necessitas Reipubl. in his enim casibus laudabiliter, prætermitteret aliquis id, quod ad decentiam sui status pertinere videretur, si maiori necessitati subueniret. Secūdo declaratur, vt eleemosyna fieri non possit de iniustè acquisitis Aug. lib. de ver-

de verbis Domini serm. 35. cap. 10. dicit de iustis laboribus facite eleemosynas, non enim corrupturi estis iudicem Christum, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis. Nolite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris. Fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus, S.Th.2.2. q.32. art. 7. dicēs, quod tripliciter potest aliquid esse illicitè acquisitum, vno enim modo id, quod illicitè ab aliquo acquiritur debetur ei, à quo est acquisitum, nec potest ab eo retineri, qui acquisiuit, sicut contingit in rapina, & furto, & vsuris, & de talibus cū teneatur homo ad restitutionem (vt dicam in titulo de Auaritia suo loco) eleemosyna fieri non potest. Alio verò modo est aliquid illicitè acquisitum quia quidē ille, qui acquisiuit, retinere nō potest; nec tamen debetur ei, à quo acquisiuit, quia scilicet cōtra iustitiam accepit, & alter contra iustitiam dedit, sicut contingit in simonia, in qua dans, & accipiens contra iustitiam legis diuinę agit, vnde non debet fieri restitutio ei, qui dedit, sed debet ei in eleemosynas erogari, & eadem ratio est in similibus, in quibus scilicet, & datio, & acceptio est contra legem. Tertio modo est aliquid illicitè acquisitum, non quidem, quia ipsa acquisitio sit iniusta, sed quia id, quod acquiritur est iniustum, sicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc propriè vocatur turpe lucrum, quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei, sed in eo, quod accipit non iniustè agit, nec contra legem, vnde quod sic illicitè acquisitum est, retineri potest, & de eo eleemosyna fieri; non tamen fit de eo sacrificium, vel oblatio ad altare, tum propter scandalum, tum propter sacrorum reuerentiam, S.Th.d.loco art.7. in resp. ad secundum. Tertio declaratur, vt eleemosyna fieri debeat de suo, non autem de alieno Aug. de verbis Domini, qui ser.35. vnde ille qui est in potestate alterius non potest eleemosynas facere, quia ordo naturalis est, vt inferiora secundum superiora regulentur. Et ideò oportet, quod ea, in quibus inferior superiori subijcitur, dispenset non aliter quā sit ei à superiore commissum. Sic ergo ille, qui est sub potestate constitutus de re, secundum, quam superiori subijcitur, eleemosynam facere non debet, nisi quatenus ei à superiore fuerit commissum. Siquis vero habet aliquid secundum, quod potestati superioris non subsit, iam secundum hoc non est potestati subiectus, quantum ad hoc proprij iuris existens, & de hoc potest eleemosynam facere, S.Thom. 2.2. q.32. art. 8. Quinto declaratur, vt eleemosyna fieri debeat magis propinquioribus, Paul. 1. ad Timoth. 5. siquis suorum maximè domesticorum curam non habeat, fidem negauit, & est infideli deterior. Sanct. Thom. 2.2. q.32. artic.9. dicens, quod illi qui sunt nobis magis coniuncti, quasi quadam sorte nobis obueniunt, vt eis magis prouidere debeamus. Est tamen circa hoc discretionis ratio adhibenda, secundum differentiam coniunctionis, & sanctitatis, & vtilitatis, nam multo sanctiori, magis indigentiam patienti, & magis vtili ad commune bonum, est magis eleemosyna danda, quam personæ propinquiori, maximè si nō sit multum coniuncta, cuius cura specialis nobis immineat, & si magnam necessitatem non patiatur, non obst. quod sit peccator aliquando persona coniuncta, quia in quantum est peccator, nō est subueniendum, idest, vt per hoc in peccato foueatur, sed inquantum homo est, vt natura substentetur, Sanct. Thom. d. loco in resp. ad primum. Quinto, declaratur, vt abundanter fieri debeat eleemosyna, Tobiæ 4. si multum tibi fuerit, abūdanter tribue, San. Thom. secunda 2.2. q.32. art. 10. dicens, quod abundantia eleemosynæ potest considerari, & ex parte dantis, & ex parte recipientis. Ex parte quidem dantis, cum scilicet aliquis dat, quod est multum secundum proportionem propriæ facultatis, & sic laudabile est abundanter dare, vndè & Dominus Luc. c. 21. laudauit viduam, quæ ex eo, quod deerat illi, omnem victum, quem habuit misit. Obseruatis tamen his, quæ supradicta sunt, de eleemosyna facienda de necessarijs. Ex parte verò eius, cui datur, est abūdās eleemosyna dupliciter, vno modo, quod suppleat sufficienter eius indigentiam, & sic laudabile est abundanter eleemosynam tribuere. Alio modo, vt superabundet ad superfluitatem. Et hoc non est laudabile, sed melius est pluribus indigentibus elargiri, circa quod tamen est discretio adhibenda, propter diuersas cōditiones hominum, quorum quidā delicatius nutriti, indigent magis delicatis cibis, aut vestibus S. Th. d. loco in resp. ad tertium.

Eleemosyna quid sit, & quot eius genera. Quæst. XI.

VNdecimo quæro, quid sit eleemosyna? Resp. Quod eleemosyna est opus, quod datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum S. Thu. 2.2. q.32. art. 1. Item quæro quot sint genera eleemosynarum, ad quæ homo tenetur sub præcepto? resp. Quatuordecim, videlicet, septem corporales, & septem spirituales, quæ continentur his versibus.

Visito, Poto, Cibo, Redimo, Tego, Colligo, Condo.
Consule, Castiga, Solare, Remitte, Fer, Ora.

Quę declarantur hoc pacto. 1. quoad corporalia, nempe pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, recolligere hospitem, visitare infirmū, redimere captiuum, & sepelire mortuum; spiritua les autem ita ponuntur, docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos, & graues, & pro omnibus orare, & conuenienter distinguuntur, secundum diuersus defectus proximorum, quorum quidam sunt ex parte animæ, ad quos ordinātur spirituales eleemosynæ. Quidam verò ex parte corporis, ad quos ordinantur eleemosynæ corporales, defectus enim corporis, aut est in vita, aut est post vitam. Si quidem est in vita, aut est communes defectus respectu eorum, qui bus omnes indigent, aut est specialis propter aliquod accidens superueniens. si primo modo, aut defectus est interior, aut exterior, interior quidem est duplex, vnus quidem cui subuenitur per alimentum

mentum siccum, scilicet fames, & secundum hoc ponitur pascere esurientem. Alius autem est, cui subuenitur per alimentum humidum, scilicet sitis, & secundum hoc dicitur potare sitiētem. Defectus autem communis respectu exterioris auxilij est duplex, unus respectu tegumenti, & quantum ad hoc ponitur vestire nudum. Alius autem respectu habitaculi, & quantum ad hoc ponitur suscipere hospitem; similiter autē si sit defectus aliquis specialis, aut est ex causa intrinseca, sicuti infirmitas, & quātum ad hoc ponitur visitare infirmum; aut causa extrinseca, & quantum ad hoc ponitur redemptio captiuorum. Post vitam autem adhibetur mortuis sepultura, & ad has omnes aliæ necessitates corporis reducuntur, S. Tho. d. loco ad secundum.

Similiter autem spiritualibus defectibus, spiritualibus actibus subuenitur dupliciter. Vno modo poscendo auxilium à Deo; & quantum ad hoc ponitur oratio, qua quis pro alijs orat. Alio modo impendendo humanum auxilium, & hoc tripliciter. Vno modo contra defectum intellectus; & si quidem sit defectus speculatiui intellectus, adhibetur ei remedium per doctrinam, si autem practici intellectus, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo est defectus per passionem, inter quos maximus est tristitia, cui subuenitur per consolationē. Tertiò modo ex parte inordinati actus, qui quidem tripliciter considerari potest. Vno modo, ex parte ipsius peccantis, inquantum procedit ab eius inordinata voluntate, & sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo ex parte eius, in quem peccatur, & siquidē sit peccatum in nos, remedium adhibemus remittendo offensam; si autem sit in Deum, vel in proximum, non est nostri arbitrij remittere, Hyeron. super Matth. capit. 18. Tertiò modo ex parte sequelæ ipsius actus mordinati, ex qua grauamine ei conuinentes, etiam præter peccātis intentionem, & sic remedium adhibetur, supportando maximè in his, qui ex infirmitate peccant, Paul. ad Roman. 15. Debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare, & non solum secundum quod infirmi sunt, siue graues ex inordinatis actibus, sed etiam quæcumque eorum onera sunt supportanda, secundum illud Galat. 4. Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi, ità Sanct. Thom. dicto artic. 2. de singulis igitur modo videamus.

Patientia, an sit de præcepto. Quæst. XII.

Vodecimo quæro, vtrum patientia sit de præcepto? Respon. Quod sic, quia ipsa est virtus secundum August. lib. de patientia cap. 1. volum. 4. ibi virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnū Dei donum est, vt etiam ipsius, qui nobis eā largitur, patientia prædicetur, si est virtus ergò eius contrarium nempè impatientia erit peccatum, S. Tho. secunda, secundæ q. 136. art. 1. dicens, quod virtutes morales ordinantur ad bonum, inquantum cōseruat bonum rationis contra impetus passionum; inter alias autem passiones tristitia efficax est, ad impediendum bonum rationis, secundum illud 2. Cor. 7. sæculi tristitia mortem operatur, & Eccles. 30. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa, vndè necesse est habere aliquam virtutem, per quam bonum rationis conseruetur contra tristitiam, ne scilicet ratio tristitiæ succumbat, hoc autem facit patientia, vndè Aug. lib. de patientia cap. 2. dicit, quod patientia hominis est, qua mala æquo animo toleramus. i. sine perturbatione tristitiæ; ne animo iniquo bona deseramus, per quæ ad meliora perueniamus.

Oratio, an cadat sub præcepto. Quæst. XIII.

Ecimotertio quæro, vtrum oratio cadat sub præcepto? Respond. Quod sic. Luc. 18. oportet semper orare, & non deficere, non quidem vt diuina immutetur dispositio, sed impetremus, qd Deus per sanctorum orationes disposuit implendum, Gregor. lib. 1. Dialogorum cap. 8. S. Thom. secunda, secundæ quæst. 83. ar. 2. ampl. vt non solum pro nobis, sed etiam pro alijs deheamus orare. Iac. 5. orate pro inuicem ut saluemini, Sanct. Thom. d. loco art. 3. illud debemus orando petere, quod debemus desiderare, desiderare autem debemus bona, non solum nobis, sed etiam alijs. Hoc enim pertinet ad rationem dilectionis, quam proximis debemus impendere; & ideo Charitas hoc requirit, vt pro alijs oremus, vnde Chrisost. super Matth. cap. 14. pro se orare necessitas cogit, pro altero autem Charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autē ante Deum est oratio; non quam necessitas transmittit; sed quam charitas fraternitatis commendat, ita Sanc. Thom. d. loco secundo ampl. vt etiam pro inimicis orare debeamus, Matth. cap. 5. orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, Sanct. Thom. d. loco artic. 8. dicens, quod orare pro alio, Charitatis est, vnde eodem modo, quo tenemur diligere inimicos, tenemur pro inimicis orare; tenemur enim diligere in inimicis naturam non culpam, diligere autem inimicos in generali est in præcepto; in speciali autem non est in præcepto, nisi secundum præparationem animi, vt. s. homo esset paratus etiam specialiter diligere inimicum, & eum iuuare necessitatis art. vel si veniam peteret. Sed in speciali absolutè inimicos diligere, & eos iuuare perfectionis est. Et similiter necessitatis est, vt in cō munibus nostris orationibus, quas pro alijs facimus inimicos non excludamus, quod autem pro eis specialiter oremus perfectionis est non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali, S. Tho. dicto loco.

Correctio Fraterna, an sit in Præcepto. Quæst. XIIII.

Ecimoquarto quæro, vtrum Correctio fraterna cadat sub præcepto? Resp. Quod sic. Aug. de verb. Domini cap. 16. si neglexeris corrigere, peior eo factus es, qui peccauit, S. Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. dicens, quod correctio fraterna ordinatur ad fratris emendationem, & ideò hoc modo cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad istum finem, non autem ita quod quolibet loco, vel

frater delinquens corrigatur, vndè correctio fieri debet, vbi debet, & quando debet, & secundum quod debet, ampl, vt non solum pertineat ad Prelatos, sed etiā ad omnes fideles corrigere delinquētē c, tam sacerdotes, 24. q. 3, S. Th. d. loco art, 3, Secūdo amp. vt etiā superiorē, quis teneatur corrigere, Ang. in Reg. 3, vol. 1, nō solum vestri, sed etiam ipsius, idest Prelati miseremini, qui inter vos quao to in loco superiori, tanto. in periculo maiori versatur, S. Tho, d. loco art. 4. dicens, quod correctio; quæ est actus iustitiæ per correctionem pœnę, non cōpetit subditis respectu superioris; sed correctio fraterna, quę est actus charitatis, pertinet ad vnūquemque respectu cuiuslibet personæ, ad quam charitatem debet habere, si in eo aliquid corrigibile inueniatur, dummodo modus congruus adhibeatur, vt scilicet nō cum proteruia, & duritia, sed cum mansuetudine, & reuerentia corrigantur, Paul. 1. Timoth. 5. seniorem non increpaueris, sed obsecra vt Patrē. Tertio declaratur, vt oporteat secretam admonitionem, publicam præcedere delinquētis denunciationem, Vbi peccata occulta sunt, & non contra commune bonum, vbi verò publica peccata sunt, vel occulta contra bonum commune commissa, non est necesse præcedere secretam admonitionem, sed procedendum est ad denunciationem Aug, serm. de verb. Domini cap. 16, super ipsum corripe ipsum inter te, & ipsum solum, Sanct. Tbom, d, loco art, 7. non tamen peccator debet corrigere delinquentem, Isid. lib. 3. cap. 32. de summo bono cap. 32. Non debet vitia aliorum corrigere, qui est vitijs subiectus, & Pau. 2, Rom. in quo alium iudicas teipsum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas, & triplex est ratio. Primo, quia ex peccato pręcedenti indignus redditur, vt aliū corrigat, & pręcipuè si maius peccatum commisit, non est dignū, vt alium corrigat de minori, Matth, c. 7. Qui vides festucam, &c. vndè ver.

Cesset in alterius oculo reprehendere labem,

Qui solet in proprio lumine ferre trabem.

Secūdo redditur indebita correctio propter frāda lū q sequitur ex correctione, si peccatū corripientis sit manifestū, quia videtur, quod ille, qui corrigit non corrigat ex charitate, sed magis ad ostentationem, vndè Matth. ca. 7. quomodo dicis fratri tuo, &c. Tertio propter superbiam corripientis, in quāto scilicet aliquis propria peccata paruipédēs, se ipsum proximo præfert iu corde suo peccata eius austera seueritate diiudicans, ac si ipse esset iustus, S. Th. d. loco art, Secundo cessare debet quis à correctione propter timorē, ne ille fiat deterior, Pro. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te, S. Th. d. loco attic. 6. dicēs quod correctio, quæ habet vim coactiuam non est dimittenda propter turbationē eius, qui corripitur, tū quia si propria sponte emendari nou velit, cogendus est per pœnas, vt peccata dimittat, tum etiam quia si incorrigibilis sit, per hoc prouidetur bono cōmuni, dum seruatur ordo iustitiæ, & vnius exemplo alij deterrentur. Alia verò est correctio fraterna, cuius finis est emendatio delinquentis, non habens coactionem, sed simplicem admonitionem, Et ideò vbi probabiliter æstimatur quod peccator admonitionem nō recipiat, sed ad peiora labatur, ē ab huiusmodi correctione desidendum; quia ea, quæ sunt ad finem, debent regulari secundum quod exigit ratio finis, S, Tho, dicto loco. Ex his colligitur, quod peccat mortaliter, qui non corripit proximum in extrema necessitate spiritualis correctionis constitutum, quatuor concurrētibus, primo quod certum sit proximum peccare mortaliter, vel venialiter periculosum. Secūdo quod speretur emendatio, aut saltem nō timeatur deterius. Tertio opportunitas non solum personæ, ita quod magis ipse, quàm alij ad id teneantur, saltem considerata eorum ad. quos id magis spectet negligentia, sed etiam temporis, Quartò, vt commodè fieri possit, idest absque damno notabili salutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigentis.

Dilectio Dei, & proximi quomodo ordinetur, Quæstio. XV.

Decimoquinto (quia inuidiæ maximè aduersatur dilectio, quæ dicitur Dei, & proximi, in qua consistit plenitudo legis, & est primum, ac maximum mandatum) quæro au detur ordo dilectionis, & Charitatis? Respōdetur quod sic, Cant. c. 2. Introduxit me Rex in Cellam vinariam, ordinauit in me Charitatem, & est talis, quam qui peruertit proculdubio peccat. Primo igitur diligēdus est Deus, S. Th. 2. 2. q. 26. art, 1. & magis diligēdus Deus, quàm proximus, nam proximi si à Deo abducunt sunt odio habendi propter Deū, Luc. 14. si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, nō potest meus esse discipulus, S. Thom. dicto loco articulo secundo, Similiter homo tenetur ex charitate plus diligere Deum, quàm seipsum, Augustinus libro primo de doctrina Christiana, capitulo 22. volum. tertio, si te ipsum non propter te debes diligere, sed propter ipsum, vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est, non succenseat aliquis alius homo, si & ipsum propter Deum diligas. Sed propter quod vnumquodque, & illud magis, ergo magis debet homo diligere Deum, quàm seipsum, quia in eo est beatitudo, sicuti in communi, & fontali principio omnium, qui beatitudinem participare possunt, S. Thom. dicto loco articulo 3. Hinc est, quod magis meritorium est diligere Deum, quàm proximum, S. Thom. 2. 2. q. 27. artic. 8. Secundo homo seipsum magis ex charitate diligere tenetur, quàm proximū, Leui. c. 19. Mat. c. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ex quo videtur, quod dilectio hominis ad se ipsum est, sicut exemplar dilectionis, quę habetur ad alterum: sed exemplar potius est, quam exemplatum ergo homo ex charitate magis debet diligere seipsum, quam proximum, S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. dicens, quod in homine duo sunt, scilicet, natura spiritualis, & natura corporalis, per hoc autem homo dicitur diligere seipsum, quud diligit se secundum naturam spiritualē, & secundū hoc debet homo magis se diligere post Deū, quàm quemcunq; alium,

alium, Deus enim diligitur, vt principium boni, super quo fundatur dilectio charitatis, homo autem seipsum diligit ex charitate secundum rationē, qua est particeps prædicti boni. Proximus autē diligitur secundum rationem societatis in ipso bono, & huius signū est, quod homo non debet subire aliquod malum peccati, quod contrariatur participationi beatitudinis, vt proximum liberet à peccato. Tertio homo magis tenetur diligere proximum quo ad animæ salutem, quàm corpus proprium, Aug. lib. 1. de doctrina Christiana ca. 27 S. Thom. 2. 2. q. 26 artic. 5. dicens, quod magis ex charitate illud est diligēdum, quod habet pleniorem rationem diligibilis ex charitate. Consociatio autem in plena participatione beatitudinis, quæ est ratio diligendi proximum, est maior ratio diligendi, quam participatio beatitudinis per redundātiam, quæ est ratio diligendi proprium corpus, & ideo proximum quantum ad salutem animæ, magis debemus diligere, quàm proprium corpus, nō tamen est de necessitate charitatis, quod homo proprium corpus exponat pro salute proximi, in casu quo tenetur eius saluti prouidere, sed quod aliquis sponte ad hoc se offerat, pertinet ad perfectionem charitatis, vnde cuilibet homini imminet cura proprij corporis, non autem imminet cuilibet homini cura de salute proximi, nisi fortè in casu, S. Th. d. loco in resp. ad tertium. Quarto homo tenetur magis diligere proximū, Leui. c. 20. præcipitur, qd qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur; quod nō præcipitur de his, qui alios homines maledicunt, quod intelligitur, vt etiam teneatur magis diligere propinquiores, quā meliores, Paul. 1. Timot. 5. ibi si quis suorum, & maximè domesticorū curā non habet, fidē negauit, & est infideli deterior, sed interior charitatis affectio debet respondere exteriori effectui. Ergo charitas magis debet haberi ad propinquiores, quam ad meliores. Quinto, homo magis tenetur amare patrem, quam filiū, S. Amb. quem refert. Mag. senten. 3. d. 29 §. c. 1. Deus diligendus est. Secundo, parentes, inde filij, & post domestici. S. Th. 2. 2. q. 26. art. 9. dicens quod gradus dilectionis, ex duobus pensari potest. vno modo ex parte obiecti; & secundū hoc id quod habet maiorē rationem boni, est magis diligendum, & quod est Deo similius. & sic pater est magis diligēdus quàm filius; Quia scilicet patrem diligimus sub ratione principij, quod habet rationē eminentioris boni, & Deo similioris. Alio modo computatur gradus dilectionis ex parte ipsius diligentis, & sic magis diligitur quod est coniunctius, & secundum hoc, filius est magis diligendus, quàm pater, vt Philos. 8. Ethic. cap. 12. volum. 2. primo quidem, quia parentes diligunt filios, vt aliquid sui existentes. pater autem non est aliquid filij. Et ideo dilectio secundum quam pater diligit filium similior est dilectioni, qua quis diligit se ipsum. Secundo quia parentes magis sciunt aliquos esse suos filios, quam èconuerso. Tertio, quia filius est magis propinquus parenti, vt potè pars existens, quam pater filio, ad quem habet habitudinem principij. Quartò, quia parentes diutius amauerunt, nā statim pater incipit diligere filiū; filius autem tēpore procedente incipit diligere patrē. Dilectio autē quanto est diuturnior, tanto est fortior. Eccl. 9. Non derelinquas amicū antiquum, nouus enim erit similis illi. pater igitur naturaliter plus diligit filiū secundū rationē cōiunctionis ad seipsum, secundū rationē eminentioris boni filius naturaliter plus diligit patrem, S. Thom. 2. 2. q. 26. artic. 9. Sexto homo magis debet diligere patrem, quàm matrem, Hier. super Ezech. capit. 44. quod post Deum omnium patrem, diligendus est pater, & postea addit de matre, S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 10. vbi per se loquendo, pater magis est amandus quàm mater. Amantur enim pater, & mater vt principia quædam naturalis originis. pater autem habet excellentiorem rationem principij, quàm mater, quia pater est principiū per modum agentis, mater autem magis per modum patientis, & materiæ. Ideo pater est magis diligendus, quàm mater. Septimo homo secundum ordinem Charitatis debet diligere magis patrem, & matrem, quàm vxorē, Paul. ad Ephesios quinto, viri debent diligere vxorem suam sicut carnem suam, sed corpus suū minus debet diligere homo, quàm proximum, S. Tho. 2. 2. q. 26. artic. 11. inter proximos autem magis debemus diligere parentes, ergo magis debemus diligere parentes, quàm vxorem, S. Thom. 2. 2. q. 26. artic. 11. dicēs quod gradus dilectionis attendi potest secundum rationem boni, & secundū coniunctionem ad diligentem; secūdum ergo rationem boni quod est obiectum dilectionis magis sunt diligendi parentes, quàm vxores; quia diliguntur sub ratione principij, & eminentioris cuiusdam boni. Secundum autem rationem coniunctionis magis diligenda est vxor, quia vxor cōiungitur viro, vt vna caro existens, Matth. c. 19. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Et ideo intensior diligitur vxor, sed maior reuerentia parētibus est exhibenda, homo autem relinquit patrem, & matrem propter vxorem, Gen. 2. sed non quo ad omnia, in quibusdam enim magis debet homo assistere parentibus, quam vxori, sed quantum ad vnionē carnalis copulę, & cohabitationis relictis omnibus parentibus homo adhæret vxori, S. Th. d. loco in resp. ad primum. Octauo homo magis debet diligere benefactorem, quam beneficiatum, cum sit boni in beneficiato principium; beneficiatos tamen magis diligunt benefactores, tanquam sibi magis coniunctos, nam beneficiatus est quoddam opus benefactoris, & ad amantem pertinet agere, & ad amatum pati, at perfectius est agere, quam pati. Itē difficilius est beneficia impendere, quam recipere, ea vero, in quibus laboramus plus diligimus, S. Th. 2. 2. q. 26. art. 12. Nono prius sunt diligendi amici, quā inimici. Illud enim, quod est melius est magis meritorium: sed melius est diligere amicum, quia melius est diligere meliorem, amicus autem, qui amat est melior, quā inimicus, qui odit; Ergo diligere inimicū est magis meritoriū, qua diligere amicum, S. Th. 2. 2. q. 27. art. 7. dicēs, quod dupliciter dilectiones isto casu cōparari possunt. Vno modo ex parte proximi, qui diligitur. alio

modo ex parte rationis, propter quā diligitur. Primo quidem modo, dilectio amici præeminet dilectioni inimici, qa amicis & melior est, & magis cōiunctus. Vnde est materia magis cōueniēs dilectioni. Et propter hoc, actus dilectionis super hāc materiā transiens melior est, vnde & eius oppositū est deterius. Peius enim est odisse amicū quàm inimicum. Secundo autem modo dilectio inimici præeminet propter duo, primo quidem, quia dilectionis amici potest esse alia ratio, quàm Deus, vt quando propter hoc solum amantur, quia amici, & tunc dilectio talis apud Deum mercedem non habet, ita intelligitur illud Math. c. 5. si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? est tamē meritoria amicorum dilectio, si propter Deum diligantur, & non solum quia amici sunt. Dilectionis verò inimici, solus Deus est ratio. Secūdo quia præsupposito quod vterque propter Deum diligatur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, quæ animum hominis ad remotiora extendit, scilicet vsque ad dilectionem inimicorum, sicut virtus ignis tanto ostēditur esse fortior, quanto ad remotiora diffundit suum calorem. Tanto ergo ostenditur diuina dilectio esse fortior, quāto propter ipsam difficiliora implemus; sicut & virtus ignis tanto est fortior, quāto cōburere potest materiā minus cōbustibilē. Sed sicut idem ignis in propinquiora fortius agit, quàm in remotiora. Ita etiam Charitas feruentius diligit coniunctos, quàm remotos. Et quantum ad hoc dilectio amicorum secundum se considerata, est feruentior, & melior, quàm dilectio inimicorum. S. Tho. d. loco Arti. 7.

Præceptum quartum Decalogi quomodo transgrediatur. Quæst. X V I.

DEcimosexto (quia inter proximos primo parētes diligēdi sunt, quod in præcepto quarto continetur. S. Th. 2. 2. q. 122. art. 5.) quæro in quibus trāsgrediatur hoc præceptum? Resp. in multis quidē, & primo qui grauiter odit seu aliquod graue damnum desiderat parentibus. Secūdo si filius nunquā signa amoris, vel raro erga parentes ostendit. Ang. versi. filius num. 30. Syl. num. 22. & Tab. nume. 16. Tertio si non vult parere parentibus in rebus pertinētibus ad regimen familię, & rei familiaris, & in his, quę pertinēt ad bonos mores. Quarto si eis mortem desiderat, eosque contemnit, ut sibi dedecori futurum esse existimaret, se pro filio illorum haberi, seu eos alicuius criminis accusat, nisi esset hæresis, vel in crimine læsæ maiestatis, quibus in casibus ipse teneretur. Nauarr. ca. inter, 11. q. 3. num. 8. 6. qui eis maledicit, Exod. 22. eosq; percutit, & ad iracūdiam notabilem prouocat, Rich. 3. dist. 37. Alex. de Ales. in 3. § 4. Quinto si parentibus magna necessitate oppressis nō subuenit. c. inter 22. q. 4. c. non satis 86. dist. quo casu etiam si sit professus in religione ex ea posset egredi, & esset iusta causa dispensandi capitul. pasce 86. dist. quamuis non teneatur, Caiet. 2. 2. q. 101. ar. 4. Maior in 4. dist. 38. q. 16. & hæc quo ad filios erga parentes, peccat quoque pater primo, si negligit notabiliter prouidere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent cap. duo ista 23. q. 4. ca. si quis reliquerit 30. dist. Secundo si propter auaritiam mittit filios suos ad hospitale. no. c. 1. & seq. de inf. exposit. no. l. necare. ff. de liber. agnoscen. Tertio si cogunt filios religionem ingredi ca. puella. 20. q. 2. c. 8. sess. 25. Conc. Trid. Peccat etiam vxor, quæ contemnit marito debitam subiectionē præstare, & eius iustum præceptum non implet. Nauarr. Man. Conf. 14. nu. 20. Peccat, & dominus qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad seruorum, famulorumque suorum conscientiam, Sanct. Ant. 2. p. ti. 5. c. 9. §. 2. col. 4. similiter peccat seruus, seu famulus qui notabiliter contemnit superiores, vel illis honorem debitum non præstat. Pet. 2. cap. solitæ de maior. & obed. eiusque præcepta debita transgreditur c. ad hæc. 89. dist. c. Generale de elec. 6. S. Tho. 2. 2. q. 105. ar. 5.

Oblationes & decimę, an sint de necessitate præcepti. Quæst. X V I I.

DEcimoseptimo (cum dictum fuerit superius in 10. quæstio. huius ti. Quod eleemosyna fieri debet de necessitate præcepti) quæro an sit idē dicendum de oblationibus, & de decimis? Respō. quod sic, de primo, & sic de oblationibus habetur cap. omnis Christianus, de consecr. distinct. 1. ibi omnis Christianus procuret ad missarum solēnia aliquid Deo offerre. S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 1. ubi tenetur quis ad oblationem duplici ratione. Primo ratione census, secūdo ratione deputationis ut cum relinquitur Ecclesiæ, seu donatur inter uiuos, uel causa mortis, tertio propter ecclesiæ necessitatem: quarto propter consuetudinem, de secundo, & sic de decimis habetur capitu. decimæ 16. quæstio. 1. ibi decimæ ex Debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alias inuadunt Sanct. Thomas. 2. 2. q. 87. ar. 1.

Occasionem peccandi præbens quomodo peccet. Quæst. X V I I I.

DEcimooctauo, (quia ad inuidum maximè pertinet optare malum proximo, ut dictum est supra quæstio. 1. huius Tra.) Quæro quot modis peccet præbens causam proximo peccādi? Respond. Pluribus modis, qui consilio suo, fauore, vel ope, alij fuit causa peccandi cap. noli. de pęni. dist. prima. Secundo faciens aliud; quod de se non est mortale, cum intentione tamen alterum ad illud inducendi, vel absque tali intentione facit aliquid quod præ se fert speciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram testibus est sufficiens impulsus, a peccādo mortaliter. S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 3. S. Anton. 2. part. tit. 7. ca. 4. §. quod etiam. Tertio qui tam parui ęstimat salutem spiritualem proximi, vt absque necessitate, vel vtilitate aliquid agit, quod credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum, vt mulier quæ absque causa se conspiciēdā exhibet. S. An. 2. p. ti. 7. c. 4. c. nihil. de præsc. Quarto, peccat mortaliter, qui præbet occasionē,

quæ

quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali vel minus principali inducēdi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo salutem spiritualem proximi, aut in id saltem interpretatiue consentiendo. Nauarr. Manua. confess. cap. 14. nu. 31. Qui infert ad plures casus speciales, quos breuitatis causa omitto. & dicam latius inferius, vbi de scandalo tractabitur suo loco.

Impietas an sit peccatum. Quæst. XIX.

Decimonono, quia dictum de exhibitione honoris, & obediētia parentibus præstāda, quæro, vtrū impietas sit peccatum? Resp. quod sic est enim impietas, qua parētibus, & patrię consanguineis & cōciuibus, debitus cultus subtrahitur, aut iniuria irrogatur, ideò mortale est ex suo genere, contra primum præceptum secundæ tabulę, & opponitur virtuti pietatis. S. Th. 2. 2. q. 101. vnde nec etiam occasione religionis sunt prætermittenda pietatis officia in parētes, vnde dominus Math. 15. redarguit Phariseos, qui intuitu religionis honorem parentibus debitum subtrahere docebant. religio enim & pietas sunt duæ virtutes. Nulla autem virtus alij virtuti contrariatur, aut repugnat; bonum enim non est bono contrarium, vnde ad pietatem pertinet, officium & cultum parentibus exhibere secundum debitum modum, nō est autem debitus modus, vt plus homo tendat ad colēdum patrem, quàm ad colendum Deum. Si vero exhibendo debita obsequia parentibus non abstrahamur à diuino cultu, hoc iam pertinebit ad pietatē; & sic non oportebit propter religionē pietatem deserere, S. Th. d. loco art. 4. Caie. ver. impietas, vbi dicit quod illud est propriè crimen impietatis, vt cum quis inhonorat patrem, vt inhonoret, hoc est animo inhonorandi patrem, aut nocet consanguineo, vt noceat consanguineo, hoc est animo nocendi consanguineo, offendit conciuem, vt offendat conciuem, detrahit patriæ beneuolo, vt detrahat patriæ beneuolo, quod est cōtra dilectionē debitā, parentibus, & patriæ, contingit tamen esse veniale, propter imperfectionem actus, vel ex parte primi motus ad omittendum, vel committendum contra patrem, aut patriam, vel ex parte materiæ, puta minimæ omissionis, aut commissionis, tanquam pro nihilo computatæ.

Crudelitas an sit peccatum. Quæst. XX.

Vigesimo (quia crudelitas opponitur clementiæ, quæ cōuenit cū misericordia, quia vtraque refugit, & abhorret miseriam alienā, aliter tamen & aliter, nam ad misericordiam pertinet miseriæ subuenire per beneficij collationem: Ad clementiam autem pertinet miseriam diminuere per subtractionem pęnarum, & quia crudelitas super abundantiam in exigendis pęnis importat) quæro an sit peccatum? Resp. quod sic, quia contrariatur virtuti, vt dictum est, S. Th. 2. 2. q. 159. art. 1. & est peccatū mortale pro quāto excessum in puniendo ponit, peccatque manifestè contra proximū plus puniendo, quàm męreatur, Caie. ver. crudelitas, dicitur etiam crudelis qui propinquos abijcit. Prou. c. 11. & tunc accipitur pro immisericordia, ad quā pertinet beneficia non largiri, quamuis etiam dici possit, quod ipsa beneficij subtractio quædam pæna est, S. Thom. d. loco in Resp. ad 3.

Litigium an sit peccatum. Quæst. XXI.

Vigesimo primo (quia litigium opponitur amicitiæ, Aristo. 4. Eth. cap. 6. San. Thom. 2. 2. q. 116. art. 1. quæ amicitia opponitur inuidiæ, vt dictum est 1. q. huius tit.) quęro vtrū litigium sit peccatum; Resp. quod sic, & est maius peccatū quàm adulatio, repugnat. n. magis spirituali statui 1. ad Timot. 3. oportet Episcopū nō litigosum esse 2. ad Tim. 2. Seruum Domini nō oportet litigare, S. Th. 2. 2. q. 116. art. 2. dicens quod litigiosus superabundat in contristando, adulator autem in delectando, litigium est proprie, quod in verbis consistit, quando aliquis alicui contradicit ad eum contristandū, qd amicitiæ, & affabilitati opponitur, vt dictū est.

DE PECCATO IRÆ, Titulus Quartus.

Ira quid sit. Quæstio Prima.



Primo igitur quæro quid sit Ira? Respond. secundum Aug. quod est appetitus vindictæ, & secundum Arist. est Accensio sanguinis circa cor. Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 158. Ira vtrumque prædictorum complectitur. primum formaliter, secundum verò materialiter, vndè completa definitio est. Ira est accensio sanguinis circa cor propter appetitum vindictæ, Sylu. versic. ira numero 2. San. Thomas dicto loco art. 1. Dicit quod ira propriè loquendo est passio quędam appetitus sensitiui, à qua vis irascibilis denominatur. 1. 2. q. 23. art. 1. & seq. Tab. ver. ira nu. 1. Nau. Man. confe. ca. 23. nu. 115. conc. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 1. in princ. Canis. vero in tit. de peccatis capita. capitulo 8. in princ. dicit, quod ira est immoderata cupiditas puniendi eum, a quo læsum se quis arbitratur. Arm. autem versiculo ira, numero primo dicit, ira est appetitus uindictæ ex passione naturali proueniens, conc. cum San. Th. 1. 2. q. 46. & Caie. uer. ira in prin. Ray. prima parte summæ uersic. primo capitulo quinto dicit, quod ira (pro ut est uitium) est appetitus uindictæ contra ordinem rationis, quod contingere potest quatuor modis. Primo si appetit puniri eum, qui non meruit. Secundo si appetit puniri ultra quàm meruit. Tertio si appetit non secundum ordinem legitimum, quem iudex seruare debet. Quarto & ultimo si appetit puniri, non propter finem debitum, qui est triplex, nēpe conseruatio iustitiæ, correctio commissæ culpæ, & vitatio cōmittendæ, ut cęteri timorem habeāt; ita Ray. d. loco, unde Ang. uer. ira in princ.

dicit, quod ira est quædam passio appetitus sensitiui proprie, quæ dicitur vis irascibilis, qua quis vindictam appetit, quæ quidem passio intantum est bona, inquantum regulatur à ratione; si verò ordinem rationis excludit, est mala, vt dicetur inferius, quæ omnes definitiones, siue descriptiones rectè procedunt, secundũ suos proprios terminos.

Species Iræ. *Quæst.* *II.*

SEcundo quæro, quot sunt species Iræ? Respon. Tres esse species iracundorum, nam quidam sunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles, siue graues. Arist. in 4. Ethic. cap. 13. S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 5. vbi citat etiam Greg. Nic. lib. 4. de virib. animæ c. 13. dicens, quod tres sunt irascibilitatis species, scilicet ira, quę vocatur fellea, & mania, quę vocatur insania, & furor, quę tria videntur esse eadem tribus præmissis. Nam ira fellea dicitur esse, quæ principium, & motum habet, quod Philosophus attribuit acutis, Maniam vero dicit esse irã quę permanet, & in vetustatem deuenit, quod Philosophus attribuit amaris; furorem autem dicit esse irã quę obseruat tẽpus in supplicium, quod Philosophus attribuit difficilibus, quæ dist. ponitur etiam à Ioanne Damasc. lib. 2. ortod. fid. ca. 16. Tab. vers. ira nu. 5. S. Tho. 1. 2. q. 46. art. 8. Ray. 1. p. summæ ti. de ira c. 5. vbi dicit ꝙ Fellea dicitur à facilitate irascendi, Mania à manendo, scilicet à diuturnitate memorandi, Furor ab intentione puniendi, s. vindicandi, eo quòd nunquam quiescunt irati, donec puniantur, ira quod ira fellea importat velocitatem ad irascendũ, Ita mania, importat diuturnitatẽ de iniuria memorãdi, ira quæ dicitur furor, importat firmitatẽ animi, vel propositi ad puniendum, quæ dist. ponitur per Syl. ver. Ira nu. 1. in princi. corroboratur hæc dist. quia potest inordinatio iræ ex duobus attendi. Primo quidem ex ipso iræ origine, & hoc pertinet ad acutos, qui nimis cito irascũtur, & hoc ex qualibet leui causa, eo scilicet quod ira nimis perseuerat, quod quidẽ potest esse dupliciter, vno modo, quia causa iræ, scilicet iniuria illata, nimis manet in memoria hominis, vndę ex hoc homo diutioam tristitiam concipit, & ideo sunt sibi ipsis graues, & amari. Alio modo contingit ex parte ipsius vindictæ, quã aliquis obstinato appetito quærit, & hoc pertinet ad difficiles, siue graues, qui non dimittunt iram quousque puniant. hęc S. Tho. 2. 2. q. 158. artic. 1.

Gradus Iræ. *Quæst.* *III.*

TErtio quæro, quot sunt gradus Iræ? Respon. tres, qui ponũtur à Math. c. 5. cũ dicit qui ira scitur fratri suo, & qui dixerit fratri suo Racha, & qui dixerit fratri suo Fatue. refert S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 1. in 3. argo. vbi Resp. ad idẽ dicit, quod gradus iræ quos Dominus ponit, non pertinent ad diuersas iræ species, sed accipiũtur secundum processum humani actus, in quibus primo aliquid in corde concipitur, & quantum ad hoc dicit, qui irascitur fratri suo; secundò aũt, est cũ per aliqua signa exteriora manifestatur exterius, etiã antequã prorumpat effectus, & quantũ ad hoc dicit. Qui dixerit fratri suo Racha, qd est interiectio irascentis. Tertius gradus quando peccatũ interius conceptũ ad effectũ producitur, est autẽ effectus irę nocumẽtum alterius sub ratione vindictæ; minimũ autem nocumentũ est, quod fit solo verbo, & ideò quantum ad hoc dicit, qui dixerit fratri suo fatue, & sic patet, quod secundũ addit supra primũ, & tertiũ supra vtrũque, vndè si primum est peccatũ mortale, in casu quo Dominus loquitur, multo magis alia, & ideo singulis eorũ ponuntur correspõdentia aliqua pertinẽtia ad condemnationẽ; sed in primo ponitur iudicium qd minus est, quia in iudicio adhuc defensionis locus est, in secũdo verò ponit cõsilium, in quo iudices inter se conferunt, quo supplicio damnari oporteat, in tertio ponit gehennã ignis, quæ est certa damnatio. conc. S. Anton. 2. par. summæ titu. 7. cap. 1. ver. quãtum, vbi exponẽs illud Math. c. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; Qui aũt dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio: Qui aũt dixerit fatue, reus erit gehennę ignis; dicit sicut ergo minus periculũ est reo iudicari. i. examinari, quàm post examinationem de pœna sibi debita tractari, similiter minus periculi imminet, cum de pœna sibi danda tractatur in consilio, quàm postquam est lata sententia, quia non potest expectare remedium, sed vt executioni demandetur. De istis tribus gradibus ponitur, vt per Armillam vers. ira num. 2. in fine. Ang. d. ver. ira. num. 1. versic. quomodo, Tab. versic. ira nume. 5. versic. sunt autem, qui omnes concordant cum diuo Thom. dicto loco. & Sanctus Anton. supra citato.

Filiæ Iræ. *Quæst.* *IIII.*

QVarto quæro, quot sunt filię irę? Resp. sex esse filias irę videlicet, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia, Gre. lib. 31. Moral. c. 31. quę refert S. Th. 2. 2. q. 158. art. 7. Canisius tit. de peccatis capital. capit. 8. Armil. vers. ira nom. 2. Tab. d. loco num. 7. Rosell. nu. 2. versi. ira, addit maledictionem, & seditionem, sed omnia similia reducuntur ad ista sex, vt inquit Syluester. vers. ira nu. 5. in fine, Nauar. Man. conf. c. 23. nom. 115. Ang. versi. ira nu. 2. Rayn. 1. p. summæ tit. de ira ca. 6. ratio prædictorum est, quia ira potest tripliciter considerari, vno modo secũdum quod est in corde, & sic ex ira: nascuntur duo vitia, vnũ quidem ex parte eius, contra quem irascitur; quem reputat indignum, vt sibi tale quid fecerit. & sic ponitur indignatio, aliud autem vitiũ est ex parte sui ipsius, inquantũ scilicet excogitat diuersas vias vindictę, & talibus cogitationib. animũ suum replet, secundũ illud Iob. c. 15. nonqd sapiens replebit ardorẽ stomachũ suũ? & sic ponitur tumor mentis. Alio modo consideratur ira, secundum quod est in ore, & sic ex ira duplex inordinatio procedit, una quidem secundum hoc; quod homo in modo loquendi iram suam demonstrat, sicut dictũ est in proxima præcedenti q. de eo qui

qui dicit fratri suo Racha, & sic ponitur clamor, per quem dicitur inordinata; & confusa loquutio, alia etiam est inordinatio, secundum quod aliquis prorumpit in verba iniuriosa; quę quidem, si sunt contra Deum, erit blasphemia, si autem cōtra proximum, contumelia. Tertio modo consideratur ira secundum quod procedit vsque ad factum, & sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumēta, quæ facto, proximis inferuntur ex ira, hęc d. Thom. dicto art. 7. 2. 2. quæstio. 158. ex quibus sequitur, quod ira sit peccatum capitale, vt dicam in seq. quæst.

Ira an sit peccatum capitale. Quæst. V.

QVinto igitur quęro vtrū ira sit peccatū capitale? Resp. quod sic, Greg. lib. 31. Moral. cap. 31. ubi ponit irā inter vitia capitalia, quem refert S. Tho. 2. 2. q. 158. art. 5. rationem adducens dicit vitiū capitale est ex quo multa vitia oriuntur idē 1. 2. q. 84. art. 3. & 4. at ex ira multa vitia oriri videtur, vt supra dictū est, ergo dicetur peccatū capitale & hoc duplici ratione; Primo ex parte sui obiecti, quod multū habet de ratione appetibilitatis, inquantum scilicet vindicta appetitur ratione iusti, vel honesti, quia sua dignitate allicit, alio modo ex suo impetu, quo, mentem præcipitat ad inordinata quæcunque agenda, vnde manifestum est, quod ira est peccatum capitale, conc. Doct. supra citati in proxima præced. q. hoc idem dicit Sanctus Anton. 2. parte tit. 7. cap. 11. §. 2. in princ. Tab. versic. ira nu. 6. non obstan. quod ira dicatur ianua omnium vitiorum glo. ord. capit. 29. Prou. vbi vir iracundus prouocat rixas; & nullum vitium cap. est principium omnium peccatorum, sed quorundam determinate. Nam respondetur quod ira dicitur ianua vitiorum per accidens, scilicet remouendo prohibens, idest impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur à malis; directè autem & per se est aliquorū causa specialium peccatorum, quæ dicuntur filiæ iræ, ita S. Th. in Resp. ad 3. art. 6. 2. 2. q. 158.

Causa Iræ. Quæst. VI.

SExto quęro, quę sit causa iræ? Resp. quod causę iræ principaliter ad tria reducuntur: prima est iniusta paruipensio, vel despectio. Secunda est voluntatis impediendæ rebellio; Tertia est contumeliatio. Primum est ratione excellentiæ insufficientiæ, & circumstantiæ, nam quanto magis est excellentior, tanto iniustiùs paruipenditur in eo in quo excellit, & tales maximè irascuntur, si à vilioribus despiciuntur, insufficientiæ, vt quantū minus est sufficiens, tanto indignius despicit, ideo nobilis irascitur, si despiciatur à rustico, secundum motiuum est voluntatis impeditæ rebellio; cum enim quis impeditur ab eo, quod cupit, de facili irascitur, & contristatur aduersus impedientem. Tertia causa iræ est contumeliatio, nam ira causatur ex memoria causatæ iniuriæ; hoc autem contumeliosus facit, quod dictis, vel factis iniuriam inferi aliis, Rayner. prima par. summę versicu. Ira, cap. primo. conc. Sanctus Thomas 1. 2. q. 147. articulo primo, & sequenti.

Ira an sit grauissimum peccatum. Quæstio. VII.

SEptimo quæro, an ira sit grauissimum peccatum? Resp. quod non, quia ira ad odium comparatur, sicut festuca ad trabem; dicit enim Augustinus in reg. 3. volum. 1. ne ira crescat in odium, & trabē faciat de festuca, nō ergò ira est grauissimum peccatū, ita concl. S. Th. 2. 2. q. 158. art. 4. vbi dicit, quod inordinatio iræ secundum duo attenditur, scilicet secundum indebitum appetibile, & secundum indebitum modum irascendi, quantum igitur ad appetibile, quod iratus appetit; videtur esse ira minimum peccatū; appetit enim ira malum pœnæ alicuius sub ratione boni, quod est vindicta; & ideo ex parte mali, quod appetit; conuenit peccatum iræ cum alijs, quæ appetunt malum proximi, puta cum inuidia, & odio, sed odium appetit absolutè malum alicuius, in quantum huiusmodi. inuidiosus autem appetit malum alicuius propter appetitum propriæ gloriæ; sed iratus appetit malum alterius sub ratione iustæ vindictę, ex quo patet, quod odium est grauius quàm inuidia, & inuidia quàm ira, quia peius est appetere malū sub ratione mali; quàm sub ratione boni, & peius est appetere malū sub ratione boni exterioris, quod est honor; uel gloria, quàm sub ratione rectitudinis iustitiæ, sed ex parte boni sub cuius ratione iratus appetit malū, conuenit ira cū peccato concupiscentiæ, quod tendit in aliquod bonum, & quantum ad hoc etiam absolutè loquendo peccatum iræ uidetur esse minus, quàm concupiscentiæ, quanto melius est bonum iustitiæ, quod appetit iratus, quàm bonum delectabile, uel utile, quod appetit concupiscens: unde Phil. in 7. Ethic. cap. 6. quod incontinens concupiscentiæ est turpior, quàm incontinens iræ, sed quantum ad inordinationem, quę est secundum modum irascendi, ira habet quandā excellentiam propter uehementiā, & uelocitatem sui motus, secundum illud prouer. 27. Ira nō habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Vnde Greg. dicit 5. Moral. c. 31. Irę suę stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit; lingua se prępedit, facies ignescit, exasperantur oculi; & nequam recognoscuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat; Nō obstat, quod effectus iræ sit homicidium, quod est grauissimum peccatum, & interiores motus dijudicantur secūdum exteriores effectus. nam resp. quod homicidium, non minus prouenit ex odio; uel inuidia, quam ex ira; ira tamen leuior est, inquantum attenditur ratione iustitiæ. Ita S. Thom. in respond. ad tertium dicto 4. artic. concl. id 1. 2. quęstio. 46. artic. 6. ubi concl. cum diuo August. iam citato, quod odium sit grauius peccatum quàm ira, per rationes iam dictas.

Iraſci an ſit licitum, *Quæſt.* *VIII.*

OCtauo quæro, vtrum ſit licitum aliquando iraſci? Reſp. quod ſic, dicit enim Chriſoſt. ſuper Matth. hom. 11. volum. 2. qui ſine cauſa iraſcitur, reus erit, qui vero cum cauſa, non erit reus, nam ſi ira non fuerit, nec doctrina profuit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcuntur, ergo iraſci non eſt ſemper malum, ita argum. S. Thom. 2. 2. q. 158. art. 1. vbi dicit, quod ira eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui, a qua vis iraſcibilis denominatur, & eſt conſiderandum circa paſſiones animæ, quod dupliciter poteſt in eis malum inueniri, vno modo ex ipſa ſpecie paſſionis, quæ quidem conſideratur ſecundum obiectum paſſionis, ſicut inuidia ſecundum ſuam ſpeciem importat quoddam malum, eſt enim triſtitia de bono aliorum, quod ſecundum ſe rationi repugnat, & ideo inuidia ſonat aliquod malum. Philoſ. 2. Ethico. 6. capitulo, hoc autem non competit iræ, quæ eſt appetitus vindictæ, poteſt enim vindicta, & bene, & male appeti. Alio modo inuenitur malum in aliqua paſſione, ſecundum quantitatem ipſius, ſcilicet ſecundum ſuperabundantiam, vel defectum ipſius, & ſic poteſt malum in ira inueniri, quando ſcilicet aliquis iraſcitur plus, vel minus præter rationem rectam, ſi autem aliquis iraſcitur ſecundum rationem rectam, tunc iraſci eſt laudabile, ita conclu. S. Thom. d. loco, vbi in reſp. ad 2. dicit, quod ira dupliciter ſe habere poteſt ad rationem, vno quidem modo antecedenter, & ſic trahit rationem à ſua rectitudine, vnde habet rationem mali, alio modo conſequenter, prout ſcilicet appetitus ſenſitiuus mouetur contra vitia, ſecundum ordinem rationis, & hæc ira eſt bona, quæ dicitur ira per zelum, non obſtat, quod ira ſit appetitus vindictæ, quod videtur illicitum, cum dicatur Deuter. capitulo 32. mea eſt vltio, nam Reſpond. Diuus Thomas ad tertium, quod appetere vindictam propter malum eius, qui puniendus eſt, illicitum eſt, ſed appetere vindictam propter vitiorum correptionem & bonum iuſtitiæ conſeruandum, laudabile eſt, & in hoc poteſt tendere appetitus ſenſitiuus inquantũ mouetur à ratione, & dum vindicta ſecundum ordinem iudicij fit à Deo, cuius miniſter eſt poteſtas puniens; cõcordat cũ his Sanctus Anton. 2. parte titulo 7. capitul. 1. §. 5. ibi (iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini) Pſalmus 4. vbi notatur, quod tripliciter nos poſſumus habere ad iram. Primo modo zelatiuè, & per rectum. Secundo modo remiſſiue, & per defectum. Tertiò modo vitiatiuè, & per exceſſum, & ſecundum quodlibet illorum poteſt exponi verſus, vt primum præcipiatur ſic exponendo, iraſcimini contra vitia aliorum propter zelum, & nolite peccare, ideſt quod non excedatis in zelo, & vt verius ſit zelus in corrigendo alios, & iraſcendo contra illorum defectus, quæ dicitis in cordibus veſtris & in cubilibus veſtris conpungimini, ideſt pænitemini, & de peccatis interioribus iſta dicuntur in cordibus; ſcilicet affectu, & de peccatis exterioribus; quæ aguntur per corpus & iſta dicuntur, ideſt fiunt in cubilibus, eſt enim corpus, tanquam cubile, in quo requieſcit animus conc. etiam Sylu. ver. ira numero 2. Rayn. 1. p. ſummæ tit. de ira. cap. 4.

Ira an ſit peccatum. *Quæſt.* *IX.*

NOno quæro, vtrum ira ſit peccatum? Reſp. quod ſic, ex mente Paul. ad Ephe. 4. ibi. Omnis indignatio & ira tollatur a vobis; & hoc quando modum rationis excedit, ſecundum Sanctum Thom. 2. 2. q. 158. art. 2. vbi dicit quod ira eſt quædam paſſio, vt dixit etiam in 1. 2. q. 46. art. 1. Paſſio autem appetitus ſenſitiui, in tantum eſt bona, inquantum ratione regulatur; ſi autem ordinem rationis excludat, eſt mala; ordo autem rationis in ira poteſt attendi quantum ad duo. Primo quidem quantum ad appetibile, ad quod tendit, quod eſt vindicta, vndè ſi aliquis appetat, quod ſecundũ ordinem rationis fiat vindicta, eſt laudabilis iræ appetitus, & vocatur ira per zelũ, ſi autẽ aliquis appetat quod fiat vindicta qualitercunque contra ordinem rationis, putà ſi appetat puniri eum, qui non meruit, vel vltra quam meruit, vel etiam nõ ſecundum legitimum ordinem, vel non appetere debitum finem, qui eſt conſeruatio iuſtitiæ, & correctio culpæ, erit appetitus iræ vitioſus, & nominatur ira per vitium, alio modo attenditur ordo rationis circa iram, quantũ ad modum iraſcendi, vt ſcilicet motus iræ, nõ immoderatè ferueſcat, nec interius, neque exterius, quod quidẽ ſi prætermittatur, nõ erit ira abſque peccato, etiã ſi aliquis appetat iuſtã vindictã, non obſtat quod iraſci ſit paſſio, ac etiã ſit naturale in homine, ſecundum quod non meremur, nec etiã vituperamur; ergo non eſt peccatum; nam Reſp. quod iraſcibilis in homine naturaliter ſubijcitur rationi, & ideo actus eſt in tantum homini naturalis, inquantum eſt ſecundum rationem, inquantum verò eſt præter ordinem rationis, eſt contra hominis naturam, idem eſt de paſſione, ita conclu. S. Tho. in Reſp ad 1. & ad 3. non obſt. etiam quod in omni peccato ſit conuerſio ad aliquod bonũ commutabile, ſed per irã conuertitur in malum alicuius; ergo non eſt peccatum, nã reſp. quod iratus non appetit malum alterius propter ſe, ſed propter vindictam, in quam conuertitur appetitus eius, ſicut in quoddam commutabile bonum, ita S. Thom. d. loco in Reſp. ad 2. Conc. Tab. verſ. ira nu. 2. vbi etiam Sylu. d. loco nu. 3. & dicam in ſeq. quæſt.

An Ira ſit ſemper peccatum mortale, *Quæſtio.* *X.*

DEcimo quęro, vtrũ omnis ira ſit ſemper peccatũ mortale? Reſp. quod non; ſecundũ glo. ſuper Pſal. 4. in ver. iraſcimini, & nolite peccare, dicens, venialis eſt ira quę nõ perducitur ad effectũ, vnde ira, qua quis iniuſtã appetit vindictã, peccatũ mortale eſt; ira vero ex paſſione, & qua in modi

co vin-

eo vindictã expetimus veniale est secundũ, S, Th. 2. 2. q. 158. artic. 3. vbi dicit, quod motus iræ potest esse peccatum dupliciter, vno modo ex parte appetibilis, vt potè cum aliquis appetit iniustam vindictam, & sic ex genere suo, ira est peccatum mortale, quia contrariatur charitati, & iustitiæ; potest tamen cõtingere, quod talis appetitus sit peccatum veniale, propter imperfectionem actus, quæ quidem imperfectio attenditur vel ex parte appetentis, puta cum motus iræ præuenit iudiciũ rationis; vel ẽt ex parte appetibilis, puta cũ aliquis appetit in aliquo modico se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita etiam quod si actu inferatur non esset peccatum mortale, putà si aliquis parum trahit aliquem puerum per capillos, vel aliquid huiusmodi. Alio modo potest esse motus iræ inordinatus, quantum ad modum irascendi, vt potè si nimis ardenter irascatur interius, vel si nimis exterius manifestet signa iræ, & sic ira secundum se, nõ habet de suo genere rationem peccati mortalis, potest tamen contingere, quod sit peccatum mortale, putà si ex vehementi ira aliquis excedat à dilectione Dei, & proximi. Non obstat, quod ira contrarietur charitati, & per consequens sit peccatum mortale, vt dicit Hye. super Sau. Math. ibi, qui irascitur fratri suo. vbi dicit quod est contra proximi dilectionem; Nam resp. quod eo casu, quo ira cõtrariatur charitati est peccatum mortale, sed hoc non semper accidit, vt dictum est, ita S. Thom. dicto loco in Resp. ad 3. con cor. cum iam dictis. Ar. ver. ira nu. 1. vbi etiam d. loco. Caietan. in princ. Ros. ver. ira in princ. Tab. d. loco nu. 3. Syl. nu. 4. vers. Tertio quæritur, Nauar. Man. confess. c. 23. nu. 115. vbi dicit quod peccat mortaliter circa iram, qui deliberatè vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, uel meritam authoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiæ, quia hic est inordinatus actus iræ, Pisan. ver. ira in princip.

Vitium oppositum Iræ. Quæst. X I.

VNdecimo quæro, vtrum vitium detur oppositum iræ? Resp. quod sic, ex mente Chrisost. super Math. hom. 11. vol. 2. ibi, qui causa non irascitur, peccat. Patiẽtia enim irrationabilis, vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum; vnde defectus iræ consequentis iudicium rationis, vitiosus est. S. Thom. 2, 2. q. 158. artic. 8. vbi dicit, quod ira dupliciter intelligi potest, vno modo simplex motus voluntatis, quo aliquis non ex passione, sed ex iudicio rationis pœnam infligit, & sic defectus iræ absque dubio est peccatum, & hoc modo accipitur dictum Chry. qui subdit, iracundia quæ cũ causa est, non est iracundia, sed iudicium; iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis, qui autem cum causa irascitur, ira illius non est ex passione, ideò iudicare dicitur, non irasci; alio modo accipitur ira pro motu sensitiui, qui est cum passione, & transmutatione corporali, & hic quidem motus ex necessitate consequitur in homine ad simplicem motum voluntatis, quia naturaliter appetitus inferior sequitur motum appetitus superioris, nisi aliquid repugnet, & ideò non potest totaliter deficere motus iræ in appetitu sensitiuo, nisi per subtractionem vel debilitatem voluntarij motus, & ideò ex consequenti etiam defectus passionis iræ vitiosus est; sicut & defectus voluntarij motus ad puniendum secundum iudiciũ rationis, ita S. Tho. d. loco.

Effectus Iracundiæ. Quæst. X I I.

DVodecimo quæro, qui sint effectus iracundiæ? Resp. esse plures, quorum primus est, quod causat cordis delectationem, & hoc ex spe, imaginatione & consecutione, ex spe, quia nullus irascitur, nisi sperans vindictam, ex qua propter contristantem iniuriam repellendam, sequitur delectatio ex imaginatione, sicut enim imaginationes somniorum sunt delectabiles, sic immorari in cognitione illorum, quæ quis concupiscit est delectabile, & quia iratus cogitat de vindicta ideo ei talis imaginatio est delectabilis. Similiter ex consecutione, sicut enim sitienti fit potus delectabilior, sic ira, cũ sit appetitus vindictæ, ex illa iniuria ad præsentiam vindictæ sequitur delectatio, Rayn. t. p. sum. tit. de ira c. 2. alle. S. Th. 1. 2. q. 46. art. 1. vbi dicit teste Phil. 2. Reth. c. 2. vol. 6. quod ira multo dulcior melle distillante in pectoribus virorum crescit. Secundus effectus iræ est, quod causat sanguinis feruorem, vel accensionem, nam ex illata iniuria appetitus ad vindictam repellendam, potissime, & vehementissime incitatur, vehementia autem talis appetitus est causatiua accensionis sanguinis, & spirituum circa cor, quod est passionis animę instrumentum, Ray. d. lo. c. 2. vnde Dam. li. 2. c. 26. Fidei ortod. dicit, quod ira est feruor eius, qui circa cor est sanguinis, ex euaporatione fellis fiens, Refert S. Tho. 1. 2. q. 48. art. 2. vbi etiam alleg. Gre. li. 5. Mor. c. 31. circa medium dicentem, Iræ suæ stimulus accensũ cor palpitat, corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquatur ignorat. Tertius est effectus iræ, quod ipsa & maxime impediat rationis vsum, Greg. Mor. lib. 5. cap. 31. in prin. dicit, quod ira intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permouendo confundit, Ray. d. lo. ver. 4. dicit quod sicut somnus, & ebrietas perturbant iudicium rationis, ita etiam ira, vnde Dauid Psal. 30. conturbatus est in ira oculus meus, Refert S. Thom. 1. 2. q. 48. art. 3. Quarto ira causat vocis clamorem; quia ex abundantia perturbationis cordis, sequitur motus illorum membrorum, ex quibus expressius vestigium cordis relucet, sicut in oculis, in facie, & in lingua, vt dicit Gre. super. cit. li. 5. Mo. c. 31. vbi corpus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit. Ray. d. lo. ver. 3. Quinto ira causat taciturnitatẽ, quando. s. perturbatio iræ est tanta, quod per inordinatum motum cordis impeditur motus membrorum exteriorũ,

& quãdoque mors sequitur, Ray. d. 1. p. tit. de ira. capit. 2. versic. 5. Greg. li. 5. Mor. c. 31. ibi ita per silentium causa intra mentem vehementius æstuat. S. Thom. 1. 2. q. 48, artic. 4. alij effectus ponuntur per S. Anton. 2. p. ti. 7. c. 1. §. 3. Gul. Peral. 2. p. sum. vir. & vit. tit. 8. c. 2.

Remedia Iracundiæ. *Quæst. XIII.*

DEcimotertio quæro, quæ sint remedia iracundiæ? Resp. plura videlicet, primo præuisio cum memoria passionis, vndè Petrus. Epist. 1. c. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cũ pateretur, nõ comminabatur. Vnde Greg. super Hyer. 11. si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil est adeo aduersum quod æquo animo non tolleretur; Secũdum remedium contra iram est compassio ex dictamine rationis, vt cum alienos excessus aspicimus, nostra, in quibus in alijs excessimus, delicta cogitemus, cõsiderat enim infirmitas propria mala, excusat nobis aliena, patienter quippe illatam iniuriam tolleret, qui piè meminit, quod fortasse ad hoc habeat tollerari; erũbescit enim peccata alijs non parcere, qui vel Deo, vel proximo recolit parcendo peccasse. Tertium remedium est subtractio materiæ turbationis, nam tollere occasiones, videlicet dura verba, & ea, quæ magis accendunt iram, est enim ira accensio sanguinis, vt dictum est super q. 1. incendium autem ignis diminuitur per subtractionem lignorum, vel infusionem aquæ, ligna, quæ magis accendunt iram, sunt duræ responsiones quæ dici non debent, sed taceri, non adeo tamen est tacendum, quod ex illa taciturnitate iram magis accendat, quia hoc malum esset, sed tunc potius loquendum est, sed cum mansuetudine, nam vt dicitur prou. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem, Hæc S. Anton. 2. par. tit. 7. cap. 1. §. 4. alia remedia ponit Perald. 2. part. summæ virtut. & vit. tit. 8. c. 4. & seq.

De Rixa. *Quæst. XIIII.*

DEcimoquarto quæro, quid sit Rixa? Resp. ex mente S. Th. 2. 2. q. 41. art. 1. in 3. arg. quod rixa est quoddam particulare bellum, seu vt dicit glo. interlin. ad Gal. 5. quod rixæ sunt quãdo ex ira inuicem se percutiunt, vnde sic potest definiri. Rixa est quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas personas geritur, non ex aliqua publica authoritate, sed magis ex inordinata voluntate, & ideo rixa semper importat peccatum, vt dicam inferius, ita Sanct. Thom. 2. 2. q. 40. art. 1. in corpore. Angel. ver. rixa in princi. vbi etiam Sylu. d. loco in princ. nu. 1. S. Anton. 2. par. titul. 7. c. ver. quantum ad secundum. Tab. ver. rixa. nu. 1. Armil. d. loco ver. ira in princip. Ros. ver. ira nu. 2. Caiet. d. loco, & differt à contentione, quia contentio importat quandam contradictionem verborum, rixa autem quandam contradictionem in factis, ita S. Thom. d. loco. Pisanel. in summa ver. rixa in prin. Doct. omnes super citat. dd, in locis.

Rixa, an sit peccatum. *Quæst. XV.*

QVæro decimoquinto, vtrum rixa sit semper peccatum? Respond. quod sic, Apostol. 5. ad Gal. Rixa ponitur inter opera carnis, quæ qui agunt, regnum Dei nõ consequentur, Sanct. Th. 2. 2. q. 41. art. 1. vbi dicit, quod in eo, qui alterum inuadit iniustè est peccatũ mortale. Infert enim nocumentum proximo, etiam opere manuali nõ est absque peccato mortali, in eo autem, qui se defendit potest esse sine peccato, & quandoque cum peccato veniali, secundum diuersum motum animi eius, & diuersum modum se defendendi, nam si solo animo repellendi iniuriam illatam, & cum debita moderatione se defendat, non est peccatũ; nec propriè potest dici rixa ex parte eius: si vero cum animo vindictæ, vel odij, vel cum excessu debitæ moderationis se defendat, semper est peccatum, sed veniale quidem; quando aliquis leuis motus odij, vel vindictæ se immiscet, vel cum multum non excedit moderatam defensionem; Mortale autem quando obfirmato animo in impugnantem insurgit ad eum occidendum, vel eum grauiter lædendum, ita S. Thom. d. art. 1. conc. Sylu. v. rixa ve. primum. Pisanel. v. rixa. S. Anton. 2. titul. 7. §. 2. ver. quantum ad 3. Tabien. ver. rixa, num. 2. Ros. ver. ira nu. 2. ver. rixa nu. 1. Caietan. ver. rixa dicit quod si ex vtraque parte rixa se tenet, hoc est quod mutuo contra se pugnant irati, vtrumque est peccatum mortale, si autem altera pars solum defensioni operam dat, non est ex parte eius rixa; nec peccatum, si seruata est moderatio inculpatæ tutelæ, quia vim vi repellere licet. l. vt vim. ff. de iustit. & iure, & hoc ius naturæ suadet, redditur tamen defensio manualis illicita dupliciter. Primo ex intentione, si scilicet animo lædendi offensorem fit; nam defensio debet esse suo fine contenta, scilicet vt defendat, & præter intentionem defendentis, si aliter nõn potest defensio fieri, nisi lædatur inuasor, debet illum lædere, ita quod læsio sequatur ex necessaria defensione, & hic peccãt mortaliter qui non curant seruare illæsos inuasores, qui possunt aliter defensionem exercere. Secundo ex immoderamine tutelæ, & intellige de immoderatione ex proposito, qui enim putat moderatè defendere, & præter propositum non aduertendo aliqualiter excedat, aut non peccat, aut leuiter, cum humana actio in exercitatione exteriori accensa, non omnimodè subdatur mensuræ. Caieta. vers. defensio, & dicam suo loco latius inferius, & not. quod tria inordinationem rixæ declarant. Primo quidem, quod promptitudinem animi habet ad contendendum. Secundo quod contradictione delectetur. Tertio, quod ipse alios prouocat ad contradictiones, quæ eliciuntur ex verb. Isidor. lib. 10. Ethim. cap. 17. dicentis quod rixosus à rictu canino dictus est, semper enim ad contradicendum paratus est, & iurgio delectatur, & prouocat contendentem. Refert. Sanct. Thom. 2. 2.

quæst.

quæst.41.arti.1.in princi.arg.& in resp.ad illud S. Anton.2.p.c.7.in princ.tit.7.

Tumor mentis. Quæst. XVI.

Decimosexto quæro, quid sit tumor mentis? Respon. Quod est quidam conatus, seu audacia hominis intentantis vindictam, & est quando quis implicat mentem deliberatè in varijs modis, & vijs, quibus posset proximum offendere, qui eo modo est mortalis, quo ira ex qua procedit, Rosell.ver.ira.nu.6. Ang.ver.tumor mentis di xi supra q.4.

De Contumelia. Quæst. XVII.

Decimoseptimo quæro, quid sit contumelia? Resp. contumelia est, qua quis malum culpæ iniurios, in proximum coram profert, puta tu es fur, Caiet. ver. contumelia in princ. Secundo modo definitur ex mente, S.Thom.2.2.q.72.art. 1.Contumelia importat dehonoratione alicuius p verba, siue p facta, siue per quicquid habēs vim significandi, ita Ros. ver. cōtumelia in prin. Arm.d. loco nume. 1. Ang.d. loco in princ.alleg.Alex.de Ales.2.2.tracta. de contum.q.36.art.4. Pisan.ver. cont.§.1.Tab.d. loco nume. 1. Tertio modo definitur per S.Ant.2.p.tit.7.c.6. Contumelia est expressio defectus alterius coram eo per verba ad ipsum dehonorandum, sed com.defin. est quam posuimus in secundo loco.

Differentia contumeliæ, conuicij, & improperij. Quæst. XVIII.

Decimooctano quæro, quid differant inter se, contumelia, conuicium, & improperium. Resp.ex mente S.Tho.2.2.q.72.art. 1.in resp.ad 3.quod conuicium, & improperium consistunt in verbis, sicut & contumelia; quia per omnia hæc repræsentantur aliqui defectus alicuins in detrimentum honoris illius; huiusmodi autem defectus est triplex, scilicet defectus culpæ, qui repræsentatur per verba contumeliosa, & defectus generaliter culpæ, & pœnæ qui repræsentatur per conuicium, quia vitium consueuit dici non solum animæ, sed etiam corporis, vnde si quis alicui iniuriosè dicat, eum esse cæcum, conuicium quidem dicit, sed non contumeliam, si quis autem dicat alteri, quod sit fur, non solum conuicium, sed etiam contumeliam infert, quandoque verò repræsentat aliquis alicui defectum minorationis, siue indigentiæ, qui etiam derogat honori consequenti quamcunque excellentiam, & hoc fit per verbum improperij, quod propriè est quādo aliquis iniuriosè alteri ad memoriam reducit auxilium, quod contulit ei necessitatem patienti, vnde dicitur Eccl.20.exigua dabit, & multa improperabit, quandoque tamen vnum istorum pro alio ponitur, ita Rosell.ver.contumelia in princ. Armill. nu. 1. dicens hæc posse fieri in facie alicuius personaliter videntis, & audientis, & literis, seu libellis famosis, vt ad ipsum deueniant, possunt etiam fieri in absentia verbis, vel signis; vt ad eius notitiam deueniant, conc. Pisan. ver. contumelia in princ. Sylu.& Tab.d.loco nu.1. Do.Sot. de iust. & iure lib. 4.q.1 1.art.1.in resp.ad 3.quæ videtur innuere Caiet.ver.conuicium. Nauar. Man.conf.cap.18.de 8. præcep.num.10. quæ tria sunt contraria honori, qui est ex hibito reuerentiæ, in testimonium alicuius excellentiæ, maximè virtutis, S.Tho.2.2.q.2. art.2.& 2.2.q.63.art.3.vnde qui notabiliter honorem alicuius intendit lędere, vel lędit, aut causam dat lædendi, dicitur contumeliosus, & dicitur, lædere intendit, quia si fieret causa iustę correctionis, non esset peccatum, dummodo significetur solum virium, cuius correctio prętenditur, alioquin esset mentiri, vt dicitur inferius loco suo, ita Nauar.d.c.18.nu.12.in Man.conf.

Contumelia, an sit filia iræ. Quæst. XIX.

Decimonono quæro, vtrum contumelia sit filia irę? Resp. quod sic. Greg.lib.31.Mora.c. 31.a medio. S.Tho.2.2.q.72.art.4.nam cum contumelia ad vindictam properet, ex ira magis, quā ex alio vitio oriri videtur, vnde cum vnum peccatum possit ex diuersis oriri; ex illo tamen dicitur principalius habere originem, ex quo frequēntius procedere consueuit, propter propinquitatem ad finem illius, cōntumelia autem magnam habet propinquitatem ad finem irę, qui est vindicta. Nulla enim vindicta est irato magis in promptum, quam inferre contumeliam alteri, & ideo contumelia maximè oritur ex ira, ita S. Thom.d. loco. Oritur tamen quandoque ex odio vt in 3.arg.aliquando ex stultitia, iuxta illud Prou. 20. Omnes stulti miscentur contumelijs; aliquando oritur ex superbia, secundum illud Prou.11. Vbi superbia, ibi contumelia, S.Anton.2.p. tit. 7. c.6. in princi. non ordinatur tamen ad finem superbię, qui est celsitudo, & ideo non directè oritur ex superbia, & oritur ex stultitia secundum affinitatem, quā habet cum ira, cum iratus patiatur rationis defectum, pertinet etiam magis ad iram, quam ad odium, quia odiens nō quærit manifestam offensam, sicuti iratus, ita S.Tho.in resp.ad 1 2.& 3.arg.quē sequitur Dom.Sot.lib.4.de iust.& iure art. 2.concl.3.Tab.ver.contumelia nu.3.

Contumelia, an consistat in uerbis an in factis. Quæst. XX.

Vigesimo quęro, vtrum contumelia consistat in verbis, an in factis? Resp. quod consistit in verbis, S.Thom.2.2.q.72.articul.1.vbi dicit nihil auditu percipitur, nisi verbum, sed contumelia auditu percipitur secundum illud Ierem. 20. audiui contumelias in circuitu, ergo contumelia est in verbis, ita arguit S.Thom. d. loco, subdens quod contumelia importat dehonorationem alicuius, quod quidem contingit dupliciter, cum enim honor aliquam excellentiam consequatur. vno modo aliquis alium dehonorat, cum priuat

eum

eum excellétia, propter quam habebat honorem, quod quidem fit per peccata factorum, alio modo cum aliquis id, quod est contra honorem alicuius deducit in notitiam eius, & aliorum, & hoc proprie pertinet ad contumeliam, quod quidem fit per aliqua signa, sed vt dicit August. lib. 2. c. 3. circa medium volum. 3. de doctrina Christiana. Omnia signa verbis comparata paucissima sunt, verba enim inter homines obtinuerunt principatum significandi, quæcunque animo concipiuntur, & ideo contumelia propriè loquendo in verbis consistit: Vnde Isidor. libr. 10. Ethimol. c. 3. dicit quòd contumeliosus dicitur aliquis, quia uelox est; & tamen verbis iniuriæ, tamen etiam per facta aliqua significantur, quæ in hoc quod significant habent vim verborum significantium, inde est, quòd contumelia extenso nomine etiam in factis dicitur. unde Roma. 1. super illud. Contumeliosos superbos. dicit gl. quòd cōtumeliosi sunt, qui dictis, vel factis contumelias, & turpia inferunt, hæc San. Thom. d. loco co icor. quæ dixi supra q. 13. in 2. de fin. concor. Dom. Sot. de iust. & iure, lib. 4. q. 1. ar. 1. & sic Inquantum facta habent vim verborum, pertinent ad contumeliam, & Sanct. Thom. io respond. ad primum dictom Arist. 1. non obst. quod verba videantur nullum nocumentum inferre in proximum, nec in personam, neque in rem. Nam respō. quod verba secundum se nullum nocumentum inferunt, nisi fortè grauando auditum, inquantum verò sunt signa repræsentatiua aliquid in notitiam aliorum, possunt damna molta inferre, inter quę vnum est, quod homo damnificatur quantum ad detrimentum honoris sui, vel reuerenuę sibi ab alijs exhibendæ. ita S. Tho. in responsio. ad 1. dicens, quod maior est contumelia, si aliquis dicat defectum suum coram multis, & tamen sibi soli dicat, potest tamen esse cōtumelia inquantum ipse qui loquitur, iniustè contra reuerentiam audientis agit.

Contumelia, an sit peccatum mortale. Quæst. XXI.

Vigesimoprimo quæro, an contumelia sit peccatum mortale? Resp. quod sic; nihil enim meretur pœnam æternam inferni, nisi per peccatum mortale, sed conuitium vel contumelia meretur pœnam inferni secundum illud Matth. 5. qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis, ergo cōuicium, vel contumelia erit peccatū mortale, S. Tho. 2. 2. q. 72. art. 2. vbi concluditur, quod contumelia, vel conuicium formaliter, animo scilicet iniuriandi prolata, mortale peccatum sunt, ratio est, quia verba inquantum sunt soni quidam non sunt in nocumentum aliorum, sed inquātum significāt aliquid, quę quidem significatio ex interiori affectu procedit, & ideo in peccatis verborum maximè considerandum videtur, ex quo affectu aliquis verba proferat, cum ergo cōuiciū, seu contumelia de sui ratione importet quandam dehonorationem, si intentio proferentis ad hoc feratur, vt aliquis per verba, quæ profert, honorem alterius auferat, hoc propriè, & per se est dicere conuicium, vel contumeliam, & hoc est peccatum mortale. non minus quam furtum, vel rapina. Nō enim homo minus amat suum honorem, quàm rem possessam, si verò aliquis verbum conuicij, vel cōtumeliæ alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi; sed fortè propter correctionem vel propter aliquod huiusmodi non dicit conuicium, vel contumeliam formaliter, & per se, sed per accidens, & materialiter, inquantum, s. dicit id, quod potest esse conuicium, vel contumelia; vnde hoc potest esse quandoque peccatum veniale, quandoque autem absque omni peccato, in quo tamen necessaria est discretio, vt moderate homo talibus verbis vtatur, quia posset esse, ita graue cōuicium, quod per incautelam prolatum, aufert honorem eius, contra quem profertur, & tunc homo posset peccare mortaliter, etiam si non intenderet dehonorationem alterius, sicut etiam si aliquis incautè alium ex ludo percutiens grauiter lædat, culpa non caret, ita S. Tho. dicto loco. Nō obstat quod conuiciari sit actus alicuius virtutis: nam respond. quod ad eutrapeliam pertinet dicere aliquod leue conuicium, non ad dehonorationem, vel ad contristationem, in quem dicitur, sed magis causa delectationis, vel loci, & hoc potest esse sine peccato, si debitæ circūstantiæ obseruentur. Si vero aliquis non reformidet contristare eū, in quem profertur huiusmodi locosum conuiciū, dummodò alijs risum excitet; hoc est vitiosum ibidem. 4. Eth. c. 8. S. Tho. d. art. in responsio. ad 1. cōcor. Caiet. ver. contumelia, & conuicium, dicit quòd licet hoc sit de genere suo mortale; est tamen veniale propter imperfectionem actus, vel quia primi motus, vel quia contumelia in minimo, vel quia materialiter tantum contumelia est, nisi forte notabilis læsio proximi inde sit. Arm. d. ver. contumelia nu. 2. vbi etiam Tab. nu. 2. Ang. cum ad d. vers. conturn. num. 1. Pis. d. loco. § 2. Do. Sot. li. 4. de iust. & iure. q. 1. art. 2. dicit hæc tria, Primo quod contumelia est peccatum mortale ex genere suo, id quod atrocius, quam furtum vel rapina, quia melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Secunda eius conclusio est iactatio conuicij, & probri, quæ fit præter intentionem contumeliandi, pensanda est quandoque ex intentione proferentis, quandoque uerò ex rei quantitate, & quandoque ex defectu cautelæ, quæ adhibenda est. Vnde in triplici potest esse gradu, nempe ut sit quandoque uirtus, quandoque uenialis culpa, & nonnūquam mortalis, exemplum: cum Prælatus corripiendo, probro aliquo utitur aduersus inferiorem, si moderamine utatur, officium præstat, dum autem conuicium graue per iracundiam euomit, mortale est; ubi uerò nonnullus est cautelæ defectus, plurimum consueuit esse ueniale, Tertiam elicit concl. Dom. Sot. quod contumelia nascitur ex ira, id quod dictum fuit super. q. 19.

Correctionis causa an inferri possit contumelia. Quæst. XXII.

Vigesimosecundo quæro, vtrum sit licitum correctionis causa côtumeliam in aliquem inferre? Resp. quod sic. S. Thom. 2. 2. q. 72. art. 2. in resp. ad 2. vbi sicut licitum est aliquem verberare, vel in rebus damnificare causa disciplinæ, ita etiã & causa disciplinæ potest aliquis alteri quem debet corrigere, verbum aliquod conuiciosum dicere, & hoc modo Dominus discipulos vocauit stultos, Luc. c. fin. ibi ohstulti, & tardi corde ad credẽdum, & Paul. ad Galat. 3. dixit, oh insensati Galathæ; tamen vt dicit Aug. li. 1. c. 30. vol. 4. de sermone domini in monte, Raro & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ; in quibus non nobis, sed vt domino seruiatur instemus. Ita S. Tho. d. l. conc. Sot. de inst. & iur. li. 4. q. 11. art. 2. in resp. ad 2. Ros. ver. cont. nu. 2. vbi & Ang. nume. 2. Pis. d. lo. §. 3. S. Ant. 2. p. ti. 7. capit. 6. §. 2. vbi dicit, quod contumelia proferri potest triplici intentione, & secundum hoc iudicandum est de ipsa. Primo animo corrigendi. Secundo animo solatiandi. Tertio animo iniuriandi. Primo modo non solum non est mortale, sed est meritorium. Secundo autem modo obseruatis debitis circumstantijs non esset peccatum. Tertio vero modo, cum proferatur animo iniuriandi est mortale, quia notabiliter lædit proximum, faciens contra iustitiam, & charitatem, vt dictum est in proxima præced. quæst. Et not. quod ad hoc quod contumelia inferatur alicui absque peccato, debet esse causa iustitiæ, castigationis, vel correctionis, & sic causa principalis sit correctiõ, nõ ira: Præterea requiritur vt solum expliceiur vitium, cuius correctio prætenditur, alioqnin esset mentiri, & sic peccaretur, cap. 1. 2. q. 1. Nauar. Man. confes. c. 18. nu. 12. de octauo præcepto.

Contumelia, an sustineri debeat. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, an quis debeat contumelias sibi illatas sustinere? Resp. quod sic, ut Psal. 37. ibi inquirebant mala mihi, locuti sunt uanitates, & postea subdit; ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum, quem tex. ad hoc adducit S. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 3. ubi conclu. quod illatas contumelias nonnunquam repellere homo potest, propter bonum illius, qui contumeliam infert, ad reprimendam illius audaciam, & ad suam tuendam dignitatem, & authoritatemq; quàmquam animo paratus quisque esse debeat omnes sustinere iniurias si propriæ, & aliorum saluti expedire conspexit. Ratio est, quia sicut patientia necessaria est in his, quæ contra nos fiunt, ita etiam in his quæ contra nos dicũtur. Præcepta aut patientiæ in his quæ contra nos fiunt, sunt in præparatione animi habenda, sicut exponit Aug. lib. 1. cap. 34. & sequent. de sermone Domini in monte, si quis percusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliam, vt, scilicet homo sit paratus hoc facere, si opus fuerit, non tamen semper tenetur facere actu; quia nec ipse Dominus fecit, sed cum suscepisset alapham dixit, quid me cędis? vt habetur Iohan. c. 18. & ideo etiam circa verba contumeliosa, quæ contra nos dicuntur, est idẽ intelligendum, tenemur enim habere animum paratum ad contumelias tolerandas, si expediens fuerit; quandoque tamen oportet vt côtumeliam illatam repellamus maxime propter duo. Primò quidem propter bonum eius, qui contumeliam infert, vt videlicet eius audacia reprimatur, & de cętero talia nõ attentet, secundum illud prouerb. 26. re'p. stulto iuxta stultitiã suam, ne sibi sapiens videatur, alio modo propter bonum multorum, quorũ profectus impeditur propter contumelias nobis illatas, vnde Greg. in hom. 9. Ezech. iuxta medium dicit, hi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant, & ita in prauis moribus remanẽtes bene viuere contemnant, hęc S. Thom. d. loco. Non obst. quod sustinendo contumelias, audaciam nutriat contumeliantis; nam resp. quod audacia eius moderate est reprimenda, scilicet propter officium charitatis, non propter cupiditatem priuati honoris, vnde dicit prou. 26. ne resp. stulto iux. stultitiam suam, ne ei similis efficiaris. Non obst. quod aliquis teneatur alias contumelias reprimere iuxta illud Pro. 26. qui imponit stulto silentium, iras mitigat, nam resp. quod in hoc non ita timetur cupiditas honoris proprij priuati, sicut qui repellit contumelias proprias; magis enim videtur hoc prouenire ex charitatis affectu. Non obst. quod tacendo fit vindicta, vt Chri. hom. 4. super Mat. ibi si vindicare vis sile, & funestam ei dedisti plagam, sed nemini licet vindicare seipsum. Ergo &c. nam resp. quod si aliquis hoc animo taceret, vt tacendo contumeliantem ad iracundiam prouocaret, hoc pertineret ad vindictam; sed si aliquis taceret volens date locũ iræ hoc est laudabile, vnde dicitur Eccl. 8. non litiges, cum homine linguato, & non struas in ignem illius ligna. hæc diuus Thomas d. loco in resp. ad arg. conc. cum his Rosella ver. contumelia, nu. 3. vbi etiam Armil. nu. 6. & Ang. nu. 3. Pisa. ver. contumel. §. 3. Do. So. li. 4. de iust. & iur. q. 9. art. 3. vbi ponit duas cõclusiones, Prima est quod vnusquisque teneatur animum contumelijs ferendis habere paratum, vbicunque fuerit expediens, non tamen semper eas ferre, vt dictum est; Alia conclus. est, quod quãdoque oportet illatam côtumeliam repellere, Primo propter bonum eius, qui contumeliosus est, nempè vt eius insolentia reprimatur, secundo propter aliorum bonum, tam circũstantium, quàm absentium, qui contumelijs affectum nonnunquam solent minus reputare, atque adeò eius authoritas minus proficeret, vbi in fine art. concl. non esse licitum pro vna suscepta contumelia, altam reijcere, vt si quis appellauit me latronem, appello eum sicarium, sed licet crimen obijcere, quod tunc tantum necessarium est ad

repel-

repellendam iniuriam, dummodo aliquid falſum non dicatur, ſi autem appellat concubinarium, nõ eſt mihi licitum appellare latronem, ſicut neque ius eſt percutientem repercutere, Ita D. So. d. loco conc. cum iam dictis S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 6. §. 4. vbi not. quod circa contumelias factorum, & verborum, quod aliquando oportet repellere, aliquando decet ſufferre, aliquando debet quis reprehendere. Primo repellenda eſt, quando quis habet authoritatem ſuper eum, vnde Ro. 13. non ſine cauſa gladium portat. Secundo eſt ſufferenda, & hoc ratione euitandæ temeritatis, ratione incorrigibilitatis, & ratione cõſeruandæ virtutis. ſ. patientię. Tertio aliquando eſt contumelia reprehendenda, primo vt audacia contumeliantis comprimatur, ſecundo ne aliorum profectus impediatur per contumelias illatas, hæc S. Ant. d. loco.

De reſtitutione contumeliæ. Quæſt. XXIIII.

VIgeſimoquarto quæro, nunquid aliquis teneatur ſatisfacere pro contumelijs? Reſp. quod ſic. S. Anto. 2. par. tit. 7. c. 6. §. 5. ibi. quilibet tenetur ad ſatisfactionem illi, quem lædit verbo rixando, vel contumeliando, & tenetur ad ſatisfaciendum cito, ſcilicet cum poteſt, ſicut enim in reſtitutione eius, quod ſine die certo debetur, omni die debetur, ita & hæc, Paul. 4. ad Epheſ. ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. i. ſi contingat aliquem contumeliare ex ira, antequam tranſeat, reconciliamini cum eo, quæ ſatisfactio triplex eſſe poteſt: Vna eſt per verbũ, vt cum quis de offenſa veniam petit, vt fecit Auguſt. ſcribens. Hier. obſecro te per miſericordiam Ieſu Chriſti; ſi læſi te, ignoſce mihi. Secunda eſt per corporis humiliationem, ſicut fecit Semey Dauid, quem contumeliauerat, 2. Reg. c. 19. qui Semey proſtratus coram rege dixit ad eum, ne reputes mihi domine iniquitatem, neque memineris iniquitatũ ſerui tui. Tertia eſt per obſequia, ſicut Iacob uoluit placare muneribus Eſau fratrem ſuum. Paul. ad Rom. 12. ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum, quæ reſtitutio non eſt ſemper facienda ſecundum prædictos modos; ſed ſecundum quantitatem offenſæ, ſi autem prælatus eſſet, qui excederet in verbis corrigendo ſubditum ex debito iuſtitiæ, non debet petere ueniam à ſubdito, ſed à Domino Deo, ne dũ nimiũ ſeruiat humilitas, regendi frangatur authoritas, Sed quæritur ſi aliquis offenderit aliquem uerbo in ſecreto, & offenſus quęrit ſatisfactionem ſibi fieri in publico, nunquid ad hoc teneatur offendens, vel conuerſo, ſi offendat quis verbo in publico, & offendens vult ſatisfacere in occulto, nunquid ſatisfaciet. Reſp. ad primum non teneri, niſi quod factum fuit in occulto fuiſſet publicatum, ſicut fur qui latenter accipit, non tenetur publice reſtituere. Ad ſecundum reſpon. quod non ſufficit, quia eodem modo, quo fuit facta iniuria, eodem modo eſt dimittenda; item ſi quis contumeliando dicit culpam alicuius, & offenſus non vult recipere ſatisfactionem à lædente, niſi dicat fuiſſe mentitum, quid erit agendum? Reſpond. ſi contumelians ſcit ſe dixiſſe verum, non tenetur, nec ille debet ab eo exigere, ſed ſi ſcit, ſeu credit non eſſe verum, ſed falſum, vel incertum ſecundum quod habet in conſcientia ſua, poteſt aliqua dicere alleuiantia culpam ſuam, puta quod audierat; vel ex ira dixerat, vel tunc ita credebat, tunc autẽ nõ credit illud eſſe verum, ſi ſic eſt, non autem debet dicere ſe fuiſſe mentitum, hæc dicit S. Ant. d. loco, & dicam inferius latius ſuo loco.

Cauſæ, quibus cauenda eſt Contumelia. Quæſt. XXV.

VIgeſimoquinto quæro, quibus ex cauſis contumelia ſit euitanda? Reſp. multis ex cauſis. Primo, quia contumelia hominem facit dignũ pœna æterna. Vnde Matth. 5. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehenna ignis. Secundo quia dicere contumeliam homini, ſignum eſt impietatis, Prou. 10. labia iuſti conſiderant placita, & os impropriũ peruerſa. Tertio quia qui cõtumeliam dicit, ſæpè contumeliam audit. Vnde ſapiens, qui pergit dicere quæ vult, audiet quę non vult. Prou. 13. impius cõfondit, & confundetur, & Prouerb. 26. qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Quarto, quia homo aſſuetus huic peccato, vix corrigitur, Eccleſ. 23. Homo aſſuetus verbis improperij in omnibus diebus ſuis non erudietur. Quinto, quia conuiciũ charitatem, ſeu amicitiam deſtruit, vnde Ec. 22. Mittens lapidem in volatilia deijciet illa, ſic & qui conuiciatur amico, diſſoluit amicitiam, Guliel. Perald. p. 2. ſumm. virtu. titul. de peccato linguæ c. 9. per totum.

De clamore. Quæſt. XXVI.

VIgeſimoſexto quæro, quid ſit clamor? Reſp. quod clamor eſt, per quem intelligitur inordinata, & confuſa locutio. S. Thom. 2. 2. q. 15 & art. 7. in c. vnde ſumitur. Tab. ver. clamor. nu. 2. dicit quod clamor eſt inordinata, & confuſa locutio, ſecundum quod homo in modo loquendi iram ſuam demonſtrat, ſicut dicitur de illo qui dicit fratri ſuo Racha, & clamor ſic ſumptus, dicitur filius iræ, dixi ſuper. q. 4. Ange. ver. clamor dicit clamor eſt filius iræ, qua quis clamat contra aliquem confuſè inordinate, aut furioſè loquitur. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 3. in princ. dicit quod clamor eſt voces clamoſas, ſed confuſas proferre, miſceturque communiter cum contumelia, vel contentione, de quo dixit Pſal. inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die.

Quotuplex ſit clamor. Quæſt. XXVII.

VIgeſimoſeptimo quæro, quotuplex ſit clamor? Reſpon. quod triplex, S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 3. §. 1, Primus eſt, quando quis magno affectu conſiderat, vel petit aliquid à Deo ſecũdum Pſal. clamaui toto corde meo, exaudi me domine, & Gregor. multum clamat, qui multum amat, ſic clamauit Moyſes, Exod. 4. & populus Iſrael. Clama-

uerunt

uerunt ad Dominum, & Metth. 15. sic cæcus magis, ac megis clamans, Miserere mei fili Dauid. Secundus clamor est horrenda aliqua commissa iniquitas, Isai. 58. Nolite ieiuniare, sicut vsq; in hunc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. s. vestrorum scelerum, quia talia ieiunia cum his nõ placent. Tria autem vitia sunt præcipue, quæ præ sui horrore clamant ad Deũ vindictam, & celerem punitionem, Homicidiũ, Sodomia Oppressio pauperum, vt dictum est suo loco. Tertius est clamor procedens ex turbatione, & iste est filius iræ. Paul. ad Ephes. 4. omnis clamor, ira, & indignatio tollatur a vobis, con. cum istis add. ad Angel. ver. clamor, & sic clamor est triplex, videlicet iræ, deuotionis, & rei magnæ. Tabien. ver. clamor, alleg. do. 3. q. 4. art. 1.

Clamor, an sit peccatum. Quæst. XXVIII.

Vigesimooctauo quæro, vtrum clamor quatenus est filius iræ sit peccatũ? Resp. Quod sic, non tamen de se est peccatum mortale, potest tamen esse mortale, vel ratione causę, ipsum producentis, vt si procedet ex odio, vel ira mortali, vel ratione materiæ in eo continentis, vt si clamãdo contumeliam inferat, vel contentionem cõtra veritatem rei importantis, vel ratione scandali ex eo sequentis, vt cum fit à notabili persona ex ira, vnde alij notabiliter scandalizentur. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 3. §. 3. & est veniale secundum se, per accidens autem efficitur mortale. Ang. ver. clamor, quod si fiat secũdum regulam rationis, erit laudabilis, puta ad correctionem, ita Tab. ver. clamor numero 2.

Indignatio. Quæst. XXIX.

Vigesimonono quæro, quid sit indignatio? Resp. Quod indignatio, quatenus est filia irę, vt dictum est, est cum quis turbatur contra aliquem reputans indignum, vt sibi hoc fecerit, S. Anton. 2. par. titul. 7. cap. 2. in princ. ex mente S. Tho, 2. 2. q. 158. art. 7. Tabien. ver. indignatio, vbi dicit quod est filia iræ, secundum quod est in corde, inquẽtum reputat indignum, vt sibi tale quid fecerit ille contra quem irascitur, ex qua sequitur quod non vult uidere, uel audire eum, cui irascitur, ita Tab. uer. indig. conc. Ang. d. loco in princ. Caiet. uer. indig. in princ.

Indignatio, an sit peccatum. Quæst. XXX.

Trigesimo quæro, utrum indignatio sit peccatum? Respond. quod sic, Pau. ad Ephe. 4. Omnis indignatio, & ira tollatur à uobis, S. Anto. 2. p. tit. 7. c. 2. in prin. communiter tamen est ueniale, nisi per accidens, scilicet ratione scandali, uel quia denegat loqui: vel respondere in casu, quo tenetur de precept. Tab. uersi. indignatio. Angel. d. loco, & uer. diligere. §. 3. Nauarr. Man. conf. 23. nume. 116. dicit esse mortale quando est indignatio inordinata, qua debita subtrahitur affabilitas, & dicitur inordinata, quia si ordinata esset non vitium, sed uirtus diceretur. ita Nau. d. loco Caietan. d. uer. indignatio dicit peccatum esse propter inordinatam passionem, & communiter ueniale, & quandoque sine peccato, quando ex iusto rationis iudicio procedit, iuxt. illud Gregor. indignantur iusti, sed non dedignantes, scilicet non hebentes affectum inordinatum. Verum cum dictum sit superius de contumelia, quę consistit in uerbis, ut supra qõ. 20. & est qua quis malum culpæ iniuriosè in proximum profert, d. loco. q. 17. an adulatio, quæ consistit in quodam sermone laudis alteri exhibitæ intentione placidi, sit peccatũ? Resp. quod sic, Ezech. 13. væ qui consuunt puluillos, sub omni cubito manus. dicit gl. interlin. i. suauem adulationem, ergo adulatio est peccatum, S. Tho. 2. 2. q. 115. ar. 1. dicens, quod etsi amicitia, uel affabilitas principaliter delectare intendat eos, quibus conuiuit, tamen vbi necesse est propter aliquod bonum exequendum, vel malum vitandum, non veretur contristare. Si ergo aliquis in omnibus velit ad delectationem alicui loqui, excedit modum in delectando, & ideo peccat per excessum, & si facit sola intentione delectandi dicitur placidus, si facit hoc intẽtione alicuius lucri consequendi vocatur blanditor, seu adulator. Communiter tamen non adulationis attribui solet omnibus, qui supra debitũ modum virtutis volunt alios verbis, vel factis delectare, in communi cõuersatione, & potest esse tripliciter peccatum mortale. vno modo ratione ipsius materiæ, puta cum aliquis laudat alicuius peccatum. Hoc enim contrariatur dilectioni Dei, contra cuius iustitiam homo loquitur, & contra dilectionem proximi, quem in peccato fouet, Isaiæ 5. vę qui dicitis malum bonum. Secundo modo ratione intentionis, puta cum quis adulatur ad hoc quod fraudulẽter ei noceat, vel corporaliter, vel spiritualiter, & hoc etiam est peccatum mortale. Prou. 27. meliora sunt vulnere diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. Tertio modo per occasionem, sicut cum laus adulatoris fit alteri occasio peccãdi, etiam præter adulatoris intentionem. Et in hoc considerare oportet vtrum sit occasio data, vel accepta, & qualis ruina subsequatur. si autem aliquis ex sola auiditate delectandi alios, vel etiam ad euitandum aliquod malum, vel consequendum aliquod in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra charitatem, vnde nõ est peccatum mortale, sed veniale, S. Thom. 2. 2. q. 115. art. 2. Caiet. ver. adulatio. Similiter, cũ dicendum sit de homicidio, & de percussione, quia contingit quod aliquis minetur aliquem, quod esse potest verbo, vel facto, quęro vtrum mineri sit peccatum? Respon. quod cum sit actus vindicatiuus, potest benè, & malè fieri. Contingit autem in eo quadrupliciter peccari, Primo ex malo comminato, puta quando non est iustum. Secundo ex ratione comminandi, si scilicet non minatur ratione iustitiæ, vel correctionis, & hoc tunc est mortale, cum voluntas vltionis vsq; adeo procedit, vt nõ curet siue iusta sit, siue non iusta. Tertio ex modo, si nimis accenditur ira comminãdi, & hoc communi-

ter est veniale. Quarto ex desistendo ab executione minarum, præsertim iuramento firmatarum, nisi mutatio aliqua superueniret, ob quam minæ possint aut debeant remitti, iuramentum enim debet seruari rebus sic stantibus. Quinto etiam peccatur ex fictione, vt si quis minatur solo verbo nõ animo exequendi, quod dicit se facturum. Et tunc committitur peccatum mendacij officiosi, ad terrendum vtiliter delinquentem, Caiet. ver. minarij præterea cum dictum sit 1. q. huius tit. quod ita est appetitus vindictæ, nec non minari esse actum vindicatiuum, quæro quando vindicta dicatur bona, vel mala? Respon. quod uindicatio duplex inuenitur, Prima, qua exercetur per principem, seu iudicem contra malos, & hoc est opus iustitiæ sanctum, altera est, quæ fit, seu appetitur ab homine priuato, & hæc licet esse possit iusta, frequentissime tamen est mala, & quantum ad effectum, & quantum ad exercitium. Nam quantum ad opus, uindicare se, uel alios, est illicitum cuilibet priuato, nisi quoad actionem defensioam, qua uim oi repellere licet, cum moderamine incolpatæ tutelæ, quia punire est actio habẽtis potestatem super eum qui punitur, ac per hoc est illicitum, immo usurpatum si à non habente super illum potestatem uindicta fiat, quãtum uero ad appetitum, nullum est appetere uindictam peccatum, quando ipsa est iusta, onde scriptum est lætabitur iustus, cum uiderit uindictam, sed causa appetendi peccatum ingerere potest, ut si ex odio, & satiandi animi gratia uindicta appetatur, est igitur in appetitu oindictæ peccatum tunc, si quis uult per se ipsum facere uindictam, uel si ex malo animo contra hominem uolt per iudicem uindictam fieri, oportet enim hoc fieri, & appetitum dilectione hominũ, & odio uitiorũ pro bono iustitiæ, pro bono pacis, vt alij non audeant contra bonos insurgere, & ne impunitas uitiorum, pariat incentiua uitiorũ, sic enim licet non solum appetere, sed quærere per officium iudicis uindictam illorum, qui se uel alios offendunt.

Quid sit Blasphemia. Quæst. XXXI.

Trigesimoprimo quæro, quid sit Blasphemia? Resp. secundũ S. Th. 2. 2. q. 13. art. 1. in resp. ad 1. quod blasphemare est contumeliam vel aliquod conuicium inferre in iniuriam creatoris, & tunc dicitur perfecta blasphemia, quando ille, qui contra Deum loquitur, conuicium infferre intendit, derogat diuinæ bonitati, non solum secundum vanitatem intellectus, sed etiam secundum prauitatem voluntatis detestantis, & impedientis pro posse diuinũ honorem, vel secũdum Amb. blasph. est attribuere Deo, quod ei non conuenit, vel remouere ab eo quod ei conuenit, Pis. ver. blasph. in pr. Tertio modo definitur ex mente Aug. blasph. est quoniam aliquid attribuitur Deo, quod Dei non est, vel quoniam negatur de Deo quod Dei est, vel quoniam aliquis vsurpat sibi quod Dei est. Refert Gu. Pera. 2. p. sum. vi. c. 1. ve. notandum est, quæ definitio elicitur ex mente, S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. in 3. arg. Alex. de Ales. 2. 2. tit. de blasph. quem refert Ang. tit. de blasph. num. 2. conc. Ros. vet. blasph. in prin. vbi etiam Caiet. d. loco, Nau. Man. conf. cap. 12. num. 81. dicit blasphemare est dicere tacitè vel verbo contra Deum, aut eius sanctos aliquid contumeliosum, quod quidem fit vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel auferendo quod ei conuenit, vel tribuendo creaturæ, quod solius Dei proprium est, quod si solo corde dicitur, est blasphemia mentalis, si vero verbo, vocalis, si autem scripto, scripta. alle. S. Amb. lib. de paradiso, Alex. de Ales. 2. 2. quæst. 148. & dicit hanc esse co. defi.

Blasphemiæ species. Quæst. XXXII.

Trigesimosecundo quæro, quot modis dicatur blasphemia? Resp. pluribus modis, Primo cum attribuitur Deo, quod ei non conuenit. Secundo cum ab eo remouetur, quod ei conuenit. Tertio cum attribuitur creaturæ, quod Deo appropriatur. S. Tho. 2. 2. quæst. 13. art. 1. in prim. argu. vbi dicit qood per hoc non dicuntur diuersæ species; non enim differunt nisi secundum affirmationem, vel negationem, quæ quidem diuersitas habitus speciem non distinguit, quia per eandem scientiam innotescit falsitas affirmationum, & negationum conc. doct. super cit. Alio modo distinguuntur blasphemi. Nam quidam sunt qui articulis fidei non obuiant quoquo modo, vt pote malum Deo, nec sanctis non imputantes, sed eisdem maledicentes, vel gratias Deo non exhibentes, sed ingratitudine agitati oppositum gratiarũ eructuant, & isti dicuntur vere blasphemi, de quibus loquitur tit. de blasph. & maled. Alij sunt qui contra fidei articulos verba proferunt, vt pote Deum non posse factibilia facere, quod est contra primum articulum fidei, qui est credere in Deum omnipotentem, ita disting. opus Iud. inquis. vet. blasphemia. num. 1. & seq. Tertio alij dicunt blasphemos esse in duplici differentia, vno modo in genere, secundo modo in speciali, Tab. ver. blasph. nume. 2. Quarto modo distinguitur blasphemia in duas species. Prima blasphemia Dei, inquantum Deus & blasphemia Dei, inquantum spiritus sanctos Sylu. versic. blasph. nu. 3. de blasph. Dei inquantũ Deus loquitur modo, in quantum Spiritus sanctus, dicemus infra suo loco, Blasphemia Dei inquantum Deus, in genere fit duobus modis, corde, & ore, sed vterque illorum modorum diuiditur in sex modos, primo, si affirmatur de Deo falsum, vt Deus improuidus, iniustus, & similia. Secundo negando verum, ve non est Deus iustus, nõ est prouidens, idem si dicatur ad despectum eius, cum sit dicere quod Deus eum prohibere non potest. Tertio si appetitus detestetur diuina, vt male dictus sit Deus, veniat de hoc, vel illud & huiusmodi, quasi Deus est creatura subiicibus huiusmodi imprecationibus. Quarto affirmando, vel negando, seu detestando prædictis modis in Sanctis Dei, quia sicut Deus laudatur in SS. suis, ita blasph. in eos, ex consequenti redundat in Deum. S. Thom.

Tb.2.2.q.13.art.1.in resp. ad 2. Sexto quando attribuitur Deo, vel SS.aliquid verum & honestum, sed tamen irreuerēter, vt iurādo per corpus & sanguinem,& caput Dei,& huiusmodi,ex consuetudine,vel passione,sed duo vltimi modi sunt reductiui,& non sunt blasphemiæ propriæ, sed solum secundum modū.Syl.uer.bla. nu. 3. vbi etiam Tab. d.loco nu.2.Nau.Man.confe.c.12.num.83.& seq. & Caiet.d.loco.

Blasphemia cui opponatur. Quæst. XXXIII.

TRigesimotertio quęro,vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei? Respon.quod sic, Paul.1.ad Tim.c.1.ibi prius fui blasph.& persecutor, postea subdit,ignorans feci in incredulitatem mea,ex quo videtur, ꝙ blasphemia ad infidelitate pertineat,ita S.Th.2.2.q.13.art.1.vbi concl.quod blasphemiæ vitium ad infidelitatem tantum spectat,inquantū per illam homo corde, vel ore secundum intellectum vel affectum Deo tribuit, quę ei non conueniunt, vel negat quæ ei conueniunt, ratio est, quia nomen blasphemiæ importare videtur, quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis,& pręcipue diuinę.Deus autem vt Dion. dicit capit. 1. de diuin. nom. est ipsa essentia veræ bonitatis, vnde quicquid Deo conuenit, pertinet ad bonitatem ipsius, & quicquid ad ipsum non pertinet longe est à ratione perfectę bonitatis,quę est eius essentia, quicunque ergo vel negat aliquid de Deo quod ei conuenit, vel asserit de eo quod ei non conuenit, derogat diuinę bonitati, quod quidem potest cōtingere dupliciter, vno quidē modo secundū solam opinionem intellectus. Alio modo coniuncta quadā affectus detestatione, sicut econtrario fides. Dei p dilectionē perficitur ipsius, huiusmodi ergò derogatio diuinæ bonitatis, vel est secundum intellectum tantū, vel etiam secundum effectum, si consistat tantum in corde, est cordis blasphemia. si autem exterius prodeat per locutionem, est oris blasphemia,& secūdum hoc blasphemia confessioni opponitur. hæc S. Tho.d.loco Nauar,Manu.confess.c.12.nu.82.

Blasphemia cui præcepto opponatur. Quæst. XXXIIII.

TRigesimoquarto quæro,cui pręcepto opponatur blasphemia? Respond. quod opponitur secundo præcepto decalogi, quod habet, non assumes nomen Dei tui in vanum. Magis enim in vanum assumit nomen Dei, qui aliquod falsum de Deo asserit, quam qui,per nomen Dei aliquod falsum confirmat. Sau.Th.2.2.q.13 art.2.in resp. ad 2. ex cuius dicto colligitur. Quod blasphemia sit maior periurio, quod idem affirmat d.loco art. 3.in responsi.ad 2.glos. ad Ephes.4. capit.19. Blasphemia tollatur a vobis, dicit ipsa, peius est blasphemare, quā peierare, q enim peierat nō dicit, aut sentię aliqd falsum de Deo, sicut blasphemus, sed Deū adhibet testem falsitati, non tanquam æstimans Deū esse falsum testem, sed tanquā sperans, quod Deus super hoc non testificetur per aliquod euideos signum, quod autem opponatur secundo præcepto,conc.cum d.Th. d.loco citato Tab. ver. blasphemia nu.4.& quamuis asserāt opponi etiam primo, verius tamē est quod opponatur secundo, cathechi.in fine secundi pręcepti.

Blasphemia an sit peccatum mortale. Quæst. XXXV.

TRigesimoquinto quæro. vtrū Blasphemia sit peccatum mortale? Respon. quod sic Leu.c. 24. qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur.Sed pœna mortis non infertur, nisi pro peccato mortali, ergo blasphemia est peccatum mortale.S.Thom.2.2.q.13.art.2.vbi concl.quod peccatū mortale est, per quod homo separatur à primo principio spiritualis vitæ, quod est charitas Dei, vnde quæcunque charitati repugnāt ex suo genere, sunt peccata mortalia, blasphemia autem secundū genus suum repugnat charitati diuinæ, quia derogat diuinæ bonitati, quæ est obiectum charitatis, ideo blasphemia est peccatum mortale ex suo genere,ita S.Th.d.loco vbi in resp.ad 3.dicit,qd blasphemia pōt absq; deliberatione ex surreptione ꝓcedere dupliciter, vno modo quod aliquis nō aduertat,hoc quidē dicit esse blasphemiam, quod potest contingere cum aliquis subito aliqua passione in verba imaginatiua prorumpit,quorū significationē non considerat, & tūc peccatū veniale est, & non habet proprie rationem blasphemiæ, alio modo quando aduertit hoc esse blasphemiam,considerans significata verborum, & tunc non excusatur à peccato mortali, sicut nec ille, qui ex subito motu iræ aliquem occidit, iuxta se sedentem. conc.Cath.in 2.pręcepto in fine.Pis.ver.blasp.Syl. d.loco nu.4.Ros.& Ar.nu.1.& Tab.nu.3.Nau. Manua,confess.capit.12.num.83.& seq. Caiet.verstic. blasph.vbi not. quod dicere ad corpus Dei, vel ad sanguinem Dei,siue inuocādo per modū iurantis, siue resonando in ira, aut turbatione contra aliquem;non est blasphemia,quoniam postquam verbum caro factum est, Deus habet & corpus, & sanguinem, & non dicitur per modum iniuriantis, quamuis irreuerenter, cum secundo modo dicitur, & propterea peccatum graue est, non tamen mortale, quia non contra, sed pręter Deum est, & tanto grauius quanto frequantius, hęc Caietan. quem intelligo vna cum Syloest. versicu. blasphemiæ num. quarto, quod scilicet dicere ad corpus, & sanguinem Dei sit veniale, quando profertur cum parua reuerentia, mortale tamen quando cum magna irreuerentia,& cum despectu profertur, similiter esset mortale,& vere blasphemia, quando in huiusmodi haberetur sensus erroneus, puta cum Deus sua natura haberet corpus, & sanguinem, & alia membra, ita Syl. d. loco vbi not. quod quando ex consuetudine blasphemaret, etiam si ignoret esse blasphemiam, non excusatur a peccato mortali, quia est in lata culpa, & scriptum est ignorans ignorabitur. conc.Pisan.d.ver. blasphemia.

Blasphemia, an sit grauissimum peccatum. Quæstio. XXXVI.

TRigesimosexto quæro, vtrum blasphemia sit grauissimũ peccatũ? Resp. quod sic gl. Isaię. c. 18. super illud ad populũ terribilem dicit. omne peccatũ blasphemię comparatum leuius est, S. Th. 2.2. q. 13. art. 3. vbi concl. quod blasph. ex sui genere sit grauissimum peccatum, quia vt dictum est opponitur confessioni fidei, & habet in se grauitatem infidelitatis, & aggrauatur peccatum, si superueniat detestatio voluntatis, & ad hoc magis si prorumpat in verba, sicut & laus fidei augetur per dilectionem, atque confessionem, vnde cum infidelitas sit maximũ peccatum, secundum genus suum, vt dictum est superius, consequens est, quod etiam blasphemia sit maximum peccatũ ad idem genus pertinens, & aggrauans, non obst. quod homicidium magis noceat; quia per ipsum tollitur vita hominis; peccatum autem blasphemiæ nullum nocumentum potest Deo inferre, & malum intãtum dicitur, inquantum nocet, secundũ Aug. in Enchi. c. 12. nam resp. quod homicidium, & blasphemia si comparentur secundum obiecta, in quę peccatur, manifestum est, quod blasphemia, quæ est directe peccatum in Deum, pręponderat homicidio, quod est peccatum in proximum, vt dicam inferius conc. Arm. vers. blasph. numer. 2. Caiet. d. loco in pr. Tab. num. 5. Dom. Sot. lib. 8. de iust. & iure q. 2. art. 3. colum. 3.

Blasphemia, an sit grauior homicidio. Quæstio. XXXVII.

TRigesimoseptimo quæro, vtrum blasphemia sit grauius peccatum, quam homicidium? Respon. quod sic, nam si homicidium & blasphemia comparentur secundum obiecta, in quæ peccatur, manifestũ est quod blasphemia, quæ est peccatũ in Deũ pręponderat homicidio, quod est peccatũ in proximum, si autem comparentur secundum effectũ nocendi, sic homicidium præponderat, plus enim homicidium nocet proximo, quam blasphemia Deo, sed quia in grauitate culpæ magis attenditur intentio voluntatis peruersæ, quàm effectus operis, ideò cum blasphemia, intendat nocumentũ inferre honori Dei, simpliciter loquẽdo, grauius peccat quã homicida, homicidiũ tamen principatũ tenet inter peccata in proximũ cõmissa. Tab. versic. blasphemia. nu. 6. ex mente S. Th. 2.2. q. 13. articulo 3. in responsione ad 1. Armi. versic. blasphemia. num. 2. Dom. Sot. lib. 8. de iust. & iure. q. 2. art. 3. versic. est enim citra.

Blasphemia an sit maius periurio. Quæst. XXXVIII.

TRigesimooctauo quæro, vtrum blasphemia sit grauius peccatum, quàm periuriũ? Resp. quod sic, glo. ca. 4. ad Eph. ibi blasph. tollatur à vobis, dicit peius est blasphemare quàm peierare, qui enim peierat nõ dicit, aut sentit falsum aliquid de Deo, sicut blasphemus, sed Deum adhibet testem falsitati, non tanquam æstimans Deum esse falsum testem, sed tanquam sperans quod Deus super hoc non testificetur per aliquod euidẽs signum, S. Th. 2.2. q. 13. art. 3. in respon. ad 2.

Blasphemia an sit maius peccatum quàm excusatio. Quæstio. XXXIX.

TRigesimonono quæro, vtrum blasphemia sit maius peccatum quam excusatio? videtur dicendum quod nõ, quia gl. super Psa. 47. nolite extollere in altu cornu vestrum. dicit, Maximum est vitium excusationis peccati, non ergo blasphemia est maximum peccatum: hoc tamen nõ obst. dicendum est, blasphemiam secundum se grauius esse peccatum excusatione, per ea quę dicta sunt, excusatio tamen peccati est quædam circumstantia aggrauans omne peccatum, etiam ipsam blasphemiam, & pro tanto dicitur esse maximum peccatum, quia quodlibet facit maius, S. Tho. 2.2. q. 13. art. 3. in resp. ad 3.

Blasphemia Iracundia causa. Quæst. XL.

QVadragesimo quæro, utrum blasphemans ex lore Iracũdię, seu in ebrietate, peccet mortaliter? Resp. sic, si aduertit, quod dicit & significationem uerborũ, secundum Aug. uer. blasph. nu. 6 sed nescio quomodo in ebrietate constitutus possit aduertere quod dicat, ideo dicas si dedit operam rei illicitæ, ut quia inebriatus est sua culpa, peccat mortaliter. c. inebriauerunt 15. q. 1. similiter quando ira esset ex iniusta causa, ut puta, quia in ludo amisit, si tamen esset accensus calore iracundiæ ex iusta causa, non peccasset, nisi uenialiter, nisi attenderet quod dicit, & ad significationem uerborum, ut dixit S. Thom. 2.2. q. 13. art. 3. in resp. ad 3.

Blasphemia, an sit remissibile. Quæst. XLI.

QVadragesimo primo quæro, utrũ peccatũ blasphemiæ sit remissibile? Resp. quod sic, omne. n. peccatũ est remissibile per pęnitentiã, & misericordiã Dei, quædã tamen dicuntur remissibilia, quia ex se habent circumstantias alleuiantes, & ad remissionẽ prouocãtes, ut quæ fiunt ex ignorantia, uel fragilitate, quædã uero dicuntur irremissibilia, uel quia nõ habent tales circumstantias, ut quæ fiunt ex malitia, uel quia excludunt pœnitentiã, ut finales impœnitẽtia. quæ remitti nõ potest, licet remitti possit intẽtio finaliter non pœnitendi, igitur blasphemia dicitur remissibilis, si fiat ex uehementi passione, uel deceptione, uel infirmitate, & huiusmodi, & sic intellige illud Matt. c. 12. Omne peccatum, & blasphemia remittitur, scilicet si fiat isto modo, dicitur uerò irremissibilis, si fiat cũ certa malitia, non quia remitti nõ possit, sed quia nõ habet causam motiuã ad remissionẽ, & sic intellige illud Matth. 11. Spiritus aũt blasph. non remittitur, s. de facili, sed an peccatum blasphemiæ sit remissibile per quemlibet proprię parochum. Resp. distinguendo, aut blasphemia est publica,

publica, aut non, primo casu non solet absolui, nisi ab Episcopo, qui regulariter talem casum sibi reseruat. gl. ca. 2. de pę. & re. 6. si autem non est publica, sed occulta, potest quilibet parrochus, no. doct. c. statuimus de maledic. publica autem dicitur quā do blasphemia est notoria, de iure & de facto, ut quando iudex, super eam sententiam protulit, seu quando coram pluribus personis blasphemauit, quæ probari possit, licet ad Episcopum non deferatur. c. statuimus uers. publicè de maled.

Causæ detestandi Blasphemiam. Quæst. X L I I.

QVadragesimo secundo quæro, quæ sit causa detestandi blasphemiam? Respond. quod est multiplex, Primo pęna, quæ infligitur ex illa. Leui. 24. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi. Secundo quia ex blasphemia ostenditur ingratitudo magna, aliæ namque creaturæ, quæ minus longè beneficium a Domino acceperunt, quam homo, Deum laudant, & benedicunt, & ostendunt eius potentiam, bonitatem, & sapientiam, nec solum Deum laudant, & benedicūt, imo etiam ad eum laudandum homines inuitant, Tertio quia in peccato isto adest contumelia Dei principaliter, & immediatè, alij autem peccatores contumeliam inferunt in rebus suis, blasphemus uero infert contumeliam in personam propriam. Gul. 2. p. sum virt. & vit. c. 1. §. multa.

De Murmuratione. Quæst. X L I I I.

QVadragesimo tertio quæro, quid sit murmuratio? Resp. est quædam querela cum impatientia in his, quæ homo debet patienter ferre glo. super illud Sap. 1. Custodite vos a murmuratione, quam refert Arm. uers. murmuratio nu. 1. Ang. d. loco in princ. quem sequitur Tab. uers. murmuratio in prin. Syl. d. loco in prin. dicit, quod murmuratio est querela iniusta, & impatiens, & dicitur murmurare per similitudinem, admurmure, quod est propriè motorum, & loqui nō audientium, vnde murmur, aut murmuratio dicitur primo omnis loquutio, submissa, uel clanculosa, aut secretè, & submissè, & clanculo facta, vnde metaphoricè riuus aquæ dicitur murmurare, sed quia talis locutio fit frequenter iniustè, dicitur: Secundo querela iniusta, & intellige clanculo, & angulariter, & non in faciem facta, quia non est murmurare, si quis queratur etiā iniustè coram Præside, quæ secundum Caiet. si ad vitiosos actus transferatur, peccatum est coincidēs cum detractione, quamuis minus significetur murmorationis nomine, quia magis soni quam vocis peccat; vnde sonum querelæ, impatiēnæ murmur uocare solemus, quasi multum pressus aut pulsus homo sonet, & secundū rem detrahitur illi, contra quē murmuratur, tāq. iniustè, aut irrationabiliter, se habuerit, uel habeat, hæc Cai. ver. murmuratio.

Murmuratio quotuplex sit. Quæst. X L I I I I.

QVadragesimo quarto quæro, quotuplex est murmuratio? Resp. duplex alia, s. cōtra Deū, alia autem contra proximum, Arm. ver. murmuratio versi. & committitur, ubi etiam Ang. d. loco. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 2. §. 2. seq. contra Dominū fit murmuratio triplici modo. Primo per præsumptionē. Secundo per admirationē. Tertio per perturbationē, de primo leg. Matth. c. 20. in parabola vineę, quod illi, qui venerunt hora prima ad laborandum in vinea, cum non accepissent a procuratore nisi vnum denariuum, sicut & qui venerunt vndecima hora, murmorauerunt aduersus patremfamilias dicentes: hi nouissimi vna hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti, secunda per viam admirationis, videntes enim sancti malos exaltari, bonos deprimi, & conculcari aliquando conqueruntur de Deo, non irascendo, sed admirando de iudicijs Dei. Tertia querela est conturbatio, & ista est propriè murmuratio peccatum, de qua dicitur Eccles. 10. vir prudens, & disciplinatus non murmurabit correptus & Apost. ad Philip. 2. Omnia agite sine mormurationibus, quæ murmuratio contra Deum fit tripliciter, Primo de nimia seueritate. Secundo de nimia benignitate. Tertio de aeris inæqualitate, de primo cum multum affliguntur homines tribulatione, de secundo, cum Deus dat magna dona peccatoribus, de tertio cū murmuramus iniustè de nimia siccitate, & de similibus, & hæc omnia iniuste quidē, quia scriptum est, Sap. 8. Sapientia Dei disponit omnia suauiter, hæc S. Ant. d. loco super citat. Secundo fit murmuratio contra proximum, quæ est in triplici differentia, alia inter inferiores; alia inter æquales, alia inter superiores, de prima vt cum pauper petit eleemosynam, & hi, à quibus petitur munerant dicentes, isti indiscreti sunt, & nō faciunt nisi petere, & si dāt, murmurādo dant, vnde 1. Petr. c. 4. Hospitales, scilicet ad subueniendum sine murmuratione, secunda inter æquales. Eccl. 29. Vbi de eo, qui accepit mutuum à proximo, & cū repetitur ab eo, murmurat, de tertia cū scilicet quis murmurat contra superiorem, vt quādo non prouidet illis, vt vellet, sic murmurauit populus Israel contra Moysen, de defectu cibi, & de defectu aquę. Exod. c. 15. & c. 16. in quibus murmurationibus se habuit mansuetè cōtra mormurātes,

Murmuratio quando sit peccatum mortale. Quæst. X L V.

QVadragesimquinto quæro, quando murmuratio sit peccatū mortale? Resp. qd murmuratio potest accipi tribus modis. Primo, vt est submissa, & clanculosa locutio, & sic potest esse cū peccato, & sine peccato, Iohan. c. 5. vbi dicit, Qd murmur multus erat de Christo in populo, & sequitur, quidā. n. dicebant, quia bonus est, alij autē nō, sed seducit turbas, secundo pro vt est submissa, & clanculosa locutio querelantis de re iusta, sicut populus Israel murmurauit contra deum frequenter, & tertio de re iniusta modo iniusto, & his duobus modis est semper peccatū, aut veniale, aut mortale, secundum conditionem personarū, circunstātiarum, & animarum, qd generali regula difficile est diffiniri secundū Tabien.

verſ. murmuratio in fine, vbi etiam Syluest. d. loco vbi no. quod murmuratio poteſt eſſe iniuſta dupli ci de cauſa, ſcilicet ratione obiecti, quia ſcilicet querelatur quis de re iuſta ſicuti Phariſęi de receptione peccatorum à Domino. Secundo ratione modi, quia ſcilicet quis querelatur de re iniuſta, tamen nō debito modo, idest, non vbi quando, & quomodo oportet, vnde in definitione non ponitur iniuſta, ſed dicitur querela cū impatientia, in his quæ homo debet patienter ferre, hęc Syl. d. loco, vbi in fi. dicit, quod pęna murmurationis eſt, vt alienus ſit à fratrum vnitate, & opus eius abijciatur, iuxta illud Homil. 17. omnes, qui murmurati eſtis in deſerto a 20. annis & ſupra, & murmuraſtis contra me, nō intrabitis in terram, ſuper quam leuaui manum meam, vt inhabitare vos facerem, refert S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 2. §. fin.

De Scandalo quid ſit. Quæſt. XLVI.

QVadrageſimoſexto quęro, quid ſit ſcandalū? Reſp. ſcādalū eſt dictū, vel factū minus rectū præbens occaſionem ruinæ. Hier. ſuper Matth. 5. ibi ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo, dicit, quando legimus quicunque ſcandalizauerit, hoc intelligimus, qui dicto, vel facto occaſionem ruinæ dederit. Refert S. Th. 2. 2. q. 43. art. 1. & in 4. diſt. 38. q. 1. in quolibet 4. art. 23. qui Th. d. art. 1. dicit quod ſcandalū gręcè, nos autem offenſionē, vel ruinam, & impactionem pedis poſſumus dicere; cōtingit .n. quod quandoq; aliquis obex ponitur alicui in via corporali, cui impigens diſponitur ad ruinam; & talis obex dicitur ſcandalū. Et ſimiliter in proceſſu vitę ſpiritualis, contingit aliquem diſponi ad ruinam ſpiritualem per dictum alterius, in quantum, ſcilicet aliquis ſua admonitione, vel inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum, & hoc propriè dicitur ſcandalum, nihil autem ſecundum propriam rationem diſponit ad ſpiritualem ruinam, niſi ſecundum quod habet aliquem defectum rectitudinis, quia id quod eſt perfectè rectum, magis munit hominem contra caſum, quàm ad ruinam inducat. Et ideò conuenienter dicitur, quod dictum, vel factum minus rectū, præbens occaſionem ruinæ, ſit ſcandalum. hæc S. Tho. d. loco non obſt. quod non ſit in definitione concupitum, pro vt ponitur in definitione peccati, quia cogitatio, vel cōcupiſcentia mali latet in corde, vnde non proponitur alteri, vt obex diſponens ad ruinam, & propter hoc non poteſt habere ſcandali rationem, non obſtantibus. Quod omnis actus virtuoſus, præter optimum eſſet ſcandalum, quia minus bonum habet rationem mali, nam reſp. quod hic minus rectum dicitur, non quod ab aliquo alio ſuperetur in rectitudine, ſed quod habet aliquem rectitudinis defectum, vel quia eſt ſecundum ſe malum, ſicut peccatum, vel quia habet ſpeciem mali, ſicut cum aliquis recumbit in Idolo, non obſtat, quod occaſio nominetur per accidens, & in definitione non debet poni id quod eſt per accidens, quia non dat ſpeciem. Nam reſp. quod in definitione poni poteſt id quod eſt per accidēs vni, quod poteſt etiā per ſe alteri conuenire, ſicuti in definitione fortunæ ponitur cauſa per accidēs, hæc S. Th. in reſp. ad arg. concor. cum definitione relata, S. Ant. 2. part. tit. 7. cap. 4. in princ. Piſa. ver. ſcandalum in princ. Caieta. Armill. Roſ. d. loco nu. 1. Ang. d. ver. ſcandalum. c apoſtilla alleg. Ruic. 4. ſent. diſt. 38. art. vlti. q. 1. Alex. de Ales. 2. 2. q. 45. ar. 1. Tab. & Sylu. verſ. ſcandalum. nu. 1. Rayn. tit. de ſcandalo. c. 1. & eſt com. defin. vbi Rayn. no. quatuor. Primo, quod in defin. ſcandali non fit mentio peccati cordis, quia cogitatio cum in corde lateat, nō poteſt eſſe in ruinam alterius. Secundo, quod materia ſcandali eſt ſiue quod per ſe eſt malum, ſiue quod habeat ſpeciem mali. vnde Apoſt. ad Theſſ. 5. ab omni ſpecie mali abſtinete vos. Tertio, quod præbetur occaſio, & non cauſa ruinæ, quia nihil poteſt eſſe cauſa ſufficiens peccati, niſi propria voluntas, ideò dictum, vel factum alterius minus rectum non dicitur cauſa ruinæ, ſed occaſio. Quarto quod cauſa ruinæ poteſt accipi, primo ex parte agentis, & patientis, ſicut quando ad inductionem alterius, qui ruinā proximi procurare intendit in proximū peccat, & tale ſcandalū eſt actiuum, atque paſſiuū, ſecundo modo ex parte agentis & non patientis, vt quando aliquis dicto, vel facto minus recto intendit, & vult alium inducere ad peccandum, & tamen eius peccato, alius non conſentit, & tale ſcandalum eſt actiuum ſine paſſiuo, tertio modo ex parte patientis, & non agentis, ſicut quando præter intentionem operis aliquis male diſpoſitus ex huiuſmodi opere inducitur ad peccandum, puta quando aliquis bona intentione facit aliquod, vel dicit quod de ſe non eſt natum inclinare ad peccatum, & tamen ex hoc aliquis inclinatum ad peccata dicit non ipſimet ſibi ſumere occaſionem ruinę, nulla ſibi exterius occaſione data, hęc Ray. d. loco allegans S. Th. 4. ſent. diſt. 38. art. 1. & 2. 2. q. 43. arti. 1. & dicam in ſeq. q.

Scandalum quotuplex ſit. Quæſt. XLVII.

QVadrageſimoſeptimo quæro, quotuplex ſit ſcandalū? Reſp. quod eſt duplex actiuū, atque paſſiuum. S. Th. 2. 2. q. 43. art. 1. in reſp. ad 4. vbi dicit qđ dictū, vel factum alterius poteſt eſſe dupliciter alteri cauſa peccandi. vno modo per ſe, alio modo per accidēs; per ſe quidē quando aliquis ſuo malo verbo, vel facto intendit alium ad peccandū inducere, vel etiā ſi ipſe hoc nō intēdat, & ipſum factū eſt tale, quod de ſui ratione habet, quod ſit inductiuum ad peccandum. puta cum aliquis publice facit peccatum, vel quod habeat ſimilitudinem peccati, & tunc ille qui huiuſmodi actum facit propriè dat occaſionem ruinæ, vnde vocatur ſcandalum actiuum, per accidens autem aliquod verbum, vel factum vnius eſt alterius cauſa peccandi, quando etiam præter intentionem operantis, & præter conditionem operis aliquis male diſpoſitus ex huiuſmodi opere inducitur ad peccandum, puta cum aliquis inuidet bonis

aliorum,

aliorum; & tūc ille, qui facit huiusmodi actum recte, non dat occasionem quantum in se est, sed alius sumit occasionem, secundum illud ad Roman.7. occasione autē accepta: & ideo hoc est scandalum passiuum sine actiuo, quia ille qui rectè agit quātum est de se, nō dat occasionem ruinę, quam alter patitur, quandoque ergo contingit, quod etiā simul scandalum actiuum in vno, & passiuum in altero, putà cum ad inductionem vnius, alius peccat, quandoque verò est scandalum actiuum sine passiuo, puta cum aliquis inducit verbo, vel facto, alium ad peccandum, & ille nō consentit, quandoque vero est scandalū passiuū sine actiuo, sicut iam dictum est. Hæc San. Thom. d. loco concor. quæ dixi superius in proxima præcedenti q. in fine. concor. S. Tho. 2.2.q.43.artic. 2. artic. 3. & artic. 7. S. Anton. 2.p.tit. 7. cap. 4. versi. item not. in princ. & in §. 3. eo. loco. Pisan. vers. scandalum in §. 1. Caiet. Ang. d. loco num. 1. Tab. num. 6. & seq. Syl. num. 5. Alex. de Ales. 2.2.q.54. art. 1. Ric. in 4. sent. dist. 38. art. vlt. quos refert Ang. verbo scandalum. nu. 1.

Scandalum actiuum, an sit in perfectis. Quæstio XLVIII.

QVadragesimooctauo quęro, vtrū scandalum actiuum possit inueniri in viris perfectis? Resp. quod non: S. Tho. 2.2.q.43.art.6. vbi plus repugnat perfectioni scādalū actiuū, quā scandalum passiuum, sed scandalum passiuum, non potest esse in viris perfectis. ergo multo minus scādalum actiuum, ratio est, quia ad perfectos pertinēt ea, quæ agunt secundum regulam rationis ordinatę, Paul. 1. ad Corint. 14. omnia honestè, atque secundum ordinem fiant in vobis, & præcipue hanc cautelam adhibent in his, in quibus non solum ipsi offenderent, sed etiā alijs offensionem pararent, & siquidem in eorum manifestis dictis, vel factis aliquid ab hac moderatione desit, hoc prouenit ex infirmitate humana, secundum quam à perfectione deficiunt, vt multum ab ordine rationis recedatur, sed modicum, & leuiter, quod nō est tam magnū, vt ex hoc rationabiliter possit ab alio sumi peccādi occasio, S. Th. d. loco; nō obstat quod scandalum actiuum possit esse peccatum veniale, quod peccatum in viris perfectis etiam inuenitur. Nam resp. quod peccata venalia perfectorum cōsistunt, præcipue in subitis motibus, qui cū sint occulti scandalizare nō possunt; siqua verò etiā in exterioribus dictis, vel factis, venialia peccata cōmittantur, tam leuia sunt, vt de se scandalizandi virtutem non habeant. Sanct. Thom. dicto loco ar. 3. conc. S. Ant. 2.p.tit. 7.c. 4. §. 5. Tab. ver. scandalum num. 6.

Scandalum passiuum, an sit in perfectis. Quæst. XLIX.

QVadragesimonono q̄ro, vtrū scādalū passiuū inueniatur in viris pfectis? Res. qd nō. S. Th. 2.2.q.43. ar. 5. authorita. Hyer. super Math. c. 18. vol. 9. ibi. qui scādalizauerit vnum de pusillis istis, dicit Hyer. nota quod qui scandalizatur, paruulus est, maiores. n. scandala nō recipiunt, & ratio est, quia scādalum passiuum importat quādam cōmotionem animi, à bono in eo, qui scandalum patitur, nullus enim cōmouetur, qui rei immobili firmiter inhæret; maiores autem siue perfecti, soli Deo inhęrēt, cuius est immutabilis bonitas, quia & si inhæreant suis prelatis, non inhærent eis, nisi inquātū illi inhęrēt Christo, secūdū 1. ad Corinth. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi; vnde quamtumcumq; videant alios inordinate se habere dictis, vel factis, ipsi à sua rectitudine non recedunt secundū Psal. 124. Qui confidunt in domino sicut mons Syon, nō commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem, & ideo in his qui perfectè Deo adhæreant per amorem, scandalum non inuenitur secundum illud Psalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Non obstat, quod scandalum importet impedimentum aliquod, quod alicui opponitur in via spirituali, at etiam viri perfecti habuerunt hoc impedimentum, secundum illud Thessalo. 2. ibi volumus venire ad vos, ego quidem Paulus, semel, & iterum, sed impediuit nos Sathanas, nam Respon. quod in exterioribus actibus possunt viri perfecti impediri, sed in interiori voluntate, per dicta, vel facta aliorum, non impediuntur quo minus tendant in Deum secundum illud Rom. 8. neque mors, neque vita poterit nos separare à Charitate Dei. Hæc S. Th. d. loco in resp. ad 1. conc. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 4. §. 3. Armil. ver. scandalum nu. 4. Tab. d. loco nu. 7. Rayn. 2. p. summæ tit. de scandalo. c. 2. Caiet. d. loco in fine.

Scandalum, an sit peccatum. Quæst. L.

QVinquagesimo quæro, vtrum scandalum sit peccatum? Respon. quod sic. S. Thom. 2.2. q. 43. art. 2. ibi (scandalum est dictum, vel factum, minus rectum) ex hoc autem habet aliquid rationem peccati, quod à rectitudine deficit, ergo scandalum semper est peccatum, & ratio est, quia scandalum passiuum semper est peccatum in eo, qui scandalizatur. Non enim scandalizatur, nisi inquātum aliqualiter ruit spirituali ruina, quæ est peccatum, potest tamen esse scandalum passiuum sine peccato eius, ex cuius facto aliquis scandalizatur, sicut cum quis scandalizatur de his, quæ alius benefacit, similiter etiam scandalum actiuum semper est peccatum in eo qui scandalizat, quia vel ipsum opus quod facit est peccatum, vel etiam si habeat speciem peccati, dimittendum est semper propter proximi charitatē, ex qua vnusquisque tenetur saluti proximi prouidere, & sic qui nō dimitit, contra charitatem agit. Potest etiam esse scandalum actiuum sine peccato alterius, qui scandalizatur, sicut dictum est super q. 47. non obst. quod peccata non veniant ex necessitate, quia omne peccatum est voluntarium, sed Math. 18. dicitur, Necesse est, vt veniant scandala; ergo scandalum non est peccatum, nam resp. quod ibi nō loquitur

de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionali, vel necesse est euenire scandala, necessitate finis, quia vtilia sunt, ad hoc vt qui probati sunt, manifesti fiant, vel necesse est euenire scãdala secundũ conditionẽ hominum, qui sibi a peccatis nõ cauẽt, sicut si aliquis medicus videns aliquos indebita dieta vtẽtes, necesse est talea infirmari, quod intelligẽdũ est sub hac cõditione, si dietã non mutent, similiter necesse est euenire scandala; si homines conuersationem malam non mutent. S. Thom. d. loco in resp. ad 1. Non obst. quod peccatum non procedat ex pietatis affectu, sed scandalum oritur ex pietatis affectu. Dicit enim Dominus Petro, Math. c. 16. scandalum mihi es; nam respon. quod ibi scandalum large ponitur pro quolibet impedimento, volebat enim Petrus Christi passionem impedire, quodam pietatis affectu motus ad Christum, non obst. quod scandalum importet quandam impactionem, sed non omnis, qui impingit, cadit, ergo scandalũ non est peccatũ: nã respondetur, quod nullus impingit spiritualiter, nisi retardetur aliqualiter a processu in via Dei, quod fit saltem per peccatum veniale. Hæc S. Tho. d. loco conc. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 4. §. 4. Pis. ver. scandalum. §. 1. vbi Ros. nu. 1. Rayn. 2. p. summæ, tit. de scandalo. c. 2. Ang. ver. scandalum. nu. 2. vbi etiam Tab. nu. 2

Scandalum an sit speciale peccatum. Quæstio. LI.

Q Vinquagesimoprimo quæro, vtrũ scandalum sit speciale peccatum? Resp. quod sic. S. Th. 2. 2. q. 43. art. 3. vbi speciali virtuti, speciale peccatũ opponitur, sed scandalũ opponitur speciali virtuti, scilicet charitati, dicitur enim, Rom. 14. si propter cibũ frater tuus contristatur, iam nõ secundum charitatẽ ambulas. ergo scandalum est speciale peccatũ, quod intelligitur de scandalo actiuo, passiuum enim scandalum non potest esse speciale peccatum, quia ex dicto, vel facto alterius aliquem ruere contingit, secundum quodcunque genus peccati, nec hoc ipsum, quod est occasionem peccãdi sumere ex dicto, vel facto alterius specialem rationem peccati constituit, quia nõ importat specialẽ deformitatem speciali virtuti oppositam, scandalum autem actiuum, potest accipi dupliciter, per se scilicet, & per accidens. Per accidens quidem, quando est, præter intentionem agẽtis, vt puta cum aliquis facto suo, vel verbo inordinato, non intendit alteri dare occasionem ruinæ, sed solum suæ satisfacere voluntati, & sic etiam scandalum actiuum non est speciale peccatũ, quia quod est per accidens, non constituit speciem; per se autem est actiuum scandalum, quando aliquis suo inordinato dicto, vel facto intentione tendit alium trahere ad peccandum, & sic ex intentione specialis finis sortitur rationem specialis peccati, finis enim dat speciem in moralibus, S. Tho. 2. 2. q. 1. art. 3. & q. 18. art. 4. 6. & 7. vnde sicut furtum est speciale peccatum, aut homicidium propter speciale nocumentum proximi quod intẽditur, ita etiam scandalum est speciale peccatum propter hoc, quod intenditur speciale proximi nocumentum, & opponitur directè correctioni fraternæ, in qua attenditur specialis nocumenti remotio, hæc S. Th. d. art. 3. conc. Pisan. ver. scandalum. §. 3. Ros. d. loco nu. 2. Rayn. 2. p. summæ tit. de scandalo c. 2. Angel. d. loco nu. 3. & Tab. nu. 4.

Spiritualia bona, an sint relinquenda ratione scandali. Quæst. LII.

Q Vinquagesimosecundo quæro, vtrũ spiritualia bona sint relinquenda propter scandalũ? Resp. quod nõ. Greg. super Ezech. homo. 7. dicit, si de veritate scandalũ sumitur, vtilius nasci permittitur scandalum, quàm, quod veritas relinquatur, sed bona spiritualia maxime pertinent ad virtutẽ, ergo bona spiritualia non sunt dimittenda propter scandalum, S. Th. 2. 2. q. 43. art. 7. vbi dicit in spiritualibus distinguendum esse, nam quædam bonorum sunt de necessitate salutis, quæ prætermitti non possunt sine peccato mortali, manifestum est autem, quod nullus debet mortaliter peccare, vt alterius peccatum impediat, quia secundum ordinẽ charitatis plus debet homo suam salutem spiritualiter diligere, quàm alterius, & ideò ea quæ sunt de necessitate salutis prætermitti non debent, propter scandalum vitandum, in his autem spiritualibus bonis, quæ non sunt de necessitate salutis, videtur distinguendum, quia scandalũ, quod ex eis oritur quãdoque ex malitia procedit, cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona, scandala concitando, & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur, quod esse contemnendum Dominus docet. Matth. 5. quandoque verò scandalum procedit ex infirmitate, uel ignorantia, & huiusmodi scandalum pusillorum, propter quod sunt spiritualia bona, uel occultãda, uel etiã interdum differẽda, ubi periculum non imminet, quousque reddita ratione huiusmodi scãdalũ cesset, si autem post redditam rationem huiusmodi scandalum duret, iam uidetur ex malitia esse, & sic propter ipsum nõ sunt huiusmodi spiritualia opera dimittenda, & hæc intelligas de scandalo passiuo, quia cum scãdalum actiuum sit dictum, uel factum, minus rectum, nihil est cum scandalo actiuo faciendum. S. Thom. d. art. 7. conc. S. Anto. 2. p. tit. 7. cap. 4. §. 5. Pis. uer. scandalum. §. 4. ubi etiam Rosella. num. 4. Tab. num. 8. & Sylu. num. 3. Ang. uer. scandalum. num. 5. Rayn. 2. par. summ. tit. de scandalo c. 4.

Temporalia bona, an sint propter scandalum omittenda. Quæst. LIII.

Q Vinquagesimotertio quæro, utrũ temporalia bona sint omittẽda propter scandalũ? Resp. quod non. S. Th. 2. 2. q. 43. art. 8. exemplo Thom. Cantuariensis, qui repetijt res ecclesiarum cum scandalo Regis, qua in re distinguendum est, aut enim bona temporalia sunt nostra, aut sunt nobis ad conseruandũ pro alijs, commissa, sicut bona

eccle-

ecclesiæ committuntur Prælatis, & bona communia quibuscunque Reip. rectoribus, & talium conseruatio, sicut & depositorum imminet his, quibus sunt commissa ex necessitate; & ideo non sunt propter scandalum dimittenda, sicut nec alia, quę sunt de necessitate salutis; temporalia vero bona, quorum nos sumus domini dimittere ea tribuendo, si penes nos ea habemus, vel non repetendo si apud alios sint propter scandalum, quandoque quidem debemus, quandoque autem non. Si enim scandalum ex hoc oritur, propter ignorantiam, vel infirmitatem aliorum, quod dicitur esse scandalū pusillorum, tūc vel totaliter dimittenda sunt tēporalia, vel aliter scandalū sedandū, s. per aliquā admonitionē, vnde Aug. dicit in lib. de serm. Dom. in monte li. 1. c. 40. Dandum est quod nec tibi, nec alteri nocet, quantum ab homine credi potest, & cū negaueris quod petit, indicāda est ei iustitia, & melius ei aliquid dabis cum petentem iniustè correxeris. Aliquando verò scandalum nascitur ex malitia, quod est scandalum Pharisæorum, & sic propter eos, qui sic scandala concitant, non sunt tēporalia dimittenda, quia hoc noceret bono cōi, daretur. n. malis rapiendi occasio; & noceret ipsis rapientibus, qui retinēdo aliena in peccato remanerent. Vnde Gre. dicit in Moral. quidā dū tēporalia a nobis rapiūt solummodo sunt tolerandi, quidā vero æquitate seruata prohibēdi, non sola cura ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant, hęc S. Tho. d. loco. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 4. §. 6. Pisa. ver. scandalum. §. 10. & 13. Ros. d. loco nu. 5. Arm. ver. scandalum. nu. 6. Tab. nu. 14. Syl. nu. 4. Ray. 2. p. summæ tit. de scand. c. 4.

Omne bonum, an sit faciendum causa euitandi scandalum. Quæst. LIIII.

QVinquagesimoquarto quęro, an omne bonū sit faciēdū causa euitādi scandalū, intelligendo de omni bono, quod proximus expetit? Resp. quod si proximus rationabiliter petit, puta pauper vestimentū, teneor, si ad illud sim obligatus ex præcepto, vt patet, & similiter si nō sim obligatus ex pręcepto, & tamē rationabiliter non omitto illud, teneor illud facere, ne proximus scandalizetur. c. 2. de nou. ope. nunc. si vero rationabiliter illud omitto, non teneor, sed sufficit exponere quomodo rationabiliter omitto. vt patet Matthæ. 15. vbi cum dominus satisfecisset de non lotione manuum dixit, sinite illos, quia cæci sunt, si proximus non petijt rationabiliter nō teneor, sed sufficit pro posse facere, ne ex ignorantia, vel infirmitate scandalizetur, & si non acceptat est scandalum Pharisæorum. Syl. nu. 5. Ang. d. loco nu. 4. allegans Alex. de Ales. 2. 2. tit. de scandalo q. 54. art. 7. Tab. vers. scandalū nu. 15. vbi declarat illud. Aug. omni petēti te tribue. s. vel quantū ad verbum rationabiliter te excusando, vel quantum ad factum, quando rationabiliter teneris, & ita intelligitur illud facilius nasci scandalum permitti, quàm veritas deseratur, scilicet veritas vitæ, quæ comprehendit omnia præcepta, atque consilia, veritas doctrinæ ad prędicandum, & veritas iustitiæ ad puniēdum, de quibus dicemus in seq. qq.

Conscientiam bonam an habere sufficiat. Quæstio. LV.

QVinquagesimoquinto quęro, quidam habet conscientiā bonā apud Deū, multi tamen de eo scandalizātur homines, vtrū sufficiat? Respō. quod quilibet quantū in se est, debet nisi satisfacere alijs intentionē suam ostendendo, & causam, & speciē mali remouendo, nobis. n. necessaria est vita nostra, alijs fama c. nō sunt 11. q. 3. si autē ipsi nolūt recipere satisfactionē parati semper reprehendere, & non imitari, dolere debent, quod illi peccant, & sufficit c. inter 11. q. 3. & ibi patet, quod pro nobis debemus gaudere, Dicitur enim ibi, si in conscientia nostra non inueniatur malum quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire, vnde 2. Cor. 1. Gloria nostra hęc est, testimonium conscientię nostræ. Pis. ver. scandalum nu. 14.

Consiliorum adimpletio an sit amittenda propter scandalum. Quæst. LVI.

QVinquagesimosexto quæro, vtrum impletio consiliorū, sit prætermittenda propter scandalum? Resp. consilia non sunt simpliciter prætermittenda, nec etiam misericordiæ opera propter scandalum, sed sunt interdum occultanda, Pau. 1. ad Corinth. 12. Ibi æmulamini in Charismata meliora, quandoque tamē consiliorū obseruatio, & impletio operū misericordiæ, sunt de necessitate salutis, quod patet in his, qui iam nouerunt consilia, & in his, quibus ex debito imminet, defectibus aliorum subuenire, vel in temporalibus, puta pascendo esurientem, vel in spiritualibus, puta docendo ignorantem, siue huiusmodi opera fiant debita propter iniunctum officium, vt patet in prælatis, siue propter necessitatem indigentis, & tunc eadem ratio est, de huiusmodi sicut de alijs, quę sunt de necessitate salutis, quæ prætermitti non possunt, salua triplici veritate, scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, S. Tho. 2. 2. q. 43. art. 7. in resp. ad 4. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 4. §. 5. Pis. ver. scandalum §. 7. Ros. d. loco nu. 6. Rayn. 2. p. summæ tit. de scandalo c. 4. in fine ver. sic igitur.

Correctio fraterna, an sit dimittenda propter scandalum. Quæst. LVII.

QVinquagesimoseptimo quęro, vtrū correctio fraterna sit dimittēda ratione scādali? Resp. quod cum correctio fraterna, ordinetur ad emendationem fratris. S. Th. 2. 2. q. 33. art. 1. in tantum est computanda inter alia bona spiritualia, in quantū hoc consequi potest, quod si ex illa frater scādalizaretur esset omittēda, neque per hęc diceretur omitti spirituale bonū. S. Th. 2. 2. q. 43. art. 7. in resp. ad tertiū. qui in 3. arg. alle. Aug. li. 1. c. 9. de ci-

uitate Dei, dicentē correctionē fraternam interdū dimitti, ad vitādum scandalum aliorum.conc.Pis. vers.scandalum,nu.7.Tab.d.loco nu.1 1.&in vers. correctio,nu.6.Syl.ver.scandalum.nu.3.ver.correctio.Ray.ver.scādalum.c.4.vers.quartum bonom. S.Ant.2.par.sum.tit.7.c.4.§.5.

Cibus an sit dimittendus ratione scandali. Quæst. LVIII.

QVinquagesimooctauo quæro, vtrum cibus sit dimittēdus ratione scandali? Resp.quod cibus non est totaliter dimittendus propter scandalum (quia sumere cibum est de necessitate salutis) sed quod talis cibus est propter scandalum, dimittendus est secundum illud 1.ad Cor. 8.non manducabo carnem in æternum,ne fratrem meum scandalizem, ita S.Tho.2.2.q.47.artic.8.in in responsi.ad 3.qui in tertio argu.declarat dictum Pauli ad Rom.c.14. ibi noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est.Pisanell.vers.scandalum.§.11.

Doctrina an sit dimittenda propter scandalum. Quæst. LIX.

QVinquagesimonono quæro, vtrum doctrina sacra, sit dimittenda propter scandalum euitandum? Resp.quod circa doctrinam duo sunt cōsiderāda,scilicet veritas, quæ docetur, & ipse actus docendi, quorum primus est de necessitate salutis, vt.s.contrarium veritati non doceat, sed veritatem secūdum congruentiam temporis, & personarum proponat ille, cui incumbit docendi officium, & ideo propter nullum scandalum quod sequi videatur,debet homo prętermissa ueritate,falsitatem docere, sed ipse actus docendi inter spirituales eleemosynas computatur.S.Thom.2.2.q.33.artic. 3.& ideo eadem est ratio de doctrina,& de alijs misericordiæ operibus.S.Thom.2.2.q.43.art.7. in respo. ad 2.ibi declarat illud Math.7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras spargatis ante porcos, ne conuersi dirumpant vos.Pis. versi. scandalum.§.6.Tab.vers.scandalum.nu.10.S.Ant. 2.par.tit.7.c.4.§. 5.

An sint dimittenda decima, ratione scandali. Quæst. LX.

SExagesimo quæro, vtrum decimarum exactio sit dimittenda propter scandalum? Resp. quod ecclesia abstinet a decimis exigendis in terris, in quibus non est consuetum decimas soluere, & ita declaratur dictum Apost. 1. ad Cor. 9. qui seminans spiritualia, temporalia stipendia nōacceptet, ne offendiculum daret Euangelio Christi. S. Tho. 2.2.q.43.in resp.ad 5.

Iudicium an sit dimittendum ratione scandali. Quæst. LXI.

SExagesimoprimo quæro, vtrum debemus propter scandalum euitare iudicium? Resp. Quod secundum præparationem animi, vt, scilicet homo sit paratus prius pati iniuriam, vel fraudem, quam iudicium subire, si hoc expediat, quandoque tamen non expedit, quia si passim permitteretur malis hominib. vt aliena raperent, vergeret hoc in detrimentum veritatis vitę,& iustitiæ,& ideo non oportet propter quodcunque scandalum dimittere iudicium,S.Thom.2.2.q.43.art.8.in respon. ad 4. qui allegans Aug. de sermone Domini in monte libri 1.c.34.& seq.volu.4.qui ita declarat illud Matth.c.5.Et qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & illud Apost. 1.ad Corinth.6.Iam quidem omnino delictum est in vobis,quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriam accipitis?quare non magis fraudem patimini, concord. Pisanell.vers. scandalum.§.12.

Pœna,an sit dimittenda propter scandalum. Quæst. LXII.

SExagesimosecundo quæro, vtrum punitio peccatorum sit dimittenda, causa euitandi scandalum? Respo.quod cum pœnarum inflictio non sit propter se expetenda,sed pœnæ infliguntur, ut medicinæ quædam, ad cohibenda peccata, & ideo intantum habent rationem iustitiæ, inquantum per eas,peccata cohibentur, si autem per inflictionem pœnarum manifestum sit, plura & maiora peccata sequi,tunc pœnarum inflictio nō continebitur sub iustitia, & ita intelligitur dictum Aug.lib.3.cap. 2. vol.7.contra Epistolam Permeniani,qui docet,quod vbi schismatis periculum timetur, à punitione peccatorum cessandum est; unde si excommunicatione aliquorum sequetur schisma,tunc pœna excommunicationis non pertinet ad iustitiam, San.Tho. secunda secundæ quæstio.43.art.7.in respon. ad 1. Pisanell. versi.scandalum.§.5.concor.ca. vt constitueretur;distinctio.50.Rosell.vers. scandalum.no. 5.Tabien.dicto loco nom.9. & Syluest.nu.3. Ray. 2 parte summæ tit.de scandalo,cap.4.

Veniale peccatum, an sit committendum causa euitandi scandalum. Quæst. LXIII.

SExagesimotertio quæro, vtrum veniale peccatum sit committendum causa euitandi scandalum? Resp.quòd non,quia implicaret contraria,nā si faciendum esset, vtique non esset malum, neque peccatum,nam peccatum non potest esse eligibile; contingit tamen aliquid propter aliquam circumstantiam non esse peccatum veniale, quod illa circumstātia sublata peccatum veniale esset, sicut verbum iocosum est peccatum ueniale, quando absq; utilitate dicitur, si autem ex causa rationabili profertur,non est ociosum, neque peccatum, quamuis autem per peccatum ueniale gratia non tollatur, per quam est hominis salus, inquantum tamen ueniale disponit ad mortale, uergit in detrimentū salutis,S.Th.2.2.q.43.art.7.in resp.ad 5.Pis. ver.

ver.scandalum.§.1. vbi etiam Ros. nu. 8. Tab.nu. 13. Ray. 2. p. summæ titul. de scandalo.c.4. Sylu. vers.scandalum.num. 3.nota.c.super eo de vsur.c. si quis 22.q.2.

Dimittenda quæ sit causa euitandi scandalum. Quæstio. LXIIII.

SExagesimoquarto quæro, quæ sint dimittenda causa euitandi scandalum? Respondetur ex mente Hieronymi, cuius authoritas est, glos.ord. super Matth.cap. 15.volum.9.super illud, audito hoc scandalizati sunt, quod dimittendum est propter scandalum omne, quod potest prætermitti, salua triplici veritate, scilicet vitæ, doctrinæ, & iustitiæ. Refert Sanctus Thom. 2. 2.q. 43.art.7.in 4.argu.concl.cap.qui scandalizauerit de regul.iur. Sanctus Antoninus 2. parte summæ titul.7.capit. 4. §. 5. Armilla, vers. scandalum numero quinto opus indi.inquisit. dicto versic.scandalum.Angel. num.3.Rayne.2.p.summæ titu.de scandalo,cap.4. Tab.d.loco num. 12.Rayn. dicto loco facit plures conclusiones, nempe quatuor, videlicet. Primo quid committendum.Secundo quid omittendum. Tertio quid repetendum. Quarto quid differendum. Quoad primam, nullum peccatum mortale, nec veniale committendum est causa euitandi scandalum, quia si faciendum esset, eligibile esset, & per consequens peccatum non esset, Sanctus Thn.2.2. quæst.43. art. 7. in solut.ad 5. argumen. Quod ad secundam, nullus debet propter euitandum scandalum aliorum bonum necessarium spiritual ead salutem dimittere, quia quis magis tenetur diligere salutem suam, quàm alterius. Quo ad tertiam distinguendum est, aut bona temporalia, vel sunt propria, vel nobis commissa, si sunt propria, & sunt apud alios, propter vitandum scandalum aliorum quandoque repetere non debemus, si autem sunt nobis commissa, vt res Ecclesiæ, propter scandalum aliorum non debemus dimittere, sed repetere, sicut etiam alia quæ sunt de necessitate salutis; Vnde Beatus Thomas repetijt bona Ecclesiæ cum scandalo Regis. Sanctus Thomas 2. 2, q.43.articulo 8.Quod ad quartam, septem sunt bona, quæ differri possunt causa euitandi scandalum vsque ad certum tempus. Primo pœnæ corporalis punitio. Secundum est pœnæ spiritualis inflictio, scilicet excommunicatio. Tertium est eruditio, siue prædicatio. Quartum est fraterna correctio. Quintum est Decimarum collectio. Sextum est consiliorum adimpletio. Septimum est operum misericordiæ exhibitio, & in hoc quæritur, vtrum teneat rem meam alteri dare, ne scandalizetur? Respondetur, quod non dare rem suam alteri, potest esse cum scandalo aliquando actiuo, & aliquando passiuo. vno enim modo aliquis non dans rem alteri, scandalizat actiuè duplici ratione, vel quia dare tenetur, vel quia malo modo denegat, & sic nulli licet retinere quod possidet cum scandalo actiuo. Alio modo non dare rem suam alteri, est solum scandalum passiuum, & sic non teneor rem meam dare alteri, ne ille scandalizetur, & hoc propter quatuor. Primo quando scio illum, cui do, re donata esse male vsurũ. Secundo quando non possum dare rem temporalem alteri sine præiudicio alterius. Tertio quando ego, vel magis, vel ita indigeo re, quam habeo, sicut ille qui petit. Quarto quando rem meam seruo magis indigenti, vel magis debenti: ratio prædictorum est duplex. Primo quia petens rationabiliter petit, & dominium rerum non transfertur, sine ratione. Secunda ratio est, vt petentium temeritas reprimatur, multi enim peterent, & se scandalizari fingerent, hæc Ray.d.c.4. de scandalo.

Mortale peccatum, an sit omne scandalum. Quæstio. LXV.

SExagesimoquinto quæro, vtrum omne scandalum sit mortale? Resp.quod non.S.Tho.2.2.q. 43.art.4.ibi (inducere aliquem ad peccandum venialiter,) potest esse pecatum veniale, sed hoc pertinet ad rationem scandali, ergo scandalum potest esse peccatum veniale, vbi rationem adducens dicit, quod scandalum importat impactionem quandam, per quam aliquis disponitur ad ruinam, & ideò scãdalum passiuum, quandoque quidem potest esse peccatum veniale, quasi habens impactionem tantum; puta cũ aliquis ex inordinato dicto, vel facto alterius, commouetur motu venialis peccati; quandoque vero est peccatum mortale, quasi habens cum impactione ruinam, puta cum aliquis ex inordinato dicto, vel facto alterius procedit vsque ad peccatũ mortale, scandalum autem actiuũ si sit per accidens, potest esse quandoque quidem peccatum veniale, puta cum aliquis vel actum venialis peccati, vel actum qui non est secundum se peccatum, sed habet aliquam speciem mali, cum aliqua leui indiscretione committit, quandoque vero est peccatum mortale, sine quando committit actum peccati mortalis, siue quando contemnit salutem proximi, vt si pro ea conseruanda non prætermittat aliquis facere, quod sibi libuerit, si vero scandalum actiuum sit per se, puta cum intendit inducere alium ad peccandum, si quid intendat inducere ad peccandum mortaliter est peccatum mortale, similiter si intendat inducere proximum ad peccandum venialiter per actũ peccati mortalis, si vero intẽdat inducere proximũ ad peccandũ venialiter per actũ peccati venialis, est peccatum veniale, ita S.Th.d.articul.4. conc. Pisanel. ver.scandalum.§.3.vbi etiam Rosella num 3. Tab. nume. 5. Sylu. num.2. S. Anto. 2. p.ti. 7.cap.4.§. 3. ex quorum dictis eliciuntur plures conclusiones, & primo quod omnis & sola occasio, quã quis dat, mortaliter peccat, quæ datur per peccatũ mortale, aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, aut contemnendo salutem spiritualem proximi, aut in id saltem interpretatiuè consentiendo, Nauarr. in Man.conf.c.14.in 5. præcepto num.3.Secundo qui fauore & consilio causam peccandi præbet, mortaliter peccat.cap.noli de pœnit. dist.1. Tertio peccat mortaliter, qui facit, aut dicit, aliquid, qd de se

de ſe nõ eſt mortale, cũ intentione tamen alterum ad illud inducendi, vel abſque tali intentione facit aliquid, quod pręſe fert ſpeciem peccati mortalis, & factum in tali loco, & coram teſtibus eſt ſufficiens impulſus ad peccandum mortaliter arbitrio boni viri, & prudentis. Sanctus Thomas 2. 2.q.43.articulo 3.& ſequenti, Sanctus Antonin. 2.p.titulo 7.cap.4.§.quod etiam Nauar, c.6. Man. confeſſ.& c. 1.§.animaduertere nume.6. de pęnit. diſt. 5. Quarto qui abſque neceſſitate, vel vtilitate tam parui exſtimat ſalutem proximi ſpiritualẽ, aliquid agit, quod credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum, exemplum in fœmina, quæ abſque cauſa ſe conſpiciendam exhibet illi, quem credit animum habiturum peccandi, etiam ſi illa non intendat ad huiuſmodi deſiderium allicere Sanct. Antoninus 2. p2. titulo 7. capitulo 4. colum.6.not.cap. nihil de præſcrip.capitulo 2.de nou.op.nunciat. Quinto qui penes ſe retinet perſonam ſuſpectam abſque cauſa neceſſaria, vel vtili, & aduertit ſe ſcandalum præbere alijs, & ab ea non diſcedit, peccat, licet ipſe ſecum caſte viuat. Maior.in 4.ſentent.diſtinct.15.q.30.Nauar.capit. inter nume.175.11.q.3. Sexto qui eleemoſynam dat alicui mulieri, cauſa inducendi aliquam ad inhoneſtum amorem, peccat mortaliter, & ſi finis mortiferus non ſequatur, omnis enim voluntas, vt alius peccet, eſt mortifera. S.Tho.1.2.q.74.S. Ant.3.p.tit.5.c.1.§.5.Mag. ſent. 2.diſt. 24. Septimo, qui etiam abſque mala intentione reficit Idola, Sinagogas, aut facit aliquid aliud, cuius principalis vſus eſt peccatum mortale, dat enim occaſionem cum auxilio. Octauo, qui miſſam audinit, prębet tamen alijs occaſionem ne audiant canendo ſcilicet pulſando Choreas, ſaltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus præſentes detinẽtur, nę audiant miſſas. Nono qui ſe oſtendunt nudos, aut opertus veſtibus quibus pudenda mulieribus interlucent ſine circumſtantia iuſtificante, quamuis id ſinè intentione inducendi ad culpam mortiferam faciant, quia talis occaſio eſt peccatum mortale cum ex ſui natura communiter ad culpam mortiferam inducat, vnde legitur Barnabam maledixiſſe viris, & mulieribus nudis. Decimo ſi ſcurra induxerit aliquem ad nimis ridendum, vel loquendum, quo caſu ſi nimietas peruenerit ad culpæ mortalis exceſſum, ſcurra peccauerit mortaliter. Vndecimo qui commodat arma irato, volenti interficere aliquem, peccat mortaliter. Duodecimo ſimiliter peccat ille, qui inducit aliquem ad iurandũ falſo vt iniuriam inferat, vel quid aliud peccatum mortale faciat. Decimotertio, qui petit ab vſurario pecuniam ſub vſuris, ſi eſt in neceſſitate conſtitutus non peccat, ſecus eſt contra Caietan.2. 2.q.78.ar.4.Domin.Sotus de iuſtitia, & iure libro 6.q.1.articulo 5.capitulo mouet. 2. 2.q.1.Non tamen peccat qui petit filium baptizari a proprio parrocho, quamuis ſciret eum baptizando peccaturum, quia in peccato mortali erat conſtitutus, ſecundo non peccat, qui pecuniam ſuam deponit apud nummularios vſurarios, niſi deponat vt vſurarius copioſius per vſuras lucretur. Sanctus Th. 2. 2.q.78.art. 4. in reſponſione ad 3. Tertio non peccat qui aliud ad minus peccandum inducit, videns eum ad maius committendum, non valens eum alio modo diſſuadere, Nau. Man. confeſſorũ cap.17.numero 263. Quarto non peccat ille exercens aliquam artem, cuius vſus poteſt eſſe bonus, vel malus, quanquam plures illis male venialiter vtantur, c.neg.de pęnit.diſt. 5. vbi Nauar. nume. 5.& ſeq.ampl.etiam ſi homines quam plures male etiam mortaliter vtantur, non enim res ex eo dicitur mala, quod plures etiam male mortaliter ea vtantur S.Thom.& Caiet.2. 2.q.69.art. 2. quibus ita declaratis dicas, quod qui proximo nocuit in bonis animæ, eo quod ad peccandum mortaliter ipſum induxit, tenetur iuxta vires eniti, vt bonũ quod ſua opera amiſit ipſe reſtituat, nam ſi rerũ corporalium reſtitutio eſt neceſſaria, multo magis ſpiritualium, quæ ad animam pertinẽt, ſi quidem hæc nobiliora bona ſunt illis, c. deteriores 6. q.1. vnde modo quo nocuit reſtituere debet inducendo eum, quem decepit ad pęnitentiam, & alia bona opera Nau. Man.confeſſ.ca. 4. in fi.4. præcepti nu.32.not.quod duplex eſt occaſio, actiua, ſcilicet atque paſſiua, actiua eſt cum quis quaſi coadiutor in peccato facit quod non debet facere, vnde alter occaſionem accipit male agendi, & eſt peccatum tale, qualis eſt occaſio, quæ prębetur, paſſiua verò, quando quis facit quod facere, debet & ex hoc accipit alter occaſionẽ peccandi, & talis non peccat, quia facit, quod facere debet, Syluestr. & Angel. in verſ.occaſio.

Maledictio quid ſit. Quæſt. LXVI.

SExageſimoſexto quæro, quid ſit maledictio? Reſp.maledictio eſt, per quam prænunciatur malum contra aliquem uel imprecando, uel inoptando. Piſ.verſ.maledictio, in prin. Tab. d. loco nu. 1. dicit maledictio eſt imprecatio, ſeu optatio mali; hoc eſt inquantum eſt malum intendens ipſum malum. Sanct. Thom. 2.2.q.76.art. 1. cap. Deus. 24.quæſt.3. Arm.verſ.maledictio nu.1.Syl. d.loco in princ. Ang.d.loco uerſic.maled.in princ. ubi etiam Caiet.

Differentia maledictionis, & Blaſphemiæ. Quæſt. LXVII.

SExageſimoſeptimo quæro, an differant, maledictio, & blaſphemia? Reſp. quod ſic; quia blaſphemia attribuit Deo quod ei non conuenit, & attribuit creaturæ, quod conuenit creatori, S. Thom.2.2.q.13.art.1. Maledictio verò loquendo proprie eſt dum imprecatur, vel optatur alicui malum, ſiue rei, ſiue homini, ſiue Deo. Piſ.ver. maledictio §. 2. large tamen & impropriè maledictio pro blaſphemia ponitur Dei, vel Sanctorum c. ſtatuimus de maledic. Angel. d. uer. maledictio in princ. Sylu.d.loco, & in verſ.blaſph.nume.8.Tab. uerſ.maledictio in princ.& omnis talis maledictio prohibetur.c.ſi igitur.24.q.3.

Male-

Maledicere an sit licitum. Quæst. LXVIII.

SExagesimooctauo quæro, vtrum sit licitum maledicere aliquem? Resp. quod sic, habetur, Deut.cap.27. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, Eliseus etiam pueris sibi illudentibus maledixit, vt habetur 4. Regum 2. Sanctus Thomas 2.2. quæstio. 76. articul. 1, vbi rationem explicans dicit, quod maledicere idem est, quod malum dicere. Dicere autem tripliciter se habet, ad id, quod dicitur, vno modo per modũ enunciationis, sicut quando exprimitur modo indicatiuo, & sic male dicere, nihil aliud est, quam malum alterius referre, quod pertinet ad detractionem, vnde quandoque male dici detractores dicuntur, alio modo dicere se habet ad id, quod dicitur per modum causæ, & hoc quidem primo, & principaliter competit Deo, qui omnia suo verbo, fecit, secundum illud Psal. 32. Ipse dixit, & facta sunt, consequenter autem competit hominibus, qui verbo suo alios mouẽt, per imperium ad aliquid faciẽdum, & ad hoc sunt instituta verba imperatiui modi. Tertio modo ipsum dicere se habet ad id, quod dicitur quasi expressio quædam affectus desiderantis id; quod verbo exprimitur, & ad hoc sunt instituta verba optatiui modi. Prætermisso ergo primo modo maledictionis, qui est per simplicem enunciationem mali, considerandum est ergò de alijs duob. vbi scire oportet quod facere aliquid, & velle illud se consequuntur in bonitate, & malitia, vt San. Th. prima secundę quæstio vigesima. articu. tertio, vnde in istis duobus modis, quibus malum dicitur per modum imperantis, vel per modum optantis, eadem ratione est aliquid licitum, & illicitum, si enim aliquis imperet, vel optet malum alterius, inquantum est malum, quasi ipsum malũ, intendens sic maledicere, vtroque modo erit illicitum, & hoc est maledicere per se loquendo, si autem aliquis imperet, vel optet malum alterius, sub ratione boni, sicut est illicitum, nec erit maledictio per se loquẽdo, sed per accidens; quia principalis intentio dicentis non fertur ad malum, sed ad bonum, contingit autem malum aliquod dici imperando, vel optando, sub ratione duplicis boni, quandoque quidem sub ratione iusti, & sic iudex licitè maledicit illum, cui præcipit iustam pœnam inferri, & sic etiam ecclesia maledicit anathematizando, sicut & prophetę in scripturis, quandoque imprecantur mala peccatoribus, quasi confirmãtes voluntatem suam diuinę iustitiæ, licet hę imprecationes possint etiam per modum prænunciationis intelligi; quandoque verò dicitur aliquod malum sub ratione, vtilis, puta cum aliquis optat aliquem peccatorem pati aliquam ægritudinẽ, vt aliquod impedimentũ, vel vt ipse melior efficiatur, vel vt saltem ab aliorum nocumento cesset. Hæc S. Tho. d. loco, vbi concluditur, quod maledicere animo maledicendi, optando, seu imprecando malum alicui, illicitum est, & ita intelligitur dictum Apost. 12. ibi Benedicite, & nolite maledicere. Non ob. gl. super nu. 23. ibi quomodo maledicam cui non maledixit Dominus, non potest esse iusta maledicẽdi causa, vbi peccantis ignoratur affectus, sed homo non potest scire affectum alterius hominis, nec etiam vtrum sit maledictus à Deo. Ergo nulli licet aliquem hominem maledicere: Nã respondetur, quod si affectum peccantis in se nõ videatur, potest tamẽ percipi ex aliquo manifesto peccato, pro quo pœna est infligenda, similiter etiam quamuis sciri nõ possit, quem Deus maledicat secundum finalem reprobationem, potest tamen sciri quis sit maledictus à Deo, secundum reatum præsentis culpæ. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 12. art. 1. S. Anto. 2. p. summæ tit. 7. c. 5. in princip. Ray. par. 2. tit. de maledictione, ca. 1. Tab. vers. maledictio, nu. 2. vbi etiam Caiet. in prin. & Syl. d. loco nu. 2.

An liceat maledicere creaturam irrationalem. Quæst. LXIX.

SExagesimonono quæro, vtrum liceat maledicere creaturam irrationalem? Resp. quod sic quia Dominus maledixit Ficulneæ, vt habetur Math. c. 21. Et Iob maledixit diei suo, vt habetur Iob. 3. S. Thom. 2.2. q. 76. art. 2. dicens, quod benedictio, vel maledictio propriè ad illam rem pertinet, cui potest aliquid boni, vel mali contingere, scilicet rationali creaturæ, creaturis autẽ irrationalibus, bonum vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturam rationalem, propter quam sunt, ordinantur autem ad eam multipliciter, vno quidem modo per modum subuentionis, inquantum scilicet ex creaturis irrationalibus subuenitur humanæ necessitati, & hoc modo Dominus dicit homini. Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo vt scilicet per eius sterilitatem homo puniretur, & ita etiam intelligitur, quod habetur Deut. 28. Benedicta horrea tua, & infra, maledictũ horreũ tuum, sic etiam Dauid maledixit mõtem Gelboe, secundum Greg. lib. 4. moral. capit. 3. Alio modo creatura irrationalis ordinatur ad rationalem per modum significationis, & sic Dominus maledixit ficulneam in significationem Iudeæ. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis. s. temporis, vel loci, & sic maledixit Iob diei natiuitatis suæ, propter culpã originalem quam nascendo contraxit, & propter sequentes pœnalitates, & propter hoc etiam potest intelligi, Dauid maledixisse montibus Gelboe, vt legitur 2. Reg. 1. s. propter cædem populi, quæ in eis contigit, maledicere autem rebus irrationalibus, inquantum sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemiæ, maledicere etiam eis secundũ se consideratis, est ociosum, & vanum, & per consequens illicitum, & secundum hæc non ob. quod non sit susceptiua, nec culpæ, nec pœnæ, nam inquantum in eis non inuenitur nisi natura, non est licitum maledicere, similiter non ob. quod creatura irrationalis, aut est permanens sicut corpora, aut est transiens sicut tempora, sed sicut Greg. 4. moral. c. 3. ociosum est maledicere, non existenti,

uitiosum vero si existeret, nam hoc intelligitur habito respectu ad naturam rei, si vero ordinetur ad creaturam rationalem, quatenus per eam maledictionem homo punitur, propter aliquod peccatum, tunc maledicere licet, ita S.Tho.d. loco. côc. S.Ant.2.p.tit.7.c.5.§.4. Sotus lib. 5.de iust.& iur. q.1 1.ar.2.Pis.vers.maledictio, §.fi.vbi Tab.nu.3. Arm.nu.1.Caie. vers.maled.vers.2.Syluer.d.loco nu.1.& Ang.nu. 2.

Maledictio vtrum sit peccatum mortale. Quæst. LXX.

SEptuagesimo quæro, vtrum maledictio sit peccatum mortale? Respon. quod sic, quia nihil excludit a regno Dei, nisi peccatum mortale, sed maledictio excludit à regno Dei iuxta illud 1.Corinth. cap.6.vbi neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt, ergo maledictio est peccatum mortale, ita S.Tho.2.2.q.76.art.3. nam maledictio, de qua loquimur, est per quam pronunciatur malum contra aliquem, vel imperando, vel optando, velle autem vel imperio mouere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati, qua diligimus proximum volentes bonum ipsius, & ita secundum suum genus est peccatum mortale,& tanto grauius,quanto personam cui maledicimus, magis amare,& revereri tenemur, vnde dicitur Leuit.20. qui maledixerit patri suo,& matri, morte moriatur,contingit tamen verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter paruitatem mali,quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum eius,qui profertm aledictionis verba,dum ex leui motu,vel ex ludo, aut ex subreptione aliqua talia verba profert,quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur, S.Th.2.2.q.72.art. 2. & secundum hæc non obst. obiecta,quæ dici possent, nempè quod dicit Augustinus. in homelia de igne purgatorij, vbi numerat maledictionem inter leuia peccata, quæ dicuntur venialia.concor.Caiet. versiculo maledictio. Dom.Sot.libr.5. de iust. & iure quæst. 1 2. artic. 3. Pisan. vers. maledictio §. 1. Tab.d.loco nume.4.Sylu.nu.3. Ang.nu.1.Ray. 2. p.summæ ver.maledictio c. 3.Nau. Man. confess. c.23.nume.117.

Maledictio an sit detractione grauior. Quæst. LXXI.

SEptuagesimoprimo quæro, vtrum maledictio sit grauius peccatum, quam detractio? Respondetur quod non, quia detractio non potest benefieri, maledictio autem fit bene,& male, vt dictum est in q.68.super S.Tho.2.2.q.76.art. 4.vbi dicit quod duplex est malum, s. culpæ, & pœnæ, S.Th.1.p. q.48.ar. 5. malum autem culpæ peius est,quam dicere malum pœnæ, dummodo sit idē modus dicendi,ad contumeliosum ergo,& susurronem,& detractorem, & etiam derisorem pertinet dicere malum culpæ, sed ad maledicentem prout nunc loquimur, pertinet dicere malum pœnæ, non autem malum culpæ, nisi fortè sub ratione pœnæ. Non autem idem est modus dicendi: nam ad prædicta quatuor vitia pertinet dicere malum culpæ solum enunciando, per maledictionem uero dicitur malum pœnæ, vel causando per modum imperij, vel optando. Ipsa autem enunciatio culpæ peccatum est, inquantum aliquod nocumentum ex hoc proximo infertur. Grauius autem est nocumentum inferre, quam nocumentum desiderare, cæteris paribus. Vnde detractio secundū communem rationem, grauius peccatum est, quā maledictio simplex desiderium exprimens; maledictio uero quæ fit per modum imperij, cum habeat rationem causæ, potest esse detractione grauior, si maius nocumentum inferat, quam sit deni gratio famæ, uel leuior, si minus, & hæc quidem accipienda sunt secundū ea, quæ per se pertinent ad rationem horum uitiorum, possunt autem & alia per accidens considerari, prædicta uitia, uel augent, uel minuunt. Non obst. quod maledictio sit quædam blasphemia, gloss. super can. Iudæ, respond. quod maledictio creaturæ, inquantū creatura est, redundat in Deum, & sic per accidens habet rationem blasphemiæ, non autem si maledicatur creaturæ, propter culpam, & eadem ratio est de detractione, non obst. etiam quod homicidiū sit grauius detractione S.Thom. 2.2.q.73. arti.3. sed maledictio est par peccatum homicidij, ut dicit Crysost.super Math.hom.20.uol. 2. nam resp. quod maledicens si uelit malum occisionis alterius, non differt ab homicida, differt tamen inquātum actus exterior aliquid adijcit voluntati. Non ob.quod causa præeminet signo, sed ille qui male dicit, causat malum suo imperio, ille autem, qui detrahit solum significat malum iam existens, grauius ergo peccat maledicus, quàm detractor. Nam respond. quod ratio illa procedit de maledictione secundum quod importat Imperium, hæc Sanct.Thom.d.loco 2.2.q.76.art.4. Tab.uer.maledictio, numero 5. Dom. Sot. trac. de iust. & iur. lib.5.q.12.artic.4. Rayn. 2.part. summæ tit.de maledictione, c.4.

Diabolus an sit maledicendus. Quæst. LXXII.

SEptuagesimosecundo quæro, vtrum Diabolus sit maledicendus. Resp. quod in Diabolo est considerare naturam, & culpam. Natura quidem eius bona est à Deo, nec eam maledicere licet, culpa autem eius est maledicenda, secundum illud Iob 3. maledicāt ei, qui maledicunt diei, cū autem peccator maledicit Diabolum propter culpam, se ipsum similiter iudicat maledictione dignum, & secundum hoc dicitur maledicere animam suam, & ita intelligitur illud Eccles. 21. cum maledicit impius Diabolum, maledicit ipse animam suam S.Tho. 2.2.q.76.ar.1.in resp.ad Dom.Sot.tract.de iust.& iur.lib.5.q.12.art.1.Nauar.Man. confess. c. 23.nu.117.S.Ant.2.p.tit.7.c.5.§.3.

Quæro

300

Quare sit detestanda maledictio.
Quaest. LXXIII.

SEptuagesimo tertio quaero, quare sit detestanda maledictos; Resp. pluribus rationibus. Primo quia hoc diuina scriptura prohibet Paul. ad Rom. c 2. Benedicite, & nolite maledicere, & 2. Petr. 3. non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, secundo facit exemplum Christi 1. Petr. c. 2. qui cum malediceretur, non maledicebat & Apost. 1. ad Chor. 4. maledicimur & benedicimus, Tertio & vltimo quia ex maledictione oritur multiplex malum, & primo amissio regni aeterni, vnde 1. ad Corinth. 6. neque maledici neque rapaces regnum Dei possidebunt, secundum malum est, quia reuertitur super caput maledicentis Prou. cap. 26. sicut auis ad alta transuolans, & passer quolibet vadens sic maledictum frustra prolatum in quem piam superueniet & Gen. 27. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & Psalm. maledicent illi, & tu benedices, & Math. capit. 5. Beati estis cum maledixerint vobis homines, Perald. summae virt. tit. 2. de peccato linguae. c. 8. per totum.

De Bello. Quaest. LXXIIII.

SEptuagesimoquarto quaero, vtrum bellare sit semper peccatum? Respondetur, quod non, dicit enim Aug. in Epist. 5. ad Marcellinum vol. 2. in sermone de puero Centurionis: Si christiana disciplina omnino bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in Euangelio daretur, vt abijcerent arma, seque militiae omnino subtraherent; dictum est autem eis neminem concutiatis, estote contenti stipendijs vestris, quibus proprium stipendium sufficere praecepit, militare non prohibuit, ita refert S. Thom. 2. 2. q. 40. artic. 1. vbi dicit quod ad hoc vt dicatur bellum iustum, tria requiruntur. Primo quidem authoritas principis, cuius mandato bellum est gerendum, non enim pertinet ad personam priuatam bellum mouere, quia potest ius suum in iudicio superioris prosequi, similiter etiam conuocare multitudinem. Quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad priuatam personam, cum autem cura Reip. sit commissa principibus ad eos pertinet rempu. ciuitatis, vel regni, seu prouinciae sibi subditae tueri; & sicut licite defendunt eam materiali gladio, contra interiores quidem perturbatores, dum malefactores puniunt secundum illud Apost. Rom. 3. non sine causa gladium portat minister; Minister enim Dei est vindex in iram ei, qui male agit, ita etiam gladio bellico ad eos pertinet rempublicam tueri ab exterioribus hostibus, vnde & principibus dicitur in Psalm. 81. eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, vnde Augustinus lib. 22. capit. 75. volum. 7. contra Faustum, ordo naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas, atque consilium penes principes sit. secundo requiritur causa iusta, vi scilicet illi qui impugnantur propter aliquam culpam, impugnationem mereantur, vnde Aug. dicit libro 83. super Iosue q. 10. vol. 4. iusta bella solent definiri, quae vlciscuntur iniurias, si gens vel ciuitas plectenda est, quae vel vindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniuriam ablatum est. Tertio requiritur intentio, vt sit recta bellantium qua scilicet intenditur, vel vt bonum promoueatur, vel vt malum vitetur, vnde Augustinus in libro de verbis Domini, apud veros Dei cultores, etiam illa bella peccata nō sunt, quae non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coherceantur, & boni subleuentur, capitulo apud 23. q. 1. Potest autem contingere vt sit legitima authoritas indicentis bellum, & causa iusta, nihilominus propter prauam intentionem bellum redditur illicitum. dicit enim Augustinus li. 22. ca. 74. vol. 7. contra Faustum nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas implicatur, & implicabilis animus, feritas rebellandi, libido dominādi, & si qua sunt similia haec sunt, quae in bellis iure culpantur. Non obst. illud Math. c. 26. omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit; nam illud procedit quando nulla superioris aut legitima potestate, aut iubente vel concedente in sanguinem alicuius armatur. Aug. li. 22. contra Faustum c. 70. vol. 7. Secundo non obst. illud Math. c. 5. Ego autem dico vobis nolite resistere malo & Paul. 12. ad Rom. non vos defendentes carissimi, sed date locū irae, nam resp. Augustinus lib. 1. cap. 34. & seq. & Epist. 5. ad Maced. vol. 2. Quod huiusmodi praecepta sunt intelligenda in praeparatione animi, vt scilicet semper homo sit paratus non resistere, vel se non defendere, si opus fuerit, sed quandoque est aliter agendum propter commune bonum, vel etiam illorum, cum quibus pugnatur. Tertio non obst. quod bellum cōtrarietur paci, & sic tanquam cōtrarium virtuti, est peccatum, Nam resp. quod illi, qui iusta bella gerunt, pacem intendunt. Vnde Aug. super Math. c. 10. non quaeritur pax, vt bellū exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur, esto ergo bellādo pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. Quarto nō obst. quod exercitia bellorum quae fiunt, in torneamentis sint prohibita, quod patet, quia morientes in eis carent ecclesiastica sepultura, quod si bellū asset licitū, & exercitia ad ipsum essent licita. nam respon. exercitia huiusmodi non sunt vniuersaliter prohibita, sed tantum inordinata exercitia & periculosa, ex quibus occisiones & deprędationes proueniunt. Haec S. Thom. d. loco in resp. ad atg. conc. Rayn. 1. par. ver. bellum ca. 1. Caiet. ver. bellum in princip. dicit ad iustum bellum tria requiruntur, scilicet Primo iusta causa bellandi Secundo authoritas indicendi bellum. Tertio recta intētio, de iusta causa habetur c. Dominus noster. 23. q. 2. de authoritate, & intentione ca. quid culpatur, 23. q. 1. vnde bellum iniustum contingit esse tripliciter, vel ex defectu iustitiae in causa, vel ex defectu authoritatis in capite, vel ex defectu rectitudinis in intentione Sanctus Anton. secunda parte titulo. 7. capit. 7. §. 3. Didac. 2. pat. select. reg

pecca-

33. vbi dicit quod in casu necessitatis, ne ciuitas, vel exercitius euertatur, possint pugnare, vt dirigendo bombardas alijs ad hoc non existentibus, vel alio modo vt defendant, sed non pro victoria consequenda de hostibus, quæ non est ita necessaria sicut defensio Patriæ, Rayn. 1. p. vers. bellum c. 3. & in cap. sequenti, vbi notatur, quod Dominus aliquando dixit gladium emere, aliquando gladiũ abscondere, aliquando gladium multiplicare, alia, & alia ratione. Primo enim mandauit gladiũ emere. Luc. cap. 20. vbi qui non habet gladium vendat tunicam suam, & emat gladium, & hoc fecit ratione defensionis sui ipsius, nõ vltionis, secund. Amb. d. lu. Secundo mandauit abscondere gladiũ, Math. cap. 26. Conuerte gladium tuum in locum suum, & hoc triplici ratione. Primo ad ostendendũ, quod nullus debet impedire Christi passionem, secundũ Leonem Papam. Secundo propter nostram eruditionem, scilicet vt patienter toleremus aduersa, vt inquit Rabanus ibid. Tertio ad ostendendum, qđ ecclesia non habet gladium materialem, scilicet sanguinis effusionem, vnde Bernardus ad Eugenium Papam inquit, mouere bellum, siue accipere gladium materialem, fit tribus modis, s. manu, iussu, & nutu, manu, a milite, iussu, à Principe, nutu, à Prælato: & dicit qui materialem gladium tuum negat nõ satis mihi videtur attendere verbum Christi dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginam, tuus ergo est, ipse tuo forsitã nutu, etsi non manu euaginandus. Tertio Christus sufficere dixit multiplicare gladium. Luc. 22. at illi dixerunt, Ecce duo gladij hic, dixit eis Dominus sufficit, satis est, quod intelligitur secundum Ambr. & Vg. de S. Victore, duo gladij sunt, lex veteris, quæ ferire non vetat, & lex spiritualis quæ nõ ferire præcepit, vnus gladius. s. legis veteris, est corporalis, qui secundũ legem peccantibus pœnam irrogat. Alter est spiritualis, qui secundum Euangelium culpam hominis feriens sanat, & subdit Hugo hi sunt duo nummi, quos misericors Samaritanus pro cura languidis adhibenda prælatis commisit, vnus monetæ veteris, vt addantur legis veteris medicamenta, quæ mordent, alius monetæ nouæ vt addantur medicamenta legis nouæ, quæ fouent, & mulcent. Prima dantur ad purganda membra putrida. Secunda ad confirmandum membra debilia; item secundũ Bernardum ad Eug. vterque ergo gladius ecclesię est. s. materialis, & spiritualis, & propter hoc dicitur, ecce duo gladij hic, sed hic quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus, ille sacerdotis, hic militiæ manu, sed sanè ad nutum sacerdotis, & iussu imperatoris, ita Ray. d. loco, & Alexan. de Ales. 3. par. summæ quæst. 31. de persona bellantis art. 5.

Bellum exercens an possit vti insidijs.
Quæst. LXXVII.

SEptuagesimoseptimo quęro, vtrum bellum gerentes possint vti insidijs? Resp. quod sic, ex mente Aug. lib 83. q. super Iosue q. 10. vol. 4. ibi cum iustum bellum suscipitur, vt apertè pugnet, aliquis, an ex insidijs nihil ad iustitiam interest, & hoc probatur authoritate Domini, qui mandauit Iosue, vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hai, ut habetur Iosue 8. S. Thom. 2. 2. q. 40. art. 3. ubi dicit, quod dupliciter potest aliquis falli ex facto, uel dicto alterius, uno modo ex eo, quod ei dicitur falsum, uel non seruatur promissum, & istud semper est illicitum, & hoc modo nullus debet hostes fallere, sunt enim quædam iura bellorum, & fœdera etiam inter ipsos hostes seruanda, ut dicit Ambr. c. 29. lib. 3. de officijs. Alio modo aliquis potest falli ex dicto, uel facto nostro, quia et propositum, aut intellectum non aperimus, hoc autem semper facere non tenemur, quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda maximè infidelibus, ne irrideant secundum Math. c. 7. Nolite sanctum dare canibus, unde multo magis ea, quæ ad impugnandum inimicos paramus, sunt eis occultanda, unde inter cætera documenta rei militaris hoc præcipuè ponitur, de occultandis consilijs, ne ad hostes perueniant, ut patet in libro stratagematum Francorum, & talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum, quibus licitum est uti in bellis iustis, nec propriè huiusmodi insidiæ uocantur fraudes, nec iustitiæ repugnant, nec ordinatæ uoluntati, esset enim inordinata uoluntas, si aliquis uellet nihil sibi ab alijs occultari, & ex his tolluntur obiecta omnia, quæ aduersus prædicta fieri possent. Pis. vers. bellum il 1. nu. 5. Not. c. Dominus 23. q. 2. Ang. d. loco nu. 19. Sylu. vers. bellũ il 1. nu. 9. Tab. d. loco nu. 8. Armil. nu. 6. Rayn. 2. p. summæ tit. de bello. c. 5.

Bello existenti an auxilio infidelium sit vtendum.
Quæst. LXXVIII.

SEptuagesimooctauo quæro, vtrum Principi Christiano sit phas, pro sui, suorumque bonorum tutela fœdus inire, ac amicitia infidelibus iungi, ab eisque auxilium aduersus alios Principes Christianos petere; Resp. quod sic; cõcurrentibus duobus. Primo dummodo inuocans iuste offendat, vel defendat. Secundo necessitas ineuitabilis, alias non. Ita concl. Decis. pedem. fin. in fin. contra cons. Old. 71. in term. Armil. vers. bellum num. 41.

Capta in bello an sint capientium.
Quæst. LXXIX.

SEptuagesimonono quæro, vtrum capta in bello fiant accipientium? Resp. quod capta in bello iusto, efficiuntur capientis c. fugientiũ 1. distin. not. cap. sicut de iure iur. Arist. lib. 1. Polit. capit. 4. Thom. lib. 3. de Reg. Principis. c. 11. Adrian. in 4. sent. de restitut. §. aggredior. S. Ant. 3. part. titul. 4. capit. 1. Ioan. Maior. in 4. distin. 15. q. 20. Didac. in reg. peccatum §. 11. nume. 1. in bello autem iniusto secus, Didac. dicto loco. Pis. vers. bellum, il 1. nu. 6. & seq. Sylu. d. loco, nu. 10. Caiet. vers. bellum. Ros. eo. loco, nu. 1.

Domi-

Domini qui bella gesserunt, an possint componere de damnis subditorum. *Quæst. LXXX.*

Octuagesimo quæro, vtrum Domini, qui bella gesserunt, possint inuicem componere de damnis subditorum? Respon. quod ille, qui mouet bellum iniustè, tenetur subditis resarcire damnū de proprijs, nisi subditi in culpa fuerint cū Dominis suis, vel simul cum Dominis consenserint compositioni, ita Pis. vers. bellum. il 1. nu. 11. & Sylu. d. loco. nu. 13. Arm. eo. loco. nu. 15. & nu. 17. & Ros. nu. 21.

Bellum quotuplex sit. *Quæst. LXXXI.*

Octuagesimoprimo quæro, quotuplex sit bellum? Respon. duplex, publicum, scilicet, & particulare. Bellum publicum est, quod inducitur authoritate Principis superiorem non recognoscētis. Particulare autem bellum improprie est, & dicitur omne bellum motum, vel acceptatum authoritate non publica, sed alicuius inferioris Principis recognoscentis superiorem, ita distinguunt Sylu. vers. bellum. il 1. nu. 1. Ang. d. loco. nu. 1. & seq. not. c. 1. 23. q. 2. & c. ficut, il 3. de iur. iu. Represalia quoque est species belli particularis; cōtingit quoque in his iniquitatem interuenire, vel in quantitate plus exigendo, vel in qualitate clericorum res accipiendo, sunt enim ipsi exempti à represalijs, vel in substantia, vt in personis, solū enim in rebus represaliæ fiunt, vel si iniustæ forent, vt puta non propter constitutam culpam, Caiet. vers. represaliæ.

Incendentes Ecclesias an teneantur ad emendationem. *Quæst. LXXXII.*

Octuagesimosecundo quæro, vtrum incendētes ecclesias tēpore belli, teneantur ad emēdationem? Respond. quod si nō sunt incastellatæ, & incenduntur ex proposito, incēdentes tenentur ad emendam, si vero sunt incastellatæ, aut non ex propositio incēduntur, sed casu, dum iuste illi bellantes præstant operam rei licitæ, incendendo machinas hostium, & huiusmodi non tenentur. Pis. vers. bellum. il 3. Tab. eo. loco. numer. 18. & Ros. nume. 23.

Duellum an sit permissum. *Quæst. LXXXIII.*

Octuagesimotertio quęro, vtrum duellorum vsus sit permissus? Resp. quod non, habetur hoc in c. 19. Conc. Tri. tit. de reformatione ibi. Detestabilis duellorum vsus, fabricante Diabolo introductus, vt cruēta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur.

De seditione. *Quæst. LXXXIIII.*

Octuagesimoquarto quæro, quid sit seditio? Respond. quod seditio est tumultus ad pugnam, intellige unius partis alicuius multitudinis contra aliam; Sylu. uer. seditio, num. 1. ex mente S. Thom. 2. 2. q. 42. art. 1. in responsione ad 1. & dicitur seditio, quasi seorsum, uel secus ductio glo. 2. ad Chor. 12. concor. Angel. d. uersic. seditio, in princip. S. Anton. 2. par. tit. 4. cap. 8. §. 1. in princip. Tab. uer. seditio, in principio num. 1. ubi etiam Armilla, & Caiet. per totum, & est speciale peccatum, ut habetur 2. ad Chor. 12. ubi seditiones ab alijs peccatis distinguūtur, quod quantum ad aliquid conuenit cum bello, atque cum rixa, quantum ad aliquid autem, differt ab eis. Conuenit quidem cum eis in hoc, quod importat aliquam contradictionem. Differt autem ab eis in duobus. Primo quidem, quia bellum & rixa, important mutuam impugnationem in actu, sed seditio pōt dici, siue fiat huiusmodi impugnatio in actu, siue sit preparatio ad talem impugnationem, vt dictum est. Secundo differunt, quia bellum proprie est contra extraneos, & hostes, quasi multitudinis ad multitudinem. Rixa autem est vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Seditio est autem propriè inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, puta cum vna pars ciuitatis excitatur, in tumultum contra aliam, & ideo quia seditio habet speciale bonum, cui opponitur, i. vnitatem, & pacem multitudinis, ideo est speciale peccatum, San. Thom. 2. 2. quæst. 42. artic. 1. quæ differt a schismate in duobus. Primo quia schisma opponitur spirituali vnitati multitudinis. i. vnitati ecclesiasticæ, seditio autem opponitur temporali, vel seculari multitudinis vnitati, puta ciuitatis, vel regni. Secundo, quia schisma non importat aliquam præparationem ad pugnam corporalē, sed solum importat dissentionem spiritualem, seditio autem importat præparationem ad pugnam corporalem, hec S. Tho. d. loco, in resp. ad 2.

Seditio vtrum sit peccatum mortale. *Quæst. LXXXV.*

Octuagesimoquinto quæro, vtrum seditio sit peccatum mortale. Respon. quod sic Apost. 2. ad Chor. 12. vbi, prohibet seditiones inter alia quæ sunt peccata mortalia, ratio est secundum S. Th. 2. 2. q. 42. art. 2. seditio opponitur vnitati multitudinis. Primo populi ciuitatis, vel regni. vnde manifestum est, quod seditio opponitur iustitiæ, & communi bono, & ideo ex suo genere est peccatū mortale, & tanto grauius, quanto bonum commune, quod impugnatur per seditionē, est magis quā bonum priuatum, quod impugnatur per rixam concor. Aug. ver. seditio. nu. 1. vbi etiam Sylu. nu. 1. & Tabiena nu. 2. S. Ant. 2. p. titu. 4. c. 8 §. 1. Pis. & Caiet. ver. seditio.

De coniuratione. *Quæst. LXXXVI.*

Octuagesimosexto quæro, quid sit coniuratio? Resp. quod coniuratio, siue conspiratio est, qua plures adinuicem fide præstita cōueniunt ad malum aliquod perpetrandum, vel ad se tuen-

dum

dum contra publicam potestatem, vel ad non parẽdum in aliquo, ita Caiet. in summa vers. coniuratio, vbi concludit communiter esse peccatum mortale, & scandalosum, quia communiter est contra bonum publicum, vel alicuius priuati, licet rarius hoc videatur accidere, ita Caiet. d. loco, conc. Arm. vers. coniuratio. nu. 2. vbi etiam Tab. & Ange. Tab. etiam vers. conspiratio, vbi dicit conspiratio est cõfœderatio facta in præiudicium personæ alicuius, vel ipsius dignitatis.

De calumnia. Quæst. LXXXVII.

OCtuagesimoseptimo quæro, quid sit calumnia? Respond. quod calumnia est, cum quis falsa crimina in aliquem scienter intendit, glo. l. 1. versi. calumniari, ff. ad Turpil. calumniari enim est falsa crimina intendere, c. si quem pœnituerit, 2. q. 3. S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 3. in 2. argu. Pis. vers. accusatio, §. 4. Ange. d. loco, nu. 8. Caie. verb. calumnia, vbi etiam Tab. & Arm. d. vers. calumnia.

Calumnia an sit peccatum. Quæst. LXXXVIII.

OCtuagesimooctauo quæro, vtrum calumnia sit peccatum? Respon. quod sic, est enim peccatum in proximum, quod non sola pœnitentia abluitur, sed oportet satisfacere offenso proximo, ita Caiet. d. verf. calumnia, vbi etiam conc. Arm. ex quo sequitur, quod accusatio reddatur iniusta propter calumniam, ca. si quem pœnituerit. 2. q. 3. vbi accusatorum temeritas tribus modis detegitur, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Ita S. Thom. 2. 2. q. 68. artic. 3. ubi dicit, quod accusatio ordinatur ad bonum commune, qđ intenditur per cognitionem criminis, nullus autẽ debet nocere alicui iniustè, vt bonum commune promoueat, & ideo in accusatione duplici ratione contingit esse peccatum, vno modo ex eo, quod aliquis iniustè agit contra eum qui accusatur, crimina falsa ei imponendo, quod est calumniari, alio modo ex parte Reip. cuius bonum principaliter intenditur in accusatione, dum aliquis impedit malitiose punitionem peccati, quod iterum dupliciter cõtingit, uno modo fraudem in accusatione adhibendo, & hoc pertinet ad præuaricationem. Nam præuaricator dicitur quasi varicator qui aduersam partem adiuuat prodita causa sua. Alio modo totaliter ab accusatione desistendo, quod est tergiuersari, in hoc enim quod desistit ab hoc, quod cœperat, quasi tergum vertere videtur, concor. Syluest. uersi. accusatio, num. 1 1. Tabie. nu. 5. Dominicus Sotus lib. 5. q. 5. art. 3. de iustitia, & iure, Rayn. versi. accusatio, capit. 3. Secundo infertur, quod non potest reus in iudicio accusatus calumniose se defendere, quia in causa criminali iuramentum de calumnia est præstandum, notatur cap. 1. & sequenti de iuramento calumniæ, quod non esset si calumniose defendere se liceret. Sanctus Thomas secunda secundæ, quæstio. 69. articu. secundo, vbi dicit, quod aliud est ueritatem tacere, aliud est falsitatem proponere. quorum primum in aliquo casu licet, non enim aliquis tenetur omnem ueritatem confiteri, sed illam solum, quam ab eo potest & debet requirere index secundum ordinem iuris, puta cum præcessit infamia, super aliquo crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, uel etiam cum præcessit probatio semiplena, facultatem tamen proponere in nullo casu licet alicui. Ad id autem quod licitum est, potest aliquis procedere, vel per uias licitas, & fini intento accomodas; quod pertinet ad prudentiam, uel per aliquas uias illicitas, & proposito fini incõgruas, quod pertinet ad astutiam, quæ exercetur per fraudem, quorum primum est laudabile, secundum uero uitiosum, si ergo reo qui accusatur, licet se defendere veritatem occultando, quam confiteri non tenetur per aliquos conuenientes modos, puta quod non respondeat, ad quæ respondere nõ tenetur: hoc autem non est calumniose se defendere, sed magis prudenter euadere. Non autem licet ei uel falsitatem dicere, uel veritatem tacere, quam confiteri tenetur. Neque etiam aliquem dolum, vel fraudem adhibere, quia fraus, & dolus vim mendacij habent, & hoc est calumniose se defendere. Hęc Sanct. Tho. dict. loco concor. Domin. Sot. lib. 5. q. 6. art. 2. de iustitia & iure.

Audacia an sit peccatum. Quæst. LXXXIX.

OCtuagesimonono quæro, vtrum Audacia sit peccatum? Respondetur quod quatenus est uitium oppositum fortitudinis uirtuti, per excessum est peccatum, quod si pura fuerit, erit ueniale communiter, quia non contrariatur Charitati, sed a recta exorbitat rationis regula, Caietan. uers. audacia Vigner. tit. de fortitudine cap. 6. §. 3. versic. 7. definit ipsam, Audacia est passio appetitus irascibilis, qua quis agreditur periculum arduum imminens propter victoriam, ex qua si sequatur aliquod periculum animæ, & corporis, vel aliquod notabile damnum, est peccatum mortale, secus si sequeretur aliquod paruum malum, quia tunc esset uenialie, conc. Ang. versi. audacia, allegans Eccle. 8. ibi cũ audace non eas, conc. Astens. tit. de fortitudine libr. 2. 5. sequitur, Tab. uer. audacia nu. 2. Arm. vers. audacia nume. 1. S. Thom. secunda secundæ quæstio. 127. art. 1. dicit, audaciam peccatum esse, iuxta Eccles. 8. ibi cum audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te, nullius autem societas est declinanda, nisi propter peccatum, ergo audacia est peccatum, ratio est, quia audacia est quædam passio S. Thom. 1. 2. q. 23. artic. 1. passio autem quandoque quidem est moderata secundum rationem, quandoque autem caret moderatione, vel per excessum uel per defectum, & secundum hoc, est passio vitiosa, sumuntur autem quandoque nomina passionum à superabundanti, sicut ira dicitur, non quæcunque, sed superabundans, prout scilicet est uitiosa, & hoc etiam modo, audacia per superabundantiam dicta ponitur esse peccatũ, alia ratio est, quia ad virtutem moralem pertinet modum rationis seruare in materia, circa quam est S. Thom. secunda secundæ quæstio. 1 26. art. 2. & ideo omne uitium, quod importat immoderantiam circa materiam

alicuius virtutis moralis, opponitur illi virtuti morali, sicut immoderatum, moderato. Audacia autem secundum quod sonat in vitium, importat excessum passionis, quæ audacia dicitur, vnde manifestum est, quod opponitur virtuti fortitudinis, quæ est circa timores, & audacias, & per consequens est uitium & peccatum. S. Tho. 2. 2. q. 127. artic. 2. S. Ant. 1. p. tit. 6. c. 9.

Intimiditas an sit peccatum. *Quæst.* *X C.*

NOnagesimo quæro, utrum intimiditas sit peccatū? Resp. quod sic, dicitur enim de illo iniquo Iudice Lu. cap. 18. quod nec Deum timebat, nec hominē reuerebatur. S. Thom. 2. 2. q. 126. art. 1. ubi dicit, quod intimiditas, siue ex amoris defectu, siue animi elatione, uel stoliditate procedat, peccatum est, quę excusat a peccato, quando inuincibilis existat, facit etiam ratio, quia opponitur uirtuti fortitudinis, nam ad ipsam pertinet timor moderatus secundum rationem, ut scilicet homo timeat, quod oportet, & quando oportet, & similiter de alijs. Hic autem modus rationis corrumpi potest sicut per excessum, ita & per defectum, unde sicut timiditas opponitur fortitudini p excessum timoris, inquantum scilicet homo timet, quod non debet, uel secundum quod non debet, uel secundum quod non oportet, ita etiam intimiditas opponitur ei per defectum timoris, inquantum scilicet aliquis nō timet, quod oportet timere S. Th. 2. 2. q. 126. art. 2. est enim intimiditas defectus timoris debiti, siue parum, siue nihil timere ea, quæ sunt timenda, vbi quando, prout, & quātum oportet. Viguer. tit. de uirt. fortitudinis cap. 6. §. 3. uer. 2. Caiet. & Armilla uertic. intimiditas. Tab. d. loco. nu. 1. & seq.

Homicidium quid sit. *Quæst.* *X C I.*

NOnagesimoprimo quæro, quid sit homicidiū? Resp. Quod homicidiū est hominis occisio illegitime facta. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. in prioc. Pis. uer. homicidium il 1. dicit homicidium est hominis occisio ab homine facta, Syl. uer. homicidium nume. 1. dicit quod homicidium proprie est occisio hominis ab homine iniusta, unde homicidium proprie semper est peccatum, conc. Tabiena uersic. homicidium numer. 1. & San. Tho. 2. 2. q. 64. art. tertio. Viguer. tit. de uiet. iustitiæ cap. 5. §. 4. uers. 1.

Occidere quæcunque viuentia an sit licitum. *Quæst.* *X C I I.*

NOnagesimosecundo quęro, utrum sit licitum occidere quæcūque uiuentia? Res. quod sic, dicit enim Aug. lib. 1. cap. 20. uolu. 5. de ciuit. Dei. Quod illud dictum, (non occides) non accipimus hoc dictum esse de frutetis, quianullus eis est sensus, nec de irrationabilibus animalibus, quia nulla ratione nobis sociatur, restat ergo ut intelligamus de homine, quod dictum est, non occides, S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 1. Dom. Sot. de iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 1. Pis. vers. homicidium il 6. num. 2. Syl. ver. homicidium il 1. nu. 5. Tab. num. 2. Nullus enim peccat ex hoc quod vtitur re aliqua ad hoc, ad quod est ordinata, in rerum autem ordine imperfectiora sunt propter perfectiora, sicut enim in generationis via, natura ab imperfectis ad perfecta proceditur. Et inde est, quod sicut in generationis hominis prius est viuum, deinde animal, vltimo aūt homo, ita etiam ea, quæ tantum viuunt, vt plantæ sunt communiter propter animalia, omnia autem animalia sunt propter hominem, & ideo si homo vtatur plātis ad vtilitatem animalium, & animalibus ad vtilitatem hominis non est illicitum. Aristot. 1. Polit. capit. 5. inter alios autem vsus maxime necessarios, esse videtur, vt animalia plantis vtantur, in cibum, & homines animalibus, quod sine mortificatione eorum fieri non potest, & ideo licitum est, & plātas mortificare in vsus animalium, & animalia in vsus hominum, & ex ipsa ordinatione diuina, dicitur enim Gen. 1. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, & Gen. capit. 9. omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, non obst. quod prohibeatur occisio bouis, & ouis Exo. cap. 22. nam resp. quod occidens animal alterius peccat quidem, non quia occidit bouem, sed quia damnificat hominem in re sua, vnde non continetur sub peccato homicidij, sed sub peccato furti vel rapinæ, seu damni dati. Hæc S. Thom. d. loco in resp. ad 3.

Peccatorem an sit licitum occidere. *Quæst.* *X C I I I.*

NOnagesimotertio quęro, vtum sit licitum occidere peccatorem? Respondetur quod sic, Exod. cap. 22. ibi maleficos non patieris viuere & Psal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 2. vbi dicit, quod sicut licitum est occidere animalia bruta, inquantum ordinantur naturaliter ad hominum vsum, sicuti imperfectum ordinatur ad perfectum, & ideo omnis pars naturaliter est propter totum, & propter hoc videmus, quod si saluti totius corporis humani, expediat præcisio alicuius membri, puta cum est putridum, vel corruptiuum aliorum membrorum, laudabiliter & salubriter absciditur. quælibet autem persona singularis comparatur ad totam communitatem, sicut pars ad totum, & ideo si aliquis homo sit periculosus communitatis, & corruptionis ipsius, propter aliquod peccatum, laudabiliter, & salubriter occiditur, vt bonum commune conseruetur. Modicum enim fermentum totam massam corrumpit. 1. ad Chor. 5. nō obst. quod Dominus prohibeat extirpari zizaniā, Math. c. 13. quia Dominus mandauit hoc fieri, vt tritico parceretur, idest bonis. Dominus enim docet magis esse sinendum malos viuere, & vltionem reseruandam vsque ad extremū iudicium, quam quod boni simul occidātur, quādo vero ex occisione malorū nō imminet periculū bonis, sed magis tutela & salus,

ſalus, tunc licitè poſſunt mali occidi, nõ obſ. etiam quod Deus dicat, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, Ezech. c. 18. nam reſp. quod ibi intelligitur de morte animę, ſeu quod humana iuſtitia imitatur pro poſſe Diuinam, illos. n. qui ſunt pernicioſi occidit; qui verò, peccant alijs grauiter non nocentes, ad pęnitentiam reſeruat, non obſ. etiam quod ad omnes homines teneamur charitatem habere, cũ eisq; viuere, & eſſe. Nam reſp. quod homo peccando ab ordine rationis recedit, & ideo decidit à dignitate humana, Pſal. 48. homo cũ in honore eſſet, nõ intellexit, vnde quamuis hominem in ſua dignitate manentem occidere, ſit ſecundum ſe malum, tamen hominem peccatorem occidere poteſt eſſe bonum, ſicut occidere beſtiam, peior enim eſt malus homo, quam beſtia, & plus nocet, Ariſt. 1. Polit. ca. 7. & 7. Ethich. cap. 6. conc. cum S. Tho. Piſ. ver. homicidium il 6. no. 3. Tab. d. loco num. 3. Dom. Sot. de iuſt. & iure. lib. 5. q. 1. art. 2.

Priuata perſona an poſſit interficere quenquam. Quaeſt. XCIIII.

NOnageſimoquarto quæro, vtrum priuata perſona poſſit interficere quẽquam? Reſp. quod non, Aug. 1. de ciuit. Dei c. 21. & ca. 26. ibi qui ſine aliqua publica adminiſtratione maleficum occiderit, veluti homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto ſibi poteſtatem à Deo non cõceſſam vſurpare nõ timuit. S. Th. 2. 2. q. 64. art. 3. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. §. 3. Dom. Sot. de iuſt. & iu. lib. 5. q. 1. art. 2. Piſ. ver. homicidium il 1. nu. 4 vbi etiã Tab. nu. 4. ratio eſt, quia occidere malefactorẽ licitum eſt inquantum ordinatur ad ſalutem totius communitatis, & ideo ad illum ſolum pertinet, cui committitur cura communitatis conſeruandæ, ſicut ad Medicum pertinet præcidere membrum putridũ, quando ei cõmiſſa fuerit cura totius corporis, cura autem communis boni commiſſa eſt principibus habentibus publicam authoritatem, & ideò eis ſolum licet malefactores occidere, non autem priuatis perſonis. Non obſt. quod Exod. 32. ibi occidat vnus quiſque fratrem ſuum, amicum, & proximum ſuum. Reſpondetur quod illi occiderunt ex mandato domini, ſicut miles interficit hoſtem auctoritate principis, & miniſter latronem auctoritate Iudicis. Non obſt. quod homo peccando efficiatur beſtia, vt dictum eſt, & homini licet interficere beſtiam, nam reſpondetur, quod homo peccator naturaliter non eſt diſtinctus ab hominibus iuſtis, & ideo indiget iudicio publico, vt diſcernatur, an ſit occidendus propter ſalutem communem. Non obſt. quod occidere malefactorem ſit vtile publicum, & vnicuique licitum eſt publico benefacere, nam reſpondetur, hoc verum eſſe vbi non vertitur præiudicium tertij, verum cum ſit cum nocumento alterius, hoc non debet fieri, niſi cum iudicio eius, ad quem pertinet æſtimare quid ſit ſubtrahendum partibus pro ſalute totius.

Clericis an liceat occidere malefactores. Quaeſt. XCV.

NOnageſimoquinto quæro, vtrum liceat clericis occidere malefactorẽ? Reſpõdetur quod non. Paul. 1. ad Timot. 3. oportet Epiſcopũ ſine crimine eſſe non vinolentum, nec percuſſorem. San. Tho. 2. 2. quęſtio. 64. articul. 4. Dom. Sot. de iuſt. & iure lib 5. q. 1. art. 4. Piſ. verb. homicidium il 1. num. 7. ſunt enim electi clerici ad altaris miniſterium, in quo repræſentatur paſſio Chriſti occiſi, qui cũ percuteretur, non repercutiebat 1. Pe. 2. & ideo non competit vt clerici ſint percuſſores. Debent enim miniſtri ſuum dominum imitari. Eccl. x. ſecundum Iudicẽ populi, ſic & miniſtri eius, pręterea clericis cõmittitur miniſterium nouę legis, in qua nõ determinatur pęna occiſionis, vel mutilationis corporalis, & ideo vt ſint miniſtri idonei noui teſtamenti, debent à talibus abſtinere. Nõ ob. quod ſacerdotes veteris teſtamenti occidiſſent, vt Moy. c. 32. Exod. Phinees Numer. 25. nam reſp. quod erant miniſtri veteris legis, ſecundum quam pęnæ corporales infligebantur, & licet Petrus interfecerit Ananiam, & Saph. tã non propria authoritate interfecit, ſed magis diuinam ſententiam, de eorum morte promulgauit. Non obſ. quod poteſtas ſpiritualis ſit maior temporali, tẽporali autẽ licitum eſt occidere, vt dictum eſt, nam reſp. quod clerici ſunt implicati in melioribus bonis. ſcilicet in his quæ pertinent ad ſpiritualem, & ideo nõ congruit eis, vt minori ſe ingerant, & licet accipiatur officium principum terræ, non tamen vt ipſi iudicium ſanguinis exerceant per ſe ipſos, ſed quod eorum auctoritate per alios exerceatur.

Seipſum Vtrum liceat alicui interficere. Quaeſt. XCVI.

NOnageſimoſexto quæro, vtrum alicui liceat ſeipſum interficere? Reſ. quod nõ Au. 1. de ciu. Dei c. 20. vol. 5. ibi teſtat, vt de homine intelligamus illud quod dictum eſt, non occides, nec alterum; Ergo nec te, neque enim aliud quam hominẽ occidit, qui ſe ipſum occidit. S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5. & hoc triplici ratione. Primo, quia naturaliter quęlibet res ſeipſam amat, & ad hoc pertinet, qđ quælibet res naturaliter conſeruat ſe in eſſe, & corrumpentibus reſiſtit quantum poteſt, & ideò quod aliquis ſe ipſum occidat, eſt contra inclinationem naturalem, & contra charitatem, qua quilibet debet ſeipſum diligere, & ideo ſui ipſius occiſio ſemper eſt peccatũ mortale, vtpotè contra naturalem legem, & contra charitatem exiſtens. Secundo quia quęlibet pars id quod eſt, eſt totius, quilibet autem homo eſt pars communitatis. vnde in hoc quod ſeipſum interficit, iniuriam cõmunitati facit, Ariſt. 5. Eth. c. fin. tertio, quia eſt quoddã donũ diuinitus homini attributũ, & eius poteſtati ſubiectum, qui occidit, & viuere facit, & ideo qui ſeipſum vita priuat, in Deum peccat, ſicut qui alienum ſeruum interficit, peccat in dominum, cuius eſt ſeruus; & ſicut peccat ille, qui vſurpat ſibi

iudicium de re nō sibi commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis,& vitæ, secūdum illud Deut. Ego occidam, & ego viuere faciam:nō obst. quod nemo sibi ipsi iniustitiam faciat, nam resp. quod homicidium non solum contrariatur iustitiæ, sed etiam Charitati, quam habere debet aliquis ad se ipsum, & ex hac parte occisio sui ipsius, est peccatū per comparationem ad se ipsum; per comparationem autem ad communitatem, & ad Deum, habet rationē peccati, etiam per oppositionem ad iustitiam, non ob. quòd habens publicā potestatē sit aliquādo malefactor, per cō equēs posset interficere se ipsum. Resp. quod nullus est iudex sui ipsius, ideo ei nō licet interficere se ipsum, non obst. quod per occisionem sui ipsius euitetur maius malum, nempe miseria vitæ per turpitudinem alicuius peccati, nam resp. non esse facienda mala, vt eueniant bona. Præterea vltimum malorum huius vitæ est Mors, & transitus de hac vita nō subiacet libero arbitrio, & quia nocet sibi, cum amittat necessarium pœnitentiæ tempus, non obst. quod Samson seipsum interfecerit, Iud. 16. nam resp. quod Spiritus sanctus hoc iusserat, qui per illū miracula faciebat, & eadem ratio dicitur, de quibusdam sanctis fœminis, quæ tempore persecutionis seipsas occiderunt. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei ca. 21. non obst. quòd occidere se ipsum pertineat ad fortitudinem, quia ad fortitudinē nō pertinet, sed magis est quædam mollities animi nō valentis mala pœnalia sustinere. Aug. 1. de ciuitate Dei ca. 8. S. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. §. 3. Pis. ver. homicidium il 5. Ang. d. loco il 1. nu. 4. Tab. num. 5. Caiet. ver. homicidium in fi. Nauar. Man. confe. cap. 15. nume. 12. Dom. Sot. lib. 5. q. 1. art. 1. Sylu. ver. homicidium in fine.

Innocentem, an sit licitum occidere.
Quæst. XCVII.

NOnagesimoseptimo an sit licitum innocentē occidere? Resp. quod non. Exod. 23. insontem, & iustū non occides. S. Th. 2. 2. quæst. 64. art. 6. Dom. Sot. de iustitia & iure lib. 5. quæst. 1. art. 7. Tab. versic. homicidium. num. 6. ratio est, quia homo dupliciter considerari potest. Primo secūdum se, alio modo per cōparationē ad aliud, secundū se quidē cōsiderando hominem, nullum occidere licet, quia in quolibet etiam peccatore debemus amare naturam, quam Deus fecit, quæ per occisionem corrumpitur: sed occisio peccatoris est licita per comparationem ad bonum commune, quod per peccatum corrumpitur, vita autē iustorum est cōseruatio boni cōmunis; quia ipsi sunt principaliter pars multitudinis, & ideo nullo modo licitum est occidere innocentem. Non obst. exemp. Abrae, qui voluit interficere filium suum innocentem, quia hoc mandato Domini faciebat, qui Dominus habet dominium mortis & vitæ, cuius ordinatione moriuntur peccatores, & iusti. Nō obst. quod iustus per occisionē ducatur ad gloriā, quia hoc contingit, & se habet per accidens ad occisionem, & in pensanda grauitate peccati, deberet attendi quod est per se, non autem per accidens. Nō obs. quod iudex innocentē quādoque occidat, vt cum iudicat secundum acta, & probata. Nam resp. quod non ipse, sed illi qui asserunt, nocentem occidit, qui peccant, non ille.

Defendendo se an liceat aliquem occidere.
Quæst. XCVIII.

NOnagesimooctauo quæro, vtrum liceat defendendo se aliquem occidere? Resp. quod sic, Exod. 22. dicitur si effringens fur domum, siue suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis, sed multo magis licitum est defendere propriā vitam, quàm propriam domum, ergo etiam si aliquis occidat aliquē pro defensione vitæ suæ, non erit reus homicidij S. Th. 2. 2. q. 64. art. 7. Dom. Sot. de iust. & iure li. 5. p. 1. ar. 8. Syl. ver. homicidium il 2. nu. 13. Caie. ver. defensio, dicit quod defensio fit illicita dupliciter. Primo ex animo lædēdi inuasorem, debet. n. ipsa suo fine esse contenta. s. vt defendat, & præter intentionē defendentis si aliter nō potest defensio fieri, nisi lędatur, inuasor debet illum lædere, ita quod læsio sequatur ex necessitate defensione, & hinc peccant mortaliter, qui non curant seruare illæsos inuasores, cum possunt aliter defensionē exercere. Secundo ex immoderamine tutelę, vim enim vi repellere licet, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, & intelligitur de immoderamine ex proposito, qui enim putat moderate defendere, & præter propositum non aduertendo aliqualiter excedens, aut non peccat, aut leuiter, cum humana actio in exercitatione exteriori accensa non omni mode subdatur mensuræ. conc. Nau. Man. confess. c. 14. nu. 17. Armilla ver. defensio nu. 2.

Casualiter occidens, vtrum peccat.
Quæst. XCIX.

NOnagesimonono quæro, vtrū casualiter aliquem occidens peccet? Resp. quod nō. Aug. ad Publicolā epist. 154. vol. 2. Absit vt ea quę propter bonum aut licitum facimus, siquidem propter hoc præter nostram voluntatem quicquam mali acciderit nobis imputetur, Sed cōtingit quandoque, vt pr pter bonū aliquod facientibus homicidium cōsequatur casualiter, ergo non imputatur facienti ad culpam. S. Tho. 2. 2. q. 64. art. 8. dicens ex mente Arist. quod casus est causa agens præter intentionem, & ideò ea quæ casualia sunt, simpliciter loquendo nō sunt intenta, neque voluntaria, & quia omne peccatū est voluntarium, cōsequens est, quod casualia inquantum huiusmodi non sint peccata: contingit tamen id quod non est, & per se volitū, vel intentum esse per accidens volitum, vel intentum, secundum, quod causa per accidens dicitur remouens prohibens. vnde ille qui non remouet ea, ex quibus sequitur homicidium, si debeat remouere, erit quodāmodo homicidiū volūtariū. hoc autē cōtingit dupliciter. vno modo, quā do dās operā rebus illicitis, quas vitare debeat, homicid. ū incur-

incurrit, alio modo quando non adhibet debitam solicitudinem, ideo si dat operam rei licitæ debitã diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium sequatur, non incurrit homicidij reatũ, si vero det operam rei licitę, vel etiam det operam rei illicitæ non adhibens diligentiam debitam, non euadit homicidij reatum, si ex eius opera mors hominis consequatur. Dom. Sot. de iust. & iure lib. 5. q. 1. art. 9. Pis. ver. homicidium, ij 15. Ant. 2. p. tit. 7. c. 8. Ang. uer. homicidium 2. Syl. eod. loco nu. 1. Nau. Man. confess. c. 15. nu. 6. Caiet. uer. homicidium ij 2.

Licitum an sit, pro defensione amici vitam propriam ponere. *Quæst.* C.

CEntesimo quæro utrum liceat uitã pro defensione amici, aut cuiuscunq; uirtutis exponere? Resp. quod sic, sunt uerba Christi Iohan. 15. ibi maiorem hanc dilectionem nemo habet, quam vt animã suam quis ponat pro amicis suis. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 1. art. 6. ponens tres conclusiones, quarum prima est ponere uitã pro Deo, atque in testimonium eius: catholica Fides iubet, cuius perinde contraria assertio hæresis est manifestaria. Secunda est conclusio nullatenus licet, ut uitam spiritualem, hoc est Dei gratiam amittere, aut minimam eius iacturam facere pro salute spirituali totius mundi, optare enim de gratia Dei cadere, ut alijs ipsa persistant, est eligere esse in odio Dei, quod autem hoc sit uirtus, implicatio est contradictionis. Tertia sit conclusio, licitum esse, & sæpissime officium, uitam corporalem exponere, non solum pro uita spirituali amici, uerum, & pro temporali; Quin uero pro eius honore, & fama, & pro eius bonis temporalibus, amicus enim est alter ipse, sed quis potest defendere rem suam etiam cum periculo uitæ propriæ, & cum interitu inuadentis. Pis. uer. homicidium il 1. nu. 6. S. Ant. 2. p. tit. 7. cap. 8. §. 3. Angel. uer. homicidium il 1. num. 5. Syl. uer. homicidium il 1. nume. 8. Tab. uersicul. homicidium. Nauar. Man. confess. capitulo 15. num. 5.

Peccatum vtrum sit, homicidium. *Quæst.* C I.

CEntesimo primo quæro, utrum homicidium sit peccatum mortale? Respõdetur quod sic, est enim contra quintum præceptum, Non occides. Exodi capitul. 20. Angel. uersic. homicidium il 1. numero 1. ubi etiam Armilla, & Caiet. in principio ampl. etiam in mandante. Syluestrina dicto loco nu. 11.

Mutilatio membri an sit licita. *Quæst.* C I I.

CEntesimo secundo quæro, utrum mutilatio membri sit licita? Respond. quod non, Exod. cap. 21. oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede. S. Thomas 2. 2. q. 65. art. 1. ubi concluditur, quod non licet alicui quouis membro mutilare nisi publicis personis, priuatis autẽ non nisi de licentia eius, cuius est membrum, in casu, quo membri putredo totius corporis saluti aduersetur. Concor. Domin. Sot. de iustitia, & iure lib. 5. q. 2. art. 1. Caiet. ver. sic. mutilatio, dicitur mutilans siue sui, siue alterius, nisi ex necessitate sanitatis abscissionem membri exposcẽtis fiat, peccatum est mortale, vt potè contra charitatem. quia & nos, & proximos sicut nos diligere tenemur. Iudici tamen secundum iustitię ordinem sicut licet occidere, ita licet mutilare malefactorem. Tabiena versiculo mutilare, vbi etiam Armilla numero 1.

Verberare an sit licitum. *Quæst.* C I I I.

CEntesimo tertio quæro, vtrum liceat patribus verberare filios, & dominis seruos? Respond. quod sic. Prou. 13. qui parcit virgæ, odit filium suum, & cap. 23. noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga non morietur, tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis, & Eccl. 33. seruo maleuolo tortura, & compedes, San. Thom. 2. 2. q. 65. art. 2. vbi dicit cum filius sit subditus potestati patris, seruus autem domini, licet patribus filios, dominis seruos aliquando verberare. Dom. Sot. de iust. & iure lib. 5. q. 3. artic. 2. non obst. Paul. 6. ad Eph. vbi vos patres nolite ad iracũdiã prouocare filios vestros, & vos Domini eadem facite seruis remittentes minas? Respondetur, quod ibi loquitur de immoderata, & iniusta verberatione, pater enim habet imperfectam potestatem coercendi secundum leuiores pœnas; quæ non inferunt irreparabile nocumentum, Caieta. ver. percussio, dicit percussio, qua proximus uerberatur, peccatũ est mortale ex suo genere, quia iniuriosa est, & nocet proximo propter imperfectionẽ, tamen actu, si minima est, uenialis est, quod si authoritate fiat, uel a iudice, uel a Prælato non est peccatum; sed opus iustitiæ, & charitatis, modo non sit immoderata, nec malo animo fiat. Do. Sot. de iust. & iu. lib. 5. q. 2. art. 2. Ang. uer. percussio. Syl. uer. percussio. Tab. d. loco nu. 3. ubi etiam Ros. & Arm.

Præceptum de non occidendo, quomodo transgrediatur. *Quæst.* C I I I I.

CEntesimo quarto, quia dictum est de percussione, mutilatione mẽbri, & homicidio, quæ cõtrariantur quinto præcepto Decalogi. (Non occides) quæro, quot modis transgrediatur hoc præceptum? Respond. pluribus modis, & primo, qui iniuste percutit, mutilat, seu occidit aliquem, aut quidpiam horum uult, procurat, aut delectatur ea fecisse, prohibetur. n. non solũ homicidiũ, uerũ etiã uoluntas occidẽdi. S. Th. 1. 2. q. 72. art. 7. Secundo peccat qui dãnatus ad mortẽ occidit, aut percutit ministrũ iustitiæ, quo se eripiat, quoties enim uis est iusta, resistẽtia est iniusta, Scot. & Com. Doct. in 4. dist. 15. q. 3. Tertio qui exponit uitã suã periculo mortis uel damni sui corporis, loco, tẽpore, uel modo indebito. S. Tho. 2. 2. q. 126. art. 1. Quarto qui

deliberato animo sibi mortem, aut mutilationem membri exponit c.si non licet.23.q.5.S.Th.2.2.q.64.ar.5. nisi ob amorem fidei Catholicæ ad martyrium se offerret. Syl.ver.martyriũ. Quinto qui vult vitam decurtare, aut decurtat per abstinẽtias, quas scit, & aduertit esse indiscretas, etiam si absque intentione abbreuiãdi eam faciat, sed aduertit quod eam decurtat, cap.non mediocriter de consecr.dis.5.S.Tho.2.2.q.147.art.2. Sexto si infirmus comedit, aut sanus dederit alicui infirmo aliquid ad bibendum, vel comedendum, quod probabiliter scit esse sibi nocendum peccat, Doc.c.tua, de homicidio.l.qui occidit.ff.ad l. Aquil.maximè si illa medicus interdicit. Septimo si mulier grauida procurat abortum sumendo pharmaca in eum finem confecta, vel nimio labore corpus defatigando, vel quocunque modo etiam si effectus nõ sequatur S.Ant.2.p.tit.7.c.8.§.1.S.Tho.in 4.sent.dist.31. Summistæ omnes ver.abortum Doct.Comm.c.sicut de homicidio, idem est de eo qui mulierem prægnantem percussit, ex qua percussione processerit abortus, quod procedit etiam si fœtus non viuebat anima rationali, nam quantum in se est, tollit vitam hominis iam inchoatam, & notandum est, quod quando fœtus est animatus anima rationali, non potest dari medicina huiusmodi mulieri prægnanti: non enim debemus nocere vni, vt alter iuuetur; secus si nondum viuebat anima rationali. Octauò si mater, vel nutrix tenellum infantem in suo lecto ita collocet, vt periculum immineat inter dormiendũ puerum suffocandi, siue suffocet eum, siue non, notatur ca.si.de his qui filios occid. Nonò qui coniecit, aut causa fuerit aliquem coniici in carcerem iniustè, siue sit Iudex, siue non c.non sanè.14.q.5.l.1.C. de priu.carce. hoc idem si testis falsum deponat cõtra ipsum, qui ex eo ad mortem damnatus fuit, similiter si testis suo testimonio potest quem liberare à morte iniusta, & non liberauit, etiam si non iubeatur id facere; nam licet nullus teneatur se offerre ad testimonium ferendum, quo aliquis condemnetur, nihilominus ad hoc vt absoluatur ipse tenetur. S.Thom.2.2.q.70.artic.1. Decimò facit contra quintum præceptum qui fert, aut vult ferre iniustè mortis sententiam, aut alterius nocumenti corporalis contra aliquem.c.omnis.45.dist.c.2.de re iud.6.vel si iniustè morti damnatus non liberat cum id facere possit. Prou.c.24. Vndecimò, qui ad singulare certamen aliquem vocat.ca.detestabilis, sess.25. de refor.Conc.Trid. Duodecimò, qui se exponit periculo mortis, & præcipuè in torneamẽtis taurorũ, vt vetuit Pius V.in Bulla quæ incipit de salute &c. Decimotertio facit contra quintum præceptum, non solum qui facit, sed qui facienti consentit per istos versus.

Iussio, Consilium, Consensus Palpo, Recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

S.Thom.1.2.quæst.62.art.7.nam ex quo quis, imperat, consulit, consensum præstat, laudat malefactorem, recipiens, vel ipsum adiuuans, vel non impediens verbis, operibus, aut monitu, cum id posset, & tenetur facere, peccat mortaliter Nau. Man. confess.c.15.nu.8.

DE ACCIDIA.

Titulus Quintus.

Accidia definitio. Quæstio Prima.

PRIMO quæro, quid sit accidia? Respon. quod accidia est quædam tristitia aggrauans, quæ scilicet ita deprimit animum hominis, vt nihil ei agere libeat, sicuti ea, quæ sunt acida fracida. S.Tho.2.2.q.35.arti.1. allegans Damascenum li.2.c.14.de doctrina Christiana, Pis. vers, accidia, S. Anto.2.par.ti.9.cap.1.vbi aliam assignat definitionem, quod sit torpor mentis, bona negligentis inchoare, hoc idem dicit Ange.vers.accidia, in princ. allegans Richardum de Sancto Victore conc.cum 1.definitione, Alexan.de Ales 2.2.tract.de accidia, qui dicit definitionem Damas.esse essentialem, aliæ autem dantur per effectum, & differt ab inuidia, quia ipsa est de alieno bono. Accidia verò de proprio, conc.cum 1.defini.Syl.uer.accidia, num.1.& Tab.d.loco, num.1.Rosella d.vers.accidia, in prin. & Armil.nume.1. Nauar. autem sic eam definit in Man.confess.c.23.num.124. Accidia est uitium inclinans ad tristandum de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in acedo. Canisius vero in summa doctrinæ Christianæ, tit.de peccatis capitalibus, c.9.dicit, Accidia est remissio animi, languor ad bene operandum, præsertim verò tristitia est de re spirituali, alleg.Bern.serm.3.& 6.de Ascensione Domini, & Gregor.3.p.curæ past. c.16.Gregor.31. moral.c.31.sub hac continget pigritia, qua homo tardus, metu laboris, passionis, aut difficultatis apparentis, redditur ad opportuna exequenda, & peccatum est, quia rectæ discordat rationi, Caiet.vers. pigritia.

Accidia an sit peccatum. Quæst. II.

SEcundo quæro, vtrum accidia sit peccatum? Respon.quod sic, quia illud, quod interdicitur in sacra scriptura, peccatum est, sed accidia est huiusmodi, dicitur enim Eccl.6.Subijce humerum tuũ, & porta illam, scilicet spiritualem sapientiam, & non accidieris in vinculis eius, ergo accidia est peccatum. S.Th.2.2.q.35.ar.1.ubi dicit, quod accidia quandoque est mala secundum seipsam, quandoq; uero secundum effectum, tristitia enim secundum se mala est, quæ est de eo, quod est appetens malum, & uere bonum, sicut econtrario mala delectatio est, quæ est de eo, quod est appetens bonum, & uere malum, cum ergo spirituale bonum sit verè bonum, tristitia quæ est de spirituali bono est secundum se mala, & etiam tristitia, quæ est uerè de malo, mala est secundum effectum, si sic aggrauet hominem, ut eum totaliter a bono opere retrahat, vnde Apost. 2. ad Corinth.2.

non

non vult, vt pœnitens maiori tristitia de peccato ab sorbeatur, quia ergo accidia secundum quod hic sumitur, nominat tristitiam spiritualis boni, est duplicitet mala, & secundum se, & secundum effectum, & ideo Accidia est peccatum; non obstat quod accidia sit passio, quia tristitia est, passionibus autẽ non laudamur, neq; vituperamur secundũ Philoso. 2. Ethic. ca. 5. Nam respondetur, quod passiones secundum se non sunt peccata, sed secundum quod applicantur ad aliquod malum, vituperantur, sicut laudantur ex hoc quod applicantur ad aliquod bonũ, vnde tristitia secundũ se non nominat, nec aliquod laudabile, nec vituperabile. Tristitia autem de bono, & iterum tristitia immoderata, nominat aliquod vituperabile, & secundũ hoc Accidia ponitur peccatum, ita Sanctus Tho. d. loco in responsione ad 2. concor. S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 2. §. 1.

Accidia an sit speciale vitium.
Quæst. III.

Tertio quæro, vtrum accidia sit speciale vitiũ? Resp. quod sic, quia Greg. lib. 31. c. 31. Moral. eam distinguit ab alijs vitijs, S. Tho. 2. 2. q. 35. art. 2. vbi dicit cum accidia sit tristitia de spirituali bono, si accipiatur spirituale bonum cõmuniter, non habet accidia rationem specialis vitij, quia omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ. Sanctus Thom. 1. 2. quæst. 71. articul. 1. similiter etiam non dici potest, quod sit speciale vitium accidia, inquãtum refugit spirituale bonum, prout est laboriosum, vel molestum corpori, aut delectationis eius impeditiuum, quia hoc etiam non separaret accidiam a vitijs carnalibus, quibus aliquis quietem, & delectationem corporis quærit; & ideò dicendum est, quod in spiritualibus bonis est quidam ordo. Nam omnia spiritualia bona, quæ sunt in actibus singularium virtutum, ordinãtur ad vnum spirituale bonum, quod est bonum diuinum, circa quod est specialis virtus, quæ est charitas. vnde ad quãlibet virtutem pertinet gaudere de proprio spirituali bono, quod consistit in proprio actu, sed ad charitatem pertinet specialiter illud gaudiũ spirituale, quo quis gaudet de bono diuino, & similiter illa tristitia, qua quis tristatur de bono spirituali, quod est in actibus singularum virtutum, nõ pertinet ad aliquod vitiũ speciale, sed ad omnia vitia, sed tristari de bono diuino, de quo charitas gaudet pertinet ad speciale vitiũ, quod accidia vocatur. S. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 1. §. 1. Tab. ver. accidia, nu. 2.

Accidia an sit peccatum mortale.
Quæst. IIII.

Quarto quæro, vtrũ accidia sit peccatũ mortale? Resp. quod sic, 2. ad Corinth. 7. ibi Tristitia sæculi mortẽ operatur, Sed huiusmodi est accidia: Non enim est tristitia secundũ Deum, quæ contra tristitiã sæculi diuiditur, & mortem operatur, ergo est peccatum mortale. S. Th. 2. 2. q. 35. art. 3. vbi dicit, quod peccatum mortale dicitur, quod spiritualem vitã tollit, quæ est per charitatem, secundum quam Deus nos inhabitat, vnde illud peccatum ex suo genere est peccatũ mortale, quod de se secundum propriam rationem contrariatur charitati, huiusmodi autem est accidia. nam proprius effectus charitatis est gaudium de Deo, S. Tho. 2. q. 28. art. 1. Accidia autem est tristitia de bono spirituali, inquantum est bonum diuinum, vnde secundum suum genus accidia est peccatum mortale, sed considerãdum est in omnibus peccatis, quæ sunt secundũ suum genus mortalia, quod non sunt mortalia, nisi quando suam perfectionẽ consequuntur, est enim consumatio peccati in consensu rationis, vnde cum motus accidiæ in sola sensualitate quandoque sit propter repugnantiam carnis ad spiritum, & tunc est peccatum veniale, quandoque vero contingit vsque ad rationem, quæ consentit in fugam, & horrorẽ, & detestationem boni diuini, carne cõtra spiritum omnino præualente, & tunc manifestum est quod accidia est peccatum mortale, ita S. Th. d. loco conc. S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 1. ver. est autem, Sylu. ver. accidia, nu. 2. Tab. nu. 2. Nauar. Man. confess. c. 23. num. 124. Caie. ver. accidia, Rosella, & Armilla d. loco, Rayn. 1. p. tit. de accidia, c. 2.

Accidia an sit vitium capitale.
Quæst. V.

Quinto quæro, vtrũ accidia sit vitiũ capitale? Resp. quod sic? Greg. lib. 31. c. 31. Moraliũ, S. Th. 2. 2. q. 35. art. 4. vbi vitiũ capitale dicitur esse, ex quo promptum est, vt alia vitia oriantur secundũ rationẽ causæ finalis, sicut autẽ homines multa operantur propter delectationem, tũ vt ipsas consequantur, tum etiã ex eius impetu ad aliquid agendũ permoti, ita etiã propter tristitiã multa operantur, vel vt ipsam euitent, vel eius pondere in aliqua agenda prorumpentes, vnde cum accidia sit tristitia quædam, conuenienter ponitur vitium capitale, ex qua sex mala oriuntur, videlicet malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, euagatio mentis circa illicita, Greg. d. c. 31. S. Th. d. art. 4. Ang. ver. accidia, nu. 3. ver. Sylu. d. loco, S. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 1. Nau. in Man. confess. c. 13. num. 124. Ros. ver. accidia. ver. quod autẽ, Arm. d. loco, nu. 3. Rayn. 1. p. tit. de accidia, c. 3. & conuenienter quidẽ, quia vt inquit Aristot. 8. Eth. c. 5. & sequenti, nullus diu absq; delectatione potest manere cum tristitia. necesse est quod ex tristitia aliquid dupliciter oriatur, vno modo, vt homo recedat a contristantibus, alio modo vt ad alia transeat, in quibus delectatur, sicut illi, qui nõ possunt gaudere in spiritualibus delectationibus, transferrunt se ad corporales, secundum Arist. 10. Ethic. c. 6. in fuga autẽ tristitiæ, talis processus attẽditur, quia primo homo fugit contristantia, secundo etiam impugnat ea, quæ tristitiam ingerunt, spiritualia autem bona, de quibus tristatur accidia, sunt & finis, & id quod est ad finẽ, fuga autẽ finis fit per desperationẽ, fuga autem bonorum

quæ ſunt ad finem quãtum ad ardua, quæ ſubſunt conſilijs fit per puſillanimitatem, quantum autem ad ea, quæ pertinent ad communem iuſtitiam per torporem circa præcepta. Impugnatio autem contriſtantium bonorum ſpiritualium, quãdoque quidem eſt circa homines, qui ad bona ſpiritualia inducuntur, & hic eſt rancor, quandoque vero ſe extendit ad ipſa ſpiritualia bona, in quorum deteſtationem aliquis adducitur, & hæc propriè eſt malitia. In quantum autem, propter triſtitiam a ſpiritualibus aliquis transfert ſe ad delectabilia exteriora, ponitur filia accidiæ euagatio circa illicita, ita S. Th. in d. artic. 4. in reſp. ad 2.

Accidia contra quod præceptum ſit. Quæſt. VI.

SExto quæro, contra quod præceptum dicatur eſſe peccatum accidiæ? Reſp. quod accidia contrariatur præcepto de ſatisfactione ſabbathi, in quo ſecundum quod eſt præceptum morale, præcipitur quies mentis in Deo, cui etiam contrariatur triſtitia mentis de bono diuino. S. Tho. 2.2.q. 35. art. 3. in reſp. ad 5. Ang. ver. accidia. nu. 1.

Remedia contra accidiam. Quæſt. VII.

SEptimo quæro, quæ ſint remedia contra accidiã? Reſp. eſſe tria. Primo Oratio, docet enim Dominus cum inuenit diſcipulos dormientes præ triſtitia. Math. c. 26. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Secundo ſacramẽtorum frequentatio, & præſertim ſacramenti altaris, quod cor hominis confirmat, & roborat ad bene agendum. Tertio eſt remedium varia operatio, Eccl. 9. quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus; nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia valet ad inferos, quo tu properas, S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 2. §. 3. Perald. 2. par. tit. de accidia. p. 3.

Accidia quare deteſtanda. Quæſt. VIII.

OCtauo quæro, quę valeant ad deteſtationem huius peccati? Reſp. eſſe plura, & primo ponam exemplum eorum, quæ non habent ſenſum, neq; vitam, nec rationem, ſicut Sol, & Luna, poſuit enim Dominus præceptum ſoli, vt de ſingulis diebus ab oriente, veniat ad occidentem, & ſingulis noctibus reuertatur in orientem, & nunquam præterijt Sol illud præceptum, non pigritatur, nec de die, nec de nocte, nec ęſtate, nec hyeme, ſecundum ab his quæ vitam habent, nec ſenſum, neque rationem, vt ab herbis, arboribus, & plantis. Vnde Math. capit. 6. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcũt, deinde autem dico vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Tertio ab his, quæ habent vitam, & ſenſum, ſed non rationem, vt a brutis animantibus. vnde Salomon Prou. 6. dicit, vade ad formicam ô piger, & conſidera vias eius, & diſce ſapientiam, quæ cum nõ habeat ducem, nec præceptorem, nec Principem, parat æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, quod comedat. Quarto & vltimo, exemplum virorum iuſtorum, Dauid pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea, & Io. c. 4. vbi Chriſtus fatigatus ex itinere, ſedit ſuper fontem, & Beata Virgo abijt in Montana cum feſtinatione, Luc c. 1. & Gen. cap. 8. feſtinauit Abraam in tabernaculum ad Sarram &c. Perald. 2. p. ſummæ, tit. de accidia, c. 1.

De Malitia. Quæſt. IX.

NOno quęro, vtrum malitia ſit peccatũ? Reſp. quod malitia peccatum eſt generale, quo homo ex ſola intentione mali, eligit malum, contingit tamen eſſe veniale, propter imperfectionem actus, Caiet. ver. malitia, & Armilla, & tribus modis dicitur quis peccare ex malitia. Primo ex habitu vitioſo, ex quo quis peccat, dicitur ex malitia peccare, nam peccatum, ex certa malitia dicitur eſſe, quod eſt ex electione mali, ſed vnicuique eſt eligibile id, ad quod inclinatur, per proprium habitum, vt dicitur 6. Eth. lib. 9. de habitu virtuoſo. Ergo peccatum quod ex habitu eſt, eſt ex certa malitia S. Thom. 1. 2. q. 78. art. 2. Secundo dicitur malitia ipſa mali electio actualis, ſiue ipſa mali electio malitia nominetur, & ſic dicitur aliquis ex malitia peccare, inquantum ex mali electione peccat, ſiue etiam malitia dicatur aliqua præcedens culpa, ex qua oritur ſubſequens culpa, ſicut cũ aliquis impugnat fraternam gratiam ex inuidia: & tunc idẽ non eſt cauſa ſui ipſius, ſed actus interior eſt cauſa actus exterioris, non tamen in infinitum, quia eſt deuenire ad aliquod primum peccatum, quod non cauſatur ex aliquo priori peccato. Sanctus Tho. 1. 2. q. 75. art. 4. Et iſte eſt tertius modus peccãdi ex malitia, idem. 1. 2. q. 78. art. 1. in reſp. ad 3. Sylu. ver. malitia. Alia eſt diſtinctio peccandi ex certa malitia, vno modo ex finali impenitẽtia, cum enim quis de peccato commiſſo non pęnitet, ſed in ipſo moritur, talis dicitur peccare ex certa malitia. Secundo modo peccare ex certa malitia dicitur, peccare ex certa induſtria. vel ſcientia, iuxta illud Iob. 34. quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & vias intelligere noluerunt, ſed recedere à Deo, eſt peccare, ergo aliqui peccãt ex induſtria, ſeu ex certa malitia, S. Thom. 1. 2. q. 78. art. 1. & hoc contingit quatuor modis. Primo ex inclinatione mentis, vt quando quis peccat per voluntatem malitia informatam, vel ex inclinatione habitus vitioſi. Secundo ex complexione corporis, ſecundum quam aliquis inclinatur faciliter ad aliquod peccatum perpetrandum propter corruptionem naturæ, & tunc quod eſt malum placet. Tertio modo ex aſſuefactione operis, propter quam malum conuertitur in naturam propter ipſius cõtinuationem, & vſum. Quarto modo ex abiectione muneris, nam aliquis retrahitur a peccato propter ſpem vitæ æternę, vel propter timorem gehennæ, & ideo remota ſpe per deſperationẽ, & remoto timore propter præſumptionẽ ſequitur, quod ex certa malitia quaſi abſque freno quis peccet. Rayn. 2. p. tit. de malitia cap. 2. & not. quod licet omne peccatum ex habitu dicatur ex malitia, nõ tamẽ omnis, qui peccat ex cer-

ex certa malitia dicitur peccare ex habitu. S. Tho. 1.2.q.78.art.3.vbi ficut se habet habitus bonus ad ad electionem boni, ita habitus malus ad electionem mali, sed quandoque aliquis non habens habitum virtutis eligit id quod est bonū secundum virtutem, Ergo etiam quandoque aliquis non habens habitum vitiosum, potest eligere malū, quod est ex certa malitia peccare.

Malitia peccans, grauius peccat, quam ex passione. Quæst. X.

DEcimo quæro, vtrum ille qui peccat ex malitia, grauius peccet? quàm ille, qui ex passione? Resp. quod sic. S.Thom. 1. 2.q.78.art.4. quod probatur ex quatuor rationibus. Primo ratione voluntatis, cui magis peccatum ex malitia proprium est, quam peccatum ex passione. Secundo ex ratione diuturnitatis, nam peccatum ex passione cito transit, ex malitia vero diù permanet. Tertio ratione insanabilitatis, quia difficilius curatur. Quarto ratione pęnalitatis, pœna enim non augetur nisi propter grauitatem culpæ, sed peccatum ex malitia grauiorem pęnam meretur, dicitur.n.Iob 34. quasi impios percussit eos in loco videntium, qui quasi de industria recesserunt ab eo, Rayn. 2.p.tit. de malitia c.3.Tab.vers.malitia nu.2.

Rancor an sit peccatum. Quæst. X I.

VNdecimo quæro, vtrum rancor sit peccatū? Resp. quod sic, est enim rancor indignatio contra omnes, & maxime prelatos detinentes hominem initum in spiritualibus bonis, quæ ipsum contristant, & etiam contra omnes ad spiritualia bona inducentes. S.Tho. 2.2.q.35.art.4.in resp.ad 2.conc. Ang. vers.rancor. & est peccatum mortale si malum, quod alteri quærit, vel optat, est aliquid alicuius importantiæ, & cum deliberatione voluntatis, Tab. d. vers. rancor. numero 2. de quo per Nauar. in Man.conf.c.14.num.25.Arm. vers.rancor.nume. 1.

Pusillanimitas an sit peccatum. Quæst. X I I.

DVodecimo quæro, vtrum pusillanimitas sit peccatum? Respon. quod sic, nihil enim in moribus hominum est vitandum nisi peccatum, sed pusillanimitas est vitanda, dicitur enim ad Colos.3.patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant, ergo pusillanimitas est peccatum, S.Tho.2. 2.q.133.arti. 1. vbi dicit, quod omne, quod contrariatur naturali inclinationi, est peccatum, quia contrariatur legi naturæ. Inest autem vnicuique rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem commensuratam suæ potentiæ, vt patet in omnibus rebus naturalibus, tam animatis quàm inanimatis, sicut autem per præsumptionem aliquis excedit proportionē suæ potentiæ, dum nititur ad maiora, quàm possit, ita pusillanimus etiam deficit à proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum, & ideò sicut præsumptio est peccatum, ita pusillanimitas, & ideò seruus, qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, nec est operatus ex ea propter quendam pusillanimitatis timorem, punitur à domino Math.c.25.& Luc.c.19.hæc S.Thom.d.loco conc.Pisa.Ang.Sylu.Tab.Caiet.& Rosella vers. pusillanimitas.S.Ant.2.p.tit.9.cap.16.qui eam in princ.ita describit dicens, pusillanimitas est vitium, quo quis inordinato timore se subtrahit ab operib. bonis, quæ posset, & deberet agere, cuius causa triplex dicitur esse, Timor superbiæ, Torpor pigritię & Timor deficientiæ. Primo dum aliquis nimis proprio sensui innititur, quo reputat se insufficiētem ad ea, respectu quorum sufficientiam habet. De secundo quando quis timet amittere bona temporalia, cum per hoc quis declinat à virtute & est peccatum. Tertio cum quis ita timet mortem corporis, vel afflictiones eius, quod Deū offendit, vt euitet huiusmodi, est vtiq; graue peccatum, iuxta illud Math.ca.10. nolite timere eos, qui occidūt corpus, animam autē non possunt occidere. hęc S. Ant.d.loco.

Pusillanimitas cui virtuti opponatur. Quæst. X I I I.

DEcimo tertio quæro, vtrum pusillanimitas opponatur magnanimitati? Resp. quod sic, differunt enim secundum magnitudinem, & paruitatem animi, vt ex ipsis nominibus apparet, sed magnum, & paruum sunt opposita, ergo pusillanimitas opponitur magnanimitati. S.Th.2.2.q.133. art.2.dicens, quod pusillanimitas potest tripliciter considerari, vno modo secundum seipsum, & sic manifestum est, quod secundum propriam rationem opponitur magnanimitati, a qua differt secundum differentiam magnitudinis, & paruitatis circa idem. Nam sicut magnanimus ex animi magnitudine rēdit ad magna, ita pusillanimus ex animi paruitate se retrahit à magnis. Alio modo potest considerari ex parte suæ causæ, quæ ex parte intellectus est ignorantia propriæ conditionis, Ex parte autem appetitus est timor deficiendi, in his quæ falsè æstimat excedere suam facultatem. Tertio modo potest considerari quātum ad effectum, q; est retrahere se à magnis, quibus est dignus, sed oppositio vitij ad virtutem attenditur magis, secundum propriam speciem, quàm secundum causam, vel effectum, vt inquit Sanct. Thom.2. 2. q. 132.artic.2.ad 3. ideo pusillanimitas directè magnanimitati opponitur, ita S.Thom.d.loco, conc. Ang.Sylu.Tab.ver.pusillanimitas nu.2.vbi etiam Caiet.& Armilla.

Desperatio quid sit. Quæst. X I I I I.

DEcimoquarto quæro, quid sit desperatio? Respon.quod desperatio est, quando ex falsa existimatione propter peccata, quæ fecit, vel bona, quæ omisit, desperat de Dei misericordia, credens Deum nolle, vel non posse sibi parcere, vel in gra-

gratiam recipere, Ang.vers.desperatio, vbi etiam Sylue.Tab.num. 1. & Armilla, Viguer.tit.de virt. theolog.c.11.§.1.ibi dicit, desperatio est diffidentia de assequenda beatitudine propter defectum gratiæ, & meritorum propriorum, vt cum quis æstimat se damnandum, quia non credit Deum illis misertiturum, nec intendit conuerti. hæc Vig. d.loco.

Desperatio an ex accidia oriatur. Quæst. X V.

Decimoquinto quæro, vtrum desperatio ex accidia oriatur? Resp.quod sic, Greg.lib.31.c. 31.Mor.S.Tho.2. 2.q.20.art.4.vbi dicitur, quod nonnunquam desperationis peccatum ex luxuria oritur, quia homini carnalibus affecto diuina vilescunt; nonnunquam autem ex accidia, qua homo animo ita deijcitur, ac prosternitur, vt impossibile reputet, posse consequi aliquod bonum siue per se, siue alterius auxilio conc.S.Ant.2.p.tit.5. c.15. Ang.vers.desperatio nume.2.Tab.d.loco num.3. Perald.2.p.summæ tit. de Accidia c.6.Ray. tit.de accidia c.4.

Desperatio an sit peccatum. Quæst. X V I.

Decimosexto quæro, vtrum desperatio sine infidelitate esse possit? Resp. quod sic, S.Tho. 2.2.q.20.art.2.ibi remoto posteriori, non remouetur prius, sed spes est posterior fide S. Thom.2.2. q.17.art.7.ergo remota spe, potest remanere fides, infidelitas enim pertinet ad intellectum, desperatio autem ad vim appetitiuam, intellectus autem vniuersalium est, sed vis appetitiua mouetur circa res particulares, est enim motus appetitiuus ab anima ad res, quæ in se ipsis particulares sunt.

Desperatio quotuplex sit. Quæst. X V I I.

Decimoseptimo quæro, quotuplex sit desperatio? Resp.triplex. Primo de gloria adipiscenda. Secundo de venia consequenda. Tertio de miseria euadenda. Quantum ad primum dicitur Iob. ca.7. desperaui, nequaquam vltra viuam, scilicet vita gratiæ, nec per consequens vita gloriæ quantum ad secundum dicit Dominus Ezech.18. Num quid est voluntatis meæ mors impij, & non potius vt conuertatur, & viuat. Quod ad tertium dicitur. Eccl. 2. Respicite filij nationes hominum, & videte, quia nullus sperauit in domino, & derelictus est, Sanct Aut. 2. parte titulo 9. capitulo 15. §. 1. 2. & 3.

Desperatio an sit peccatum. Quæst. X V I I I.

Decimooctauo quæro, vtrum desperatio sit peccatum? Resp.quod sic S. Thom. 2. 2.q. 20.art. 1. Illud enim per quod homines in peccata inducuntur, videtur esse non solum peccatum, sed principium peccatorum, sed desperatio est huiusmodi, dicit enim Apost.de quibusdam ad Eph. 4.qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ, & auaritiæ, ergo desperatio non solum est peccatum, sed aliorum peccatorum principium, vbi dicit, quod desperatio, qua quis falsam de Deo æstimationem habet, peccatum est, sicut spes, qua quis veram de Deo æstimationem habet, virtus ac bonū est. conc. Pisan.& Tab. vers. desperatio in princ. Canti. de doctr.Christ.tit.de pec.in Spir.Sanct.c.4.ampl.secundum Caiet.dicto loco vers.desperatio, vt dicatur peccatū mortale, quia est omissio actus necessarij ad salutem æternam, impossibile enim est sine spe operari ad iam excelsum præmium consequendum, sicut sine fide. Secundo ampl. vt dicatur maximum peccatum, nam peccatum insanabile, videtur esse grauissimum, secundum illud Ierem. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Sed peccatum desperationis est insanabile, secundum illud Ierem. 15. Plaga mea desperabilis renuit curari, ergo desperatio est grauissimum peccatum, S.Tho. 2.2.q.20.art.3.vbi dicit, quod etsi infidelitatis, & odij Dei peccata magis homines à Deo auertentia grauiora sint secundum se desperatione, quo ad nos tamen desperatio est grauior, & maioribus periculis obnoxios reddit, quæ tria peccata cum opponantur virtutibus Theologicis, sunt cæteris peccatis grauiora, conc.cum S.Th.Ray.tit. de desper. c.3.Ang.ver.desperatio, vbi etiam Tab.nu.3.Ang. & Tab.vers.horror futuri sæculi.

Desperationis remedia. Quæst. X I X.

Decimonono quæro, quot sint remedia desperationis? Respon.plura. Primo, mortis consideratio, quæ omnia mundana ostendit esse vana. Secundo est debilitatio, debilitatur enim per confessionem. Tertio est fortitudo hominis pœnitentis, quæ insurgit ex depositione peccati armatura vitæ spiritualis Eph. 5. induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, nē societate exercitus iustorum, & angelorum, & illuminatione, & protectione Dei. vnde Paulus Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? hæc remedia ponit S.Antonin.2.p.tit.9.c.14.§.3. Perald.vero 2.p.summæ, ti.de Accidia, c.15.§. summum, dicit summum remedium contra peccatum desperationis esse memoriam Dominicæ passionis, secundum est consideratio magnæ virtutis, quam habet pœnitentia, tertium est consideratio illarum personarum, cum quibus dominus legitur misericorditer egisse, Viguerius in tit.de virt. theologal.

Torpor circa præcepta an sit peccatum. Quæst. X X.

Vigesimo quæro, vtrum Torpor circa præcepta sit peccatum? Resp.quod si prætermittit ea, quæ necessaria sunt ad salutem, peccatū est; ita elicitur ex S. Tho. 2.2.q.35.art.3. in resp.ad 3. Ang.vers.torpor, vbi dicit quod torpor diuiditur in tria, Primum est societas nihil operans, quæ est causa multorum peccatorum, vt dicam inferius,

secu-

secundum est pigritia, quæ tarde facit bona, tertiũ est tepiditas, quæ facit bona, sed non cum ea diligentia & feruore, sed tepide, & dicitur etiam somnolentia.

Euagatio mentis circa illicita. Quæst. XXI.

Vigesimo primo quæro, vtrum euagatio mentis circa illicita sit peccatum? Resp. quod sic, est enim ipsa filia accidiæ, per quam homo propter tristitiam a spiritualibus transfert se ad delectabilia exteriora, & per ea vagatur, quæ euagatio secundum quod in ipsa arce mentis residet, volentis importune ad diuersa se diffundere, vocatur importunitas mentis, secundum autem quod pertinet ad cognitionem dicitur curiositas, quantum vero ad locutionem dicitur verbositas, quantum ad corpus in eodem loco non manens, dicitur inquietudo corporis, quando scilicet per inordinatos motus membrorum, vagationem indicat mentis, quãtum ad diuersa loca dicitur instabilitas, vel potest accipi instabilitas, secundum mutabilitatem propositi, S. Thom. 2.2.q.35.art.4.ad 3. quæ importunitas mentis, vel curiositas, inquietudo corporis per quam significatur vagatio mentis, vel instabilitas, secundum mutationem propositi, tunc sunt peccata mortalia, cum fit per prædicta contra aliquod præceptum, communiter enim miscentur cum alijs peccatis, alia sunt venialia, Tab. ver. euagatio mentis, Ca. d. loco dicit Euagatio mentis ex suo nomine a recta ratione declinat, & propterea peccatum est, sed si nuda est, venialis est. si autem ad illicitus materias exeat, iuxta illarum naturas iudicanda est, ita quod si ad venereas delectationes declinat, ex venereorum regulis iudicatur. & sic de alijs conc. Armill. d. ver. euagatio, Ray. d. loco dixit ex quatuor procedere, primo ea procuratione, vt si in oratione existens procuret ex industria, quod mens euagetur, peccat, quia talis euagatio fructum orationis impedit, Secundo ex naturæ infirmitate, mens enim humana propter infirmitatem naturæ diu in alto stare non potest, de qua, si orans doluerit, fructum orationis nõ amittit. Tertio ex præcedenti operatione, nam ea præcedentibus peccatis talia. vel similia cogitat, & tunc quantum potes pœniteas, & teipsum cohibeas, & Deus ignoscet. Quarto ex temptatione dæmonis, ex qua sępe mens a deo auertitur, & impeditur ne oret, & tũc si huiusmodi illusionis, & temptationis genus, nulla causa ab homine. vel à persona præcessit, nõ debet ab oratione cessare, nec perdit fructum orationis, ita Rayn. d. loco.

Omissio an sit peccatum. Quæst. XXII.

Vigesimosecundo quæro, vtrum omissio sit peccatum? Respond. quod sic, iuxta illud Iac. 4. scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi San. Tho. 2.2. quęstio. 79. artic. tertio vbi dicit quod omissio quæ boni debiti ad iustitiã attinet, prætermissio est, speciale peccatum est à vitijs virtutibusque alijs oppositis distinctum, & quemadmodum peccatum transgressionis opponitur præceptis negatiuis, quæ pertinent ad declinandum à malo, ita peccatum omissionis opponitur præceptis affirmatiuis, quæ petinent ad faciendum bonum, præcepta autem affirmatiua non obligant ad semper, sed ad tempus determinatum, & pro illo tempore peccatum omissionis incipit esse, conc. S. Ant. 1. p. tit. 7. c. 2. §. 3. Sylu. ver si. omissio. Nauar. in Man. confess. præl. 7. nu. 7. & nu. 13. vnde his patet quod omissio importat præter missionem boni, nõ autem cuiuscunque, sed boni debiti, bonum autẽ sub ratione debiti pertinet proprie ad iustitiam. Ad legalem quidem si debitum accipiatur in ordine, ad legem diuinam, vel humanam, Ad specialem autem iustitiam secundum quod debitum cõsideratur in ordine ad proximum, vnde eo modo quo iustitia est specialis virtus, & omissio est speciale peccatum distinctum à peccatis, quæ opponuntur alijs virtutibus, eo vero modo, quo facere bonum, cui opponitur omissio, est quædam specialis pars iustitię distincta a declinatione mali cui opponitur transgressio, etiam omissio à transgressione distinguitur, hæc S. Th. d. loco.

Differentia omissionis, & transgressionis. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, quid differat omissio à transgressione? Resp. quod omissionis, & cõmissionis peccata, distinguuntur quidem specie cõmuniter, materialiter tamen, non autem formaliter, in eadem specie peccati inuenitur omissio, & commissio. Auarus enim & aliena rapit, quod est peccatum commissionis, & sua non dat, quibus dare debet, quod est peccatum omissionis, ideo non differunt specie nisi materialiter, S. Thom. 1.2.q. 72. art. 6. similiter differt omissio à negligentia, nã omissio dicitur respectu actus debiti, & necessarij fieri, negligentia dicitur respectu circumstantię debitæ necessariç, puta temporis, loci, vel finis, & huiusmodi, S. Ant. 2. par. tit. 9. cap. 5. §. verum quia omissio, & transgressio versatur circa obseruationem mandatorum Dei, inter quæ maximum videtur quod datur de sacramentis. Videamos circa administrationem, & susceptionem ipsorum, quibus modis quis peccet tam in genere, quàm in specie, peccat igitur primo, qui ministrat solemniter aliquod sacramentum, vel suscepit in peccato mortali, & quamuis ad alia sacramenta sufficiat contritio, seu talis attritio, qua se probabiliter contritum esse credat, ad celebrationem tamen, & ad communionem præter contritionem confessio peccati requiritur. Nauar. Manua. confess. capit. 21. nu. 49. & dicam inferius. Secundo modo peccat, qui suscipit aliquod sacramentum à sacerdote excommunicato, aut suspenso, & denunciato pro tali, vel à notorio concubinario, nisi in casu necessitatis, similiter si quis suscipit sacramenta cum sit excommunicatus. Tertio qui citra necessitatem inuitat ad dãdum sacramentum, quem probabiliter credit existere in peccato mortali, ita vt sit causa cur id faciat alias nõ facturus, Nau. Man. confess. c. 18. num. 12.

Quat-

Omissio quotuplex sit. Quæst. XXIIII.

VIgesimoquarto quęro, quotuplex sit omissio? Resp. triplex. Primò respũ boni præteriti. Secũdo quo ad omissionem debiti modi. Tertio quoad omissionem boni præsentis, quę omnia tanguntur in Psal. 13. ubi omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 4. §. 1.

Omissio an sit grauius peccatum, quam transgressio. Quæst. XXV.

VIgesimoquinto quæro, vtrũ peccatũ omissionis sit grauius, quam transgressionis? Resp. quod facilius est abstinere à malo faciendo, quam implere bonum, ergo grauius peccat qui non se abstinet à malo faciendo, quod transgredi, quàm qui non implet bonum, quod est omittere, Sanct. Thom. 2. 2. q. 79. art. 4. vbi dicit, quod peccatum intantum est graue, inquantũ à virtute distat. contrarietas autem est maxima distantia Arist. 10. Metaph. tex. 13. & 14. Vnde contrarium magis distat à suo contrario, quam simplex eius negatio, sicut nigrum magis distat ab albo, quàm simpliciter non album, omne enim nigrum est non album, sed non cõuertitur? Manifestum est autem quod trãsgressio contrariatur actui virtutis, omissio autem importat negationem ipsius. puta peccatum omissionis est, si quis debitam reuerentiam, parenti nõ exhibeat: Peccatum autem transgressionis si contumeliam, vel quamcunque iniuriam inferat, vnde manifestum est, quod simpliciter, & absolute loquendo, transgressio est grauius peccatum, quam omissio, licet aliqua omissio possit esse grauior aliqua transgressione.

Negligentia quid sit. Quæst. XXVI.

VIgesimosexto quæro, quid sit Negligentia? Resp. quod negligentia est defectus debitæ solicitudinis. S. Tho. 2. 2. q. 54. art. 1. seu negligentia est remissio voluntatis, per quam contingit, qđ ratio non solicitatur, vt præcipiat ea, quæ debet, vel eo modo quo debet. S. Thom. 2. 2. q. 54. arti. 3. seu dicas ex mente S. Ant. 2. tit. q. ca. 3. in princ. Negligentia est peccatũ, quo voluntas est remissa ad eligendum actum debitum, vel circũstantiam circa actum debitum obseruari conc. Sylu. ver. negligentia. dicens negligentiam esse defectum circa interiorem actum voluntatis, qui est electio, non quidem actus, sed circumstantiæ, vnde secundum Isyd. in lib. Ethym. negligens dicitur, quasi nec eligens, & sic male definiunt Ang. & Tab. quod sit omissio alicuius quod fieri potest & debet, nisi addas quod sit omissio circumstantiæ, vnde Vigue. de virt. prud. c. 4 §. 3. ver. 3. dicit, quod negligentia proprie importat defectum debitæ solicitudinis, siue diligentiæ, & quia omnis defectus actus debiti habet rationem peccati, sequitur, quod neglientia sit peccatum speciale, eo modo quo solicitudo est virtus specialis.

Negligentia quid differat a Desidia, &c. Quæst. XXVII.

VIgesimo septimo quęro, quid differat Negligentia à Pigritia, Desidia, Torpore, Inconstantia, & Omissione? Respon. quod negligentia consistit in non eligendo, pigritia vero est defectus circa executionem exterioris operis, desidia vero est defectus circa continuationem boni operis à desidendo dicta, torpor autem est defectus circa feruorem executionis operis, dum tepidè fit bonum, Incõstantia vero est defectus circa stabilitatem voluntatis. omissio autem est defectus circa circũstantiam, puta temporis, loci, & huiusmodi, Sanct. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 3. §. 1. de negligentia, Sylu. versi. negligentia, Rayn. tit. de neg. c. 1.

Negligentia multiplex. Quæst. XXVIII.

VIgesimo octauo quæro, quotuplex sit Negligentia; Resp. quod quadruplex est, quę periculosa est, & ideo vitari debet, Prima est correctionis vitiorum, Secunda est obseruationis festorum. Tertia susceptionis sacramentorum. Quarta audientiæ diuinorum; prima est triplex, videlicet, correctionis internalis, cum quis examinat conscientiam suam corrigendo se ipsum, secunda est correctio præsidentialis, quando, scilicet prælatus, vel alius dominus aliquem tenetur corrigere. tertia est fraternalis, quando quis proximum suũ errantem corrigit; de prima, Psal. feci iudicium, & iustitiam, De secũda habetur 2. Paralip. 29. ibi Nolite negligere, vos enim eligit Deus, vt stetis corã eo, scilicet pro salute populorum, De tertia dicit dominus, si peccauerit in te frater tuus, & vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, Math. c. 18. Et hæc quo ad negligentiam correctionis vitiorũ, quę cum committitur peccatum est, vt dicemus in fetius suo loco, De secunda negligentia obseruationis, s. festorum est etiam peccatum contra tertium præceptum, videlicet memento vt diem sabbathi sanctifices, Exo. 20. de cuius essentia est audire missam, & abstinere se ab opere seruili. Tertia est negligentia sumptionis sacramẽtorum, de qua Apost. 2. ad Hæbr. Quomodo nos effugiemus. s. dãnationem, si tamen neglexerimus salutem. Quarta, & vltima, est negligentia circa alia diuina audiẽda, quæ dicitur triplex. Prima circa missæ auditionem. Secunda circa prædicationis attentionem. Tertia circa officiationis solutionem. Quãtum ad primum, quicunque ex negligentia merè omittit audire missam diebus festiuis, cum possit, peccat mortaliter, facit enim contra præceptum Eccl, ca. missas de consecra. dist. 1. de secunda est tex. cap. interrog. 1. q. 1. vbi Aug. inquit non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam qui sua negligentia corpus Christi in terram cadere permiserit, & contingit talis negligentia tripliciter, Primo non intendendo, secundo non audiendo, tertio non retinendo, seu non faciendo, quantum ad tertiam, in diuinis officijs, & horis canoni

cis

cis committitur negligentia tam à clericis recitantibus, quàm à populis audientib. Nam clerici, vel omittunt, vel maledicunt eas, ipsi laici, vel non assistunt, vel aliquando suis vanitatibus impediunt, de clericis dicitur, maledictus, qui facit opus Dei negligenter, Hyer. cap. 48. de laycis dicitur c. irreligiosa de conse. dist. 3. ibi irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consueuit, populi enim qui debēt ad diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilant cantica non solum male canentes, sed etiam religiosorum officia perstrepunt, hæc per. San. Anto. 2. p. tit. 9. c. 4. & seq. per totum.

Negligentia vnde ortum habeat. Quæst. XXIX.

Vigesimonono quæro, vnde negligentia ortum, & originem habeat? Resp. quod ipsa oritur ex quatuor vitijs. Primo ex imprudentia, imprudens enim dicitur, qui diligenter non obseruat circumstantias in operibus suis. Secundo oritur ex accidia, quæ cum sit tristitia de alieno bono spiritualis, ideo negligentiam generat ad eligendum, & torporem ad faciendum. Tertio ex auaritia, quia cum homo diligat inordinatè magnam prosperitatem, quam habet, ex hoc efficitur negligens ad vitandum malum, & eligendum bonum, vbertas enim securitatem, securitas negligentiam, negligentia contemptum generat. Quarto ex inordinato appetitu, & amore sui, S. Ant. 2. p. tit. 9. cap. 3. §. 2.

Negligentia cui virtuti opponatur. Quæst. XXX.

Trigesimo quæro, cui virtuti opponatur negligentia? Resp. quod opponitur prudentiæ, dicitur enim Ecclesiast. c. 20. lasciuus & imprudens non obseruat tempus, sed hoc pertinet ad negligentiam, ergo negligentia opponitur prudentiæ. S. Thom. 2. 2. q. 54. art. 2. vbi dicit, quod negligentia opponitur solicitudini; solicitudo autem pertinet ad rationem, & rectitudo solicitudinis ad prudentiam. Vnde per oppositum, negligentia ad imprudentiam pertinet, quia negligens, vt dictū est, dicitur quasi nec eligens, electio autem recta eorum, quæ sunt ad finem, ad prudentiam pertinet. Vnde negligentia pertinet ad imprudentiam ita S. Th. d. loco.

Negligentia an sit peccatum. Quæst. XXXI.

Trigesimo primo quæro, vtrum negligentia sit peccatum? Resp. quod sic, ipsa enim importat defectum debitæ solicitudinis, & omnis defectus debiti actus, habet rationem peccati. Vnde manifestum est, quod negligentia habet rationem peccati, & eo modo, quo solicitudo est specialis virtutis actus, & sic necesse est, quod negligentia sit speciale peccatum, S. Tho. 2. 2. q. 54. art. 1. ampl. vt non solum dicatur peccatum speciale, sed etiam mortale, qd habetur Prouer. 19. qui negligit viam suam mortificabitur. S. Thom. 2. 2. q. 54. art. 3. vbi dicitur, quod potest dupliciter contingere, quod negligentia sit peccatum mortale, vno modo ex parte eius, quod prætermittitur per negligentiam, quod quidem si sit de necessitate siue sit actus, siue circūstantia, erit peccatum mortale, alio modo ex parte causæ, si enim voluntas in tantum sit remissa circa ea, quæ sunt Dei, vt totaliter à Dei charitate deficiat, talis negligentia erit peccatum mortale, & hoc præcipue contingit, quando negligentia sequitur ex contemptu, alioquin, si negligentia consistat in prætermissione alicuius actus, vel circumstātiæ, quæ non sit de necessitate salutis, neque hoc fiat ex contemptu, sed ex aliquo defectu feruoris, qui impeditur interdum per aliquod veniale peccatum, tunc negligentia non est peccatum mortale, sed veniale. Sanct. Tho. 2. 2. q. 54. ar. 3. S. Ant. 2. p. ti. 9. c. 3. §. 3. Pri. Ang. Syl. Tab. Caie. & Armilla vers. negligentia.

Negligentia Remedia. Quæst. XXXII.

Trigesimo secundo quæro, quæ sint remedia negligentiæ? Resp. plura. Primo timor Dei, vnde Ecclesi. 7. qui timet Deum, nihil negligit, Secundo amor ipsius Dei. Eccle. 30. splendidum cor bonum in epulis, epulæ enim illius diligenter fiunt, & faciunt ad detestationem huius criminis. Primo dictum Iere. 47. maledictus qui facit opus Dei negligenter, Secundo facit diligentia, quam adhibent creaturæ irrationales. Tertio diligentia, quam adhibent homines in rebus corporalibus. Quarto sublimitas personarum, coram quibus negligentia talis committitur. vnde Psal. Quoniam Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Quinto, & vltimo, quia diligētia valde honorifica est Deo, vnde Prou. 13. mulier diligens, corona est viro suo hæc Perald. 2. p. summæ tit. de Accidia cap. 7. ratio autem triplex est, quare homo debeat esse diligens, primo propter difficultatem medij, recte enim, & virtuose agere consistit in medio, quod est difficile, recedere autem ab eo facile, secundo, propter multiplicitatem modi, nam actio non iudicatur bona, nisi actus sit bonus, & circūstantia eius, tertia ratio est propter prauitatem animi, quod cōtingit ob mali operis frequentiam, ob mentis malitiam, & ob passionis vehementiam, S. Aot. 2. p. ti. 9. c. 4. §. 3. & seq.

Ignorantia quid sit. Quæst. XXXIII.

Trigesimo tertio quæro, quid sit Ignorantia Respond. Ignorantia est priuatio scientiæ possibilis adipisci, Sylo. versi. ignorantia, nume. 2. Tab. verò d. loco dicit, ignorantia est priuatio scientiæ, quam quis est aptus natus habere, & deberet habere.

Ignorantiæ, & Nescientiæ differentia.
Quæst. XXXIIII.

TRigesimo quarto quæro, quid differat ignorantia à nescientia, & errore? Resp. quod in hoc differunt, quia nescientia dicit simplicem sciẽtiæ negationem, vnde cuicunq; deest aliquarum rerum scientia, potest dici nescire illas, ignorantia vero in præsenti casu importat priuationem, dum scilicet deest scientia eorum, quæ aptus natus est, & scire tenetur, S. Th. 1.2.q.76.ar.2. Ang. ver. ignorantia nu.6. dicit ignorantia est nescire, quod scire tenetur, nescientia est ignorare quod scire non tenetur, error est vnum pro alio putare, cõc. c. si. 37. dist. c. in quibus 22.q.2.

Ignorantia quotuplex sit. Quæst. XXXV.

TRigesimoquinto quæro, quotuplex sit ignorantia? Resp. secundum S. Ant. 2.p. tit. 5. c. 9. §. 2. quod ignorãtia est triplex. videlicet, iuris humani, iuris diuini, & ignorantia facti, de his potest intelligi Psal. 81. nescierunt quoad primam, neque intellexerunt, quoad secũdam, in tenebris ambulant, quoad tertiam, aliam distinctionem ponit idem Ant. 1.p. tit. 6. cap. 1. §. 1. dicens, quod triplex ignorantia reperiri potest in actu peccati, prima cum nescitur id, quod scit esse prohibitum, & per consequens malum, puta cum fornicatur quis nesciens fornicationem esse peccatum; & hæc dicitur ignorantia iuris, secunda est cum scit quis aliquem actum esse prohibitum, & malum, sed nescit hoc quod agit, esse illum actum, vt cum sciens adulterium esse peccatum, accedit ad vxorem alienam, quam putat esse suam, vel occidit hominem, quem putat esse feram, & hæc dicitur ignorantia facti, quæ non excusat à peccato, si datur opera rei illicitæ, aut etiam si non adhibetur debita diligentia, tertia dicitur ignorantia, cum scit quidem id quod agit esse peccatum in vniuersali, sed non cognoscit in particulari illum actum esse peccatum, qui est obnubilatus passione, vel habitu vitioso vt actualiter non cõsideret, & intelligat, id quod agit, esse malum, & ista ignorantia reperitur in omni peccato, vnde dicitur, quod omnis malus est ignarus, & Prou. 14. errant qui operantur malum. hæc Sanct. Ant. dicto loco Sylu. autem versiculo ignorantia numero primo dicit, quod triplex est ignorantia, prima dicitur negationis, quia scientia negatur, nec tamen aptitudo sciendi ponitur, secunda priuationis, quia scientia negatur, & aptitudo sciendi ponitur, tertia, prauæ dispositionis; quæ ponit errorem scientię rectæ cõtrarium, concor. Sylu. & Tabien. versiculo ignorantia numero primo. Rosella numero 3. & sequenti Rayn. 1. p. summæ. tit. de ignor. c. 1. communis tamen distinctio est, quod ignorantia sit duplex, alia iuris, altera autem facti, c. ignorãtia de reg. iur. 6. opus Iud. in q. ver. ignorantia, nu. 1. & seq.

Ignorantia an sit in causa peccati.
Quæst. XXXVI.

TRigesimo sexto quæro, vtrum ignorantia sit causa peccati? Resp. quod sic secundũ Aug. lib. de natura, & gratia c. 67. vbi dicit, quod quidã per ignorantiam peccant. S. Thom. 1.2.q.76. arti. 1. vbi concludit quod non quæuis ignorantia causa est peccati, sed illa tantum, quæ tollit scientiam prohibentem actum peccati. Sylu. versi. ignorantia. nume. 7.

Ignorantia an sit peccatum.
Quæst. XXXVII.

TRigesimo septimo quæro, vtrum ignorantia sit peccatum? Res. quòd sic, loquendo de ignorantia vincibili, nihil enim meretur pœnam, nisi peccatum; sed ignorantia meretur pœnam secundum illud 1. ad Chor. 14. ibi si quis ignorat, ignorabitur. ergo ignorantia est peccatum. ita Thom. 1.2.q.76. art. 1. vbi concludit, quod igorantia inuincibilis non est peccatum; ignorantia autem vincibilis, est peccatum, si sit eorum, quæ aliquis scire tenetur, nõ autem si sit eorum quę quis scire nõ tenetur; inuincibilis autem ignorantia dicitur, quæ studio superari nõ potest, q[illegible] non sit voluntaria, quia non est in p[illegible] repellere, non est peccatum, scire autem quilibet tenetur communiter quæ sunt fidei, & vniuersalia iuris præcepta, singuli autem ea, quæ ad eorum statum, vel officium spectant, quæ qui negligit habere vel facere, peccat peccato omissionis, vnde propter negligentiam ignorantia eorum, quæ aliquis scire tenetur est peccatum vt dictum est conc. Pis. ver. ignorantia Sylu. d. loco nu. 8. & Caiet. Ros. nu. 2. & Arm. nu. 3.

Ignorantia an excuset a peccato.
Quæst. XXXVIII.

TRigesimooctauo quæro, vtrum ignorantia excuset à peccato? Respond. quod non, dicit enim Augustin. libro tertio. cap. 18. de lib. arbr. quod quædam per ignorantiam facta, rectè improbantur, sed solum illa rectè improbãtur, quæ sunt peccata, ergo quædam per ignorantiam facta sunt peccata. Non ergo ignorantia omnino excusat à peccato, ita argumen. Sanct. Thom. 1.2.q.76. ar. 3. vbi concludit, quod ignorantia consequens, vel concomitans actum peccati, non excusat à peccato, ignorantia vero, quæ causa est actus peccati, excusat, eo quidem non totaliter, nisi sit ignorantia inuincibilis, vel eius, quod quis scire non tenetur, conc. Pisan. versicu. ignorantia versicu. vtrum Angel. dicto loco nu. 3. Sylu. nu. 10. Tab. nume. 2. Nau. in Man. confess. præl. 9. nu. 10. & c. 17. nu. 82. & seq. not. tamen quod licet ignorantia non excuset à peccato, minuit tamen peccatum, S. Thom. 1.2.q.76. art. 4. nam quicquid est ratio remissionis peccati, alleuiat peccatum, sed ignorãtia est huiusmodi

huiusmodi 1.ad Timoth.1. misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci, ergo ignorantia diminuit, vel alleuiat peccatum, intellige tamen, quod voluntaria & intenta ignorantia aggrauat, & non diminuit peccatum, ignorantia vero voluntaria per accidens diminuit, ignorantia verò cõsequẽs, vel comitans actum peccati non diminuit ipsum, neq; auget. hæc S.Th.d.art.4.

Error quid sit. *Quæst.* X X X I X.

TRigesimonono quæro quid sit error? Resp. ex mente Aug. in lib. Enchirid. quod error est æstimatio, vel approbatio veri pro falso, vel ecõuerso, & certi pro incerto, vel econtra, vnde errare est putare, vel æstimare, vel approbare, verum esse quod falsum est, vel esse falsum, quod verum est, vel certum pro incerto, siue falsum, siue verũ sit, Rayn. 1. p. ti. de errore c. 1. conc. Viguer. ti. de anima c. 2. §. 5. ver. 4. Aug. ver. error. in prin. Tab. & Armil. d. loco nu. 1.

Error an sit peccatum. *Quæst.* X L.

QVadragesimo quæro, vtrum error sit peccatũ? Respõ. quod sic, & si fuerit circa ea quorum cognitio est homini naturaliter insita, est grauissimum, & turpissimum. S.Tho. 2.2.q.154.art. 12. in corpore, & est magnum peccatum in re magna, paruum autem, in re parua, nullus tamen error absq; vitio esse potest. Rayn. 1. p. ti. de errore ca. 2. vbi in c. quarto, dicit errare circa fidem trinitatis, est grauissimum omnium peccatorum, Augustin. in 1. de Tri. Ang. autem, versiculo error. nu. 1. dicit quod in his, quæ non pertinẽt ad Regnum Dei non est peccatum, vel si est, minimum est, Sylu. d. loco nume. 2. concludit quod tunc error dicitur intolerabilis, quando continet aliquid, quod in suo genere est peccatum c. venerabilis. §. Pot. de sent. exc. 6. Armilla d. vers. error nu. 2. conscientia quoq; erronea in tantum obligat, quod si haberet, quod spuere in Eccesia esset peccatum mortale, cõtra quam si ipse faceret esset peccatum mortale Caiet. ver. conscientia erronea, vnde deponenda est huiusmodi cõsciẽtia, vt libere operetur vt alij.

Error quot modis committi dicatur. *Quæst.* X L I.

QVadragesimo primo quæro, quot modis peccatores dicãtur errare? Respõ. Quatuor modis, primo eligendo nõ eligẽda quãtũ ad intellectũ Sap. 5. errauimus à via veritatis, q̃ ducit ad vitã, secundo appetendo nõ appetẽda quãtũ ad effectum, sicut illi, qui despectis æternis toto corde desiderant temporalia vana, & transitoria. vnde Paul. 1. ad Timot. 6. Radix omniũ malorum cupiditas, quam quidem appetentes errauerunt à fide. Tertio errant peccatores faciendo, nõ faciẽda quantum ad effectum, Prou. cap. 14. errant omnes, qui operantur malum, vbi not. quod quidem errauerunt propter ignorantiam, quidam propter impotentiam, quidam propter malitiam, quidam propter superbiam. Quarto errant peccatores, omittendo non omittenda, quantum ad defectum, Iob. c. 15. non credat frustra errare deceptus, Ray. 1. p. tit. de errore c. 3.

Ocium quid sit. *Quæst.* X L I I.

QVadragesimo secũdo quæro, quid sit ocium? Respon. ocium est quod caret intentione piæ vtilitatis, & iustæ necessitatis, Armil. ver. ocium, & Caiet. d. loco, & Tab. d. loco, & Ray. c. 1.

Ocium an sit peccatum. *Quæst.* X L I I I.

QVadragesimo tertio quæro, vtrũ ociũ sit peccatum? Respõ. quod quando dissonat à recta ratione in operatione, aut omissione, peccatum est, si tamen ocium sit nudum (hoc est nihil aliud deformitatis habens, nisi habens ocij, veniale est) est tamen quandoque laudabile ocium internum, vel externum, ad quietem & recreationem naturæ intentum, quoniam & hoc habet secta ratio, ut lassis detur requies, sicut & somnus, Caiet. versi. ocium & Armilla d. loco num. 1. vbi concludit quod ocio sum verbum est magis peccatum veniale, quàm factum ociosum, quia verbum est immediatius esse ctus rationis, & ideo minus potest esse præter deliberationem quam factum, potest tamen esse mortale, si dicatur in contemptum Dei, vel proximi, vel vt trahat ad luxuriam; hæc Armilla & Tab. d. loco Ray. ver. ocium c. 1. vbi probat ocium esse peccatũ triplici respectu. Primo nihil reprehẽditur nisi culpa, sed ocium reprehẽditur Math. 20. quid hic statis tota die ociosi? Ociosus enim est inquit ibi Chris. qui opus Dei non operatur. Secundo nihil punitur a Deo nisi peccatum, sed ociosus punitur a Deo Math. 3. omnis qui non fecerit fructum bonum abscindetur, sed ociosus non facit fructum, ergo ocium est peccatũ. Tertio quia iniquitas est peccatum, sed ocium est iniquitas, Ezech. 6. hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ Superbia, Saturitas, Abundantia, & ocium ipsius.

Ocium ex quibus oriatur. *Quæst.* X L I I I I.

QVadragesimo quarto quæro, ex quibus ociũ initium sumat? Respon. ex tribus, nempè ex defectu dilectionis, actionis, & rationis, primo ex defectu dilectionis, Greg. hom. Iohan. c. 14. Charitas non est ociosa, aut enim proficit, aut deficit. Secundo ex defectu actionis; in actibus enim uirtutum sunt per ordinem ista tria, scilicet, scire, velle, operari. Contra primum est ignorantia, cum quis tenetur scire aliquid, & non scit. Contra secundum est ocium, cum quis tenetur velle aliquid, & non vult. Cõtra tertium est commissio, cum scilicet aliquid facit, quod facere non debet; Tertio oritur ocium ex defectu rationis, uel ex excessu stoliditatis, prou. c. 12. Qui sectatur ociũ stultissimus est, quæ stultitia est triplex. Prima repletur egestate, Prou. c. 28.

ca. 28. qui sectatur ocia replebitur egestate rerum temporalium,& virtutum, Secundo seipsum inde sensum spiritibus malignis exponit, vt Hye. semper aliquid operis facito, vt te Diabolus inueniat occupatum, nō enim facile capitur a Diabolo, qui bono vacat exercitio. Tertius gradus stultitię ocio si est q in se ipso motus carnales quasi hostes crudelissimos,& spiritus malignos nutrit, Mat. c.12. Tunc dicit spiritus immūdus, reuertar in domum meā, vnde exiui, & veniens inuenit eā vacantē,&c. vel dic stultus est ociosus,qui mercedē ęternā perdit, stultior, qui damnationē promissionis acquirit,stultissimus,qui in multa mala,& peccata & per consequens grauissimas pęnas incidit, & incurrit, Rayn.2.p.tit.de ocio c.14.per totū.S. Ant.p.2.tit. 9.c.14.dicit super illud Psal. 72.in labore hominū nō sunt,& cū hominibus nō flagellabuntur, Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, vbi notria.Primo quod homo debet esse in labore.Iob.5. homo nascitur ad laborē,vt Auis ad volatum. vnde Prou.vlti. Panē ociosa nō comedit, sed operata est, &c. Secundo ex ocio generatur plurima vitia, sequitur inferni cruciatio, & ideo dicit,cum hominibus flagellabuntur. Tertio ex ocio oritur multiplex malū peccatorum, ideo dicit tenuit eos superbia,eos.s.qui non sunt in labore hominum . Vnde Eccl.Multam malitiam docuit ociositas.

DE AVARITIA, Titulus Sextus.

Auaritia quid sit. Quęst. Prima.



Primo quęrendū est quid sit Auaritia? Resp.quod Auaritia est aliquando speciale, aliquando autē generale pecatū, seu genus omnis peccati, quatenus autem est speciale peccatum sic definitur, Auaritia, vel cupiditas, est inordinatus amor, vel appetitus pecuniæ, Ray.1.p.summæ,tit.de Auaritia ca.1.dicitur autē Auaritia, quasi æris auiditas, quia scilicet in appetitu pecuniæ consistit, per quā omnia exteriora bona intelligi possunt. S.Th.2.2. q.118.art.1.in 1.arg.Quatenus autem est generale peccatū quo ad omnia, auaritia est appetitus inordinatus, non solum pecuniæ,sed etiam scientiæ,& altitudinis,& cuiuscunque boni temporalis,cuius precium potest pecunia mensurari, cum supra modum ambitur. Rayn. d.ca.1.& hoc ex mente Gregor. & Aug.c.11.super Gen.dicit, Auaritia est generalis, & specialis; ratio huius distinctionis est, quia cum Auaritia sit inordinatus amor habendi, vel retinendi quodcunque bonū,sicut habere, vel retinere potest summi dupliciter, scilicet cōmuniter,& simpliciter,ita Auaritia potest esse generalis, & specialis conc.cum hac defin.Canis.tit.de peccatis capitalibus.c.4. vbi dicit Auaritiam esse habendi appetitum inordinatum, Nauar. Man.confess.c. 23.nu.69.Alex. de Ales 3. p. q.141.membr. 1.tit. de Auaritia.Ang.& Sylu.ver. Auaritia.

Auaritia quotuplex. Quæst. II.

Secundo quæro, quot modis sumatur Auaritia? Resp.tripliciter, vno modo pro vt non est peccatum, sed pœna vel radix peccati, & secundū hanc acceptionem Auaritia non est aliud quam quædā inordinatio naturæ corruptæ ad bona corruptibilia,& tēporalia inordinatē appetēdo, vnde Apost.1. ad Timoth. 6. radix omnium malorū est cupiditas.i.Auaritia,quia ex ea frequētius alia peccata oriūtur ad similitudinem radicis, quæ toti arbori alimentum præstat. Secundo modo prout est generale ad omne pecca^tum, & hoc modo dicitur appetitus inordinatus non solum pecuniæ,sed sciētiæ,&c.vt dictum est. Tertio modo prout est speciale peccatum, vt dicitur inordinatus amor pecuniæ.S.Ant.2.p.tit.1.c.1.§.1.in princ.Tab.ver.Auaritia nu. 3. Quarto modo accipi potest nomen Auaritiæ in bonā partem, sed raro gl.c.2. Abacuc ibi, veh,qui multiplicat sua,dicit bona Auaritia docto ris Ecclesiastici, qui studioso labore plures sibi facere cupit discipulos Alex. de Ales d. loco citatō, qui in quarto membro dicit, & sic sumitur. Quinto modo, pro concupiscentia oculorum 1. Iohan. c.2.omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut cōcupiscentia oculorū, aut superbia vitę, alia est distinctio, quam facit Viguer. tit. de virt.iust.c.5.ver.4.5.e 13.ver.1.& Caie. ver. Auaritia.de Auaritia,quę dr duplex.Primo vt significat primam voluntatem acquirendi, vel retinendi alienum, & talis opponitur iustitiæ commutatiuæ, & est secundum se peccatum mortale, & iuxta hunc sensum vsurarios,fures,latrones,simoniacos auaros dicimus, alio modo accipitur Auaritia vt contrariatur liberalitati, & sic significat inordinatum appetitum pecunię,& aliorum temporalium,quę pecunia mensurari possunt,quibus quis non eget, & iuxta hunc sensum auari dicuntur tenaces & parci in dādo,de quib. dicitur, quod auaro deest, tam quod habet, quàm quod non habet,similiter, qui toto die, ac nocte in angustijs, & laboribus sunt, vt acquirant ea,quibus non indigent,& communiter est peccatum veniale, posset tamen tantum esse affectus ad acquirendum, uel retinendū, quod esset peccatum mortale, puta si actualiter præponeret acquisitionem, aut retentionem saluti animæ, aut præceptis Dei, uel Ecclesiæ, non curando illa transgredi.

Auaritia an sit peccatum. Quæst. III.

Tertio quęro, vtrum Auaritia sit pecatū? Resp. quod sic, Paul.ad Hębreos c.fin.ibi sint mores sine auaritia contenti pręsentibus S. Th 2.2.q. 18. art.1. dicit auaritiam peccatum esse, quo quis supra debitum modum cupit acquirere,uel retinere diuitias,non ob. quod Auaritia consequatur naturaliter senectutem,ut Philosoph.4.Ethyc.c.1.& ea quæ naturaliter adueniunt, non sunt peccata. Nam resp. quod quamuis senes propter naturæ defectum auidius exteriorum rerum inquirāt sub

fidia, sicut & omnis indigens, quærit suæ indigentiæ supplementum, non tamen excusatur, si debitam rationis mensuram circa diuitias excedat, conc.cum S.Thom.Rayn.1.p.summæ tit.de auaritia c.2.Pis.d.versi. in princ.S.Ant.2.p.tit.1.c.1.§.1. Astensis in 2.lib.tit.30.q.1.Tab.vers.auaritia nu.1.

Auaritia an sit speciale peccatum. *Quæst.* IIII.

QVarto quæro, vtrum Auaritia sit speciale peccatum? Resp.quod sic,Paul.ad Rom.1. ibi repletus omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, S. Thom. 2.2.q.118.art. 2. vbi concludit, quod auaritia prout est immoderatus amor habendi pecunias,& possessiones, speciale peccatum est; vt vero est inordinatus amor habendi quæcunque, non est speciale peccatum, vt dixit supra q. 2.conc. cum S.Thom. Astens. lib. 2. tit. 30.q.1.Tab.ver.auaritia nu. 2.

Auaritia an sit peccatum spirituale. *Quæst.* V.

QVinto quæro vtrum auaritia sit peccatum spirituale? Respon.quod sic.Greg.li.31.c. 31.mora.vbi ponit quæcunque peccata spiritualia, duo autem carnalia,S.Tho.2.2.q.118. art.6.vbi dicit, quod delectationum quædam sunt carnales, & quædam spirituales, carnales quidem dicuntur,quæ in sensu carnis complentur,sicut delectationes ciborum, & venereorum,spirituales autem quæ complentur in sola animæ apprehensione, & huiusmodi est auaritia. Delectatur enim auarus in hoc,quod considerat se possessorem diuitiarum; & ideo auaritia est peccatum spirituale con. cum S. Tho. Asten. lib.2.tit.30.q.5. Alex.de Ales. 3.p.q.141.membr. 8.

Auaritia an sit peccatum mortale. *Quæst.* VI.

SExto quæro, an auaritia sit peccatum mortale? Respond. quod auaritia dupliciter sumitur. Vno modo secundum quod opponitur iustitiæ, & hoc modo ex suo genere est peccatum mortale, vt cũ aliquis iniustè accipit, vel retinet aliquid, quod pertinet ad rapinam, vel furtum, quæ sunt peccata mortalia, vt inferius dicemus; contingit tamen in hoc genere Auaritiæ, aliquid esse peccatum veniale propter actus imperfectionem: alio modo potest accipi auaritia secundum quod opponitur liberalitati,& secundum hoc importat inordinatum amorem diuitiarum. Si ergo intantum amor diuitiarum crescat, quod præferatur charitati, vt scilicet, propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem Dei, & proximi, sic auaritia erit peccatum mortale, si autem inordinatio amoris intra hoc sistat, vt scilicet homo, quamuis superfluè diuitias amet, & non tamen præferre earum amorem,amori diuino,vt si propter diuitias non velit aliquid facere contra Deum, & proximum, sic auaritia est peccatum veniale, S. Thom. 2.2.q.118.art.4.conc.Rayn.1.p.tit.de auaritia, cap. 3. Pis. d.loco, S. Ant. 2. p. tit. 1.c.1.§.2. Astens.lib.2.tit.30. q. 3. Ang.vers. auaritia, nu. 1. vbi dicit, auaritiam tribus modis esse peccatum. Primo appetendo aliena illicite voluntate deliberata, & ita procederet in opus, si esset facultas, & isto modo est mortale peccatum,quia est contra illud præceptum, Exod. c. 20. ibi non concupisces rem proximi tui, posset tamen esse veniale ex modicitate rei, vel ex imperfectione actus. Secundo modo est mortale, appetendo deliberatè illicita, quæ sine peccato mortali teneri non possunt, puta beneficium ecclesiasticum,cum sit indignus.Tertio quando appetit superflua, appetitu suffocante totaliter mentem à debita cura sui, & necessaria consideratione diuinorum, conc. Sylu. vers. auaritia, num. 2. vbi Tab.num.4.Caiet.Armilla & Rosella, d. ver. auaritia.

Auaritia an sit maximum peccatorum. *Quæst.* VII.

SEptimo quæro, vtrum auaritia sit maximum peccatorum? Resp. quod non, quia adulterium est grauius peccatum, quam furtum. Prou. c.6.furtum autem pertinet ad auaritiam, ergo auaritia non est grauissimum peccatum,S.Tho.2.2.q. 118.art. 5. dicens, quod dupliciter ordo peccatorum potest attendi, vno modo ex parte boni,quod per peccatum contemnitur, vel corrumpitur, quod quanto maius est, tanto peccatum grauius est, & secũdum hoc peccatum quod est contra Deum est grauissimum, & sub hoc est peccatũ, quod est contra personam hominis, sub quo est peccatum, quod est contra res exteriores, quæ sunt ad vsum hominis deputatæ, quod videtur ad auaritiam pertinere, alio modo potest attẽdi gradus peccatorum ex parte boni, cui inordinate subditur appetitus humanus, quod quanto minus est, tanto peccatũ est deformius. Turpius est enim subesse inferiori bono, quàm superiori, bonũ autem exteriorum rerum est infimũ inter humana bona, est enim minus, quam bonum corporis, quod etiam minus est, quàm bonum animæ, quod exceditur à bono diuino, & secundum hoc peccatũ auaritię, quo appetitus humanus subijcitur etiã exterioribus rebus, habet quodammodo deformitatem maiorem, quia tamẽ corruptio, vel priuatio boni formaliter se habet in peccato, conuersio autem ad bonũ commutabile materialiter magis est iudicanda grauitas peccati ex parte boni, quod corrumpitur, quam ex parte boni, cui subijcitur appetitus. Et ideo dicendũ, quo auaritia non est simpliciter maximũ peccatũ, non obst. quod dicatur Idolorum seruitus, Apost. ad Ephes. 5. & idolatria cõputatur inter grauissima peccata, nam resp. quòd est per similitudinem quandam, quam habet ad ipsam, non tamen eodem modo, nam auarus subijcit se creaturæ exteriori immoderatè eam concupiscendo ad vsum, non tamen ad cultum, vt idolatria, & ideo non habet tantam deformitatem, ita S.Th.conc.cum eo Ray. 1.p.tit. de auaritia, c. 5. Ant. 2. p.c.1.§.2.Tab.vers. auaritia, nu. 7. est tamẽ peccatum valde detestabile, cũ ex eo homines

mines ab ea proportione deficiunt, quæ debet esse secundũ ratonẽ inter sumptus, & opus, vnde par-uifici ducũtur, & paruificẽtia dicitur peccatum, S. Tho.2.2.q.135.art.1.similiter homo deficit ab eo quod promisit, & dicitur perfidia; & est peccatũ, vtpote contra virtutem fidei. Turpe enim est fidẽ fallere, l. prætor ait, ff. de pact. Caiet. ver. perfidia, qui dicit, quòd est triplex, pniciosa, officiosa, & iocosa; quæ regulatur sicut de mendacio dicitur; oritur etiam fraus, qua quandoq; reus, & actor inter se ipsos cõueniunt latenter, & dicitur collusio manifestè peccatũ in vtroque, quia vterque colludens fraudi consentit, & est mortale pro quanto iniqoe cõtra debitã tendit iniustitiã, Caiet. ver. collusio, similiter corrũpitur iustitia, si quis auaritia motus, habens potestatem, vel officium, accipit pecuniam ad iudicandum, aut decernendum, quo magis, vel minus faciat, quod deber, vel per minas cogit aliquẽ ad faciendũ, vel non faciendũ, & dicitur concussio manifestè mortale peccatum contra iustitiã, Caiet. ver. concussio. nascitur quoque ex auaritia præuaricatio (qua homo a debito officio, seu certamine variat ad oppositum fouendum) vt actor ad fouendum reum, aut econtrario, & peccatũ est, quia contra rectam rationem, & si in iudicio iusto hoc fiat, aut alias in præiudicium diuini, vel communis boni, aut cuiuscunque proximi, peccatum est mortale, quia iniustitia ipsa peccatum est mortale ex suo genere, Caiet. ver. præuaricatio similiter auarus vituperabilis est, quia solius lucri gratia negotiatur, & est insatiabilis, Caiet. ver. mercatura.

Auaritia an sit peccatum capitale. Quæst. VIII.

OCtauo quæro, vtrũ auaritia sit peccatum capitale? Resp. quod sic, Greg. lib. 31. mora. c. 31. vbi hoc ponit vitium capitale, conc. S. Thom. 2.2.q.118. art. 7. vitium enim capitale alia vitia parit, sed auaritia est amor habendi pecuniam inordinate, qua pecunia vtimur quasi fideiussore ad omnia habẽda. Arist. 5. Ethic. c. 5. & Eccl. 10. pecuniæ obediunt omnia, ideo dicitur vitiũ capitale, ex quo plura alia vitia oriuntur, vt dicã inferius, cõc. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 1. §. 3. Astens. lib. 2. tit. 30. q. 6. Vtguer. tit. de virt. iust. c. 5. §. 13. Alex. de Ales, 3. p. q. 141. memb. 5. Tab. ver. vsura, nu. 9. q. 6. Armilla di. loco, nu. 3. Astens. lib. 2. tit. 30. q. 6.

Auaritia an opponatur liberalitati. Quæst. IX.

NOno quæro, vtrũ auaritia opponatur liberalitati? Respon. quod sic, dicitur enim Eccles. 5. auarus nõ implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructũ non capiet ex eis. Sed non impleri pecunia, & inordinate eas amare, est contrarium liberalitati, quæ in appetitu diuitiarum medium tenet. Ergò auaritia opponitur liberalitati, S. Tho. 2. 2. q. 118. art. 3. dicens, quod auaritia importat immoderantiã quandã circa diuitias dupliciter, vno modo immediatè circa ipsam acceptionẽ & conseruationẽ diuitiarum, in quantum scilicet aliquis acquirit pecuniam vltra debitum aliena surripiendo, vel retinendo, & sic opponitur iustitiæ, & hoc modo accipitur auaritia, Ezech. 22. vbi dicitur Principes eius in medio eius, quasi lupi rapiẽtes prædam ad effundendum sanguinem, & auara lucra sectanda. Alio modo importat immoderãtiã circa interiores affectiones diuitiarum, puta cum quis nimis amat, vel desiderat diuitias, aut nimis delectatur in eis, etiã si nolit rapere aliena, & hoc modo auaritia opponitur liberalitati, quę moderatur huiusmodi affectiones, & sic accipitur auaritia, 2. ad Corin. 9. præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic quasi benedictionẽ, nõ quasi auaritiã, gloss. scilicet vt deleatur pro dato, & parum sit quòd detur, Rayn. 1. p. tit. de auaritia, c. 4. Vigue. tit. de virt. iust. c. 6. §. 1. vers. 1. Alex. de Ales 3. p. q. 141. memb. 8. & Rayn. vero d. loco dicit auaritiam contrariari æquitati, charitati, pietati, liberalitati, & prodigalitati. Primo contrariatur æquitati, scilicet iustitię, quæ tenet medium inter superfluum, & diminutum, excedit enim auaritia in accipiẽdo, & deficit in dando. Secundo opponitur charitati, quia est amor inordinatus boni temporalis vt finis, & sic præfertur charitati, quæ solum Deum tanquã vltimum finẽ amat. Tertio opponitur pietati, & tũc est peccatum mortale in casu, in quo aliquis tenetur bona sua pauperibus erogare, puta cum ei superfluit, & necessitas cogit, Luc. cap. 11. quod superest date pauperibus. Quarto opponitur liberalitati, vt dictum est. Quinto opponitur prodigalitati, vt dicetur inferius.

Auaritia, quibus ex causis detestetur. Quæst. X.

DEcimo quęro, quibus de causis sit auaritia detestãda? Resp. pluribus. & primo natura quæ fodet, pònens terram infimam esse inter crea uras & a pedibus omnium conculcari, non autem vt vltimum finem sectari, secundo facit maledictio scripturæ, Esay. c. 5. veh qui coniungit domum ad domum, Habac. ca. 2. veh qui congregat non sua, tertio facit testimoniũ scripturæ, Eccle. 10. ubi auaro nihil est scelestius, idest nullũ scelus maius est auaritia, quarto quia est infirmitas quodammodo incurabilis, Ecc. 5. est infirmitas pessima, quam uidi sub sole, diuitæ cõseruatæ in malum domini sui, quinto facit misera seruitus, in qua auaritia ponit, Luc. c. 16. non potestis Deo seruire, & Mammonę, unde auaritia dicitur idolorum seruitus, sexto & vltimo faciunt exempla sanctorum 22. Regum ibi, Samuel, loquimini de me coram Domino, si de manu cuiusquam munus accepi, &c. alia ponũtur per Peraldum 2. p. tit. de auaritia c. 1. & seq. usque ad cap. 9.

Auaritiæ filię quot sint. Quæst. XI.

VNdecimo quæro, quot sint filiæ auaritiæ? Resp. esse septẽ, uidelicet, proditio fraus fallacia, periura, inquietudo, uiolẽtia, & cõtra misericordiã obduratio. Greg. lib. 31. c. 31. moral. S. Th. 2. 2. q. 118. art. 8. vbi dicit, quod auaritia in duobus excedit. Primo in retinẽdo, & ex hoc oritur ob

 duratio

duratio contra misericordiam. Secundo excedit in accipiendo; & secundum hoc auaritia cõsideratur dupliciter, vno modo secundum quod est in affectu, & sic ex ea oritur inquietudo, inquantum ingerit hominis solicitudinem, & curas superfluas, auarus.n.nõ implebitur pecunia, vt dicitur Eccl. 5. Alio modo potest considerari in effectu, & sic in acquirendo aliena, vtitur quandoque vi, quod pertinet ad violentias, quãdoque autem dolo, quod quidem si fiat in verbo, fallacia erit, quantum ad simplex verbum, periurium autem si addatur confirmatio iuramenti, si autem dolus committitur in opere, sic quantum ad res erit fraus, quantum autem ad personas, erit proditio, vt patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Christum, ita S. Th. conc. Ray. 1.p.tit. de auaritia c.6. S. Ant. 2.p.tit.1.c.1.§.4. Nau. Man. cõfess. c.23.nu.75. Syl. ver. auaritia in fi. Tab. d. loco nu.12. Arm. nu.4. Cantf. tit. de pec. capit. c. 40. Ang. ver. proditio. S. Th.2.2.q.55, art.8.

Auaritiæ species quot sint. *Quæst. XII.*

DVodecimo quæro, quot sint species auaritiæ? Resp. esse nouem, quas ponit Arist. 4. Eth. c. 1. quem refert S. Tho. 2.2.q.118.art. 8. in resp. ad 4. & sunt hæc, videlicet, parcus, quia parum dat, tenax, qui nihil, cimibilis ille, qui dat cum magna difficultate, quasi cimini venditor, quia de paruis magnam vim facit, si excedit in accipiendo dupliciter, primo per illiberales operationes, secũdo de inhonestis, vt de meretricio, vel huiusmodi, vel quia lucratur de eo quod gratis oportet concedere, ut usurarij, uel quia lucratur parua cum magno labore, alio modo quia iniuste lucratur, uel uiuis uim infeiẽdo, sicut latrones, uel mortuos spoliando, uel ab amicis auferẽdo, sicut aleatores de qbus omnibus, & singulis dicemus suis locis inferius.

Proditio quid sit. *Quæst. XIII.*

DEcimotertio quæro, quid sit proditio? Resp. proditio est deceptio cõtra fidem datam uel debitam in damnum alicuius, Syl. uerficu. proditio, & est peccatum, cum sit filia auaritiæ, & tanto grauius, quanto maior iactura sequens fuerit, Armilla uerfi. proditio, num.1. S. Ant. 2.p.tit. 1 c. 22. in princ. dicit, proditio est quædam deceptio facta contra dominum, uel familiares suos in damnum rerum; uel personæ, aut manifestationem secretorum eorum; & de hac Psal. 40. homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem, ibi not. proditio Christi per Iudam in quo uerficu. tria notantur, primo coniunctio familiaris, ibi homo pacis meæ, in quo sperauí qui edebat panes meos. Secundo proditio criminalis, ibi magnificauit supplantationem, tertio offensio personalis, ibi super me, quantum ad primum, dicit Boet. quod nulla est maior pestis ad nocendum, quàm familiaris inimicus, & ratio est, quia cũ ab eo quis sibi nõ cauet multipliciter potest nocere. Quantũ ad secũdũ, notatur proditio criminalis cũ dicitur magnificauit, idest magnam fecit supplantationem, idest deceptionem. Quantum ad tertium offensio personalis ibi super me, maxima pęna est homini, cũ ui det se perditum ab amico, & beneficiato S. Ant. d. loco. §. 5.

Proditio quot modis fiat. *Quæst. XIIII.*

DEcimoquarto quæro, quot modis proditio fieri dicatur? Resp. tribus modis, primo in rebus, secundo in personis, tertio in actionibus, Primo quando quis manifestat res occultas domini sui, uel alterius malitiose ut eas auferant, & præcipue inimicis suis, & eo casu vltra graue peccatum, tenetur talis ad restitutionem totius damni, qui enim occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, Secundo fit circa personas, ut capiantur ab inimicis, uel occidantur, sic Iudas osculo filium hominis tradidit, & hoc nulli dubium est, quod est peccatum mortale, tertio fit circa actiones nempe circa secreta reuelata, vt cum quis consilia, & secretos tractatus Domini vel alterius reuelat inimicis, vel alijs, quibus non debet, Prou. 11. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autẽ fidelis est celat amici cõmissum, si qui tamẽ aliqua illicita tractarẽt in nocumẽtũ alicuius vel aliquorũ contra iustitiam, non malefacerent reuelando eis talia secreta, vt sibi possent cauere ab iniustis nocumentis, modo tamen debito, & quantum fieri potest absque scandalo, hæc Sanct. Anton. 2.p.tit. 1.c.22. circa medium, pro cuius declaratione notandum est, quod secretum est id, quod à nemine, vel à tam paucis scitur, quod neque est famosum neque notorium, S. Tho. 2.2.q.70. art. 2. ad secundum Scot. 4. distinct. 21. Caiet. a. 2. q. 1 r. art. 5. Nauar. Man. confess. cap. 18. numer. 52. quod est duplex, quorum vnum est, quod ab vno solo sciri potest, quales sunt soli, & omnes actus interiores animæ hominis, alterum, quod de se à pluribus sciri potest, qualis est omnis actus exterior, qui non est famosus, neque notorius, quod est triplex, primo quod de se sine vlla promissione scientem obligat, ad se celãdum regulariter, quale est omne occultum cuius detectio nocet animæ, corpori, honori, vel famæ, vel fortunis alicuius, c. si peccauerit 2. q. 1. c. qualiter, & quando, de accusa. secundo cuius celatio à sciente expresse, uel tacite promissa est, tacite promittitur, cum id colligitur ex modo dicendi secreto, nulla de celando expressa promissione facta, tertium ad quod celandum lex diuina positiua confessionis sacramentalis obligat, tale est omne peccatum sacramentalis confessionis, dictorum, de quibus Nauar. Man. confess. nu. 52. Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 6. art. 2. pag. 131. Syl. uer. secretum. ex quibus sequitur quod peccet mortaliter, qui reserat, aut legit, literas obseratas, aut scriptas alienas, quæ in secreto obseruabantur animo lædendi aliquem notabiliter, nisi de consensu expresso, aut tacito eius, à quo uel cui mittũtur id faciat, aut de autoritate legitima, uenialiter tamen si absq; intentione nocendi notabiliter, sed p imprudẽtiã, uel per curiositatem tantũ, nõ enim hoc esset contra charitatem, non tamen peccat, immo bono

fungi-

fungitur officio, qui denunciat cui, quando, & quo modo oportet peccatores, peccata, & stratagemata damnosa principi, reipub. aut proximo, quia hoc iure potest, & debet fieri c. non inferenda 23. q. 5. c. quaotæ de sent. exco. cap. ipsa 23. q. 4. Caiet. & Sylu. vers. literæ, & alij communiter, in d. ver. peccat etiam reus, qui secundum iuris ordinem interrogatus sua delicta secreta grauia non manifestat, & contra qui manifestat illa contra iuris ordinem interrogatus, dicitur aũt interrogatus secundum iuris ordinẽ, quando tria concurrunt. Primo quod iudex interrogans sit cõpetens. Secundo quod delictum sit probatũ plenè, vel saltim semiplenè, hoc est per vnũ testem omni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollentia. Tertio, quod illi sit notificata huiusmodi probatio vt sciat, in quo statu est, S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. & seq. Nau. cap. 18. nu. 57. & seq.

Fraus an sit peccatum. *Quæst.* XV.

DEcimo quinto quæro, vtrum fraus sit peccatũ? Resp. quod sic, sed mortale, vel veniale, iuxta materiam. Nam fraus ad damnũ proximi tendens, perniciosa est, nisi circa minimum versetur, si vero iocosa, aut officiosa est, venialis est; quia non contra dilectionẽ Dei, aut proximi militat, excusatur quoque fraus nociua a mortali, si præter intentionem accidit, sed cum illam percipit, tenetur damnum resarcire, & famæ suæ consulere, ne scandalum fit de eo, tanquam doloso, Caiet. vers. fic, fraus, ibi etiam Armilla nu. 1. & obligat ad restitutionem, S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 17. §. 3. in fine. S. Th. 2. 2. q. 55. art. 6. vbi fraus ad astutiam pertinet, sed astutia est peccatũ vt inquit idem art. 3. ergo &c. Ray. 1. p. tit. de fraude c. 1. auctoritate, Greg. lib. 9. moral. qui dicit, quòd qui vult decipere tria facit, primo decipiendi cogitat modum, secundo suum cogitatum manifestat, per verbũ vel signum. Tertio cogitatio, & verbum manifestatur per factum, ita quod cogitatio deceptionis fit per astutiam, manifestatio fraudis fit per verba, executio astutiæ fit per facta, vnde ille, qui alterius deceptionem intendit vtitur tribus, scilicet astutia, fallacia, & fraudulentia.

Fraudolentia quibus in casibus fiat.
Quæst. XVI.

DEcimo sexto quæro, quibus in casibus fiat fraudulẽtia? Resp. in sex. primo in rei quidditate, secũdo in sui quantitate, tertio in eius qualitate, quarto in soluendi tarditate, quinto in precij, ad res mutabilitate, sexto in bonę intẽtionis prauitate. Primo circa quidditatẽ, ut si uendatur oricalcũ pro auro, lapis unus preciosus, pro altero, secũdo in quantitate, ut cum fraudatur pondus, numerus, vel mensura, Deu. 26. non hẽbis in sacculo diuersa põdera, maius, & minus, & Leu. 19. nolite facere iniquũ aliquod in iudicio, in regula, in pondere, & in mensura, & Oseæ 12. Canaã in manu eius statera dolosa, tertio in qualitate, cũ uendũtur carnes infectę pro sanis, corium fragile pro durabili; quarto in solutionis diminutione, quando non soluitur laboranti pro opere suo termino debito, Leuit. capit. 19. non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane, quinto in pecuniæ ad res mutabilitate, & ex hoc diminuitur precium debitum promissum, & contra hoc Iac. 5. Ecce merces operariorũ, qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est a uobis clamat contra uos; sexto fraus est in operibus de genere bonorum, cum scilicet quis quærit aliud, quam gloriam Dei, hæc San. Ant. 2. p. tit. 1. c. 17. §. 3. & seq. similiter fit fraus tribus modis, primo de persona ad personam, cum mulier vult donare viro, quod non potest; secundo rei ad rem, vt cũ quis dat fructus filio suo, vt vendat pro eo, quod pecuniam mutuo dare non potest; tertio de vno contractu ad alterum, vt cum mulier, quæ fideiubere non potest, facit se principalem debitricem, omnes tales præuaricantur legẽ & in regno Dei non excusantur. Sylu. & Tab. ver. fraus.

Astutia an sit peccatum. *Quæst.* XVII.

DEcimoseptimo quæro, vtrũ astutia sit peccatũ? Resp. quod sic, Apost. 2. ad Chor. 4. abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei, ergo astutia est quoddam peccatum, S. Tho. 2. 2. q. 55. art. 3. ibi astutia peccatum est prudentiæ oppositũ, quo quis nõ veris vijs, sed falsis & simulatis vtitur ad finem siue bonum, siue malum consequendum, quę cum in malo propriè accipiatur, etiam si ordinetur ad bonum finem est peccatum, ita S. Thom. in d. art. in resp. ad 1. & 2. Pisan. ver. astutia, Astens. lib. 2. tit. 10. art. 5. & est peccatum, quia est contra rectam rationẽ, S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 17. §. 1. Viguer. tit. de ver. prud. uer. 5. c. 4. & est mortale, uel ueniale iuxta subiectam materiam, Caiet. ver. astutia, vbi etiã Ang. nume. 1. conc. Sylu. ver. simulatio. & Tab. ver. astutia num. 1. ibi etiam Armilla nu. 1. non obst. quod astutia accipiatur in bonam partem. Prou. 1. vt detur paruulis astutia, nam resp. quod sicut prudentia accipitur in malam partem abusiue, ita & astutia in bonam, S. Th. d. loco in resp. ad 1.

Dolus an sit peccatum. *Quæst.* XVIII.

DEcimooctauo quæro, vtrũ dolus sit peccatũ? Resp. quod sic, quia dolus spectat ad astutiæ exequutionem, sed astutia est peccatum vt dictum est in proxima præcedenti q. ergo etiam dolus est peccatum. S. Thom. 2. 2. q. 55. art. 4. conc. Caiet. versic. dolus, dicens (hoc est astutiæ exequutio siue per verba, siue per facta ad decipiendũ ordinata) peccatum est, veræ prudentiæ contrarium. Et iuxta subiectam materiam potest esse mortale, vel ueniale, sicut deceptio, ad quam astutia machinatur, si enim intẽditur deceptio perniciosa est peccatum mortale, si uero officiosa, uel iocosa est ueniale, concor. Ang. uer. dolus, allegans. l. 1. ff. de dolo, ibi dolus malus est omnis calliditas, fallacia, Machinatio ad circumueniendũ, fallendũ, &

decipiendum alterum adhibita, conc.Syl.uerſ.dolus, num.1.vbi etiam Armilla nu.1. non obſt.2. ad Chor.12.ibi cum eſſem aſtutus, dolo vos cępi, qđ non eſſet verum ſi eſſet peccatum, qoia peccatom in viris perfectis non cadit, nã reſp.quod ſicut aſtutia propriè accipitur in malo, abuſiue autem in bonn, ita etiam & dolus qui eſt aſtutiæ exequntio, ita S.Tho.d.loco in reſp.ad 1. qui dolus differt à fraude; quia dolus vniuerſaliter pertinet ad exequutionem aſtutiæ, ſiue fiat per verba, ſiue per facta, ftaus autem magis propriè pertinet ad exequutionem aſtutiæ, ſecundum quod fit per facta, S.Tho.2.2.q. 55.art.5.

Falſitas an ſit peccatum. Quæſt. XIX.

Decimonono qoæro, vtrum falſarius monetarum; menſutatum, & ponderum, ſeu literarum, vel ſigillorum peccet? Reſp.quod ſic, & peccat mortaliter, quia ibi interuenit factum pernicioſum ex ſuo genere, poſſet tamen propter imperfectionem actus ueniale tantum interuenire peccatum, vel ratione minimi nocumenti, contingit quoqoe ſine omni forte peccato fingere alieno nomine literas officioſe, dum vtiliter agitur alterios negociom, nec dubitatur, quod gratum erit illi, cuius nomine ſcribitue, & in huiuſmodi priuatis literis alieno nomine fictis, ratihabitio a falſitate excuſat Caie.verſic. falſatius not.c.quanto de ioreiu. Nau. Man.conf.c.17.num.167.& ſeq. S.Ant.2.p.ti.1.c. 18.§.1.& ſeq.Ang.ver.falſarius, ubi Syl.& Armil. ou.11.& Roſel.d.loco no.1.& ſeq.

Falſitas quid ſit, & quot modis dicatur. Quæſt. XX.

Vigeſimo quæro, quid ſit falſitas, & quot modis accipiatur? Reſp.ad primum in propoſito quod falſitas eſt mutatio veritatis cum dolo, & iactura, Sylu.uerſ.falſitas num.1.vbi etiam Tab. in princip. ad ſecundum reſpo. quod ſi loquamur de falſarijs monetarum, multipliciter dici poſſunt; primo falſificantes ſignum, nempè formam, ſecundo falſificantes materiam; tertio, diminuentes pondus ſine Domini conſenſu; quarto attenuantes pecuniam, vel per fortem aquam ſubtilantes, Syl.uerſi. falſarius nu.9.& ſeq.Ang.d.loco nu.5. Tab.nu.7.ſi vero loquamur de falſarijs ſcripturarum, dicentur quoque pluribus modis, primo cũ ſcribitur quod aliquis ſit verè præſens, qui non ſit c.quãto de his, quæ fiunt a prælatis &c. Secundo cum eſt alterius manu ſubſcripta, tertio com eſt alterius ſigillo abſignata. Quarto, ſi eſt contraria alteri ex eadem parte prolatæ c. impurati de fide inſtr.not.gl.c.in memoriam ver.falſam 19.diſt.

Teſtimonium falſum an ſit peccatum. Quæſt. XXI.

Vigeſimoptimo quæro, vtrum teſtimonium falſum ſit peccatum mortale? Reſp.qood ſic, habetur, Prou.c.19.ibi falſus teſtis non erit impunitus. S.Th.2.2.q.70.art.4.ibi not. quod falſum teſtimonium habet triplicem deformitatẽ. Vno modo ex periorio, quia teſtes non admittuntur, niſi iurati, & ex hoc ſemper eſt peccatum mortale. Alio modo ex violatione iuſtitiæ, & hoc modo eſt peccatũ mortale in ſuo genere, ſicut & quælibet iniuſtitia, & ideo in præcepto decalogi ſub hac forma interdicitur falſom teſtimonium. Exod.cap.20.non loqueris contra proximum tuum falſom teſtimonium, non enim contra aliquem facit, qui eum ab iniuria facienda impedit, ſed ſolum qui ei ſuam ioſtitiam tollit. Tertio ex ipſa falſitate, ſecundum qood omne mendacium eſt peccatum, & ex hoc non habet falſum teſtimonium, quod ſemper ſit peccatum mortale, conc. Alexan.de Ales.3.p.q.37. memb. 5. Mag.ſen.vbi doct.com.in 3.ſent.diſt.37.in fin. Do. Sot.lib.5.de iuſt.& iure q.7.ar.4. Cath.ſuper 8.pręcepto Caiet.ver.teſtimonium falſum, S.Ant.1.par. tit.14.c.4.§.12.Aſtenſ.lib.1.tit.37.in princ. Angel. ver.teſtis nu.30.Rayn.2.p.tit. de teſtimonio c.4.

Teſtimonium ferre an quis cogatur. Quæſt. XXII.

Vigeſimoſecundo quæro, vtrum quis compellatur teſtimonium ferre? Reſpond.quod ſic, quia ſicut teſtimonium falſum in iudicio peccatũ eſt ex ſuo genere mortale, quia iniuſtum, negare quoque teſtimonium, ſi articulus neceſſitatis vrget, peccatum eſt mortale, vtpote in damnum proximi, vel communis boni cedens, præceptum enim affirmatiuum deferendo teſtimonio, pro loco, & tempore obligat, & propterea ſi tunc non vult homo patere perhibendo teſtimonium neceſſarium, non excuſatur a mortali, Caiet.ver.teſtimonium, concor.doct.ſup.cit.S.Thom. ſecunda ſecundæ quęſt. 70.art.1.vbi ex mente Aug.dicit, qui veritatem occultat, & qui prodit mendacium, vterque reus eſt, ille, quia prodeſſe non vult, hic quia nocere deſiderat, vnde in teſtimonio ferẽdo diſtinguendum eſt, quia aliquando requiritur teſtimonium alicuius, aliquando non requiritur, ſi requiritur teſtimoniũ alicuius ſubditi auctoritate ſuperioris, cui in his, quæ ad iuſtitiam pertinent obedire tenetue, non eſt dubiũ quin teneatue teſtimonium ferre, in his in quibus ſecundum ordinem iuris teſtimnoiom ab eo exigitur, puta in manifeſtis, & in his, de quibus infamia præceſſit, ſi autem exigatur ab eo teſtimonium in alijs, puta in occultis, & de quibus infamia non præceſſit, non tenetur ad teſtificandum, ſi vero requiritur eius teſtimonium non auctoritate ſuperioris, cui obedire tenetur, tunc diſtinguendum eſt, quia ſi teſtimonium requiritur ad liberandum hominem, vel ab iniuſta morte, ſeu pœna quacunque, vel a falſa infamia, vel etiam ab iniquo damno, tunc tenetur homo ad teſtificandum, & ſi eius teſtimonium non requiratur, tenetur facere quod in ſe eſt, vt veritatem denuntiet alicui, qui ad hoc poſſit prodeſſe, dicitur.n.Pſal.61.eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, & Pro.24.erue eos, qui ducuntur ad mortem, & Rom.1.digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiã qoi conſentiunt, facientibus, vbi gl. cõſentire eſt tacere, cũ poſsit redarguere, ſuper his

verò,

vero, quæ pertinent ad condemnationem alicuius, non tenetur aliquis ferre testimonium, nisi cum a superiori compellitur secundum ordinem iuris, quia si circa hoc veritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur, vel si immineat periculum accusatori, non est curandum, quia ipse in hoc periculum sponte se ingessit. Alia autē ratio est de reo, cui periculum imminet eo nolēte, conc. Rayn. 2. p. ver. testimonium, Do. Sot. lib. 5. de iust. & iure, lib. 5. q. 7. art. 1.

Testificans falsò quomodo teneatur restituere. *Quæst.* XXIII.

Vigesimotertio quæro, quomodo teneatur restituere falsè testificans? Respond. quod tenetur de toto damno; quando scienter, vel ignoranter indebite falsum testimonium dixit, Syln. ver. testis, nu. 10.

Mendacium quid sit. *Quæst.* XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, quid sit mendacium? Resp. mendaciū est enunciatio falsi cum voluntate ad fallendum prolata, S. Th. 2. 2. q. 110. art. 1. ex mente Aug. lib. de mendacio, c. 4. in fi. vol. 4. conc. Caiet. ver. mendacium, in prin. Sylue. d. loco, nu. 1. S. Ant. 2. par. tit. 10. ca. 1. §. 1. Ang. & Tab. ver. mendaciū, in prin. Viguer. tit. de vir. iust. c. 5. §. 12. ver. 1. in prin. Arm. & Ros. ver. mendaciū, in prin. & Pis. d. loco, Mag. senten. lib. 3. distinc. 38. in litera B. ex qua definitione colligitur, quod tria requiruntur ad mendaciū, primum est quod falsum proferatur, secundum est quod falsum credatur, tertiū est, quod audiens fallatur, vel deceptio intendatur. Primo, quia falsum opponitur veritati. Secundo quia mendacium nominatur ex eo, quod contra mentē dicatur, vnde mentiri est contra mentem ire. Tertio quia sicut ille, qui verum loquitur intendit veram opinionem, vel fidem constituere in animo auditoris, ita qui mēdacium loquitur intendit falsam opinionē ducere in animū auditoris; Ray. 2. p. ver. mendacium, c. 1.

Mendacium quotuplex sit. *Quæst.* XXV.

Vigesimoquinto quæro, quotuplex sit mendaciū? Resp. secundum omnes esse triplex, gl. in Psal. 5. ubi perdes omnes qui loquuntur mendacium, tria sunt genera mendaciorū, quædam enim sunt pro salute, & commodo alicuius, est & aliud genus mēdacij quod fit ioco, tertium vero mendacij genus est, quod fit ex malignitate: primum autē horum trium dicitur officiosum, secundum iocosum, tertium perniciosum, ergo mendacium in tria prædicta diuiditur. S. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 2. conc. Caiet. ver. mendacium. S. Anto. 2. p. tit. 10. c. 1. q. 2. Ang. Tab. & Rosella ver. mendaciū, nu. 2. Viguer. tit. de virt. iust. c. 5. §. 12. Pisan. ver. mendacium, §. Rayn. de ver. c. 2. Mag. sent. lib. 3. distinctio. 38. in princ. iocosum mendacium nulli nocet, sed delectandi causa dicitur, & hoc est veniale, officiosum, quod sine alicuius iniuria dicitur, vt alicui prosit, & hoc etiam est veniale; perniciosum vero, quod iniuriosum, seu nociuum est diuinis, aut humanis, & hoc est mortale ex suo genere, quia contra charitatem est, vt dicam in 27. quæst. Aug. autem in lib. contra mendacium, c. 14. vol. 4. diuidit mendacium in octo partes, primo in doctrina religionis, secundo quod nulli prosit, & obsit alicui, tertio quod prodest ita vni, vt alteri obsit, quarto quod fiat sola mentiendi fallendiq; libidine, quinto fit placendi cupiditate, sexto nulli obest, sed prodest alicui ad conseruandam pecuniam, septimo quod nulli obest, & prodest alicui ad vitandam mortem, octauo quod nulli obest, sed prodest alicui ad euitandam immunditiam corporalem.

Mendacium an sit peccatum. *Quæst.* XXVI.

Vigesimosexto quæro, vtrum mendacium sit peccatum? Resp. quod sic, Eccl. 7. noli, velle mentiri omne mendaciū, S. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 3. ubi quod est secundum se malum ex genere, nullo modo potest esse bonum, & licitum, quia ad hoc quod aliquid sit bonum, requiritur, quod omnia recte concurrant. Bonum enim est ex integra causa, malum uerò est ex singularibus defectibus, Dionys. in 4. capit. de diu. nom. mendacium autem est malū ex genere, est enim actus cadens super indebitam materiam, cū enim uoces naturaliter sint signa intellectuū, innaturale est, & indebitū, quod aliquis uoce significet id, quod non habet in mente, unde Philoso. in 4. Ethic. c. 7. di. 11, quod mendacium est per se prauum, & fugiendum, uerum autem est bonum, & laudabile, unde omne mendacium est peccatū, sicut etiam Aug. asserit in lib. contra mēdacium, c. 1. uol. 4. conc. Sylu. ver. mēdacium num. 2. Ang. num. 3. Tab. num. 4. Viguer. tit. de vir. iust. c. 5. §. 12. uer. 1. Rosella uer. mendacium, nu. 3. Cath. super 8. præcepto. Alex. de Ales 3. p. q. 37. memb. 5. & seq. Pis. uer. mendacium, §. 4. Rayn. d. uer. c. 5. non obst. quandoque reperiri in gestis sanctorum, uel in sacra pagina fuisse mentitum, nam respondetur quod si qua mendacia esse uideantur, intelligendum est ea figuraliter, & prophetice dicta esse; S. Th. d. loco in responsione ad arg.

Mendacium omne an sit peccatum mortale. *Quæst.* XXVII.

Vigesimoseptimo quæro, utrum omne mendaciū sit peccatū mortale? Resp. quod nō, Aug. super 5. Psal. in uer. perdes omnes qui loquuntur mēdacium, dicit duo sunt genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cū aut iocamur, aut proximo consulendo mentimur, sed omne peccatum mortale habet grauem culpam, ergo mendacium iocosum, & officiosum non sunt peccata mortalia, S. Thom. 2. 2. q. 110. art. 4. Nau. Manua. confess. c. 18. num. 3. Sylu. vers. mēdaciū, nu. 1. ubi Tab. nu. 6. S. Ant. 2 p. tit. 10.

ti.16 c.t.§.3. Caiet. ver. mendacium, dicit mendacium perniciosum, potest non esse etiam mortale tripliciter, vel propter imperfectionē actus ex parte dicentis, vt in primis motibus contingit propter non deliberate consentire, vel propter imperfectionem actus ex parte nocumenti, vt in minimis contingit, vel propter imperfectionem actus ex parte formæ, vt cōtingit in detractione non animo detrahendi & similibus.

Mendacium an sit licitum dicere causa euitandi mortem alicuius. Quæst. XXVIII.

Vigesimooctauo quæro, vtrum sit licitum mentiri, vt vnū pręseruet ab homicidio, & alium pręseruet a morte? Respon. quod non, quia quamuis minus nocumentum sit, quod aliquis generet falsam opinionem in animo alicuius, quam quod aliquis occidat, vel occidatur, & minus malum est eligendum, vt vitetur maius malum, nihilominus quia mendacium nō solum habet rationē peccati ex dāno, quod infertur proximo, sed ex sua inordinatione: Non licet autem aliqua illicita inordinatione vti, ad impediendum nocumēta, & defectus aliorum, sicut non licet furari ad hoc, quod homo eleemosynam faciat, nisi forte in casu necessitatis, in quo omnia sunt communia, & idem non est licitum mēdacium dicere ad hoc, quod aliquis aliū, quocunque periculo liberet, licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, Aug. lib. de mendacio c.10. vol.4. S.Tho.2.2.q. 110.art.3. in responsione ad 4.

Mendacium quodlibet, an sit peccatum mortale perfectis viris. Quæst. XXIX.

Vigesimonono quæro, vtrum mendaciū quodlibet sit perfectis viris peccatum mortale? Resp. quod nō, quia quāuis Aug. in lib. de mendacio c.17. volum.4. dicat quod perfectorum præceptum est omnino, non solum non mentiri, sed nec velle mentiri, nam circūstantia personę non transfert in aliam speciem, nisi forte ratione alicuius annexi, puta si sit contra votum ipsius, quod non potest dici de mendacio officioso, vel iocoso, & ideo mendacium officiosum, vel iocosum, non est peccatum mortale in viris perfectis, nisi forte per accidens ratione scandali, & ita interpretatur dictum Aug. S.Th.2.2.q.110.art.4. in resp. ad 5.

Periurium quid sit. Quæst. XXX.

Trigesimo quæro, quid sit periurium? Resp. periurium est mendacium iuramento firmatum, S.Th.2.2.q.98. artic.1. Mag. sent. lib.3. distin. 39. S. Ant.2.p.tit.10.ca.7.§.1. Syl. & Pisan. ver. periurium num.1. vbi etiam Tab. in princip. Viguer. tit. de virt. iust. c.5.§.6. ver.7. Dom. Sot. lib.8. de iustitia, & iure q.2. art.1. Rayn.2.p. ver. periurium c. 1. ratio est, quia morales actus ex fine speciem sortiuntur. Finis autem iuramenti est confirmatio dicti humani, cui quidē confirmationis falsitas opponitur, per hoc enim confirmatur aliquod dictum, quod ostenditur firmiter esse verū, quod quidem contingere nō potest de eo, quod falsum est, vnde falsitas directē euacuat finem iuramenti, & propter hoc a falsitate præcipuē specificatur peruersitas iuramenti, quæ periurium dicitur, & ideo falsitas est de ratione periurij, nō ob. quod cum deest iudiciū, & iustitia dicitur et periuriū, quia primo & principaliter, quod veritas desit, secundario antē quod desit iustitia. Quocūque enim modo quis iurat illicitum, ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est, ad hoc, quod contrarium faciat, similiter cum deest iudicium, quia cum indiscretē iurat ex hoc ipso periculo se cōmittit falsitatem incurrendi. S.Th.d. loco in resp. ad 1. non ob. quod etiā iurans veritatē dicatur esse periurus, cum putat illam esse falsitatem, nam resp. quod cum actus morales procedant a voluntate, si quod est verum apprehendatur vt falsum, erit verum materialiter, & falsum formaliter, & sic secundum eius voluntatem erit periurus, S.Th.d. loco in resp. ad 3.

Periurium an sit peccatum. Quæst. XXXI.

Trigesimoprimo quæro, vtrū periuriū sit peccatum? Resp. quod sic. Aug. in lib. sermon. de verbis Apo. Iacobi in serm. 28. vo.10. loquens de periurio: videtis quàm ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminanda S. Thom. 2. 2. quæst. 98. arti. 2. vbi dicit quod iurare est Deum testem inuocare, pertinet autem ad Dei irreuerentiā, quod aliquis eū testē inuocet falsitatis, quia per hoc dat intelligere, vel quod Deus veritatem non cognoscat, uel quod falsitatem testificari uelit, & ideo periurium manifeste est peccatum religioni contrarium; cuius est Deo reuerentiā exhibere, nō obst. quod iuramentum quandoque interponatur super eo, quod pręstari nō potest, quia eo casu incurritur periurium iurando super re illicita uel impossibili, sed si non implicat quod intrauit, in hoc periuriū non incurrit, quia illud nō erat tale quod sub iuramēto cadere posset, unde periurium incurritur propter defectum iustitiæ, uel iudicij, non autem quia non fuerit seruatum iuramentum, ita S. Thom. d. loco in resp. ad 1. & 2. arg. Caiet. uer. periurium, Tab. d. loco nu. 2. Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 8. q. 2. art. 2.

Periurium an sit semper peccatum mortale. Quæst. XXXII.

Trigesimosecundo quæro, utrum omne periuriū sit peccatum mortale? Resp. quod sic, quia omne peccatum, quod contrariatur præcepto diuino, est peccatū mortale, sed periurium contrariatur præcepto diuino, dicitur n. Leu. c.19. non periurabis in nomine meo, ergo est peccatū mortale. S.Tho. 2.2.q.98. art.3. dicens propter unū quodque tale, & illud magis, uidemus enim quod ea quæ ex se sunt peccata uenialia, uel etiam bona ex genere si in cōtemptū Dei fiant, sunt pecccata mortalia. Vnde multo magis quicquid est, quod de sui ratione

ratione pertinet ad contemptum Dei, est peccatũ mortale. Periurium autem de sui ratione importat contemptum Dei, ex hoc enim habet rationem culpę quia ad irreuerentiam Dei pertinet. Vnde manifestum est, quod periurium ex sui ratione est peccatum mortale conc. Caiet. ver. periurium. S. Ant. 2. part. tit. 10. capit. 7. §. 2. Astens. lib. 1. tit. 19. capit. 5. & seq. Sylu. versiculo periurium numer. 1. vbi Tab. num. 3. & Pisan. § 4. & Ray. c. 2. Viguer. tit. de virt. iust. c. 5. §. 6. ver. 7. Domini. Sot. lib. 8. de iust. & iure q. 2. art. 3.

Prius an sit qui per metum iurauit, & non seruauit.
Quæst. XXXIII.

TRigesimotertio quæro, vtrum iuramentum per vim, & metum extortum sit seruandum sub pœna periurij? Resp. quod sic, quia coactio non aufert iuramento promissorio vim obligandi, S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. in Respon. ad 3. maxime respectu eius, quod licite fieri potest, & ideo si aliquis nõ impleat, quod coactus iurauit, nihilominus periurium incurrit, & mortaliter peccat. Potest tamen per auctoritatem summi Pontificis ab obligatione iuramẽti absolui, præsertim si coactus fuerit tali metu, qui cadere posset in constantem virum. Non obstat cap. verum, de iureiur. vbi dicitur, quod tales non sunt puniendi tanquam pro mortali crimine, non hoc ideo dicitur, quia nõ peccent mortaliter; sed quia pœna eis minor infligitur, ita Sanct. Thom. 2. 2. q. 98. articulo tertio, in resp. ad 1. ratio prædictorum est, quia debet magis damnum temporale sustinere, quam iuram. violare, Sanct. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. in responsione ad tertium.

Periurans iocosè an incurrat peccatum mortale.
Quæst. XXXIIII.

TRigesimoquarto quæro, vtrum ille qui iocose periurat, vel ex lapsu linguę, peccet mortaliter? Respondetur, quod ille qui iocose periurat non euitat diuinam irreuerentiam, sed quãtum ad aliquid magis auget. Et ideò non excusatur à peccato mortali: Ille autẽ qui ex lapsu linguæ falsum iurat, siquidem aduertat se iurare, & falsum esse quod iurat, non excusatur à peccato mortali, sicut nec à Dei contemptu, si autem hoc non aduertat, non uidetur habere intentionem iurandi, & ideò à crimine periurij excusatur, & per consequens est grauius peccatum si quis solemniter iuret per Euãgelium, quam si per Deum in communi sermone iuret, tum propter scandalum; cum propter maiorẽ deliberationem. quib. ęqualiter hincinde pensatis, grauius est siquis per Deum iurans periuret, quam si periuret iurans per Euangelium, S. Tho. 2. 2. q. 98. art. 3. in Resp. ad secundum; & hoc idem dicas quando iuramentum interponitur super re minima, Caiet. 2. 2. q. 89. art. 7.

Iuramentum iniungens ei, qui periurat an peccet.
Quæst. XXXV.

TRigesimoquinto quæro, utrum peccet ille, qui iniungit iuramentum ei qui periurat? Respond. distinguendo, aut enim exigit iuramentum pro se ipso proprie sponte, aut exigit iuramentum pro alio ex necessitate officij sibi commissi, & si quidem aliquis pro se ipso exigit iuramentum tanquam persona priuata, si nescit eum iuraturum falsum, sed dicat iura mihi, vt fides ei sit, non est peccatum, tamen est humana temptatio, quia scilicet procedit ex quadam infirmitate, qua homo dubitat alium esse uerum dicturum, & hoc est illud iuramentum, de quo Dominus dicit Matth. 5. Quod amplius est, a malo est, si autem scit eum fecisse, scilicet contrarium eius, quod iurat, & cogit eum iurare, homicida est, ille enim de suo periurio se interemit, sed iste manum interficientis impressit, si autem aliquis exigat iuramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo iuris ad petitionem alterius, non videtur esse in culpa, si ipse iuramentum exigat, siue sciat etiam falsum iurare, siue uerum, quia non uidetur ille exigere, sed ille ad cuius instantiam exigit. S. Tho. 2. 2. q. 98. ar. 4. Tab. ver. periurium nu. 3. vbi etiam Pisan. versi. Do. So. lib. 8. de iust. & iure q. 2. art. 4.

Iuramentum an possit peti ab eo, qui paratus est iurare per falsos Deos. Quæst. XXXVI.

TRigesimosexto quæro, utrum sit licitum recipere iuramentum ab eo, qui paratus est iurare per falsos Deos? Resp. quod licet malo uti propter bonum, sicut & Deus vtitur, non tamen licet aliquem ad malum inducere ad hoc, quod per falsos Deos iurare paratus est iuramentum recipere, non tamen licet eum inducere ad hoc, quod per falsos Deos iuret. S. Thom. 2. 2. q. 98. arti. 4. in responsione ad 4.

Periurium quot modis committatur.
Quæst. XXXVII.

TRigesimoseptimo quæro, quot modis committatur periurium? Respondetur, pluribus modis. Primò cum quis iurat, & uerum esse putat pro quo iurat, secundò cum quis scit falsum esse, & iurat, tertiò cum putat esse falsum, & iurat tanquã sit verum, quod fortè verum est. Augu. in sermone de verbis Apostoli Iacobi, sermone 28. c. 10. refert S. Thom. 2. 2. q. 98. art. 1. in 3. arg. Mag. senten. lib. 3. distin. 39. litera B. dicit, periurat qui falsum uoluntate fallendi iurat, & qui falsum putans, quod verum est iurat, & qui verum putans, quod falsum est iurat, S. Anto. 2. p. tit. 10. c. 7. §. 1. dicit, quod tribus modis quis periurium incurrit. Primò cũ quis iurat aliquid esse vel fuisse, & contrarium habet in mente sua, etiam si verum esset, quod diceret. Secundò cum aliquis iurat, se aliquid facturum illicitum, vt occidere, & similia. Tertiò cum quis iurat

leuiter,

leuiter, & sine consideratione an sit verum, vel falsum, quod dicit, quia esponit se iurandi mendacium, & præcipue in quibus proximus damnificatur, alia est distinctio periurij, primo qui iurat falsum, sciens esse falsum, cap. animaduertendū 22. q. 2. secundo qui iurat falsum nō aduertens esse tale, veruntamen ita dispositus erat, vt etiam si sciret esse falsum iuraret, Caiet. 2.2.q.89.art.3. tertio qui per ignorantiam crassam, vel supinam iurat falsum credens se iurare verum, Ioannes Andreas cap. tua de iure iuran. quarto qui iurat veritatem credens esse falsum quod iurat. quinto qui iurat aliquid, affirmans aliquid esse verum nesciens an ita sit. sesto qui iurat verum secundum mentem suam, non autem secūdum intentionem illius cui iurat, cū esset iussus à iudice, Sanctus Thomas 2.2.q.89.art.7.ad 4. septimo qui iurat deliberate se aliquid facturum absque animo adimplendi capit. 13. & seq. 22. q. 2. octauo qui sophistice, & dolose aliquid iurat aliter intelligens quam ille cui iurat intelligit, not. c. veniens, de iure iurando. nono qui iurat se non facturum aliquid ad quod non tenetur, vt non ingressurum religionem & similia Sylu. vers. iuramētum il 2.§.7. Decimo, & vltimo qui iurat facere aliquid credens se non posse illud præstare veluti si iurat se ad certum tempus soluturum debita, probabiliter credens se non posse, hæc omnia Nau. Man. confess. capitulo 12. in 2. præcepto numer. 5. & sequenti. Caiet. Pisanella, Rayner. Sylu. & Ang. versic. periurium.

Inquietudo an sit peccatum.
Quæst. XXXVIII.

Trigesimooctauo quæro, vtrum inquietudo sit peccatum? Resp. quod sic Matth. cap. 6. nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, Sanct. Tho. 2.2. quæstio. 55. art. 6. dicens, quod solicitudo temporalium rerum tripliciter potest esse illicita. vno quidem modo ex parte eius, de quo solicitamur si scilicet temporalia tanquam finem quæramus, & ita intelligitur d. Euangelistæ. Alio modo illicita esse potest propter superfluum studium, quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quod homo à spiritualibus, quibus principaliter inseruire debet retrahitur, vnde Matthęus capitulo 13. solicitudo sæculi suffocat verbum. Tertio modo, ex parte timoris superflui, quando scilicet aliquis timet, ne faciendo quod debet necessaria sibi deficiant, vnde principaliter nostra solicitudo esse debet de spiritualibus bonis, sperantes quod etiam temporalia nobis perueniant ad necessitatem, si fecerimus quod debemus; & sic omnis auctoritas prohibens solicitudinem intelligi debet de inordinata, sicut omnis auctoritas iubens solicitudinē intelligi debet de ipsa ordinata, dummodo non cōstituatur vt vltimus finis conc. S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 25. Sylu. ver. solicitudo Viguer. tit. de virt. prud. ca. 4. §. 4. vers. 7. Caiet. & Armilla, & Ang. ver. inquietudo, idem Ang. ver. solicitudo Alex. de Ales. 3. p. q. 60. memb. 2. art. 5. Rayn. 2. p. ver. solicitudo ca. 1. idem est dicendum de solicitudine futurorum, Dominus enim dicit Math. cap. 6. nolite soliciti esse in crastinum, cras enim ibi ponitur pro futuro S. Th. 2.2.q.55.art.7. vbi dicit, quod nullum opus potest esse virtuosum nisi debitis circumstantijs vestiatur inter quas vna est debitum tempus secundum illud Eccl. 8. omni negocio temporis est opportunitas, quod non solum in exterioribus operibus, sed etiam in interiori solicitudine locum habet, vnicuiq; enim tempori competit propria solicitudo, sicut tempori æstatis competit solicitudo metendi, ipsi autumno autem competit solicitudo vindemiæ, si quis ergo tempore æstatis de vindemia iam esset solicitus, superfluè præoccuparet futuri temporis solicitudinē, vnde huiusmodi solicitudinem tamquam superfluam dominus prohibet dicens. Nolite solicitii esse in crastinum, vnde subdit: crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi, idest suam propriam solicitudinem habebit, quæ sufficiet ad animum affligendum, & hoc est quod subdit; sufficit diei malitia sua, idest afflictio solicitudinis, & ita intelliguntur auctoritates commendantes prudentiam, quæ pertinet propriè ad debita futurorum, esset enim inordinata futurorum prouidentia, vel solicitudo si quis temporalia, in quibus dicitur pręteritum, & futurum, tanquam fines quæreret, vel si superflua quæreret, vltra præsentis vitæ necessitatem, vel si tempus solicitudinis præoccuparet, S. Thom. 2.2.q.55.artic.7. in respon. ad 2. ybi in respon. ad 3. inquit, quod Dominus non improbat, si quis humano more temporalia procuret, sed si quis propter ista non militet Deo, vnde Hyer. super Matth. 6. solicitudo tollenda superflua, scilicet animum inquietans.

Solicitudo quid sit. Quæst. XXXIX.

Trigesimonono quæro, quid sit solicitudo? Resp. solicitudo est studium adhibitum ad aliquid consequendum, quod maius est, vbi est timor, & minus est, vbi est securitas, & dicitur solicitus, quasi solers citus, vel quasi solers totus, Tab. vers. solicitudo nume. 1. Sylu. d. loco. S. Thom. 2.2. q. 47. art. 9. Viguer. tit. de virt. prud. c. 4. §. 4. versi. 7. dicens solicitudo est superfluum studium ex timore deficiendi & ex diffidentia prouenieus ad procuranda temporalia, propter quæ homo retrahitur à spiritualibus, quibus homo principalius debet inseruire, quę versatur pręcipue circa tria, primo quidem circa propriam personam quid agat, aut vbi conseruetur, secundo circa personas sibi coniunctas præcipue vxorē, & filios, tertio circa res exteriores procurandas, quibus homo indiget ad substentationem vitæ. S. Ant. 2. p. ti. 12. cap. 2. de consil. euangel.

Solicitudo quotuplex sit. Quęst. XL.

Qvadragesimo quærο, quotuplex sit solicitudo? Respondetur duplex, laudabilis. s. & vituperabilis, laudabilis autē est octuplex scilicet prælationis, prædicationis, discretionis,

com-

compassionis, deuotionis, circumspectionis, actionis, & prouisionis, quæ dicitur sollicitudo prudentiæ, S. Tho. super Paul. 1. ad Cor. 7. & ibidem dicit, quòd triplex solicitudo dissuadetur, scilicet ad vxorem, ventrem, & bursam. Tab. ver. solicitudo numero 2. Alexand. de Ales. 3. p. q. 60. memb. 2. art. 3. dicens est solicitudo laudabilis, & vituperabilis, & tolerabilis, & miserabilis, de quibus, vide latè eundem d. loco.

Violentia, seu rapina quid sit. *Quæst.* X L I.

QVadragesimoprimo quæro, quid sit rapina? Resp. Rapina est rei alienæ non sacræ, in loco non sacro illicita per violentiam ad lucrum facta usurpatio. S. Ant. 2. p. ti. 2. ca. 12. §. 8. ideò ibi dicitur rei alienæ, ad differentiam rei propriæ, quam si quis per uiolentiam à temptore susciperet, non per hoc esset rapina, quamuis aliàs male faceret cū posset in iudicio eam recipere, similiter in definitione dicitur non sacræ &c. ad differentiam eorum, quæ per ulm capiuntur in bello iusto, per uiolentiam additur ad differētiam furti, quod non manifeste fit, ad lucrum facta, ad differentiam raptus personæ, ita S. Ant. d. loco. S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 8. dicit, rapina est uiolentia per quam contra iustitiam aufertur, quod suum est, conc. Caie. uer. rapina in princ. Syl. d. loco dicit, rapina est ablatio rei alienæ iniusta, & uiolenta, conc. Armilla & Tab. d. loco, quæ capitur multis modis, primo largissime pro usurpatione cuiuscunque rei spiritualis, uel temporalis, secundo large pro occupatione rei temporalis, siue occltè, siue manifestè, tertio propriè, & strictè, pro ut hic, ita Syl. d. loc. nume. 1.

Rapina quot modis committatur. *Quæst.* X L I I.

QVadragesimo secundo quæro, quot modis committatur rapina? Respon. quinque modis, primo in usurpatis dominijs, & in publicis bellis, in manifestis latrocinijs, in pedagijs, & gabellis indebitis, & in iniustis talijs, & damnis, ita S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 12. §. 5. Ange. ver. rapina in princip. dicit committi, primo in naufragijs, secundo in pedagijs, tertio, in quæstitis, quarto in bello, quinto in extorsionibus officialium.

Rapina an sit peccatum. *Quæst.* X L I I I.

QVadragesimo tertio quæro, vtrum rapina sit peccatum? Resp. quod sic, & est peccatum mortale, quia iniuria infertur proximo, & quantum ad res, & quantum ad modum, Caie. uers. rapina, & conc. Perald. 2. part. summæ uitt. & uit. tit. de Auaritia, ca. 2. de peccato rapinæ, Cathec. super præcepto, Non furtum facies, Armilla uer. rapina nu. 1. Do. Sot. de iust. & iure lib. 5. art. 5. ubi concludit rapinam nunquam esse licitam, imo est peccatum longe grauius furto, in artic. seq. conc. Pil. uers. raptor §. 1. uer. fin. quia furtum, quandoque licitum est, rapina autem nequaquam, ipsaq; grauius punitur, quam furtum, S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 9.

Obduratio contra misericordiam, seu inhumanitas an sit peccatum. *Quæst.* X L I I I I.

QVadragesimo quarto quæro, vtrum obduratio contra misericordiam sit peccatum? Resp. quod sic, quia cor eius qui abundat in retinendo misericordia non emollitur, vt de diuitijs suis subueniat miseris, S. Thom. 2. 2. q. 118. art. 8. quod procedit ex auaritia, cū amet plus substantiam temporalem, quam proximum suum. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 24. in princ. allegans Psalm. 40. beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberauit eum Dominus. Caiet. ver. inhumanitas dicit peccatum esse, quia misericordiæ virtutem tollit conc. Armilla d. loco Cathec. de præpat. ad orationem

Latrocinium an sit peccatum. *Quæst.* X L V.

QVadragesimoquinto quæro, vtrum latrocinium sit peccatum? Resp. quod sic, est enim latro obsessor viarum, siue publicè, siue occulte, qui per vim aufert res a transeuntib. Caiet. ver. latrocinium, Sylu. & Pisan. d. loco, & ad hoc pertinet quod dicunt doct. de prædone, de raptore atque similibus, & est duplex latrocinium publicum, quando latro insidiatur, & aggreditur in publicis stratis, nocturnus vero dicitur populator agrorum, qui de nocte agros vastat, & incēdit, Pisan ver. latro; predo autem dicitur, qui violenter infeste spoliat alios, c. si quis 24. q. 3. secundo miles tollens a personis vltra stipendia sibi debita. c. militate 23. q. 1. tertio prælatus, qui plus exigit a subditis, quam debeat, c. quia plerique de immun. Eccl. 4. Iudex indebite munera suscipiēs. l. omnis. C. ad l. Iul. Repet. qui omnes mortaliter peccant, & tenentur restituere quod indebitè acceperunt.

Assassinus an peccet mortaliter. *Quæst.* X L V I.

QVadragesimosexto quæro, an assassinus peccet mortaliter? Resp. assassinum dignum esse morte temporali, & æterna, sunt enim assassini qui pro pecunia occidunt hominem ad alicuius instantiam, Caiet. Ang. Syl. Tab. & Armil. ver. assassini, Pisan. & Rosella d. loco.

Turpe lucrum an sit cum peccato. *Quæst.* X L V I I.

QVadragesimoseptimo quæro, vtrum turpe lucrum fiat cū peccato? Resp. quod propriè, & strictè loquendo turpe lucrum dicitur, quod fit ex opere aliquo prohibitio a lege diuina, vel humana, ipsa tamen datione, vel acceptione pecuniæ non vetita, vt contingit in acquisitis, per meretricium, concubinatū, hystrionatum turpem, & per torneamentum, & huiusmodi, talia enim

opera prohibita sunt, non autem accipere, vel dare; pro huiusmodi pecuniam, nisi inquantum fouetur quis in peccato, largius tamen dicitur turpe lucrum, lucrum quodcuoque illicitum, siue competat restitutio, aut erogatio pauperibus, siue non competat restitutio, vt per simoniam, per vsuram, per ludum, & similia, de quibus dicetur latius inferius. S. Ant. 2 p. tit. 1. c. 23. in princ. Ang. ver. turpe lucrum vbi etiam Syl. Tab. d. loco dicit lucrum aliquando est turpe tantum, ut in meretricio, in quo non prohibetur nec datio, neque acceptio, aliquando est turpe lucrum, & inique acquisitum quando scilicet lex prohibet acceptionem, & non dationē ut vsura, aliquando est turpe, & iniquum, scilicet quando lex prohibet ipsum lucrum, vt in simonia, in qua prohibetur datio, & acceptio.

Vsura quid sit, & vnde dicatur. Quaest. XLVIII.

QVadragesimooctauo quaero, quid sit vsura? Respondetur usura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, ita definit Iulius Clarus §. vsura nu. 1. qui dicit hanc definitionem esse tam Theologorum, quam etiam legistarum, dicitur lucrum, quia si nihil accedit sorti per pactum expressum, vel tacitum non est vsura, dicitur ex mutuo, quia propriè vsura cadit in contractu mutui dicitur pacto, quia licet ultra sortem aliquid reciperetur, si nullum interueniret pactum implicitum, vel explicitum non esset vsura, aliae definitiones ponũtur per S. Ant. 2. part. tit. 1. capi. 6. §. 1. & cap. seq. §. 1. Asten. ti. 11. §. 2. de vsur. Dom. Sot. li. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 2. dicens, vsura est precium vsus mutuatae rei, Nau. Man. confe. c. 17. in 7. praecep. nu. 207. Rosella, Armilla; Pisan. Syl. ver. vsura in prin. Did. lib. 3. var. resol. c. 1. nu. 1. Iohan. Bap. Lup. tract. de vsur. super. l. Curabit. §. nu. 14. dicens vsura est lucrum receptum à creditore, pro vsu rei mutuo datae. Cur autem dicatur vsura? Respondetur ab vsu aeris, seu ab vsu simpliciter, sicuti cultura a cultu.

Vsura quotuplex sit. Quaest. XLIX.

QVadragesimonono quaero, quotuplex sit vsura? Resp. secundum omnes duplicem esse vsuram, mentalem scilicet, & extrinsecam, vsura mentalis consistit in spe lucri ex mutuo absque conuentione, vsura vero extrinseca cōsistit in hoc quod est lucrari ex mutuo, interueniente pactione explicita, vel implicita, Viguer. titu. de virt. iust. c. 5. §. 3. versi. 15. & seq. & sic alia est distinctio vsur. nam alia est explicita, alia implicita, de quib. dicemus inferius suo loco; item alia lucratiua, alia restauratiua, & alia commodi percepti recōpensatiua, Bald. l. vsuras. C. de vsur.

Vsura mentalis, quomodo sit peccatum. Quaest. L.

QVinquagesimo quaero, quomodo vsura mentalis sit peccatum? Respondetur distinguendo, considerandum est an lucrum speretur ex mutuo, an ex mera gratitudine, si ex mutuo, est peccatum restitutioni obnoxium, si uero ex mera gratitudine eius, qui accipit mutuum, & non ex mutuo, non est peccatum, neque tenetur ad restitutionem; alia est distinctio, vel vtriusq; intentio est pia, procedens ex mera liberalitate, vel claudicat ex vna parte, primo casu, nullum est peccatum, nec opus est restituere, si uero vtriusque intentio feratur ad mutuum, tunc peccatum est, & necessaria est restitutio, si vero alterius cōditio claudicat, dupliciter fieri potest; vel ex parte dantis, vel ex parte accipientis, si ex parte accipientis, quod est, quando qui mutuat nil ex mutuo sperat. Accipiens autem dat aliquid ultra sortem propter mutuum, & quasi inuitus, tunc si mutuans accipit, putans debitorem ex mera gratitudine dare, non peccat, nec tenetur ad restitutionem, donec ad eius notitiam peruenerit, quod debitor propter mutuum dederit, si autem claudicat ex parte mutuantis tantum, sic quòd mutuans sperat, ex mutuo, & alius ex mera gratitudine donat, tunc mutuans peccat peccato vsurae, & tenetur restituere, verum si postea cognoscat, quod ex mera gratitudine debitor dedit, potest acceptare, & retinere. Vigue. tit. de vir. iust. c. 5. §. 5. uers. 16. Caiet. uers. vsura vers. 3. conc. Did. Reg. Peccatum numero 8. Nau. cap. si foeneraueris 14. quaest. 3. num. 12. S. Ant. 2. part. titu. 1. ca. 7. §. 33. Angel. uersic. usura il 1. nume. 1. Sylu. d. loco, Pii. Rol. nu. 2. Armilla nu. 35. Astens. lib. 3. tit. de vsuris art. 5. Nau. c. 17. nu. 208. & seq.

Vsuram accipere pro pecunia an sit peccatum. Quaest. LI.

QVinquagesimoprimo quaero, vtrum accipere vsuram pro pecunia sit peccatum? Respondetur quod sic. Exod. 22. ibi si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes, Sanctus Thomas secunda secundae quaest. 78. artic. 1. dicens, quod accipere vsuram pro pecunia mutuata est secundum se iniustum, quia venditur id, quod non est, per quod manifestè inaequalitas constituitur, quae iustitiae contrariatur, ad cuius euidentiam sciendum est, quod quaedam res sunt, quorum vsus est ipsa rerum consumptio, sicut vinum consumimus eo vtendo ad potum, & triticum consumimus eo vtendo ad cibum, vnde in talibus non debet seorsum computari vsus rei à re ipsa, sed cuicunque conceditur vsus, ex hoc ipso conceditur res, & propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & vellet seorsum vendere vsum vini, venderet eandem rem bis, vel venderet id, quod non est, vnde manifeste per iniustitiam peccaret, & similem iniustitiam committit, qui mutuat vinum, aut triticū petens sibi duas recompensationes vnam quidem restitutionem aequalis rei, aliam vero precium vsus, quod vsura dicitur, quaedam verò sunt, quorum vsus non est ipsa rei consumptio, sicut vsus domus est inhabitatio, non autem dissipatio, & ideo in talibus seorsum

potest

potest vtrumque concedi, puta cum aliquis tradit alteri dominium domus, reseruato sibi vsu, ad aliquod tempus, vel econuerso, cum quis concedit alicui vsum domus reseruato sibi eius dominio, & propter hoc licitè potest homo accipere pretium pro vsu domus, & propter hoc petere domum accommodatam, sicut patet in conductione, & locatione domus. Pecunia autem secundum Philos. 5. Ethic. c. 5. & 1. Polit. cap. 6. principaliter est inuenta ad commutationes faciendas, & ita proprius, & principalis pecuniæ vsus, est ipsius consumptio, siue distractio, secundum, quod in commutationes expenditur, & propter hoc secundum se est illicitũ pro vsu pecuniæ mutuatæ accipere pretium, quod dicitur vsura, & sicut alia iniuste acquisita tenetur homo restituere, ita pecuniam, quam per vsuram accipit, San. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. non obst. quod dicitur Luc. c. 19. ego veniens cum vsuris exegissē illam, scilicet pecuniam mutuatam, quia ibi vsura accipitur Metaphorice pro superexcrescentia bonorum spiritualium, quam exigit Deus, vt in bonis acceptis ab eo semper proficiamus, quod est ad vtilitatem nostram nõ eius. Nõ obstat etiam quod leges humanæ hoc permittant? respondetur quod leges humanæ dimittunt multa peccata impunita, propter conditiones hominum imperfectorum, in quibus multæ vtilitates impediretur, si omnia peccata districte prohiberentur pœnis adhibitis, sicuti meretricium toleratur, Do. Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 1. in fi. non obst. etiam quod prætermittere consilia non sit peccatum, consilium autem de vsuris est, Luc. c. 6. Date mutuum, nihil inde sperantes &c. nam respondetur quod dare mutuum, non semper tenetur homo, & ideo quantũ ad hoc ponitur inter consilia, sed quod homo lucrum de mutuo non quærat hoc cadit ratione præcepti, præterea non obstat, quod sit licitum accipere, quod voluntarie nobis traditur, sed ille qui accipit mutuum voluntarie tradit vsuram, ergo qui mutuat licite potest accipere; nam respondetur, quod ille, qui dat vsuram, non simpliciter voluntarie dat, sed cum quadam necessitate, inquantum indiget accipere pecuniam mutuo, quam ille qui habet, non vult sine vsura mutuare, hæc S. Thom. 2. 2. q. 78. ar. 1. in resp. ad argumenta cont. Caiet. ver. vsura, il 1. Do. Sot. li. 6. de iust. & iur. art. 1. q. 1. & art. seq. Tab. ver. vsura, il 1. nu. 4. Viguer. de virt. iust. ca. 5. §. 13. versi 14. Rayn. ver. vsura, c. 2. potest tamen esse secundarius vsus pecuniæ, vt puta ad ostentationem tantum, qui vsus licite vendi potest S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. ad 6. Viguer. ti. de virt. iust. c. 5. §. 3. ver. 15. vsura, il 2. Arm. nu. 9. Caiet. d. ver. in fi.

Vtrum sit licitum mutuare infideli sub vsuris. Quæst. LII.

QVinquagesimosecundo quæro, utrum Christianus possit mutuare pecuniã suã sub usuris infideli? Resp. quod nõ, quia quãuis Deuther. 23. non fœnerabetis fratri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno, & Deuth. 38. fœnerabis gentibus multis &c. nam respon. quod nos debemus habere omnem hominem quasi proximum, & fratrem, præcipue in statu Euangelij, ad quod omnes uocãtur, unde Psalm. 14. dicitur absolutè, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & Ezech. 18. qui usuram nõ acceperit. Quod autem Iudæi ab extraneis usuram acciperent, non fuit eis concessum, quasi licitum, sed permissum ad maius malum euitandum ne scilicet à Iudæis Deum colentibus usuras acciperent propter auaritiam cui dediti erant, ut habetur Isay. 26. quod autem in præmium promittitur fœnerabis gentibus multis, &c. fœnus ibi large accipitur pro mutuo, sicut Eccl. 29. multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt, idest nõ mutuauerunt, S. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 1. ad 2. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 11. Sylu. uer. usura, il 1. nu. 41.

Lucrum vsurarium, quid requirat. Quæst. LIII

QVinquagesimotertio quæro, quomodo usura extrinseca fiat peccatum? Respon. circa usuram extrinsecam notandum esse, qđ duo requiruntur. Primo quod lucrum sit aliquid pecunia æstimabile. Secundo quod lucrum non sit suum, scilicet mutuantis, ex primo sequitur, quod si aliquis mutuat alteri, ut fiat amicus, non est usurarius, ex secundo sequitur, quod si aliquis mutuat alteri, ut rehabeat suum, uel ut redimat uexationem, quia si non mutuaret fortè debitum negaret, uel se ad iudicium trahi faceret, quod non fecit propter mutuum, non est usura, neq; etiam si mutuans deducit in pactum damnum emergens, uel lucrum cessans est peccatum, quia non est lucrum, sed si obligat ad remutuandum, uel molendum in mola sua, uel ad sumendum aliquid ex officina sua usura est, quia illa obligatio, pecunia æstimari potest; distinguendum tamen est lucrum licitum ab illicito, lucrum licitum in præsenti casu est pretium pro mola, uel alijs mercibus, & hoc non est usura, nec subiacet restitutioni. Illicitum uero est obligatio. Ideo tenetur ad relaxandum uinculum obligationis, & ad recompensationem illius ad arbitriũ boni uiri, Viguer. tit. de uirt. iust. ca. 5. §. 3. uer. 15. Caiet. usura, il 2.

Vsura interpretatiua, seu implicita, quomodo committatur. Quæst. LIIII.

QVinquagesimoquarto quæro, quomodo cõmittatur vsura implicita, seu interpretatiua? Resp. multis modis. Primo si aliquis carius uelit uendere res suas, quam sit iustum pretium, ut de pecunia soluenda expectet manifeste usura committitur, quia huiusmodi expectatio pretij soluendi habet rationem mutui, unde quicquid ultra iustum pretium pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui quod pertinet ad rationem usuræ. similiter etiam si quis emptor uelit rem emere uilius, quam sit iustum pretium, eo quod pecuniam ante soluit, quam posset ei res tradi, est peccatum vsuræ, quia etiam illa anticipa-

ticipatio solutionis pecuniæ habet rationem mutui, cuius quoddam pretium est, quod diminuitur de iustro pretio rei emptæ, si vero aliquis de iusto pretio velit diminuere, vt pecuniam prius habeat, non peccat peccato vsuræ, S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. conc. Caiet. ver. vsura, versi. 3. vbi ponit alia exempla in alijs contractibus, de quibus dicemus latius inferius.

Vtrum liceat pro pecunia mutuata, aliquam aliam commoditatem habere. Quæst. LV.

QVinquagesimoquinto quæro, vtrum liceat aliquam cõmoditatem expetere pro pecunia mutuata? Respond. quod non, Ezech. 18. dicitur inter alia quæ ad virum iustum requiruntur, si vsuram, & superabundantiam non acceperit, S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. dicens ex mente Philosophi, 4. Ethic. c. 1. vol. 5. omne illud pro pecunia habetur, cuius pretium potest pecunia mensurari, & ideo sicut si aliquis pro pecunia mutuata, vel quacunque alia re, quæ ex ipso vsu consumitur, pecuniam accipit ex pacto tacito, vel expresso, peccat contra iustitiam, idem 2. 2. q. 78. artic. 1. ita etiã quicunque ex pacto tacito, vel expresso quodcunque aliquid acceperit, cuius pretium pecunia mensurari potest, simile peccatum incurrit. si verò accipiat aliquid huiusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat, quia etiam antequam pecuniã mutuasset, licite poterat aliquod donum, gratis accipere, nec peioris conditionis efficitur per hoc, quod mutuauit. Recompensatione vero eorum, quæ pecunia non mensurantur, licet pro muto exigere, puta beneuolentiam, & amorem eius, qui mutuauit, vel aliquid huiusmodi, Dom. Sot. lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 2. vbi ponit tres cõclusiones, quarum prima est, nihil ex pacto mutui, vel recipere, vel expetere licet, cuius pretiũ pecunia æstimetur, secunda est conclusio accipere aliquid, non conuentionis nexu, vel tacite, vel expresse, sed quod gratuito mutuanti rependitur nullam impingit vsuræ labem, tertia conclusio nulla lex obstat, quo minus fas sit mutuanti illa ratione mutui conquirere, & exigere, quo pretio pecuniæ non penduntur, vt puta mutuarij amicitiam, & beneuolentiam, ex quibus concluditur tria etiã requiri, quæ quidem mutuationem vsuraria macula inficiant. Primo vt id, quod expetitur æstimabile sit pecunia, secundo quod ratione mutui expectetur, & non quia aliàs debitum, vel alia via, tertio quod ducatur in pactum, vel tacitũ vel expressum, quod intelligendum est, vt mutationis actus sit exterior vsura. Nam etiam si in mutuatione non interueniat pactum, si postea receptio sit ratione mutui est receptio vsuraria. Quare vsura mentalis, vt dictum est, est mente intendere rationi mutui lucrum accipere, hæc Dom. So. d. loco, conc. Syl. ver. vsura. il 1. nu. 5. Pisan. d. loco nu. 2.

Lucri cessantis, vel damni emergentis ratione, an sit licitum mutuatori quicquam, vltra sortem recipere. Quæst. LVI.

QVinquagesimosexto quæro, vtrum ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, liceat mutuatori quippiam vltra sortem accipere? Resp. quod sic, quia nemo tenetur ob præstitum beneficium sibi incommodare, contingit autem sæpe, ut cuipiam causa mutui, & damnum accidat, & cesset lucrum. Ergo licitè potest tunc incolumen se indemnemq; seruare, Dominic. Sot. libr. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 3. ubi declarat hos terminos dicens damnum emergens est detrimentũ, quod mutuator causa solius mutuationis patitur, ut si ruinosas ędes reficere parabat, aut annonam in ęstate in totum annum emere, & amicus precibus improbis mutuatam ab illo pecuniam, quia ipse forte grauius indiget, euellit, & idem tunc mutuator est damni commonefecit sui, si potesta domus sine alia eius negligentia corruit, vel frumentum cogitur postea carius emere, vel per vsuras pecunias recipere, quibus alia sua debita soluat, illud dicimus damnum emergens, lucrum vero cessans est, si mercator pecuniam, negotiationi expositam precibus etiã victus mutuat, ut ab inuito extorquetur, vel statuto tempore non soluitur lucrũ, & quod augere poterat cessat. his ita declaratis, prima sit cõclusio, quando mutuatori inuito, videlicet, contra suam voluntatem, vel damnum emergit, vel lucrũ cessat, iuste, & absq; vllo vsuræ periculo illud potest exigere, & tũc dũtaxat lucrum cessare dicitur, quando pecunia erat mercatoris negociationi dedicata, ratio est, quia quando quis inuitus est, vim patitur, ac perinde, quasi rapinæ iniuriã, & vsurę, non propter lucrum petentium, sed propter moram non soluentium infliguntur. secunda conclusio, si quis habet pecuniam negotiationi mancipatam, quandocunque inuitus cogatur illam mutuare, non solum damnum emergens, verum, & lucrũ cessans potest iuste vltra sortem repetere, dicitur inuitus, vt si vasallus prudenter, grauiterq; metueret, nisi Domino suo mutuũ daret, diuexatum iri ab illo, & molestias perpessurũ. Hæc enim est quędam violentiæ species. tertia conclusio, ille qui rogatus mutuat potest præuisum formidatũ, vel damnum emergens in pactũ mutui ducere, videlicet, si domus ruinam timet, aut annonæ charitatem, quã modo emere impeditur, aut si vsuras postmodũ soluere cogitur, pro ęre alieno in quo mutuet, manet. Quarta sit cõclusio, quod lucrũ cessans in pactũ duci potest ab articulo mutuationis, dummodo re vera cesset, & non fiat in fraudem vsurarũ, vere enim cessare, tunc penitus censendum est, non quia poteras negociationi pecuniam commitere, sed quando re vera iam firmus exponere constitueras, atq; eandem, quam mutuas, ratio est, quia postquam illa pecunia tuæ mancipata industriæ, tanti æstimatur, & alter sciens, & prudens vult illam cum illo onere suscipere, videris tu posse de illo pretio pacisci, non tamen licet ad integrum suscipere, quod re

fatu-

futurum erat in actu, quia nondum est certum, ac multo minus, quantum poterat accrescere, quoniam hoc minus habet certitudinis, sed quantum est in habitu, puta in spe secundum coniecturalem prudentiam verisimili. exemplū aliud damni emergentis ponitur, habeo pecunias ad reficiendū domum, vel emendum æstate triticum, aut fœnum, & eas mutuo tibi, quas quia ad præstitutū diem non soluisti, domus concidit, triticum duplo carius emptū, pecora fame perierūt, aut aliquod simile damnum accepi. exemplū vero lucri cessantis, sum mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negociandum, eas tibi mutuo, & die præfixo nō restituis, lucrum quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis; & tam emergens damnū, quam lucrum cessans peti potest tribus in casibus. primo quando mora in soluendo præcessit c. conquestus de vsuris. Secundo cum ante, aut post moram contingit, mutuum tamen datum fuit per aliquam vim superioris: Tertio cum à principio conuenit de soluendo damno, quibus in casib. non solum est licitum accipere, & exigere, sed etiam à princ. conuenire de summa, quæ vltra sortem sibi repetēda est, ex verisimili illo interesse damni, aut lucri. Nau. Man. conf. c. 17. nu. 212. conc. doct. ca. 2. de fideiuss. Bal. & Sal. l. 2. C. de vsur. Abb. c. conquestus eod. tit. Fel. c. cum venerabilis num. 7. ibi Dec. nu. 14. de except. S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. Ant. Gabr. com. conc. lib. 3. concl. 10. Turre Crem. ca. si res 14. q. 6. Gab. Biel. 4. sen. dist. 15. q. 11. art. 1. San. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 11. Innoc. c. sacro uu. 10. de sent. excom. Iasl. 1. nu. 50. C. de summa Trinitate & fide Cath. quatenus autem dictum est, interesse deberi post moram non procedit; vbi creditor coactus à superiore pecunijs indigente mutuasset, tunc enim interesse deberetur etiam si nulla mora intercessisset, quia tūc creditor quodammodo vim patitur. Dom. Sot. li. 6. de iust. & iure q. 1. art. 3. Na. in comen. de vsu. nu. 46. similiter quatenus dictū est interesse in pactū deduci posse, non tamen pacisci potest de certa quātitate moderata, vt puta ad quinque pro centum. l. cū quis. §. codicillis. §. titia. ff. de leg. 3. Bal. & doct. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. Cra. consi. 87. nu. 5. Dec. consi. 116. nu. 2. posset tamen attentata qualitate, & conditione personatū ex dubio euētu, taxari aliqua pars honesti lucri arbitrio boni viri, soluenda post moram debitoris, dummodo vere per creditorem probetur, quod tā sū vere erat suū interesse, Couar. lib. 3. varia. resol. c. 5. nu. 5. Alex. consi. 200. vol. 6. Decius consilio 111. petitur ergo interesse, dummodo creditor vellet negociari, & quod suæ qualitatis homines tantū lucrati essent, & quod ipse in eo casu tātum verisimiliter lucratus esset, si tempore conuento pecuniam à debitore habuisset, & sic ad interesse tria concurrere debent principaliter, videlicet industria creditoris, & illius interesse certū, Doct. com. l. Paulus. ff. de solut. & mutuatio vel non solutio sit causa amissionis lucri, & licet quis haberet aliam pecuniam qua negociari posset, non per hoc amittere interesse, si illam ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neque negociationi committere vellet, quod prudentiæ est non committere totum suum creditum negociationi, ad quod creditor non tenetur. Nau. dicto loco nu. 213.

Accipere pecuniam mutuo sub vsuris, an sit peccatum. Quæst. LVII.

Qvinquagesimo septimo quæro, vtrum liceat pecuniam accipere mutuo sub vsuris? Respondetur quod sic, quia ille qui iniuriam patitur, non peccat, Arist. 5. Eth. c. 11. vnde iustitia non est media inter duo vitia idem c. 1. d. loco, sed vsurarius peccat inquantū facit iniustitiam accipienti mutuum sub vsuris, ergo ille qui accipit mutuū sub vsuris, non peccat, S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 4. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 1. art. 5. facit duas conclusiones, quarum prima est, eū qui paratus est non fœnori date, nemini licet inducere, vt feneret, secunda conclusio, ab eo qui paratus est fœnerato mutuare, licitum est mutuari sub fœnore, ratio prædictarum est, inducere quempiam ad malum nemini licet, eum ergo fœnerari malum sit, nemo in tale propositum, quod ipse non habebat conijcere potest, Attamen vti alterius peccato in bonū, nihil absurdi habet, nam & Deus, hoc est in usu, utitur peccatis nostris in bonum Aug. in Enchir. c. 11. uolu. 3. sicut licet ei, qui incidit in latrones manifestare bona, quæ habet, quæ latrones peccant diripiendo, ad hoc quod non occidatur, Exemp. decem uirorum qui dixerunt Ismael, noli occidere nos, quia Thesauros habemus in agro, Ier. c. 41. licet ergo hoc pacto mutuum accipere sub usuris propter aliquod bonū, quod est subuentio suæ necessitatis, uel alterius, conc. Caiet. uer. usura, uer. pen. Astens. tit. de usuris, tit. 9. §. sequitur, il 1. Tab. uer. usura, uer. 8. nu. 1. Viguer. tit. de uirt. iust. c. 5. §. 4. uers. 19. si quæsieris, quænam sit necessitas accipiendi mutuo pecuniam sub usuris? respondetur non esse necessariam ita multū grauem, sed satis, si ut occurrat decentia status, & ornatus personæ, quin uero si ob meram uoluptatem, non esset nisi ueniale peccatū, quod si quis sub fœnore acciperet ad exercendam mercaturam, uel alias licitas negociationes ineundas nullū esset peccatū. Do. Sot. d. ar. 5. dub. 1. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 19. §. 14. Pis. il 1. nu. 26. Tab. nu. 8. Arm. nu. 39.

Vtrum quicquid de pecunia usuraria quis lucratus fuerit, reddere teneatur. Quæst. LVIII.

Qvinquagesimooctauo quæro, utrum quicquid de pecunia usuraria quis lucratus fuerit, reddere teneatur? Resp. conc. esse qd quicquid pretij, ratione mutui p usurā receptū fuerit, manet restitutioni subditū, quia usura ē peccatū iniustitiæ cōmutatiuæ. Alia est cōclusio, quando res, quæ usu consumuntur per usuram extorquentur, puta pecunia, grana, uinum, tunc fœnerator non tenetur restituere, nisi tantum penitus quantum accepit, cū damnis, si quæ alia dedit, & cū lucro si quid alteri cesset. Fructus autē quos per easdē res sua industria accumulauit, liberi sunt à restitutione,

stitutione, ratio est, quia nullus debet alteri, nisi quantum illi damni dederit, atqui mille tantum subripuit, simpla illa debet, quod autem illi per suam industriam accreuit, non erat alterius. Tertia sit conclusio, si fænerator rem aliquam fructiferam per vsuram recepit, restituere eandem tenetur cum fructibus, vt si recepit fundum, non solum ipsum, sed quotquot habuit fructus deberet, ratio differentiæ huius, & superioris conclusionis, quia res illæ, quæ vsu consumuntur, steriles per se sunt, neque pariunt, & ideo quanquam sint alienæ, tamen accedens lucrum totum debetur negociationis industriæ. Illæ vero, quæ per se fructificant, domino fructificant, quid erit dicendum, si fænerator illa pecunia vsuraria emeret fundum, an teneatur ipsum, vna cum fructib. restituere? Respond. quod non, quia fructus sunt ipsius fæneratoris ementis, vt puta suæ industriæ debiti, neque tenetur restituere nisi pecuniam, veluti si depositarius aliena pecunia ius emeret, non debet, nisi pecuniam, Dom. Sot. lib. 6. de iust. & iure q. 1. artic. 4. ex mente S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. Viguer. ti. de virt. iust. c. 5. §. 4. vers. 18. Rayn. ver. usura c. 3. & seq. Lau. de Rodulph. de usu. 2. p. q. 44. num. 62. Ab. c. fin. de usu. S. Thom. 2. 2. q. 74. art. 3. Gabr. Biel. in 4. sent. dist. 15. quæst. 2. ubi Maior. q. 18. Nau. Man. conf. c. 17. num. 25. Cui autem sit facienda restitutio? respondetur, quod ei restituenda est, à quo usurarius extorsit, uel hæredi suo, quod si non inueniuntur, est pauperibus eroganda, Calder. consi. 2. tit. de usur. Caiet. uer. restitutio il 4. Nau. Man. conf. c. 17. nu. 58. S. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 6. si autem ille cui restitutio facienda est, est absens, tunc usurarius non expensis proprijs, sed illius mittat ei, nisi absentia fuerit, ex causa usurarij, quantum autem debeat restitui, dictum est in superioribus conclusionibus, qui autem teneantur restituere? Respondetur plures, primo consultores, seu inductores, secundo fautores, ut si committant pecuniam suam fæneratori, ut mutuet sub usuris, tertio tenetur restituere procurator, uel tutor, quia sicut prohibitum est proprio nomine usuras accipere, ita etiam alieno, unde si ille principalis non restituet tenebitur ipse. Quarto tenentur restituere scriptores, & notarij conficientes instrumenta usuraria, quinto seruitores, & famuli, qui sine mandato dominorum suorum gerũt negocia fæneratorum, quia sunt actores, & ministri vsuræ, sexto tenetur locator, uel receptor usurarij, septimo cohabitator, & participator. Ray. uer. usura c. 5. Quæ dicta debent intelligi, quando principalis, qui usuras extorsit, non restituit, secus autem si ipse eas restituisset, sed de his latius suo loco dicetur, cùm de materia restitutionis tractabitur.

Iurans soluere Vsuras, an obligetur. Quæst. LIX.

QVinquagesimonono quæro, vtrum qui se obligauerit vsuras soluere cum iuramento, teneatur seruare quod promisit? Respon. quod sic, sed poterit repetere; textus est expressus. c. debitores de iure iur. ibi debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerint cogi non debent, si vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt Domino reddere iuramentum, & cum vsurę solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica seueritate (si necesse fuerit) compellendi, quid si debitor iurauerit non repetere vsuras, respond. quod creditor eas restituere tenebitur, non obstante iuramento, Abb. c. tuas de vsuris. Lau. tract. de vsur. 2. p. q. 18. nu. 19.

Mutuare, vel recipere sub vsuris, an liceat pro opere pio. Quæst. LX.

SExagesimo quæro, vtrum pro exercendo opere pio sit licitum mutuare, vel dare pecuniam mutuo sub vsuris, respon. quod non c. super eo de vsuris ibi, super eo vero, & infra respondemus quod cum vsurarum crimen vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam, posse fieri non videmus; quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur, ratio est, quia prætextu boni, non est faciendum malum, capitulo non est 1. q. 1. capitulo si dicat 33. quæstio. 5.

Asseuerans vsuram non esse peccatum, an sit hæreticus. Quæst. LXI.

SExagesimoprimo quæro, vtrum asseuerans vsuram non esse peccatum, sit hæreticus? resp. quod sic, Clem. vnica §. fi. de vsuris, ibi sanè, si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, decernimus eum veluti hæreticum puniendum; locorum nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos, vel suspectos, de hæresi procedere non omittant.

Vsurarius facta restitutione an teneatur pęnitere. Quæst. LXII.

SExagesimosecundo quæro, vtrum vsurarius qui restituit vsuras, teneatur pœnitere? Respon. quod sic, quia obligatur restituere, ex delicto, furto, vsura, rapina, uel simili modo etiam post restitutionem habet pænitere de peccato commisso, de quo confiteri tenetur c. sicut dignum §. eos de homi. c. fin. de furt. gl. Clem. uni. uer. non esse peccatum de usur. host. tit. de pœn. col. fin. uer. sed nunquid.

Mutuans alteri pecuniam sibi mutuatam an peccet. Quæst. LXIII.

SExagesimotertio quæro, accepi mutuo pecuniam sub usuris, qua postea non indigeam fui

rogatus

rogatus ab alio, cui eas mutuaui, ut primo mutuanti usuras solueret an hoc sit licitum? respondetur quòd sic. Ca'.c. fin. de usur. Arch. c. usuras 14.q.4. Pont. uer. 'colaris recepit in singul. Bertach. uer sic. usura. nu. 110. ratio est, quia nihil commodi percipit, nam licet exoneretur eo grauamine soluendi, hoc non facit cum alterius iactura, dummodo ille cui mutuauit esset paratus ab alio sub eiusdem usuris pecuniam recipere, & ipse esset paratus soluere creditori primo usuras. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 14. Syl. uer. usura il 1. nu. 20. Tabul 2. nu. 2. Ros. d. loco il 1. nu. 14.

Vtrum sit peccatum deponere pecuniam penes vsurarium. Quæst. LXIIII.

SExagesimoquarto quæro, vtrum sit peccatum deponere pecuniam suam penes vsurarium? Resp. quod si quis committeret pecuniam suam vsurario, non habenti alias vnde vsuras exerceret, vel hac intentione committeret, vt inde copiosius per vsuram lucraretur, daret materiam peccandi, vnde & ipse esset particeps culpę. Si autem aliquis vsurario alias habenti, vnde vsuras exerceret pecuniam suam committat, vt tutius seruetur, non peccat, sed vtitur homine peccatore ad bonum. S. Th. 2, 2. q. 78. art. 4. ad 3.

Mutuans pecuniam cum spe obsequij, an peccet. Quæst. LXV.

SExagesimoquinto quęro, si quis ex mutuata pecunia expectet, vel exigat, quasi per obligationem pacti taciti, vel expressi recompensationem muneris ab obsequio, vel a lingua an peccet? Resp. quod sic, si perinde expectaret, vel exigeret munus a manu, quia vtrumque pecunia æstimari potest, vt patet in his, qui locant operas suas, quas manu, vel lingua exercent, si vero munus ab obsequio, vel lingua, non quasi ex obligatione rei exhibetur, sed ex beneuolentia, quæ sub æstimatione pecuniæ non cadit, licet hoc accipere, & exigere, & expetere. S. Th. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 3. S. Antonin. 2. p. titul. 1. ca. 7. §. 5. Ang. ver. vsura, il 1. nu. 4. vbi. Syl. nu. 5. & Pisan. nu. 5.

Cooperantes ad vsuram an peccent. Quæst. LXVI.

SExagesimosexto quæro, vtrũ cooperãtes ad vsuram peccent? Resp. quod sic, exemplum est in proxeneta, notario, testibus, & alijs patrocinantibus ad vsuras. Ita Syl. ver. vsuras il 7. per totum Pisan. d. loco ver. 5. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 9. per c. si culpa de iniurijs. & damno datu, vbi q occasionẽ dãni dat damnũ dedisse videtur; an aũt teneatur restituere. S. Ant. d. loco ita distinguendo dicit, quod occasio sumitur, dupliciter, uno modo pro eo, quod est aliqualiter inductiuum, seu causatiuum alicuius effectus, sed non sufficienter, & efficaciter, & ista est propria acceptio, sicut dicitur occasio submersionis nauis nauta, qui ducit nauim ad aliquem locum, vbi superueniente tempestate submergitur quod probabiliter æstimari non poterat & isto modo qui dat occasionem usurę, damnum uidetur dare, sed realiter non dat. Vnde non tenetur ad restitutionem, licet peccare possit grauiter, alio modo sumitur occasio pro eo quod est inductiuum, uel causatiuũ alicuius effectus sufficienter, & efficaciter, ita q sine eo nõ sequeretur, effectus; & ista est impropria acceptio, & magis proprie dicitur causa ad quam positã, sequitur effectus, & sic dicitur occasio, seu causa submersionis nauis, qui faceret foramen in naui ut intraret aqua ad submergendum, & sic euenit, & dicitur causa, seu occasio directa, quando hoc intendit, indirecta autem quando non intendit, sed non impedit, nec obuiat, ne eueniat effectus cum potest, & debet, unde qui pręstat huiusmodi occasionem usurę. videtur dare damnum, ita quod realiter dat, unde tenetur ad restitutionem insolidum, hæc S. Ant. d. loco conc. Syl. uer. usura. uer. 8. Armilla nu. 4. Tab. il 1. nume. 30. Nau. c. 17. nu. 263.

Mutuare communitati ad euitandas collectas an sit vsura. Quæst. LXVII.

SExagesimoseptimo quæro, utrum sit usura, mutuare Communitati, ad euitandum collectas? Respondetur, quod sic, quando collecta est iusta, siue esset imposita, siue imponenda, quia ibi est lucrum, idest aliud quod iustè erat mutuans exbursaturus, Syl. uer. usura il 1. num. 9. Ang. dicto loco num. 8.

Ciuitas mutuans sub vsuris an omnes teneantur. Quæst. LXVIII.

SExagesimooctauo quæro, si ciuitas, uel alia Cõmunitas, seu uniuersitás dederit ad vsuram, an omnes teneantur? Resp. quod illi qui sunt principales, & consentiunt, vel mandant, sine quibus factum nõ fuit, tenẽtur insolidum, alij vero qui consentiunt, tenentur in tantũ, quantum emolumenti perceperunt, ratio primi, quia dant causam sufficientem, ratio secundi, quia habent malam voluntatem, vel iniuste recipiunt. S. Ant. 2. p. tit 1. c. 9. §. quid de ciuit. Tab. ver. vsura il 7. nu. 1. Syl. d. loco il 1. nu. 43. Pis. §. 51. Armilla nu. 45.

Dotis ratione an quicquam vltra sortem peti possit. Quæst. LXIX.

SExagesimonono quæro, vtrum ratione dotis quicquam percipi possit vltra sortem? Respondetur, quod sic, maritus enim pacisci potest cum eo, qui dotem promisit, & non soluit, & quoad soluatur in singulos annos, pro subsidio onerum matrimonij, pendat tantum, quantum aliquis mediocriter industrius, ex illa dote, ipsa salua capere posset. Nau. Man. confess. c. 17. nu. 213. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 27. & seq. vbi cõcluditur valere statutum, vt qui dotem promittit, quo ad soluat, & maritus, & ipsius hæredes quo ad dotem viduæ, aut

ſeparatæ reddant, certum quid ex centum in ſingulos annos peodát. Tab. ver. vſura il 10. Piſan. ver. uſura il 1. nu. 13. vbi ſi maritus accipit fuodum in pignos, de quo percipit fructus, ipſi nuo computabuntor in ſortem, quando maritus ſubſtinet unera matrimonij, alias ſecus c. ſalubriter de vſuris, Roſella ver. vſura il 1. nu. 23.

Mutuans frumentum quando ſit vſura.
Quæſt. *LXX.*

SEptuageſimoquęto, qoomodo ſit vſura, quando aliquis mutuar (puta) frumentũ, vt frumentum recipiat? Reſpondetur diſtingueodo, aut eſt veriſimile, quod ipſa res mutuata, ooo erit precioſiot tempore ſolotionis, aut de hoc probabiliter dubitatur, & tunc non eſt vſura c. fin. de vſuris, aut eſt veriſimile, quod erit precioſior, & tuoc aut creditor non erat interim conſumpturus, ſed diſtractorus, & tunc eſt vſura, aut eſt ſeruaturos, & tunc aut creditor debitori aufert libertatem ſe liberandi, & tunc etiam eſt vſura, in huiuſmodi enim caſu ſe exonerare voluit, & debitorem ooerate aut talis non aufert libertatem debitori, & tonc non eſt vſora, imò poſſet mæreri ſi debiturem bona iotentione requireret, ante terminum ſolutiunis, vt ſubloat ne oneretur, ſed ſi habet corruptam iotentionem, quia dicit ſibi, quod poteſt retinere vſque ad terminum, vt ſe a damno releuet, licet non auferat ei poteſtatem liberandi, & tuoc, & ſi non ſit vſura peccat tamen. S. Ant. 2. p. tit. 1. ca. 7. §. 13. Aog. ver. vſura il 1. num. 74. Piſan. d. loco num. 23. Ruſella oum. 32. Syl. ver. vſura il 1. q. 17. Nau. Man. conf. c. 17. ou. 224.

Eleemoſina an poſſit recipi ab vſurario.
Quæſt. *LXXI.*

SEptuageſimuprimo quæru, vtrum ſit licitũ recipere eleemoſinas ab vſurario? Reſp. quod nõ, quando non habet niſi bona certa reſtitueuda, ſecus ſi haberet aliæ bonæ etiam vſuraria, & dando eleemoſinas per hoc non efficeretur non ſoluendo, ſed incerta, Armilla ver. vſura uum. 44. Piſan. ver. vſura il 1. nu. 10.

Mutuans vt vadat ad ſuum molendinum, an ſit vſura. *Quæſt.* *LXXII.*

SEptuageſimoſecundo quęro, vtrũ mutuans alicui, vt mulat in ſuo molendino, aut in ſua taberna emat, aut ad ſuam ſcholam veniat, ſit vſura? Reſpondetur quod ſic. & debet eum ab ipſa obligatiooe liberare, & pro illa iudicio boni viri ſatiſfacere, illa enim obligatio molendi, eſt locrum pecunia ęſtimabile. Nau. Man. confe. c. 17. ou. 220. Abb. c. fin. de vſuris. Sãctus Antonious 2. p. titu. 1. capitulo 7. §. 8. & §. 11. Sylu, ver. vſura il 11. numero 7. Tab. numero 3. Piſanel. numero 7. Roſella numero 12. Gabr. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 11. articulo 3. Maior. in 4. diſtinctio. 25. quæſt. 25. Aſtenſ. lib. 3. art. 5. q. 12.

Ratione mora an ſit licitum aliquid exigere.
Quæſt. *LXXIII.*

SEptuageſimotertiu quæro, vtrum licitum ſit ex mutuo aliquid accipere ratione morę? reſpondetur, quod ſic, exempl. debuiſti mihi ceotum & quia in termino noo ſoluiſti, oportuit me pecuniã accipere ſub vſuris, tu mihi de illis vſoris teneris, aut me ab illa obligatione liberarę c. peruenit, de fideiuſſ. quia hoc non exigitur vt vſura, ſed vt interesse, nec cauſa lucri, ſed cauſa damni euitãdi. Syl. ver. vſura il 1. ou. 26. c. peruenit, de fideiuſſ. Piſan. ver. vſura il 1. ou. 16. Roſella il 1. num. 41. Armilla nu. 10. & ou. 27.

Mutuare, an aliquis teneatur ex præcepto.
Quæſt. *LXVIIII.*

SEptuageſimoquarto, quæro an aliqoãdo humo teneatot ad mutoandom ſub pręcepto? reſpondetur, quod quando petens habet neceſſitatem, & dans habet ſuperfluum, & non eſt alius, qui oelit, & poſſit ſubuenire, tunc tenetur ſub præcepto legis mutuare, alias eſſet cooſilium, Tab. uerb. uſora il 1. nom. 7.

Periculum in ſe ſuſcipiens, an poſſit aliquid exigere.
Quæſt. *LXXV.*

SEptuageſimuquinto quæru, quidam motuault nauiganti, oel eunti ad noodinas, an aliqoid ultra ſortem accipere poſſit pro eo, quod ſoſcipit in ſe periculum. i. ſi pecuniam uel merces iode emptas portauerit ſaluas, alias nihil recepturus etiam de ſorte, Reſpoo. qoud aut illud ultra ſortem recipit ratione mutui tantum, & ſic eſt uſora, oon obſtante quod periculũ in ſe ſuſcipiat c. nauiganti de uſur. Aut recipit illud ultra ſortem præciſe ratione periculi ut precium periculi, & ſic oon eſt uſora, ſed licitum. Nam etiam ſi noo mutuatet & periculum nauigantis in ſe uellet recipere, poſſet recipere precium periculi, nec propter hoc quod ei ſeruitium faciat in mutuãdo efficitur deterioris conditioois, aut aliquid ultra ſortem recipit, talis mutuãs partim ratione periculi, & partim ratione mutui, & tunc oſura eſt, quantum ad id, quod plus recipit reſpectu motui, & illud tale tenetor reſtituere, S. Ant. 2. p. tit. 1. ca. 7. §. 21. Piſan. uer. uſura il 1. ou. 21. ubi Ruſella nu. 62. Armilla d. loco nu. 10. Nau. c. 17. nu. 283. & ſeq. Couarr. lib. 3. uar. reſol. c. 2. nu. 5. Do. Sot. lib. 6. de ioſt. & iure q. 7. art. 1. Sylu. uer. uſura il 1. nu. 35. Tab. d. loco. uer. 12.

Mutuans cauſa conſequendi officium, an ſit vſura.
Quæſt. *LXXVI.*

SEptuageſimoſexto quęro, utrum ſit licitum mutuare principi cauſa conſequeodi aliquod officiũ? Reſp. quod oon, quandu intentio directa eſt ad lucrum principaliter, ſecus ſi fuerit ad conſequendam amicitiam, & conſeqoenter ad officium, & lu-

& lucrum, Syl.uer.usura,il 1.nu.18.Nau.Man.coo fess. c. 17.nu.223.

Poena ratione an sit licitum usuras accipere. Quaest. LXXVII.

SEptoagesimoseptimo quaero, vtrum licitū sit accipere vsuras ratione pœnæ? Resp. quod si pœna fuerit imposita non soluenti in termino, sine vsura exigitur, si est iudicialis, id est si fuerit imposita a iudice, & hoc nisi iudex de consensu partium pronunciaret, nam eo casu recurrendū esset ad coniecturas, an scilicet hoc esset factum in fraudem vsurarum, hoc idem si pœna esset legalis, hoc est a lege, vel statuto, si vero fuerit conuentionalis præsumitur apposita in fraudem, primo si creditor esset solitus fœnerari, secundo si pœna excederet interesse, tertio quod per singulos annos, vel menses dicitur cōmitti, quarto quando apposita est super promissione quantitatis; l.cū allegas, C.de vsuris, secus si apponeretur super facto, vt quando quis promittit fabricare domum sub certa pœna; sciendum tamen est, quod si debitor non soluit in termino ex impotentia, vel sine culpa, pœna exigi nō potest sine vsura, quia vbi non est culpa, non potest esse pœna, l.sancimus, C.de pœnis, & consequenter exigeretur ratione excrescentiæ, quæ usuram facit, c. si fœneraueris, 14.q.3. Sylu.ver.vsura, il 2. nu.28.Pis.d.loco, nu.19.Rosella no.43.

Pupilli quando recipiant licite vltra sortem. Quaest. LXXVIII.

SEptuagesimooctauo quæro, si princeps, vel officiales habentes curā de pupillis, accipiant pro communitate ipsorum pecunias, reddentes eis ad rationem quinque pro centenario, an sit licitum? Resp. quod si eis inuitis fit, siue eius ad quos spectat, videtur quod licite possint illa quinque pro cētenario recipere, quia prouidetur per hoc indemnitati eorū, ex quo potuerunt emere possessiones, vel tradere negociationibus licitis, Syl.ver. vsura, il 1.nu.24.S.Ant.2.p.tit.1.c. 7.§.23. similiter valet statutum, quod tutor teneatur pecunias pupilli inuestire, sub pœna soluēdi ipsi pupillo, quinque pro centenario. Syl.d.loco, nu.29.

De lucro dotis mediante statuto. Quaest. LXXIX.

SEptuagesimonono quæro, statuit ciuitas pro vtilitate commoditatis, quod quicunque ciuis habet, vel habiturus est filiam, in ista annum a natiuitate ipsius puellæ tradit communitati septuaginta ducatos, cum filia peruenerit ad 15. annū rehabeat à dicta cōmunitate 500. ducatos, vt noptui filiam tradat, si vero ante 15. annum filia defuncta fuerit dictus ciuis prædictos 70. ducatos amittat, an ratio ne talis periculi, sit licitus contractus? Resp. quod non, quia in mutois spes lucri principaliter a fœnore non excusat. Sy u. il 1.q.37. Tab. il 15.§.fin. Ang. il 1.nu.42.& 43. Ros.ver.vsura, il 1.nu.40. Arm.d.loco nume.37.& est etiam iniustus, quia in damnum publicum.

Difficultas exigendi an causet. Quaest. LXXX.

OCtuagesimo quæro, vtrū committat vsuram, qui mutuat centum, scilicet quinquaginta in numeratis, & quinquaginta in debitoribus male exigibilibus, vel in rebus male distrahibilibus, puta pannum, & huiusmodi, recepturus tamen centū in nomeratis, quod debitor nō fecisset, nisi propter mutuum quinquaginta numeratorum? Respon. quod sic, quia cum grauetur debitor nomine mutui erit vsura, doct.l.cum allegas, C.de vsuris, Syl. ver.vsura, il 1.nu.6.Ang.d. loco, nume.6. Arm.d. loco, nu.6.

Possessio bonorum an excuset ab vsura. Quaest. LXXXI.

OCtuagesimoprimo quæro, vtrum stante statuto, vel cōsuetudine, quod missus in possessionem lucretur fructus possessionis ad rationē quinque pro centenario, talis ita faciens recta conscientia illos fructus percipiat? Respon. quod sic: dum modo iuste missus sit in possessionem, non tantum ex ordine, sed ex causa, si antē in veritate creditor nō foret, seu causa non subesset, si .ut recta consciē tia, capitale, seu fortem retinere non posset, sic neque fructus nomine interesse, S.Ant.2.p.tit.1.cap. 7.§.33. Sylu.ver. vsura, il 1. nu. 30. Ros.dicto loco, nu.44.

Prorogatio termini, an faciat, vt possit aliquid percipi. Quaest. LXXXII.

OCtuagesimosecundo quæro, vtrum sit vsura, si creditor adueniente termino solutionis non licet eum prolongare, nisi accepta pecunia, vel alio æquiualenti? Respōdetur quod sic, c.consuluit, de vsuris, scilicet si hoc agit solum ratione termini prolongati, & non ad euitandum aliquod suū damnum, sed si hoc agit ad sui indemnitatem, puta quia oporteret eum accipere ad vsuram, aut rem propriam vilius iusto distrahere, non est vsura illud damnum a debitore exigere, quia ex seruitio impensō grauari non debet, & hoc idem si fecit ratione lucri cessantis, Syl.ver.b.vsura il.1.nu.25. Ros. d.loco, nu.56.S.Ant.2.p.tit.1.c.7.§.18.

Rusticis si datur aliquid, vt melius colant, an sit vsura. Quaest. LXXXIII.

OCtuagesimotertio quæro, vtrū Domini, qui mutuant rusticis, vt eorum possessiones colant sint vsurarij? Resp. quod non, nisi domini aliquid subtraherent ratione mutui, quia vsura esset, Ang.ver.vsura, il 1.nu.5. Syl.d.loco, nu.8.& Ros. nu.10.Greg.de Arim.ut.de moote.

Mutuans vt ei remutuetur, an sit vsurarius. *Quaest.* LXXXIIII.

OCtuagesimoquarto quaero, vtrum mutuans possit naturalem obligationem, qua debitor tenetur ei ad antidora, puta ad remutuandum deducere in ciuilem, idest in pactũ? Resp. quod non, gl.c. si foeneraueris, 14.q.3. quia antidorum est debitum simplex, intellige ex quo non poterat compelli, sed cũ deducitur in pactũ, nascitur obligatio ciuilis, ideoq; exigitur aliquid plus, quod posset aestimari pecunia, Sylu. ver. vsura, il 2. nu. 2. Pis. d. loco, nu. 6. Ros. nu. 5. Arm. nu. 4. Nau. Man. confes. c. 17. nu. 223. Asten. lib. 3. tit. 11. art. 5. q. 9.

Tertiae personae, an possit aliquid dari, &c. *Quaest.* LXXXV.

OCtuagesimoquinto quaero, vtrum si quis mutuet cum spe, vel pacto quod aliquid detur non sibi sed alteri, puta pauperibus, vel patri indigenti sit vsura? Resp. quod sic, & est illicitum, quia sicut non licet mihi ex vi mutui transferre dominium alienę rei in me, ita nec in alium etiam pro redimenda vita captiui, c. super eo, de vsuris, Sylu. ver. vsura, il 1. nu. 3.

Pro gemmis, & vasis argenteis, an possit aliquid accipi. *Quaest.* LXXXVI.

OCtuagesimosexto quaero vtrũ possit aliquid accipi pro iocalibus, gemmis, vasis argenteis, pecunia, & similibus? Resp. ex mente S. Th. 2.2. q. 78. art. 1. ad 6. quod vsus principalis vasorum argenteorum, & similium non est ipsa eorum consumptio, & ideo vsus eorũ potest vẽdi licitè, seruato dominio rei, similiter esse posset aliquis secundarius vsus pecunię, vt puta si concederet pecuniam obsignatam ad ostentationem, vel ad ponendum loco pignoris, & talem vsum pecunię licite homo vendere posset, Tab. ver. vsura, il 1. nu. 9.

Pecunia mutuatio, an inducat vsuram. *Quaest.* LXXXVII.

OCtuagesimoseptimo quaeritur, vtrũ habens pecuniam, quam timet, vel scit in futuro minorari, possit absque vsura mutuare alicui, hoc pacto, vt reddatur sibi in aequali pretio, in quo est nunc quando ei dabitur? respondetur quod sic, si recipiens vult eam mox expendere tempore, quo tantum valet, quia nihil vltra sortem recipit, & quia quamuis nõ liceat in mutuo sperare lucrum, licet tamen sperare euitationem damni; sine alterius damno, sicut licet mihi mutuare decẽ aureos, quos video apud me perituros, & vendere rem, quam video breui tempore perituram. Tab. versi. vsura il 1. nu. 10. Visis ac declaratis generalibus cõclusionibus, declaremus modo singulas species cõtractuum, & primo videamus de censibus.

Census quid sit. *Quaest.* LXXXVIII.

OCtuagesimo octauo quaero, quid sit census? Respondetur quod est ius percipiendi pensionem, siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua utili.

Census quotuplex sit. *Quaest.* LXXXIX.

OCtuagesimonono quaero, quotuplex sit census? resp. duplex, reseruatiuus, & consignatiuus, reseruatiuus est, quãdo quis rẽ suã alteri tradit reseruato sibi iure quotãnis percipiẽdi partem quãpiam l. si. C. de rerum permu. gl. c. constitutus de relig. dom. Consignatiuus autem est, dum quis retentis suis bonis, eorumque usu consignat alteri certam pensionem, quam obligatur singulis mensibus, aut annis soluere.

Census Vnde dicatur. *Quaest.* XC.

NOnagesimo quero unde dicatur census? Respondetur quod census à censendo creditur deriuare, eo quod recenseri facultates debebant, quo inde tributa pro earum ratione solui possent, l. forma, ff. de censibus.

Censuarius contractus an sit licitus. *Quaest.* XCI.

NOnagesimoprimo quaero, utrum censuarius contractus sit licitus? Resp. quod sic, secundum omnes c. in ciuitate de usur. Old. Cons. 107. Laur. de Rodulph. c. consuluit p. 2. q. 7. S. Anton. 3. p. tit. 1. c. 14. Rosella uer. usura il 1. nu. 31 Armilla nu. 16. & nu. 18. Nau. Man. conf. c. 17. nu. 214. Ang. uer. usura il 1. num. 44. Conrad. de contract. q. 83. Maior. in 4. sent. dist. 15. q. 42. Med. tract. de restu. c. de censibus. Dom. Sot. de iust. & iure lib. 6. q. 5. art. 1. cum alijs similibus.

Census ad hoc vt sit licitus quid requiritur. *Quaest.* XCII.

NOnagesimosecundo quaero, quę requirantur ad hoc, quod censualis contractus sit licitus? respondetur ea requiruntur quae posita sunt in extrauagãt Pij Quinti, quae incipit, Cum onus, quę bulla hic inseratur tota.

Pretium census, quod nam dicatur iustum. *Quaest.* XCIII.

NOnagesimotertio quaero, quodnam sit iustũ pretium emptionis census? respondetur iustum pretium census esse iuxta communem aestimationem ciuitatis, si certa sit, si autem nihil certi fuerit ibi sancitum, tunc arbitrio boni uiri considerandum erit iustum pretium, & statuendum cõsideratis circumstantijs suis, ad no. l. pretia rerum. ff. ad l. falcid.

con-

Cambium quid. Quaest. XCIIII.

NOnagesimoquarto quæro, quid sit cambium? Resp. quod cambium est commutatio numismatum, Sylu. versi. vsura il 4. nu. 1. vbi dicit cãbium secundum suum vocabulum, est omnis commutatio, siue rerum ad res, siue rerũ ad pecunias, quæ vulgo dicitur baratatio.

Cambiorum genera quot sint. Quaest. XCV.

NOnagesimoquinto quæro, quot sint genera Cambiorum? Respondetur, septem ex mente Nauar. Man. confess. ca. 17. nu. 283. Primum dicitur ratione officij, potest enim Respu. constituere officium mutuandi egentibus cum salario de publico constituto, imo & præstitoto aliquo paruo lucro reddendo a mutuatarijs vltra sortem pro labore officiarij, instar montium pietatis, quod non est in vsu; secundum est per minutum, quo quis cansabit præsentem pecuniam pro præsenti, puta nummos minoris valoris, pro nummis maioris, vel contra, et hoc est licitum cum moderato lucro non solum ratione cambij, sed ratione alicuius interesse singularis, laboris, tædij, impedimenti, & aliarum incommoditatum. Tertium cambiũ dicitur per literas, quando per illud transfertur pecunia de vno loco in alium remotum uirtute literarum, quibus efficit campsor, vt tradatur tanta pecunia in alio loco, quanta ei datur, in quo ipse dat literas, & aliquid amplius pro iusta mercede, quod fieri potest etiã per nuncium, uel per campsorem, in quo requiritur, quod seruetur æqualitas ualoris inter pecuniã datam, & accipiendam, secundo quod campsor nõ accipiat plus iusta mercede, tertio quòd campsor qui dat pecunias soluendas sciat, vel probabiliter credat, quòd persona, cui eas dat habeat pecunias, uel fidem, & uoluntatem satisfaciendi literis, quas de soluendis illi sibi tradit. Quartò requiritur, ut locus, in quo est soluenda pecunia longe distet a loco, in quo dantur literæ, alioquin esset cãbium illicitum, nempè de tempore ad tẽpus, quòd non licet. Quartum genus est, quod fit per translationem realem, quòd fit prius emendo, uendendo, permutando, aut per aliũm contractum innominatum quærendo pecuniam ualentem minoris, in alia prouincia, quàm in alia, eo quòd ibi non recipitur, uel eius materia non tantum ibi, quanti alibi æstimatur, aut quia est deformata, fracta, rasa, recisa, aut iniusti ponderis, & postea realiter transferendo in aliam, ubi aliquò respectu pluris ualet. Quintum est genus cambij, quo campsor recipit aliquid ultra sortem ueri interesse damni emergentis, uel lucri cessantis, quod incurrit campsor cessando, ob id ab alio iusto cambio, uel mercimonio, ut proximi necessitati cambiendo succurrat; cum pacto soluendi ei tantum, quantum fuisset aliter lucraturus, quia & mutuare sic liceret. Sextum est genus cambij, quo quis lucratur ob custodiam pecuniarum, vt lucrantur argentarij, siue bancarij authoritate publica constituti ad custodiendas pecunias, quas iudices iubent apud eos deponi, quasq; alij singuli deponunt ea lege, ut habeant eas paratas ad reddendum, simul ac petitæ fuerint, habeant que librum rationum depositarum, & redditarũ, salua iusta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint, quia huiusmodi officium est utile reipub. & dignum salario publico, vel priuato, quod etiam fieri posset auctoritate priuata, est enim contractus locationis ex parte campsoris. Septimum & vltimũ est genus cambij, quod fit per cõmutationem præsentis pecuniæ pro absente, & nihil refert in hoc, an fiat per contractum nominatum, an uero per innominatum, pecunia. n. commutari potest, & ex illa commutatione negotiando lucrum quæri; plures. n. sunt causæ, quare vna moneta potest valere pluris, quàm alia, prima diuersitas metalli, secunda diuersitas bonitatis eiusdem metalli, tertia diuersitas formæ, & ponderis, quarto diuersitas locorum, quinto reprobatio totalis, vel partialis, sexto temporis diuersitas, septimo copia, vel defectus, octauo absentia, vel præsentia, vna tamen pecunia nunquam valet pluris, vel minoris, ex eo quod citius vel tardius danda, uel accipienda sit, hæc Nau. dicto loco num. 283. summa tamen generum omnium cambiorum ad hæc duo reducitur, quod alia sunt uera & realia, alia dicuntur cambia sicca, uera & realia subdistinguuntur, nam alia sunt quib. moneta in uno loco, ac tempore recipitur, & alio loco ac tempore redditur, prout in loco redditionis tempore restitutionis marca auri ualet, & in his nullũ peccatum est cessante omni dolo, & fraude, & hoc siue fiat per nuncium, siue per literas, ut si pecunia Romæ data per literas cambij soluitur alibi quo etiã casu licitum est cambium, seruato solito, moderato tamen lucro nummulariorum, quod si ratione dilationis temporis, aliquid pluris acciperetur manifesta vsura esset, alia cambia dicuntur ad minutum, puta cum pro ducato dantur decem argentei, aut econtra, & in his moderatum quoq; lucrum non damnatur, iuxta diuersarum patriarum consuetudinem. Cãbia vero sicca dicũtur ea, quæ declarantur per Pium Quintum in bulla quæ incipit. In eam pro nostro &c. Quæ bulla tota hic inseratur. not. Caiet. in summa versi. cambiũ. Ang. versi. vsura il 1. nu. 51. Syl. ver. vsura il 4. Tab. d. loco ver. 15. Nau. Man. confess. ca. 17. nu. 283. Domi. Sot. de iustitia & iure lib. 6. q. 8. art. 1. & seq. S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 7 §. 47. & seq. Laur. de Rodulph. in consuluit, p. 2. q. 26. Hyer. & Caiet. in suis tract. de cambijs.

Depositum qualiter reddatur iniustum. Quaest. XCVI.

NOnagesimosexto quæro, quomodo depositũ reddatur iniustum, seu factum in fraudem vsurarum? Resp. quod si depositum factum fuerit penes aliquem, qui pecuniam conseruet, vel etiam cum ea negocietur, ita tamen, vt in omnem euentũ sit saluum capitale, idest restituendum integraliter ad placitum ipsorum, sed inde aliquid lucri speret habere, alias non deponeret, vsuram committit. c. vsura 14. q. 3. & tale lucrum hoc modo perceptum

reſtituere tenetur S. Ant.2.p.tit.1.ca.7.§.34.Ang. ver.vſura il 1.numer.55. Roſella d.loco num. 13. Nau.Man.confeſſ.c.17.nu.181.vbi habetur, quod peccat etiam ille, qui depoſitum deponenti petenti, reddere non vult, c.bona fides depoſiti niſi cum deponens in ſuum damnum, aut alienum repeteret c.ne quis 22.q.2.& niſi quando bona deponentis confiſcata ſunt, quia tunc depoſitum fiſco reddendum eſt, vel niſi quando latro apud eum, a quo furatus erat deponeret, ſimiliter peccat depoſitarius, qui depoſitum amiſſum dolo, vel lata culpa eius reddere non vult, & qui depoſito contra voluntatem deponentis vtitur, Ang. verſ.depoſitum nu.10.& nu.12. Armilla d.loco nu.10.& ſeq.Piſ. ver.depoſitum ver.1.& 7.Roſella nu.1.& ſeq.Syl. d.loco nu. 10.& ſeq.vbi etiam Tabien.nu.5.& 6.

Vendere carius ratione dilationis temporis an liceat. Quæſt. XCVII.

NOnageſimoſeptimo quæro, vtrum ſit licitum carius aliquid vendere, ratione dilationis tẽporis? reſpondetur quod non, S.Th.2.2.q.78.art. 2.in Reſp.ad 7. ibi ſi aliquis carius velit vẽdere res ſuas, quam ſit iuſtum pretium, vt de pecunia ſoluenda emptorem expectet, manifeſte vſura committitur, quia huiuſmodi expectatio pretij ſoluendi, habet rationem mutui, vnde quicquid vltra iuſtum pretium pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem vſuræ, ſimiliter etiam ſi quis emptor velit rem emere vilius, quàm ſit iuſtũ pretium, eo quod pecuniam ante ſoluit, quàm poſſit ei res tradi, eſt peccatum vſuræ, quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ habet mutui rationem, cuius quoddam pretium eſt, quod diminuitur de iuſto pretio rei emptæ, ſi vero aliquis de iuſto pretio velit diminuere, vt pecuniam prius habeat, non peccat peccato vſuræ, hæc Sanctus Thomas dicto loco conc. Sanct. Antoniu.ſecunda par.titu.1.capit.8.vbi not §. 1. triplex eſſe pretium rei. Primũ dicitur pium. Secundum diſcretum. Tertium rigidum. primum dicitur minus, ſecundum mediocre, tertium maius, ſi vltra vltimum pretium ratione dilationis temporis aliquid uenditur, manifeſta uſura eſt, Tab.uer.uſura il 5.nu.4. Piſan.d.loco uer. 3. in prio.Rayn.uer.uſura,cap.7.uer.3. Armilla uer. uſura nu. 11.Nau.Man.cõfeſſ.c.17.nu.228.Caiet, uerſic. uſura il 3. Doct. com.c.in ciuitate de uſuris Syl.uer.uſura il 2. num. 1. & ver.emptio num. 17. Quando venditor ſeruaturus erat res in aliud tempus vendendas, poteſt vendere pluris, quam nunc valent, iuxta ambiguum veriſimile pretium futuri temporis, poſſunt hoc in loco poni plures practicabiles caſus, quorum primus eſt,

Vendo poſſeſſionem meam cum non des mihi pretium eius, tecum facio pactum, quod quo vſque tradas mihi pretium recipiam interim fructus eius, an ſit licitus contractus, reſpondent Theologi quod non, licet iuriſtæ bene contrarium ſentiant, poſſet benè fieri pactum, quod ſi infra certum terminum non ſoluat emptor precium, ex tunc fructum recipiat venditor quouſq; pretium ſit ſolutum, ſi hoc non fiat in fraudem, ſed in pœnam, San. Ant.2.p.tit.1.c.7.§.20. Secũdus eſt caſus, vendens rem alicui qui pecunia indiget, vt ſtatim reemat pro minori pretio eſt vſurarius. perinde.n.eſt, ac ſi pecuniã mutuaret, & eſt contractus peſſimus, Ang. ver.vſura il 1.nu.60. Tertius eſt caſus, ſi quis emeret rem viliori pretio, quam credat illam valituram in illo tempore, quo vendens volebat eam ſeruare. quia præuenit ſolutionẽ, eſt vſurarius. Innoc. c.fin.de vſuris, Tabien. ver.vſura il 5. nu.5. Quartus eſt caſus, vendens res pro pretio quod non currit, & addit pactum, quod ſi plus valebunt vſque ad Paſcha, vult illud plus, ſi vero minus valebunt, nõ vult minus, eſt vſurarius, quia talis contractus claudicat, & hoc intelligendum quando ratione termini apponeretur tale pactum, alias licet adeſſet iniquitas alia, non tamen eſſet vſura, cum non adit mutuum, vel æquipollens, Piſan. ver. vſura, il 3.§.quid ſi aliquis. Quintus caſus, Rectores ciuitatis vendunt de pecunia communi alicui pro ſe, & ſuis hæredibus, dando annuatim pro prouentu, ſiue lucro aliquid pro prouentu, talis cõtractus non erit licitus niſi ciuitas conſtitueret cenſum, Roſ. ver.vſura, il 3, num. 16. Sextus eſt caſus, qui emit minus iuſto agrum, cum pacto retrouendẽdi, & interim locat uenditori dictum agrum ad rationem quinque, uel ſeptem pro centum, uſura eſt, quia non eſt uera uenditio, ſed mutuum palliatum, ſecus ſi uerè fieret uenditio, Arm. uer.uſura, nu. 14. Nau.Man.confeſſ.c.17.nu.247. Aug. uer. uſura, il primo, numero 67.& ſequenti, Syluestr.uerſic.uſura, il 2.nu.15.Dom.Sot.lib.6.de iuſt.& iur.q.5.art. 3.Septimus eſt caſus, qui pecora, uel prædia emit ab eo, quem credit ea non habere, & ſtatim certa penſione ea eidem locat, cum obligatione reſtituendi penſionem, quam ex re, quæ non erat cœperit, l.1.& ſeq.ff.de condict.ſine cauſa, ſecus ſi probabiliter ſciebat eum eas habere, & bona fide emit, nec tenetur reſtituere etiam poſt cognitam ueritatem, Nau.Man.cõfeſſ.c.17.nu.229. Syl.uer.uſura, il 2. q.6.Piſ.uſura, il 3.§.quod de his, Ang.uer. uſura, il 1. nu. 71. Octauus eſt caſus, quidã habuit recipere cẽtũ ab aliquo in certo termino, uenit tertius emens ipſa iura contractus contra debitorem, pro precio nonaginta, quæ nunc ſoluit, nunquid committat uſuram? Reſp.quod ſi uult diminuere pretium ſolum propter hoc quod nunc ſoluit, ſed in futuro rehabebit plus, eſt maniſeſte uſura, alias ſecus, Sanctus Ant.2.par.titul. 1.capitulo 8. §. 12. Nau.Man. confeſſ.capitulo 17.numero 230. Gab. in 4.diſt.15.quæſt.11.art.3.dub.3. Caiet. uer.uſura, il 2. Tab. uer. uſura, il 5. numero 10. Piſ. uer. uſura, il 3.§.ponte, Angel.uer.uſura, il 2. num. 63. Syl.uer.uſura, il 2.nu.14.

Vendere, vtrum liceat alicui rem plus quam valeat. Quæſt. XCVIII.

NOnageſimooctauo, poſtquã de emptione dictũ eſt, quæro, utrũ licitè aliquis poſſit uẽdere rem plus quã ualeat? Reſp.quod non, dicitur enim

Math.

Math.c.7. omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, sed nullus vult sibi rē vendi carius, quam valeat, ergo nullus debet alteri vendere rem carius, quam valeat. S. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. ibi, fraudē adhibere ad hoc, quod aliquid plus iusto pretio vendatur, omnino peccatum est, inquantum aliquis decipit proximum in damnom ipsius, si autem fraus deficit, tunc de emptione & venditione dupliciter loqui possumus, vno modo secundum se, & secundum hoc emptio, & venditio, videtur esse introducta pro communi vtilitate vtriusque, dum scilicet vnus indiget re alterius, & econuerso Arist. 1. Polit. c. 5. uol. 5. quod aūt pro communi utilitate introductum est, non debet esse magis in grauamen unius, quàm alterius, & ideo debet secundum ęqualitatem rei inter eos contractus instirui, quantitas autem rei, quæ in usum hominis uenit, mensuratur secundum precium datum, ad quod est inuentum nomisma, Aristot. 5. Ethic. cap. 5. uolum. 5. & ideo si pretium uel excedat quantitatem valoris rei, vel econuerso res excedat pretium, tolletur iustitiæ æqualitas, & ideo carius vendere, vel vilius emere rem, quam valeat, est secundum se iniustum, & illicitum. Alio modo possumus loqui de emptione, & uenditione, secundum quod per accidens cadit in unhitatem unius, & detrimentum alterius, puta cum aliquis multum indiget habere rem aliquam, & alius læditur si ea caret, & in tali casu iustum pretium erit, ut non solum respiciatur ad rem, quę uenditur, sed ad damnū, quod uenditur ex uenditione incurrit, & sic licite poterit aliquid uēdi plusquam ualeat secundum se, quamuis non uendatur plusquam ualeat habenti. Si uero aliquis multū iuuetur ex re alterius, quam accepit, ille uero, qui uendit, non damnificatur carendo re illa; non debet eam super uendere, quia utilitas quæ alteri accrescit, non est ex uenditione, sed ex cōditione ementis. Nullus autem debet uendere alteri, quod non est suū, licet possit ei uendere damnū quod patitur, ille tamen qui ex re alterius accepta multū iuuatur, potest propria sponte aliquid uendenti supererogare, quod pertinet ad honestum. Non obst. quod secundum leges ciuiles licitum sit contrahentes decipere usque ad dimidiam iusti precij l. 2. C. de resc. uen. resp. quod lex humana populo datur, in quo sunt multi a uirtute deficientes, non autē datur solū uirtuosis, & ideo lex humana non potuit prohibere quicquid est contra uirtutem, sed sufficit ei, ut prohibeat ea, quæ destruunt hominum conuictum, alia uerò habeat quasi licita, non quia ea approbet, sed quia non punit, lex autem diuina nihil impunitum relinquit quod sit uirtuti contrarium, unde secundum Diuinam legem illicitum reputatur, si in emptione & uenditione non sit æqualitas iustitiæ obseruata. Et tenetur ille qui plus habet, recompensare ei qui damnificatus est, si sit notabile damnum quod ideò dicitur quia iustum pretium rerum, non est punctualiter determinatū, sed magis in quadam æstimatione consistit, Ità quod modica additio, uel minutio non uidetur tollere æqualitatem iustitiæ: sit igitur conclusio, quanquam emere quippiam uilius quàm ualeat, & uēdere carius secundum se illicitum, & iniustū sit, potest tamen per accidens secundum conditiones ementis ac uendentis, & illorum indigentiam licite aliquid carius uēdi, ac uilius emi, semper autem peccatū est, ubi aliqua circa hoc fraus contigerit, hæc S. Tho. d. loco Conc. Angel. uer. emptio 7. Armilla nu. 3. Pisan. d. loco §. 1. & seq. Rosella numero 8. Syl. numero 7. & in uers. usura il 7. num. 2. Dom. Sot. de Iust. & iure lib. 6. q. 3. artic. 1. Nau. Man. Confess. c. 23. nu. 77. & seq.

Venditio an reddatur illicita propter defectum rei venditæ. Quæst. XCIX.

NOnagesimonono quęro, utrū uenditio reddatur illicita propter defectū rei uenditę? resp. quod sic, Ambr. lib. 3. c. 11. uolu. 1. de offic. regula iustitiæ manifesta est, quod a uero non declinare uirum deceat bonum, nec damno iniusto afficere quemquam, nec aliquid doli annectere rei suæ S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. dicens, quod circa rem, quæ uenditur, triplex defectus cōsiderari potest, unus quidem secundū speciem rei, & hunc quidem defectū, si uēditor cognoscat in re, quam uēdit, fraudem committit in uenditione, unde uenditio illicita redditur, & hoc est, quod dicitur contra quosdam Isa. 1. Argentum tuum uersum est in scoria, uinum tuum mixtū est aqua, quod enim permistū est, patitur defectum, quantum ad speciem. Alius autem defectus est secundum quantitatem, quæ per mensuram cognoscitur. Et ideo si scienter quis utatur deficienti mensura in uendendo, fraudem committit, & est illicita uenditio, unde dicitur Deuter. 25. non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus, nec erit in domo tua modius, maior, & minor, & postea subditur, abominabitur enim dominus eum qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Tertius defectus est ex parte qualitatis, puta si aliquod animal infirmum uendat quasi sanū, quod si qui scienter fecerit, fraudē committit in uenditione, unde est illicita uenditio, & in omnibus talibus, non solum aliquis peccat, iniustam uenditionem faciendo, sed etiam ad restitutionē tenetur, si uero eo ignorante aliquis prædictorū defectuum in re uenditia fuerit, uenditor quidem nō peccat, quia facit iniustū materialiter, nec eius operatio est iniusta, tenetur tamen cū ad eius notitiam peruenerit damnum recompensare emptori, & q̄ dictū est de uenditore, etiam intelligendū est ex parte emptoris. Contingit enim quandoque uēditorē credere rem suam esse minus preciosam, quantum ad speciem, sicut si aliquis uendat aurū loco orichalci, emptor si id cognoscat, iniuste emit, & ad restitutionem tenetur, & eadem ratio est, de defectū qualitatis, & quantitatis, sit igitur conclusio: quod uendere, & emere rem unam pro alia, uel non in debita mensura, ac rei qualitate illicitum est, S. Th. d. loco conc. Dom. Sot. de iust. & iure q. 3. art. 2. Pis. uer. uenditio §. 3. Rosella uer. emptio nu. 14. Sy. nu. 20. & ver. usura il 2. nu. 8. Nauar. Man. confess. c. 23. nu. 89.

Venditor an teneatur dicere vitium rei vendita.
Quæst. C.

CEntesimo quæro, vtrum venditor teneatur dicere vitiũ rei venditę? Respondetur, quod sic Ambr. lib. 3. c. 10. de offic. vol. 1. dicit in contractibus vitia eorum, quæ veneunt, prodi iubentur, ac nisi intimauerit vẽditor, quamuis in ius emptoris transierint, doli actione vacuantur S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 3. dicens, quod dare alicui occasionem periculi, vel dãni, semper est illicitum, quamuis nõ sit necessarium, quod homo alteri semper det auxilium, vel consilium pertinens ad eius qualemcunque promptionem. Sed hoc solum est necessarium in aliquo casu determinato, puta cum alius eius curæ subditur, vel cũ non potest ei per alium subueniri. Venditor autem qui rem vendendam proponit, ex hoc ipso dat emptori damni, vel periculi occasionem, quod rem vitiosam ei offert, si ex eius vitio damnum vel periculum incurrere possit. Damnum quidẽ si propter eiusmodi vitiũ, res quæ vendenda proponitur, minoris sit pretij, ipse vero propter huiusmodi vitium nihil de pretio subtrahat. Periculũ autem si propter huiusmodi vitium vsus rei reddatur impeditus vel noxius, puta si aliquis alicui vendat equum claudicantem pro veloci, vel ruinosam domum pro firma, vel cibum corruptum siuè venenosum pro bono. Vnde si huiusmodi uitia sint occulta, & ipse non detegat erit illicita, & dolosa venditio, & tenetur uenditor ad damni recõpensationem. Si uero uitium sit manifestum, puta si equus sit monoculus, vel cum usus rei, & si non competat venditori, potest tamẽ esse conueniens alijs. & ipse propter huiusmodi uitium, subtrahat quantum oportet de pretio, non tenetur ad manifestandum uitium rei, quia forte propter huiusmodi vitium emptor vellet plus subtrahi de pretio, quam esset subtrahendum. unde potest licitè venditor indemnitati suæ consulere, uitium rei reticendo; conclusio sit igitur: quod potest nonnumquam venditor indemnitati suæ consulendo, rei occultum uitium tacere, dummodo in damnum, seu periculum nõ reuertatur emptoris, præcipue si uitia sint occulta, hæc. S. Thom. d. loco Conc. Dom. Sot. de iust. & iure libro 6. q. 3. art. 2. Ang. uer. emptio num. 8. Armil. nu. 17. Pisan. §. 5. Rosella ver. emptio nu. 19. Syl. nu. 12. Tab. nu. 12. Caiet. ver. empt. il 2. & versic. venditio Nau. Man. conf. c. 23. nu. 89.

Emptio & venditio, quibus ex causis reddatur illicita. *Quæst.* C I.

CEntesimoprimo quæro, quot modis emptio reddatur illicita? Resp. Pluribus modis primo ratione finis, cũ quis carius vẽdere cupit quam emit & lucrum quærit quasi finẽ, non autem quasi stipendium sui laboris, S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. Armilla ver. emptio nu. 25. Pisan. d. loco §. 2. Rosella nu. 10. Sylu. nu. 10. ver. vsura il 2. & ver. emptio nu. 15. Caiet. ver. emptio in princ. secũdo ex fraude iusti pretij, vt si quis cognoscens preciosam gemmam de manu rustici nõ cognoscentis quid habet, emat vno carlino, nam voluntaria commutatio ex nostra prouenit. Tertio ex defectu rei in substãtia, quantitate, aut qualitate, vt si quis ab ignorante emeret quasi orichalcũ aurum, aut in magno põdere pro paruo, aut quasi vitiosam rem cũ esset absque vitio, quarto ex anticipata solutione, vt si quis minoris emit, quia prius soluit, quinto ex pacto de re reuendẽdo, & quandoq; & cũ pacto de locãdo vẽditori sub annuo censu moderato, si pretiũ quo emitur, minus est quam res valet, habet n. tunc speciẽ mutui palliati sub noĩe emptionis & vsuræ palliatæ, & sub nomine census, sexto ex Monopolio augumẽtatiuo pretij, nã & Monopoliũ est prohibitũ, & quantũ de pretio augetur ex monopolio, tantũ iniquitatis apponitur pretio. Septimo ex tẽporis expectatione, vt si pluris vẽdat quã valeat, quia nõ nunc, sed post annum pretiũ expectat. Octauo ex loco, vel tẽpore prohibitis, vt sunt tẽpus sacrũ, & locus sacer, Diebus namq; festis Deo dicatis nõ licet vendere, nisi ad minutum quæ ad cibum, & potum, ac medicinam, vel articulũ aliquẽ occurrentis necessitatis necessaria sunt, in loco tamen sacro possent vendi candelæ ad vsum Ecclesię destinatę, Sylu. ver. emptio num. 19. Nono quando venditur vna res pro alia. Armilla ver. emptio num. 16. Syl. d. loco num. 9. Decimo qui vendit arma ei, quem scit esse iniustũ. Vndecimo qui tempore messis, aut vindemiæ tã immoderatè triticũ, aut vinum, quod postea carius vẽderet emit, vt caritatẽ inducat ca. quicunque 14. q. 4. Duodecimo qui vẽdit infidelibus res vetitas in bulla cenæ Domini, vt ad terras transportentur eorum. Decimotertio, qui emit hominem liberum non constitutum in extrema necessitate. Decimoquarto si proxeneta aliquid ad vẽdendum accipit, & sibi partem pretij sibi non debitam, retinet, Nau. Man. cõfess. c. 23. nu. 97. Decimoquinto redditur illicita, quando in ea quis vtitur mendacio, vel periurio, Rayn. ver. venditio c. 3. Decimosexto ratione personæ, vt si emptio, & venditio fieret a clerico, vel monacho, quibus interdicitur negociatio, toto titulo ne clerici, vel monaci. Decimoseptimo ratione rei prohibitæ vendi, l. diuina, vel positiua, de quibus dicemus inferius, cum de simonia tractabimus.

Commodatum quando dicatur illicitum.
Quæst. C I I.

CEntesimosecundo quæro, quibus ex causis cõmodatum illicitum reddatur? Resp. pluribus modis. Primo quando commodatarius ad præfinitum tempus non reddit, aut deterius factum sua culpa, etiam leuissima reddit, quo commodans nõ fuit contentus, c. 1. de commodato. Secundo quando commodans ante tempus constitutum a commodatario, contra suam voluntatem, & cum eius damno repetit, l. in cõmodato, §. sicut, ff. commod. Tertio si commodatarius in alium vsum, quã concessum commodato vtitur, Nau. Man. cõfess. c. 17. nu. 182. & seq. vt cum sibi commodatus est equus

vt iret

veniret in villam, & ipse duxerit in bellū. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 6. §. 4. Ang. ver. commodatum. nu. 4. & seq. Armil. [illegible] nu. 10. Pisan. ver. commodatum, §. quis [illegible] commodauit. Quarto tenetur commodans commodatario, si ei sciēter commodauit vasa vitiosa propter quam causam vinum, & oleum effusum fuit, Pis. d. loco, §. 6. Ros. ver. commodatum, nu. 8. Syl. [illegible] d. loco [illegible].

Donatio quibus ex causis reddatur illicita. *Quæst.* CIII.

CEntesimotertio quæro, quibus ex causis donatio reddatur illicita? Resp. pluribus modis, & primo si debitor donauerit libere creditori mutuā [illegible] animum redditur nulla, & quicquid sub hac spe ita receptum fuerit [illegible] restituendum doct. com. c. consuluit, de vsur. Laur. de [illegible] de vsur. 2. p. q. [illegible] nu. 20. glo. [illegible] de simo. Iaco. Alm. 4. sent. dist. 15. q. 2. secundo redditur illicita donatio ob turpem causam, tertio si [illegible] ab eo qui donare non potest, [illegible] [illegible] habens bona vltra dotem, & Monachus, Pupillus, Furiosus, prodigus, nec persona Ecclesiastica de rebus immobilibus Ecclesiæ, Nau. Man. confess. cap. 17. nume. 105. quarto qui recipit aliquid notabile pro se sciens alienum esse, Nau. d. loco, nu. 196.

Fideiussor an pro fideiussione aliquid accipere possit. *Quæst.* CIIII.

CEntesimoquarto quæro, si ego rogatus ab illo qui vult accipere sub vsuris fideiuber, siue promitto pro ipso ad hoc, vt mitiores vsuræ exigantur, nunquid hoc casu possim accipiere aliquid ab eo? Resp. quod non, quia sic essem particeps vsuræ, in ea parte quam recipio: accessoriū enim sequitur naturam sui principalis, sicut enim non licet pro mutuo aliquid accipere, ita nec pro fideiussione, vel obligatione quæ succedit loco eius: videtur enim pecuniam manu breui, idest quodam veloci intellectuali transitu mutuata fideiussori, & à fideiussore debitori, vel etiam sine hoc ipsa fideiussio non est, nisi propter mutuum, & sic accedit ad illud, & sequitur eius naturam, non obst. quod fideiussor incurrit periculum, si debitor efficiatur non soluendo, quia & hoc periculum incurrit etiā ipse principalis creditor, & propter hoc nō potest aliquid vltra sortem recipere, immo non tantum propter hoc periculum, sed etiam si cum hoc accipiat in se periculum nauigationis, vel itinerationis propter hoc non potest aliquid vltra sortem recipere cap. nauiganti, de vsuris, ergo multo minus ipse fideiussor accessorius, Pisan. versi. vsura, il 1. §. sed quid si ego, S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 7. §. 45. potest tamen fideiussor aliquid recipere à debitore, sine vsura, & ratione fideiussionis pro labore. si vero aliquid accipiatur ratione facti, nullo extante periculo, vel labore est iniquum, & contra charitatem, & multo magis si fraus, vel dolus interueniat, vt si cōueniatur cum aliquo, ne credat debitori, nisi quis fideiubeat, & sic lucretur, & vtroque casu restituere tenetur, Sylu. ver. fideiussor, nu. 14. ver. vsura, il 4. nu. 29. Arm. ver. fideiussor, nu. 15. Ang. d. loco, num. 20. Tab. versic. fideiussor. numer. 17. quid autem erit dicendum, si fideiussor soluerit creditori capitale, & vsuras, an à debitore illas repetere possit? Respond quod sic, ita Syl. d. loco, nume. 11. & doct. com. supra citati, & hoc maxime in foro conscientiæ.

Locatio quibus ex causis reddatur illicita. *Quæst.* CV.

CEntesimoquinto quæro, quibus ea causis locatio reddatur illicita? Resp. pluribus. Primo si quis locauerit rem, quam æstimat cū pacto, quod qualitercūque perdatur, seu deterioretur, vult precium rei suæ recuperare cū aliquo lucro, eo enim casu dicitur contractus vsurarius. Bar. l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. Ang. ver. vsura, il 1. nu. 73. Secūdo redditur illicita locatio ijsdem modis quibus illicita redditur venditio, de qua dictum est supertus. Tertio de operario, qui conductus à diatim fideliter non laborat ob quod conductor notabiliter damnificatur cū obligatione damnum arbitrio boni viri satisfaciendi. Quarto quando dolo, vel culpa quis infert notabile damnum rei conductæ, & non vult satisfacere, nam eo casu, proculdubio tenetur, Nau. Man. confess. capit. 17. nu. 196. & seq. Quinto si res Ecclesiæ locantur vltra triennium absque beneplacito Apostolico, ea trau. ambitiosæ de rebus Eccl. non alien. Sexto si sacerdos locaret operas suas pro diuinis officijs dicendis, c. cum ecclesiæ, de simonia, Ang. ver. locatio, nu. 6. Septimo quādo interuenit vsura, ut quia conductor ante tempus soluit pensionem, solū habitu respectu ad præuentionem temporis, uel mutui minuit pensionem, & est usure tenetur, Angel. uersic. locatio, nume. 22. Armil. de his, uersic. locatio, numer. 4. & numer. 13. Pis. d. loco, §. fi. Rosella d. loco, nume. 24. Syl. d. loco, nu. 18. Tab. nu. 4. nu. 5. & nu. 21. quæ omnia extendere poteris ad feudum, & emphyteusim.

Mons pietatis an sit licitus. *Quæst.* CVI.

CEntensimosexto quæro, utrum mons pietatis sit licitus? Resp. quod si sit erectus hoc modo dicitur licitus, uidelicet aliquis opulentus deputat aliquam quantitatem tritici, uel pecuniarū ad mutuandum quotannis pauperibus pignoribus ab eis acceptis, qui pro quantitate accepta, & pro tempore, quo eam non soluerint, exiguum aliquid singulis mensibus soluant, pro victu, & salario eorum, qui habebunt curam dictum triticū, aut peniā custodiendi, mutuandi, recuperandi, & restituendi pignora tempore opportuno, Nau. Man. confess. c. 17. nu. 213. est enim mons pietatis pecunia ea priuatorum eleemosynis, siue ex aliqua Repub. coaceruata in unū cumulū, perpetuo ad usum pauperum deputata, ut eis mutuo detur sub leui fœnore ad euitandas graues, & præfocantes usuras

Iudæorum, in quo certi publici viri ad illam custodiendam præponuntur, qui tenentur stare parati ad mutuandum pauperibus sub pignore sub periculo custodiendo in domo conducta, vt post annũ in defectum solutionis venderetur, & superfluum venditori restitueretur deducta sorte, & vsura, seu pensione. puta vnius denarij pro libra in singulos menses, idque pro sumptibus custodum, & ministrorum, & pro refectione damnorum, quę interdum solent imminere, ne sors deperiret, sed conseruaretur in vsum futurorum pauperum, Io. Bapt. Lupus, c, nauigant. in tract. de vsur. §. 3. nume. 81. Quod genus montis licitum est, & approbatum à Leone Decimo, in Concil. Lateran. sess. 10. Paul. II, Sixt. IIII. Innoc. VIII. Iul. II. PP. MM. quicquid dicatur in contrariũ, Caie. de Mõte Piet. Dom. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 1. art. 6. Syl. ver. vsura, il 2. nu. 4.

Vsuram an committat, qui coactus à Principe mutuare, aliquid accepit. Quæst. CVII.

CEntesimoseptimo quæro, vtrũ committatur vsura quando ciues compelluntur à Principe mutuare dando aliquid vltra sortem? Resp. quod si Princeps, vel Respub. valeant se quandocunque ab illo debito eximere, adeò vt ciues non possint ad libitum repetere, licitum esset ad redimendum vexationem aliquid vltra sortem accipere secundum com. opin. doct. l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide Cath. Alex. l. item, §. 1. nu. 2. de pact. Abb. cap. in ciu. de vsur. Lauren. de Rodulph. cap. cõsuluit, p. 3. nu. 5. Lapus alleg. 137. Syl. versi. vsura, il 5. nu. 1. Tab. d. loco, vers. 14. decis. Pedemont. 95. nu. 30. crederem tamen quod si Respublic. vel Princeps essent in tali necessitate constituti, in qua ciues tenerentur ei succurrere, tũc tuta concientia nihil ultra sortem consequi possent, & ita potest procedere opinio huic contraria, San. Anton. 2. titu. 1. c. 10. §. 5. Nau. Man. confess. ca. 17. in fine.

Pignus quot modis reddatur illicitum. Quæst. CVIII.

CEntesimooctauo quæro, quot modis pignus reddatur illicitũ? Resp. Pluribus modis. primo si quis in mutuando pecuniam, recipit aliquid in pignus mobile, uel immobile, si intendit recipere illud non ad sui securitatem, sed ad sui utilitatem, & ex usu illius pignoris percipiendo fructus, usuram committit, & tenetur restituere seu compensare in sortem S. Anto. 2. p. tit. 1. ca. 6. §. 25. Armilla uer. usura nu. 32. tab. uer. usura il 4. nume. 1. Nau. Man. Confess. c. 17. nu. 216. l. si pignore. ff. de furt. not. c. 1. deposit. Armilla uer. pignus nu. 6. ubi Ang. nu. 11. Secundo mutuans alicui super pignore cum pacto quod habeat duo uel tria pro centenario, ratione custodiæ pignoris, usura est. quoniá lucrum uult principaliter ex mutuo, potest tamen se seruare indemnem ex pignore, ut tantũ habeat quantum circa rem pignoratam bona fide expendit Armil. uer. usura nu. 7. tertio si creditor, seu mutuans scit debitorem non posse in termino conuento restituere pretium, & apponatur pactum quod non restituendo pignus, quod plus ualet, transeat in mutuantem, nã eo casu in fraudem usurarũ censetur pactum appositum, S. Ant. 2. p. ti. 1. c. 6. §. 16. Armilla uer. usura nu. 31. Syl. uer. usura in 3. num. 1. Tab. d. loco. uer. 4. nu. 3. Nau. Man. confess. ca. 17. nu. 2. 7. Quarto quãdo creditor dolo, uel culpa pignus perire sinit, uel damnificari, & non uult resarcire damnum. gl. l. si creditor. C. de pig. act. Quinto qui res sacras pignorat, nisi id fieret ex magna necessitate leg. sancimus. C. de sacrosanct. Eccl. d. 1. de pign. cap. aurum 12. q. 2. Nau. Man. confess. cap. 17. nume. 205. Armilla versi. pign. nu. 2. Tab. uer. pignus nu. 3. Prian. d. loco uer. quę res. Rosella d. loco nu. 3. Ang. nu. 2.

Permutatio quibus ex causis reddatur illicita. Quæst. CIX.

CEntesimonono quæro, quibus ex causis permutatio reddatur illicita? Resp. pluribus, Primo quando non fit recompensatio æqualis inter dantem, & accipientem Rosella uersic. usura il 6. nu. 2. Secundo cum fit permutatio beneficij absque auctoritate superioris, Syluestr. uersi. permutatio numer. 2. Tertio si permutatio fiat rei temporalis, cum spirituali, Syl. uer. permutatio il 2. numero sexto Caiet. uersi. permutatio, per totum Armil. d. loco nu. 1. Ang. uer. permutatio nume. 3. Prian. d. loco. Rosella d. loco.

Societas quot modis reddatur illicita. Quæst. CX.

CEntesimo decimo quęro, quot modis societas reddatur illicita? Resp. pluribus modis. Primo quãdo negociatio est illicita c. 1 uestras de dona. inter uir. & uxor. Secundo quando pecunia non subiaceat periculo eam conferentis, hoc est ut si pereat tota, illi pereat gl. c. pleriq; 14. q. 3. Tertio quando æqualitas non seruatur, & pro quantitate partium collatarum lucrum non diuiditur. leg. si non fuerit. ff. pro socio. Nau. Man. Confess. cap. 17. nume. 251. quod autem sit usuraria quando periculum ad unum ex socijs tantum pertinet Abb. ca. nauigant. nu. 11. de usur. Bal. l. 1. q. 9. C. pro socio Abb. consi. 114. uolu. 2. Rom. consi. 238. Dec. cons. 123. Lau. de Rodulph. trac. de usur. 2. p. q. 19. num. 33. Syl. uer. societas nu. 2. Anto. 2. p. ti. 5. c. 7. §. 37. S. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 5. Corrad. de cõtr. q. 97. Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. Caiet. uersic. societas Syl. d. loco nu. 7. Angel. nu. 5. ex quibus ita generaliter positis infertur. Primo quod si quis ponat in societate operas suas, alius scutos 100. ad tertiam partem lucri, & damni, idest ad lucrũ & damnum quinquaginta, & quinquaginta remaneant usurarius est, quia ex parte pecuniæ, quæ remanet salua, est mutuum cũ lucro. Secundo infertur quod si capitale perdatur post operas præstitas, damnũ erit propriũ ponentis, quia ex pecunia & industria

conferatur vnum tantum. Tertio infertur, quod si damnum euenerit personę vt puta quia defenden do pecunias fuerit vulneratus, tale damnū erit cōmune, & alter socius tenetur cōtribuere expensas l.cum duobus.§.quidam.ff.pro socio. hæc Syluest. & Angel.versic.societas:lucrum, igitur & damnū in societate erit conferendum iuxta quantitatem pecuniæ, & qualitatem operæ arbitrio boni viri iu dicandam.

Soccida quibus ex causis reddatur illicita. Quæst. C X I.

Centesimo vndecimo quæro, quibus ex causis soccida animalium reddatur illicita? Respo. quod si pecora tradita stent periculo tradentis, nō potest ibi esse vsura, si etiā neutra pars arbitrio boni viri grauetur non potest ibi esse iniustitia, & consequenter nec peccatum, Sylu.versic. societas il 2. ex quo sequitur, quod quando quis dat alicui peco ra cum pacto, quod prius percipiat fructus omnes ipsarum quousq; consequatur totum suum capitale, & postea pecora sint communia, erit contractus licitus; quia dum percipit fructus, eius periculo pe rire posset. Laur.de Rodulph. tract.de vsur. p.2.q. 22.nu.36.Amb.c.salubriter nume. 178.de vsur.S. Ant.2.p.tit.1.c.6.§. 39.& dum ipse habet capitale alter lucratur oues, regulatur autem huiuscemodi contractus secundū naturam præcedentis, de quo per Tab.ver.vsur.il 3.Ang.ver. societas il 2.Pisan. vers. vsura il 2.Rosel.il 3.

Sors quibus ex causis sit firma cum interesse. Quæstio. C X I I.

Centesimo duodecimosecundo quæro, quibus ex causis sors firma remaneat cum interesse? Resp.plurib. qui hisce versib. continentur.

Feuda, fideiussor pro dote stipendia cleri,
Venditio fructus, cui velles iure nocere
Vendens sub dubio pretium post tempora soluens
Pœnam nec in fraudem, lex commissoria gratis.
Dans socijs pompam plus forte, modis datur istis.

Declarantur hi versus hoc pacto videlicet.

Primo feuda quando ecclesia, vel laicus recipit à suo vassallo feudum in pignus c. 1. de feud. Aug. vers.feudum nu.31.

Secundo fideiussor, quando fideiussor soluit, & patitur interesse, c. 1.de fideiussoribus.

Tertio pro dote, quando gener substinet onera matrimonij, c.salubriter, de vsuris.

Quarto stipendia cleri, quando clericus accipit in pignus possessionem ecclesiæ suæ, capit.1.& seq. de vsur.secus si esset in possessione alterius in pignore accepta.

Quinto venditio fructus, quando venduntur fructus ad tempus, capitulo in ciuitate, capitulo si. de vsur.

Sexto cui velles iure nocere, ab hostibus enim possumus omnia iura auferre, capit.ab illo, 4.q.4. cui enim iure bellum indicitur potest mutuari sub vsuris.

Septimo vendens sub dubio, quando volo seruare, vsque ad aliquod tempus, capitulo fin. de vsur.

Octauo pretium post tempora soluens, ratione moræ, capit.peruenit, de fideiuss. cap. conquestus de vsur.

Nono pœnam, nec in fraudem, ratione pœnæ, c. dilecti, de arbitris.

Decimo lex commissoria, cum pacto de retrouendendu, cap.illo, de pig. Abb.ca. ad nostram, de emp.& vend.

Vndecimo gratis, ratione donationis, quando nullum interuenit pactum, nullaq; intentio intercessit, c.de eulogijs, 18.dist.cum similib.

Duodecimo dans socijs ad pompā, quando dat pecunias idem numero restituendas ad ostentationem, S.Th.22.q.78.art.1.ad 6.Tab.ver. vsura, il 1.nume.11.& il 2.per tot.Ang.ver.vsura, il 1.nu. 11.& seq.Arm.ver.vsura.nu.21.& seq.Astens. lib. 3.tit.9.art.4.q.1.& seq.

Restitutio quomodo, cui, & quādo de vsuris acceptis sit facienda. Quæst. C X I I I.

Centesimo decimotertio quæro, quomodo, cui & quando, sit facienda restitutio de his, quæ sub vsuris sunt accepta? Resp. quod vsurarius tene tur restituere vsuras, quia contra iustitiam subtrahuntur, similiter, & fructus rei per usuram subtractæ, si erat lucrosa, non tamen tenetur restituere quicquid lucratus est ex pecunia vsuraria, quia tale lucrum non est ex fructu pecuniæ, sed ex humana industria, & possessio empta ex tali pecunia est res ementis. Tertio tenetur restituere omnia damna, quæ alius propter solutionem vsuræ passus est, vt si propter hoc domum suam vilius vendidit, non tamen tenetur ad interesse lucri cessantis, nam vsurarius si iniuriam passo dat, dat damnum duplici ter, scilicet per se & directe, vt cum inde patitur damnum, ac per accidens ac indirecte, quia scilicet non consequitur lucrum intentum ex pecunia, & tale damnum restituere non tenetur, quando scilicet est rei non lucrosæ, quæ transit in eius dominium alijs commissa, & consequenter est in eius libertate, quod transeat, quia potest eam commiscere, tenetur ergo quis de damno emergente & lucro cessante rei lucrosæ, quæ non transit in eius dominium, pro quosciendum est, quod si res per vsuram subrepta, sit suo vsu consumptibilis, consistens, scili cet in pondere, numero, & mensura vt pecunia, granum, & vinum, & huiusmodi quæ recipiunt functionem in genere suo l. 2.§.1.ff.si cert. pet. & istis dominium trāsfertur, si permista sunt vel consumpta l. nam, & si. ff. si cert.pet.& quicquid lucratus est vsurarius ex istis negotiando non tenetur restituere, si vero sunt res mobiles quæ seruando seruari possunt, scilicet ipso vsu nō consumptibiles vel res immobiles, in his nullo modo transfertur dominium S. Th.2.2.q.78.art.3.nam ex nuda traditione

tione non transfertur dominium l. traditionibus ff. de acq. rerum domin. Syl. u. ver. usura il 6. num. t. dicit hanc esse com. opin. & ex his in quibus non transfertur dominium, si aliquid lucrum captum fuerit negociandu, usurarius tenetur restituere, nisi essent fructus industriales, & quia ex suo proprio super bonis stabilibus melioramenta fecisset. Quarto tenetur restituere quicquid accepit ex usura mentali, non tamen si liberaliter mutuauit, & ei datur aliquid non intuitu mutui, sed gratis, non tenetur restituere Syl. d. loco nu. 3. & sequen. Quinto tenetur restituere etiam hæres usurarij. & talis restitutio hæredi fieri debet, quando ille qui soluit est defunctus, hæc sunt ex mente Syluest. dicto loco Pisan. ver. usura il 6. Rosella il 4. Astens. libr. 3. titu. t 1. arti. 8. & dicam latius infer. cum de restitutione agitur.

Simonia quid sit, & unde dicatur. Quæst. CXIIII.

CEntesimodecimoquarto quæro, quid sit simonia? Resp. simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. & in 4. sent. dist. 25. q. 3. art. t. Alex. de Ales. 2. p. q. 167. memb. 1. & seq S. Ant. 2. p. tit. 1. ca. 5. §. 1. Astens. lib. 6. tit. 55. de sim. in princ Armilla ver. simonia nu. 1. Pisan. il. 1. in princ. Rayn. p. 2. tit. de sim. c. 1. Ros. il 1. num. 1. Syl. ver. simon. nu. 1. Tab. nome. 2. Do. Sot. lib. 9. de. iust. & iure q. 5. art. 1. Caiet. ver. simon. in prin. & dicitur studiosa, hoc est libera, & ex electione procedens voluntas emendi, vel vendendi spirituale pro temporali pretio, & ponitur emptio & venditio pro omni contractu non gratuito, unde nec præbendarum permutatio fieri potest auctoritate partium, neque translatio S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 5. arg. & sic largè accipitur, similiter ponitur emptio, & venditio, quia in his cadit pretium temporale, quod est pecunia, vel quicquid pecunia æstimari potest, siue sint possessiones, siue dignitates temporales, siue quæcunque munera, siue à lingua ut laudes adulationes, preces commendationes, & alia huiusmodi, siue à manu, ut pecuniæ, & quæcunque alia munera, siue ab obsequio, ut seruitia temporalia, quia pro obsequio spirituali præstito ecclesiæ, aliquis cæteris paribus est præferendus, unde Gregor. in registro, de ecclesiasticis utilitatibus, deseruientes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere; item dicitur spirituale in isto casu, quatenus est in ordine ad spiritum sanctum, & gratia spiritus sancti, ut ipsa gratia Dei, dona gratuita, virtutes infusæ; gratiæ gratis datæ, potestas spiritualis, tam ordinis, quam iurisdictionis, & huiusmodi sunt meræ spirituales, res vero spiritualis composita ex spirituali, & corporali, in qua præeminet spirituale tanquam principale, sunt omnia sacramenta ecclesiæ, in quibus sunt aliqua corporalia, quæ ordinantur ad gratiam tanquam causæ instrumentales, idem de consecratione ecclesiæ, benedictione virginum, quæ sunt dispositiua ad gratiam spiritus sancti, res compositæ ex corporali, & spirituali, in qua corporale est principale, ut castrũ, cui est annexum ius patronatus, & calices aurei, & argentei. & istæ ultimæ vẽdi possunt habito respectu tantum ad temporale, non autem ad spirituale, ut dicetur inferius, Primę autem nequaquam, dicitur autẽ simonia à Simone Mago qui emere voluit potestatem spiritualem, ut eam postea venderet Act. Apost. c. 8. Tab. ver. simonia nu. 1. S. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 4.

Simonia quotuplex sit. Quæst. CXV.

CEentesimodecimoquinto quæro, quotuplex sit simonia? Resp. duplex, quædam est interior, siue mentalis, quædam vero exterior, & cõuẽtionalis, simonia mentalis est etiam duplex, quędam, quæ in sola mente & proposito consistit. Alia est mentalis quæ non consistit in solo proposito, sed habet aliquem actum exteriorem, coopertum tamen, & velatum, ut non possit bene agnosci nisi ab operante, ut cum quis seruit temporaliter, aut munus offert pro spirituali consequendo, non tamen declarat suam intentionem, scilicet quod intentione habendi hoc faciat, seu pacto explicito, tunc est simonia non pure mentalis, quia est imperatiua actus exterioris latenter tamen, tales simoniaci peccant mortaliter, non tamen restituere tenẽtur ut dicam inferius: simonia autem exterior, & conuentionalis, in emptione & venditione rei spiritualis consistit, accipiendo large emptionem & venditionem, ut dictum est, & quia emptio, & venditio in tribus consistit, nempe in intentione, & cõuentione, & executione, absq; his tribus simonia non est consumata, Vig. in summa de uirt. uitt. c. 5. §. 7. uers. notandum, & ex his ultimis tribus not. Nau. Man. Confes. c. 23. nu. 102. triplicem esse simoniam, mentalem tantum, conuentionalem tantũ, & realem. simonia mentalis tantum, est simonia mente concepta, citra omnem conuentionem expressam uel tacitam, siue res tradatur siue non, & est duplex, altera quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem. Altera quæ peruenit ad dationem citra omnem conuentionem, quarũ utranque esse peccatũ mortale nulli dubium est, simonia uero conuentionalis tantum, est simonia conuenta expresse, uel tacite nondum tamen ab utraque parte executa. & est duplex, altera ex utraque parte executa, altera ex una tantum, & utraque est peior mentali tantum, simonia realis, est simonia conuenta expresse uel tacite ex utraque parte completa, saltem quo ad aliquam partem promissorum utriusque partis, dicitur (uel tacite) quia interdum fit illa sine uerbis, solis nutib. hæc Nau. d. loco nu. 105. quæ non solum est punibilis in foro interiori, sed etiam in exteriori concor. S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 6. Syl. uer. simon. a nu. 4. & 5. Caiet. in summa uer. simoniam uersic. circa, & dicam infer. de test.

Simonia quot modis committatur. Quæst. CXVI.

CEntesimo decimo sexto quæro, quot modis committatur simonia? resp. tribus modis videlicet munere, hoc est manu rea aliqua tradita, siue mobilis, siue immobilis, lingua, vt laus, adulatio, & preces, vel similia, dummodo pretij ratione habeat, vnde si laus adulatio & preces fuerint non nisi per modum laudis, adulationis, vel precũ quãuis sint nephariæ, & carnales, ac pro indigno ita vt inducat prælatum ad dandum beneficium, & conferendum ordinem, &c. simonia vere, & proprie non incurritur, quãuis crimen aliud incurratur, quia nulla est hic venditio, vel emptio nisi intentio adulantis, vel prælati sit, adulationem vt pretium ponere, committitur quoque tertio loco obsequio nempe quando alicui præstantur seruitia pretio æstimanda causa consequendi aliquod beneficiũ, vel aliud spirituale, Caiet. versic. simonia. Quinto nota de munere quod manu datur, dicetur inferius latius, de precibus adulat. & laudib. & de obsequio seu de seruitio: dicit S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. per c. Saluator. 1. q. 3. vbi Vrban. Papa dicit, quisquis res ecclesiasticas nõ ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel obsequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur simoniacus est, vnde S. Thom. d. loco dicit, quod nomine pecuniæ intelligitur, quodcunque pretium, quod pecunia mensurari potest, manifestũ est autem, quod obsequiũ hominis ad aliquam vtilitatem ordinatur, quæ potest pretio pecuniæ æstimari, vnde pecunia mercede serui conducuntur, & ideo idem est, quod aliquis det rem spiritualem, pro aliquo obsequio temporali exhibito, vel exhibẽdo, ac si daret pro pecunia data, vel promissa, qua illud obsequiũ æstimari posset. similiter autem quod aliquis satisfaciat precibus alicuius ad temporalem gratiã quærendam ordinarũr ad aliquam vtilitatem, quæ potest pecuniæ pretio æstimari, & ideo sicut contrahitur simonia accipiendo pecuniam, vel quamlibet aliam rẽ exteriorem, quod pertinet ad munus à manu ita etiam contrahitur per munus à lingua, vel obsequio hæc S. Thom. d. loco conc. quo ad obsequiũ & seruitia Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 2. art. 2. Syl. ver. simonia Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iure q. 7. art. 3. Angel. versi. simonia il 5. numer. 5. Armilla d. loco nume. 14. S. Ant. 2. p. tit. 1. ca. 5. §. 5. Astens. li. 6. tit. de simonia art. 3. q. 4. Pisan. versi. simonia il 3. numero 11. Ray. d. loco cap. 2. Ros. versicul. simonia il 1. numer. 7. Angel. d. loco il 2. numer. 29. Tab. nu. 62. non obst. quod inquit Gregor. in registro li. 2. c. 57. in princ. ibi ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere, nam Resp. quod si aliquis clericus alicui prælato impendat obsequiũ honestũ ad spiritualia ordinatũ (puta ad ecclesiæ vtilitatem, vel ministrorum eius auxiliũ) ex ipsa deuotione obsequij redditur dignus ecclesiastico beneficio, sicut & ꝓpter alia bona opera, vnde non intelligitur esse munus ab obsequio, & in hoc casu loquitur Greg. si vero sit inhonestũ obsequiũ, vel ad carnalia ordinatũ puta quia seruit prælato ad vtilitatem consanguineorũ suorũ, vel patrimonij sui, vel ad aliquid huiusmodi, erit munus ab obsequio & est simoniacũ S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 1. quod autem lingua hoc est precibus, laudibus, & adulationibus committatur simonia. cum superius relatis conc. Alex. de Ales. 2. p. q. 167. memb. 3. art. 3. Rayn. 2. p. ver. simonia c. 2. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 4 & c. 5. §. 4. Astens. lib. 6. tit. de simonia art. 3. q. 4. Armilla ver. simonia nu. 10. Ros. d. loco il 1. nu. 5. Syl. ver. simonia num. 6. non obst. quod id quod solũ ad preces alicuius fit, gratis fieri videatur, nam Resp. quod munus à lingua dicitur uel ipsa laus pertinens ad fauorem humanũ, qui sub pretio cadit, uel etiam preces ex quibus acquiritur fauor humanus, uel contrariũ euitatur, & ideo si aliquis principaliter hoc intendit, simoniam committit, uidetur autem ad hoc principaliter intẽdere qui preces pro indigno porrectas exaudit, unde ipsũ factũ est simoniacũ. si autem preces pro digno porrigantur, ipsum factũ nõ est simoniacũ, quia subest debita causa ea qua illi, pro quo preces porriguntur, spirituale aliquid confertur, tamen potest esse simonia in intentione, si non attendatur ad dignitatem personæ, sed ad fauorem humanum. si uero aliquis pro se porrigat preces, ut obtineat curam animarum, ex ipsa præsumptione redditur indignus, & sic preces sunt ꝓ indigno, licite tamen potest aliquis, si sit dignus, pro se beneficium ecclesiasticum petere sine cura animarum, S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 5. ad 3.

Simonia an sit peccatum. Quæst. CXVII.

CEntesimo decimoseptimo quæro, utrũ simonia sit peccatũ? Resp. quod sic, & etiam mortale ex suo genere c. qui studet 1. q. 1. Asten. lib. 6. tit. 55. de simon. art. 5. q. 1. Ang. uer. simon. il 3. est enim contra iustitiam, & contra legem diuinam & naturalem Ros. uersi. simonia il 1. numero 1. emere enim aut vendere id quod nullo pretio uendibile est genere suo, mortale crimen est, nam cum sit iustitiæ contrariũ, quæ uirtus Reip. quam maxime necessaria est, fit sub inde, ut sit cõtrarium charitati, in quo ratio sit peccati mortalis crescit etiam uitiositas in hoc, ratione cõtaminatæ religionis Do. Sot. lib. 9. de iust. & iure. q. 5. art. 2. per c. altare 1. q. 3. ibi altare, uel decimas uel spiritum sanctum emere, uel uendere simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat, & dicitur hæresis ad exaggerandum eius grauitatem c. sicut de simonia, S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. dicens quod actus aliquis est malus ex genere, eo quod cadit super materiam indebitam, emptionis autem & uenditionis est materia indebita res spiritualis, triplici ratione, primo quidem, quia res spiritualis nõ potest aliquo terreno pretio compensari, ut de sapientia dicitur Prou. c. 3. pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non ualent comparari. ideo etiam Petrus in ipsa sui radice, simoniacam prauitatem condemnans dixit; pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia

possi-

possidere, Secundo quia id non potest esse debita venditionis materia, cuius venditor non est dominus, prælatus autem ecclesiæ non est dominus spiritualium rerum, sed dispensator Paul. 1. Cor. 4. sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Tertio quia venditio repugnat spiritualium origini, quæ ex gratuita voluntate Dei proueniunt, vnde dominus dicit Math. 10. gratis accepistis, gratis date, & ideo aliquis emendo, vel vendendo rem spiritualem, irreuerentiam exhibet Deo, & rebus diuinis, propter quod peccat peccato irreligiositatis, non obst. quod regnum cœlorum sit venale, Greg. hom. 5. regnum cœlorum tantum valet quantum habes, nam resp. quod regnum cœlorum dicitur emi, dum quis dat quod habet, propter Deum, large sumpto nomine emptionis, secundum quod accipitur pro merito, quod tamen non pertingit ad perfectam rationem emptionis, tum quia non sunt condignæ passiones huius temporis, nec aliqua nostra dona, vel opera ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, Paul. 8. ad Rom. tum quia meritum non consistit principaliter in exteriori dono, vel actu, vel passione, sed in interiori affectu. S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 3. Nõ obst. quod res sacræ commutari possint vt calix cum calice, & sacramentum cum sacramento, vt baptizabo te si me baptizaueris, nam Resp. quod hoc fieri potest, dummodo solius rei valoris habeatur ratio, neque pro consecratione quidquã pendatur, Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 5. art. 2. ad 3. & dicam ego latius inferius suo loco. His ita declaratis notandæ sunt sex conclusiones, & prima nulla res merè spiritualis in ordine ad spiritũ sanctum, vel ad gratiam spiritus sancti licite vendi, vel emi, vel pro corporali commutari potest, quod enim gratis accepistis, gratis date. Secunda sit conclusio, res compositæ ex spirituali, & corporali, in quibus spirituale est principale, nõ possunt absolute emi, vel uendi, ut sacramenta, & huiusmodi, quia unumquodque cum absolute tractatur, censetur tractari, & iudicari secundum principale c. accessorium de reg. iur. 6. Tertia sit conclusio, accipere aliquid temporale pro administratione spiritualium per modum pretij simonia est, sed recipere sponte oblata, secundum ordinationem ecclesiæ, uel consuetudinem approbatã per modũ eleemosinæ, aut stipendij substentationis, & necessitatis, nõ est simonia, neque peccatum ca. qui pro pecunia 1. q. 1. qui enim altari seruit pascatur de ipso 1. Cor. 9. & 1. Tim. 5. Quarta sit concl. locare operas ad exercitia quæ sunt principaliter spiritualia non est licitũ, nisi forte per accidens, est enim locatio quædã species uẽditionis pretio æstimabilis, per accidens tamen licitum esse potest, ex approbata ecclesiæ consuetudine; multi enim sacerdotes locant operas suas ad officiandum per mensem, uel per annum cum stipendio certæ mercedis, quamuis enim nõ liceat operam suam locare ad celebrandũ missam, quia hoc esset locare principaliter spirituale, licet tamen sibi locare libertatem suam, & illud onus per quod subtrahitur ab operibus suis, quod est quid temporale, Quinta cõclu. sit, quod res composita, ex spirituali, & corporali, in qua temporale est principale, absque uitio simoniæ uendi potest, nisi prohibeatur iure positiuo, ut castrum cui annexum est ius patronatus, quod ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia, similiter cruces argenteæ benedictæ, & calices cõsecrati, uẽdi possunt, dum tamen propter ius patronatus consecrationem, aut benedictionem nil exigatur hæc cõcl. quo ad primam manifesta est ex probatione secundæ, quo ad secundam autem partem, scilicet (nisi iure positiuo prohibeatur) patet quia quãtumcunque res, secundum se uenalis sit, si iura disponunt interueniente simoniã erit simonia, non secundũ se, sed quia prohibita, oportet enim parere iuri, de multis enim officijs iura sic disponunt, ut non uendantur, ut de officio œconomi & castaldi, & sic patet ex prædictis simoniam prohiberi à iure diuino & tunc etiam Pontifex posset incidere in illam, quatenus autem est prohibita de iure positiuo tãtum, nequaquam, nam tunc procedit dictum commune quo cauetur coram Pontifice nõ cadere simoniam, sexta sit cõcl. licitum est locare operas in exercitijs rerum compositarum, in quibus principale est corporale, ut patet de officio uicarij, sacristæ, & huiusmodi, quibus dãtur certa stipendia, & possunt in istis interuenire conditiones & pacta de quantitate stipendij, quia de corporali, & uenali opere pactio fit, & non de spirituali iustitia, aut ueritate Viguer. de uirtut. iust. c. 5. §. 6. Caietan. uer. simonia uer. primum est.

Spiritualibus annexa an sint vendibilia.
Quæst. CXVIII.

Centesimo decimooctauo quæro, an liceat pecuniam accipere pro his quę sunt spiritualibus annexa? Resp. quod non, c. si quis obiecerit, 1. q. 3. ibi quisquis horum alterum uendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. Nullus ergo emat ecclesiam, uel prębendam, uel aliud ecclesiasticum, S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. dicens aliquid esse posse annexũ spiritualibus dupliciter. uno modo sicut ex spiritualibus dependens, sicut habere beneficia ecclesiastica, dicitur spiritualibus annexum, quia non competit nisi habenti officiũ clericale, unde huiusmodi nullo modo possunt esse sine spiritualibus, & propter hoc ea nullo modo uendere licet, quia eis uenditis intelliguntur etiam spiritualia venditioni subiecti, quædam autem sunt annexa spiritualibus, inquantum ad spiritualia ordinantur, sicut ius patronatus quod ordinatur ad pręsentandum clericos, ad ecclesiastica beneficia, & uasa sacra, quę ordinantur ad sacramẽtorum vsum: unde huiusmodi non pręsupponunt spiritualia, sed magis ea ordine temporis pręcedunt, & ideo aliquo modo uendi possunt, non autem inquantũ sunt spiritualibus annexa. hęc S. Thom. d. loco conc. Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 7. art. 1. Ex quorum dictis infertur ad plura, & primo quod ius patronatus adhęrens uniuersitati, uendita uniuersitate transit etiam ius patronatus, dummodo ratione iuris patronatus carius non uendatur, S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. dicens

nens ius patronatus per se vendi non posse, neque in feudum dari, sed transit cum vniuersitate bonorum, c. de iure, extra de iure patro. Alex. de Ales 2. part. q. 167. memb. 4. art. 2. §. pen. S. Anto. 2. part. titu. 1. cap. 4. §. 34. Ang. versic. simonia, il 2. num. 28. Tab. d. loco, num. 45. Secundo infertur quod etiam vasa sacra sunt spiritualibus annexa, sicut fini, & ideo eorum consecratio vendi non deberet, tamen pro necessitate ecclesiæ, & pauperum, materia eorum vendi potest, dummodo præmissa oratione prius confringantur, quia post confractionem non intelliguntur esse vasa sacra, sed purum metallum, & hæc confractio fieri deberet, quando vendetentur laycis, vel in casu quo ad vsum profanum venderentur, alias secus, S. Thom. secunda secundæ q. 100. art. 4. ad 2. conc. Alex. de Ales 2. part. q. 167. memb. 2. in fin. Sanctus Anto. 2. par. tit. 1. ca. 4. §. 23. Ang. ver. simonia, il 2. nu. 23. Arm. d. loco, num. 34. Pisan. ver. simonia, il 1. nu. 17. ubi Tab. num. 39. & Rosel. d. loco, il 1. nu. 15. Tertio infertur quod eodé modo vendi potest sepultura, quæ vendi potest ratione materiæ, non autem ratione consecrationis, seu spiritualitatis, Tab. versicu. simonia, nu. 40. declarans S. Tho. in 4. sent. dist. 25. q. 3. ar. 2. & S. Ant. 2. part. tit. 1. cap. 4. §. 22. & S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. vbi dicit quod terram vbi fuit ecclesia vendere licet, & hoc idé videtur sentire Alex. de Ales 2. part. q. 167. memb. 4. art. 1 in fi. Quarto infertur quod licet ius percipiendi decimas, vendi non possit, cum sit quoddam spirituale, possunt tamen vendi fructus ipsarum, qui corporales sunt, Arm. versi. simonia, nu. 39. Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 4. art. 2. Pis. ver. simonia, il 1. nu. 26. Tab. d. loco num. 43. Abb. c. 1. ne prælati vices suas, sicut locari possunt, S. Ant. 2. part. tit. 1. c. 4. §. 14. Quinto infertur quod peccat Episcopus conferens beneficium retentis sibi fructibus Ecclesiæ vacantis, nisi ex rationabili causa partem ipsorum retineret, Pisan. versi. simonia, il 4. in princip. Alex. de Ales 2. part. q. 167. memb. 6. §. pen. Rosel. ver. simonia, il 3. Sylu. d. loco, numer. 14. & Tab. nu. 51. Sexto infertur quod pensio non potest imponi super beneficio de consensu partium tantum, potest tamen gratis remitti, non tamen redimi, sicuti nec etiam imponi absque auctoritate Papæ constituentis, Nauar. Man. Confess. cap. 23. de simonia, nu. 111.

Sacramentorum causa an quicquam recipi possit. Quæst. CXIX.

Centesimo decimonono quæro, utrum semper sit illicitum pro sacramentis pecuniá dare? Resp. quod sic, c. qui pro pecunia, 1. q. 1. ibi qui pro pecunia quenquam cósecrauerit, alienus sit à sacerdotio, Sanctus Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 2. dicens, quod sacramenta nouæ legis sunt maximè spiritualia, inquantum sunt causa spiritualis gratiæ, quæ pretio æstimari nó potest, & eius rationi repugnat, quod non gratuité detur, dispensantur autem sacramenta per Ecclesiæ ministros, quos oportet a populo substentari secundum illud Aposto. 1. ad Cor. 9. nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altari deseruiunt, cú altari participant. sic ergo dicendum est, quod accipere pecuniam pro spirituali sacramentorum gratia, est crimen simoniæ, quod nulla consuetudine potest excusari, quia consuetudo non præiudicat iuri naturali, vel diuino: per pecuniam autem intelligitur omne illud, cuius pretium potest pecunia æstimari, accipere autem aliqua ad substentationem eorum, qui sacramenta ministrant, secundum ordinationem Ecclesiæ, & consuetudines approbatas, non est simonia, neque peccatum, non enim sumitur tanquam pretium mercedis, sed tanquam stipendium necessitatis, vnde illud 1. ad Timoth. 5. qui bené præsunt præsbyteri & c. gl. Aug. lib. de Pastor. c. 2. volum. 9. dicit accipiant substentationem necessitatis a pop. mercedem dispésationis a domino: hæc S. Thom. d. loco, conc. Astens. tit. de simon. art. 3. lib. 6. Tab. ver. simonia, nu. 31. Dom. Sot. libr. 9. de iust. & iur. q. 6. arti. 1. ex quorum dictis infertur, sacramentum baptismi vendi non posse, si tamé esset infans, nec esset qui sciret eum baptizare, nisi qui vellet pecuniam accipere, & infans esset in articulo mortis constitutus, tunc patri licitum esset pecuniam dare ei, cui ex proprio officio incumbit onus baptizandi, sicuti licitum est sacramenta accipere a proprio Parrocho existenti in peccato mortali, eo enim casu quis vtitur iure suo, nec illú inducit ad peccandum, posset tamen licité quis a sacerdote aquam emere, quæ est purum elementum corporale, si autem esset adultus qui baptismum desideraret, & immineret mortis periculum, nec sacerdos vellet eum sine pretio baptizare: deberet, si posset per alium baptizari, quod si non posset ad alium habere recursum, nullo modo deberet pretiú pro baptismo dare, sed potius absque baptismo decedere. Suppleretur enim ei ex baptismo flaminis, quod ei ex sacramento deesset, S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 3. art. 1. Ang. ver. simonia, il 2. nu. 12. Arm. d. loco nu. 20. & Tab. nu. 29. Similiter licitum est pecuniam dare pagano, & infideli, vt se baptizet quando timeret propter paupertatem venire ad finem, si vero non habet voluntatem veniendi, nisi propter cupiditaté, tunc non licet, quia baptismus ei parum prodesset, c. non est, 15. q. 1. Ange. ver. simonia, il 2. nu. 13. Tab, d. loco nu. 30. Armil. ver. simonia, nu. 30. Rosel. d. loco, il 1. num. 19. secundo infertur quod nihil licet recipere pro chrismate etiam habito respectu ad liquorem, quia chrisma inquantum sacramentum est, non solum est spirituale, sed etiam inquantum liquor consecratus. c. placuit, il 2. 1. q. 1. Tab. ver. simonia, num. 36. Tertio infertur, quod sacerdos non potest accipere pecuniam quasi pretium consecrationis Eucharistiæ, aut missæ decantandæ, quia hoc esset simoniacum, sed bene quasi stipendium suæ substentationis, S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 3. Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 4. ar. 1. q. 1. Nau. Man. conf. c. 23. nu. 106. Aug. versi. simonia, il 2. nu. 32. Pis. d. loco, il 1. nu. 12. Ros. vers. simonia, il 3. nu. 20. Quarto infertur quod pecunia non potest exigi ab eo, qui absoluitur, quasi pretium absolutionis, hoc. n. esset simoniacú, sed bene quasi pœna culpæ

dium, S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. Pisan. ver. simonia ꝟ 5. Rof. d. loco ꝟ 4. Sylu. ibidem nume. 11. Quinto eo etiam tenore pro processionibus faciendis in aliquo funere aliquæ eleemosinæ recipiuntur, si autem huiusmodi interueniente pacto facto fiant, aut etiam cum intentione emptionis, vel venditionis simonia esset. vnde illicita esset ordinatio, si in aliqua ecclesia statueretur, quod nõ fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniæ quantitatem, quia per tale statutum præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi: magis autem licita esset ordinatio si statueretur quod omnibus certam eleemosinam dantibus talis honor exhiberetur, quia per hoc non præcluderetur via alijs exhibendi, & propterea prima ordinatio habet speciem exactionis, secunda autem habet speciem gratuitæ recompensationis, S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 2. S. Anto. 2. p. tit. 1. cap. 4. §. 22. Ang. ver. simonia ꝟ 3. nu. 10. Sexto infertur quod ille cui committitur spiritualis potestas ex officio obligatur ad vsum potestatis sibi commissæ in spiritualium dispensatione, & etiam pro sua substentatione statuta stipendia habet ex redditib. ecclesiæ, & ideo si aliquid acciperet pro vsu spiritualis potestatis, non intelligeretur locare operas suas, quas ex debito suscepti officij deberet impendere, sed intelligeretur vendere ipsum spiritualis gratiæ vsum, et propter hoc non licet pro quacumque dispensatio ne aliquid accipere, nec etiam pro hoc quod vicea suas committant, nec etiam pro hoc quod subditos suos corrigant, vel à corrigendo desistant, licet tamen eis accipere procurationes, quando subditos visitant, non quasi pretium correptionis, sed quasi debitum stipendium, S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 3. Pisan. ver. simonia ꝟ 1. nu. 8. Rof. d. loco ꝟ 1. nu. 11. Tab. ibidem nu. 14. S. Anto. 2. p. tit. 1. c. 4. §. 17. Septimo infertur, quod ille qui habet scientiã, & non sufficit cum hoc officium, ex quo obligetur alijs vsum scientiæ impendere licitè potest pretiũ suæ doctrinæ vel consilij accipere, nun quasi veritatem, aut scientiam vendens, sed quasi operas suas locans. si autem ex officio ad hoc teneretur, intelligeretur, ipsam vendere veritatem, vnde grauiter peccaret, non tamen peccato simoniæ nisi scientia illa sustlet in ordine ad spiritualia non autẽ in scientijs naturalibus, Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iure art. 2. q. 5. Octauo infertur, quod pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere, vel accipere quasi pretium, licet tamen monasterium sit tenue, quod nõ sufficiat ad tot personas nutriẽdas, gratis quidẽ ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterio fuerit recipienda, si ad hoc non sufficiant monasterij opes. similiter etiam licitum est, si propter deuotionem quam aliquis ad monasterium ostendit, largas eleemosinas faciendo, facilius in monasteriu recipiatur, sicut etiam licitum est aliquem econuerso prouocare ad deuotionem monasterij per temporalia beneficia, vt ex hoc inclinetur ad monasterij ingressum, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare, vel recipere pro ingressu monasterij c. quam pio 1. q. 2. S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iure q. 6. ar. 2. Alex. de Ales 2. p. q. 167. mẽb. 6. in fine S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 4. §. 18. Asten. lib. 6. tit. de sim. art. 3. q. 6. & seq. Ange. ver. simonia ꝟ 2. nu. 20. idem d. loco ꝟ 4. Armilla nu. 50. Pisan. ver. simo. ꝟ 6 Rof. d. loco ꝟ 5. Sylu. nu. 14. & Tab. nu. 65. Nono infertur circa collationem beneficiorum, quod si Episcopus antequam beneficium alicui conferat ob aliquam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus beneficij conferendi, & in pios vsus expendendum; non est illicitum, si vero ab eo cui beneficium confert, requirat aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem est ac si aliquod munus ab eo exigeret, & non caret vitio simonię S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. S. Ant. 2. part. tit. 1. cap. 4. §. 21. Ang. ver. simonia ꝟ 6. num. 2. Armilla nu. 60. Pisan. ꝟ 3. per totum. Rosella ver. simonia ꝟ 1 nu. 18. Rof. d. loco ꝟ 2. Sylu. nu. 13. idem est si ratione inuestituræ aliquid recipiatur, nisi Episcopus pro substentatione sui reciperet in casu quo redditus & prouentus Episcopatus non sufficerẽt, Ang. ver. simonia ꝟ 3. nu. 44. Armilla d. loco nu. 44. & Tab. nu. 50. idem est de renunciatione beneficij, vt detur alteri S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 4. §. 11. similiter si aliquis dat beneficium ecclesiasticum alicui hoc pacto vel intentione, vt ex inde suis consanguineis prouideat; est manifesta simonia, S. Th. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 2. Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 4. art. 2. Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iure q. 7. ar. 3. sicuti etiam simoniam committit ille, qui accipit custodiam alieni beneficij cum pacto, vt postea cedat alteri, quod dicitur retineri in confidentia Nauar. Man. Confe. c. 23. nu. 109. vt constat ex Extrauag. Pij IIII. & Pij V. eodem modo dicitur committere simoniam qui permutat ecclesiastica beneficia auctoritate partium, non autem superiorum, sicut neque transactio: potest tamen prælatus ex officio suo permutationes huiusmodi facere pro causa vtili, vel necessaria S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 5. S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 4. §. 8. Armilla ver. simon. nu. 37. vbi Tab. num. 41. Dom. Sot. lib. 9. de iust. & iure q. 7. arti. 3. Decimo infertur, quod præsbyter qui vendit officium portandi aquam benedictam, si vendit emolumentum sibi ex consuetudine proueniens consueta, licitè facere potest, si vero vendit officium benedicendi secus Tab. ver. simonia nu. 56. Vndecimo infertur, quod fit simonia ex pacto dare aliquid pro benedicendis vestibus c. sicut ꝟ 3. de simonia Tabie. versi. simonia nu. 59. similiter & pro consecrandis ecclesijs pro quibus permittitur procuratio moderata Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 3. art. 1. Asten. lib. 6. tit. 5. de simonia art. 3. q. 4. item dicendum est quod antequam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel quacunque dignitate, vel præbenda per electionem, vel prouisionem, seu collationem simoniacum esse aduersantium obstacula redimere, sic enim per pecuniam pararet sibi viam ad rem spiritualem obtinendam, sed postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam, iniusta impedimenta remouere Sanctus Thomas secunda secundæ quæst. 100. art. 2. ad 5. Alexan. de Ales 2. part. q. 167. memb. 6. si verò Episcopus recipiat pecuniã, ne aliquem simoniacæ confirmet, & propter hoc

non confirmat, vel non promouet, simoniacus est Episcopus recipiens, non autem dãs, Arm. ver. simoniam num. 36. Duodecimo infertur quod dare vel accipere aliquid superiori, vt seruet iustitiã in causa spirituali, & iurisdictione ecclesiastica simonia est S. Ant, 2. p. tit. 1. ca. 4. §. 18. Angel. ver. simonia il 3, nu. 28. Pisan, d. loco il 1, nu. 22, Tab. ver. simonia nu. 49. similiter testificari per pecuniam de re spirituali simonia est San. Ant. d. §. 17, Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 4. art. 3, Decimo tertio infertur, q͠d notarius qui est salariatus de publico, nihil pōst recipere pro litteris testimonialibus & dimissorijs, secus si nō sit salariatus, nam licitè pro suo labore aliquã iustã mecedem recipere poterit qnę hodie taxatã est ad decimã partem auri à Tridentino Concil. Tab. ver. simonia nu. 35, Decimoquarto infertur simoniacum esse occultare peccatum alicuius pro pecunia, quando ad eius officium pertinet illud reuelare. cap. nemo de simon. quod procedit, quãdo respicit causam spiritualem alias non. Ang. ver. simonia il 3. num. 29. Alex. de Ales 2. q. 167. memb. 6. in princ. Decimoquinto infertur, quod ante collationẽ ordinis, vel beneficij nihil potest promitti, post ordinationẽ vero, & electionem fieri potest promissio, dūmodo antea non fuerit talis intentio S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 12. Decimosexto infertur, quod dantes aliquid Episcopo, vel alteri sacerdoti, vt possint in Episcopatu & parochia quęstuare, simoniaci sunt, & maxime recipientes Ang. ver. simonia il 3. no. 8. Decimoseptimo canonici qui intersunt horis causa lucri tãtum simoniaci sunt Ang. ver. simonia il 3. nu. 12. Armil la nu. 20. Tab. nu. 53. & seq.

Simoniaci an teneantur restituere, quod acquisierunt per simoniam. Quæst. CXXI.

CEntesimo vigesimoptimo quæro, an simoniaci restituere teneātur, quod per simoniã adepti sunt? Resp. quod sic not. c. si quis Episcopus 1. q. 1. ibi qui ordinatus est, nihil ex ordinatione vel prumotione, quę est per negationem facta proficiat, sed sit alienus à dignitate, vel solicitudine quã pecunijs acquisiuit S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. dicēs quod nullus potest licitè retinere id quod contra voluntatem domini acquisiuit, puta si aliquis dispensator de rebus Domini sui daret alicui contra voluntatem, & ordinationem domini sui, ille qui acciperet licite retinere nō posset, Dominus autem, cuius ecclesiarum prælati sunt dispensatores, & ministri, ordinauit, vt spiritualia gratis darētur secundũ illud Math. 10. gratis accepistis, gratis date, & ideo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque assequitur, ea licitè retinere non potest, insuper autẽ simoniaci tam vendentes, quàm ementes spiritualia, aut etiã mediatores alijs pœnis puniuntur, scilicet infamia, & depositione, si sint clerici, & excommunicatione si sint layci c. si quis Episcopus, 1. q. 1. Astens. li. 6. tit. 55. ar. 5. cui autem fie ri debeat restitutio muneris simoniace accepti? Resp. secundum omnes, quod nō debet dari ei qui dedit, quia ille turpiter dedit, sed debet dari illi ecclesię, in cuius contumeliam data est, ita tamen quod nullum reportet commodum ille qui dedit, quod si fuerit casus, vt ecclesiæ restitui nō debeat detur pauperibus, San. Ant. 2. par. tit. 1, cap. 5. §. 7. Ang. ver. simonia. il 7. Arm, nu. 58. Syl. d. loco, nu. 20. Tab. nu. 76. Dom. Sot. lib. 9, de iust. & iur. q. 8. art. 1. nec sufficit resignare beneficium nisi restituantur fructus, Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 5. Vig. de virt, iust. c. 5. §. 7. restitutio autem obligat solum conuentionales, non autem mentales, qui tantum tenentur de peccato commissu pœnitere, S. Tho. 2. 2. q. 100, art. 6. ad 6. c. fin. de simo. ratio autem differentię commonis quare vsurarius mentalis teneatur restituere, nō autem simoniacus mentalis, quia ea quæ dantur in sim. mentali dantur mere, libere, & voluntarie, ideo non fit iniuria danti. Secus in vsura mentali quo casu vsurarius coacte soluit, Vig. de virt. iust. c. 5. §. 6. quicquid dicat Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 8 art. 1.

Temporalia quibus rationibus pro spiritualibus accipiantur. Quæst. CXXII.

CEntesimo vigesimo secūdo quæro, quomodo, & quando temporalia possint dari & recipi pro spiritualibus, & quomodo nō? Resp. pluribus rationibus. Primo ratione pręmiationis, qui enim vult consequi remissionem culpę debet pecunias, & alias eleemosinas dare, Dan. 4. peccata tua eleemosinis redime, & secundum hoc regnum Dei venale dicitur. Secūdo ratione substentationis, sicut sacerdos pro missa, quam dicit, accipit pecuniam, vel præbendam non ratione sacrificij, sed quasi stipendium suæ substentationis. Tertio ratione prouocationis obligationis, sicut faciunt illi, qui dant pecuniã & alias eleemosinas pauperibus, vt prouocentur ad orandum pro eis. tales enim non intēdunt suis eleemosinis orationē emere, eo quod missa, vel oratio cum sit maxime spiritualis nec emi, nec vendi potest. Quarto potest dari, vel recipi ratione punitionis, sicut faciunt illi qui accipiunt pecuniam, vt ab excommunicatione absoluant, imponitur enim quasi pęna præcedentis culpæ, pro qua excommunicatus fuerit, in quo tamen casu Sacerdos, vel Episcopus cauere debet, ne talis exactio magis cupiditati quam correctioni adscribatur. Quinto, & vltimo dari, & recipi potest ratione redimendæ vexationis, sicut aliquis dat pecuniam alteri, vt ab impedimento alicuius dignitatis, vel prelationis habendę cesset: ibi nota quod antequam alicui acquiratur ius in episcopatu, vel quacunque dignitate, seu præbenda per electionem, seu prouisioné, seu collationem, tunc simoniacum esset obstacula aduersantium pecunia redimere, cuius ratio est, quia per pecuniam parare sibi viam ad obtinendam rem spiritualem, sed postquam ius alicui est acquisitum licet pecuniam dare, nō vt pretiũ prælationis, sed vt redēptionem propriæ vexationis, ita quod pro pecunia licet sibi remouere impedimentum, iuxta Ray. 2. part. summæ cap. 3. Alex. de Ales 2. p. q. 167. memb. 3. art. 1. S. Ant. 2. p. tit. 1. ca. 5. §. 13. S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2 ad 5.

ad 5, Astens. lib. 6. tit. 55. de sim. art. 3. q. 7. Ang. ver. simon. il x, nu. 14. Rosella d. loco, il t. nu. 13. similiter illicitum est temporalia accipere pro spiritualibus quinque rationibus. Primo ratione preciationis, secundo ratione pactionis, tertio ratione commutationis, quarto ratione intentionis, quinto ratione exactionis, Rayn. d. loco c. 4. & quod dictum est de simoniacis, extenditur etiam ad mediatores, S. Ant. p. 2, tit. t. cap. 5. §. ,. Nau. c. 23. nu. 106. Arm. nu. 7. Pis. il 1, nu. 27. Tab. nu. 10.

Furtum quid sit. *Quæst.* CXXIII.

CEntesimo vigesimotertio quero, quid sit furtum? Resp. quod furtum est occulta acceptio rei alienæ, S. Tho. 2. 2. q. 66. art. t. S. Ant. 2. p. titu. t. c. t 5. in princ. ibi furtum est contrectatio rei alienæ mobilis, & corporalis fraudulosa, inuito domino lucri faciendi gratia, siue ipsius rei, siue vsus possessionisve, l. 1. ff. de fur. ibi contrectatio., quia per solam uoluntatem non fit furtum, licet transgrediatur aliud præceptum, nempè non concupisces rem proximi tui; rei alienæ ponitur in definitione, quia in re propria non committitur furtum, nisi alius haberet in re illa aliquod ius, puta cui res erat pignorata, vel commodata, quam dominus fraudolosè capiendo furtum committeret, l. si res §. si is qui, ff. de furtis, mobilis, & corporalis dicitur, quia in rebus immobilib. vt in agro, vel in incorporalibus, vt sunt actiones, & seruitutes non committitur furtũ, eo quod talia non possunt contrectari. Fraudolosa dicitur quod cum aliquis credebat rem esse suam quę non erat, vel si non erat sua, credebat quod etiam ab eo, qui habebat ibi ius, posset accipere non committit furtum, sed al a tenetur actione §. quià tamen inst. de vi bon. rapt. inuito domino, dicitur quia si creditur dominum permissurum, & subest iusta causa credendi, non tenetur, secus si non subest l. si is qui ff. de furt. si autem petat facere inuito domino, & tamen dominus vult; furtum quidem faceret quantum ad intentionem, sed non tenetur ad restitutionem, nec dominus potest petere obstante quidem sibi sua voluntate l. inter §. pen. ff. de fur. lucri faciendi gratia dicitur, nam si quis alienam ancillam rapuerit non causa lucri, sed libidinis non committit furtum l. verum ff. de furt. ipsius rei, uel vsus possessionis dicitur, quia non solum committit furtum, qui rei dominium vult lucrari, sed etiã qui vult in re ipsa lucra. i. vsum, & possessionem l. qui iuuenta ff. de furt. hæc S. Ant. d. loco conc. Ang. versi. furtum in princ. Alex. de Ales 3. p. q. 36. in 7. præc. memb. 1. Cathech. super 7. præc. Armilla ver. furtum nu. 1. Viguer. de virt. iust. ca. 5. §. 3. versi. 11. Caiet. ver. furtum in princ. Astens. li. 1. tit. 33. artt. t. nu. Nau. Confess. c. t 7. de 7. præc. nu. t. Pisan. ver. furtum. nu. t. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 3. ar. Didacus Reg. peccatum x. p. §. 1. numero t. Ray. p. ver. furtum cap. 1. Ros. d. loco in princ. vbi Syl. numero t. & Tab. numero t. & dicitur furtum seu à furuo idest à fusco, nam noctis vtitur tempo- Isid. lib. 10. c. 6. Etymol. ad rationem enim furti a concurrere debent, quorum primum conuenit sibi secundum quod contrariatur iustitiæ, quæ vnicuique tribuit, quod suum est: & ex hoc competit ei, quod vsurpat alienum. Secundum verò pertinet ad rationem furti, pro vt distinguitur à peccatis, quæ sunt contra personam, sicut ab homicidio, & adulterio, & secundum hoc competit furto, quod sit circa rem possessam. Si quis enim accipit id qđ est alterius, non est quasi possesio, sed quasi pars, sicut si amputet membrum; vel sicut persona coniuncta, vt si auferat filiam, vel vxorem non habet propriam rationem furti. Tertia differentia est, qua complet rationem furti: vt scilicet occultè vsurpetur alienum: & secundum hoc propria ratio furti est, vt sit occulta acceptio rei alienæ. S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 3.

Furtum quotuplex sit. *Quæst.* CXXIIII.

CEntesimo vigesimoquarto, quæro quotuplex sit furtum? Resp. duplex reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrahendi, Nau. Man. Conf. c. t 7. super 7. præc. num. 1. Alexand. vero de Ales 4. par. q. 36. memb. 1. dicit furtum tripliciter capi, propriè cõmuniter, interpretatiuè. Primo est contrectatio rei alienæ &c. Secũdo dicitur omnis illicita vsurpatio rei alienę. Tertio dicitur omnis illicita rerum possessio, S. Ant. 2. p. tit. t. cap. t 5. in prin. dicit duas esse species furti, nam aliud est manifestum .i. illud cum quo fur deprehenditur, prius quam veniat ad locum destinatum, aliud non manifestũ cum quo non deprehenditur l. x. & 3. ff. furt. Item not. quod quædam remaneat nomine generali, quædam sub speciali, veluti sacrilegium quod est furtum rei sacræ, peculatus quod est furtum reipubl. ca. quid ergo 23. q. 5. abigeatus quod est furtum, quando quis dispergit gregem & inde furatur, plagium quod dicitur furtũ hominis, scilicet, quãdo quis liberum hominem scienter vendit vel emit, & eodem modo, si seruum alienum solicitauerit vel asportauerit: hæc S. Ant. d. loco conc. Angel. ver. furtum nu. 1 t. Cathec. super 7. præc. in princ. Pisan. ver. furtum §. x. vbi etiã Syl. nu. 5. Astens. lib. 1. tit. 33. art. 2. Ros. ver. furtum nu. 1. & Tab. nu. 2.

Furtum, an sit peccatum. *Quæst.* CXXV.

CEntesimo vigesimoquinto quęro, vtrum furtum sit peccatum? Resp. quod sic, Exod. cap. 20. ibi non furtum facies Cathec. in 7. præc. Canis. tit. de charit. cap. 16. S. Tho. 2. x. q. 66 art. 5. dicens quod in eo duæ rationes peccati inueniuntur, primo quidem propter contrarietatem ad iustitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est, & sic furtum iustitiæ opponitur, inquantum est acceptio rei alienæ ex ratione doli, seu fraudis, quam fur committit occultè, & quasi insidijs rem alienam vsurpando, vnde manifestũ est, quod omne furtũ est peccatum conc. Astens. lib. 1. tit. 23. art. 3. q. 1. Rayn. 1. p. tit. de furt c. 2.

Furtum, an sit peccatum mortale.
Quæst. CXXVI.

CEntesimo uigesimosexto qoæro, vtrum, furtũ sit peccatũ mortale? Resp. quod sic, nollus enim damnatur secundũ diuinum iudiciũ, nisi pro peccato mortali, condemnator autem aliquis pro furto secundum illud Zachar. 5. hæc est maledictio, quæ egreditor sopet saciem omnis terræ; quia omnis fur sicut scripiom est iudicabitur; ergo furtum est peccatum mortale, S.Tho.2.2.q.66. art. 6. vbi dicit quod peccatum mortale est, qood contrariatur charitati, secundum quod est spiritualis animæ vita, charitas autem consistit quidẽ principaliter io dilectione Dei, secundario vero in dilectione proximi ad quam pertinet; vt proximo bo oum velimus, & operemur: per furtom autem homo infert nocumentum proximo in suis rebus, & si passim homines sibi inuicem furarentur periret humana societas. Vndè furtum taoqoam contrariũ charitati est peccatum mortale, potest tamen esse veniale, propter imperfectionem actus, vel ex parte primi motus, vel ex parte paruitatis rei, quia modicum pro nihilo reputatur, Caiet. ver. furtom in prin. & ideo in his quæ minima sont, homo oon reputat sibi oocumentum inferri. Et ille qui accipit potest præsumere, hoc non esse cootra voluntatem eios, cuios res est. Et pro tanto si quis furtiuè huiusmodi res minimas accipiat, potest excusari à peccato mortali; si tamen habet animum furandi, & inferendi nocomentom proximo, etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in solo cogitatu per consensum, San.Thom.2.2.q. art.6.ad tertium, quæ autem sit quantitas quę excuset à peccato mortali, illudq; constituat, iudicatur arbitrio boni viri inspecta qualitate rei, & personarum, Angel.ver. fortom oo.54.Astens. lib. 1. tit.33.art.a.q.2. Nauar.ca.17.io 7.pręc.nu.3.Ray. ver.furtum c.2. Dom.Sot.lib. 2.de iust. & iur.q.3. art. 3.Syl.ver.furtum, nu.5.Tab.nume.4.& nome. 15.Viguer.de virt.iust.c.5.§.3.versic.11.Ex hac q. infero modo ad plures concl. amplectendum fortum, tam propriè, quam impropriè, & primo. Primo peccat, qoi recipit aliquid notabile, vt faceret quod facere tenebatur, vt iudex pro ferenda iusta seotentia, aut testis pro dicenda veritate, aut accusator pro accusatione iosta c.non sanè 14.q.5.c.militare, 23.q.1.l.1.& seq.ff.de cond.ob turpem causam, Nauar.Man. Confess. cap. 17.de 7.præc.numero 95. Didacus Reg. peccatatũ p. 2.§.3. de reg. iu.6.pro labore tamen, & expẽsis factis in ferendo testimonio potest testis exigere aliquid ca. statuiũ, §.pro ferendo, de rescr. 6. similiter & iudex quando salarium poblicó non habet oot.c.cum ab omni de vita, & hooest.Clerio.Didac.d.loco numero 2. Secundo peccat distributor onerum, & commodorum, non distribuens iustè, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. vt si præferatur magis digno minus dignus cap.graue de præbend. similiter si quis impediערit aliquem aliquod bonum consequendum, Nau.d. loco numer.97. vel fuerit causa, vt aliqois iniuste aliqua pœna plecteretur c. fi.de iniur. l.qui occidit. ff. ad l. Aquil. Tertio qoi sibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neq; sunt piratarum, nec infidelium siue ex mari, siuè ex naui, side littore accipiat, peccat enim, nisi accipiat animo restituendi cap.excommonicationi de raptoribus l. si quis, de inc.ruina, & naufragio, Angel.ver.Naufragiom, §.3.& Sylu.q.2. Qoarto, qui recepit aliquod gratuitum ab eo, qui donare non potest, nisi ignorantia probabilis excuset, vt sunt mooaci, serui, & filij familias, vel alij oon habentes liberam administrationem. capitulo non dicatis, 12.quæst.1.leg. filius familias, ff. de donat. Quinto, qui simulat so sanctom, vt eleemosyoas quærat, qui eo casu pauperibus erogare deberet, Scot. in quarta dist. 15. quæst.2. Adrian.in 4.de rest. quæst. 15. & est com. opinio, de qoa per Nau. dicto loco oumero 107. Sexto qui non soluit mercedem debitam mercenario, vel famulo, seu alteri Sanctus Aotonin. 2.p. tit.1.capit.17.§.8.Nau.Man. confess.cap. 17. de 7. præc. nomero 108. Septimo qui non soluit legata pia, tempore, & modo debitis. capitulo quia oblationes 15. q. 2. Octauo qui non soluit decimas vbi consuetum est solui, peccat mortaliter, quia non reddit debitas res Ecclesiæ cui tenetur reddere de oecessitate salotis, Caiet. ver. decimas cap.decimæ 16.q.1.ibi decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alias inuadunt, S.Th.2.2.q. 78.ar. 1. Nono qui aucipium, venatum, aut piscatũ prohibet cũ iustè nõ possit, vel qui venatur, aot piscatur in locis iustè prohibitis, Did.reg. peccatũ de reg.iur.2.p.§. 8.oume.1.& seq. Decimo qui habet columbarium illicitum, cum notabili aliorum pręiodicio capit. sibos de iniurijs l. 1. ff. si quadr. paup. fecisse dicatur Pal. in 4. dist. 15. q. 2. Nau. dicto loco numero 127.& seq. Caie. versic. columbaria. Vndecimo qui aliquid ex contractu illicito acquirit, sin adest dolus, peccat, sin minos etiam ex cootractu nullo ex defectu solennitatis iuris restitoere tenetur. Didac. reg. peccatum 2.p.§.3.numero 10.Dom. Sot. libro 4. de iust. & iure quæst. 8.art.3.quod idem arbitror in testamento min. solemni, & sententia cootra formam ioris lata, per rationes ab istis ibidem positas. Duodecimo furtiuæ rei emptor mala fide peccat, & ad restitutionem tenetor & si res fuerit peremptaad pretij ęstimationem Didac. Reg.peccatum 3.par.§.1.numero 3. Decimo tertio fructus quoque ex refutata perceptos quisque restituere tenetur Angel. versi. furtum, numer. 45. malæ fidei enim possessor non facit fructus suos. Decimoquarto imponens vectigalia ioiosta, & exigens tributa indebita, vel fraudans gabellas iustas, & nolens soluere debita tributa in præiudicium Reip. peccat cum obligatione restituendi Caiet. ver. vectigalia Naoar. Ma. Conf.c. 17.de 7.præc.nu.200. Didac. Reg. peccatum 2.p.§.5.nu.1.& seq. Decimoquioto fraus commissa in ludo inducit peccatum cũ obligatione restituendi, Dida.Reg.peccatum 2. p. §.4.num.4. Reg.iur.6.

Res inuenta, an fiant occupantis. Quæst. CXXVII.

CEntesimo vigesimoseptimo quæro, an res inuentę fiant occupantis? Resp. distinguendo, quod quędam sunt, quę numquã fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmæ, quæ inueniuntur in littore maris: & talia occupanti conceduntur. Et eadem ratio est de thesauris antiquo tẽpore sub terra occultatis, quorũ nõ est aliquis possessor, nisi quod secũdũ leges ciuiles, tenetur inuẽtor dare medietatẽ domino agri, si in alieno agro inuenerit qđ in parabola Euangelij dicitur Matth. 13. de inuentore thesauri abscõditi in agro, quod emit agrum, quasi vt haberet ius possidendi totum thesaurum. Quædam verò res inuentæ fuerunt de propinquo in alicuius bonis. Et tunc si quis eas accipiat non animo retinendi, sed animo restituendi domino, qui eas pro derelictis non habet, non committit furtum. Et similiter si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuẽtor, licitè sibi eas retinet nec committit furtum; aliàs autem committitur peccatum furti vndè Aug. serm. 19. de ver. Ap. vol. 10. si quid inuenisti, & non reddidisti rapuisti, 14. q. 5. cap. si quid conc. S. Tho. 2. 2. q. 76. art. 5. ad secundum. S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 15. §. 2. Angel. ver. furtum num. 29. Cathechism. super 7. pręc. Armilla ver. furtum nu. 6. Caiet. d. loco in fine Nauar. Man. Confess. ca. 17. super 7. præc. num. 170. Rayn. ver. furtum c. 7. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iure q. 3. art. 3. Tab. ver. furtum nu. 10. Didac. c. peccatum 2. p. §. 3. num. 3. & 3. p. §. 1. nu. 1. & seq.

Furari, an liceat propter necessitatem. Quæst. CXXVIII.

CEntesimo uigesimooctauo quæro, vtrum liceat alicui furari propter necessitatem? Resp. quod sic, quia in necessitate sunt omnia communia; & ita non videtur esse peccatum, si aliquis rem alterius accipiat propter necessitatem sibi factam communem S. Tho. 2. 2. q. 66. art. 7. dicens ea quæ sunt iuris humani, nõ possunt derogare iuri naturali, vel iuri diuino. Secundum autem naturalem ordinem ex diuina prouidentia institutum, res inferiores sunt ordinatæ ad hoc, quod ex his subueniatur hominum necessitati; & ideò per rerum diuisionem, & appropriationem ex iure humano non procedente, non impeditur, quin hominis necessitati sit subueniẽdum ex huiusmodi rebus. Et ideò res, quas aliqui soperabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum substentationi, vndè Amb. serm. 8. vol. 3. c. sicut 47. dist. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis, miserorum redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terram defodis, sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eadem re omnibus subueniri: committitur arbitrio vniuscuiusque, dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patientibus. Si tamen adeò sit euidens & vrgens necessitas, vt manifestum sit, instanti necessitati de rebus occurrentibus esse subueniendum, puta cum imminet personę periculum, & aliter subueniri non potest, tunc licitè potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire, siue manifestè, siue occultè sublatis, nec hoc propriè habet rationem furti, vel rapinę, hęc S. Th. 2. 2. q. 66. art. 7. conc. Ang. ver. furtum, num. 36. Asten. lib. 1. tit. 33. art. 5. quęst. 3. Armillla ver. furtum, num. 9. Nau. Man. confess. c. 17. in 7. præc. nu. 118. Pisan. ver. furtum. numer. 8. Didac. Reg. peccatum 2. par. §. 1. numer. 3. Tab. ver. furtum, nu. 7. Ros. num. 4. Rayn. capit. 2. Dom. Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 3. art. 4. ampliatur, vt si deuenerit ad pinguiorem fortunam, non teneatur restituere. Secundo ampliatur, vt in caso similis necessitatis etiam possit quis occultè rem alienam accipere, vt subueniat proximo sic indigenti, Sãctus Thomas 2. 2. quęst. 26. art. 7. ad tertium. Tertio ampl. vt quæ homini redundant, pauperum substentationi iure naturæ debeantur, ex quo sequitur, quod aliquis peccat, si non subuenit proximo in necessitate constituto, Domin. Sot. ver. 5. de iust. & iur. quęst. 3. art. 4. in prima concl. Cathechis. super 7. præc. §. iam verò, vbi de præcepto dandi eleemosinã latè discutitur, S. Tho. 2. 2. quęst. 32. art. 5. quæ eleemosyna intelligitur, tam de corporali, quàm de spirituali, per istos versus

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo,

idest ægrotum visito, poto sitientem, cibo esurientem, redimo captiuum, nudũ operio, peregrinum hospitor, mortuum sepelio; Altera sunt spiritualia contenta in altero versu,

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora,

intelligendo per consule, etiam doce ignorantem, tristem consolare, peccantem corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio, Nau. Man. cõfess. c. 24. nu. 4. de oper. miser. non obst. c. si quis, de furtis, ibi si quis per necessitatem, famis, aut nuditatis furatus fuerit, cibaria, vestem, vel pecus pęniteat hebdomadas tres, ergo non licet furari ob necessitatem, nam resp. quod decretalis illa loquitur in casu, in quo non est vrgens necessitas, S. Tho. 2. 2. q. 66. art. septimo, ad primum.

Rem suam quando quis accipere possit. Quæst. CXXIX.

CEntesimo vigesimonono quæro, an sit peccatum occultè recipere, quod sibi debetur verè, quando aliàs illud recuperare non posset? Respond. quod non, Nau. Man. cofess. c. 17. de 7. pręc. nu. 112. si verò quis furtim accipit rem suam apud aliũ depositam, grauat depositariũ, quia tenet͛ ad restituendũ eam, vel ad ostendendũ se esse innoxiũ. Vnde manifestũ est, quod peccat, & tenetur ad reuelandum grauamen depositarij, qui verò furtim accepit rem suam apud alium iniustè detentam peccat quidem, non quia grauet eum, qui detinet (& ideo non tenetur ad restituendũ aliquid, vel ad recompensandum) sed peccat contra communem iustitiam, dum ipse sibi vsurpat suæ rei iudicium, iuris ordine prætermisso. Et ideo tenet͛ Deo satisfacere, & dare operã, vt scandalũ proximorũ, si inde

exortum fuerit sedetur, S.Thom.2.2.q.66.art.5.ad 3.Ang.ver.furtum,nu.3.S.Ant.2.part,tit,1.ca 5.§.1.col,1.Arm.ver.furtum, nu.5.Asten.lib.1,tit,33, art.3.q.3.Caiet,ver.furtum, ver.3.Nau.Man.conf. cap.17.in 7.præc.nu.94.

Participes furti, qui dicantur. Quæst. CXXX.

CEntesimo trigesimo quæro, qui dicantur participes furti, peccantes cum obligatione restituendi? Resp.plures.primò illi, qui furari imperãt, secũdo qui cum iubere non possint, suasores sunt, atque impulsores furtorum, tertium genus est eorum, qui cum furibus consentiunt. Quartum genus est eorum, qui participes furtorum inde lucrũ ipsi etiam faciant. Quintum genus est furum, qui cum furta possint prohibere, tantum abest, ut illis occurrant, & obsistant, ut eorum licentiam permittant, atque concedant. Sextum est eorum, qui cum, & furtum factum, & vbi factum sit certò sciãt, non indicanrrem, sed eam se scire dissimulant. Postremum genus est, quod omnes complectitur furtorum adiutores, custodes, patronos, quique illis receptaculum præstant, ac domicilium, qui omnes, & satisfacere debent ijs, quibus aliquid detractum est, & ad illud necessarium officium vehementer cohortandi sunt. Cath.super 7.præc.pag.467.Cõc. Ang.versi.furtum nu.13.Nau Man. Confess.ca.17. nu.130.& seq.Rayn.ver.furtum c.8.S.Anto.2.par. titu.2.c.2.§.4.Iohan. Maior.in 4.dist. 15.q.26. Syl. ver.restitutio 3.§.6. Iohan.Medin.de rest. quæst. 7.qui enim causam damni dat, damnum dedisse videtur cap.fin.de iniur.Didac. Reg.peccatum 2.par. §.12.agentes enim & consentientes pari pœna puniuntur l.vnica. C.de raptu virgin. & quando fuerit causa, sine qua non, quilibet tenetur restituere in solidum, ita Didac.dicto loco nu.4. & dicam inferius latè suo loco.

Restitutio quid sit. Quæst. CXXXI.

CEntesimo trigesimoprimo quæro, quid sit restitutio? Resp.Restitutio est actus iustitiæ specialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod suũ est, vel quod ei debetur lege veræ iustitiæ formaliter, vel virtualiter de bonis animi, corporis, honoris, vel pecuniæ Nau.Manua.Confess.cap.17. de 7. præc.num.6.Sanct.Thom.2.2.quæst.62.arti.2.dicit restituere nihil aliud est, quam iterato aliquem statuere in possessionẽ, uel dominium rei suæ.Do. Sot.lib.4.de iust.& iure q.6. artic.1. Didac.in Reg. peccatum 2.par.relect.nu.1.Sylu.ver.restitutio nu. 1.vbi etiam Tab.Viguer.de virt.iust.cap.5.§.1.versicu.7.

Restitutio, an sit necessaria ad salutem. Quæst. CXXXII.

CEntesimo trigesimosecundo quæro, an restitutio sit necessaria ad salutem? Respon.quod sic Aug.epist.54.ad Maced.volum.2.ca.res aliena 14. quæst.6.ibi, si res aliena, propter quam peccatum, reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur, si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si (vt dixi) restitui potest.S. Thom. secunda secundæ q. 62.artic.1.dicens, quod restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ, quæ in quadam æqualitate cõsistit, & ideo restituere importat redditionem illius rei, quæ iniustè ablata est, sic enim per iteratam eius exhibitionem æqualitas reparatur. Si verò iustè ablatum sit, inæqualitas erit, vt ei restituatur quia iustitia in æqualitate consistit, cum ergo conseruare iustitiam, sit de necessitate salutis, consequens est, q͂d restituere id quod iniustè ablatum est alicui, sit de necessitate salutis.conc. doct. commun.cap.peccatum de regulis iuris 6.quam reg.Deo fauente interpretaturus sum. concord. Didacus in dic. reg. Do. Sotus,lib.4.de iust. & iure quæstio.7.arti. secundò. Alex.de Ales 3.p.q.14.art.2.Memb.5.Rosel.versi. rest.1 1.nu.1.& Syl.& Tab.nu.2.

Restitui quantum debeat. Quæst. CXXXIII.

CEntesimo trigesimotertio quæro, quantum restitui debeat? Respo.quod restitutio reducit ad æqualitatem, quod inæqualiter ablatum est, sed aliquis reddendo, quod accepit simplum, reducit ad æqualitatem. Ergo solum tenetur restituere tantum quantum accepit, potest tamen pro culpa iniustè ablationis pro iudicis voluntate plus restituere, quam accepit S.Thom.2.2.q.62.ar.3. Caie. versi,restitutio 1 3. Dom.Soto lib.4. de iust. & iure q.6.art.3.& seq.S. Anto.2.par.tit.2.c.2.Nau. Man. Confess.c.17.nu.27.Pisan.versi.restitutio 1 3.

Restituendum quid sit. Quæst. CXXXIIII.

CEntesimo trigesimoquarto quæro, quid sit restituendum? Resp.distinguendo, aut de reb. seu de damnis restituendis. Si res aliena extet, illa restituenda regulariter est, si verò non extat, aut ex aliquo singulari casu occurrente, non potest reddi, restituendum est æquiualens, damna verò vitæ mẽbrorum, sanitatis, honoris, famæ, iurium, fructuũ, seminum, damni emergentis, seu lucri cessantis, & similium, restituenda sunt, vt possibile est in bonis aliquibus, loco damnorum; Ita, vt boni viri arbitrio satisfactum reputetur. Caiet.d.loco ca.2. Nau. Man.Conf.c.17.nu.24. Armi,ver.restitutio nu.21. Viguer.de virt.iust.c.1.§.1.ver.9.

Restitutio, cui fieri debeat. Quæst. CXXXV.

CEntesimo trigesimoquinto quæro, cui sit faciẽda restitutio? Resp.ex mente Ap.Rom.c.13. Reddite omnibus debita; cui tributum, tributum cui vectigal, vectigal.S. Th.2.2.q.62.art.5.ibi per restitutionem fit reductio ad æqualitatem commutatiuæ iustitiæ, quæ cõsistit in rerum adæquatione. Huiusmodi autem adæquatio fieri non potest, nisi ei, qui minus habet, quàm quod suum est supplatur, quod deest, & ad hanc supplectionem faciendã necesse est, vt si fiat restitutio, a quo acceptum est,

vel eius hæredi, Not. Caiet. ver. rest. c. 4. Dom. Sot. lib. 4. de iust. & iure q. 7. arti. 1. S. Ant. 2. p. tit. 2. ca. 5. Nau. Man. Conf. c. 17. nume. 28. Angel. ver. rest. §. 2. Armilla numero 16. Pisan. §. 1. ver. cui, Rosella §. 5. Syl. §. 4. Tab. num. 14. Vig. tit. de virt. iust. c. 5. §. 1. ver. 10.

Restituere quis teneatur. Quæst. CXXXVI.

CEntesimo trigesimo sexto quæro, quisnam teneatur restituere? Resp. ille, qui peccauit tenetur satisfacere, sed restitutio ad satisfactionem pertinet. Ergo ille, qui abstulit, tenetur restituere, Sanct. Thom. 2. 2. q. 62. art. 6. dicens, quod circa illũ qui rem alienam accepit, duo sunt consideranda, scilicet ipsa res accepta, & ipsa acceptio, ratione autem rei, tenetur eam restituere, quamdiu eam apud se habet, quia quod habet, vltra id, quod suum est, debet ei subtrahi, & dari ei, cui deest, secundum formam commutatiuæ iustitiæ, sed ipsa acceptio rei alienæ potest tripliciter se habere. Quandoque enim est iniuriosa, scilicet contra voluntatem existens eius, qui est rei dominus, vt patet in furto, & rapina; & tũc tenetur ad restitutionem, non solum ratione rei, sed ẽt ratione iniuriosę actionis, etiam, si res apud ipsum nõ remaneat: sicut enim qui percutit aliquem, tenetur recõpensare iniuriam passo: quamuis apud ipsum nihil maneat, ita etiam, qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompensationem damni illati, etiamsi nihil indè habeat. Et vlterius pro iniuria debet puniri. Alio modo aliquis accipit rem alterius in vtilitatẽ suam absque iniuria cum voluntate, scilicet eius, cuius est res, sicut patet in mutuis, & tunc ille, qui accipit, tenetur ad restitutionem eius, quod accepit, non solum ratione rei; sed etiam ratione acceptionis; etiam si rem amiserit, tenetur enim recompensare ei qui gratiam fecit, quod non fieret, si per hæc damnum incurrat. Tertio modo aliquis accipit rem alterius absque iniuria, non pro sua vtilitate, sicut patet in depositis. Et ideò ille, qui sic accepit, in nullo tenetur ratione acceptionis, quinimò accipiendo impedit obsequium. Tenetur autem ratione rei; & propter hoc, si ei subtrahatur res absque sua culpa, non tenetur ad restitutionem: secus autem esset, si cum magna sua culpa rem depositam amitteret, non obst. quod homo nõ tenetur crimen suum detegere hominibus, quia illud tenetur detegere Deo in confessione, & ita per sacerdotem, cui confitetur, potest restitutionem facere rei alienæ. Hęc. S. Tho. d. loco. conc. Caiet. ver. restit. c. 1. S. Ant. 2. p. tit. 2. c. 1. §. 5. & seq. Ang. ver. rest. §. 1. Pisan. §. 7. Viguer. de virt. iust. c. 5. §. 1. ver. 8.

Restituere, an teneantur agentes, & consentientes. Quæstio. CXXXVII.

CEntesimo trigesimoseptimo quæro, vtrũ, tam agentes, quam consentientes teneantur restituere? Resp. quod sic, dicitur. n. ad Rom. 1. digni sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Ergo pari ratione etiam consentientes debent restituere S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 7. dicens, quod quicunque est causa iniustæ acceptionis, tenetur ad restitutionem, quod quidem contingit dupliciter, directè scilicet, & indirectè. Directè quidem, quando inducit aliquis alium, ad accipiendum: & hoc quidem tripliciter. Primo quidem modo, mouendo ad ipsam acceptionẽ, quod quidem fit præcipiendo, consulendo, cõsentiendo expressè, & laudando aliquem, quasi strenuum, de hoc, quod aliena accepit. Alio modo ex parte ipsius accipientis, quia scilicet eum receptat, vel qualitercumque ei auxilium fert. Tertio modo ex parte rei acceptæ, quia scilicet particeps est furti, vel rapinę, vel quasi socius maleficij. Indirectè verò, quando aliquis non impedit cum possit, & debeat impedire, vel quia subtrahit pręceptum, siue consilium impediens furtum; vel rapinam, vel quia subtrahit suum auxilium, quo posset obsistere, vel quia occultat post factum, quæ his versibus comprehenduntur.

Iussio, consilium, consensus, palpo recursus
Participans, mutus, nõ obstans non manifestans.

Sciendum tamen est, quod quilibet præmissorum semper obligat ad restitutionẽ. Primo iussio, quia ille, qui iubet, est principaliter mouens, vnde ipse principaliter tenetur ad restituendum. Secundo consensus in eo, sine quo rapina fieri non potest. Tertio recursus, quia scilicet aliquis est receptator latronum, & eis patrocinium præstat. Quarto participatio; quando scilicet aliquis participat in crimine latrocinij, & in præda. Quinto tenetur ille, qui nõ obstat, cum obstare teneatur, sicut principes, qui tenentur custodire iustitiam in terra, si per eorũ defectũ latrones increscunt, ad restitutionẽ tenentur, quia redditus, quos habent, sunt quasi stipendia ad hoc instituta, vt iustitiam conseruent in terra. In alijs autem casibus enumeratis non semper obligatur aliquis ad restituendum, non enim semper consilium, vel adulatio, vel aliquid huiusmodi est efficax causa rapinę: vnde tunc solũ tenetur consiliator, aut palpo, id est adulator ad restitutionem, quãdo probabiliter æstimari potest, quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsecuta, S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. Caiet. ver. rest. ca. 1. Dom. Sot. lib. 4. q. 7. art. 3. de iust. & iur. Arm. ver. rest. nu. 3. Pis. d. loco, §. Ros. ver. 9. Alex. de Ales 4. p. q. 24. memb. 5. art. 5. §. 4.

Restitutio quando fieri debeat. Quæst. CXXXVIII.

CEntesimo trigesimooctauo quęro, quãdo rest. fieri debeat? Resp. quod eadẽ ratio est in omnibus; quæ sunt restituenda, sed ille, qui conducit opera mercenarij, non potest deferre restitutionem. Leuit. capitu. 19. non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Ergò neque in alijs restitutionibus faciẽdis potest fieri dilatio, sed statim restituere oportet, S. Th. 2. 2. q. 62. art. 8. dicẽs, ꝙ sicut accipere rem alienam est peccatum contra iustitiam, ita etiam detinere eam (quia per hoc, ꝙ aliquis detinet rem alienã inuito domino) impedit eũ ab vsu rei suæ, & sic ei facit iniuriã. Mani-

festum est autem, quod nec modicum tempus licet in peccato morari, sed quilibet tenetur peccatũ statim deserere, secundum illud Eccl. 21. quasi a facie colubri fuge peccatum, & ideo quilibet tenetur statim restituere, si potest, vel petere dilationem ab eo, qui habet vsum rei concedere, si tamen statim restituere non potest, ipsa impotentia absol uit eum ab instanti restitutione facienda, sicut etiã totaliter a restitutione absoluitur, si omninò sit impotens. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. Caiet. ver. rest. ca. 6. Dom. Sot. lib. 4. de iust. & iure q. 7. art. 4. Pisan. ver. rest. il 1. & ver. 8. Alea. de Ales 4. p. q. 24. mẽb. 5. art. 2. Syl. ver. rest. il 5. S. Ant. 2. p. tit. 2. c. 8. Vig. de virt. iust. c. 5. §. 1. ver. 15. Did. reg. peccatum 1. p. nu. 1. Angel. ver. rest. il 3. Nau. c. 17. nu. 54.

Restituendi modus, & ordo. Quæst. CXXXIX.

CEntesimo trigesimonono quæro, quomodò facienda sit restitutio? Res. quod restitutio est facĩeda, eo modo, quem natura contractus, delicti, vel vltimæ voluntatis, requirit, & sufficit, quod obligatus per se, vel per alium restituat c. qui per aliũ de reg. iur. 6. dummodo interposita persona restituat, alioquin principalis remanet obligatus, similiter ordo in restitutione seruari debet, quem ius diuinum, siuè humanum præscribit, nullus tamen ordo seruatur, quandò suppetunt, vndè omnibus soluatur, quandò verò non suppetunt, prius soluenda sunt debita certa, quorum creditores sciuntur, quam incerta, quorum creditores ignorantur. In debitis autem certis, primo suo domino suum restituatur, vt commodatum, depositum, furto subtractum, aut raptum, quod adhuc in sua forma repeti tur. Secundo loco, venditori soluendum est precium eius, quod vendidit emptori, penes quem res empta est, idem est de omni eo, quod titulo onerofo datum fuit. Tertio loco seruanda sunt statuta regionis, si qua inueniuntur specialia super ordinem restitutionis. Quarto præfertur ille, qui habet hypotecam expressam. Quinto, qui habet hypotecam tacitam. Sexto, qui habet priuilegium personale. Septimo sequuntur alij creditores, huiusmodi priuilegia non habentes Caiet. ver. sic. rest. capit. 7. & 8. vbi Arm. nume. 34 Ros. num. 16. Syl. num. 6. Tab. nu. 26. Vig. de virt. iust. c. 5. §. 1. ver. 14. Sãctus Antonin. 2. p. tit. 2. c. 7. Nau. cap. 17. numero 44. & num. 47.

Restitutio quarè fieri debeat. Quæst. CXL.

CEntesimo quadragesimo quæro, quæ sit ratio restituendi? Resp. iure naturali, & diuino restitutio rei alterius fieri debet, cum sit actus iustitiæ, ad quam exercendam quilibet tenetur, vnde Paul. 1. Roman. 13. reddite omnibus debita, & in euangelio Matth. reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, &c. & Tob. 2. videte ne furtiuus sit, reddite eũ dominis suis &c. Natura autem suadet hoc, quæ ad omnia membra transmittit, & reddit ea, quæ ad quodlibet ipsorum pertinent, alioquin alterum infatum, & monstruosum redditur, sic in corpore mystico, si aliqua particularis persona detinet, quod est alterius, est monstrum, quod in corpore mystico dicitur peccatum. Vig. de virt. iust. ca. 5. §. 1. ver. 11. S. Ant. 2. p. tit. 2. ca. 6. ex mente S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2.

Restitutio vbi debeat fieri. Quæst. CXLI.

CEntesimo quadragesimoprimo quæro, vbi debeat fieri restitutio? Resp. quod fieri debet in loco, à quo fuit accepta, nisi fortè is, à quo accepta est mutasset domicilium, & si maneret in eodem loco, tunc in illo. Si verò damnificatus mutat domicilium, damnificans mittet damnificato rem acceptã expensis illius. Si verò damnificatus multum distat, & non expectatur eius aduentus, monendus est per literas, & interim res debet deponi, & domino consignari, maximè quando res est magni valoris, & difficilis translationis. Si vero res sint parui valoris, sic, quod oporteat plus expone re pro translatione, quam ipsæ res valeant, poterit oportunitas expectari, quod, si nulla speretur, tũc sunt pro salute illius pauperibus erogandæ. Si autem damnificans mutat domicilium, tenetur suis expensis mittere damnificato; quia fuit in mora, & culpa, cum non reddiderit in loco, à quo accepit. Viguer. de virt. iust. ca. 5. §. 1. ver. 12. Caiet. rest. c. 5. S. Ant. 2. p. tit. 2. c. 3. Nauar. Man. Confess. c. 17. numer. 42. Armilla ver. rest. num. 25. Pisan. d. loco. ver. 7.

Restitutio rei Ecclesiæ per Cler. qualiter sit faciẽda. Quæst. CXLII.

CEntesimo quadragesimosecundo quæro, quando prælatus res Ecclesiæ restituere teneatur? Resp. quod prælatus potest rem Ecclesiæ surripere tripliciter. Vno modo, si rem Ecclesię, non sibi deputatam, sed alteri, sibi vsurpet, puta si Episcopus vsurpet sibi rem capituli. Et tunc planum est, quod debet restituere ponendo in manus eorum, ad quos de iure pertinet. Alio modo, si rem Ecclesiæ, suę custodiæ deputatam, in alterius dominium transferat, puta consanguinei, vel amici. Et tunc debet restituere Ecclesię, & sub sua cura habere, vt ad successorem perueniat. Tertio modo potest prę latus surripere rem Ecclesiæ solo animo, dum sibi cœpit habere animũ possidendi eam, vt suam, & non nomine Ecclesiæ, & tunc debet restituere, talem animum deponendo, S. Th. a. 2. q. 62. art. 5. ad quintum. Addo quarum quando non residet vbi necessaria est residentia, ex mente, Conc. Trid. Nauar. c. 17. nu. 94. Similiter, & quinto, quando non recitaret officium, ex dispositione Pij Quinti. in Bulla 131. Inseratur hic tota ista Bulla.

Restitutio damni dati, quãdo fiat. Quæst. CXLIII.

CEntesimo quadragesimotertio quæro, an fiat rest. damni dati? Resp. quod sic, quicunque enim damnificat aliquẽ, videtur ei auferre id, in quo ipsum damnificat. Damnũ, n. dicitur ex eo, q aliquis minus

minus habet, quam debet habere, secundum Phil. 5. Eth. c. 4. vol. 5. Et ideò homo tenetur ad restitutionem eius, in quo aliquem damnificauit, sed aliquis damnificatur dupliciter, vno modo, quia aufertur ei, quod actu habebat, & tale damnum est semper restituendum, secundum recompésationem æqualis, puta, si aliquis damnificet aliquem diruens domum eius, tenetur ad tantum, quantum valet domus, alio modo, si damnificet aliquem impediendo, de quo in seq. q S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. Domin. Sot. lib. 4. q. 6. arti. 5. Rosi. ver. rest. il 3. Sylu. d. loco il 3. Tab. nu. 12.

Restitutio impedimenti facti, quomodo fiat. Quæst. CXLIIII.

CEntesimo quadragesimoquarto quæro, an rest. fieri debeat de impedimento dato consequendi aliquod bonum? Respo. quod tale damnū non oportet recompensare ex æquo, quia minus est habere aliquid in virtute, quam habere actu, qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem, vel potestatem, & ideò si redderetur ei, vt haberet hoc in actu restitueretur ei, quod est ablatum, non simplū, sed multiplicatum, quod non est de necessitate restitutionis. Tenetur tamen aliquam recompensationem facere, secundum conditionem personarum, & negociorum, S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 4. Dom. Sot. lib. 4. de iust. & iure q. 6. art. 3. ad textum. Nau. Man. Confe. c. 17. nu. 69. Armilla ver. rest. nu. 49. Pisan. d. loco il 2. vers. qualiter.

Restitutio ignoto quomodo fiat. Quæst. CXLV.

CEntesimo quadragesimoquinto quæro, an restit. facienda, quando ille cui fieri debet est omnino ignotus? Resp quod tunc homo debet restituere, secundum quod potest, scilicet dando in eleemosynas pro salute ipsius, siue sit mortuus, siuè sit viuus præmissā tamen diligenti inquisitione de persona eius, cui est rest. facienda S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad tertium.

Restitui, an debeant bona incerta. Quæst. CXLVI.

CEntesimo quadragesimosexto quæro, an restitutio sit facienda de rebus incertis? Pro solutione huius q. dico, quod bona incerta sunt bona debita alicui homini, qui, uel quorum quantitas ignoratur, etiam post inquisitionem debitam, quorum restitutio pauperibus, seu locis pijs fieri debet c. cum tu, de vsur. Nau. Man. Conf. c. 17. num. 92. S. Anto. part. titu. 2. capitu. 4. Arm. ver. rest. num. 38. Pisan. d. loco il 6. Rosell. il 15. Syluest. l. 8. Tabien. num. 19.

Restitutio circa damna in personam, quomodo fiat. Quæst. CXLVII.

CEntesimo quadragesimoseptimo quæro, quomodo fiat restitutio damni dati in personā? Resp. quod cum aliquis abstulit membrum alicui, debet ei recompensare, uel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusque per sonæ, secundum arbitrium boni viri S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. ad primum. Tab. ver. rest. nu. 7. quod si fuerit sublata vita filijs, & hæredibus, damnum resici debet secundum arbitrium boni viri, inspecta qualitate personarum.

Restitutio famæ quomodo fiat. Quæst. CXLVIII.

CEntesimo quadragesimooctauo quæro, quomodo fiat rest. famæ? Respo. quod aliquis potest alicui famam tripliciter auferre. Vno modo verum dicendo, & iuste: puta cum aliquis crimen alicuius prodit ordine debito seruato, & tunc non tenetur ad restitutionem famæ. Alio modo falsum dicendo, & iniuste, & tunc tenetur restituere famam, confitendo se falsum dixisse. Tertio modo, uerum dicēdo, sed iniustè, puta cum aliquis prodit crimē alterius contra ordinem debitum; & tunc tenetur ad restitutionem famæ quantum potest, sine mendacio tamen, vt pote, quod dicat se malum dixisse, vel quod iniustè cum diffamauerit, uel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare, Thom. 2. 2. q. 62. arti. 2. ad secundum. Tab. ver. rest. nu. 9. Arm. nu. 40. Dom. Sot. lib. 4. q. 6. art. 3. ad 4.

Restitutionis obligatio, quibus modis tollatur. Quæst. CXLIX.

CEntesimo quadragesimonono quæro, quot modis tollatur obligatio restitutionis? Resp. pluribus modis, vt per Pisan. ver. rest. il 2. & il 7. & Sylu. il 7. Nauar. Man. Conf. c. 17. nume. 75. & seq. Armilla num. 17. Prima causa est necessitas. Secunda est remissio, quam facit creditor sponte, & sine metu. Tertia est ignorantia facti probabilis, vt quia verè, & probabiliter credit rem suā esse. Quarta est canonica præscriptio, & vsucapio concurrentibus tit. & bona fide, not. c. sine possessione, & cap. malæ fidei possessor de reg. iur. 6. Quinta est cessio bonorum, qua debitor relinquit creditoribus concurrente necessitate, ita quod debitori, suæ artis instrumenta, & ad victum necessaria iudicio boni viri dumtaxat relinquātur. Sexta est impotentia restituendi sine vitæ, & salutis periculo. Innoc. c. officij de pœn. & remiss. quia vita, & salus sunt bona altioris ordinis, quam bona fortunæ, & pecunia æstimari non possunt. l. in seruorum. §. fin. de pœn. Septima causa est impotentia restituendi sine amissione libertatis, & sui ipsius venditione. Octaua est cum restit. fieri nequit sine famæ amissione, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 2. quemadmodum enim bona vitæ, & salutis sunt altioris ordinis, quam famæ, sic bona famæ, sunt altioris ordinis, quam pecuniaria, & nemo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur, cum iactura bonorum altioris. Nona causa est compensatio. Decima est interitus rei, & hoc, quando debitor non fuit in mora, vel in culpa, seu in casu, in quo non tenetur ad eius custodiam, nec ad eius æstimationem. Pisan. d. ver. 7. Vndecima est in

in turpiter acquisitis; dummodo non fuerint extorta ab eo, qui bonorum administrationem non habet. Duodecimo, quãdo res restituenda grauiter nocina ei, cui restitutio faciẽda est, vel alieni, vt si quis redderet gladium furioso, quem reseruare debet, non tamen sibi appropriare.

Acceptio personarum, an sit peccatum.
Quaest. CL.

CEentesimo quinquagesimo quæro, vtrum acceptio personarum sit peccatũ? Resp. quod sic, nihil enim prohibetur io lege diuina, nisi peccatũ; sed personarum acceptio prohibetur Deut. 1. Non accipietis cuiusquam personam. Ergo personarum acceptio est peccatum, Sanctus Tho. secundæ secundæ quæst. sexagesimatertia artic. 1. dicens quod personarum acceptio opponitur iustitiæ distributiuæ. Consistit. n. inæqualitas iustitię distributiuæ io hoc, quod diuersis personis diuersa tribuuntur; secundum proportionem ad dignitates personarum, si ergò aliquis consideret illam proprietatem personę, propter quam aliquid qđ ei cõfertur, est ei debitum, nõ est acceptio personæ, sed causæ, vnde gl. super illud 6. ad Eph. personarum acceptio non est apud Deum, dicit, quod Deus iudex iustus causas discernit, non personas. Puta, si iudex aliquis promoueat aliquem ad magisterium, propter sufficientiam scientiæ, hic attenditur causa debita, non persona; si autem aliquis consideret io eo, cui aliquid confert, non id, propter quod id, quod ei datur, esset ei proportionatum, vel debitum, sed solum hoc, quod est homo (puta Petrus, vel Martinus) hęc est acceptio personæ, quia non attribuitur ei aliquid propter aliquam causam quę faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur personæ. Ad personam autem refertur quæcunque cõditio, non faciens ad causam propter quam sit dignus hoc dono, puta, si aliquis promoueat aliquẽ ad prælationem, vel magisteriũ, quia est diues, vel quia est consanguineus suus, est acceptio personæ. Contingit tamen aliquam conditionem personæ facere eam dignam, respectu vnius rei, & non respectu alterius: sicut consanguinitas facit aliquem dignum ad hoc, quod instituatur hæres patrimonij, non autem ad hoc, quod conferatur ei prælatio ecclesiastica. Et ideò eadem cõditio personæ in vno negocio considerata, facit acceptionem personæ, in alio autem non facit. Sic ergo patet, quod personarum acceptio opponitur iustitiæ distributiuæ in hoc, quod præter proportionem agitur, nihil autem opponitur virtuti, nisi peccatum, vnde consequens est, quod personarum acceptio sit peccatum non obst. quod dominus inter duos, vnum assumat per gratiam, & alterum relinquat in peccato. Math. c. 24. duo erunt io lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur, nam Resp. quod duplex est datio, vna quidem pertinens ad iustitiam, qua scilicet aliquis dat alicui, quod ei debetur, & circa tales dationes attenditur personarum acceptio. Alia est datio ad liberalitatem pertinens, qua scilicet gratis datur alicui, quod ei non debetur, & talis est collatio munerũ gratiæ, per quam peccatores assumuntur à Deo. Et in hac donatiooe non habet locum personarum acceptio, quia quilibet absque iniustitia potest de suo dare quãtum vult, & cui vult, secundum illud Math. 20. An non licet mihi, quod volo facere? Tolle quod tuum est, & vade. Do. Sot. lib. 3. de iusti. & iure q. 7. ar. 1. amp. 1. habere locum in dispensatione spiritualium, Iaco. 2. ibi nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, vbi glosa, August. dicit; quis ferat, si quis diuitem eligat ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore, & sanctiore? Sanct. Thomas 2. 2. quæst. sexagesimatertia art. secundo, dicens, quod quanto in maioribus aliquis iustitiam transgreditur, tanto grauius peccat. Vnde cum spiritualia sint temporalibus potiora, grauius peccatum est personas accipere in dispensatione spiritualium, quam in dispensatione temporalium. Et quia personarum acceptio est, cum aliquid personæ attribuitur præter proportionem dignitatis ipsius: considerare oportet, quod dignitas alicuius personę potest attendi dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundum se, & sic maioris dignitatis est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratię donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune. Contingit. n. quandoque, qđ ille, qui est minus sanctus, & minus sciens potest magis conferre ad bonum commune propter potentiam, vel industriam secularem, vel propter aliquod huiusmodi, & quia dispensationes spiritualium principaliùs ordinantur ad vtilitatem cõmunem iuxta illud 1. ad Cor. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Ideo quandoque absque acceptione personarum in dispensatione spiritualiũ, illi, qui sunt simpliciter minus boni melioribus præferuntur: sicut etiam, & Deus gratias gratis datas, quandoque concedit minus bonis, nõ obst. quod ex consuetudine prælati soleant conferre consanguineis beneficia, nam resp. quod consanguinei prelati sunt ęquè digni, vt alij, & possunt preferri, quia saltim magis in hoc pręeminẽt, quod de ipsis magis confidere potest, vt vnanimiter secum negocia Ecclesiæ tractent, aliàs secus, hoc idem est quando eligitur de gremio Ecclesię, esset tamen hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc, aliqui exemplum sumerent, etiam pręter dignitatem bona consanguineis dandi, similiter non obst. quod cum potentiori facilius dispensetur in matrimonio contrahendo, nam respon. quod hoc principaliter fit propter fœdus pacis firmandum quod magis est necessarium communi vtilitati circa personas excellentes. Et ideo, cum eis facilius dispensatur absque peccato acceptionis personarum non obst. quod secundum iura, sit satis, quod eligatur dignus, quia hoc procedit ad hoc, quod electio impugnari non possit in foro iudiciali, sed quoad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem, uel simpliciter, uel in comparatione ad bonũ commune, Dom. Sotus lib. 3. de iust. & iur. q. 6. art. 2. S. Anto. 2. part. tit. 1. c. 20. §. 1. & seq. ampl. 2. hoc idem locum habere in exhibitione honoris, & reuerentię, gl. Iac. cap. 2. quicunque diuitem propter

diuitias

diuitias honorat, peccat, & pari ratione ſi aliquis honoretur propter alias cauſas, quæ non faciunt dignum honore: quod pertinet ad acceptionem perſonarum. Ergo acceptio perſonarum in exhibitione honoris eſt peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 3. dicens, quod honor eſt quoddam teſtimonium de virtute eius, qui honorat. Et ideo ſola virtus eſt debita cauſa honoris: ſciendum tamen, quod aliquis poteſt honorari, non ſolum propter virtutem propriam, ſed etiam propter virtutem alterius. ſicut Principes, & prælati honorantur, etiamſi ſint mali inquãtum gerunt perſonã Dei, & cõmunitatis, cui præficiuntur, ſicut illud Prou. 26. ſicut, qui mittit lapides in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. Quia gentiles rationem attribuebant Mercurio, aceruus Mercurij dicitur cumulus latrocinij, in quo mercator quandoque mittit vnũ lapillum loco centum marcarum, ita etiam honoratur inſipiens, qui ponitur loco Dei, & loco totius communitatis. Eadem ratione parentes, & domini ſunt honorãdi propter participationem diuinæ dignitatis qui eſt omnium pater, & dominus. Senes autem ſunt honorãdi propter ſignum virtutis, qđ eſt ſenectus, licet hoc ſignum quãdoq; deficiat, vnde vt dicitur Sap. 4. ſenectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata, cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita eſt immaculata. Diuites autem honorandi ſunt propter hoc, quod maiorem locum in communitatibus obtinent, ſi autem ſolum intuitu diuitiarum honorentur, erit peccatum acceptionis perſonarũ. Dom. Sot. lib. 3. de iuſt. & iure q. 6. art. 6. ampl. 3. loco hoc idem locũ habere in iudicijs Prou. 18. accipere perſonam in iudicio non eſt bonum, & habetur c. in iudicijs, de reg. iur. 6. ibi in iudicijs non eſt habenda acceptio perſonarum S. Tho. 2. 2. q. 63. art. 3. dicens, iudicium eſt actus iuſtitiæ 2. 2. q. 60. art. 1. prout iudex ad æqualitatem iuſtitiæ reducit ea, quæ inæqualitatem oppoſitam facere poſſunt: perſonarum autem acceptio inæqualitatem quandam habet, inquantum attribuitur alicui perſonæ præter proportionem ſuam, in qua conſiſtit æqualitas iuſtitiæ. Et ideo manifeſtum eſt, quod per perſonarum acceptionem iudicium corrumpitur, non obſtat quod grauius puniatur, qui inferunt iniuriam in perſonas Principum, quàm qui in perſonas aliorum, quia ipſa diuerſitas perſonæ facit ad hoc diuerſitatem rei, ſimiliter non obſt. quod dicitur Eccleſ. 4. in iudicando eſto pupillis miſericors, nam reſpond. quod homo in iudicio debet pauperi ſubuenire quantum poteſt, nam ſine læſione iuſtitiæ, alioquin non haberet locum illud, quod dicitur Exod. 23. pauperis quoque non miſereberis in iudicio: peccatum igitur non ſolum animæ mors eſt, ſed ad reſtitutionem obligat iuxta reſtitutionum regulas: pro quanto impedit dignum, ſeu digniorem, Caieta. verſicul. acceptio perſonarum, Dom. Sot. libr. 3. de iuſtit. & iur. quæſtio. 6. articul. 5. Vig. de virt. iuſt. c. 5. §. 2. ver. 2. S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 20. §. 4. Ang. ver. acceptio perſonarum, vbi dicit, quod in 8. prohibetur acceptio perſonarum. Primo in pœnitentiæ impoſitione, c. ſacerdus, 26. q. 7. Secundo in ſententiæ diffinitione, cap. neceſſe, 3. q. 9. Tertio in his, quæ ſunt fidei, c. 1. 29. q. 2. Quarto in hoſpitũ receptione, c. quieſcamus, 42. diſt. Quinto in eleemoſynarum largitione, c. ſi cupis, 16. q. 1. Sexto in iudicijs, c. in iudicijs, de reg. iur. 6. Septimo in promotione dignitatum, c. venerabilis, 40. diſt. Octauo in exhibitione honoris conc. cum his Arm. ver. acceptio perſonarum, Aſten. lib. 2. tit. 13. art. 1. & ſeq. Piſan. ver. acceptio perſonarũ, vbi etiam Roſ. Alex. de Ales. 2. p. tit. de accept. perſon. Syl. d. ver. acceptio perſonarum, vbi etiã Tab.

Prodigalitas quid ſit, & cui vitio opponatur. Quæſtio. C L I.

CEnteſimo quinquageſimoprimo quæro, quid ſit prodigalitas? Reſp. eſt vitium inclinãs ad appetitum inordinatum effuſionis pecuniæ. Nau. Man. conf. c. 21. nu. 69. & ſeq. Ex mente S. Thom. 2. 2. quæſt. 119. art. 1. Caiet. ver. prodigalitas, dicit prodigalitas eſt, qua homo ſuperfluè erogat res ſuas & opponitur auaritiæ, & liberalitati, Ariſt. 2. Et. c. 7. & 14. c. 1. S. Tho. 2. 2. q. 119. art. 1. S. Ant. 2. p. tit. 6. c. 8. in princ. Alex. de Ales. 2. p. q. 141. memb. 7. cõcl. 2. Aſten. lib. 2. tit. 3. art. 3. Caie. ver. prodigalitas. In moralibus enim attenditur oppoſitio, vitiorum ad inuicem, & ad virtutem ſecundum ſuperabundantiam, & defectum. Differunt autem auaritia, & prodigalitas ſecundum ſuperabundantiam, & defectum diuerſimodè; nam in affectione diuitiarum auarus ſemper abundat, plus debito eas diligens prodigus autem deficit, minus debito earum ſolicitudinem gerens. Circa exteriora verò ad prodigalitatem pertinet excedere quidem in dando, deficere autem in retinendo, & acquirendo. Ad auaritiã autem pertinet e cõtrario, deficere quidem in dando, ſuperabundare autem in accipiendo, & retinẽdo. Vnde apparet, quod prodigalitas auaritiæ opponitur; nõ obſt. quod prodigalitas ordinetur propter voluptates, vt de filio prodigo legitur, & per conſequens magis tẽperantiæ opponi videtur; nam reſp. quod prodigus non ſemper abundat in dando propter voluptates, ſed quandoq; ex eo, quod totaliter diſponitur, vt diuitias non curet.

Prodigalitas, an ſit peccatum. Quæſt. C L I I.

CEnteſimo quinquageſimo ſecundo quæro, an prodigalitas ſit peccatum? Reſp. quod ſic. filius enim prodigus vituperatur de ſua prodigalitate Luc. c. 15. S. Tho. 2. 2. q. 119. art. 2 dicens, quòd prodigalitas opponitur auaritiæ, ſecundum oppoſitionem ſuperabundantiæ, & defectus. Mediũ autem virtutis per vtrumque horum corrumpitur. Ex hoc autem eſt aliquid vitioſum, & peccatum, quod corumpit bonum virtutis. Vnde relinquitur, quod prodigalitas ſit peccatum, non ob. quod ſcriptura dicat diuitias huius ſæculi præcipue facile tribuere communicare, Apoſt. 1. ad Tim. vlt. & Math. c. 6. nolite eſſe ſoliciti in craſtinum, & c. 19. vende omnia. quæ habes, & da pauperibus, nam reſp. quod ſuperexceſſus prodigalitatis non attenditur princi-

principaliter ſecundum quantitatem dati, ſed magis in quantum excedit id, quod fieri oportet. Vnde quãdoq; liberalis maiora dat, quàm prodigus, ſi neceſſarium ſit. Sic ergò intelligendum eſt, quod illi, qui intentione ſequendi Chriſtum omnia ſua dant, & ab animo ſuo omnium temporalium ſolicitudinem remouent, non ſunt prodigi, ſed perfectè liberales. Hæc. S. Tho. d. loco ad tertium, conc. S. Ant. 2. p. tit. 6. c. 8. in princ. Angel. ver. prodigalitas, Nau. Man. conf. c. 18. nu. 18. Aſten. lib. 2. tit. 3. Vig. de virt. iuſt. c. 6. verſ. 2. Caiet. & Arm. ver. prodigalitas, qui dicunt, quod ſi prodigalitas ſit pura, & non alteri peccato admixta, pecatum veniale eſt, quia non eſt contra charitatem, ſed præter. Si autem impietati, vel adulterio, vel alteri peccato mortali fuerit adiuncta, erit mortalis, ſicut ſi pater prodigè expendens bona, filios in miſeria relinquit. Hoc ad impietatẽ vergit, & propterea mortalis efficitur prodigalitas, & ſic de alijs iudicabis, quando mortali agitur appetitu, ſecus ſi veniali.

Prodigalitas, an ſit maius peccatum, quam auaritia. Quaeſt. CLIII.

CEnteſimo quinquageſimotertio quæro, vtrũ prodigalitas ſit grauius peccatum, quam auaritia? Reſp. auaritiam eſſe grauius peccatum, quam prodigalitatem. Ariſt. 4. Eth. c. 1. volum. 1. & hęc ſecundum ſe conſiderata triplici ratione. Primo quidem, quia auaritia magis differt à virtute oppoſita, magis enim ad liberalitatem pertinet dare, in quo ſuperabundat prodigus, quam accipere, vel retinere, in quo ſuperabundat auarus. Secundo, quia prodigus eſt multis vtilis, quibus dat, auarus autẽ nulli, ſed nec ſibi ipſi, vt dicitur Eth. 4. c. 1. Tertio, quia prodigalitas eſt facilè ſanabilis, & per hoc quod declinat ad ætatem ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per hoc, quod peruenit ad egeſtatem de facili, dum multa inutiliter conſumit, & ſic pauper factus, non poteſt in dando ſuperabundare, & etiam, quia de facili perducitur ad virtutem propter ſimilitudinem, quam habet ad ipſam, ſed auarus non ſanatur de facili, vt dictum eſt: S. Th. 2. 2. q. 119. art. 3. S. Ant. 2. p. ti. 6. cap. 8. in prin. Ang. ver. prodigalitas, vbi Caie. & Tab. Aſten. lib. 2. ti. 30. ar. 3. Viguer. de virt. iuſt. c. 5. ver. 2. ſimiliter in hoc ſuperabundat prodigus, ſi ſibi, & quibuſdam alijs nocet, quod tamen aliquibus prodeſt auarus autem nec alijs, nec ſibi prodeſt; quia non audet vti, etiam ad ſuam vtilitatem bonis ſuis, S. Th. d. loco ad primum.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SVMMA PECCATORVM CAPITALIVM,

AVCTORE

SEBASTIANO MEDICE

FLORENTINO IVRECONSVLTO.

Equite S. Stephani, & Prothonotario Apostolico.

PARS SECVNDA.

De peccato Gulæ. Tit. VII.

Gula quid sit. Quæst. I.



RIMO quæro quid sit Gula? Resp. ex mente omniũ, quod est inordinatus appetitus edẽdi, & bibendi, Sanctus Tho. 2.2.quæstio.148.ar.1.Alex.de Ales.2.p.q.141.memb.1.Syl. ver.Gula.num.1. Vig.de virt. temper.cap.17.§.3.ver.3.Tabver.gula.nume.1.S.Ant.2. parte titulo 6.capi.1.in princ.Armilla ver.gula nume.1.Nauar.Man.Confess.c.23.nu.119.Canis.in Cathech.tit.de pecc.capital.cap.7.

Gula an sit peccatum. Quæst. II.

SEcundo quæro, vtrum gula sit peccatum? Respond.quod sic. Greg.lib.30.ca. 26.Mora.dicit quod ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur, nisi prius intra nosmetipsos hostis positus, gulę videlicet appetitus edomatur:sed interior hostis hominis est peccatum. Ergo gula est peccatũ, S.Tho.2.2.q.148.art.2.dicens, quod gula non nominat quemlibet appetitum edendi, & bibendi, sed inordinatum. Dicitur autem appetitus inordinatus ex eo, quod recedit ab ordine rationis, in quo bonum virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dicitur aliquid esse peccatum, quod virtuti cõtrariatur. Vnde manifestum est, quod gula est peccatum, non obst.quod dicitur Math. cap. 15.quod intrat in os, non coinquinat hominem &c.nam Respon.quod intelligitur per modum cibi secundum suam substantiam, & naturam non coinquinat spiritualiter.sed Iudæi opinabantur, quod aliqui cibi immundos facerẽt nõ propter figuram, sed propter naturam propriam. Inordinata autem ciborum concupiscentia spiritualiter hominem coinquinat, hæc S.Thom.d. loco conc.S. Ant.2.par.tit. 6.cap.1.§.2.

Gula an sit peccatum mortale. Quæst. III.

TErtio quæro, vtrum gula sit peccatum mortale? Respon. quod sic, Grego.lib.30.ca.26. Moral.ibi (dominãte gulæ vitio) omne quod homines fortiter egerunt perdunt, & dum venter nõ restringitur, simul cunctæ virtutes obruuntur; sed virtus non tollitur, nisi per peccatum mortale. Ergo gula est peccatum mortale, S.Thom.2.2.q.148. art.2.dicens, quod vitium gulæ propriè consistit in concupiscentia inordinata, ordo autem rationis cõcupiscentiam ordinantis, dupliciter tolli potest. Vno modo quantum ad ea, quæ sunt ad finem, pro ut scilicet non sunt, ita commensurata, vt sint proportionata fini. Alio modo, quantum ad ipsum finem, prout scilicet concupiscentia hominem auertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiæ accipitur in gula secundum auersionem à fine. vlt.sic gula erit peccatum mortale. Quod quidem contingit quando delectioni gulæ inhæret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus scilicet contra præcepta Dei agere, vt delectationes huiusmodi assequatur. Si verò in vitio gulæ intelligitur inordinatio concupiscentiæ tantum secundum ea, quæ sunt ad finem, vt pote quia nimis concupiscit delectationes ciborum; non tamen ita, quod propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum veniale, non obst.qnod non contrarietur alicui præcepto Decalogi, neque charitati, quia respond.quod vitium gulæ habet, quod sit peccatum mortale, inquantum auertit à fine vltimo, & secundum hoc per quandam reductionem opponitur præcepto de sanctificatione sabbathi, in quo præcipitur quies in fine vlt.similiter contrariatur dilectioni Dei, qui est super omnia, sicut finis vltimus diligendus, & secundum hoc solũ gu-

la est

la est peccatum mortale. Non enim omnia peccata mortalia directè contrariantur præceptis Decalogi, sed solum illa, quæ iniustitiam côtinent, quia præcepta Decalogi specialiter pertinent ad iustitiam, & partes eius, S.Thom.2.2.q.122.art.1.cõc. Ang.ver.gula, nume.2.Pis.in prin. Rof.d. loco,nu. 1.Sylu.& Tab.num. 2.non tamen dicitur esse maximum peccatorum, quia vt dicit Greg. lib.33.Mor. c.11. vitia carnalia, inter quæ computatur vitium gulæ sunt minoris culpæ S.Thom.2.2.q.148.art.3. dicens, quod grauitas alicuius peccati potest tripliciter considerari. Primo quidem, & principaliter secundum materiam, in qua peccatur, & secundum hoc peccata, quæ sunt circa res diuinas, sunt maxima. Vnde secundum hoc, vitium gulæ non est maximum, est enim circa ea, quæ ad substentationem corporis spectant. Secundo autem ex parte peccantis, & secundum hoc peccatum gulæ magis alleuiatur, quàm aggrauetur, tum propter necessitatem assumptionis ciborum, tum etiam propter difficultatem discernendi, & moderandi id, quod in talibus conuenit. Tertio modo ex parte effectus consequentis: & secundum hoc vitium gulę, habet quandam magnitudinem inquantum ex ea occasionantur diuersa peccata, & secundum hoc vltimum dictum intelligitur, quod Adam incontinentia ventris expulit à paradiso, & Ezech.16.hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ saturitas panis, & vini, nã illæ pœnæ referuntur magis ad vitia, quæ sunt consecutiuæ ex gula, vel ad gulæ radicem, quam ad ipsam gulam. gula autem non est causa illorum vitiorum per se, sed quasi per accidens & per occasionem, causa autem non est potior, nisi in causis per se non obst. etiam quod propter crapulam multi obierunt, Eccl. 37. & homo debet se ipsum post Deum maximè diligere, nam respond. quod gulosus non intendit suo corpori nocumentum inferre sed in cibo delectari, si autem nocumentum corporis sequatur, hoc est per accidens. Vnde hoc directè nõ pertinet ad grauitatem gulæ, cuius culpa tamen aggrauatur, si quis corporale detrimentum incurrat propter immoderatam cibi assumptionem, hæc Sanctus Thom.conc. Alexan. de Ales.2.part. q.142.memb.7.Viguer.de virt. temper. capit.7.§. 3.ver.3.Nau.Man.confess.cap.23.num. 19.Caiet. ver.gula. Peccat igitur hoc peccato, qui vescitur, cibo prohibito in aliqua regione, capit. illa 12.dist. similiter qui humanis carnibus vescitur, Nauar.c. 23.nume.122.

Gula, an sit peccatum capitale. *Quæst.* IIII.

QVarto quæro, an gula sit peccatum capitale? Respond. quod sic Gregor.lib.31.c.31. Moral. ponit ipsum inter vitia capitalia S.Thom.2.2.q.148.art. 5.dicens, quod vitium capitale dicitur, ex quo alia vitia oriuntur, secundum rationem causæ finalis, in quantum scilicet habet finem multum appetibilem, S. Thom. 1. 2.q. 84.art. 4. vnde ex eius appetitu homines prouocantur multipliciter ad peccãdum, ex hoc autem aliquis finis redditur multum appetibilis, quod habet aliquam de conditionibus fœlicitatis, quæ est naturaliter appetibilis. Pertinet autem ad rationẽ fœlicitatis delectatio, Arist.1.Ethic.c.8.& in 10.ca. 3.eod.& ideo vitium gulæ, quod est circa delectationes tactus, quæ sunt præcipuè inter alias, conuenienter ponitur inter vitia capitalia, conc. Alex.de Ales 2.p.q.142.memb.4.Tab.ver.Gula, nu.4.Vig. de virt.temper.c.7.§.3. vet.3.Arm.ver.gula nu.5. Nau.Man.Confess.c.23.nu.119.

Gulæ species quot esse dicantur. *Quæst.* V.

QVinto quæro, quot sunt species gulæ? Resp. quinque, Gregor.lib.30.c.27.Moral.c. quinque modis, de penul.dist..bi quinque modis nos gulæ vitium tenear. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit, aliquando lautiores cibos quærit, aliquando quæ sumenda sunt præparari accuratius appetit, aliquando in ipsa quãtitate sumendi mensuram refectionis excedit. Aliquando ipso æstu immensi desiderij aliquis peccat. Et continentur hoc versu,

Propere, lautè, nimis, ardenter, studiosè

S.Thom.2.2.q 148.art.4. dicens, quod gula importat inordinatam concupiscentiam edendi. In esu autem duo considerantur, scilicet ipse cibus, qui comeditur, & eius comestio. Potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi dupliciter. Vno quidem modo quantum ad ipsum cibum, qui sumitur, & sic quantum ad substantiam, vel speciem sibi quærit aliquis cibos lautos, idest pretiosos. Quantum ad qualitatem quærit cibos nimis accurate præparatos, idest studiose. Quantum ad quantitatem, excedit nimis edendo. Alio vero modo attenditur inordinatio concupiscentiæ, quantum ad ipsam sumptionem cibi, vel quia præuenit debitum tempus comedendi, quod est præpropere, vel quia non seruat modum debitum in edendo, quod est ardenter, conc. Alex.de Ales 2.p. q.142. memb.6. Angel.ver.gula nu.1. Viguer.de virt.temper c.7.§.3.ver.3. Pisan.ver.gula.§.1.Perald.2.p. tit.de gula.p.2. Rosella ver.gula.nu.4.S.Ant.2.p. tit.6.c.1.§.4.Nauar.Man.Confess.c.23.num.119. Tab.ver.gula nu.3.

Gulæ quot filias habeat. *Quæst.* VI.

SExto quæro, quot sint filiæ gulæ? Resp. quinque, scilicet, Inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam, Grego.lib.31.Moral.cap.31. S.Tho. 2.2.q.148.artic.6. dicens, gula propriè consistit circa immoderatam delectationem, quæ est in cibis, & potibus. Et ideo illa vitia inter filias gulæ computantur, quæ ex immoderata delectatione cibi, & potus consequuntur. Quæ quidem possunt accipi, vel ex parte animæ, vel ex parte corporis, ex parte autem animæ quadrupliciter. Primo quidem quantum ad rationem, cuius acies hebetatur ex immoderatione cibi, & potus. Et quantum ad hoc ponitur filia gulę hebetudo sensus circa intelligentiam, propter fumositates ciborum perturbantes

bantes caput, ſicut econtrario abſtinentia confert ad ſapientiæ perceptionem ſecundum illud Eccl. 2. cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Secundo quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi, & potus, quaſi ſopito gubernaculo rationis. Et quantum ad hoc ponitur inepta lętitia; quia omnes alię inordinatæ paſſiones ad lætitiam, & triſtitiam ordinantur, vt dicitur 2. Eth. cap. 5. vol. 5. Et hoc eſt quod dicitur Eſdræ. ca. 3. quod vinum omnē mentem cõuertit in ſecuritatem & iniucũditatem. Tertio quantum ad inordinatum verbum, & ſic ponitur multiloquium, quia, vt dicit Greg. in Paſtor. vol. 3. cap. 20. Niſi gulę deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie ſplē dide dicitur, in lingua grauius nõ arderet. Quarto quantum ad inordinatum actum, & ſic ponitur ſcurrilitas. i. iocularitas quędam proueniens ex defectu rationis, quę ſicut nõ poteſt cohibere verba, ita non poteſt cohibere exteriores geſtus. Vnde ad Epheſ. 5. ſuper illud, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit gl. quod à ſtultis ſcurrilitas dicitur, id eſt iocularitas, quę riſum mouere ſolet. Quamuis poſſit vtrumq; horum referri ad verba, in quibus contingit peccare, vel ratione ſuperfluitatis, quod pertinet ad multiloquiũ, vel ratione inhoneſtatis quod pertinet ad ſcurrilitatem. Ex parte autē corporis ponitur immunditia, quę poteſt attendi, ſiue ſecundum inordinatam emiſſionem, quarumcumque ſuperfluitatum, vel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis, vnde ſuper illud ad Epheſ. 5. fornicatio autem, & omnis immunditia, &c. dicit gl. 1. incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo conc. Alex. de Ales 2. p. queſt. 144. mem. 6. Vig. de virt. temper. cap. 7. §. 3. ver. 3. Nau. Man. Confeſſ. cap. 23. numer. 119. Caniſ. de pecc. capit. c. 7. Angel. ver. gula numer. 4. Armilla numero ſexto Sylu. numero 3. Tab. numero 5. eſſet videndum de inepta lętitia, de qua dixi ſuper tit. de ſuperbia q. 7.

Scurrilitas, quid ſit. Quaſt. VII.

SEptimo quęro, quid ſit ſcurrilitas? Reſp. eſt iocularitas quędam ex defectu rationis non valentis cohibere geſtus exteriores, Sylu. & Tab. ver. ſcurrilitas. Viguer. de virt. temper. c. 7. §. 3. verſ. 3. Caie. & Arm. d. loco dicens, ſcurrilitas eſt qua quis alios ad riſum inhoneſte prouocat, geſtibus, vel verbis, ex defectu rationis proueniens, non habita ratione dignitatis, locorum, temporum, perſonarum, & cauſæ.

Scurrilitas, an ſit peccatum. Quaſt. VIII.

OCtauo quęro, vtrum ſcurrilitas ſit peccatũ? Reſpond. quod ſcurrilitas propriè dicta eſt peccatum, ſed aliquãdo accipitur pro vrbanitate, vel affabilitate ſermonis, & hoc eſt impropriè, & ſecundum hoc ſi adſit debitus finis, vt ad cõſeruationem amicitię bonę, vel ad remouendam triſtitiam ſeculi, vel accidiam; hoc autem cum non eſt per verba turpia non eſt peccatum. Si verò fiat per verba turpia, vel per verba nullius vtilitatis, ſed tantum riſum prouocantia inordinatum, peccatũ eſt, erit tamen mortale, vel veniale ſecundum quod retorqueatur ad libidinem mortalem, vel venialem. Alex. de Ales 2. p. q. 122. memb. 1. & ſeq. dicitur autem peccatum, vt potè honeſtè vrbanitati oppoſitum, non tamen eſt ex ſuo genere mortale, ſi tamen habet admixtum aliquid, contra dilectionem Dei, aut proximi ex ſola tali admixtione poteſt effici mortalis Caietan. ver. ſcurrilitas. Tab. Sylu. Armilla, & Angel. d. loco S. Anton. 2. p. tit. 6. c. 4. §. 4. & nõ ſolum peccant qui huiſmodi verba proferunt, ſed etiam qui per ſcurrilitatem veſtes impudicas geſtant Nau. Man. Confeſſ. c. 23. nu. 123. & non ſolũ, qui dicunt, & talia agunt peccant, ſed etiam uidentes, & audientes Ang. uer. ſcurrilitas in fine, immo qui ſubſtentant, & procurant, ut turpiloquia fiant, magis peccant tanquam auctores ſceleris Alexan. de Ales. 2. p. q. 122. memb. 3.

Immunditia, an ſit peccatum. Quaſt. IX.

NOno quęro, utrum immunditia ſit peccatũ? Reſpon. quod immunditia in ſermone Morali, generale peccatum eſt, quo immundus redditur operans, illud uſurpatur tamen primo ſpecialiter pro peccato inordinatę ſeminationis humanę cuiuſcunq; præter naturalis. Ex hoc enim homo maximè immundus fit, & ſic conſtat eſſe peccatum mortale de quo pluries Apoſtolus loquitur, docens immundos, excludi à regno Dei. Vſurpatur ſecundo pro peccato inordinatę emiſſionis ſuperfluorum, ut cibi per uomitum, & ſimilium ex gula procedentium, & ſic ponitur filia gulę. Frequenterque eſt peccatum veniale, ut potè nec contra Dei, nec proximi dilectionem, turpè tamen, ut potè etiam corporalem immunditiam inferens, Caiet. uer. immunditia, S. Thom. 2. 2. q. 148. art. 6. ad ſecundum, dicens, quod licet utilis ſit uomitus poſt ſuperfluam commeſtionem; tamen uitioſum eſt, quod aliquis huic neceſſitati ſe ſubdat per immoderantiam cibi, uel potus. Poteſt tamen abſque culpa uomitus procurari, ex conſilio medicinæ in remedium alicuius languoris. Tab. uerſic. immunditia nu. 1. Armilla d. loco aliquando eſt mortale quãdo quis comedit intendens euomere propter delectationem gulę, nulla alia cauſa bona adductus ad hoc uel quando ex hoc generat ſibi notabile damnũ in corpore, nec propterea uult deſiſtere hoc auertendo, Angel. uerſicu. immunditia, Sanctus Ant. 2. par. tit. 6. cap. 4. §. 6. immunditia autem corporalis, quando quis immundè, & ſordidè comedit, & uiuit, peccatum eſt rectę rationi diſſonans, communiter tamen ueniale in rebus non ſacris, in rebus ſacris ſi notabilis eſt mortaliter agitur, quia diuina reuerentia offenditur, & ſub pręcepto prohibetur Armil. uerſic. immunditia nume. 2. Caiet. d. loco il 2.

Multiloquium, an sit peccatum. Quæst. X.

DEcimo quæro, an multiloquium sit peccatū? Resp. quod in multiloquio propriè sumpto semper peccatum est, secus in cōmuniter accepto, ita intelligitur Prou. ca. 10. ibi in multiloquio non deerit peccatum, Alex. de Ales 2. pa. q. 125 memb. 1. & si est multiloquium circa linguositatem, uel verbositatem veniale peccatum est, potest tamen esse mortale. qui vtitur eo in irreuerentiam Dei notabilem, aut adeo eo delectatur, vt paratus sit id præferre implemento alicuius præcepti. S. Ant. 2. p. ti. 6. c. 4. §. 4. Nau. Man. conf. ca. 23. nu. 123. Alex. de Ales d. loco memb. 2. Tab. versi. multiloquium, Ange. d. loco, dicens, quod propriè loquendo aliud est multiloquium, aliud verbositas, siue linguositas. Quia linguositas sonat in contemptum prouenientem ex consuetudine superfluæ, & inordinatę locutionis. Multiloquium verò non determinat tātum, sed stat in genere, & licet sit veniale, tamē linguositas potest esse mortale, vnde Iob cap. 11. nunquid, qui multa loquitur non audiet, aut vir verbosus iustificabitur, quasi dicat non ita Alex. de Ales d. loco, & Ang. ver. multiloquium. Perald. p. 2. titu. de peccatis linguæ ca. 21. vbi ampl. in capi. seq. hoc idem procedere in turpiloquio vnde 1. ad Cor. 15. corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Hebetudo, an sit peccatum. Quæst. XI.

VNdecimo, quæro vtrum hebetudo mentis sit peccatum? Resp. quod sic, in tantum quantum habet rationem voluntarij, nec est mortale, nisi quando voluntariè ita implicat se terrenis, quod omittit illam discussionem, quæ de necessitate salutis est, Ang. ver. hebetudo, dicens, quod hebetudo mentis est grossities intellectus, qua homo non potest pertingere ad cognitionem rei, nisi permulta ei sint exposita, nec tunc etiam perfectè potest considerare omnia quæ pertinent ad rationem rei conc. S. Ant. 2. p. ti. 6. c. 4. §. 2. Nau. Man. conf. ca. 23. nu. 123. Pisan. ver. hebetudo. S. Th. 2. 2. q. 15. art. 2. Syl. ver. hebetudo, vbi etiam Tab.

Ebrietas, an sit peccatum. Quæst. XII.

DVodecimo quæro, verum ebrietas sit peccatum? Respon. quod sic, est enim ebrietas infantes voluntaria Alex. de Ales 2 p. q. 142. memb. 12. seu dicitur priuatio vsus intellectus facta ad aliquod tempus ex immoderato potu uini, uel cuiuscunque alterius rei potabilis, Ang. uersi. ebrietas in princ. ubi etiam Syl. nu. 1. Paul. ad Rom. 14. Non in commessationibus, & ebrietatibus, S. Thom. 2. 2. q. 150. artic. 1. dicens, quod ebrietas dupliciter accipi potest. Vno modo prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo uino potato, ex quo fit, ut non sit compos rationis, & secundum hoc ebrietas non nominat culpam, sed defectum pœnalem, consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum quo quis in hunc defectū, incidit qui potest causare ebrietatē dupliciter. Vno mō ex nimia vini fortitudine, præter opinionem bibētis. Et sic etiam ebrietas potest accidere sine peccato, præcipuè si non ex negligentia hominis contingat. Et sic Noe inebriatus fuisse creditur, vt legitur. Genes. capit. 9. Alio modo ex inordinata concupiscentia, & vsu vini. Et sic ebrietas ponitur esse peccatum, & cōtinetur sub gula, sicut species sub genere. Diuiditur enim gula in commessationem, & ebrietatem, quas prohibet Apost. in auctoritate inducta Conc. Alex. de Ales. 2. p. q. 142. memb. 12. artic. 1. Viguer. tit. de virt. temp. c. 7. §. 3. ver. 5.

Ebrietas, an sit peccatum mortale. Quæst. XIII.

DEcimotertio quæro, vtrum ebrietas sit pecatum mortale? Resp. quod sic, legitur enim in Can. Apost. 42. Episcopus, aut præsbyter, aut diaconus aleæ, aut ebrietati deseruiēs, aut desinat, aut deponatur, subdiaconus autem, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione priuetur, similiter, & laicus; sed tales pœnæ non infliguntur nisi pro peccato mortali, ergo ebrietas est peccatum mortale ita arg. S. Thom. 2. 2. q. 150. art. 2. dicēs, quod culpa ebrietatis consistit in inordinato usu, & concupiscentia uini. Hoc autem contingit esse tripliciter. Vno modo sic quod nesciat potum esset immoderatum, & inebriare potētia, & sic ebrietas potest esse sine peccato. Alio modo, sic quod aliquis percipiat potum esse immoderatum, non tamen æstimet potum inebriare potentem. Et sic ebrietas potest esse cum peccato ueniali. Tertio modo potest esse, quod aliquis bene aduertat potum esse immoderatum, & inebriantem, & tamen magis vult ebrietatem incurrere, quam a potu abstinere; & talis proprie dicitur ebrius, quia moralia recipiunt speciem non ab eis, quæ per accidens eueniunt præter intentionem, sed ab eo, quod est per se intentum. Et sic ebrietas est peccatum mortale, quia secundum hoc homo volens, & sciens priuat se vsu rationis, quo secundum virtutem operatur, & peccata declinat, & sic peccat mortaliter, periculo peccandi committens dicit. n. Amb. lib. de Patriarc. lib. 1. c. 6. vol. 4. vitandam dicimus ebrietatem, per quam vitia cauere non possumus: Nā quę sobrij cauemus, per ebrietatem ignoranter committimus. Vnde ebrietas per se loquendo est peccatum mortale, Alex. de Ales. 2. p. q. 142. memb. 12. art. 2. Arm. ver. ebrietas nu. 1. vbi etiam Angel. S. Ant. 2. p. ti. 6. cap. 3. §. 2. Ros. ver. ebrietas num. 1. vbi etiam Pisan. Vig. de virt. temp. c. 7. §. 3. ver. 5. Caiet. ver. ebrietas Nau. Man. Conf. capit. 23. numero 121. Syl. ver. ebrietas numero 2. vbi etiam Tab. num. 2. Perald. 2. p tit. de gula. cap. 2. & quamuis sit peccatum mortale non tamen dicitur maximum esse peccatum: vitia enim spiritualia sunt maiora, quam carnalia, sed ebrietas continetur inter vitia carnalia ergo non est maximum peccatum Greg. lib. 33. Moral. c. 11. S. Tho. 2. 2. q. 150. art. 3. dicens, quod ex hoc dicitur aliquod esse malum, quod priuat bonum,

unde

vnde quanto maius est bonum, quod priuatur per malum, tanto malum grauius est. Manifestũ est autem, quod bonum diuinum est maius, quam bonũ humanũ. Et ideo peccata, quæ sunt directe contra Deum, sunt grauiora peccato ebrietatis, quod directe opponitur bono rationis humanæ: non obst. quod aliquid dicatur esse peccatum, quod bonum rationis excludat, quod maxime videtur facere ebrietas: nam Resp. quod bonum rationis, impeditur dupliciter. Vno modo per id, quod est contrariũ rationi. Alio modo per id, quod aufert vsum rationis. Plus autem habet de ratione mali id, quod contrariatur rationi, quam quod ad horam vsum rationis aufert, vsus enim rationis potest esse & bonus, & malus, qui tollitur per ebrietatẽ, sed bona virtutum, quę tolluntur per ea, quæ contrariantur rationi sunt semper bona. hęc Sanct. Thom. conc. Alex. de Ales 2. p. q. 142. memb. 5. Tab. ver. ebrietas num. 5.

Ebrietatem in alterum inducens an peccet. Quæst. XIIII.

DEcimoquarto quęro, an peccet ille, qui alium inebriari procurat? Resp. quod sicut ille, qui inebriatur excusatur a peccato, si ignorat fortitudinem vini, ita etiam ille, qui inuitat aliquem ad bibendum excusatur a peccato, si ignoret talem esse conditionem bibentis, vt ex hoc potu inebrietur, sed si ignorantia desit, neuter a peccato excusatur S. Th. 2. 2. q. 150. art. 1. ad tertiũ. Alex. de Ales 2. p. q. 142. mẽb. 12. art. 3. dicẽs, quod alterũ inebrians peccat mortaliter, & venialiter, & interdũ, nec hoc, neque illud Naua. Man. Conf. c. 23. nu. 121. Arm. uer. ebrietas nume. 4. Rayn. cap. 2. Syl. & Tab. d. loco. num. 3.

Ebrietatem incurrens de consilio medici, an peccet. Quæst. XV.

DEcimoquinto quæro, an inebrians se ipsum, vel alterum de consilio medici, ad euitãdam infirmitatem peccet? Resp. quod cibus, & potus est moderandus secundum quod competit corporis valetudini S. Thom. 2. 2. q. 146. art. 6. Et ideo sicut quandoque contingit, vt cibus, vel potus, qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo, ita etiã potest ecõuerso cõtingere, vt ille, qui est superfluus sano, sit moderatus infirmo, & hoc modo cum aliquis multum [illegible] medit, vel bibit, secundum consilium medici [illegible] ad vomitum prouocandum, non est repotandus [illegible] superfluus cibus, vel potus, nec tamen ad vomitum prouocãdum requiritur, quod si potus inebrians, quia etiam potus aquæ tepidæ vomitum causat, & ideo propter hanc causam nõ excusaretur quis ab ebrietate, ex cuius dictis elici potest concl. quod ebrietas causata de consilio medici ad effugandam infirmitatem, si aliquo alio remedio vti potuerit, non excusaretur a peccato, tã medicus, quam infirmus, si verò secundum regulas medicinę, non poterit aliter fieri, tunc si obuiatum fuerit periculo, quod posset causari ex ebrietate vtique excusaretur, & ita concordari possũt doct. infrascripti, nam potest remouere ad tempus vsum rationis, vt in posterum quiete viuere possit, sicut contingit in somno, qui causatur infimo præter ordinem naturæ, vt ab al qua infirmitate liberetur, Alex. de Ales 2. p. q. 142. memb. 12. art. 2. Caiet. ver. ebrietas. Arm. d. loco nu. 5. Angel. nu. 2. Pis. §. 1. Ros. nu. 1. Sylu. nu. 4. Tab. nu. & seq.

Ebrietas, an excuset a peccato. Quæst. XVI.

DEcimosexto quæro, vtrum ebrietas excuset a peccato? Resp. quod sic, quia Loth excusatur ab incestu propter ebrietatem, vt Augu. dicit contra Faustum lib. 22. cap. 44. volu. 6. S. Thom. 2. 2. q. 150. art. 4. dicens, quod in ebrietate duo attenduntur, scilicet defectus consequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectos consequentis, in quo ligatur vsus rationis, ebrietas habet excusare a peccato, inquantum causat inuoluntarium per ignorantiam. Sed ex parte actus præcedentis videtur esse distinguendum, quia si ex actu illo præcedente subsecuta est ebrietas absque peccato, tunc peccatum sequens totaliter excusatur à culpa, sicut forte accidit de Loth: si autem actus præcedens fuit culpabilis, sic non totaliter aliquis excusatur a peccato sequenti, quod scilicet redditur voluntarium ex voluntate præcedentis actus, inquantum scilicet aliquis dãs operam rei illicitæ, incidit in sequens peccatum, diminuitur tamen peccatum sequens, sicut & diminuitur ratio voluntarij: unde Aug. dicit contra Faustum lib. 22. c. 44. vol. 6. quod Loth culpandus est, non quantum ille incestus, sed quantum ebrietas meruit, non obst. quod Philo. dicat ebrium mereri duplicem pœnam in 3. Ethi. c. 5. nec excusatur peccatum per peccatum, nam resp. quod nõ dicit, quod mereatur grauiorem maledictionem, sed quod mereatur duplicem maledictionem propter duplex peccatum, item ebrietas excusat a peccato non ex parte, qua est peccatum, sed ex parte defectus consequentis, propterea leuius est ex infirmitate peccare, quam ex malitia, sed ebrius ex infirmitate peccat: ergo aliqua ex parte excusatur, S. Thom. d. loco ad tertium, Armilla ver. ebrietas nu. 8. & seq. Ang. nu. 3. Pis. §. 3. Rosella nu. 5. Sylu. nu. 5. Tab. nu. 8.

Ieiunij fractio, an sit peccatum. Quæst. XVII.

DEcimoseptimo quæro, vtrum ieiunij fractio sit peccatum? Respondetur, quod sic, quia cadit sub pręcepto Hieron. ad Lucinium de ieiunijs dicit, Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges arbitretur Apostolicas, ergo ieiunium est in præcepto, & per consequens illud transgrediens peccat mortaliter, Sanctus Thomas secunda secundę quęstio. 147. articu. 3. dicens, quod ieiunium in communi cadit sub pręcepto legis naturę; quo iure tantum ieiunijs uti, quis tenetur, quantum sibi necessarium est ad deletionem culpę, & ad eleuationem

 mentis

mentis in spiritualia, sed determinatio temporis, & modi ieiunandi secundum conuenientiam, & vtilitatẽ populi Christiani cadit sub præcepto iuris positiui, quod est à prælatis Ecclesiæ institutũ. Et hoc est ieiunium Ecclesiæ, aliud verò est naturæ, hæc S. Thom. d. loco conc. Alex. de Ales in 4. p. q. 28. memb. 6. art. 2. & 4. Caiet. ver. ieiunium, il 4. Arm. nu. 7. Ang. nu. 6. Pis. §. 3. Ros. nu. 1. Asten. lib. 5. tit. 28. art. 3. est autem ieiunium subtractio prandij, & post cœnam cuiuslibet cibi priuatio, vsque ad diem sequentem, & abstinentia a carnibus, & trahentibus sementinam origine a carnibus, vt ab ouis, caseo, & lacte, Tab. d. loco num. 12. Declaratur primo, vt hora nona, vel post, non autem antea sit cõpetens ad assumendum cibũ per ieiunantes, S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. Alex. de Ales 4. par. 28. memb. 7. art. Caiet. ver. ieiunium, il 1. S. Ant. 2. p. tit. 6. c. 2. §. 10. Syl. ver. ieiunium, num. 11. Pis. d. loco, §. 6. Asten. lib. 5. tit. 28. art. 5. Rosel. ver. ieiuniũ, nu. 10. Vig. de virt. tem. ca. 7. §. 3. ver. 2. Ang. d. ver. ieiunium, num. 2. vbi etiam Tab. num. 6. Secundo declaratur, vt tempore ieiunij sunt conuenienter ieiunantibus carnes, lacticinia, & oua prohibita, & præcipuè in quadragesima: in alijs verò prohibentur tantum carnes: regulatur tamen secũdum consuetudinem loci, S. Thum. 2. 2. q. 147. art. 8. & ad 3. Ang. ver. ieiunium, num. 5. Pisan. §. 8. Rayn. 2. par. ver. ieiunium, c. 6. Tab. numer. 7. Caiet. ver. 1. Tertio declaratur, vt tempus ieiunij sit quadragesimæ, quatuor temporũ, & quorundam festorũ vigiliarum, S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 5. Alex. de Ales 4. p. q. 28. memb. 4. art. 3. & seq. Caiet. ver. ieiuniũ, ver. 2. vbi. Tab. nume. 11. S. Ant. 2. par. tit. 6. c. 2. §. 1. Ang. ver. ieiunium, numer. 7. Arm. nu. 2. Asten. lib. 5. tit. 28. art. 4. Pis. versic. ieiunium, vers. 4. vbi Ros. nu. 6. Syl. nu. 5. in die Dominico non ieiunatur, si quis tamẽ deuotionis causa ieiunasset benè faceret cessato scandalo, vel superstitione, Ang. d. loco, nu. 23. Quartu declaratur, vt ad ieiunium obseruandum requiratur, quod semel tantum in die ieiunij comedat, alioquin peccaret, vt est communis consuetudo populi Christiani, S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. conc. Alex. de Ales 3. p. memb. 3. q. 28. art. 3. Caiet. ver. ieiunium, il 1. vbi Ang. nu. 3. Nau. Man. confess. c. 21. nu. 14. & seq. S. Ant. 2. p. tit. 6. c. 2. §. 9. Vig. de virt. temp. capit. 7. §. 3. ver. 2. Teb. ver. ieiunium, nu. 3. Sed nunquid toties peccet mortaliter, quoties comedit in die ieiunij fracti sine causa? Resp. quod nõ, nisi semel, nisi comedens nouo contemptu mentis pluries comederet, quia tunc toties peccaret mortaliter, secus esset de ieiunio quadragesimæ, quia licet fregerit vno die, potest tamen ieiunare, & tenetur altero die, & sic quot dies omittit in quadragesima, tot peccata mortalia committit, Ange. ver. ieiunium nu. 22. Arm. d. loco. nu. 14. Tab. num. 10.

Ieiunij causæ quæ excusent a peccato.
Quæst. XVIII.

DEcimooctauo quæro, quot sunt causæ rationabiles excusantes a ieiunio? Resp. plures. Prima ætas, vt sunt pueri. Secunda infirmitas. Tertia est laboriositas. Quarta mendicitas. Quinta mulier prægnans, seu puerum lactans. Sexto senes multum debiles. Septimò peregrini, cursores, & similes. Octauo si maius bonum impediret sunt aliæ de quibus, S. Tho. 2. 2. q. 147. art. 4. ad Arg. S. Aur. 2. p. tit. 6. c. 2. §. 4. & 6. Asten. lib. 5. tit. 28. art. 3. Ange. ver. ieiunium nu. 13. Armilla nume. 4. Pisan. §. 11. Rayn. c. 3. Ros. nu. 14. & seq. Syl. nu. 4. Tab. nu. 17. & seq. Caiet. ver. 3. Nau. c. 21. nu. 16. & seq.

Incontinentia, an sit peccatum.
Quæst. XIX.

DEcimonono quæro, vtrum incontinentia sit peccatũ? Resp. quod sic, connumeratur enim alijs peccatis, Pau. ad Timoth. 3. vbi dicitur, criminatores, incõtinentes, immites, &c. Ergo incontinentia est peccatum, Sanctus Th. 2. 2. quæstio. 156. artic. 2. dicens, quod incontinentia potest attendi circa aliquid tripliciter; vno modo propriè, & simpliciter, & sic in continentia attenditur circa concupiscentias delectationum tactus, sicut, & intemperantia, & hoc modo incontinentia est peccatum ex duplici ratione. Vno modo ex eo, quod incontinens recedit ab eo, quod est secundum rationem. Alio modo, ex eo, quod se immergit quibusdã turpibus delectationibus. Et ideo Philosoph. 7. Ethic. 8. dicit, quod incontinentia vituperatur non solum, vt peccatum, quod scilicet est per recessum a ratione, sed sicut malitia quædam, inquantum prauas concupiscentias sequitur. Alio modo incontinentia attenditur circa aliquid, propriè quidem inquantũ homo recedit ab eo, quod est secundum rationem, sed non simpliciter; puta cum aliquis non seruat modum rationis, in concupiscentia honoris, diuitiarũ, & aliorum huiusmodi, quæ secundum se videntur esse bona. Circa quæ non est incontinentia simpliciter, sed secundum quid, & sic incontinentia est peccatum non ex eo, quod non seruat modum debitum rationis, etiam in concupiscentia rerum per se appetendarum. Tertio modo incontinentia dicitur esse circa aliquid non propriè, sed secundum similitudinem; puta circa concupiscentias eorum, quibus non potest aliquis malè vti, puta circa concupiscentias virtutum; circa quas potest aliquis dici incontinens esse per similitudinem, quia sicut ille, qui est incontinens totaliter ducitur per concupiscentiam malam, ita aliquis totaliter per concupiscentiã ducitur bonã, quæ est secundum rationem, & talis incontinentia non est peccatũ, sed pertinet ad perfectionem virtutis, non obst. quod dicitur Sap. c. 8. ibi scio, quod non possum esse incontinens, nisi Deus det, & per consequens cum vitari non possit, nõ est peccatũ, nam resp. quod homo potest vitare peccatum, & facere bonum, nõ tamen sine diuino auxilio secundum illud Ioan. 15. sine me nihil potestis facere. Vnde per hoc, quod homo indiget diuino auxilio ad hoc, quod sit continens, non excluditur quin incontinentia sit peccatũ, quia vt dicitur 3. Eth. c. 3. quæ per amicos possumus, aliqualiter per nos possumus.

furunt. Et quia diuinum auxilium nūquam deest, nisi nostra culpa, & tunc mortale cum se uinci a passione permittit: ita, quod in aliquod mortale consentit, aliàs ueniale, Caiet. uer. incō. inentia, vbi etiam Ang. & Armil. & Tab. nu. 3. est autē incontinentia (qua homo rectam habens rationē, uinci tur a concupiscentia delectabilium carnalium, aut honoris, aut iræ). Caiet. d. loco, in prin. quæ dupliciter, & opposito modo ad continentiam accipi potest. Primo pro ea, qua quis immergit se libere delectationibus turpibus, & sic est peccatum generale ad gulam, ebrietatem, & luxuriam. Alio modo pro ea, qua quis rectam rationē habens vincitur a vehementi concupiscentia, carnaliū delectationū, honoris, aut iræ, quæ est minus turpis, quam incōtinentia concupiscentiæ, Arist. 7. Ethic. c. 6. S. Tho. 2.2. q. 156. art. 4. dicens quod peccatum incontinentiæ potest considerari dupliciter: vno modo ex parte passionis, ex qua ratio superatur. Et sic incontinē. ia concupiscentiæ turpior est, quam incontinentia iræ, quia motus concupiscentiæ habet maiorem inordinationem, quam motus iræ, propter quatuor, Arist. 7. Ethicor. ca. 6. Primo, quia motus irę participat aliqualiter ratione, inquātum iratus tendit ad vindicandam iniuriam sibi factam, quod aliqualiter ratio dictat, sed non perfectè, quia non intendit debitum modū vindictæ, sed motus concupiscentię, totaliter est secundum sensum, & nullo modo secundum rationem. Secundò, quia motus irę magis consequitur corporis complexionē propter velocitatem motus colerę, quę tendit ad iram. Vnde magis est in promptu, quod ille, qui est secundū complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascitur, quam quod ille, qui est dispositus ad concupiscendū, concupiscat. Vnde etiā frequētius ex iracundis nascuntur iracundi, quam ex concupiscentibus concupiscentes. Quod autem prouenit ex naturali corporis dispositione reputatur magis venia dignū. Tertio, quia ira quęrit manifestè operari: sed concupiscētia quærit latebras, & dolose subintrat. Quarto, quia concupiscens delectabiliter operatur: sed iratus quasi quadam tristitia præcedente coactus. Alio modo potest considerari peccatum incontinentię, quantum ad malum in quod quis incidit ratione discedens. Et sic incontinentia iræ est plurimum grauior, quia ducit in ea, quæ pertinent ad proximi nocumentum. Hæc San. Thom. dicto loco conc. Viguer. de virt. temp. capitulo 7. §. 5. versic. 2. Tab. uer. incontinentia, num. 5.

Incontinentia an sit maius peccatum, quàm intemperantia. *Quæst.* XX.

Vigesimo quæro, utrum incontinens plus peccet, quam intemperans? Respond. quod intēperans multò deterius peccat, quā incontinens, quia ex habitu ille, hic uerò ex passione peccat. Vnde Aug. lib. de uerb. Domini serm. 11. uolum. 10. dicit, quod impœnitentia est peccatum in Spiritum sanctum. Sed sicut dicit Arist. 7. Ethicor. cap. 8. intemperatus non est pœnitiuus. Immanet ...iam autem electioni, incontinens autem omnis est pœnitiuus. Ergo intemperatus grauius peccat, quàm incontinens, S. Tho. 2.2. q. 156. art. 3. dicens, quod peccatum ex mente Aug. lib. de duabus animabus c. 10. præcipuè in uoluntate consistit. Volūtas enim est, qua peccatur, & rectè uiuitur. Et ideo ubi est maior inclinatio uoluntatis ad peccandum, ibi est grauius peccatum. In eo autem, qui est intemperatus uoluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione, quæ procedit ex habitu per consuetudinem acquisito. In eo autem, qui est incontinens uoluntas inclinatur ad peccandum ex aliqua passione. Et quia passio citò trāsit, habitus autem est qualitas difficile mobilis, inde est quod incontinens statim pœnitet transeunte passione, quod non accidit de intēperato, quinimmo gaudet se peccasse eo, quod operatio peccati est sibi facta connaturalis secundū habitum, unde de his dicitur. 2. Prou. quòd lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde patet, quod intemperatus est multo peior, quam incontinens, ut etiam Arist. 7. Ethic. capit. 7. San. Tom. d. loco conc. Tab. uer. incontinentia, nūmero 4. Vig. de uirt. temp. cap. 7. §. 5. uer. 2.

Insensibilitas an sit peccatum. *Quæst.* XXI.

Vigesimoprimo quæro, utrum insensibilitas sit peccatum? Resp. quod sic, nihil enim opponitur uirtuti, nisi uitium, sed insensibilitas uirtuti temperantiæ opponitur, ut Aristo. 2. Ethic. ca. 5. & in 3. c. 11. S. Th. 2.2. q. 142. art. 1. dicēs, omne illud, quod cōtrariatur ordini naturali esse uitiosum. Natura autē delectationē apposuit operationibus necessarijs ad uitā hominis, & ideò naturalis ordo requirit, ut homo intantū huiusmodi delectationibus utatur, quantum necessarium est saluti humanæ, uel quantum ad conseruationem indiuidui, uel quantū ad conseruationē speciei. Si quis ergo in tantum delectationem refugeret, quod prætermitteret ea, quæ sunt necessaria ad conseruationē naturæ, peccaret quasi ordini naturali repugnans. Et hoc pertinet ad uitium insensibilitatis. Sciendum tamen, quod ab huiusmodi delectationibus consequentibus huiusmodi operationes, quandoque laudabile, vel etiam necessarium est abstinere propter aliquem finem, sicuti propter sanitatem corporalem aliqui abstinēt à quibusdam delectationibus cibi, potus, & venereorum, & etiam propter alicuius officij executionem, sicut Athletas, & milites, necesse est à multis delectationibus abstinere, vt officium proprium exequantur. Et similiter pœnitentes ad recuperandam animæ sanitatem abstinentia delectabiliū quadam dieta utuntur. Et homines volentes contemplationi, & rebus diuinis vacare, oportet, quòd se magis à carnalibus desiderijs abstrahant. Nec aliquid prædictorū ad insensibilitatis vitiū pertinet, quia sunt secundū rationem rectam; delectatio igitur fugienda est ad vitādū peccatū, nō totaliter, sed vt. vltra nō quæratur quàm necessitas requirat, & ita intelligi debet scriptura loquens de abstinentia delectabiliū. S. Tho. d. loco,

d. loco, Caiet. ver. insensibilitas. dicit: insensibilitas rarissimum peccatum est, quo quis sine rationabili causa fugit delectationes sensibiles, & si inueni tur hoc peccatum, mortale est, vt si quis horreret in tantum delectationes sensibiles, vt necessaria ad cibandum se ipsum subtraheret, aut negaret debitum vxori, & breuiter necessaria prætermitteret, Arm. d. loco, Astens. lib. 2. tit. 40. ar. 2. dicens, quod insensibilitas opponitur virtuti temperantiæ per defectum, sicut intemperantia per excessum, de qua dicam in seq. q. conc. Tab. ver. insensibilitas, numero 1.

Intemperantia, an sit peccatum. Quæst. XXII.

Vigesimosecundo quæro, vtrum intemperantia sit peccatum? Resp. quod sic: opponitur enim virtuti temperantiæ, & dicitur vitium maxime exprobabile, propter duo. Primo, quia maxime repugnat excellentiæ hominis, est enim circa delectationes cōmunes nobis, & brutis. Vnde Psalmus 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Secundo, quia maximè repugnat eius claritati, vel pulchritudini, inquantum scilicet in delectationibus, circa quas est intemperantia, minus apparet de lumine rationis, ex qua est tota claritas, & pulchritudo virtutis, vnde & huiusmodi delectationes dicuntur seruiles, San. Thom. 2. 2. quæst. 142. art. 4. Astens. lib. 2. tit. 40. art. 2. & dicitur puerile peccatum, non quia conueniat pueris, sed secundum quandam similitudinem: Peccatū enim intemperantię est peccatum superfluę concupiscentiæ, quę assimilatur puero, quo ad tria. Primo quidem quantum ad id, quod vterque appetit, sicut enim puer, ita & concupiscentia appetit aliquod turpe, cuius ratio est, quia pulchrum in rebus humanis attēditur pro vt aliquid est ordinatum secundum rationem. Puer autē non attendit ad ordinem rationis, & similiter concupiscentia non audit rationem. Secundo conueniunt quantum ad euentum. Puer enim si suæ voluntati dimittatur, crescit in propria voluntate. Ita etiam, & concupiscentia; si ei satisfiat maius robur accipit, Aug. 7. Confess. dum seruitur libidini, facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur facta est necessitas. Tertio quantum ad remedium, quod vtrique præbetur. Puer enim emēdatur per hoc, quod coercetur. Et similiter dum concupiscentiæ resistitur reducitur ad debitum honestatis modum, vnde Arist. 3. Ethic. cap. fin. quemadmodum puerum oportet secundum præceptum pedagogi viuere, sic, & concupiscibile consonare rationi S. Th. 2. 2. q. 142. art. 2.

Risus, an sit peccatum. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, vtrum risus sit peccatum? Resp. quod multiplex est risus: est enim quidam, qui prouenit ex serenitate conscientiæ & prægustatione gaudij superni; & iste risus non tantum est sine peccato, sed pertinet ad fructū spiritus, qui est gaudium. Est iterum risus, qui cedit in pręmium, de quo Prou. vlt. ridebit in die nouissimo. Est iterum risus, qui procedit in demeritum, qui fit ex immoderata lætitia, de quo dicitur Eccl. 7. melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis, & Eccl. 10. risus ... dissoluit etiam sapientem, & in eod. sicut sonitus spinarum ardentium sub olla; sic risus stulti, & secūdū hunc modum ridere est peccatum. Est iterum risus ex ipsa naturæ mansuetudine, & sic attestatur bonitati naturę, & bonum naturę determinat Alex. de Ales 2. p. q. 134. memb. 1. Ang. ver. risus, in quo aliquando est veniale peccatum, aliquando mort. potest enim ex immoderata lætitia, ex qua originem ducit nō prefert incommutabili bono, sed potest fieri conuersio ad mutabile bonum circa Deum, & sic erit veniale, si vero fiat in contemptum Dei, vel præfetatur incommutabili bono, secundum hoc erit peccatum mortale, Alex. de Ales. d. loco, memb. 2.

Cantus, an sit peccatum. Quæst. XXIIII.

Vigesimoquarto quęro, vtrum cantus sit peccatū? Resp. quod cantus theatrales si canantur in Ecclesia ostentationis, vel delectationis causa non fiunt absque peccato Concil. Trid. Sess. 22. in Decret. de obseru. & euit. in celebr. Miss. §. ab Ecclesijs, Angel. ver. cantus numer. 1. cap. cantantes 92. dist. S. Thom. 2. 2. q. 91. art. 2. ad secundum. Vnde Aug. 10. Conf. cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res, quæ cantatur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem, Tab. ver. cantus numer. 3. Arm. d. loco numero 4. in alijs autem si cantus non esset lasciuus, sed tantum delectationis causa, non esset peccatum.

Chorea quando fiant cum peccato. Quęst. XXV.

Vigesimoquinto quæro, quando, & quantum peccatum fiat in choreis, quæ pertinent ad ineptam lætitiam filiā gulæ, & in conuiuijs frequētantur? Res. quod si chorea, & huiusmodi ludus fiant cantu, sine musicis, secundum se non sunt mali, quia possunt bene fieri aliquando; sed triplici ex causa possunt fieri mali, ex circumstantia, quarum vna, & pręcipua est intentio mala, vt, quando fiunt ad ostēdendū, vel prouocandū libidinē. Alia causa est, quando non fiunt suo tempore, vt tēpore tristitię, puta quadragesimæ, & huiusmodi, vnde Eccl. 22. Musica in luctu, importuna narratio. Tertio ex officio personæ, sicuti Clericis interdicitur venatio, & alij ludi; quia in sortem Domini electi alijs exercitijs debent occupari; vnde quinque concurrere debent ad choream licitam. Primo vt fiat tēpore debito, vt puta tempore gaudij. Secundo cum honestis personis. Tertio fiat a secularibus non religiosis, vt monacis. Quarto, quod honesto modo fiant. Quinto, quod cantus excitās in his non fiat de illicitis, sed de moribus, vel de Deo, esset tamen peccatū mortale, quando fierent choreę ad incitandū se, vel alios ad libidinē extra matri-

matrimonium. S. Ant. 2. p. tit. 6. c. 6. in princ. Caiet. ver. choreę, dicens, quod si fiant in die festo, ratione huius temporis, cum non sit opus seruile nullum est peccatum, & ibi concludit choreas ex se non esse malas, licet sępe afferant peccata venialia. Perald. tit. de lux. 2. p. c. 3. Ang. ver. choreę nu. 1. & seq. Arm. nume. 3. Pisan. d. loco in princ. & Rosella d. loco, & Syl. allegans Alber. in 4. dist. 16. Tab. ver. chorea nu. 1.

Ludus, quid sit, & an sit peccatum.
Quæst. XXVI.

VIgesimosexto quæro, quid sit ludus? Resp. ludus, & iocus est actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem Nau. Man. Confess. c. 18. nume. 2. Arist. in 3. Eth. S. Tho. 2. 2. q. 168. art. 2. Syl. & Tab. ver. ludus, in prin. Vig. de virt. téper. c. 7. §. 5. ver. 12. sed, an superfluitas ludi sit peccatũ? Resp. quod sic, gl. super illud Prou. c. 14. risus dolori miscebatur, & extrema gaudij, luctus occupat, dicit gl. luctus perpetuus, sed in superfluitate ludi est inordinatus risus, & inordinatum gaudium. Ergo est ibi peccatum mortale, cui soli debetur luctus perpetuus, S. Tho. 2. 2. q. 168. art. 3. dicens, quod in omni eo, quod est dirigibile secundum rationem superfluum dicitur, quod regulam rationis excedit. Diminutiuum autem dicitur secundum, quod deficit a regula rationis; ludicra. seu iocosa verba, vel facta sunt dirigibilia secundum rationem S. Tho. 2. 2. q. 168. art. 2. Et ideo superfluum in ludo accipitur, quod excedit regulam rationis. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo ex ipsa specie actionum, quæ assumuntur in ludum, quod quidem iocandi genus secundum Tullium de offic. lib. 1. dicitur esse illiberale, petulans, flagitiosum, obscęnum, quando scilicet vtitur aliquis causa ludi turpibus verbis, vel factis, vel etiam his, quæ vergunt in proximi nocumentum, quæ de se sunt peccata mortalia. Et sic patet, quod excessus in ludo est peccatum mortale. Alio aũt modo põt esse excessus in ludo secundum defectum debitarum circumstãtiarum, puta cum aliqui vtuntur ludo, vel tpib. vel locis indebitis, aut etiam præter conuenientiam negocij, seu personę. Et hoc quidem quandoque potest esse peccatum mortale, propter vehementiam affectus ad ludum, cuius delectationem præponit aliquis dilectioni Dei, ita, quod contra pręceptum Dei, vel Ecclesię, talibus ludis vti non refugiat; quandoque autem est peccatum veniale: puta si aliquis non tantum afficitur ad ludum, quod propter hoc vellit aliquid contra Deum committere, San. Tho. d. loco San. Ant. 4. par. tit. 4. capi. 10. §. 3. Alex. de Ales 2. p. q. 132. memb. 1. & seq. Viguerius de virt. temper. cap. 7. §. 5. ver. 12. Caiet. ver. ludus Nauar. Man. Confess. capit. 19. numero 2. & numero 4. Angel. ver. ludus numer. 2. vbi Armilla numero 1. & seq. Domin. Sot. lib. 4. de inst. & iure q. 5. artic. 2. concl. secunda, Pisan. ver. ludus, il. … Raya. ver. ludus ca. 4. & seq. Sylnest. ver. ludus numero 2. Tabiena d. loco numero 2. & 5. Ex quorum dictis colligitur, quod etiam in defectu ludi consistat aliquod peccatum Aristot. 2. Ethic. c. 7. & in 4. c. 8. S. Th. 2. 2. q. 168. art. 4. dicens omne, quod est contra rationem in rebus humanis, vitiosum est. Est autem contra rationem, vt aliquis se alijs onerosum exhibeat, putadum nihil delectabile exhibet, & etiam eorum delectationes impedit. Vnde Seneca dicit, sic te geras sapienter, quod nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vilem. Illi autem qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquod ridiculum, & dicentibus molesti sunt, quia scilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt. Et ideo tales vitiosi sunt, & dicuntur duri, & agrestes, Arist. 4. Eth. capitulo 8. sed quia ludus est vtilis propter quietem, & delectationem, delectatio autem, & quies non propter se quæruntur in humana vita, sed propter operationem, vt dicitur in 10. Eth. cap. 6. Ideo defectus ludi minus est vitiosus, quam ludi super excessus, vnde Philos. dicit in 9. Eth. c. 10. ꝙ parci amici, ꝑpter delectationẽ sũt habẽdi, quia parũ de delectatione sufficit ad vitã quasi pro condimento, sicut parũ de sale sufficit in cibo, hæc S. Thom. d. loco. Secunda sit conclusio, quod peccat mortaliter, qui ludit cum irreuerẽtia notabili Dei, vel dictis, vel factis, in se mortalibus, vel mortali circumstantia vestitis cap. cum decorum de vita, & hon. Cleric. cap. decet, §. cessent de immun. Eccl. Conc. Trid. Sess. 4. §. fin. Tertia sit cõclusio, quod peccat mortaliter quicumque ludit rem notabilẽ ludo prohibito sibi lege obligante ad mortale, vel ludo licito cum eo, qui donare non potest, vel a potente donare ad id metu coactu, vel per dolum, & fraudum decepto. Quarto peccat mortaliter Clericus, vel Monachus ludum mortaliter malum spectans Auth. interdicimus de Episcopis, & Cler. Quinto, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, candelas, aut alia ad ludum necessaria; consentit enim peccato cooperãdo, iubendo, mandando, inuitando, inducendo not. capit. error 83. dist. Sexto qui dissimulando se ludi valde peritum, attrahit alium longe imperitiorem ad ludendum, aut falsis talijs, vel cartis vtitur, legesue ludi cum notabili damno collusoris transgreditur, quia vtitur dolo, & fraude. Septimo, qui facit rei notabilis sponsionem, per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum incertum præteritum, vel futurum, certo sciens à se assertum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsionem inducat, quia dolo in damnum proximi vtitur, secus si fecerit eam absque dolo not. l. ad præsens ff. de rebus cred. Hęc eliciuntur a doct. vbi supra.

Spectacula, quando dicantur illicita.
Quæst. XXVII.

VIgesimoseptimo quæro, vtrum inspectio spectaculorum sit peccatum? Resp. quod inspectio spectaculorum redditur vitiosa, inquantum per hoc homo sit pronus ad vitia, vel lasciuiæ vel crudelitatis per ea, quæ ibi repręsentantur. Vnde Chrisost. Hom. 6. in Math. dicit, quod adulteros inuerecundos constituunt tales inspectiones San.

Thom. 2.2.q.167.art.2.ad ſecundum, Caiet. ver. ſpectacula.S.Ant.2.p.tit.3.c.7.§.11.Tab.ver. ſpectaculum nu.13.Tab.nu.8. Rayn.ver. ludus,ca.6. Piſan.ver.ludus il 1.§.fi. Ang.d.loco no.6.Armilla uer.ſpectacula nu.1.

Torneamenta,an ſint licita. *Quaſt.* XXVIII.

VIgeſimooctauo quæro, vtrum torneamenta ſint licita? Reſp.quod nõ,c.1.& ſeq. de torneam.præſertim quãdo imminet periculum vitæ, corporis, vel animæ, Arm.ver.torneamentum nu. 1. Aſtenſ. lib.1.tit.28.quæſt. 1. vbi torneans etiam ſi caſu, quem occiderit, homicidij reus, & irregularis erit, quia dat operam rei illicitæ, Syl.ver.torneamentum, vbi moriens in eo, priuatur ſepultura eccleſiaſtica, Tab.d.loco num.3.Roſella ver.ludus §.2.Piſan.ver.torneamentum, vbi etiam Ang.Nauar.Man.Confeſſ.c.15.nu.9.Caiet.& Armilla ver. haſtiludium.

Hyſtriones,an peccent. *Quaſt.* XXIX.

VIgeſimonono quæro, vtrum hyſtriones peccent? Reſp.dicendũ,quod ludus neceſſarius eſt,ad conuerſationem humanæ vitæ,ad omnia autem, quæ ſunt vtilia conuerſationi humanæ deputari poſſunt aliqua officia licita. Et ideo etiam officium hyſtrionum, quod ordinatur ad ſolatium hominibus exhibendum, non eſt ſecundum ſe illicitum,nec ſunt in ſtatu peccati, dummodo moderate ludo vtantur, ideſt non vtendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum, & non adhibendo ludum negocijs, & temporibus indebitis. Et quamuis in rebus humanis non vtantur alio officio per comparationem ad alios homines, tamen per comparationem ad ſe ipſos, & ad Deum, alias habẽt ſerioſas,& virtuoſas operationes, puta dum orant, & ſuas paſſiones, & operationes componunt, & quandoque etiam pauperibus eleemoſynas largiuntur. Vnde illi, qui moderate eis ſubueniunt non peccant, ſed iuſte faciunt, mercedẽ miniſterij eorum eis tribuendo. Si quí autem ſuperfluæ ſua in tales conſumant, vel etiam ſubſtentant illos hyſtriones, qui illicitis ludis vtuntur, peccant, quaſi eos in peccato fouentes. Vnde Aug.dicit ſuper Ioannem tract.100.quod donare res ſuas hyſtrionibus vitium eſt immane, niſi forte aliquis hyſtrio eſſet in extrema neceſſitate, in qua eſſet ei ſubueniendum. Dicit enim Ambr.lib.de offic.cap. paſce 86.diſt.paſce fame morientẽ. Quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteris, ſi non paueris occidiſti, San. Thom. 2.2. q.148. art.3.ad tertium arg.Aug.ver.hyſtrio.numer.1, vbi etiam Caiet. & Arm.num.1. S. Ant.2.p.tit.8.cap.4.§.12.& 2.p.tit.1.cap.13.§.14. Piſan. ver.hyſtrio.Rav.2.p. ver.ludus c.7.Roſel.ver.adulatio in prin.Tab.ver. hyſtrio, Viguer.de virt.temper.c.7.§.5.ver.12.ver. vnde non peccant.

Fabulaocioſa, an ſit peccatum. *Quaſt.* XXX.

TRigeſimo quæro, an fabula ocioſa ſit peccatum? Reſp.quod ſic, quando recitatur in con uiuijs clericorum, & religioſorum c. cõuiuia capi. pro reuerentia.44. diſt. & aliorum etiam ſi fuerint obiectamenta excitantium mentem ad incentiua libidinũ ca.ideo 37.diſt. Syl.ver.fabulæ, vbi etiam Tabiena,& Ang.nu.1.

Venatio, aucupium, & piſcatio an ſint licita. *Quaſt.* XXXI.

TRigeſimo primo quæro, vtrũ venatio, aucupium, & piſcatio ſint licita? Reſp. quod ſic, quia ſunt a natura, ideo ſecũdum ſe dicũtur eſſe licita, S.Th.1.p.q.96.art.1.& 2.2.q.64. art.1.per accidens tamẽ eſt peccatũ multipliciter. Primo ſi fiat cum periculo, aut damno proximi, non cõſiderando ſi homo percuti poſſit, aut ſi damnũ inferatur agris, vel vineis, & tunc iudicandum eſt peccatum ſecundum temeritatem, periculum, & damnum ſi emerſit. Secundo ex conſideratione perſonæ præſertim in venatione, quę prohibetur Clericis cap. omnibus de vita, & hon. Cler. Tertio ex conditione temporis, quia venatio impedita debito cultũ Deo tũc exhibẽdo, vt ſi quis propterea omittat miſſam, aut alios occupãdo impedit audire miſſam. Quarto ex immoderato affectu, ex quo capite facilè omnia humana opera fiunt peccata. Quinto ſi contra voluntatem Domini venatus, aucupatus,& piſcatus fuerit in loco, in quo prohiberi potuit. Sexto ſi quis huiuſmodi talia prohibuit cum non poſſit cum obligatione reſtituendi. Septimo ſi cuſtos venatos, aut piſcatus prohibiti adſtrictus ea fidelitet ſeruare, non ſeruauerit, Nau.Man.Con feſſ. capitolo 17. numero 120. & ſeq. & capitulo 13. numer. 11. Caie.ver.venatio, vbi Ang.nu.1.& ſeq.Dom.Sot.lib.4.de iuſt. & iure q.6.art.4.Piſan. ver.uenatio: & not.quod eſt triplex uenatio, nam quædam eſt oppreſſiua, quæ omnino eſt illicita. Alia eſt arenaria, cum quis pugnat in arena cum beſtia dentata, & ad hoc locat operas ſuas; bannũ qui exercet peccat mortaliter, & qui eam aſpicit; ut nouiſſimè prohibuit Pius Quintus circa Taurorum occiſiones. Et alia eſt ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis,& ſaltibus,& hæc ſecundum ſe eſt licita, illicita tamen redditur ex circumſtantijs ſuperius relatis, gl.ca.uenatorib. 86.diſt.Roſ.uer.uenatio, Syla. uer.uenatio, ubi etiam Tab.nu.1.& ſeq.

Laruarum vſus, an ſit peccatum. *Quaſt.* XXXII.

TRigeſimoſecundo quæro, utrum laruarum uſus ſit peccatum? Reſp. quod ſic, ex circumſtantia aliqua, nempè ex malo fine, & indebito tempore, & loco, & ex conditione perſonæ, unde magnatibus non licet præſertim eccleſiaſticis, tum quia tales nõ audẽt propter graues occupationes tum quia non ad recreandũ, ſed ſuperfluam agunt delectationem. Tum quia ſcandalizantur puſilli, ſcriptum eſt enim qui ſcandalizauerit unum ex iſtis poſillis, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, Caiet. uer.ſic. laruarum, & Armil.d.loco.

Præce-

Præceptum de sanctificatione fest. quomodo transgrediatur. Quæst. XXXIII.

TRigesimotertio (quia dictum est peccatum gulæ, contrariari tertio præcepto Decalogi supra quæst. 3. huius tit. ex mente, S. Thom. 2. 2. q. 148. art. 2. in respon. ad primum) quæro, quot modis transgrediatur hoc præceptum? Respon. pluribus modis. Primo, qui diebus Dominicis, vel alijs festis sub præcepto obseruandis aliquod opus seruile facit, nisi eatures exiguitas, vel licita consuetudo, vel necessitas aliqua spiritualis, vel corporalis salutis suę, vel proximi, vel detrimentum imminēs rebus suis, vel proximi, quod non potest differri, neque præueniri; Host. tit. de ferijs §. 4. secundo, si doctor dederit consilium principaliter ob quæstū etiam illi, qui ex longinquo venit. Syl. ver. Dominica q. 5. concl. 3. Nauar. dicit com. esse c. 13. nu. 12. similiter, & iudex, qui audit litigatores diebus festis cap. fin. de ferijs. Tertio peccat, qui iumentis suis festo die lucratur, Rosella versic. feriæ numero 22. Quarto, qui laborat diebus festis in extruēdis, aut reficiendis pōtibus, vijs, nisi id fiat vrgente necessitate: Caiet. 2. 2. q. 122. artic. 4. Quinto, qui laborat etiam pro pauperibus diebus festis, principaliter propter aliquod commodum, vel amicitiam, quam ob eleemosynam. Monald. summa ver. feriæ. Sexto, qui vendit, aut emit die festo multum temporis in eo consumendo, cap. 1. de ferijs, non tamen, si parum, vt fieri solet in emendis, aut vendendis candelis, & alijs similibus, in quibus de pretio conueniēdum non est, quia iam æstimata sunt, aut cito fit, Syl. ver. Dominica q. 3. non tamen tenetur ille, qui a suo proprio loco in alium laborandi gratia comeat, vbi festum illud non obseruatur, si quidem non violat festa, vbi obseruari debēt, dum tamen, si eodem die egrediatur, audiat missam, nam dies festus, vbi ipsum deprehendit ad idipsum obligatur: tenetur enim quis obseruare festa illius loci, in quo reperitur arg. c. illa, cum gl. 12. dist. ibi;

Dum fueris Romæ, Romano viuito more,
Dum fueris alibi, viuito sicut ibi.

Vt de ieiunijs etiam obseruatur; & hæc intellige de festis, quæ lex, aut constitutio synodalis, vel consuetudo præscripta præcipit; consuetudo enim potest moderari, & etiam in totum tollere, cap. fin. de consuet. quo scilicet tantum ad præfinitum tempus. omnia enim festa, etiam dies Dominici iure positiuo sunt introducta in Ecclesia c. licet de ferijs, capit. 1. de consecrat. dist. 3. Sanct. Thom. secunda secundæ quæst. 122. arti. 4. & seq. S. Ant. 2. part. tit. 9. cap. 7. §. pe. Maior. in 3. dist. 27. q. 23. & hoc, quo ad præfinitum tempus; nam aliàs ius diuinum præcipit Sabbatha sanctificari. Nauar. Manua. Confess. cap. 23. numero 1. similiter intelligitur hoc præceptum violari per opus seruile, quod est illud, quod propriè seruienti conuenit, Leuit. c. 23. omne opus seruile non facies in eo, alia enim opera in diebus festis exerceri possunt, secundum Thom. secunda secundæ quæst. 122. artic. 4. Quorum primum est, quo in diuino cultu Deo seruimus Iohan. ca. 3. Secundo, quibus spiritualia exercemus, quale est docere verbo, vel scripto c. 28. Numer. & ibi gl. Tertio, quæ sunt ad salutem propriā necessaria, 1. Mach. 4. cap. discipulos de consecr. dist. 5. Quarto, quę ad salutem corporis proximi sunt necessaria, Prou. 4. erue illos, qui ducuntur ad mortem. Quinto, quę sunt necessaria ad vitandum damnum sibi, vel proximo imminens, Deuth. c. 22. non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo. Sexto, quibus parantur cibi per consuetudinem Ecclesiæ. Septimo, piscari licet, & venari; non tamen ad quæstum, cap. licet de ferijs, sunt tamen nonnulla opera non seruilia quæ fieri non possunt in festiuis diebus cap. 1. de ferijs, ibi omnes dies Dominicos a vespera in vesperam cum omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstinere, vt in eis mercatum minime fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortē, vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta idest iuramenta (nisi pro pace, uel alia necessitate) pręstentur conc. cap. fin. eod. titu. ubi nec in causa ciuili iudicium exerceri potest, etiam de consensu partium, & nota, quod in hoc præcepto de colendis festis non præcipitur cultus diuinus interior, sed tātum exterior, quod consistit in abstinendo se ab operibus seruilibus exterioribus, quæ ministerio corporis sunt exercenda, Caiet. secunda secundę quæst. 122. art. 4. ut dictum est, & in audienda missa. cap. missas de consecr. dist. 1. unde peccat mortaliter, qui diebus festis missam non audit, uel audit distrahendo se spontè, ad cogitationes rerum attentionis missæ debitę impatibilium: audire enim missam in diebus festis cum mediocri attentione, est præceptum. capit. missas de consecr. distinct. Caiet. uersi. uiolatio festi, quod procedit etiam, si absque contemptu, sed per solam negligentiam omittatur Syl. uer. missa il 3. q. 2. & ad hoc tenētur omnes utriusque sexus, dummodo sint doli capaces, & tenētur audire unam tantum missam etiam in die Natiuitatis Domini c. consuluisti. 2. q. 5. & debet audiri integra, quia non sufficit audire defectam, aliqua parte notabili d. c. missas uer. totas, & dicitur in die festo, quia non tenetur quis alio die de præcepto audire missam, etiam in die quadragesimæ, Rosel. uer. missa nu. 13. & ad hoc præceptum non obligatur, nisi iusta causa quis fuerit impeditus, qualis est illa, ob quam non potest audire absque graui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorū, uel proximi, ut infirmus, excommunicatus, astantes infirmi, nutrices, illi etiam qui ratione sui officij exire prohibentur, ut arcium custodes, iter facientes; pauperas, qui carent uestibus, sine quibus absque notabili pudore eam audire non ualent; interdictum autem generale non excusat eos, qui priuilegio speciali audire possunt missam Iohan. And. cap. fin. de sent. excomm. 6. Peccat etiam mortaliter, qui missam quidem die festo audit, sed intendit animum ijs, quæ attentioni necessario debitæ repugnant in aliqua eius parte notabili, colloquendo, piugēdo, scribendo, dormiendo, & alia hmōi faciēdo, Caie. in uer. festorum uiolatio, unde ēt, si priuatas preces dicat, siue ex uoto, siue ex aliqua alia

obligatione debitas recitet, adeo vt missæ auditioni necessariam attentionem nõ adhibeat non satisfacit præcepto, posset tamen quis eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, aut alijs votis iuratis, vel in pœnitentiam iniunctis, modo non vni rei adeo intendat, vt alteri necessariam attentionem nõ adhibeat, quod fieri potest, quia nemo tenetur ex præcepto audire, & minus intelligere verba sacerdotis, Nauar. Man. confess. cap. 21. nume. 8. vbi nu. 9. dicit peccare dominum, qui negligit seruum audire missam, quod idem est de patre, seu alio superiore, qui est causa, ne filius, vel famulus possint audire missam arg. c. duo 23. q. c. fin. de iniur.

D E L V X V R I A. Tit. VIII.

Luxuria quid sit. Quæstio Prima.



RIMO quæro, quid sit luxuria? Resp. quod est libidinosæ voluptatis appetitus, S. Tho. 2. 2. q. 153. art. 1. arg. 3. Alex. de Ales 2. p. q. 143. memb. 1. S. Ant. 2. p. tit. 5. ca. 1. in princ. Ang. ver. luxuria nu. 1. Astens. lib. 2. tit. 46. art. 1. Nauar. Man. Confess. capit. 23. nu. 112. dicit, quod est vitium inclinans ad inordinatum venereorũ vsum: Viguerius de virt. temper. c. 7. §. 4. Canis. de peccat. c. §. 4. dicit est appetitus inordinatus impuræ, & libidinosæ voluptatis, & hoc modo intelligitur propriè sumpta, communiter vero, & improprie dicitur omnis voluptas in pertinentibus ad excessum.

Luxuria materia, quæ sit. Quæst. II.

SEcundo quæro, vtrum materia luxuriæ sint cõcupiscentiæ, & delectationes venereæ? Resp. quod sic, Aug. lib. de vera Religione c. 3. qui seminat in carne, de carne metet corruptionem, sed seminatio carnis fit per uoluptates uenereas. Ergo ad hæc pertinet luxuria, S. Thom. 2. 2. q. 153. art. 1. S. Ant. 2. p. tit. 5. in princ. cap. 1. Syl. & Tab. uer. luxuria num. 1. dicit enim Isid. lib. 10. c. 11. Etym. luxurius dicitur, quasi solutus in uoluptates. Maximè autem uoluptates uenereæ animum hominis soluunt. Et ideò circa uoluptates uenereas maxime luxuria consideratur.

Venereus actus, an sit semper peccatum. Quæst. III.

TErtio quæro, utrum omnis actus uenereus sit peccatum? Resp. quod non: Aug. lib. de bono coniungali cap. 25. satis responsum est hæreticis, si tamen capiunt non esse peccatum, quod neque contra naturam committitur, neque contra morem, neque contra præceptum, & loquitur de actu uenereo, quo antiqui patres pluribus cõiugibus utebantur. Ergo non omnis actus uenereus est peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 153. art. 2. Alex. de Ales 2. par. quæst. 143, mem. 2. San. Ant. 2. par. tit. 5. cap. 1. Ang. uer. luxuria, num. 5. ubi Arm. numer. 2. & Pis. §. fin. peccatum enim in humanis actibus est, quod est contra ordinem rationis. Habet autem hoc rationis ordo, ut quælibet conuenienter ordinentur in suũ finẽ. Et ideo non est peccatum, si per rationem homo utatur rebus aliquibus ad finem, ad quem sunt modo. & ordine conuenienti; dummodo ille finis sit aliquod uerè bonũ. Sicut autem est verè bonum, quod conseruetur corporalis natura unius indiuidui, ita etiam est, quoddam bonum excellens, quod conseruetur natura speciei humanæ. Sicut autem ad conseruationem uitæ unius hominis, ordinatur usus ciborum, ita etiam ad cõseruationem totius humani generis usus uenereorum, unde Aug. lib. de bono coniug. cap. 16. uol. 6. quod est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutẽ generis. Et ideo sicut usus ciborum potest esse absque peccato, si fiat debito modo, & ordine, secundũ quod competit saluti corporis, ita etiam, & vsus venereorum potest esse absque omni peccato, si fiat debito modo, & ordine, secundũ quod est conueniens ad finem generationis humanæ, non obst. quod actus venereus deijciat animũ virilem ex arce, Aug. Solyloq. lib. 1. c. 10. si ergo impedit virtutẽ non erit absque peccato, nihil enim impedit uirtutem, nisi peccatum, nam resp. quod aliquid dupliciter impedire potest uirtutem, uno modo quantum ad communem statum uirtutis, & sic non impeditur uirtus, nisi per peccatum. Alio modo quantum ad perfectum uirtutis statum, & sic põt impediri uirtus per aliquod quod nõ sit peccatum, sed sit minus bonũ. Et hoc modo usus fœminæ deijcit animam nõ à uirtute, sed ab arce, idest à perfectione uirtutis, unde Aug. de bon. cõiug. c. 8. uol. 6. Sicut bonũ erat, quod Martha faciebat occupata circa ministeriũ sanctorũ sed melius quod Maria audiens uerbũ Dei, ita etiá bonũ Susannę in castitate coniugali laudamus, sed bonum uiduę Annę & magis Marię Virginis, anteponimus, nõ obst. quod peccatum originale trahatur in paruulis à cõcupiscentia; ergo ille actus non erit absque peccato: cum causa sit potior suo effectu, nam resp. quod non sequitur, quod actus ille sit peccatũ, sed quod in illo actu sit aliquid pœnale a peccato primo deriuatum, S. Th. d. loco, ad 1. & 3.

Venereus actus, an esse possit peccatum. Quæst. IIII.

QVuarto quęro, utrũ uenereus actus esse possit peccatum? Resp. quod sic, quia causa est potior suo effectu: sed uinum prohibetur propter luxuriam, Apostol. 5. ad Ephes. nolite inebriari uino, in quo est luxuria: ergo luxuria est prohibita, ad Galat. quinto enumeratur inter opera carnis, Sanctus Thomas 2. 2. quęst. 153. art. 3. Alexand. de Ales 2. parei. quæst. 143. memb. 3. Sylu. uer sic. luxuria, nume. 4. Quãto enim aliquid est magis necessarium, tanto magis oportet, vt

circa

circa illud rationis ordo seruetur. Vnde per consequens magis est vitiosum si ordo rationis prætermittitur. Vsus autem venereorum est valde necessarius ad bonum commune; quod est conseruatio humani generis. Et ideo circa hoc maximè attendi debet rationis ordo, & per consequens, si quid circa hoc fiat, præterquam ordo rationis habet, vitiosum erit. Hoc autem pertinet ad rationem luxuriæ, vt ordinem, & modum rationis excedat circa venerea. Et ideo absque dubio luxuria est peccatum, nõ obst. quod per actum venereum semen emittatur, quod est superfluum alimenti, vnde sicut in emissione aliarum superfluitatum non est peccatum: ergo, nec etiam ex ea, nam resp. quod semen est superfluum, quo indigetur ad opus virtutis generatiuæ, sed aliæ superfluitates humani corporis sunt, quibus nõ indigetur. Et ideo nõ refert, qualitercunq; emittantur salua decentia victus humani, sed non est simile in seminis emissione, quę taliter debet fieri, vt cõueniat fini, ad quem eo indigetur, nõ obst. quod aliquis possit vti, vt libet, quod suũ est, nam resp. cum Apost. 1. ad Chor. 6. contra luxuriam loquens empti estis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Ex eo ergo, quod inordinate suo corpore vtitur per luxuriam, iniuriã facit Deo, qui est principalis Dominus corporis nostri; non obstat etiam quod non videatur habere vitium oppositum, sicuti habet omne peccatum, nam respõ. eius oppositũ esse insensibilitatẽ. Et accidit hoc vitium in eo, qui intantum detestatur mulierũ vsum, quod etiam vxori debitum non reddit, S. Th. d. loco in resp. ad arg.

Luxuria an sit uitium capitale. *Quæst. V.*

QVinto quæro, vtrum luxuria sit vitium capitale? Resp. quod sic, Greg. c. 31. Mora. lib. 31. S. Thom. 2. 2. q. 153. art. 4. Arm. ver. luxoria, nu. 1. Nau. Man. conf. c. 23. nu. 113. & c. 15. nu. 1. Tab. ver. luxuria, nu. 4. Viguer. de virt. temper. cap. 7. §. 4. Caiet. ver. luxuria. Vitium enim capitale est, quod habet finem multum appetibilem, ita quod eius appetitu homo procedat ad multa peccata perpetranda, quæ omnia ex illo vitio, tanquam ex principali oriri dicuntur. Finis autem luxuriæ est delectatio venereorum, quæ est maxima. Vnde huiusmodi delectatio est maxime appetibilis secundum appetitum sensitiuum, tum propter vehementiam delectationis, tum etiam propter cõnaturalẽ naturalitatẽ huiusmodi cõcupiscentiæ, vnde manifestũ est, qd luxuria est vitiũ capitale nõ obst. quod videatur ortum habere à vitio gulæ, nã respond. quod ex gula causatur materialiter, inquantum scilicet gula ministrat materiam corporalem luxuriæ, non autem secundum rationem causæ finalis, secundum quam potissime attenditur origo aliorum vitiorum, ex vitijs capitalibus.

Luxuriæ peccatum, an excusari possit. *Quæst. VI.*

SExto quæro, vtrum luxuriæ peccatum excusari possit ignorantia, vi, & metu mortis, vel infamiæ, seu necessitate? Respon. quod non, quia potius debet quis vniuersa mundi mala perpeti, quã illi consentire, c. ita ne, 32. q. 5. ca. sacris, de his quæ vi, S. Ant. 3. p. tit. 5. c. 6. excusaret tamen vis, quæ sine vllo consensu cogeretur adulterari, aut fornicari, adeo, quod si virgo existeret, quæ semper animo huiusmodi obscenæ voluptati contradiceret, nõ perderet virginitatem, vnde Lucia martir respondit Paschasio: si me feceris inuitam violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam, S. Tho. 2. 2. q. sexagesimoquarto artic. 5. Nau. Man. Conf. capit. 15. nume. 1.

Luxuria, an sit grauissimum peccatum. *Quæst. VII.*

SEptimo quæro, vtrum luxuria sit grauissimum peccatum? Resp. quod sic, quatuor de causis. Primo ratione libidinosi ardoris. Secundo ratione generalitatis, quia peccato luxuriæ magni, & parui detinentur. Tertio ratione fœditas, quia fœdius est inter omnia peccata. Quarto propter rationem duplicis tentationis hostis, scilicet, & carnis, non sic in peccatis spiritualibus, & quamuis possit esse in gula hæc duplex tentatio: non est tamen ita vehemens. Alex. de Ales secunda parte quæstio. 143. memb. 6.

Luxuriæ gradus, quot esse dicantur. *Quæst. VIII.*

OCtauo quæro, quot gradus luxuriæ dicãtur? Respond. septem, quorum primus est. sensualis complacentiæ toleratio, Esa. 1. auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis, dicit Dominus, & tunc est peccatum mortale, quando quis cogitans turpia voluntarie, veniale quando inuoluntarie occurrit cogitatio turpis ex ociositate mẽtis. Secunda est morosa delectatio, Hier. 4. vsque quo morabuntur apud te cogitationes noxiæ, & Sap. 1. peruersæ enim cogitationes separat à Deo. Nullum autem peccatum separat à Deo, nisi mortale. Tertius est cõsensus in actum turpem, & hoc est mortale, Math. 15. ex corde exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, fornicationes, adulteria, & hoc coinquinat hominem. i. macula mortali inficiunt, quando sunt cogitationes deliberatæ horũ. Quartus gradus luxuriæ est aspectus libidinosus, Math. 5. qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam mechatus est in corde suo, unde Aug. etiã solo uisu, cum turpiter cũ innupta concupiscitur, adulterium perpetratur, cap. qui viderit, 32. quęst. Quintus gradus est turpis confabulatio, Corinthior. 15. corrumpunt bonos mores colloquia mala, Cipr. lib. 1. de uirgin. ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, idest, turpiloquiũ quantum dedecoris, & criminis afferat confitentur. Et importat peccatum mortale, Apost. 5. ad Ephe. appellat stultiloquium, & connumerat inter mortalia, dicens. Omnis autem fornicatio, aut immunditia, aut auaritia, aut stultiloquium non nominetur in uobis, sicut decet sanctos, & subdit, quod omnis talis

talis non habet hæreditatem in regno Christi, quo nullus priuatur, nisi per mortale, idem est de facientibus, vel cantantibus cantilenas plenas lasciuijs. Sextus gradus luxuriæ est libidinosa cōtrectatio, quæ s. fit per oscula, amplexus, contactus manuum, vel aliarum partium corporis g. ad Eph. 5. omnis fornicatio, aut immunditia, aut turpitudo non nominetur in vobis, vbi turpitudo, vt in osculis, amplexibus, & huiusmodi omnia talia sunt peccata mortalia, quādo fiunt ex libidine extra matrimoniū. Septimus gradus est luxuriæ consumatio libidinosi operis, Apost. ad Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, adulterium, immunditia, impudicitia, luxuria, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, hi omnes gradus ponuntur a S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 3. & seq. totum.

Luxuriæ nocumenta, quæ dicantur. Quæst. IX.

NOno quæro, quæ sint luxurię nocumenta? Resp. septē, Primū consumit temporalem substantiā exempl. de filio prodigo Luc. ca. 15. Secūdo consumit mundi gloriā, vnde Greg. 2. Moralium dicit, quod peccata carnalia sunt maioris infamiæ quam cętera vitia, Eccl. 48. narrata gloria eius inclinasti fæmora tua mulieribus potuisti macula in gloria tua. Tertio consumit vitam: plures enim occidit voluptas, quam gladium, vnde 2. Reg. 13. Amnon ex amore turpi luxurioso infirmatus est grauiter. Quarto consumit mentalem intelligentiam Psalm. supercecidit ignis. s. luxurię, & non viderunt solem, idest lumen, & Dan. 13. auerterunt oculos suos s. mentis, ne viderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum, eodem modo in huius figuram legitur Iudic. 16. quod Samson excęcatus fuit. Quinto cōsumit quietem mentis, & mundiciam, Amb. lib. cōtra Iouinianū amor formæ mulieris rationis obliuio est, & insaniæ proximus, minimeque conueniens animo sapiētium, altos, & generosos spiritus frangit, mundiciam corporis tollit, Paul. 1. Cor. 6. omne peccatum, quod fecit homo extra corpus suum est, qui autem fornicatur in corpus proprium peccat. Sexto consumit gratiam: non quiescet, ait Dominus Noe, spiritus meus in homine in ęternum, idest gratia Spiritus Sancti, & hoc, quia caro est, Genes. 6. Septimo consumit animam, & postea corpus in geheunam, Apoc. pen. fornicarijs, mendacibus, veneficis, & homicidis, pars illorum in stagnum ignis, & sulphuris, S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 11.

Luxuriæ occasiones, quot sint. Quæst. X.

DEcimo quæro, quot sint occasiones luxurię? Resp. Septem. Prima est ociositas Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas idest causa iniquitatis sororis tuæ Sodomæ, superbia, saturitas panis, abundantia & ocium. Secunda est nimia quies, Paul. ad Rom. 13. non in cubilibus, & impudicitijs, scilicet ambulemus in nostra conuersatione. Tertia ventris ingluuies, Pro. c. 29. qui delicate pauerit seruū, idest corpus suum, in fine sentiet eum contumacem, idest rebellem per stimulum luxuriæ. Quarta causa est vinum immoderate sumptum, Prou. 20. luxuriosa res est vinū, idest causa luxuriæ. & Paul. ad Eph. 5. nolite inebriari vino, in quo luxuria est. Quinta nimia familiaritas cum mulieribus, Eccl. 13. in medio mulierum noli commorari. Sexta est curiositas sensus, vt in aspectu auditus, vnde Eccl. 9. auerte faciem tuam à muliere compta. Septima est superbia. Ose. 5. spiritus fornicationis in medio eorum, & dominum non cognouerunt. & respondebit arrogantia Israel, S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 2. Petelad. tit. de luxuria p. 3. c. 1. & seq. Nauar. Man. Cō fess. c. 16. nu. 8. & seq.

Luxuriæ filiæ, quot esse dicantur. Quæst. XI.

VNdecimo quæro, quot sint luxuriæ filiæ? Respond. octo, videlicet, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odiū Dei, affectus præsentis sæculi, horror, vel desperatio futuri, S. Greg. li. 31. c. 31. Moral. S. Tho. 2. 2. q. 153. art. 5. Ale. de Ales 2. p. q. 144. memb. 7. S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 9. Angel. ver. luxuria nu 4. Armilla nu. 3. Naua. Man. Conf. c. 23. nu. 113. Tab. ver. luxuria nu. 5. Viguer. de virt. temp. c. 7. §. 4. Canisius de peccat. capit. §. 5. S. Thom. 2. 2. q. 53. art. 6. Quādo enim inferiores potent ę vehementer afficiuntur ad sua obiecta, consequens est, quod superiores vires impediantur, & deordinentur in suis actibus: per vitium autem luxuriæ maxime appetitus inferior, scilicet concupiscibilis vehementer intendit suo obiecto, scilicet delectabili, propter vehementiam passionis, & delectationis. Et ideo consequens est, quod per luxuriam maxime superiores vires deordinentur, scilicet ratio, & voluntas. Sunt autem rationis quatuor actus in agendis. Primo quidem simplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem, vt bonum, & hic actus impeditur per luxuriam, Daniel. 13. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Et quātum ad hoc ponitur cæcitas mentis. Secundus actus est consiliū de his, quæ sunt agenda propter finem, & hic etiam impeditur per cōcupiscentiam luxuriæ, vnde Ter. Eun. scena 1. quæ res in se neque consilium, neque modum vllum habet, eam consilio regere nō putes, & quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ importat subtractionem consilij, S. Thom. 2. 2. q. 53. art. 3. Tertius actus est iudicium de agendis: & hic etiā impeditur per luxuriam, Daniel. 13. de senibus luxuriosis: auerterunt sensibus suum, vt non recordarentur iudiciorum iustorum, & quātum ad hoc ponitur inconsideratio. Quartus autem actus est præceptum rationis de agendo, qui etiam impeditur per luxuriam, in quantum. s. homo impeditur ex impetu concupiscentię, ne exequatur id, quod decreuit esse faciendum, & quantum ad hoc ponitur inconstantia, ex parte autem voluntatis consequitur duplex actus inordinatus, quorum vnus est appetitus finis, & quantum ad hoc ponitur amor sui, quantum scilicet ad delectationē, quam inordinate appetit, & per oppositum ponitur odiū

Dei,

Dei, inquantum scilicet prohibet delectationem concupitam. Alius antem est appetitus eorum, quę sunt ad finem, & quantum ad hoc ponitur affectus præsentis sæculi, in quo scilicet aliquis vult frui voluptate. Et per oppositum ponitur desperatio futuri sæculi, quia dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non curat peruenire ad spirituales, sed fastidit; hæc Sanctus Thomas dicto articulo quinto.

Luxuriæ species, quot esse dicantur. Quæst. XII.

Duodecimo quæro, quot species luxuriæ esse dicãtur? Resp. Sex, videlicet; fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam, cap. lex præteritorum 36. q. 1. S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. de his Alex. de Ales 2. p. q. 143. memb. 9. Armilla ver. luxuria nu. 4. Ang. nu. 1. Astens. lib. 1. tit. 31. art. 1. Nauar. Man. Conf. cap. 16. nume. 3. Sylu. ver. luxuria, nu. 1. Tab. nu. 6. Vigner. de virt. temper. cap. 7. §. 4. in princ. Peccatum enim luxuriæ consistit in hoc, quod aliquis nõ secundum rectam rationem delectatione venerea vtitur; quod quidem contingit dupliciter. Vno modo secundum materiam, in qua huiusmodi delectationem quærit. Alio modo secundum quod materia debita existente, non obseruantur aliæ debitæ conditiones. Et, quia circumstantia, in quantum huiusmodi non dat speciem actui mortali, sed eius species sumitur ab obiecto, quot est materia actus, ideo oportuit species luxuriæ assignari ex parte materiæ, vel obiecti. Quæ quidem potest non conuenire rationi rectæ dupliciter. Vno modo, quia habet repugnantiam ad finem venerei actus. Et sic in quantum impeditur generatio prolis, est vitium contra naturam, quod est in omni actu venereo, ex quo generatio sequi non potest. Inquantum autem impeditur debita educatio, & promotio prolis natæ, est fornicatio simplex, quæ est soluti cum soluta. Alio modo materia, in qua exercetur actus venereus, potest esse non conueniens rationi rectę per comparationem ad alios homines; & hoc dupliciter. Primo quidem ex parte ipsius fœminæ, cui aliquis commiscetur, quia ei debitus honor non seruatur. Et sic est incestus, quia consistit in abusu mulierum, consanguinitate, vel affinitate iunctarum. Secundo ex parte eius, in cuius potestate est fœmina, quæ si est in potestate viri est adulterium, si autem est in potestate patris, est stuprum si nõ inferatur violentia, raptus autem si inferatur. Diuersificantur autem istæ species, magis ex parte fœminæ quam viri, quia in actu venereo fęmina se habet sicut patiens, & per modum materiæ, vir autem per modum agentis, prædictæ autem species secundum differentiam materię assignantur, Sanctus Thomas dicto loco.

Cæcitas mentis an sit peccatum. Quæst. XIII.

Decimotertio quæro, vtrum cęcitas mentis sit peccatum? Resp. quod sic: cum ponatur à Greg. 31. Moral. c. 31. inter vitia, quæ causantur à luxuria, S. Thom. 2. 2. q. 15. art. 1. dicens, quod sicut cæcitas corporis est priuatio eius, quod est principium corporalis visionis, ita etiam cæcitas mentis est priuatio eius, quod est principiũ mentalis, siue intellectualis visionis. Cuius quidem principiũ est triplex: vnum quidem est lumen naturalis rationis, & hoc lumen cum pertineat ad speciem animę rationalis, nunquam priuatur ab anima impeditur tamen quandoque à proprio actu per impedimenta virium inferiorum, quibus indiget intellectus humanus ad intelligendum, sicut patet in amentibus, & furiosis. Aliud autem principium intellectualis visionis est aliquod lumen habitua le naturali lumini rationis superadditum. Et hoc quidem lumen interdum priuatur ab anima, & talis priuatio est cęcitas, quę est pęna, secundũ quod priuatio luminis gratię, quędam pœna ponitur. Vnde dicitur de quibusdam, Sapien. 2. excæcauit illos malitia eorum. Tertium principium visionis intellectualis est aliquod intelligibile principiũ, per quod homo intelligit alia, cui quidem principio intelligibili mens hominis potest intendere, vel non intendere, & quod ei non intendat contingit dupliciter, quandoque quidem ex hoc, quod habet voluntatem spontaneæ se auertentẽ a consideratione talis principij, Psa. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret. Alio modo per occupationem mentis, circa alia, quæ magis diligit, quibus ab inspectione huius principij mens auertitur, secundum, Psalm. super cecidit ignis. s. concupiscentiæ, & non viderunt Solem. Et vtroque modo cęcitas mentis est peccatum, S. Tho. d. loco, & est mortale quando nõ vult intelligere necessaria ad salutem, vt possit liberius malè agere, similiter quando ita occupatur in delectationibus corporalibus, quod omittit necessariã occupationem, quã Deo tenetur exhibere, Tab. ver. cęcitas mẽtis, nu. 2. Pis. & Ang. d. loco, & Arm. S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 9. opponitur dono intellectus, S. Tho. 2. 2. q. 15. art. 2.

Inconsideratio an sit peccatum. Quæst. XIIII.

Decimoquarto quæro, vtrum inconsideratio sit peccatum? Respond. quod sic; dicitur enim Prou. 4. oculi tui videant recta, & palpebræ tuę precedãt gressus tuos, quod pertinet ad prudẽtiam; sed contrarium huius agitur pro inconsideratione, ergo inconsideratio est speciale peccatum sub imprudentia contentum, Sanctus Thom. 2. 2. q. 53. art. 4. dicens, quod cõsideratio importat actũ intellectus, veritatem rei intuentis. Sicut autem inquisitio pertinet ad rationem, ita iudicium pertinet ad intellectum. Vnde, & in speculatiuis demõstratiua scientia dicitur iudicatiua, inquantum per resolutionem in prima principia intelligibilia de veritate inquisitorum dijudicantur. Et ideo consideratio maxime pertinet ad iudicium. Vnde & defectus recti iudicij ad uitium inconsiderationis pertinet, prout scilicet aliquis in rectè iudicando deficit ex hoc, quod contemnit, uel negligit attendere

dere ea, ex quibus rectum iudicium procedit. Vnde manifestum est, quod inconsideratio est peccatum, non obst. Math. ca. 10. nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, ergo inconsideratio non est peccatum, nam respõ. quod dominus non prohibet considerare ea, quæ sunt agenda, vel dicenda quando homo habet opportunitatem, sed dat fiduciam discipulis in verbis inductis, vt deficiente sibi opportunitate, vel propter imperitiam vel quia subito præoccupantur, in solo diuino cõfidant iudicio, quia cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostras dirigamus ad Deum, sicut dicitur 2. Paralip. cap. 20. alioquin si homo prætermittat facere, quod potest: solum diuinum auxilium expectans, videtur tentare Deum, S. Ant. 2. p. tit. 5. ca. 11. dicens, quod sub hoc vitio continetur in cautela, & incircumspecti, & est mortale peccatum quando ex illa inconsideratione, siue falso iudicio sequatur peccatum mortale, Tab. versic. inconsideratio, vbi etiam Arm. numer. 1. & 2. Caiet. & Angel. d. loco, & est peccatum sub imprudentia contentum.

Præcipitatio, an sit peccatum. Quæst. XV.

Decimoquinto quæro, vtrum præcipitatio sit peccatum? Resp. quod sic, Prou. 4. via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruãt. Tenebræ autem viæ impietatis pertinent ad imprudentiam. Ergo corruere, siue præcipitari ad imprudẽtiæ peccatum pertinet, Sanctus Thomas 2. 2. q. 53. art. 3. dicens, quod præcipitatio in actibus animæ metaphorice dicitur secundum similitudinem à corporali motu acceptam. Dicitur autem præcipitari secundum corporalem motum, quod à superiori in ima peruenit, secundum impetum quendam proprij motus, vel alicuius impellentis non ordinate descendendo per gradum. Summũ autem animæ est ipsa ratio, imum autem est ipsa operatio per corpus exercita. Gradus autem medij, per quos oportet ordinatè descendere sunt memoria præteritorum, intelligentia præsentiũ, solertia in considerandis futuris euentibus, ratiocinatio conferens vnũ alteri, docilitas, per quam aliquis acquiescit sententiæ maiorum: per quos quidem gradus aliquis ordinate descendit, rectè consiliando. Si quis autem feratur ad agendum per impetum voluntatis, vel passionis pertransitis huiusmodi gradibus, erit præcipitatio. Cum ergo inordinatio consilij ad imprudentiam pertineat, manifestum est, quod vitium præcipitationis sub prudentia continetur, Sanctus Thom. d. loco, S. Anto. 2. part. tit. 5. capit. 10. Caiet. versic. præcipitatio, Viguer. de virt. prud. c. 4. §. 3. ver. 1. Tab. vers. præcipitatio, nu. 1. vbi præcipitatio est operatio per impetum voluntatis, vel passionis, sine prudentis, & partibus eius, Arm. ver. præcipitatio, Asten. lib. 2. tit. 4. art. 3. c. ponderet, 50. dist. Ang. ver. præcipitatio.

Inconstantia an sit peccatum. Quæst. XVI.

Decimosexto quæro, vtrum inconstantia sit peccatum? Respon. quod sic, & est vitium sub imprudentia contentum, ad prudentiã enim pertinet præferre maius bonum minus bono, ergo desistere à meliori pertinet ad prudentiam. Sed hoc est inconstantia, ergo inconstantia pertinet ad imprudentiam, S. Tho. 2. 2. q. 53. art. 5. dicens, quod inconstantia importat recessum quendam à bono proposito definito. Huiusmodi autem recessus principium quidem habet à vi appetitiua, non enim aliquis recedit à priori bono proposito, nisi propter aliquid, quod sibi inordinate placet. Sed iste recessus non consumatur, nisi per defectum rationis, quę fallitur in hoc, quod repudiat id, quod rectè acceptauerat, & quia cum possit resistere impulsiui ratione, si non resistat, hoc est ex debito ipsius quod non tenet se firmiter in bono proposito concepto. Et ideo inconstantia quantum ad sui consumationem pertinet ad defectum rationis. Sicut autem omnis rectitudo rationis practicæ, pertinet aliqualiter ad prudentiam, ita omnis defectus eiusdem pertinet ad imprudentiam. Et ideo inconstantia secundum sui consumationem ad imprudentiam pertinet. Et sicut præcipitatio ex defectu circa actum consilij, & inconsideratio circa actum iudicij, ita inconstantia circa actum pręcepti. Ex hoc enim dicitur aliquis esse inconstans, quod ratio deficit in pręcipiendo ea, quæ sunt consiliata, & iudicata, San. Thom. d. loco, sunt autem ista tria, videlicet, inconsideratio, pręcipitatio, inconstantia, peccata mortalia, vel venialia, secundum subiectam materiam vt si inconstans omittat ea quæ sunt de necessitate salutis peccat mortaliter, si alias debita peccat venialiter, Caiet. versi. inconstantia, vbi Tab. Arm. & Ang. S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 12.

Amor sui, an sit peccatum. Quæst. XVII.

Decimoseptimo quæro, vtrum amor sui sit peccatum? Respond. quod sic: quando quis nimis diligit se ipsum quærendo delectationes corporis nimis, & quietem carnis, & est peccatum mortale, si propter eum quis non implet præcepta vel facit contra, alias communiter est veniale, quando inordinatus, qui aliquando est is, qui conducit vsque ad contemptum Dei, Ang. versi. amor sui, S. Anto. 2. p. tit. 5. c. 13. §. 1. & seq. Alex. de Ales 2. p. q. 158. memb. 3. Nau. Man. conf. c. 13. nu. 114. secus quando amor sui est ordinatus, Rayn. de amore in re generali capit. 6. dicens duplicem esse amorem sui, vnum ordinatum, cum quis vult sibi bonum, quod sibi congruit, & talis amor est debitus; vnde pręcipitur homini, vt . . . gat proximum, sicut se ipsum. Luc. c. 10. Secundus est inordinatus, & tunc est mortalis, vel venialis, secundum quod est contra Deum, vel circa ipsum: vnde August. super Psalm. 14. Duas ciuitates duo faciunt amores, ciuitatem Hyerusalem facit amor

Dei

Dei vsque ad contemptum sui, ciuitatem Babilonis facit amor sui vsq; ad contemptū Dei, Tab. ver. amor sui, numero primo & sequenti esset videndum de odio, de quo dictum fuit supra tit. de inuidia q. 4.

Affectus praesentis saeculi, an sit peccatum.
Quaest. XVIII.

Decimooctauo quaero, vtrum affectus praesentis saeculi sit peccatum? Resp. quod sic: ponitur enim vt dictum est filia luxuriae, & cum tam in ordinatè quis affi itur ad mundum, seu ad permanendum in mundo propter delectabilia eius, quo fruatur eis, ponens scilicet finem suum in vita praesenti; cupiens in mūdo perpetuari, & nihil curans de superna foelicitate, istud mortale est multis viti js commixtum, & de hoc intelligitur illud Iacobi c. 4. qui voluerit esse amicus huius saeculi, inimicus Dei constituetur, & 1. Ioann. 2. qui diligit mundum non est charitas patris in eo, & Psalm. 13. corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, Sanctus Antonin. 2. parte titulo quinto ca. 14 esset videndum de horrore futuri saeculi, seu de desperatione, de qua dictum fuit supra tit. de accidia q. 14.

Concupiscentia, an sit peccatum.
Quaest. XIX.

Decimonono quaero, vtrum concupiscentia sit peccatum? Resp. quod, quicumque inordinatè contra iustitiam concupiscit aliquod notabile, peccat quidem mortaliter, vt si quis concupiscat vxorem, & rem proximi sui: iuxta illud 9. & 10. praeceptum Decalogi, Nauar. Manual. Cōfess. cap. 19. nume. primo & sequen & in capitu. quando. de consecr. dist. 1. numero 192. Rayn. ver. concupiscentia capitulo 2. & versi. libido, & S. Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. & q. 168. art. 3. S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 9.

Sensualitas, an esse possit peccatum.
Quaest. XX.

Vigesimo quaero, vtrū sensualitas possit esse peccatum? Respon. secundum Thomam in 2. sentent. dist. 24. quaest. 1. art. 1. quem refert Sanct. Ant. 1 par. tit. quarto capitulo 16. §. tertio & Tab. versiculo sensualitas numero tertio Rayn. versiculo sensualitas capitulo quarto, quod in sensualitate potest esse peccatum veniale subiectiuè; hoc est in appetitu sensitiuo: mortale verò non potest esse nisi dispositiuè; ratio est quia peccatum mortale sequitur semper iudicium rationis, quod non est in sensualitate, quae praeuenit iudicium rationis.

Delectatio morosa, an sit peccatum.
Quaest. XXI.

Vigesimoprimo quaero, vtrum delectatio morosa sit peccatum? Respon. quod delectatio ex parte actus de quo iuxta naturam actus, de quo est ipsa, iudicanda est, ita, quod si actus, de quo quis cogitando delectatur, est peccatum mortale (puta adulterium, furtum, homicidium, &c.) ipsa quoque delectatio morosa est peccatum mortale, quod si actus, de quo quis delectatur sit peccatum veniale, ipsa quoq; delectatio morosa erit peccatum veniale, si verò consideretur delectatio ex parte deliberati consensus, iuxta illum iudicanda est; nam si persona cogitando de actu, quantumcunque malo delectetur, nō aduertendo ad id, de quo delectetur (ita, quod si aduerteret nō approbaret) non est ibi peccatum mortale, etiamsi per vnum diem sic inaduertenter cogitaret, & delectaretur, quia non potest esse mortale peccatum sine voluntatis rationabili consensu, qui in proposito deesset, si verò aduertere incepit, & praeualente impetu cōcitatae passionis non plenè aduertit, si antequam plenè aduertat, delectatio facit cursum suum, peccatum non mortale, sed veniale interuenit, quia sicut inaduertentia excusat à mortali, quia excusat à deliberatione, ita non plena aduertentia excusat à mortali propter eandem rationem. Si autem plenè aduertit, & positiue consensit, in illam peccatū innouatet, Caiet. ver. delectatio, Tab. ver. cogitatio nu. 2. & seq. S. Tho. 2. 2. q. 3 4. art. 1. dicens, quod delectatio est mala, quae est praeter rationem rectam, Angel versiculo cogitatio, §. 1. Alexan. de Ales 2. parte quaestiu. 109. memb. 4. Arm. ver. delectatio morosa, Nap. Man. conf. ca. 11. nume. 11. & seq. & cap. 16. nume. 10. & seq. Rayn. versi. delectatio, c. 9. Sylv. ver. delectatio, nume. 1. & seq. Vig. tit. de vol. hom. c. 5. §. 5. ver. s.

Stultitia, an sit peccatum. *Quaest. XXII.*

Vigesimosecundo quaero, vtrum stultitia sit peccatum? Resp. quod sic, Prou. 1. prosperitas stultorum perdet eos; sed nullus perditur, nisi pro peccato. Ergo stultitia est peccatum, S. Thom. 2. 2. q. 46. art. 2. dicens, quod stultitia importat quendam stuporem sensus in iudicando: & praecipue circa altissimam causam, quae est finis vltimus, & summum bonum, circa quod aliquis potest pati stuporem in iudicando dupliciter. Vno modo ex dispositione naturali, sicut patet in amentibus, & talis stultitia non est peccatum, Alio modo in quantum immerget homo sensum suum rebus terrenis ex quo redditur eius sensus ineptus ad percipiendum diuina, 1. Corint. 2. animalis homo, non percipit ea, quae sunt spiritus Dei, sicut etiam homini habenti gustum infectum malo humore, non sapiunt dulcia. Et talis stultitia est peccatum, praeterea omne, quod opponitur virtuti est peccatum, sed stultitia opponitur sapientiae, Greg. 2. Mor. c. 36. S. Th. d. loc. ar. 1. praeterea omne, quod oritur ex peccato, peccatū est, sed stultitia oritur ex luxuria: ergo est peccatum, Prouer. 7. statim ea sequitur, scilicet meretricem ignorās, quod ad vincula stultus trahitur S. Tho. d. loco, art. 3. S. Ant. 2. par. tit. 5. cap. 15 §. 1. & seq. Ang. ver. stultitia, Pis. d. loco, Ray. c. 4. & seq. Syl. ver. stultitia, Tab. nu. 1. & seq. Et quod dictum est de

est de stultitia, idem dicas de insipientia, Sanctus Thom.2.2.q.46.art.1.ad 1. Caiet. versi. insipientia, & Arm.nu.1.

Imprudentia, an sit peccatum. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, vtrum imprudentia sit peccatum? Resp. quod sic, spiritualis enim thesaurus gratiæ non tollitur, nisi per peccatum. Tollitur autem per imprudentiam Prou. 21. thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & homo imprudens dissipabit illud, ergo imprudentia est peccatum, S.Thom.2.2.q. 53.art. 1. dicens, quod imprudentia dupliciter accipi potest. Vno modo priuatiue. Alio modo contrarie. Negatiue autem non proprie dicitur; ita scilicet, quod proprie importat solam carentiam prudentiæ, quæ potest esse sine peccato. Priuatiue quidem imprudentia dicitur, in quantum aliquis caret prudentia, quam qui natus est, debet habere. Et secundu hoc imprudentia est peccatum, ratione negligentiæ, qua quis non adhibet studium ad prudentiam habendam; contrarie vero accipitur imprudentia, secundum quod ratio contrario modo mouetur, vel agit prudentiæ, puta si recta ratio prudentia agit consiliando imprudens consiliandum spernit, & sic de alijs, quæ in actu prudentiæ consideranda sunt. Et hoc modo imprudentia est peccatum, secundum rationem propriam prudentiæ. Nō enim potest hoc contingere, quod homo contra prudentiam agat, nisi diuertens à regulis, quibus ratio prudentiæ rectificatur: vnde si hoc contingat per auersionem à regulis diuinis, est peccatum mortale, puta cum quis quasi contemnens, & repudians diuina documenta, præcipitanter agit. Si vero præter eas agat absque contemptu, & absque detrimento eorum, quæ sunt de necessitate salutis, est peccatum veniale, & dicitur peccatum speciale, sicuti virtus specialis dicitur prudentia Sanctus Th. dicto loco articulo 4. Viguer. de virt. prudentiæ cap.4.§.3.

Lenocinium, an sit peccatum. Quæst. XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, vtrū lenocinium sit peccatum? Resp. quod cum ex eo persona mediet, foueat, alliciat ad venerea aliena, peccatū est mortale, tanto grauius, quanto reatum in se habet omnium criminū, quæ inde sequuntur. Hinc enim lenones, & lenæ personæ infames satis notæ denominantur, Caietanus versiculo lenocinium. Sylu. & Tabiena versiculo leno, Astensis libro 2. tit.47.art.3.

Meretricis turpitudo, an sit peccatum. Quæst. XXV.

Vigesimoquinto quæro, vtrū meretricis turpitudo sit peccatū? Resp. quod sic, & est mortale, Caietan. versiculo meretricis, est enim meretrix mulier multorū libidini cloaca patens capitur vidua vigesimatertia distinct. Sylu. & Tabiena versiculo meretrix, & Armilla dicto loco, & Angelica, num.2.

Concubinatus, an sit peccatum. Quæst. XXVI.

Vigesimosexto quæro, vtrum concubinatus sit peccatum? Resp. quod sic; nam concubinatus non solum, includit peccatum mortale fornicationis, sed addit statū peccati mortalis. Et propterea ad sui veram pœnitentiam exigit, non solum omissionem actus carnalis, sed recessum à tali statu, Caiet. ver. concubinatus, vbi Angel. nu.1. & seq. Armilla d. loco, Nauar. Man. Confe. c.16. nu.10. & in c. satisfactio de pœnit. distinct.3. S.Th. & Paul. in 4. sentent. 15. q.1. S. Ant.3.p.tit.14.c.16. Sylu. ver. Confessio q.15. & ver. concubinatus numer. 2. vbi Tabiena c. si concubinę de sent. exc. cap. fraternitatis 34. distinct. & c.8. de reformat. Matrim. Concil. Triden. Sess. 24. Viguerus tit. de Sacramento Matri. c.16.§.17. vers.1.1.

Mollities, an sit peccatum. Quæst. XXVII.

Vigesimoseptimo quæro, vtrum mollities sit peccatum? Resp. quod sic? est enim mollities [illegible]iplex, & semper mala. Primo pro quanto est [illegible] oppositum perseuerantię, quo [illegible] cet homo [illegible] est deditus delectationibus, vt non solum [illegible] antibus, sed à tollentibus delectationem [illegible] virtutis deserat, & dicitur peccatum mortale, cum sit omnino contra ratio[illegible] tamen esse veniale iuxta materiam, est [illegible] quia opponitur virtuti perseuerātię, S.Th.2.2.q.138.art.1. nā perseuerans dicitur persistere in suæ sententia, secundū quod oportet, mollis minus quā oportet, pertinax autē plus quā oportet, vnde perseuerantia laudatur sicut in medio existens, pertinacia vituperatur secundum excessum, mollities autē secundum defectum, S.Tho. d. loco art. 2. similiter dicitur mortale, si quis ita est mollis animo, vt cedat omittendo necessaria ad salutem, aut incurrendo contraria saluti, peccat mortaliter. autem nihil committit, aut omittit contra salutem sed præter illam, peccat venialiter. Secundo modo dicitur mollities vitium infimum cōtra naturam (scilicet solius pollutionis voluntariæ) & tunc proculdubio peccatum est mortale. Similiter, & tertio pro quanto crimen est contra naturā, quo mas patitur, vt mulier, vt glo. interl. 1. ad Corinth. 6. vbi molles excluduntur à regno Dei, & illud est peccatum nefandum not. de hoc Perald. 2. parte tit. de accidia capit. 2. Vig. tit. de fortiudine c. 6. versi. 2. Tab. versi. mollities, vbi tangit etiam Sylu. & Pilan. & Armilla Astens. libr. secundo titulo 32. articulo 2. Angel. ver. mollities, S. Ant. 2. p. tit. 5. c. 1 2. § 4. Alex. de Ales 2. p. q. 154. mem. 1. ad arg.

Impu-

Impudicitia, an ſit peccatum.
Quæſt. XXVIII.

VIgeſimooctauo quæro, vtrum Impudicitia ſit peccatum? Reſpond. quod ſic; pro quanto pertinet ad quoſdam actus circũſtantes actum venereum, ſicut ſunt oſcula, tactus, & alia huiuſmodi, S. Thom. 2.2.q.154.art.1. ad quintum, Cypr. lib.1.epiſt.11.ad Pomponium de virginitate dicit certe ipſe concubitus, ipſe amplexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & coniacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis ſit, confitentur. Ergo per prædicta homo fit reus criminis.i.peccati mortalis, S.Tho.d.loco art. 4.dicens, quod aliquid poteſt eſſe peccatum mortale dupliciter; vno modo ſecundũ ſpeciem ſuam, & hoc modo oſculum, amplexus, vel tactus ſecundum ſuam rationem nõ nominant peccatum mortale. Poſſunt enim hęc abſque libidine fieri, vel propter, conſuetudinem patriæ, vel propter aliquam neceſſitatem, aut rationabilem cauſam. Alio modo dicitur aliquid peccatum mortale ex ſua cauſa, ſicut ille, qui dat eleemoſynam, vt aliquem inducat ad hæreſim, mortaliter peccat propter intẽtionem corruptam; conſenſus enim in delectationem peccatĩ mortalis, eſt peccatum mortale, & non ſolum conſenſus in actum S.Thom. 1.2.q.74.art.7.& 8. Et ideo cum fornicatio ſit peccatum mortale, & multo magis aliæ luxuriæ ſpecies, vt dicam in ſeq. qq. conſequens eſt, quod conſenſus in delectationem talis peccati ſit peccatum mortale, & non ſolũ conſenſus in actum. Et ideo cum oſcula, & amplexus huiuſmodi propter delectationem huiuſmodi fiat, conſequens eſt, quod ſint peccata mortalia, & ſic ſoluti dicuntur libidinoſa. Vnde huiuſmodi ſecundum quod libidinoſa ſunt, peccata mortalia ſunt, hæc S.Tho.d.loco Caiet. ver.impudicitia, & ver.oſculum Tab.ver.oſculum nume.1.Viguer.de virt.temper.c.7.§.5.ver.7.Armilla ver.impudicitia & ver.oſculum.

Fornicatio, an ſit peccatum. Quæſt. XXIX.

VIgeſimonono quæro, vtrũ fornicatio ſit peccatum? Reſp.quód ſic; Cathec. ſuper præc. non mœchaberis, & aſſeuerans contrarium eſt hæreticus, gl.& Doct.Clem.3 de hæretic. Vbert.in opere iud.inquiſit.ver.fornicatio, quod autem ſit peccatũ, probatur Tob.c.4.attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam numquam patiaris crimen ſcire. Crimen autem importat peccatũ mortale; ergo fornicatio, & omnis concubitus, qui eſt præter vxorem eſt peccatum mortale, præterea nihil excludit à regno Dei, niſi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit, vt Apoſtol. 5. ad Galath, vbi præmiſſa fornicatione, & quibuſdam alijs vitijs ſubdit, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur, ergo fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale conc.c.noſſe 22. q. 1. ibi noſſe debent talem de periurio pœnitentiam imponi debere, qualem de adulterio, & fornicatione, & de homicidio ſponte commiſſo, & de ceteris criminalibus vitijs, Ergo fornicatio ſimplex eſt peccatum criminale, Thom.2.2.q.154.art.2. Tab. uer. fornicatio num. 2.& eſt peccatum mortale Ryn.1.p.ver. fornicant. cap.1.& ſeq. vbi Piſan. Arm.& Angel.& licet videatur eſſe genus cuiuſlibet peccati ex illicito coitu prouenientis; tamen ſpecialiter intelligitur in vſu viduarum, meretricum, & concubinarum, cap.lex. præteritorum 36. q. 1. Alex. de Ales 2.par.q.143. memb.9.S.Thomas in 4.diſtinct. 41. Sylu.ver. luxuria.numero 1.vbi Tab.nume.10.Armilla numero 4.Nauar.Man.Confeſſ.c.16.numer.2.Perald.2. p.tit.de luxuria cap.7.Vig.tit.de virt.tem. c. 7. §. 5. verſ.1.S.Ant.2.par.tit.5.cap. 2.Aſtenſ.lib.2.tit.46. art.2.Caiet.ver.fornicatio; ratio eſt, quia peccatum mortale eſt omne peccatum, quod committit directe contra vitam hominis. Fornicatio autem ſimplex importat inordinationem, quæ vergit in nocumentum vitæ eius, qui eſt ex tali concubitu naſciturus. Videmus enim in omnibus animalibus, in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris, & fœminæ, quod in eis non eſt vagus cõcubitus, ſed maris ad certam fęminam vnam, vel plures, ſicut patet in omnibus auibus. Secus autem in animalibus, in quibus ſola fęmina ſufficit ad educationem fętus, in quibus eſt vagus concubitus, vt patet in canibus, & huiuſmodi alijs animalibus. Manifeſtum eſt autẽ, quod ad educationem hominis non ſolũ requiritur cura matris, a qua nutritur, ſed multo magis cura patris, à quo eſt inſtruendus, & defendendus, & in bonis, tam interioribus, quam exterioribus promouendus. Et ideo contra naturam hominis eſt, quod vtatur vago concubitu, ſed oportet, quod ſit maris ad determinatam fœminam, cũ qua permaneat, non per modicum tempus, ſed diu, vel per totam vitam. Et inde eſt, quod naturaliter eſt maribus in ſpecie humana ſollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Hæc autem certitudo tolleretur ſi eſſet vagus concubitus. Hæc autem determinatio certæ fœminæ matrimonium vocatur. Et ideo dicitur eſſe de iure naturali; ſed quia cõcubitus ordinatur ad bonũ cõmune totius humani generis, bona autẽ cõmunia cadũt ſub determinatione legis, S.Thom. 1. 2. q. 91.art.3.& q. 95.art. 2. conſequens eſt; quod iſta coniunctio maris, & fœminæ, quæ matrimonium dicitur lege aliqua determinetur. Vnde cum fornicatio ſit concubitus vagus, vtpote præter matrimonium exiſtens, eſt contra bonum prolis educandæ; & ideo eſt peccatum mortale. Non obſt. ſi aliquis fornicando aliquam cognoſcens ſufficienter prouideat proli de educatione; quia id, quod cadit ſub legis determinatione, iudicatur ſecundum id, quod communiter accidit; & non ſecundum id, quod in aliquo caſu poteſt accidere, hæc Sanctus Thom. d. loco, alia poteſt eſſe ratio, quia filij, qui naſcuntur ex illicito concubitu, reputantur quaſi infames, nõ obſt. quod dicit gl. ſuper Deut. 23. ſuper illud non erit meretrix, &c. Ad eas prohibet accedere quarum eſt venalis turpitudo. Non enim debet dici venalis, ſed venalis, quod eſt proprium meretricum; non obſt. etiã, quod Oſeę 1. precipitur à Domino, vade

mixtio venerea fiat talium personarum ad inuicẽ. Et hæc causa videtur exprimi Leu. 18. vbi dicitur. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. Et ideo postea dicitur in alijs. Secunda ratio est, quia personas sanguine coniunctas necesse est ad inuicem simul conuersari. Vnde si homines non arcerentur à commixtione venerea, nimia opportunitas daretur hominibus venereæ commixtionis, & sic animi hominum nimis emollescerent per luxuriã, & ideo in veteri lege illæ personæ specialiter videntur prohibitæ esse, quas necesse est simul commorari. Tertia ratio, quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum. Dum enim homo vxorem extraneam accipit, iunguntur sibi quadam speciali amicitia omnes consanguinei vxoris, ac si essent consanguinei sui, vnde August. lib. 15. de Ciuit. Dei, cap. 16 Habita est ratio rectissima charitatis, vt homines, quibus esset vtilis, atque honesta cõcordia, diuersarum vicissitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vno multas haberet, sed singulæ spargerentur in singulos. Quarta additur ratio per Aristo. 2. Polit. quia cum naturaliter homo consanguineam diligat, si adderetur amor, qui est ex commixtione venerea, fieret nimis ardor amoris, & maximum libidinis incentiuum, quod castitati repugnat. Vnde manifestum est, quod incestus est determinata luxuriæ species, & per consequens peccatum mortale, non obst. quod aliquo tempore licuerit, quam, Respon. id factum esse necessitate suadente, Aug. de Ciuit. Dei lib. 15. cap. 16. commixtio sororum, & fratrum, quãto fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior religione prohibente, Sanctus Thomas dicto loco ad tertium. conc. Caiet. verb. incestus, vbi Tab. nu. 1. Armilla, & Angelica.

Stuprum, an sit peccatum. Quæst. XXXII.

Trigesimosecundo quæro, vtrum stuprum sit peccatum? Respondetur quod sic, est enim ipsum virginum illicita defloratio, cap. lex 36. q. 1. Alexã. de Ales 2. p. q. 143. memb. 9. luxuria autem est peccatum circa venerea existens, in virgine autem sub custodia patris existente quædam deformitas specialis occurrit, si corrumpatur, tum ex parte puellæ, quæ ex hoc, quod violatur, nulla pactione coniugali præcedente, & impeditur à legitimo matrimonio consequendo ponitur in via meretricandi, à quo retrahebat, ne signaculum virginitatis amitteretur, tum etiam ex parte patris, qui de eius custodia solicitudinem gerit. Secundum illud Eccel. 42. super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. Et ideo manifestum est, quod stuprum, quod importat illicitam virginum deflorationem sub cura parentum existentium, est determinata luxuriæ species. & per consequens peccatum mortale Sanctus Thomas secunda secundæ quæstio. 154. articu. 6. Arm. verb. luxuria, num. 4. S. Anto. 2. part. titu. 5. cap. 6. Vig. ti. de temp. c. 7. §. 5. verb. 4. Caiet. ver. stuprum, vbi Tab. nu. 1. Pisan. verb. fornicatio, §. 1. Arm. ver. stuprum, vbi etiam Ang.

Raptus, an sit peccatum. Quæst. XXXIII.

Trigesimotertio quæro, quid sit raptus? Respondetur quod raptus est cum puella à domo patris violenter abducitur, c. lex illa 36. q. 1. S. Thomas secunda secundæ quæstio. 154. art. 7. arg. 2. Alex. de Ales 2. par. quæst. 143. memb. 9. Syl. vec sic. luxuria num. 9. Nauar. Man. Confess. capit. 15. num. 1. Sanct. Anto. 2. part. titu. 5. capitu. 7. Altens. lib. 2. titu. 46. art. 4. Viguer. de virt. temp. capitu. 7. §. 5. ver. 4. Peral. ti. de luxuria cap. 7. secũdo an sit peccatum? Respondetur quod sic; Doctor. supracitati conc. Isid. lib. 5. Ethym. cap. 26. vbi dicit, quod raptus est illicitus, Sanctus Thomas secunda secundæ q. 154. art. 7. dicens, quod raptus est species luxuriæ, & quandoque quidem in idem concurrit cum stupro, quandoque autem inuenitur raptus sine stupro, quandoque stuprum sine raptu. Concurrunt quidem in idem, quando aliquis violentiam infert ad virginem illicitè deflorandam; quæ quidem violentia quandoque infertur, tàm ipsi virgini, quam patri, quandoque autem infertur patri, sed non virgini, putà cum ipsa cõsentit, vt per violentiam de domo patris abstrahatur. Differt etiam violẽtia, & raptus alio modo, quia quandoq; puella violenter abducitur à domo parentum, & violenter corrumpitur: quandoque autem & si violenter abducatur, non tamen violenter corrumpitur, sed de voluntate virginis, siue corrumpatur fornicario concubitu, siue matrimoniali. Qualiter cunq; n. uiolẽtia adsit, saluatur rõ raptus, inuenitur autem raptus sine stupro, puta, si aliquis rapiat viduam, vel puellam corruptam, vnde c. raptores. 36. q. 2. dicitur, raptores viduarum, vel virginum ob immanitatem facinoris tanti detestemur. Stuprum verò sine raptu inuenitur quando aliquis absque violentiæ illatione virginem illicitè deflorat. Hęc S. Thom. d. loco, conc. Caiet. verb. raptus, ubi Tab. nu. 1. vnde in Concil. Trid. Sess. 24. c. 6. de refor. matr. dicitur, decernit sancta Synodus inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit: eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque digni tatum incapaces; & si Clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Vitium contra naturam, utrum sit peccatum. Quæst. XXXIIII.

Trigesimoquarto quęro, vtrum uitium cõtra naturã sit peccatum? Resp. quod sic; dicitur n. contra naturã, quo naturalis vsus coeũdi maris, & fœminę peruertitur, & istud mortale est, & ignominiosissimũ, Ale. de Ales 2. par. q. 143. memb. 9. S.

Thomas secunda secundę q.154. artic.11. Pau.2. Corinth.capitu.12. connumerat alijs luxurię speciebus, vbi dicitur, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, vbi dicit gl. immunditia idest luxuria contra naturam, Viguer.tit.de virt.temper.cap.7.§.3.versic.7. Sylu.ver.luxuria num.7.vbi Tab.num.7. Armilla num.5.Nau. Man.conf.cap.15.nu.2. Perald.tit.de luxuria,cap.5.S.Ant.2.p.titu.5.cap.4. Asten.lib.2. tit.46.art.7.Homines sodomitę pessimi erant, Gene.cap.13.quod peccatum Petrus arguit act.ca. 2. & Pau.1. Timoth.1.& Ezech.16.ecce hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ.&c.& Leuit.cap.18.cũ masculo non commisceaTrue coitu fœmineo, quia abominatio est, & Paul.1.ad Cor.6.damnat concubitores masculorum, & ratio est, quia ibi est determinata luxuriæ species, vbi specialis ratio deformitatis occurrit, quæ facit indecentem actum venereum. Quod quidem potest esse dupliciter, vno quidem modo, quia repugnat rationi rectæ, quod est commune in omni vitio luxuriæ. Alio modo, quia etiam super hoc repugnat ipsi ordini naturali venerei actus, qui conuenit humanæ speciei, quod dicitur vitium contra naturam; quod quidem potest pluribus modis contingere. Vno quidem modo, si absque omni concubitu causa delectationis venereę pollutio procuretur, quod pertinet ad peccatum immunditiæ, quam quidam mollitiem vocant, de qua dicam inferius. Alio modo si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei, quod vocatur bestialitas, de qua dicam infer. Tertio si fiat per concubitum ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel fœminę ad fœminã, quod dicitur sodomiticum vitium. Quarto si non seruetur naturalis modus concubendi, aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios monstruosos, & bestiales concubendi modos; ampl. vt dicatur grauissimum peccatum, Aug. lib. de adult.coniug.quod est capitu. adulterij, capit. quemadmodum 32.quæst.7.S.Thom. secunda secundæ q.154.art.12.dicens, quod in quolibet genere pessima est principij corruptio, ex quo alia dependẽt, principia autem rationis sunt ea, quæ sunt secundum naturam. Nam ratio præsuppositis his quæ sunt a natura determinata disponit, alia secundum, quod conuenit. Et hoc apparet, tàm in speculatiuis, quàm in practicis. Et ideò sicut in speculatiuis error circa ea, quorum cognitio est homini naturaliter indita, est grauissimus, atq. turpissimus, ita in agendis, agere contra ea, quę sunt secundum naturam determinata, est grauissimum, atque turpissimum. Quia ergo in vitijs, quę sunt contra naturam transgreditur homo id, quod est secundum naturam determinatam circa vsum venereum, inde est, quòd in tali materia hoc peccatum est grauissimum, post quod est incestus, qui est contra naturalem reuerentiam, quam personis coniunctis debemus. Per alias autem luxuriæ species pręteritur solum id, quod est secundum rationem rectã determinatum, ex pręsuppositione, tamen naturalium principiorum. Magis autem repugnat rationi, quod aliquis venereis vtatur, non solum contra id, quod conuenit proli generandę, sed etiam cum iniuria alterius. Et ideo fornicatio simplex, quę committitur sine iniuria alterius personę, est minima inter species luxurię; hoc est inter illas, quę per se constituunt speciem, nam minus peccatum est rem habere cum vxore libidinis causa tantum. Maior autem iniuria est, si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad vsum generationis, quam ad solam custodiam. Et ideo adulterium est grauius, quam stuprum, & vtrumque aggrauatur per violentiam, propter quod raptus virginis est grauius quam stuprum, & raptus vxoris, quam adulterium. Et hęc omnia etiam aggrauantur secundum rationem sacrilegij; non obst. quod magis videatur contrariari charitati proximi: adulterium, stuprum, & raptus, quę vergunt in iniuriam proximi; nam Respon. quod sicut ordo rationis rectę est ab homine; ita ordo naturę est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturę violatur fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturę, qui nõ sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippè ipsa societas, quę cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ille auctor est, libidinis peruersitate polluitur, non obst. quod sacrilegium directè committatur contra Deum, & per cõsequens videatur grauius; nam Respondetur quod etiam vitia contra naturam sunt contra Deum ordinatorem naturę. Et tãto sunt grauiora, quàm sacrilegij corruptela, quanto ordo naturę humanę inditus, est prior, & stabilior, quam quilibet alius ordo superadditus: non obst. quod per incestum polluantur personę nobis coniunctę, quas nos magis diligere debemus, nam Resp. quod vnicuique indiuiduo magis est coniũcta natura speciei, quàm quodcũque aliud indiuiduum. Et ideo peccata, quæ sunt contra naturã speciei sunt grauiora, non obst. quod peccatũ immunditiæ videatur maximè contra naturã, ex quo non interuenit agens, & patiens, prout maximè natura requirit, ergo secundum hoc immunditia esset grauissimum; nam Resp. quod grauitas peccati magis attenditur ex abusu alicuius rei, quàm ex omissione debiti vsus. Et ideo inter vitia, quæ sunt contra naturam infimum locũ tenet immunditiæ peccatum, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Grauissimum autem est peccatum bestialitatis, quia non seruatur debita species, vnde super illud, Genesis 37. accusauit fratres suos crimine pessimo, dicit gloss. quod cum pecoribus miscebantur, post hoc autem est vitium Sodomiticum, cum ibi non seruetur debitus sexus. Post hoc autem est peccatum ex eo, quod non seruatur debitus modus concubendi. Magis autem si non sit debitum vas, quàm si sit inordinatio secundum aliqua ad pertinentia ad modum concubitus, hęc S.Tho.2.2.q.154.art. 12. ad arg. conc. Ros.vers.luxuria, nume.3. vbi Pis. Sylu.nu.1.Tab. nume.7. Caiet. ver. sodomia, vbi Tab.num.1.Pis. Arm.& Aug.

Sacrilegium, an sit peccatum. Quæst. XXXV.

TRigesimoquinto quæro, vtrum sacrilegium sit peccatum? Resp. quod sic, pro cuius declaratione sciendum est, quod secundum omnes sacrilegium est violatio rei sacræ. Et est triplex species sacrilegij. Vna, qua fit iniuria personæ sacræ, vt si clericus percutiatur, aut à seculari iudice puniatur, si contra votum personale (puta castitatis, vel abstinentię) peccetur, & sic de similibus. Alia qua fit iniuria loco sacro, vt si de loco sacro extrahatur ibi saluatus, aut inde furto, vel rapina res accipiatur, aut sanguine, vel semine humano voluntario locus sacer violetur. Tertia species est, qua fit iniuria rebus sacris, seu dicatis Deo; ita quod non solum iniuria, quæ fit sacramentis, & vasis sacris, & reliquijs Sanctorum, ac immaginibus eorum: sed etiam quæ fit rebus ecclesiæ mobilibus, vel immobilibus, quia Deo dicatę sunt, dum ad vsum ministrorum Dei mancipatę sunt, sacrilegiũ committitur. Et si vis cognoscere quando propriè cõmittitur sacrilegium in omnib. eius speciebus, considera ad quid, persona, locus, vel res sanctificata sit, & vide si contra illud ad quod sanctificata dicitur actum est, verbi gratia ager ecclesiæ est sanctificatus quo ad hoc, quod est exemptus à secularib. oneribus, & iurisdictionibus. Committitur ergo sacrilegium; si grauetur sęculari auctoritate aliquo non condecenti onere, non aũt si quis ibi fornicetur, quia nõ est ab hoc exemptus per hoc, quod est ecclesię, nisi esset cęmiterium, vnde sacrilegium est si quis fornicetur in loco sacro, nõ autẽ, si quis ibi detrahat, quia loci sanctitas est ad exemptionẽ ab effusione seminis humani, non autẽ a detractione. Similiter sacrilegiũ est, si sacerdos fornicetur, quia sanctificatus est ad castitatẽ, non autem si blasphemet, quia non est ad eius oppositũ directè sanctificatus, & sic de similibus. Itẽ not. quod sacrilegiũ est speciale peccatũ, quia opponitur speciali virtuti, s. religioni, sicut enim, inquit Dam. 4. de Ortho. c. 3. purpura regale indumentũ facta honoratur, & glorificatur; & si quis hanc perforauerit morte dãnetur, quasi contra regẽ agens; ita etiã si quis rẽ sacrã violat, ex hoc ipso contra Dei reuerenuã agit, & sic per irreligiositatẽ peccat, S. Tho. 2. 2. q. 99. art. iterũ no. quod grauius peccatũ est sacrilegiũ, quo peccatur contra personã sacram, quã quo peccatur contra locũ sacrum: sanctitas enim loci ordinatur ad sanctitatẽ hominis, 2. Macha. 5. non propter locũ gentẽ, sed propter gentẽ Dominus locũ elegit, similiter sacrilegiũ cõmittitur circa res, inter quas summum locum obtinent ipsa sacramenta, quibus homo sanctificatur, quorũ præcipuũ est Eucharistiæ sacramentũ, quod continet ipsum Christũ. Et ideo sacrilegiũ, quod cõtra hoc sacramentũ cõmittitur, grauissimũ est inter omnia. Post sacramenta autẽ, secundum locũ tenent vasa consecrata ad sacramentorũ susceptionem, & ipsę imagines sacræ, & reliquiæ sanctorũ, in quib. quodãmodo personæ sanctorũ venerantur, & dehonorantur; deinde, quæ pertinent ad ornatũ ecclesiæ, & ministrorũ, deinde, quæ deputata sunt ad vsum siue sint mobilia, siue immobilia. Quicunque aũt contra quodcunque prædictorũ peccat, crimen sacrilegij incurrit, S. Tho. 2. 2. q. 99. art. 3. doct. in 4. sent. dist. 37. Vig. ti. de virt. iust. c. 5. §. 6. vers. 8. Tab. ver. sacrilegiũ, nu. 1. & seq. vbi Sylu. Ros. cap. quisquis. 17. q. 4. Rayn. 2. p. ver. sacrilegiũ, cap. 1. & seq. Pis. d. loco, Nau. Man. conf. c. 17. nu. 95. Arm. ver. sacrilegiũ, nu. 1. & seq. summa confessori. de sacrile. opus iud. inquisit. ver. sacrilegij, Asten. li. 1. tit. 34. art. 2. Ang. ver. sacrilegium, S. Anto. 2. p. ti. 1. c. 21 §. 1. & seq. quatenus autẽ ad rẽ præsentem agitur, sacrilegium dicitur vitium luxurię, quo violatur persona sacra, seu locus sacer, Alex. de Ales 2. p. q. 143. memb. 9. Perald. 2. p. titu. de luxuria, cap. 8. & seq. Syl. vers. luxuria, nu. 5. & nu. 8. vbi Arm. nu. 4. Nau. Man. conf. c. 15. nu. 2. S. Ant. 2. p. tit. 5. ca. 6. & c. 8. Asten. lib. 2. tit. 46. ar. 3. & 6. Vig. tit. de virt. tẽp. c. 7. §. 5. ver. 6. quod dicitur peccatum, nam sicut dicit Aug. 15. de ciu. Dei, c. 16. volu. 4. sicut iniquum est auiditate possidendi transgredi limites agrorũ, ita etiam est iniquum libidine concubendi, subuertere limitem morum. Sed transgredi limitem agrorum in rebus sacris est peccatum sacrilegij, ergo pari ratione subuertere limites morum libidine concubendi in rebus sacris, facit sacrilegij vitium; quod quidem dicitur species luxuriæ, quia sicut actus vnius virtutis, vel vitij ordinatus ad finem alterius, assumit speciem illius, sicut furtum, quod propter adulterium committit, transit in speciem adulterij. Manifestum est autem, quod obseruatio castitatis secundum quod ordinatur ad cultũ Dei, fit actus religionis, vt patet in illis, qui vouent, & seruant virginitatem, Aug. de virg. c. 8. vnde manifestum est, quod etiam luxuria secũdum quod violat aliquid ad Diuinum cultum pertinẽs, pertinet ad speciem sacrilegij, & secundum hoc potest poni sacrilegium species luxuriæ, non obst. quod eadem species non inueniatur sub diuersis generib. sed sacrilegium est species irreligiositatis, ergo nõ est species luxuriæ? Resp. quod luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitij, efficitur illius vitij species, & sic aliqua luxuriæ species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdã superioris generis, non obst. quod in c. lex illa, 36. q. 1. non ponatur huiusmodi species; nam respon. quod ibi enumerantur illa, quæ sunt species luxuriæ secundum se ipsa. Sacrilegium aũt est species luxuriæ secundum quod ordinatur ad alterius uitij finem, & potest concurrere cum diuersis luxurię speciebus. Si enim aliquis abutatur persona cõiuncta sibi secundum spiritualem cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur Virgine Deo sacrata, inquantum est spõsa Christi est sacrilegiũ per modum adulterij, inquantum verò est sub spiritualis patris cura cõstituta, erit quoddam spirituale stuprum. Et si violentia inferatur erit spiritualis raptus, vnde Iust. l. si quis non dicã, C. de Episco. & Cler. dicit, si quis non dicam rapere; sed attentare, tantummodo matrimonij coniungẽdi causa sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. Nõ obst. quod sicut per luxuriam contingit aliquid fieri contra

aliquam rem sacram; ita etiam per alia vitiorum genera, sed sacrilegium non ponitur species gulæ, vel alterius, ergo non debet poni species luxuriæ? nam respond. quod sacrilegium committitur in re sacrata. Res autem sacrata est, vel persona sacrata, quæ concupiscit ad concubitum, & sic pertinet ad luxuriam, vel quæ concupiscitur ad possidendum, & sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium, puta si aliquis ex ira iniuriã inferat personæ sacræ, vel si gulosè cibum sacrum assumat, sacrilegium committit. Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriæ, quæ opponitur castitati, ad cuius obseruantiam aliquæ personæ specialiter consecrantur, S. Thom. 2. 2. q. 154. arti. 10. per tot...

Pollutio nocturna, an sit peccatum.
Quæst. XXXVI.

TRigesimosexto quæro, vtrum pollutio nocturna sit peccatum? Respond. quod non; secundum se, quamuis præcedentis delicti sit sequela, Aug. lib. 12. c. 15. super Genes. ad literam, dicit; ipsa phantasia, quæ fit in cogitatione sermocinantis cum expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam, & veram coniunctionem corporum non discernatur, continuè mouetur caro, & sequitur, quod eum motum sequi solet, cum hoc tamen sine peccato fiat, cum sine peccato a vigilantibus dicitur, quod vt diceretur sine dubio cogitatũ est, S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 5. dicens, quod nocturna pollutio dupliciter potest considerari. Vno modo secundum se, & hoc modo non habet rationẽ peccati, omne enim peccatum dependet ex iudicio rationis, quia etiam primos motus sensualitas nõ habet, quod sit peccatum, nisi inquantum iudicio rationis reprimi potest. Et ideo sublato iudicio ratio nis tollitur ratio peccati. In dormiendo autem ratio non habet liberum iudicium. Nullus enim est dormiens, qui non intendat aliquibus similitudinibus phantasmatum, velut rebus ipsis, S. Thom. 1. p. q. 84. art. 8. Et ideo id, quod agit homo dormiẽs, qui non habet liberum iudicium rationis non imputatur ei ad culpam, sicut nec illud, quod agit furiosus, aut amens. Alio modo potest considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam, quæ potest esse triplex: vna quidem corporalis, cum enim humor seminalis superabundat in corpore, vel cum facta est humoris resolutio, vel per nimiam calefactionem corporis, vel per quam cumque aliam commotionem, somniat dormiens ea, quæ pertinent ad expulsionem huiusmodi humoris abundantis, vel resoluti, sicut etiam contingit quando natura grauatur, ex aliqua alia superfluitate; ita quod quandoque formantur in imaginatione phantasma pertinentia ad emissionem talium superfluitatum. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili, puta cum ea superfluitate cibi, vel potus; tunc nocturna pollutio habet rationem culpę ex sua causa; si autem superabundantia, vel resolutio talis humoris non sit ex aliqua causa culpabili, tunc nocturna pollutio non est culpabilis, nec in se, neque in sua causa. Alia verò causa nocturnę pollutionis potest esse animalis interior: puta cum ea cogitatione pręcedenti contingit aliquem dormientem pollui. Cogitatio autem, quæ in vigilia præcessit, quandoque est pure speculatiua, puta cum aliquis causa disputationis cogitat de peccatis carnalib. quandoque autem est cum aliqua affectione, vel concupiscentiæ, vel horroris. Contingit autem magis pollutio nocturna ex cogitatione carnalium vitiorum, quæ sunt cum concupiscentia talium delectationum, quia ex hoc remanet quoddam vestigium, & inclinatio in anima, ita, quod dormiens facilius inducitur in sua imaginatione ad assentiendum actibus, ex quibus sequitur pollutio, & secundum hoc Arist. 1. Ethic. cap. fi. vol. 5. dicit, quod inquantum paulatim pertransennt quidam motus à vigilantibus ad dormientes, meliora sunt phantasmata studiosorũ, quam quorumlibet, & Aug. 12. de Ciu. Dei ca. 13. vol. 3. Gene. ad literam dicit, quod propter bonam animæ affectionem quædam eius merita etiam in somnis clarent, & sic patet, quod nocturna pollutio habet rationem culpę ex parte causę; quandoque tamen contingit, quod ex pręcedenti cogitatione carnalium actuum, etiam speculatiua, vel si sit cum horrore, sequitur in somnis pollutio, & tunc non habet rationem culpę, nec in se, nec in sua causa. Tertia verò causa est spiritualis extrinseca, puta cum ex operatione dęmonis commoueantur phantasmata dormientis in ordine ad talẽ effectum. Et hoc quidem, quandoque est cum peccato pręcedenti, scilicet negligentia pręparandi se contra dæmonis illusionem. Vnde, & in sero cantatur, Hostemque nostrum comprime, ne polluãtur corpora. Quandoque verò est sine omni culpa his, ex sola nequitia dęmonis, sicut in collationibus patrum legitur, Col. 2. a. c. 6. de quodam, qui semper in diebus festiuis pollutionem nocturnam patiebatur, hoc diabolo procurante, vt impediretur à sacra Communione. Sic igitur patet, quod nocturna pollutio nunquam est peccatum, sed quandoque est sequela præcedentis. Hæc S. Th. d. loco, nõ obst. quod dormiẽs potest mereri sicuti Salomon, qui dormiens, à domino donum sapientiæ impetrauit, 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. Ergo, & dormiendo potest demereri, cum meritum, & demeritum fiat circa idem? Respondetur quod Salomon non meruit sapientiam dormiendo à Deo, sed fuit signum præcedentis desiderij, propter, quòd dicitur talis petitio Deo placuisse, vt dicit Augnst. 12. super Gene. ad literam, c. 15. peccat tamen mortaliter, qui procurat, vt contingat ei pollutio, aut placuit, sibi deliberate contingentia illius non procurata, aut cum possit, & debeat eam impedire, non impedit, aut probabili periculo, vt eueniat se exponit voluendo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione, aut immiscendo conuersationib. & tactib. turpibus, quæ ad eam prouocant, à quibus potest, & debet se auertere, aut in finem, vt sibi eueniret pollutio comedit aliquid, aut bibit, quamuis ad exonerandũ naturam id faciat, quod genus peccati vocat molli

ties,

ties, estque de genere peccatorum cótra naturam, Apost.1.Corint.5.ait, molles non possidebunt regnum Dei. Nauar.Man.Confess.c.16.nu.6.& seq. Caiet.ver.pollutio, vbi Sylu.Rosl.Rayn. Armilla, Astens.lib.4.tit.18.q.2.Angelica ver.pollutio, Sá. Ant.2.p.titu.6.capit.5.Alex.2.p.q.107.memb.10. §.3.& seq.

Coniuges in coniugio, quibus modis peccent. Quæst. XXXVII.

TRigesimoseptimo quæro, quibus modis cô iuges in coniugio mortaliter peccent? Respond.pluribus modis; Primo, quando eum coniuge eo animo tem habet, quo haberet, vel vellet habere illam, etiam si non esset sibi coniux gl.cap.origo ver.amator 32.q.4.Pal.4.distinct.32.q.3.S.Anto.3.p.tit.1.capi.20.§.1. Secundo, si absque legitima causa, negat debitum coniugi, loco,& tempore idoneis petitum. Doct.in 4. distinct. 32. iusta autê causa esset, si ob id timeret mortem, aut grauem in firmitatem, aut abortiendi periculum, Pal.4.disti. 32.q.1.Caiet.ver.matrimonium il 2.cap.1. & seq. de coniug.lepros.S.Ant.3.p.tit.1.cap.20.§.6. Tertio, si maritus sciens vxorem suam adulterari non separat se ab ea, immo petit, & soluit ei debitum coniugale, cap.1.& cap.si quis 32.q.1. nisi quando adulterium est occultum, aut ille iam emendauit, aut eo fine debitum petit, quo ipsemet non incidat in adulterium, nec alijs præbeat occasionem credê di se vxoris esse lenonem, S.Ant.3.p.tit.1.capi.20. §.9.quarto, si post contractum matrimonium quis voueat cum alterius consensu castitatem, & post debitum petitum, tunc enim frangit votum. Quinto, si debitum reddatur in loco sacro Pal.4.distin. 32.S.Ant.3.p.ti.1.cap.20.§.2.Caiet. ver.matrimonij vsus, Turrecrem.§.sed cum naturale 4. dist. siue eam habeat, vt voluptate fruatur, siue vt fornicationem vitet, siue ad modicum tempus existat in Ecclesia, siue ad multum, vt tempore belli. Sexto, si detur aliquid, quo susceptio prolis impediatur, vel ne sibi fiãt plures liberi, quam quod educare potest, vel ob alium finem quemlibet bonum, sed quæro quis magis peccet vir, an vxor committens adulterium? Respond. maius esse peccatum vxoris, glo.l.illud.C.ad l.Iul.de adul.Caiet. 2.2.q. 154.articu.8.eo respectu, quo facit prolem de suo patre incertam,& maius scandalum generat, Nau. Man.Confess.cap.16.nu.23.

Circa sacramentum Matrimonij, eiusque vsum, quis peccet. Quæst. XXXVIII.

TRigesimooctauo quæro, quibus modis quis peccet circa sacramenti Matrimonium? Respond.pluribus modis, & primo, qui procurat, vt matrimonium, vel sponsalia a se, vel ab alio per errorem personæ contrahantur, Angel.ver.matr.il 3. §.16. nempè si quis credat, quod sit vna persona, & sit alia. Secundo hoc idem, si fuerit error conditionis, nempè seruilis cap.primo 29.q.1. Tertio peccat, qui post votum solemne, matrimonium, aut sponsalia contrahit c. voueutibus 17.quæstio. 1.cap.1.de voto in 6. Quarto, qui contrahit cum aliqua coniuncta Docto.com.in 4.distinct.40.v.q. ad quartum gradum inclusiuè c. non debet de cousang.& affin. Quinto, qui contrahit cum ea, quam polluit per adulterium, aut cuius coniugem occidit, Sanctus Thomas in 4.distinct.42.cap.1.de eo, qui duxit eam, quam pol. per adulr. Sexto, si christianus contraxerit matrimonium cum infideli, cap.caue 28.q.1.Septimo, qui per metum iniustum a se, vel ab alio illatum, cogit aliam secum, vel cum alia ad matrimonium, aut sponsalia contrahendum gl. & Com. Doctor.cap. Abbas de his, quæ vi met.causa fiunt, Octauo peccat, qui in ordinibus sacris constitutus vxorem ducit, capit.1. de Cler.coniug.c.erubescant 32.dist. Nono, qui matrimonium contrahit cum secunda, viuente prima. Decimo, qui contractis sponsalibus validis cû aliqua, contrahit matrimonium cum alia illius cognata, intra primum gradum cap.3.Sess. 24.Concil.Trident.de reform.matr. Vndecimo, qui scienter contrahit cum affine, vsque ad quartum gradum inclusiuè d.c.non debet. Duodecimo, qui credens, vel credere debens, se perpetuo impotentem ad copulam ordinariam habêdam matrimonium contrahit,& non propalat impotentiam tot.tit. de frig.& malef. Decimotertio, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia cum conditione mortaliter turpi. Decimoquarto, qui contrahit matrimonium contra prohibitionem Episcopi, iudicis, aut Parrochi, in his, in quibus prohibere possunt. Decimoquinto, qui contrahit tempore interdicto ab Ecclesia, ab Aduentu Domini nostri Iesu Christi, vsque in diem Epiph.& à feria 4.Cinerum, vsque ad octauã Paschæ inclusiue cap.10. Sess.24. Concil.Trident.Decimosexto, qui contrahit non seruata forma Concilij Tridentini Sess.24.cap. 1. de reformat.matr. Decimoseptimo, qui contrahit in cognatione spirituali, de qua cap.2. Sessio. 24. Concil.Trident. de reform.matr. Decimooctauo, qui post votum simplex castitatis matrimonium contrahit, licet matrimonium valeat, tamen peccat c. 2. dist. 27. quo casu tenetur reddere, sed non potest petere, nisi fuerit dispensatus, seu contraxit cum ea, quam sciebat emisisse votum castitatis gl. cap.non nouimus 17.q.2. Decimonono, qui contrahit matrimonium post commissum aliquod ex septem delictis, quæ matrimonium impediunt, & non dirimunt gl.c.qui presbyterû de pę.& remiss. cap.hi ergo 27.q.1.Pal.4.dist.34.q.1.quorum primum est incestus c.1.& seq.de eo, qui cogn.cons. vxor.suæ 2.vxoricidium c.admonere 33.q.2.3.raptus sponsæ alterius ca.statutum 27. q. 2. Quarto proprij filij de fonte susceptio, animo ne uxor debitum exigere a se possit, capitu.de eo 30.quæstio. 1.Quinto præsbytericidium d.cap. qui præsbyterum. Sexto, peccatum, propter quod pœnitentia solemnis iniũcta & facta fuit c.de ijs,c.antiqui 33. quæstio. 2. Septimo contractus matrimonij scienter cum monali. Vigesimo, qui contrahit matrimonium, seu sponsalia fictè siue animo uere contrahendi, & non est, quo ad Deum, & forum conscientiæ matrimonium, quamuis copula

sequatur, si postea verè in eam non consentit c. is qui c.tua de sponsalibus. Vigesimoprimo, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contrahit, puta ad liberius adulterandum, occidendum &c. quia cuius finis est malus, ipsum quoque malum est c.cum ministet 23.q.5. Vigesimosecundo, qui excommunicatus excommunicatione maiori, vel minori, vel infectus peccato mortali, ante illius detestationem matrimonium contrahit, valet tamen matrimonium c. significasti de eo, qui duxit in matrimo. Vigesimotertio, qui post contractum matrimonium, sciēs illud non valuisse haber rem cum coniuge. Vigesimoquatro, qui iussus sub pœna excommunicationis, non denunciat impedimētum, quod scit subesse inter volentes contrahere not.cap.2.de maior. & obed. Vigesimoquinto, & vltimo, qui benedicit secūdas nuptias solemni benedictione sacerdotali, quæ intra Missam fit, ca.1.& 2.de sec.nupt.non tamen peccat, qui ante benedictionem cohabitat cum eius coniuge, capit.1. de reformat.matrimo.vers.hortatur Concil. Trid. Sess.24.Nauar.Man.Conf.c.22.nu.83.

De Iniustitia. Quæst. XXXIX.

TRigesimonono, quia quemadmodum iustitia est virtus generalis; eo, quod per ipsam, omnium virtutum actus ad bonum commune ordinatur, Arist.6.Ethic.c.1.& seq.Sanctus Thomas secunda secundæ quæstio.58.artic.5.ita,& iniustitia erit vitium generale, quantum maximè ad intētionem, quia per contemptum boni communis potest homo ad omnia peccata deduci, sicut etiam omnia vitia, in quantum repugnant bono communi, iniustitiæ habent rationem quasi ab iniustitia deriuatam: San.Thom.secunda secundę quæstio. 59.art.1. quęro, vtrum quicumque facit iniustū, an peccet mortaliter? Respond.quod sic; quicquid enim est contra legem Dei, peccatum est mortale, sed quicumque facit iniustum, facit contra præceptum legis Dei, quia vel reducitur ad furtum, vel ad adulterium, vel ad homicidium, vel ad aliquid huiusmodi. Ergo quicumque facit iniustum, peccat mortaliter: S.Tho.2.2.q.59.art.4.dicens, quod peccatum mortale est, quod contrariatur charitati, per quam est animæ vita.idem 1.2.q.72.artic.5. omne autem nocumentum alteri illatum ea se charitati repugnat, quæ mouet ad volendum bonum alterius, & ideo cum iniustitia semper consistat in nocumento alterius, manifestum est, quod facere iniustum ex genere suo, est peccatum mortale, conc. Caiet.ver.iniustitia,& nota, quod non solum iniustitia committitur contra legem diuinam, sed etiā contra legem humanam, quæ; quando iusta est, habet vim obligandi in foro conscientiæ a lege æterna, a qua deriuatur, Prou.8. per me Reges regnāt, & legum conditores iusta decernunt, secus, si iusta non fuerit, quia obedire oportet Deo magis, quam hominibus, Act.Apost.4.S.Tho.1.2.q.96.art.4.verum, quia omnis subijcitur legi iustæ, iuxta illud ad Roman.13.omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, sed non videretur esse subditus potestati, qui non subijcitur legi, quam fert potestas; ergo omnes homines sunt legi subiecti, etiam si fuerint principes, qui quantum ad vim directiuam legis, subduntur legi propria voluntate c. cū omnes de coust.l.1.quod quisque iur.quod quisq; enim iuris in alterum statuit, ipse eodem iure vti debet, & sapiens dicit, patere legem, quam tu ipse tuleris, & Math.c.23.dicunt, & non faciūt, & alijs onera grauia imponunt, & ipsi nec digito volunt ea mouere. Vnde quantum ad Dei iudicium, nec etiam princeps est solutus legibus, quantum ad vim directiuam eius, secus quo ad vim coactiuam: debet enim voluntarius non coactus legem implere, & ita intelligitur l.princeps ff.de legibus; est etiā princeps supra legem, in quantum si expediēs fuerit, potest legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore: S.Tho.1.2.q.96.art.5. Ideo videndum erit de statu singulorum hominum, qui peccare dicuntur circa iniustitiam, & contra præcepta legis ordine infrascripto.

A.

1 Abbas vltra alios Monachos obligatur ad curam animarum sibi subiectarum, & Monasterij, ac rerum ipsius, quod, si in his valde negligēs fuerit, peccabit mortaliter Ang.versi. Abbas, num.23.qui si pro ipsius benedictione aliquid exegerit, simoniacus erit c.sicut il 3.de simonia.

2 Abbatissa non potest prædicare, & benedicere Moniales, confessiones audire, neque alia huiusmodi, quæ sint actus ordinis; alioquin peccaret mortaliter c.noua de pœn.& remiss.

3 Accusator peccat, si aliquem accusat in iudicio criminis falsi, vel petit debitum falsum, cum obligatione restituendi omnia damna c.calumniator secunda quæstio.3.cap.calumniam de pen.c.fin.de dolo, & cōt.similiter, si accusat verum, sed animo, vel fine malo, peccat mortaliter, licet non teneatur restituere cap.cum minister.23.q.5. Tertio peccat accusator, si ad obtinendam eam causam instarum vtitur probationibus falsis; Sanctus Thomas secunda secundæ quæstio.71.ar.3.ad tertium. Quarto, qui omittit accusare aliquem, cuius delictum in magnum damnum spirituale, aut temporale, Reipub.redundat, & aliàs id impediri non possit; dummodo id probare possit, secus si probare non possit: Sanctus Anto.secunda secundæ quæstio.68. articu.2.Leuit.5.peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit, quod ipse vidit, aut conscius est, nisi indicauerit portabit iniquitatem suam. Quinto, peccat mortaliter accusator, qui aut calumniatur, aut prævaricatur, aut tergiuersatur c. si quem, 2.quæstio.3. Sanctus Thomas secunda secundæ quæstio.68.artic.3.dicens, quod accusatio redditur iniusta, vel per calumniam, falsa crimina imponendo, vel per prævaricationem, fraudem scilicet in accusatione adhibendo; vel per tergiuersationem totaliter, videlicet ab accusatione desistendo, quod si accusator in criminis probatione defecerit, & grauius in periculum pœnæ aliquem induxerit, similem, vel talionis patiatur pœnam, cap.qui non probauerit 1.q.3. S.Thom.secunda secundæ q.68.art.4.

4 Admi-

4 Administrator tenetur de mala administratione, in qua si valde negligēs, aut in culpa fuerit, peccabit mortaliter, & ad restitutionem tenetur, Inno. c. ex præsentium de pignor. Ange. versi. administrator, nu. 1.

5 Aduocatus, si iniustam causam defenderit, peccat mortaliter 2. Paralip. c. 19. impio præbes auxilium, & idcirco iram Domini mereberis. Sed aduocatus defendens causam iniustam, impio prębet auxilium. Ergo peccando, iram Domini męretur: S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 1. & vinculo restitutionis tenebitur. Secundo peccat aduocatus, qui non existens ad id idoneus aduocat l. nemini C. de aduoc. diuers. iud. Tertio peccat aduocatus, qui notabili sua negligentia, partis suæ causam iustam perdit cum oblig. ad damna, & interesse Sylu. ver. aduocatus, num. 24. Nau. cap. 25. num. 29. Quarto, qui aduersario indicat secreta notabilis momenti suæ partis l. 1. §. siquis, ff. ad l. Corn. de fals. Quinto, vbi pauperum causis aliter subueniri non potest, tenentur aduocati eorum suscipere causas, & illis patrocinari, sicut tenentur necessitatem patientis, misericordiæ opus impendere: S. Thom. 2. 2. q. 71. art. 1. Sexto, si plus debito exigât pro patrocinijs causarum, c. non sane 14. q. 5. S. Th. d. loco art. 4. Septimo peccat aduocatus si conuenit de quota parte litis l. sumptus ff. de pact. l. litem C. de procur. prębetur enim occasio uincendi per fas, & nephas, Nauar. d. loco no. 30. conc. Caiet. & alij ver. aduocatus.

6 Arbiter non potest absque peccato de iure alterius capere; & dare alteri, nisi pro bono pacis; nam tunc posset, dum modo partem notabiliter non læderet, Ang. ver. arbiter num. 6. similiter non potest pro recompensatione alicuius spiritualis iudicare dandum temporale, Abb. c. si. de rerum permut.

7 Archidiaconus peccat mortaliter, respondendo Episcopo dicentis, scis hunc esse dignum. Scio quantum humana fragilitas permittit, &c. Quando promouendus esset publice criminosus, secus, si esset occulte, & peccat mortaliter, si crimen fuerit mortaliter c. primum 22. q. 2. secus si esset venialiter, Angel. ver. Archidiaconus, num. 1. Innoc. c. vnico de scrut. in ord. fac. Sylu. versi. Archidiaconus nu. 8. & Tab. nu. 3.

8 Artifex peccat mortaliter, si cum artifice conueniat, quod alios non instruant, aut quod non vendant, nisi certo modo; & hoc verum, si fraudulenter in damnum Reip. faciunt, secus si ex priuilegio seu ex consuetudine, Innoc. c. significante, de app. l. vnica, C. de Monopol. & ad huc, quod artifex in suo exercitio non peccet quatuor requiruntur. Primo, recta intentio. Secundo, quod non fiat de re prohibita a Deo, vel ab Ecclesia, vel a legibus. Tertio, quod fiat modo debito, & debitis circumstantiis. Quarto, quod fiat ab eo qui non est prohibitus, Ang. ver. ars, nu. 3.

9 Austerus indiscretus in vigilijs, ieiunijs, & similib. peccaret mortaliter, quando nimis læderet vitam propriam, c. non mediocriter, de consec. dis. 5. Ang. ver. austeritas.

B.

10 Balistarij peccant mortaliter vtendo sagittis Christianos in bello iniusto, secus in bello iusto, quia data iustitia belli, licitum est quibuscunque armis vti, & pugnare, gl. & doct. c. vnico, de sagittarijs.

11 Balneans se pro voluptate, aut luxuria omni tempore prohibetur, pro necessitate autem licet, c. peruenit, de consec. dist. 3. non tamen licitum est ingredi in balneo cum muliere, c. non oportet 81. dist. nec minus cum Iudęo, c. nullus, 28. q. 1. Ange. & Syl. vers. balneum.

12 Bannitus iniustè nō potest iustè offendi; quamuis statutum disponat, quod bannitus impunè occidi potest, secus si iustè fuerit bannitus; nam tunc licitum est illum occidere, non liuore vindictę, sed zelo iustitię, quod procedit, quando lex concedit, secus quando permittit non puniendo, sicut permittit meretrices, nam tunc non licet sine mortali occidere, Arm. & Tab. versi. bannitus, qui verò aliquem iniustè bannierit peccat mortaliter, & tenetur restituere, quod talis bannitus amiserit, Angel. ver. bannum, nu. 1.

13 Beneficiatus in appetendo beneficium debuit se ipsum mensurare per respectum ad tria, scilicet ad regimen animarum ne pręsumptuosè ad artem artium se inueniat. Secundo ad oues, quibus pascēdis vacaturus est, vt tantum distet vita sua ab illis, quantum vita pastoris a grege, & ad alios. Tertio loco, quibus tribui potest, aut debet tale beneficiū, ne se dignioribus, aut ęquè dignis anteposuerit, quod si ad hęc non aduertit peccauit mortaliter, similiter peccauit ratione finis, vt si appetijt propter finem malum, puta delicatam, opulentam, aut splendidam vitam, similiter peccat mortaliter non residens in beneficio requirente residentiam pro quāto damnum infert animarum. Quarto peccat mortaliter beneficiatus, qui prouētus Ecclesiasticos malè expendit. Quintò peccat mortaliter plura beneficia incompatibilia retinens, quia huiusmodi pluralitas est iniusta contra æqualitatem iustitiæ distributiuæ. Sexto, si conferantur beneficia Ecclesiastica pueris, existentibus alijs adultis idoneis, non solum inexcusabile est, sed intolerabile uidetur, tum quia pueri sunt solum idonei in spe, adulti autem in re, tum quia officium diuinum persoluere nequeunt, cum nec humana officia valeant exercere, nisi vt pueri: & tamen beneficiatorū nullus excusatur à diuino officio, Caieta. uer. beneficium, per totum. Septimo peccat mortaliter beneficiatus, qui quęsiuit per simoniam mentalem, vel actualem, beneficium. Octauò, qui sine titulo, & canonica institutione recepit, c. beneficium, de regu. iur. 6. Nonò, qui illegitimum, vel alterum impedimentum habens, ut puta non habens ętatem, prouideatur de beneficio, absque dispensatione legitima. Decimò, qui post obtentatam parrochialem non promoueatur ad pręsbyterium infra annum, & post annum eam retinet percipiens fructus, cap. licet, de electio. sexto, quod si fuerit Episcopatus infra tres menses, tenebitur consecrari, Concilio Tridenti. capitulo secundo, Sess. uigesimasecunda, de reforma. Vndecimò, si beneficiatus minorum ordinum, post matrimonium contractum

per verba de præsenti retinuerit beneficium, gloss. & commu. doct. cap. 1. de Cler. coniuga. ipso enim iure illud amittit, etiam si vxor ante consummatū matrimonium ingrediatur monasterium, non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro. Duodecimo qui horas canonicas non recitat, ut in Bulla Pij Quinti statutū est. Decimotertio, qui beneficij sui, vineas, prædia, & alia bona dolo, vel negligentia destruit, vel damnificat cum obligatione restituendi, & reficiendi, similiter qui ea alienat vltra triennium absque beneplacito Apostolico extrau. Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alien. Decimoquarto, qui suspētus a beneficio, aut excōmunicatus recipit fructus illius, etiam ad sui substentationem, quando habet bona, vnde viuat, secus, nisi haberet bona; nam tunc suspensus de fructibus beneficij viuere posset, secus verò, si esset excommunicatus, qui nihil percipere potest, quando per eū stat, quominus absoluatur, Nau. Man. Conf. ca. 25. nu. 124.

14 Bigamus, hoc est, ille, qui habuit duas vxores, siue ante, siue post baptismum, si susceperit ordines absque dispensatione pontificis peccabit mortaliter, gloss. c. acutus, & c. vna, 26. dist. Ratio huius constitutionis est, quia bis coniugatus non potest apte significare vnionem Iesu Christi, cum Ecclesia vnica sua, & sancta spōsa, c. debitum, de bigam. Item quia excellentia sacramenti ordinis, hoc meretur d. cap. vna. Tertio, quia est signum incontinentiæ, c. proposuisti, 82. dist. Quarto quia ad persuadendum castitatem auctoritatem adimit, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 195.

C.

15 Campsor, si bono fine exercet officium suum non peccat, secus si lucri gratia tantum, quod caret fine, quia tunc peccaret, S. Th. opusc. 74. c. 13. Arm. ver. campsor.

16 Canonicus vadens ad horas canonicas principaliter causa tantum lucrandi distributiones, peccat mortaliter, Fel. c. ex parte, de off. deleg. Armill. ver. canonicus, nu 6.

17 Cantor, si in diuinis miscuerit lasciua vana, & profana, peccabit mortaliter, Armil. ueri. cantus, nu. 4. c. 18. Concil. Trid. Sess. 23.

18 Carceratus pro debito, vel alterius offensa citra mortem, non potest aufugere sub peccato mortali, sed tenetur facere pœnitentiam, & satisfacere, secus si fuisset iniuste carceratus, seu esset adeò pauper, ut neque per se, neque per alium probabiliter soluere posset, seu esset incarceratus ob delictum, quo sequeretur mors, seu mutilatio membri, nam tunc licitè fugere posset etiam frangendo carceres, siue delictum esset notorium, siue secretum, etiam si condemnatio secuta esset, Sanct. Thomas 2. 2. q. 64. articu. 4. ad secundum, modo vim carceris custodi non inferat, seu alteri ministro, Nau. Man. Conf. c. 17. nu. 102.

19 Cedens bonis in fraudem creditoris, peccat mortaliter cum obligatione restituendi, similiter cessio actionis facta potentiori ratione officij, seu dignitatis non ualet, quando fieret malitiosè causa opprimendi aduersarium, secus si fieret bona fide, Ang. veri. cessio, Spec. titu. de cess. act. §. 1. l. 2. C. ne lic. pot.

20 Citaristæ aliquid dare ad voluptatem, vel luxuriam, seu eo uti est peccatum mortale, c. in sancta, 96. dist. gl. c. donare, 86. dist. Ang. uer. citaristis.

21 Clerici peccant mortaliter. Primo, si non gerunt habitum, & tonsuram suo ordini congruentes. Secundo artes mecanicas exercentes. Tertio officia secularia gerentes. Quartu arma deferentes, tabernas frequentātes extra itineris causa. Quinto alia facientes, quibus populo scandalo esse possint, ut ludentes, uenantes, & cum mulieribus suspectis habitantes, de quibus toto tit. de vita, & hon. cler. & titu. ne cler. vel Mon. & tit. de clerico venat. & titu. de cohab. cler. & mulier. Caiet. versi. clerici. Sexto, si circa acquirenda, seu acquisita beneficia malè se gesserint. Septimo, si circa ordines suscipiendus, seu susceptos malè se habuerint, de quibus latè superius dictum est.

22 Coadiutor peccat, si alienat de rebus Eccl. & recipiens de bonis illius ultra sumptus sibi debitos moderatos, c. scripsit, 7. q. 1. Ang. ver. coadiutor, nu. 4. Tab. d. loco.

23 Conseruator, qui se intromittit in rebus ad suum officium nō pertinent. peccat, & per annum remanet suspensus ab officio, pars verò, quæ hoc procurauerit, excommunicationis pœnam ipso facto incurrit, Tab. & Ang. uer. conseruator, num. 4. ubi Syl, nu. 5. & Arm, nu. 3.

24 Consulens fraudulenter alicui ad aliquid iniustè agendum, peccat mortaliter, si materia, super qua consuluit erat mortalis, & si alias secus, docto. com. c. nullus, de reg. iur.

25 Curator, qui non conseruat, neque defendit bona furiosi, seu prodigi quorum curam gerere debet, Nau. Man. confes. c. 25. nu. 66.

26 Custos, qui nō accusat, quos debet, peccat mortaliter, quia frangit iuramentum iustum, quod solet præstari in initio sui officij, c. si uerò, de iureiu. Nau. Man. Confess. c. 27. nu. 34. similiter custos peccabit mortaliter, si in re sibi data in custodiam, eius culpa interuenerit damnum notabile, Ang. & alij. uer. custos, & tenebitur restituere.

D.

27 Denunciator, qui denunciat quando non debet notabiliter nocendo, vel quando debet intentione mortali, aut omittit denunciare, quod debet peccat mortaliter, Nau. Man. Conf. cap. 25. nu. 33.

28 Dilapidator, rerum Eccl. grauiter peccat bona pauperum infideliter tractans, Armilla uer. dilapidator.

29 Dispensatio in lege, siue uoto, & similibus absque rationabili causa peccatum est, & est veniale in paruis Caiet. ver. dispensare Nau. 1. q. præl. nu. 11.

30 Doctor, uel magister peccat, seu peccauit si petijt, seu recepit lauream doctoratus, qua dignus nō erat: S. Ant. 3. p. tit. 5. cap. 2. §. 10. & peccat, qui existens examinator, indignum laurea, ad eam probat, uel contra dignum reprobat, similiter si falsa doceat in alicuius notabile damnum spirituale, uel temporale. Tertio, qui auditores alicuius doctoris inducit ad eum non audiendum. Quarto, qui habet

bet ſtipendium publicum, vel beneficium in id collatum, & exigit aliquid ab auditoribus. Quarto, qui ſcolarem crudeliter caſtigat; nam leuis correctio tantum ei conceditur, c. præsbyterum de homicid. l. præceptor ff. ad l. Aquil. Nau. Man. Conf. c. 25. nu. 55. & ſeq. Caiet. & alij. ver. doct.

31 Dominus, qui notabiliter negligit noſſe peccata manifeſta ſeruorum, vt poſſit eos corrigere peccat: S. Ant. 2. p. tit. 5. cap. 9. §. 2. ſimiliter, ſi neglexerit ea, quę pertinent ad ſeruorum ſuorum conſciētiam, vt chriſtianè uiuant, Dei pręcepta non contēnant. Tertio, ſi prohibuit eos vxorem ducere maxime quando concubinis erant alligati, doct. ca. 1. de coniug. ſeru. Nau. Man. Conf. c. 14. nu. 21.

E.

32 Electus ad hoc, quod rectè dicatur, debet habere duo requiſita in foro conſcientię. Primo, quod ſit bonus, hoc eſt ſine peccato mortali, propter hoc Dominus ter Petrum interrogauit, ſi haberet charitatem. Secundo, quod ſit melior cęteris cognitis, qui poſſet eligi, & haberi, melior autem non quantum ad bonitatem vitę, ſed quantum ad regimen illud, nūc, & hic reſpectu talium ouium, & reliquis particularibus occurrentijs prolatis exiguntur in tantum ambę conditiones, vt neutra eorum poſſit ſcienter omitti ſine peccato mortali, electio autem ſęcularis officialis, debet de perſona ad officium illud idonea fieri, quod oppoſitum ſcienter, aut negligenter faciens peccat mortaliter propter nocumentum Reip. quod ex inepto rectore incurrere oportet, quod ſi electus ad id ſe obtulerit, cum idoneus non ſit, non optat abſque peccato, Caiet. verſi. electio,

33 Epiſcopi peccata peculiaria ſunt conferre ordines indignis, & beneficia Eccleſiaſtica non reſidere in Eccleſia ſua, negligere executionem rerum ad ſuum officium pertinentium, de quibus per Caiet. ver. Epiſcopi.

34 Executor voluntatis defuncti, ſi diſtulerit abſque rationabili cauſa executionem, non excuſatur a culpa. quia forte defunctus liberaretur interim a purgatorio, Ang. ver. executor nu. 14.

35 Exhęredans filium abſque rationabili cauſa, peccat mortaliter, etiam ſi hęredem Eccleſiam inſtitueret c. quicunque 17. q. 4. ibi quicunque exhęredato filio hæredem vult facere Eccleſiam, quærat alium, qui ſuſcipiat non Auguſtinum, &c. Angel. verſ. exhęredatio nu. 4 vbi Arm. nu. 7. cauſę autem exhęredationis ſunt tredecim §. cautas, Auth. vt, cum de appell. cogno. 1. ſi filius parentibus manus intulerit, 2. ſi grauem iniuriam fecerit, 3. ſi eos criminaliter accuſauerit excepto crimine lęſę Maieſtatis Diuinę, atque humanę. 4. ſi cum maleficis cōuerſatur, 5. ſi maleficus efficiatur, 6. ſi vitæ parentū inſidiatur, 7. ſi cum nouerca, vel concubina ſua cōmiſceatur, 8. ſi filius maſculus pro patre fideiobere noluerit, qui pro debito incarcerari deberet, 9. ſi prohibuerit eos facere teſtamentum, 10. ſi contra parētum voluntatē inter arenarios, & mimos perſeuerauerit cum pater illius profeſſionis non fuerit, 11. ſi filia vitam luxurioſam duxerit, & parentes voluerint, eam nubere, & dotare pro poſſe, niſi hoc neglexerint vſquè ad 25. annum, 12. ſi parentibus furioſis debitam curam non adhibuit; 13. ſi de carcere parentes deducere neglexerit; ſimiliter, & filius exhæredare poterit patrem; Primo ſi de crimine ab eo accuſatus fuerit excepto crimine læſæ maieſta. 2. ſi vitæ eius inſidiatus fuerit, 3. ſi vxori eius, vel concubinæ ſe commiſcuerit, 4. ſi teſtari, in quo poterat prohibuit, 5. ſi non egit curam eius cū eſſet furioſus, 6. ſi captū à Saracenis non redemit, §. & hæc quidem, Auth. ut cum de appell. cogn. Angel. ver. exhæred. nu. 1.

F.

36 Famulus, qui contemnit notabiliter ſuum dominum mortaliter peccat, quod eſt intelligendum de omni ſubdito 1. Petr. 2. & ad Roman. 13. c. ſolitæ de maior. & obed. c. omnis de cēſibus, ſimiliter, ſi iuſta præcepta Domini violat c. ad hæc 89. diſti. c. generali de elect. 6. c. unam ſanctam de maior. & obed. S. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. Nau. Man. Confeſſ. c. 14. num. 21.

37 Fœminarum peccata, quæ ſint, vide infra verſ. mulier.

38 Filij peccata particularia ſunt tria. Primum eſt parentum irreuerentia, quę ſi notabilis eſſet, mortale peccatum committeret impietatis. Secundo eſt quo ad illa, in quibus filius ſubijcitur patri, quo. ſ. ad domeſticam gubernationem, & morum inſtructionem, cuius pręcepta in iſtis contemnens inobedientiæ crimen incurrit. Tertiū eſt omiſſio ſubuentionis in caſu neceſſitatis, in quo patrem tenetur filius alere, alioquin peccaret mortaliter, Caiet. ver. filij.

39 Fugiens e carcere in carceribus detentus, an peccet, dixi ſuperius, ver. carceratus.

H

40 Hæres non adimplens voluntatem defuncti, peccat mortaliter, quod ſi ingrediatur religionem in fraudem ſubſtituti, nō euacuat ſubſtitutionem, Sylu. ver. hæres, num. 14. non tamen tenetur ſoluere legata ex teſtamento minus ſolemni etiam in foro animæ, Angel. ver. hęres, num. 5. Comm. dicit, non tamen tenetur vltra vires hæreditatis in foro animæ, etiam ſi non confeciſſet inuentarium, Angel d. loco, num. 6. ſecus autem in foro contentioſo, & not. quod inſtituēs hęredem indignum, peccat mortaliter, indigni autem ſunt iſti; primo, hęreticus, aut paganus c. ſi quis Epiſcop. de hæretic. 2. receptatores hæreticorum c. excommunicationi il 1. §. credentes. de hæretic. 3. Apoſtata, 4. collegium illicitum, 5. deportatus, l. 1. C. de hæred. inſt. 6. damnatus ob crimen famoſum, 7. inſecutor Cardinalium cap. fœlicis, de pœ. 68. excommunicatus modo ſit ante hæredis inſtitutionem, ſecus ſi poſt, 9. ſpurij nati ex damnato coitu, 10. inceſtuoſi cum Monacha, gl. c. ſi quis ſollicitauerit 27. q. 1. 11. criminis læſæ Maieſt. c. quiſquis de pœ. diſt. 1. 12. ſimoniaci, 13. illi, qui non poſſunt habere, nec in proprio, neque in communi, vt fratres minores de obſeruantia, Clem. exiui §. cupientes de verb. ſign. Angel. ver. hæres num. 24.

41 Heremita fieri non poteſt Monachus abſque licentia ſui ſuperioris, alioquin peccaret, præſertim

quando

quando eſt heremita non religioſus, quæ licentia dari non debet, niſi in ſocietate perfectis, alioquin periculoſiſſima eſſet: S. Thom. 2. 2. q. 188. artic. vlt. veh enim ſoli, qui cum ceciderit non habet ſubleuantem, Ang. & Tab. ver. heremita.

42 Hermophroditus peccaret mortaliter; ſi ordinaretur quia eſt monſtruoſus c. ſi. 49. diſt. c. illiterato 36. diſt. ſi tamen ordinaretur, & ſexus virilis magis incaleſcit recipit characterem, alias non etiam ſi æqualiter incaleſceret, Ang. & Sylu. ver. hermophroditus.

43 Hoſpitalarius, qui redditus hoſpitalis non inſumit in ea, in quæ ſunt deſtinata, & qui finit, eos perdit, aut in alia diſpendit peccat; Clem. quia contingit de Relig. Dom. S. Anto. 3. p. tit. 11. cap. 1. §. 1. Nau. Man. Conf. c. 25. nu. 67.

I.

44 Incendiarius (hoc eſt malo animo comburens) manifeſtum damnum infert, & periculo reliqua ex ponit; vnde à crimine maximo non excuſatur, ſi ex intentione facit, Si verò præter intentionem ex negligentia iuxta modum negligentiæ reus eſt apud Deum. Caiet. ver. incendiarius.

45 Intruſus dicitur, qui non canonice, ſed honorem eccleſiaſticum, ſeu beneficium abſque canonica prouiſione de facto, adipiſcit & dicitur quãdiu ita tenet in ſtatu peccati mortalis, & ęternę dãnationis, Caiet. ver. intruſio, vbi etiam Angelica, & alit.

46 Iudex, quoque peccat in multis; Primo petens, & ſuſcipiens munus iudicandi cum ſit indignus, & inde veriſimile ſit, quod aliquod notabile damnum Reip. ſeu priuato ſit euentrum, cap. non eſt putanda 1. q. 1. Secundo, ſi ſciens, aut ſcire debens ſentẽtiam iniuſtam ferat, aut iuſtam ferre negligit amore, odio, precibus, metu, vel alia de cauſa cum obligatione reſtituendi principale, & expenſas. Tertio qui iudicat abſque iuriſdictione. Quarto, qui pecuniam accipit vt bene, vel male iudicet, aut iudicare omittat. Quinto, qui iudicat etiam rectè, ſed abſque probatione ſufficienti; S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 3. Sexto, qui non iudicat ſecundum acta, & probata. Septimo, qui non obſeruat ferias in honorem Dei, cap. 1. & cap. ſi. de fer. Octauo, qui negligit notabiliter officium ſuum, vt officiales non careant dulo, vel falſitate, & viſitent carceres, eaſque bene cuſtodiant, oot. J. iudices. C. de Epiſc. aud.

L.

47 Laborator, ſi non laborat fideliter in aliquo exceſſu notabili, & ſi permiſerit beſtias nocere agris, & dominum in danda ſibi parte fraudauit, peccat mortaliter, Tab. ver. interrogatio nu. 44.

48 Lanifices peccant, ſi furantur lanam. Secundo, ſi malè laborant, vel deſtruunt, Tab. d. loco, nu. 47.

49 Litigantes quadrupliciter peccant; Primo, ex irrationabili cauſa, puta ex cupiditate, vel auaritia. Secundo, ex modo perſonali, ſi contentioſè, & qua ſi inimicè non colloquendo. Tertio, ex modo iudiciali, ſi fraudulenter, ſi peruersè producendo, probando, prorogando. Quarto ex ſcandalo puſillorum, vt contingit, quando frater contra fratrem & ſimiles, Caiet. ver. litigare.

50 Locator peccat, ſi ſcienter locauit rem vitioſã, & ſi petijt mercedem, quam non debuit, Tab. ver. interrogatio, nu. 46.

M.

51 Magiſtrorum peccata circa tria ſunt, videlicet, circa doctrinam, mores, & lucrum; Primo, docendo noxia animæ, ſiue contra fidem catholicam, ſiue cõtra mores, ſimiliter, ſi negligit ſtudere, vt docere bene poſſit. Tertio non docendo, quantum debent, & negligendo notabiliter ſuos ſcolares; quo verò ad mores peccant minus corrigendo, ſeu fouendo, inuitando ad turpia &c. quantum autem ad lucrum peccant, ſi exigunt plus, quàm ſibi debetur, aut à quibus non ſibi debetur, dixi ſuperius, ver. Docto. Caiet. ver. magiſtrorum.

52 Macellarij peccant, vendentes carnem corruptam pro ſana, de pecude pro caſtrato, & fraudantes in pondere Tab. ver. interrogatio nu. 38.

53 Medicus peccat, qui abſque ſufficienti ſcientia medicatur, etiam ſi ſit doctor. Secundo, qui artem nouit, ſed eius præcepta non ſequitur. Tertio, qui negligit ſtudere, aut infirmos viſitare, Doct. c. ma, de hom. Quarto, qui adhibet medicamẽta morbo, antequam eũ cognoſcat, Caie. ver. medicus. Quinto, qui dubitat de aliquo medicamento, & præbuit illud, vt experiretur, ſeu vt aliquid lucraretur. Sexto, ſi dat ęgroto etiam petenti, quod ſcit ei nociturum. Septimo, qui ægrotum derelinquit ante quã debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit: Aſtenſ. lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 14. octauo, qui non perſuadet infirmo confeſſionem, ante quam medicinam ei applicet ca. cum infirmitas de pœn. & remiſſ. Immo, ſi tertio die eos viſitauerint abſque eo, quod ęgroti confeſſi fuerint, peccant mortaliter, vltra alias pęnas, quas incurrunt, ex Bulla Pij Quinti, quę incipit ſupra gregem, de anno 1566. Nono, ſi prægnanti aliquid præbeat, quo aborti at, ſi credat fœtum eſſe animatum: S. Anto. 3. p. tit. 7. cap. 2. Decimo, qui ſine iuſta cauſa cõcedit debilibus frãgendi ieiunium, & veſcendi carnibus diebus vetitis. Vndecimo, qui ſuadet infirmum ad peccandũ mortaliter, puta ad coeũdum cum ſit ſolutus. Duodecimo, qui petit ſtipendium notabiliter nimium. Decimotertio, recipiens ſtipendium à priuato habens a publico. Decimoquarto, ſi non medetur gratis pauperi ægroto, Nau. Man. Confeſſ. cap. 25. nu. 60. & ſequ. Caiet. & alij verſi. Medicus, aromatarij quoque peccant, ſi in componendis medicinis non poſuerunt, quæ medicus ordinauit, ſed vnum pro alio, vel corruptum, adeo vt ſequatur mors ſeu prolongatio infirmitatis, Tab. verſicu. interrogatio numero 32.

54 Mercatores peccant, ſi portant prohibita infidelibus, 2. ſi negociantur propter malum finem, 3. ſi tenuerunt mercatum in loco ſacro, 4. ſi exceſſerunt precium iuſtum, 5. ſi vnum pro alio vendiderunt, 6. ſi corruptum pro bono, 7. ſi vſi ſunt falſitate in pondere, numero, menſura, in nummiſmate, & in ſcripturis, & alijs rebus, 8. ſi fecerunt contractũ illicitum, 9. ſi mercati ſunt in feſtis, 10. ſi emendo, aut vendendo vſi ſunt mendacio, & periurio, Tab. ver. interrogatio num. 33.

55 Miles peccat tripliciter; Primo, dum concutit pampe-

pauperes extorquendo vi, vel metu ab eis, & lædit etiam in personam quandoque. Secundo calumniã inferre diuitibus imponẽdo illis, quod sunt factio si, hostes, rebelles. Tertio, quando non sunt conten ti stipendijs suis, hinc enim concussiones, calumniæ, & cõtumeliæ, prædæ, atque rapinæ, Caiet. ver. militum.

56 Monachi, & moniales peccant proprie transgredientes regulas, & consuetudines ipsorum, & mandatis suorum superiorum, Caiet. versic. Monachorum.

57 Mulier peccat peculiariter, si tondeatur, si vtatur veste virili, si prædicet, si doceat publice, si tangat vasa sacra, si deferat incensum circa altare; si benedicat, si exerceat actum ordinis; possunt tamen mulieres suas subditas prælatæ instruere, & exhortari in capitulis, similiter possunt tonderi cessante superstitione, aut aliqua alia mala ratione, actus vero sacri, dummodo non sint ordinis tolerantur, iuxta ipsarum antiquam consuetudinem, vestibus quoque virilibus vti possent subtantij causa, vbi necessitas exposcit, cessante tamen scandalo, Caiet. ver. mulierum.

58 Musici peccant, si cantant, vel sonant, quæ ad lasciuiam, & libidinem prouocant, Tab. versic. interrogatio nu. 43.

N

59 Nauta peccat, si fuit in dolo, vel culpa, de qua tenetur, etiam, si sit leuissima Tab. ver. Nauta, l. 1. §. at hoc, ff. naut. caop. stab.

60 Notarius peccat; Primo, conficiens falsum instrumentum: Secundo, si occultat verum in præiudicium partium. Tertio, si addit, vel minuit, vel delet ab ipso instrumento. Quarto, si non seruat, aliquod capitulorum a se rogatorum, nempe, vt cõficiat instrumentum, de quo sit rogatum. Secundo, quod, non reuelet, quod ei secreto cõmissum fuit. Tertio, quod non conficiat instrom. de contractu vsurario, neque de aliquo illicito. Quarto, quod retinebit de omnibus protocollum. Quinto, quod erit fideles ei, a quo creatus est, Notarius. Sexto, quod nullo amore, odio, seu alio interesse officio suo abutetur, peccat quoque si non renunciat parti ignoranti, ne renunciet alicui iuri, sibi competẽti; S. Ant. 3. par. tit. 6. cap. 3. §. 6. Sexto, si cõficit instrumentum carens ratione, seu iudicio. Septimo, si stipendium magis debitum petit, Naua. Man. Confess. capit. 25. nu. 52. & seq.

O

61 Obstetrix ignorans formam baptizãdi peccat, Naua. Man. Confess. c. 22. nu. 6.

62 Officialis delinquens in officio, siue dolo, siue culpa, siue negligentia cũ notabili damno Reipu. vel priuati peccat, similiter, quando gratis tenetur impẽdere officium suum, si quicquam recipit, pec cat, cum obligatione rest. Ang. versi. officium nu. 3.

63 Opinans, tripliciter peccat. Vno modo, quando voluntaria est eius opinio, non autem rationalis, non enim voluntate, sed ratione amplectenda est opinio, & hinc errant sectatorum æmulatores opiniones suæ sectæ sequentes, non vt rationi magis consentaneas, sed quia nati sunt, aut nutriti in secta illius doctrinę. Secundo peccat opinans ex non relatione ad suam regulam; omnis enim opinio examinanda est ad suam regulam. Et, quia in his, quæ sint fidei, & morum, regula est sacra scriptura, exposita ab Ecclesia Catholica non excusatur aliquis a quantomcunque rationabili opinione in huiusmodi, si suspecta est cõmuni Ecclesiæ, seu Apostolicæ sedi. Tertio ex modo dum nimis firmiter inhæret opinioni, & asseritur, ut certum, atque indubitatum, quod tamen est intra latitudinem opinabilium, Caiet. ver. opinio.

P

64 Parẽtum peccata peculiaria, quæ sint diximus supra cum de 4. præcepto locuti sumus.

65 Pistores peccant, si miscuerunt farinam, & non vendiderunt panem ad mẽsuram iustam, Tab. ver. interrogatio nu. 39.

66 Prædicatores peccant, si publicè concionantur absque facultate legitima, Conc. Trid. Sess. 5. cap. 2. c. excommunicamus, §. quia verò, de hę:et. Secũdo, si aduertens mentitur cõcionando circa doctrinam fidei, bonorum morum. Tertio, qui prædicat principaliter, uel minus ad laudem mundanam, seu per pecuniã. Quarto, qui fabulas profanas miscet. Quinto, si concionando prælatis Ecclesiæ, & sacerdotibus detrahit præsertim; quo laycis placeat, Clemen. 1. §. quibus, de priuileg.

67 Prælati iurisdictionẽ habentes peccant in multis: Primo, si non fuerint familiæ suæ benè dispositi, si indebitè dispensauerunt, in uotis, si mirando acceperunt munera ipsi, vel aliqui de suis, si fecerunt indebitas collectas, si consecrauerunt corruptam scienter pro moniali, si dederint malũ exẽplum, Tab. versic. interrogatio nume. 65. dixi super. versic. Episcopus.

68 Principes, quoque peccãt, qui dominia iniustè quęrunt, vel iniuste quæsita non restituunt nulla iusta causa ab hoc excusante, cap. quid culpatur 23. q. 1. cap. si res 14. q. 6. Secundo, qui iuste possessa iniuste gubernat, non reddendo suum cuique ius, vel excitando factiones, vel non sedando eas, non prouidendo annonæ, & alijs necessarijs ad populum sibi commissum not. cap. principes cap. administratores 23. q. 5. cap. alius 15. q. 6. S. Thomas de regim. Prin. lib. 1. cap. 15. Tertio, qui pecunias congerit aggrauando notabiliter subditos ob auaritiam nullo iustu fine proposito: S. Ant. 2. par. tit. 1. cap. 2. Quartò, qui ita largitionibus prodigis indulget, ut se exponat probabili periculo vsurpandi aliena, vel tributa maiora, quam par est exigendi, aut debita statutis diebus non soluendi, aut one re grauissimo interesse, ac cambiorum se, suumque regnũ in maximam paupertatẽ inducendi. Quinto, qui negligit munire suas arces, vt occasionem populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis. Sexto, qui legem pœnalem condidit principaliter pro pter suam vtilitatem priuatam: not. cap. 1. de cõst. Septimo, qui delicta, diuina lege, aut naturali damnata sine iusta causa condonat, videns, aut videre debens, se ad alia similia occasionem præbere; omnis enim iniustitia rei norabilis, est mortalis, San. Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. Octauo, qui adigit suos subditos

ditos ad id non obligatos sibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere sine integra sui laboris compensatione; S.Ant.3. par.tit.3.cap.4.§.4. Nono,qui officia regni sui distribuit talibus personis, vt probabiliter credere debeat eas male illis usuras Auth.vt iud. sine quoque suffragio. §. 2. Auth. de mand. princ. cum obligatione restituendi damna, quæ fecerunt Scot.4.sent.dist.15.q.2. art. 4. Decimo, qui cogit aliquem ad matrimonium contrahendum, quo casu (ipso facto) pœnam excommunicationis incurrunt,cap.9.Conc.Triden.Sess. 24.de reformat.matrim.Nauar. Man. Confess. capit.25.nu. 1. & seq.

69 Procurator peccat mortaliter,si defendit iniustam causam,si infideliter, vel negligenter se habuit, si impositionibus ponendis,remouendis, aut respondendis periurauerit, si plus debito a parte, seu cliente exegit, Tab.verbe.interrogatio, nu.55.

70 Proxeneta peccat mortaliter, si mediator fuerit illicitorum contractuum,similiter, si male consuluit scienter in aliquo contractu, & si decepit in precio.Tab.versi.interrogatio.num.34. Caiet. ver. proxeneta.

R

71 Religiosi specialiter peccant tripliciter; Primo prout communiter contingit etiam alijs Clericis. Secundo prout communia sunt omnibus religiosis,vt circa vota castitatis,paupertatis,& obedientiæ, vel ex sacris canonibus concernentibus specialiter religiosos, Clem.religiosi de priuileg. Tertio, quatenus habeant propria statuta suæ religionis, Caiet.ver. Religiosi not.supra verbo Monachus.

72 Reuenditores rerum peccant, si finxerunt in damnum domini,quod non poterat vendi, nisi pro tanto,& tamen erant, qui emerant pro plus. Item si vendiderunt pro plus, quam tributam domino, Tab.ver.interrogatio,num.48.

73 Reus in iudicio peccat, qui scienter suscipit defendendam aliquam litem iniustam, aut non desistit ab eius defensione, postquam scuerit eam iniustam cum damno notabili aduersarij c. pœnale 14.q.5. Secundo, si interrogatus a suo iudice nō fatetur verum seruato iuris ordine, etiam si sit crimen morte plectendum; S.Thom.2.2.q.69. artic. 1.dummodo concurrant tria cum criminaliter agitur; Primo, vt delictum sit notorium . famosum, aut semiprobatum, Barth.l. fin.nom.7.ff.de quæst. Secundo, quod probatio sit iam posita in processu.Tertio, vt sit reo notificata,quo uideat se ad obediendum mandato iudicis teneri.S.Tho.2.2.q.69. art. 1. & seq. Tertio qui sciens se iuste condemnatum ad dilatandū executionē appellat, Nau.Man. Conf. cap. 25. num.35. & seq.S.Thom.2.2.q. 69. art.3. Quarto peccat, si calumniose se defendit, propter quod introductum est iuramentum calumniæ cap.inhærentes de iuram.S.Thom.2.2.q.69.art.2. vbi dicit, quod reus accusatus in iudicio non potest calumniose se defendere, sed potest in his, ad quæ non tenetur respondere, vel veritatem occultare, vel aliquo alio modo iuste se defendere, nullo autem modo ei licet,uel falsitatem dicere, vel veritatem, quam confiteri tenetur,occultare, tacere, vel quoquo modo mentiri. Quinto ampl. ut reus damnatus ad mortem iuste non potest se defendere,poster tamen in causa iniustæ damnationis,Pau. ad Rom. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse sibi damnationem acquirit; posset tamen aufugere; dummodo non resistat agenti, sicuti si aliquis esset condemnatus, vt fame moriatur non peccat, si cibum sibi occulte ministratum sumat, quia non sumere,esset seipsum occidere; S. Thom.2.2.q.69.art. 4. ad secundum.

S

74 Sacerdotum peccata, vide supra ver.Clerici.

75 Scolaris peccat mortaliter, qui ob finem mortalem peccat c.cum minister 23.q.5. Secundo, qui præcepta academiæ iusta, & ad mortale obligantia non seruat. Tertio, qui suffragatur, vt fiat indignus rector vniuersitatis. Quarto, qui scientias vetitas,aut superstitiosas discit, cap. non magnopere, capit. super specula.ne Clerici, vel Mon. Quinto, qui in studendo notabiliter negligens fuit, præsertim,quando studuit impensis alienis. Sexto,qui cōtra veritatem, quā sciebat pertinaciter altercatur. Septimo, qui stipendium debitum præceptori,cū posset,non soluit, Nau.Man.Conf. cap.25.nu. 59. Tab.ver.interrogatio num,30.

76 Sutores peccant, si fecerint vestes impudicas, quæ non possunt deferri absque peccato mortali; 2.si male incidāt ex culpa sua: 3. si furantur de re ad vestitū deputata, Tab. ver.interrogatio, nu.40.

T

77 Tabelliorum peccat, vide supra uer.testes.

78 Tabernarij peccant, si uendunt uinum lympha tum pro puro. Secundo, si tenent meretrices, uel lusores. Quarto si scienter administrauerunt ebrietatē alterius. Quinto,si ex culpa sua perdiderunt sibi tradita in custodiam. Sexto, si acceperunt plusquam debuerunt ab hospitibus Tab. uer. interrogatio,nu.37.

79 Testis peccat, falsum testimonium ferens contra periurut, & contra iustitiam agens, & mentiens ueritatem, Prou. 19. Falsus testis non erit impunitus: S.Thom.2.2.q.70.art. 4. cum obligatione restituendi,quia Deum, iudicem,& proximum offendit cap.1. de crim.falsi. & quamuis timor iustus a non testificando excusare possit, non tamen a testificando falsè arg.ne quis 22.q.2.quod, si falsum dixerit remedium habet reuocandi statim, quo casu prodesse posset cap.præterea de testibus cogend.& etiam ex interuallo,antequam sententia feratur salltim ad debilitandum suum primum dictum. Secundo, si testatur uerum credens esse falsum cap.inter 22.q.3.non tamen tenetur restituere. Tertio, si dixerit partem aduersam esse inimicam ad hoc,ut ex cusaret se a testificando, Angel.uer. testis num.17. Quarto, si se occultauerit, uel absentauerit, ne testimonium ferret. Quinto, si se non obtulerit sciens esse necessarium ad impediendum aliquod notabile damnum publicum, uel priuatum, nam qui ueritatem occultat,& qui prodit mendacium, uterq; reus est,ille quia prodesse non uult,hic, quia nocere desiderat: S.Thom.2.2.q.70.art.1. Sexto, qui alienum peccatum secretum detegit, cuius cognitio

tio non est necessaria, quòd, si à iudice interrogetur potest respondere nihil scire, inter se intelligendo, quod dicere tenetur, Nauar. Man. Confess. cap. 18. nume. 61. & cap. 25. num. 43. Septimo, qui mercedem accipit, vt verum testetur cum obligatione restituendi ei, qui dedit c. non sane 14. q. 5. accipere tamen potest impensas itineris faciendi ad ferendum testimonium, & mercedem operariam dierũ, quibus se occupauit in eo, cũ interesse damni emergentis, & lucri cessantis c. si testes. §. venturis 4. q. 3. sed quæro virum testis interrogatus super crimine, ob quod bona publicantur negat veritatem, teneatur ad restitutionem fisco, in id, quod ad eum perueniret si damnaretur? Resp. quod non: quia pœna non debetur in foro animæ ante condemnationem glo. cap. fraternitatis 12. q. 2. & quia interesse remotum, & extra rem non debetur l. si sterilis §. cũ per venditorem, ff. de act. empt. Naua. Man. Conf. c. 25. num. 40. & seq. Octauo Tyrannus peccat mortaliter, vel quantum ad dominium iniuste acquisitum, vel quantum ad modum regiminis, in eo, qui licet iuste dominium habeat, non tamen iuste regit, & dominatur, non tamen peccant illi, qui recurrunt ad Tyrannum pro iustitia; non enim petunt actum illicitum, Caiet. ver. Tyrannis.

81 Tutor peccat, si in dolo fuerit, vel culpa, seu notabili negligentia in administratione rerum pupillorum, similiter, si eas consumauerit, vel sibi appropriauerit, & tenetur ad restitutionem, & damna Tabiena versiculo interrogatio nu. 59.

V

82 Venator peccat, si cõtra prohibitionem iustam in bonis alterius venatur, similiter si venando damnum in agris dederit, quia tenetur restituere, Tab. ver. interrogatio, nu. 45.

83 Vxoris, & mariti peccata, quæ sint particularia dixi superius, cum de quarto præcepto dictum fuit, & primo, si vxor marito notabiliter inobediens fuerit in his, quæ ad regimen domus, familię bonosque mores pertinent, c. est ordo, c. hæc imago, 33. q. 5. Secundo si vxor nõ vult sequi virũ suum alio migrantem, c. vnaquæque, 13. q. 2. nisi pactum contrarium præcessisset, tunc enim non teneretur, nisi maritus haberet aliquam necessitatem migrandi, vt puta, si esset morbo detentus, seu graues inimicitias haberet, similiter non tenetur sequi maritum vagabundum, si tempore contracti matrimonij non erat solitus vagari, vel vxor huiusmodi mariti morem non intellexit, c. si quis necessitate, 34. q. 1. Tertio, si vxor maritum suum ad iracundiam prouocat, vor. c. fin. de iniur. Peccat etiam maritus, si absque causa prohibet vxori, ne diebus festis eat ad Missam, aut cogit violare aliquod præceptum, S. Ant. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 2. Secundo, si atrociter verberat vxorem eius. Tertio, si aliquod verbum profert in illam causam infamandi eam, S. Thom. 2. 2. q. 73. art. 2. Nau. c. inter, num. 431. 11. q. 3. & Man. Conf. 14. nu. 19. quæ causæ superius positę communiter faciunt mortale, est tamen veniale aliquando propter imperfectionem actus indeliberati, vel propter exiguitatem rei, Tab. ver. interrogatio, nu. 74. vbi etiam Ange. nu. 78.

Reg. peccatum, in quibus casibus habeat locum. Quæst. X L.

QVadragesimo quæro (quia peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, c. peccatum, de reg. iur. 6. Aug. epist. 54. ad Maced. capitulo 1. 14. q. 6. ca. cum tu, de vsur.) quibus in casibus habeat locum? Resp. in pluribus, videlicet, primo.

A

1 Accusatio. Accipiens aliquis aliquid, vt non accuset, restituere tenetur, cap. iubemus, 1. q. 1. doct. c. nemini de simon. vbi gl. & Innoc. est enim contra publicam vtilitatem, quæ est, vt delicta puniantur, Ang. ver. celare.

2 Adultera mulier in casu, quo non potest reuelare filium natum ex adulterio restituere, seu de suo satisfaciet quantum potest damnificatis, Abb. cap. officij, de pœn. & remis. Angel. versic. adulterium nu. 4. hoc idem facere tenetur adulter, Tab. d. loco, nu. 6. & Syl. nu. 7.

3 Alchimistia vendens aurum, vel argentum alchimicum pro vero, tenetur restituere, quia illicitum est, Syl. ver. alchimia, nu. 5.

4 Alienationem rei recipiens ab eo qui illam alienare non potest restituere tenetur, etiam cum fructibus, nisi pretium conuersum esset, seu datũ fuisset æquiualens alienanti, seu nisi aliqua fuisset causa legitima alienandi, & emens fuisset in bona fide, nam tunc non tenetur restituere in conscientia, & hoc saltim, quoad fructus: bonæfidei enim possessor facit fructus suos, Angel. & addit. ad ipsum ver. alienatio, nu. 14. vbi etiam Sylu. nu. 14. & Tab. nu. 10. & Arm. nu. 15.

5 Alimenta, qui non præstant quibus præstare tenentur, sunt obligati restituere, tenetur autem pater alere filium, nomine autem patris intelliguntur omnes ascendentes per lineam paternam, similiter & mater tenetur alere filium, quando pater nõ posset. Tertio vir tenetur alere vxorem, nurum, & pronurũ. Quarto frater tenetur alere fratrem egentem. Quinto, dominus tenetur alere seruum, fallunt hæc. Primo, quando filij ex proprijs bonis, seu artificio viuere possent, nisi esset nobilis, qui vilem artem exercere posset. Secundo fallit, nisi esset in culpa, qua obsequio paterno priuaretur, no. l. 1. & seq. C. de alien. lib. l. non quemadmodum, ff. eo. tit. Sylu. & Ang. ver. alimenta, nu. 2. & seq.

6 Ambasiatores tenentur restituere expensas cõmunitati, quãdo stant plus, quam expediat dolosè, vel voluntate sua, Aug. ver. absens.

7 Animam lędens restituere tenetur, vt si lædatur indirectè in naturalibus dando alicui poculum quo tolleret alicui vsum rationis, cõstituens eum amentem, tunc quia dignam læso recompensationem facere nõ potest, arbitrio boni viri satisfaciet no. c. deteriores, 6. q. 1. Quando enim res non potest restitui secundum damnum datum, tunc arbitrio boni viri relinquatur, Ricard. 4. dist. 25. arti. 5. quęst. 3. vnde bonus vir iudicabit, vt satisfaciat pro posse damna, quæ euenium læsu, & alijs similio bonis autem accidentalibus animæ, si quis læderet in

ducendo

ducendo aliqoem ad actus vitiosos, tenetur satisfacere, capit. sunt plurimi, 6. quæst. 1. doctrina, auxilio, consilio, oratione, exemplo, & huiusmodi, directè autem in talibus anima non læditur, quoniam virtutes non corrumpontur, nisi per peccatum, & peccatum esse non potest, nisi sit voluntarium, cap. non est. 15. q. 1.

8 Appellans tantū causa afferendæ moræ, & animo aggrauandi aduersariū, nō potest facere, absq; peccato mortali, & cum sit in notabile detrimentum proximi, tenetur ei appellans ad restitutionem, nor. cap. quicunque, 2. q. 6. Sanct. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 3. ad 3. Ang. ver. appellatio, nu. 15. Arm. d. loco, nu. 23.

9 Assessor habens salarium deputatū nihil à partibus debet habere; alioquin peccaret, & teneretur restituere, Ang. ver. iudex, nu. 9.

B

10 Beneficia plura incompatibilia retinens restituere tenetur, no. c. de multa, de præb. Secundo occupans fructus beneficij vacantis, tenetur restituere successori, nisi cōuerterit eos in necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ vacantis, c. quia sæpe, de elect. 6. Tertio tenetur restituere fructus beneficij iniuste possessi, c. beneficium, & ibi not. de reg. iur. 6. & beneficium resignare tenetur. Quarto, malè dispensans eos tenetur restituere iuxta damnum illatum Ecclesię, vel pauperibus, d. loci, Abb. c. cū secundū, de præb. c. 1. & seq. 12. q. 4. de altari enim viuere debet noo luxuriari, & quicquid habent Clerici sunt bona pauperum, c. fi. 16. q. 1. c. aurū, 12. q. 2. Quinto, non residens non facit fructus suos, & restituere tenetur, Concil. Trid. c. 1. de reform. Sess. 23. Sexto, si nō recitauerit horas. Pius V. in extr. quæ incipit: Es proximo de anno 1571. anno 6. Septimo beneficium recipiens non intelligens promoueri restituere tenetur, no. c. commissa, de elec. 6. no. ca. nihil de elect. Octauo beneficiatus suspensus, vel excōmunicatus non facit froctus suos, quos percipiens, tunc temporis restituere tenetur, Ang. ver. clericus c. 8. nu. 5. Nono beneficiatus tenetur restituere, si induxerit testatorem ad sibi relinquendom, quòd habebat in animo relinquendi suæ Ecclesiæ, no. cap. 2. de pec. eler. gl. cap. quicunque, 12. quæst. 4. Angel. versic. clericus, il 13. nume. 7. Decimo beneficium conferens indigno tenetur restituere interesse Ecclesiæ, quam læsit, Card. clem. 1. q. 10. de ætat. & qnal.

C

11 Canonica portio, quæ debetur Ecclesiæ solui debet, alioquin non solueos, restituere tenetur, & intelligitur quarta, quæ prooenit ratione funeris, & de legatis factis Ecclesiæ, apud quam elegit sepulturam, quæ appellatur quarta parochialis, quæ declaratur quandoq; tertia pars secundum consuetudinem loci, Ang. ver. canonica portio, nu. 3. & ibi com. omnes, quę debentur per dispositionem iuris toto tit. de sepul. clem. dudum, eo. tit. nisi consuetudo aliter se habeat. Secundo, qoando per priuilegium eximitur à præstatione, c. constitotus, de relig. dom. Tertio quando legatur ad vsus pios, c. fi. de testam. Quarto, quando donatur inter viuos. Quinto, quando post electionem sepulturæ intrat in monasterio sanus existens, quia desinit esse parrochianus illius Ecclesiæ, c. beneficium, de reg. iur. in 6. dummodo haberit propositum manend; alioquin deberetur, idem videtur de eo, qui intrauit in hospitale. Sexto fallit, quando legat Ecclesiæ, in qua non sibi elegit sepulturam, nec sepelitur, gl. ca. 1. de sepul. Inno. c. 2. eod. tit. Septimo fallit, quando de facto sepelitur, vt quando Ecclesia erat interdicta, quo tempore sibi in illa eligere non poterat sepulturam, Feder. de Sen. consi. 119. Gem. cap. 1. de sep. in 6. Octauo, quando reuocat electionem alibi eligendo sepulturam: paria enim sunt non eligere, & electam mutare, l. 1. & 2. de adim. leg. Nono non debetur de his, quæ amici de bonis ipsorum, tunc offerunt. Decimo, quando licet elegerit non sepelitur ex facto hæredum, vel suorum, puta quia moritur nimis longè: verba enim debent intelligi, cum effectu, l. 1. §. hęc autem, ff. quod quisque iur. non priuaretur tamen legatis factis, Abb. c. cum super, de sepul. Vndecimo fallit cum fit legatum de bonis incertis malè ablatis. Duodecimo, quādo legatum est Ecclesiæ parrochiali tantum, quantum est quarta pars lega totum factorum Ecclesiæ elect. 1. Decimotertio, quando tempore testamenti, & legati nō elegit sepeliri, sed postea tempore mortis elegit sepulturam, gloss. 2. c. relatum, de testam. & hoc, nisi fieret in fraudem, quo casu haberet Ecclesia electa qoasi alia non electa in sepulturam. Decimoquarto quando patrohianus non potuit in sua parrochiali audire diuina, nec sacramenta percipere, quia si qua pro labote legantur cessante labore, cessat ipsum legatum, l. scio. in fine. ff. de annuis legat. Decimoquinto fallit, quando fit repositio funeris in aliquo loco ad tempus, vt alibi, idest, ad aliud cemiteriom transferatur ad perpetuam sepulturam, Syl. ver. Canonica portio, nu. 7. vbi. Aug. nu. 14. & Tab. nu. 12.

12 Comedens de alieno, nisi in casu estremæ necessitatis, seu nisi comedisset de re furata à tertia persona, quæ in dominiū furis transijsset ipse cōedens non teneretur restituere, si fur esset soluendo, alias secus, præsertim quando fuit in booa fide neque per hoc fuit factus locupletior, Ang. ver. furtum, nu. 25.

13 Commodatarius viens re commodata contra voluntatem Domini scienter ad alium usum, tenetur ad restitutionem, l. si ut certo, §. sed interdum, ff. commod. contrectauit enim rem alienus, inuito domino, similiter teneretur restituere damnum ille, qui commodauit uasa uitiosa, uel equum, & similia, & uitia non notificauit, quæ sciebat, c. unico de commodato, leg. in rebos, §. possunt. ff. eod. Angel. uersiculo commodatum, numero sesto & seqnen.

14 Concussio: Restituendum est de necessitate, quod per concusionem fuerit acceptum, quia dat, ut faciat, quod facere tenebatur nam concussionis crimen est, cum quis minatur alicui, nisi ita, uel ita facias, faciam, oel non faciam, Ang. uer. concussionis, nu. 2.

15 Conseruatorem procurans, quod extendat iurisdi-

iurisdictionem suam excommunicatur, & nō potest absolui, nisi restituat expensas in causa factas, cap. hac constitutione, de elec. 6. Angel. versic. conseruator nume. 1.

16 Contractus illicitos faciens, tenetur restituere etiam fructus, nisi bona fides excusaret, si verò contractus tenuit de iure, licet possit rescindi, puta, quia minus iusto pretio emptum, & huiusmodi, tunc si nec dolus, neque fraus interuenit, nō tenetus fructus restituere, sed supplere iustum pretium not. Doct. com. l. 2. C. de resc. vend. gl. c. cum dilecti de emptio. & vend.

17 Cooperans ad furtum restituere tenetur, vt si scilicet instrumenta, fecisset scortam, dedisset signa & fecisset custodiam, sine quibus furtum non fuisset factum, alias secus, nam, si nihilominus essent facti, nō tenentur cooperantes restituere, licet pec carent mortaliter, consentiendo in furtū, Ang. ver. furtum, nu. 13.

D

18 Donatum ab eo, qui non potest donare restitui debet, Ang. ver. donatio 1 nu. 38.

19 Dos (soluto matrimonio) si consistit in rebus mobilibus statim restitui debet, si verò in immobilibus infra annum, l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor Act. Ang. ver. dos, nu. 23.

E

19 Emens scienter rem furatam, siuè sit primus, si uè secūdus, vsque in infinitum, emptor eam restituere tenetur, glo. & doc. l. 1. ff. de fur. c. Vulterra nx, 12. q. 2. etiam si statutum aliter disponeret. Secundo tenetur restituere precium, si res non extiterit, seu perierit etiam fortuito casu, no. l. in re furtiua, ff. de cond. furt. Tertio, non poterit petere precium à domino rei, no. l. in ciuile, C. de furt. etiam si statutum diceret, quod posset petere. Quarto tenetur restituere fructus not. c. grauis, de rest. spol. Primo, perdit expensas etiam voluntarias factas in re furata, nec excusari posset allegans ignorātiam, quod prohibitum esset, quia hæc prohibitio traait originem à iure naturali, cuius ignorantia non excusat, si tamen emit bona fide non credens rē fuisse raptam, non tenetur (bona fide durante) eam restituere, l. 2. C. de furt. Secundo fructus consumptos bona fide durante numquam tenetur restitue re, l. bonæ fidei. ff. de acquiren. rerum dom. sed solum tenetur restituere fructus extantes, vel in quantū factus est locupletior. Tertio, si dictam rem alienauit vendendo, vel alio modo durante bona fide non tenetur reddere pretium, nec aliud, nisi solum lucrum, si extat aliquod, ex quo factus est locupletior, l. nam hoc natura, ff. de cō. l. indeb. Quarto potest expensas, quas fecit in bona fide circa rem con seruandam, vel meliorandam retinere; in conscientia autem qualitercumque restituerit eā domino; venditor tenetur ei ad precium cap. fina. de emp. & vend. similiter emens rem ab eo, cui à iure, vel à iudice prohibetur alienatio, vt à furioso, prodigo, vel minore restituere tenetur, quia malę fidei possessor est contra interdicta legum, quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11.

20 Expensas reficere tenetur ille, qui alterum vulnerauit, lege ex hac lege, ff. si quadr. paup. fec. dic. l. fi. ff. de his, qui deiec. vel effud. gl. c. si quis, 23. q. vlt. not. c. 1. de iniurijs.

F

21 Fideiussori restitui debet omne damnum, quod prouenit ex culpa debitoris, pro quo fideiussit, c. 2. & seq. de foro compet. nam officium suum nemini debet esse damnosum, leg. si seruus, §. quod vero, ff. de furt. quod in tantum procedit, vt non solum capitale sit ei soluendum, sed sibi solui deberent etiam vsuræ, Angel. versiculo fideiussor, numero 16.

22 Fugere faciens in carcere detentum pro debito, tenetur ad restitutionem, Iohan. de Platea l. quo ties, C. de exact. trib. lib. 10. quod procedit de his, qui se liberare possent soluendo debitum, non de illis, qui ita sunt pauperes, quod nullo modo possunt soluere, quoniam tales iniuste detinentur, & contra charitatem, si parati sunt cedere bonis l. 1. C. qui bon. ced. poss. gl. & Doct. cap. Odoardus de solutio. qui enim cedit bonis non debet pati cruciatum, nec carceres, nec vituperium pro debito facto ex contractu, l. fin. C. qui bon. ced. poss. nec valet statutum, vel consuetudo in contrarium ca. si res, 14. q. 6.

G

23 Gabellas iustas, ac debitas non soluens peccat mortaliter, & restituere tenetur, Sylu. ver. sic. gabella, il 3. nume. 17.

H

24 Homicida tenetur restituere omne damnum, quod propter homicid um intulit fami iæ uccisi, inspecta eius qualitate, Scot. in quarta distinct. one quinta Abb. capitulo 1. de iniur. nisi id egisset pro iusta defensione.

I

25 Immunitas Ecclesiæ violata facit, vt quis teneatur restituere, vnde si quis abstrahatur ab Ecclesia, nisi in casu permisso debet restitui, not. lege præsenti, C. qui ad Eccl. confug. Oldr. consilio 53.

26 Impediens aliquem à consecutione alicuius beneficij animo damnificandi proximum, tenetur restituere arbitrio boni viri damnificato, non tamen tātum, quantum erat illud beneficium, quod nondum habuerat, maxime quando ne haberet, potuit impediri, Riccard. in 4. distin. decimaquinta, si vero quis erat iam determinatus ad habendum, tunc talis impediens tenetur ad æquiualens: Sanctus Thomas 2. 2. q. 62. artic. 2. & limitatur hoc, quando iniustè impedit, secus si iustè, ut propter honorem Dei procurat, ut detur digniori, & quod dictū est de beneficio consequendo, idem est de omni alio impedimento, ne aliquis aliquod bonum assequatur. Sanct. Thomas secundæ secunda q. 62. art. 4.

27 Incendiarius vltra mortale peccatum (si scienter, & uoluntariè fecit, uel ex lata culpa) tenetur restitutionem totius damni dati, c. si egrellos, & seq. de iniurijs.

28 Incertorum restitutio, quando ignoratur principalis, & eius hęredes, facta debita diligentia inue niendi

niendi, in pias cauſas reſtitutio fieri debet, c. diuinæ. 87. diſt. c. conceſſio 12. q. 2. S. Tho. 2. 2. q. 62. arti. 5. ad tertium, ſi verò debitam diligentiã nõ adhibuit, deinde inueniatur principalis, ſeu eius hæredes, tenebitur etiam illis reſtituere, cap. ſicut. §. eos de homicid. non enim aliena, cum ipſa potuiſſent eis, quorum fuerunt reſtituere debuerunt pauperibus erogari.

30 Infideles rebus proprijs ſpoliari non debent auctoritate maximè priuata, alioquin reſtituendi eſſent, Ang. uer. infideles nu. 7.

31 Iniuriator tenetur nedum petere ueniam, ſed etiam ſatisfacere de damno dato ex iniuria ſi poteſt, aliter non poteſt abſolui, niſi iniuriatus remiſiſſet actionem iniuriç liberaliter, quo ad conſcientiam; iniuriatus tamen rancorem cordis dimittere tenetur, cap. fin. de pœn. diſtin. 5. non enim licet aliquem odio habere, cap. inter 11. q. 3. non tamen tenetur dimittere iniuriam iniurianti glo. c. ſiquis contriſtatus, 90. diſt. & huc, quo ad actionem, ſubijcet ut ſatisfactionem habeat, c. ſi illic, 23. q. 4. bene tamen faceret, ſi ita dimitteret, Ange. uer. iniuria, num. 6.

32 Inſignia accipiẽs alterius, ſi ille cuius ſunt prętenderet aliquod damnum reſtitui debent, ſimiliter ubi intereſt Reipub. ut ſi aliquis acciperet inſignia boni artificis, qui non eſt ita bonus decipiuntur populi, Bart. tract. de inſign. & Arm. ſimiliter ſi quis acciperet inſignia dignitatis, quam non haberet puniret, ut falſarius, no. l. eos Cod. de falſis, quibus in caſibus; inſignia reſtitui deberent, Ang. uer. inſignia, num. 1. & ſeq.

33 Iudęorum bona acquiſita per uſuras, ſi peruenerint aliquo titulo lucratiuo, uel oneroſo ad chriſtianos retineri poſſunt, ſi iudęi ſunt ſoluẽdò, alioquin reſtituenda ſunt non ipſis, ſed quibus debẽt ipſi, Ang. uer. iudæi nu. 34.

34 Iudex qui iudicauit per metum contra iuſtitiam, peccauit mortaliter, non tamen tenetur reſtituere, ſi metus fuit cadens in conſtantem uirum, & cum accepit officium non credebat uerisimiliter id euenturum, ſecus ſi non fuit talis metus, & ad id cogitauit, Bald. l. fin. C. de iud. qui mal. iud. nam tũc tenetur omne damnum reſtituere, c. in primis §. ſi autem 2. q. 1. S. Ant. 2. p. tit. 2. c. 1. §. 10.

L

35 Lędens proximum in bonis, uel in perſona, per ſe, uel per ſuos, ſeu per animalia reſtituere tenetur, ex quo oritur actio triplex, ex mente Doct. cap. fin. de iniur. una dicitur legis Aquiliæ, & hęc eſt duplex, una directa, qua tenetur quicunque liber homo damnũ dedit ſua culpa, uel proijciendo lapides, ubi homines tranſeunt, & huiuſmodi, alia eſt indirecta, ut quando aliquod animal ſuum, uel ſeruus ſuus culpa, aut negligentia domini damnũ dedit, & talis tenetur ad damnum reſtituendum, ſi poteſt recompenſari, ſin minus reſtituet arbitrio boni uiri. Secunda dicitur actio de pauperie, & hac actione non tenetur ad aliud, niſi ſolum ad dandum animal, quod damnum dedit, uel ſi non uult dare ſatisfacere debet lęſo, & hoc quando animal non erat ſolitũ damnum dare, alias ſecus, nã tunc tenetetur de culpa. Tertia eſt actio, quæ dicitur noxalis, ut quando eius ſeruus ſine culpa damnum dedit, & iſte nihilominus tenetur de actione de pauperie, not. l. 1. ff. ſi quad. paup. fec. dic. huc idem dicas de eo, qui de domo ſua in uia publica aliquid proiecit, quo lęſit aliquem, l. 1. ff. de his, qui deiec. uel effud. idem eſt ſi tenebat appenſum extra domum aliquid ſuper uiam publicam, & effuſum eſt, hoc idem de laborante, ſi ponat ſigna, uel fecerit proclamata, ſimiliter lędunt illi, qui impediunt ne merces ueniant, ut ipſi carius uẽdant, & tenentur reſtituere illud, quod tali ratione plus uendiderunt, hoc idem de illis, qui concordant omnes merces emere, ut poſtea ad libitum uendant, quo caſu tenentur ad damnum, l. 2. ff. ad legem Iul. de annona; item lædere dicuntur deputati ad imponendas collectas, ſi in aliquo magis unum quam alterum grauabant.

35 Legem iniquam condens, peccat mortaliter, & tenetur reſtituere omñe damnum prouenient ex iniquitate legis, Ang. uer. lex. nu. 22.

36 Libellum famoſum faciens tenetur reſtituere famam; alium libellum in contrarium faciendo, & ultra hoc tenetur læſo ſatisfacere de alio damno, Angel. uerſic. libellus, nume. 2. & uerſic. detractio, nu. 3. & ſeq.

37 Litigans iniuſte ſciens tenetur reficere damna, & reſtituere expẽnſas, ſiue ſciuerit iniuſtam cauſam eſſe in principio litis, ſiue in medio, niſi deſiſtat à lite, not. l. deſtitiſſe, ff. de iud. l. properandum, §. ſin autem, ff. de iud. Ang. uer. litigioſa nu. 6. aut. c. ſin autem, de dolo, & contum.

M

38 Mandans fieri furtum, uel aliud damnum tenetur inſolidum, ſi furtum committens, ſeu damnũ inferens, alias non fuiſſet facturus, etiam ſi mandans nihil habuerit utilitatis, not. c. Iulianus 11. q. 3. Ang. uer. furtum, nu. 17. & ſeq.

39 Meretrix accipiens ab eo, qui alienare non poteſt tenetur reſtituere alias ſecus, Doct. com. Innoc. c. quia pleriq; de immun Eccleſiarum.

40 Metu aliquo aliquid extorquens reſtituere tenetur. Ampl. etiam ſi eſſet metus reuerentialis. Secundo non ſolum, quod habuit, ſed omne, quod metus cauſa amiſſum fuit, eſt reſtituendum, quia quotieſcunque non fuit libera uoluntas in dando, reſtituendum eſt, Angel. uerſiculo metus. nume. 14. & ſeq.

41 Monaſterium obligatur ex facto Monachi in eo, quod uerſum eſt in utilitatẽ Monaſterij; & tũc in tantum tenetur reſtituere in quantum iniuſte accepit, & non ultra, not. c. hoc ius 10. q. 2. Secundo, ſi à conuentu ſit data adminiſtratio, quia in tantum extenditur obligatio, in quantum data fuit adminiſtratio, Auge. uerſiculo Monaſterium, in princ.

42 Moroſus in reddẽda alteri re, tenetur reſtituere, ſi perijt niſi eodem modo periturа fuiſſet apud alium, Doct. com. l. quod te, ff. ſi cert. pet. not. l. cum ets, §. ult. ff. de leg. 1.

N

44 Naufragium patientes prędantes quomodo teneau-

teneantur? Resp. quod tenentur restituere, nec excusat aliqua consuetudo, l. si quis ex naufragio, ff. de inc. ruina, & nauf. nec excusant a peccato mortali, si rapiunt ratione retinendi: fallit quando res proiectę fuissent in mari, & haberentur pro derelictis, & sic fiunt capientis, quia, quod in nullius bonis est, id naturali ratione occupanti cóceditur, §. ferę, inst. de rerum diuis. secus, si non haberentur pro derelictis, sed fuerint proiectę, vt euaderent periculum maris, tunc cum proijciens remaneat dominus, eas occupãs animo retinendi committit furtum, & est excommunicatus, si non restituit, quam primum poterit, c. excommunicationi de raptor. Ang. ver. naufragium, num. 3.

45 Negligentia in officio, cum damno proximi obligat ad restitutionem, Ang. ver. negligentia, nu. 2. & ver. culpa, num. 6.

O

46 Omittens facere, quod tenetur ne damnum detur proximo, tenetur restituere, Ang. ver. furtũ, num. 26.

47 Officialis culpabilis, vel negligens in officio suo tenetur restituere damnum Rei publ. vel proximo illatum culpa, & negligentia sua, dixi super q. 39. nu. 62.

P

48 Pacto nudo, siue ex sola promissione de iure canonico in foro conscientię obligatur sub peccato mortali, c. 1. de pact. c. iuramenti, 22. q. 5. dũmodo habuerit animum obligãdi, & fuerit promissio de re licita: hoc fallit, quando promissio esset cum causa, qua cessante cessaret, & obligatio, c. cum cessante de appel. Abb. c. si cautio de fide instr. Angel. uer. pactum, nu. 4.

49 Participantes in damno restituere tenẽtur, Ange ver. furtum, nu. 13. & seq.

50 Pedagia fraudantes, peccant mortaliter, & restituere tenentur dummodo sint legitima auctoritate imposita, vel ita antiqua, quod de eius initio non extat memoria in contrarium, Ang. ver. pedagium, nu. 6.

51 Permutatio facta in damnum alterius obligat ad restitutionem, Ang. ver. permutatio, in fine.

52 Pignus accipiens, si vtatur eo ex conuentione domini est vsura, si vero non interuenit voluntas domini, & contra eius voluntatem est furtum, c. 1. de vsur, l. si pign. ff. eod. nisi verisimiliter crederet dominum permissurum, attamen semper fructus, seu ęstimatio vsus est computandus in sortem, nisi sit talis res, cuius vsus inter amicos gratis solet cõcedi, Ang. ver. pignus, nu. 14.

53 Possessor etiam bonę fidei tenetur in foro conscientię restituere oẽs fructus, si extãt, si verò consumpti sunt, tenetur in quantũ factus est locupletior, malę aũt fidei possessor tenetur ad restitutionẽ oium fructuũ: dicitur aũt possessor bonę fidei, si possidet alienum, sed possidet cogitatione domini, c. si virgo. 24. q. 2. malę fidei aũt possessor dicitur ille, qui scit rem, quam possidet ad alium pertinere, Ang. cum addit. ver. fructus, num. 1. & malæ fidei possessor tenetur non solum ad fructus perceptos, sed etiam ad illos, quos ipse dominus percepisset, si eam possedisset, Doct. cap. grauis, de restitutio. spoliato. dummodo res fuerit fructuosa, & de fructibus, qui honeste percipi possent, l. fructus, ff. de rei vend. quod si dominus nullos fructus percepisset, vt puta, quia non locasset in conscientia ad fructus, non tenetur possessor, si tamen rem possedisset aliquo titulo, teneretur tantum de fructibus perceptis, non autem de percipiendis, l. si fundum, ff. de rei vendic. nisi talis titulus haberetur per metum, seu contra interdicta legum, vel in fraudem creditorum, aut exemptione rei fiscalis, siue Ecclesiæ absque debitis solemnitatibus. glo. & Doct. l. sed, & partus, ff. quod met. causa, si verò res non sit lucrosa, sed ex industria tantum, vt pecunia, & huiusmodi secundum com. opin. Theolog. in 4. dist. 15. non tenetur restituere lucrum, sed satis est, vt restituat capitale, vel damnum, vnde constituitur regula, quod aliud est esse causatiuum, alicuius effectus sufficienter, & efficaciter, ita, quod sine eo non sequeretur, & talis tenetur ad restitutionem damni causati. Aliud est esse causatiue alicuius damni, sed non sufficienter, & efficaciter, & talis (licet peccet) non tamen tenetur ad restitutionem; quid autem sit dicendum de expensis factis in re mala fide possessa? Resp. Quod, si fuerunt ad conseruationem rei debent restitui, Angel. ver. expensę num. 3.

54 Pręscriptio legitima (hoc est cum bona fide, & tanto tempore, vt iura canonica disponunt,) ius parit in foro conscientię, ita, vt sine peccato licitè retineri potest etiam si postea sciat fuisse alienum: quia authoritate legum rationabiliũ (vt pote pro cõmuni bono sancitarum) factus est dominus præscriptarum legitimè rerum, Caiet. ver. pręscriptio, & hoc nisi restitutio data fuerit in integrum. Secũdo fallit, quando quis possedit alieno nomine, vt colonus precarius, & similes, qui non propriè possident, & per consequens non pręscribunt. gl. cap. Clerici, 16. q. 3. Tertio requiritur bona fides c. possessor, de reg. iur. 6. Quarto, requiritur iustus titulus, cap. si diligenti, de pręscr. Quinto requiritur, quod res sit, quod possit pręscribi: regulariter. n. omne ius, omnis res, omnisque actio pręscribi potest, l. ad aures, C. de pręscr. 30. vel 40. annorum, fallit tamen in peccatis, quę de iure canonico nullo vnquam tempore pręscribi possunt in foro animę, immo eorum diuturnitas auget c. cum in Ecclesię de simonia. Secundo fallit in rebus pertinentibus ad visitationem, c. cum non liceat, de præsct. Tertio res Ecclesię, & spiritualia iura quę possideri non possunt a laycis non pręscribuntur, cap. causam eod. tit. Quarto non pręscribuntur limites, & fines Episcopatuum, & parrochiarum, c. super eo, de parroch. gl. cap. licet, 16. q. 3. ratio est ne termini prędictorum confundantur. Quinto præscribi non potest, nec liber homo. Sexto, nec res publicę, quę sunt in vsu hoc est deputatę ad vsum publicum, ut vię, plateę, pontes, & huiusmodi, l. vsucapionem, ff. de vsucap. l. pręscriptio, C. de ope. pub. l. diligenter, C. de aquęductu. Septimo, nec publicę functiones, l. male agitur, C. de pręscr. 30. vel 40. annorum. Octauo, nec reseruata Principi in signum subiectionis, ut tributum, & similia,

l. competit, C. de præscr. 30. annorum. Nono, nec res vitiosa, vt, si fuerit furto subtracta, aut vi possessa, §. furtiuæ inst. de vsucap. Decimo, nec res, quam lex, aut homo aut canon prohibet alienare, nisi prohiberetur non simpliciter, sed sub certa solemnitate, vt in rebus minorum, & tunc data bona fide, & excluso errore iuris præscriptio poterit inchoare. Vndecimo, nec res, quæ tenetur precario, quia non ipse tenens, sed dominus possidet, l. certe, §. his qui, ff. de prec. Duodecimo res empta à prodigo, furioso, & à quolibet, cui administratio interdicta fuit. l. qui fundum, §. qui sciens, ff. pro emptore. Decimo tertio, nec res ignorantis, vnde quando ignorat actu, & habitu ius sibi competere, vt puta, quia ignorabat legatum sibi factum, ex quo resultat, sibi ius agendi non currit præscriptio. Decimo quarto, nec contra impeditum, non valenti enim agere, non currit præscriptio, quæ autem personę præscribere possint? Respon. omnes, qui proprio nomine possidere possunt pręscribere possunt, capitulo si diligenti, de præscr. Sexto requiritur possessio cum diuturnitate nempe in præscriptione longi temporis requiritur tempus decem, vel viginti annorum, in ea vero, quę est longissimi temporis, 30. vel 40. annorum; pro cuius intelligentia sciendũ est. Primo, ꝙ contra Ecclesiam Romanam non currit præscriptio minor quã centenaria, in spectantibus scilicet principaliter non secundariò ad ipsam, gl. capitulo ad audientiam, de præscr. Secundo contra Ecclesiam inferiorem Romana si præscribitur à priuato vel ab alia Ecclesia, quoad immobilia, corporalia, & incorporalia iura habentibus, vel non continuam causam, requiruntur, 40. anni, capitulo de quarta, de præscr. c. 1. eod. tit. 6. quod idem est, si habet rem communem cum layco, l. si communem, ff. quemadm. seru. amitt. non tamen procedit, si res esset layci, deinde deueniret ad Ecclesiam, nam postquam deuenit ad ipsam sufficient 20. anni, & idem in similibus priuilegiatis, Auth. si quis C. de præsc. longi tempor. similiter res patrimoniales. Clericorum non habent hoc priuilegium quadragenariæ præscriptionis, sed communi spacio pręscribuntur, sicuti aliæ res laycorum, gl. cap. possessiones, 16. q. 4. Extenditur nihilominus ad legata pia, & ad hospitalia, cap. pen. 16. q. 3. leg. priuilegia, C. de Episc. & Cler. Tertio contra Principem, si sunt de reseruatis in signum subiectionis, vt tributa, census, nullo tempore præscribuntur, l. competit C. de præscrip. 30. annorum, si vero sunt reseruata in signum singularis priuilegij Principis, vt legittimare, creare notarios, & huiusmodi, requiritur scientia Principis, & lapsus temporis, cuius memoria non extet in contrarium, cap. super de verb. sign. si vero sunt bona possessibilia incorporata Principi requiritur spacium 40. annorum, d. l. competit. Quarto contra quoscunque, si sumus in actionibus personalibus, currit præscriptio spacio 30. annorum, not. Abb. cap. in causa de causa poss. & propriet. si vero sumus in rebus corporalibus immobilibus, & sic si possidet cum titulo, requiritur spacium decem annorum inter pręsentes continue, & viginti inter absentes, l. fi. C. de præscr. longi temp. si verò partim fuit præsens, partim absens duplicabitur tempus absentiæ solum, Auth. si quis, C. de præscr. longi tẽp. si verò sumus in incorporalibus, vt sũt iura, & seruitutes, & sic non requiritur titulus, sed solum vsus, & tunc si sumus in seruitutibus, quæ habeãt causam continuam, vel quasi, præscribitur seruitus tempore decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, l. fin. C. de præscr. longi tempo. si verò habet causam discontinuam, vt seruitus viæ regulariter non præscribitur, l. seruitutes la 4. ff. de seruit. nisi esset vsus tanti temporis cuius memoria non extet in contrariũ, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æstiu. & not. quod tẽpus præscriptionis non currit multis in causis; Primo tempore hostilitatis. quo tempore ius non dicitur. Secundo, quando Ecclesia est vacans non habens suum pręlatum, c. quia diuersitatem de conc. pręb. Tertio, quando quis de iure agere prohibetur, vt filiusfamilias, l. 1. C. de annali exc. Quarto, quando est schisma in Ecclesia Rom. cap. cum nobis de præscr. Quinto tempore conditionis implendæ: res enim sub cõditione non præscribitur, quia nulla currit mora, l. cum notissimi, §. sed illud, C. de præscr. 30. annorum. Sexto tempore feriarum repẽtinarum. Septimo, quando quis abest Reip. causa. Octauo tempore iacentis hæreditatis. Nono tempore furoris, & prodigalitatis. Decimo, tempore, quo non dicitur ius, vt tempore pestis, de his, Syl. & alij, ver. præsc.

R

55 Ratum habens, quod suo nomine gestum est in damnum alterius restituere tenetur, c. qui consentit 11. q. 3. Ang. ver. furtum, nu. 20. est enim talis consensus interpretatiuus.

56 Receptator rei furtiuę tenetur restituere domino, Ang. ver. furtum, nu. 23. & seq.

57 Retrahens a religione animo impediendi vtilitatem religionis tenetur pro suo posse facere, quod illa persona intret, & si non potest, satisfaciet religioni ad arbitrium boni viri, vel ad meliorem eum inducat, Ang. ver. religiosus nu. 64.

S

58 Seducens mulieres, vel pueros subtrahendo eos qualitercunque siue blanditijs, siue minis ab his, sub quorum potestate sunt, tenetur eos subtractos restituere, & omne lucrum, quod habuissent ab eis, l. 1. l. lege l. fi. ff. de plagiar.

59 Sententia iniustè lata facit, vt ille, pro quo lata fuit cognita iniustitia, teneatur restituere, si verò est priuatiua, vt cum quis priuatur beneficio, & alteri confertur, talis, cui concessum fuit nõ tenetur restituere, nisi fuisset causa iniustitię, vel nisi sint res temporales, quia in foro conscientię tenetur, Ang. ver. sententia, nu. 8.

60 Sepulturam, si quis elegit alibi quam in parrochia, & sacerdos parrochialis corpus eius violenter rapuerit, vel funus ante quam deueniret ad manus eorum, quibus debebat spoliauit, tenetur restituere quicquid accepit, & ipsum corpus, & vltra hoc perdit sibi quartam debitam, Ang. ver. sepultura, num. 33.

61 Scri-

61 Scripturam falsans, destruens, vel occultans tenetur restituere damnum proximo illatum not. l. qui tabulas de furt.

T

62 Tallia, quando est iusta, si quis occultaret bona ne tallientur, peccat mortaliter, & restituere tenetur, Ang. ver. talliam, nu. 5.

63 Transactio facta propter indebitam obligationem non excusat eum, qui aliquid recipit, sed restituere tenetur, l. preses. C. de transact. l. fio. ff. de dolo, gl. c. super, de transact.

64 Turpè lucrum acquisitum interueniente dolo, fraude, vel metu, & huiusmodi casibus, in quibus repetitio datur debet restitui, cessantibus tamen prædictis, licet acquiratur cum peccato, non tamē de necessitate est restituendum, Doct. com. c. quia plerique, de immun. Eccl.

V

65 Visitator, si quis alio modo receperit, quam in fra a visitatis, tenetur restituere duplum Ecclesiæ, a qua illud receptum est, oportet enim primo, qđ procuratio sola recipiatur. Secundo solum a locis visitatis. Tertio, quod solū sit pro victu illius diei. Quarto, quod tantum vna die vnam procurationē accipiat, siuè vnam, siuè plures visitasset Ecclesias. Quinto, quod ipse ordinarius personaliter visitet aliter istis concurrentibus, vt dictum est recipere non potest, Ang. verbo visitationem, nu. 3.

66 Vsucapio non dicitur, sed vsurpatio, quæ obligat ad restitutionem, quando non concurrunt ista; Primo bona fides. Secondo quod res sit mobilis. Tertio, quod res, sit tradita, vel quasi. Quarto titulus verus, & possideatur triennio. Quinto non sit res furtiua, neque rapta. Sexto nec sacra, nec religiosa. Septimo vbicunque prohibetur alienatio, & vsucapio prohibita censetur, not. l. alienationis, ff. de verb. sign. Ang. verb. vsucapio. num. 2. & in hoc te quiritur titulus verus non putatiuus, nec falsus, l. 2. & 3. ff. pro leg. l. fina. C. de vsucap. pro hæred. tituli autem veri, quibus transfertur dominium sunt isti; primo pro soluto, not. l. 1. ff. pro soluto. 2. pro emptore. leg. 2. §. si a furioso. ff. pro emptore. 3. pro transacto, l. ex causa. C. pro transact. 4. pro hærede, l. nihil. C. pro hærede. 5. pro donato, l. vlt. C. pro donato. 6. pro derelicto, l. si id, quod. ff. pro derelicto. 7. pro leg. l. pro legato. ff. pro lega. 8. pro dote, l. vlt. ff. pro dote. 9 pro suo, cum quis possidet rem, quam credit esse suam l. 1. ff. pro suo. 10. pro iudicato, quando scilicet res transiuit in iudicatum. l. ras iudicata. ff. de reg. iur. istis decem modis transfertur dominium, in quibus, si fuerit bona fides cō currente tempore debito in re habili inter personas competētes, oritur præscriptio, vel vsucapio, Ang. d. ver. vsucapio, nom. 5.

67 Vsufructuarius nō præstans cautionem a principio, & recipiens fructus tenetur eos restituere præsertim cum fuerit in mala fide, maliciosè cum sciret se obligatum, & non præstitit, gloss. l. si cuius, ff. de vsufr. Ang. ver. vsufructus, nu. 5.

68 Vxor quæ nihil habet præter dotem non potest facere eleemosynam de bonis mariti, nisi in septem casibus; Primo quando daret existenti in necessitate, quo casu etiam prohibente viro agere posset. Secundo quando de licentia viri peregrinatur; potest enim in itinere facere eleemosynas, quas peregrini facere solent. Tertio nisi quando haberet liberam administrationem a viro. Quarto nisi consuetudo loci aliter se habuerit. Quinto nisi vtiliter gerat negocia viri, vt ad placandum iram Dei ob scelos sui mariti. Sexto si vir assignauit certum redditum pro victu, tunc enim cum ipsa abstinet de eo donare potest. Septimo si mulier esset lucrosa, & industriosa, & lucrum superabundat, de eo eleemosynam facere potest, alias secus, quia magis tenetur sibi, & viro, & filijs, quam alteri, Sanctus Thomas 2.2. quæstio. 34. ar. quarto, ad secundum. Riccard. 4. dist. decimoquinto, art. 2. q. 6. Ang. ver. eleemosynam, nu. 6. & nu. 7.

DE CENSVRIS Ecclesiasticis Tit. IX.

Censura Ecclesiastica quid sit. Quæstio Prima.



DICTVM est de peccatis: sequitur, vt videamus de pœna spiritualis ipsarum, quæ est censura ecclesiastica. Ideo quæro primo loco, quid sit censura Ecclesiastica? Respon. censura ecclesiastica est spiritualis pœna, quam ecclesia propter inobedientiam infligit locis, & vniuersitatibus, sacramentalia singularibus personis communionem, & actus spirituales interdicendo, Ioan. de Lignano, tract. de censura ecclesiastica, in princ. nom. 1. & dicitur pœna, idest inflictoria pœnæ, item dicitur (quam Ecclesia, &c.) vbi tangitur efficiens causa huius censuræ ad differentiam censuræ secularis, l. item, §. cum autem, ff. de hæred. pet. Item dicitur propter inobedientiam &c. vbi tangitur causa naturalis explicitè, & formalis implicitè, nam propter cōtumaciam infligitur tanquam propter causam immediatam, cap. nemo, 21. quæst. 3. item dicitur locis &c. vbi tangitur materia, circa quam exercetur censura, dicitur sacramentalia, &c. vbi tangitur finis immediatus censuræ Ecclesiasticæ, cuius est punitio inobedientiæ hominis, vel canonis; si quæris vnde dicatur censura? Resp. a censeo, quod est iudico, & statuo, l. censere, ff. de verb. sig.

Censurarum species quot sint. Quæst. II.

SEcundo quæro, quot sint species censurarum? Resp. tres, videlicet interdictum, suspensio, & excommunicatio, c. quærentes, de verb. sig. vbi (quærens quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris literis apponamus) respondemus, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, & excōmunicationis sententia valet intelligi, nisi iudex discretus (rerū,

& perſonarum circumſtantijs indagatis) ferat, quã magis viderit expedire, hæc d. textus additue etiã irregularitas, & degradatio; de quibus ſingulis dicemus ſuo loco inferius.

Interdictum quid ſit. Quæſt. III.

TErtio quæro, quid ſit interdictum? Reſpo. interdictum eſt cenſura eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, ſacramenta, & ſepultura actiuè, & paſſiuè, exceptis aliquibus; ibi (cenſura Eccleſiaſtica) ponitur loco generis, ibi qua prohibentur &c. ad differentiam excommunicationis, & ſuſpenſionis, vt dicam inferius, Nau. c. dilecti, de appel.

Interdictum quotuplex ſit. Quæſt. IIII.

QVarto quæro, quotuplex ſit interdictum? Reſpon. triplex; locale, ſcilicet tantum. perſonale tantum, & locale, & perſonale ſimul; locale tãtum eſt duplex, vnum generale, quo interdicitur Regnum, Prouincia, Epiſcopatus, vel Ciuitas; ſpeciale alterum, cum interdicitur vna particularis eccleſia, Nichol. tract. de interd. in princip. Cald. eo. loco, memb. 2. Dom. ca. præſenti, de ſent. excom. 6. interdictum etiam perſonale eſt duplex, generale cum interdicitur quædam vniuerſitas hominum; alterum ſpeciale, quòd interdicit perſonas ſingulares, vnam aut multas, certas, aut incertas, vt quòd interdicit hoc, vel illud faciente. Interdictum autẽ locale, & perſonale ſimul eſt, quod interdicit locũ, & perſonas ſimul, vt quod interdicit locum, & populum: vnde interdictum generale loci non includit perſonas, quę ſi non fuerunt cauſa interdicti audire poterunt alibi diuina, licet alii alterius loci in loco interdicta diuina celebrare non poſſint. Quando autem interdicitur ſolus populus, illi qui ſunt eius, non poſſunt, nec ibi, neque alibi diuina audire, licet exteri ibi poſſint audire clauſis ianuis, doct. c. ſi ſententia, de ſent. exc. 6.

Interdicto populo, an ſit interdictus Clerus, & e contra. Quæſt. V.

QVinto quæro, vtrum interdicto populo interdicantur Clerici, & econtra? Reſp. quod non; niſi ambo fuerint cauſa interdicti, not. capit. ſi ſententiis, de ſent. exc. 6. interdicto tamen Clero, interdicuntur omnes religioſæ perſonæ Monaci, moniales, tam profeſſi, quam nouitij, & cõuerſi, Dec. cap. 1. de præb. & interdicto populo interdicuntur mares, & fœminę maiores, & minores, ſimiliter interdicta ciuitate interdicuntur ſuburbia, c. ſi ciuitas, de ſent. exc. 6. ſicuti interdicta Eccleſia interdicitur ſacellum, & cęmiterium, non tamen interdicto cęmiterio, & ſacello dicetur interdicta Eccleſia, not. d. c. ſi ciuitas, Plouius tract. de interd. num. 4. & ſeq. interdicta autem Eccleſia non dicuntur interdicti Clerici, ſicuti interdictis Clericis, non eſt interdicta Eccleſia, not. c. per exemptionem, de priuileg. 6.

Interdictum, & excommunicatio in quibus differãt, & conueniant. Quæſt. VI.

SExto quęro, in quibus differant, & conueniant ſimul excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum? Reſpon. in multis; Differunt autem primo, quod excommunicatio directe priuat communicatione, quatenus eſt communicatio humana, ſuſpenſio priuat directe uſu facultatis Eccleſiaſticæ. Interdictum verò, priuat directe ſacramentis, & diuinis officijs. Secundo Epiſcopus non ſuſpenditur, neque interdicitur a iure, niſi ſpecialiter exprimatur, excommunicatio verò ſic, c. quia periculoſum, de ſent. exc. 6. Tertio vniuerſitas ſuſpendi, & interdici poteſt, excommunicari autem non, cap. Romana §. vniuerſitatem, de ſent. exc. 6. cap. ſi ſententiam, eod. tit. 6. Quarto, excommunicati numquam admittuntur ad diuina officia, ſuſpenſi, & interdicti ſic aliquando, cap. ſi. de ſent. exc. 6. Quinto, excommunicatio, & ſuſpenſio feruntur ſemper ob culpam propriam, & ſi fuerit maior ob mortalem; interdictum tamen etiam ob venialem, cap. ſi ſententiam, de ſent. exc. 6. Sexto abſolutio excommunicationis ſemper requirit aliqua verba, ſuſpẽſionis verò, & interdicti nõ, gl. Clem. 1. ver. donec de decimis: conueniunt quoque in multis; Primo, quod quęlibet earum eſt cenſura Eccleſiaſtica. ca. quęrenti, de verb. ſign. Secundo, quod quęlibet in ſcriptis eſt ferenda, cum cauſa in eis expreſſa, c. 1. de ſent. exc. 6. Tertio, quod nullam earum ſuſpendit appellatio ſubſequuta, & quamlibet annullat præcedens cap. is cui, §. ſi. de ſen. exc. 6. cap. ad hęc de appella. Quarto, quod quãlibet dẽt procedere monitio, cap. reprehenſibiles, de appellat. cum fertur ob contumaciam, & non cum in pœnam, c. 2. de conſt. 6. cap. quamquam de cenſ. 6. Quinto quælibet eſt nulla cum fertur ſine canonica monitione ab excommunicatore contra participantes excommunicatos a ſe, c. ſtatuimus, & c. ſtatutum, de ſent. exc. 6. Sexto quælibet impedit a diuinis, excepta ſuſpenſione illa, quæ non ſit a diuinis, cap. paſtoralis, §. verum de appella. Septimo, cum de viribus ſententiæ ipſarum dubitatur, poteſt quis abſolui ad cautelam iuramento pręſtito, quod parebit mãdatis cap. venerabili, de ſent. exc. not. c. ad hęc eod. tit. & cap. ex tenore, eod. tit. Octauo, quod nulla illarum contra receptos in filios ſpeciales Papę ab ordinario ferri poteſt. cap. 1. de verb. ſign. 6. Nono, quod quęlibet eſt a ſuperiore ſeruanda, cap. cum ab Eccleſiarum, de offi. ord. immo, & a ferente quouſque eum tollat, Nau. Man. Conf. ca. 27. nu. 165.

Interdicere, qui poſſint, & qui interdici. Quæſt. VII.

SEptimo quæro, qui poſſint interdicere, & qui interdici? Reſp. quod regulariter, qui poteſt excommunicare, & ſuſpendere, poteſt etiam interdicere, & qui poteſt excommunicari, & ſuſpendi, poteſt etiam interdici, licet vniuerſitas, quę nõ poteſt excommunicari, & locus, qui non põt ſuſpẽdi, poſſint

possint interdici c. si ciuitas, c. si sententia, de sent. exc. 6. & quamuis aliud sit populus; & aliud particulares, interdicto tamen populo, & omnes particulares dicũtur interdicti, sontes, & in sontes, quia potest interdici prupter culpam alterius, licet non excommunicari, vel suspendi Doct. com. c. si sentẽtia, de sent. exco. 6. vnde etiam infantes, & furiosi comprehenduntur.

Interdictum quibus ex causis feratur. Quæst. VIII.

OCtauo quæro, quæ sit causa ferendi interdictum? Resp. quòd in interdicto ferendo debet semper præcedere culpa, vel propria, vel aliena, non tamen sufficit culpa non soluendi debitũ, vt feratur interdictum generale sine speciali mandatu pontificis, extra: prouidè, de senten. excomm, quamuis particulare ferri possit a'icuius Ecclesiæ, non tamen parrocchiæ, Dom. cap. præsenti, de sen. excom. 6. fertur autem generale interdictum contra vninersitatem ipso facto; Primo, si uniuersitas, facit solui portoria illicita Clericis, cap. quamquã de censibus 6. Secundo si facit, vt suus Episcopus capiatur, percutiatur, seu in exilium mittatur, Clement. 1. de pęnis. Tertio si impedit ingressum, seu negotia Nuntij Apustolici, extr. super gentes de consuet.

Interdicto ingressu Ecclesiæ, quomodo intelligatur. Quæst. IX.

NOnu quęro, vtrum interdicto ingressu Ecclesiæ possit quis per eam transire, non audiendo diuina? Resp. quod sic: not. gloss. & Doct. capit. is cui, de sent. excom. 6. Sanct. Anto. 3. part. tit. 29. cap. 2. §. 2. immo potest introire, & in ea orare quãdo non aguntur diuina, quia prohibitio ingressus Ecclesiæ solum respicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat, not. cap. præsenti, 5. quęst. 2. dict. cap. is cui, de sent. excomm. 6. quod procedit etiam in excommunicato, qui ingredi potest Ecclesiam, & ibidem orare, nisi quando celebrantur diuina, gloss. cap. qui studet, 1. quæstio. 1. Inn. cap. nuper, de sen ten. excomm.

Interdicta Ecclesia, quibus ex causis ratione pollutionis dicatur. Quæst. X.

DEcimo quęro, quibus ex causis Ecclesia dicatur polluta? Respondetur pluribus; Prima quandu intra eam sanguis humanus iniuriosè effunditur, aut causa naturalis eius effusionis datur, aut mortis, ca. Ecclesijs dist. 68. cap. proposuisti de consecr. Eccl. & dicitur (intra) quia extra eam nempè desuper in tecto, vel subtus eam in specu nõ polluitur, glo. cap. 1. de consecr. Eccl. 6. dicatur (Ecclesiam) generaliter comprehendens, tàm consecratam, quam non consecratam, c. si. de cons. Eccl. differt tamen consecrata a nun consecrata in reconciliatione, not. cap. a qua, de cons. Eccl. dicitur (effunditur) non enim sufficit aliquarum guttarum paruarum emissio, nam effusio denotat largitatem, capit. reuertimini, 16. q. 1. gl. ca. cùm illocum, de sẽt. excomm. vers. effusionem, dicitur (sanguis) quia non sufficit percussio, quæ non sit morufera sine sanguinis effusione, quamuis ex ea caro contunduntur, & franguntur ossa. Durand. Rat. Diuin. offic. tit. de dedic. Eccl. colum. 10. item dicitur (humanus) quia sanguinis effusiu aliorum animalium nõ sufficit gl. cap. 1. de cons. Eccle. ver. sanguinis, item dicitur (iniuriosè) quia non sufficit naturalis effuxio per nares, aut quæ casu fit, neq; facta ob iustã defensionem, neque ludu alioquin licito, nec effuxio facta per furiosum, aut per puerum iudicio carentem; item dicitur (aut datur causa, &c.) quia sufficit, vt vulnus infligatur intra eam, quamuis percussus ante egrediatur, quã sanguis in illam infundatur, & quamuis recipiatur ille in aliquo vale ne in eam decidat, nun tamen sufficit, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra illam inflictum est: item dicitur (naturalis) quia non sufficit, quod feratur sententia cõdemnatoria, etiam intra illam si per exe utionem effusio extra illam facta est, itẽ dicitur (aut mortis) quia satis est ad id suffocare, aut alias intra illam hominem sine sanguinis effusione interficere, nõ tamen sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in existentem extra illam, quamuis sufficiat murs, uel effusiu facta in Ecclesia per tormentum foris missum, doc. com. c. proposuisti, de consec. Eccles. Secundus casus est quandu in Ecclesiæ semen humanum effunditur voluntariè, & dicitur (humanum) quia cęterorum animalium ad id non pertinet, gl. c. 1. de consecr. eccles. 6. item dicitur (humanum) quia satis est, quod sit cuiuslibet hominis, siue masculi, siue fœminę, cuiuslibet status, & conditionis, siue fidelis, siue nun, & effundatur quocunque modo etiam per copulam coniugalem, no. ca. Ecclesijs, 68. dist. item dicitur vuluntariè, quia nõ sufficit effusio seminis, quæ dormiendo fit, gl. d. c. Ecclesijs. Tertius casus est, quando in ecclesia sepelitur excommunicatus, c. consuluisti, de conse. eccles. Quattus est casus, quando in ea sepelitur infidelis, c. Ecclesiam, il 1. & 2. de cunsecr. distin. 1. & in isto casu differt a pręcedenti, quia in reconciliatione illius sufficit simplex reconciliatio, in isto autem non sufficit reconciliatiu, sed etiam parietes illius sunt abradendi. Quintus est casus, quando ecclesia per Episcupum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur, not. c. consuluisti, de consec. eccl. Sextus casus est quando omnes parietes renouantur, gl. cap. ligneis, de consec. eccles. præsertim quando omnes muri, aut maior pars illorum simul deijciuntur, Nau. cap. ecclesijs, not. 2. 62. dist.

Polluta Ecclesia, an polluatur cæmiterium, &c. Quæst. XI.

VNdecimo quęro, utrum polluta ecclesia, polluatur cęmiterũ? Resp. quod sic: accessoriũ

enim naturam sequitur sui principalis, ca. accessorium, de reg. ior. 6. polluto tamen cęmiterio, ecclesia illi contigua non polluitur, not. cap. 1. de consе. eccl. vel alt. 6.

Celebrari an possit in ecclesia polluta.
Quæst. XII.

DVodecimo quæro, vtrum in Ecclesia polluta celebrari possit? Resp. quod non: fallit quãdo pollutio esset occulta, nam prohibitio celebrandi incipit a die, quo pollutio manifestatur, gl. c. 1. de consecr. Eccl. 6. vnde cum esset in ore duorum, vel trium tantum non diceretur publicè, sed tunc illis publicantibus, ita; vt gignatur fama, qua manifesta oritur prohibitio, Nau. Man. Conf. ca. 27. nu. 251. si quis tamen scienter celebrauerit in Ecclesia polluta, licet grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis, quia tunc Ecclesia propriè non est interdicta, sed violata, c. is qui, de sent. exco. 6. Plou. trac. de interd. nu. 27.

Interdicti tempore, quæ prohibeantur fieri.
Quæst. XIII.

DEcimotertio quæro, quæ prohibita dicantur tempore interdicti? Resp. plura, nam per interdictum prohibentur omnia diuina officia, Sacramenta, & Ecclesiastica sepultura, exceptis illis, quæ expresse, vel tacitè permittuntur, c. non est, de spons. cap. fi. de exc. præl. vnde prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui, siue maiori, si oe minori, vt dicendi epistolam cum manipulo solemniter, & alijs officijs pertinentibus ad actum ordinis, aut agendi hebdumadarium quando peragitur Matutinum, aut aliæ horæ Canonicę, & ordinandi Episcopo, Nauar. Man. Conf. ca. 27. nu. 171. Secundo non possunt pulsari campanę ad horas canonicas, quamuis possint ad alios fines, vt puta ad Aue Maria ad ostendendum reliquias, seu ad prædicandum, Cald. tract. de interd. memb. 6. colũ. 16. not. c. fi. de sent. excom. 6. Tertio non potest Episcopus benedicere solemniter tempore interdicti, neque consecrare altaria, virgines, neque benedicere corporalia, neque alia indumenta ad dicendũ Missam, neque ipse, neque sacerdos possunt benedicere aquam, neque candelas in die Purificationis, neque palmas, & ramos in Dom. Palmarum. Quarto tempore interdicti non possunt sani etiam tempore Paschæ percipere Corpus Christi; Io. And. c. alma mater, de sent. exc. not. c. eos, de sepul. Quinto tempore interdicti non possunt vngi infirmi extrema vnctione, c. quod in te, de pœn. & remis. Sexto Religiosi etiam exempti in cappellis, quas habent in locis non exemptis tempore interdicti non possunt facere celebrare, nec per se, neque per alium, c. auctoritate, de priu. 6. Septimo tempore interdicti non licet etiam sęcularibus extra ecclesiam diuina auscultare, quæ fiunt in ecclesijs, nec licet fenestras, aut foramina facere ad videndum Corpus Christi not. Clem. 1. de sent. exc. cap. quod in te de pœn. & remiss. Plou. tract. de interd. num. 18. Octauo tempore interdicti sacerdos non potest officiũ pro Baptismo in Sabbatho Sancto facere cum solẽnitate. ibid. nume. 23. tempore tamen interdicti in Monasterijs, & alijs Ecclesijs possũt celebrari Missę submissa voce, ianuis clausis, excõicatis, & interdictis exclusis, campanis etiam non pulsatis, Plouios d. loco num. 6. c. fin. §. adijcimus de sent. exc. 6. Nauar. Man. Confess. cap. 27. num. 173. Secundo non prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quæ vocatur Aue Maria, neque benedictio mensę, Nau. d. loco, nu. 176. Tertio non prohibetur lectio, & prędicatio, c. responso de sent. ex com. nec dare, neque accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesię, neque cantus Psalmorum, & Litaniarum, quos faciunt layci in suis Confraternitatibus, Calder. de interdicto, memb. 6. colũ. 10. neque excommunicare, neque absoluere ab excõmunicatione, absque stola & solemnitate sacerdotali, neque introducere puerperam in Ecclesiam ad reddendum gratias, neque adoratio Crucis in die Veneris Sancti, neque recommendatio animarum in die defunctorum. Quarto conferri potest Baptismus paruulis, & etiam adultis, cap. non est de spons. cap. quoniam, de sent. exc. 6. Quinto conferri etiam potest sacramentum Confirmationis, cap. responso, de sent. exc. Sexto fieri possunt omnia diuina officia festis Natiuitatis, Paschæ, Penthecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ in diebus solum, non in octauis, ita tamen, vt quorum culpa interdictum positum fuit non accedant ad altare, c. Alma mater, §. in festiuitatibus, de sent. exc. 6. Septimo in festo Corporis Christi, & tota octaua diuina celebrantur, vt Martin. 5. & Eugen. 4. in suis Extra. ordinarunt. Octauo tempore interdicti generalis conferri possunt ista sacramenta, videlicet. Baptismus, Pœnitentia, tàm sanis, quam infirmis, Viaticum, seu Corpus Christi Infirmis tantum, Confirmatio, & Matrimonium Plou. de interd. numero 8. si quis tamen fuerit causa interdicti non admittitur ad sacramentum Pœnitẽtię, nisi prius satisfaciat, si potest, sin minus det idoneam cautionem iurando se daturum operam fideliter, vt satisfiat per se, aut per alios, Nauar. Manu. Confess. c. 27. numer. 179. Nono tempore interdicti layci sepulti extra cęmiterium relaxato interdicto reponuntur in cęmiterio, si tempore mortis apparuerunt signa contritionis, si autem fuerint sepulti in cęmiterio, non sunt relaxato interdicto exumulandi, Nicholaus Plou. tract. de interd. num. 15. Decimo tempore interdicti Corpus Christi dari potest damnato ad mortem, & mulieri prægnanti in periculo mortis existentis, non tamen intrantibus mare, vel pugnantibus in bello, & obsessis in ciuit. Plouios, d. loco, nu. 23. Vndecimo tempore interdicti celebratur festum cum sua octaua Conceptionis Virginis Mariæ, Didac. c. Alma mater. 2. p. §. 5. no. 2. de sent. exc. 6. quę constitutio intelligẽda est de interd. generali, secus in interd. speciali. Duodecimo in aduentu Regis in aliquam ciuitatem, quæ interdicta sit, diuina officia publicè celebrantur, Didacus, d. loco, num. 4.

Inter-

Interdictum violans, qua pœna plectatur, *Quæst.* XIIII.

DEcimoquarto quæro, quæ sit pœna violantis interdictum? Resp. quod si Clericus egerit solemniter actum competentem alicui ordini, efficietur irregularis, alias secus, Didac. cap. Alma mater p. 2. §. 2. num. 3. de sent. exc. 6. hoc idem, si quis susceperit ordines minores, & suscipiendo actum ordinis exercuerit, similiter si ordines maiores susceperit, Didacus d. loco, num. 5. §. 3. & in §. 4. nu. 6. si tantum quis celebrauerit in Ecclesia non interdicta præsentibus personis interdictis, vel excommunicatis, licet grauiter peccet celebrando coram eis, non tamen fit irregularis, Nicho. Plou. tract. de interd. num. 27. layci vero non dicuntur violare interdictum nec incurrunt irregularitatem audiendo Missam, licet grauiter peccent; Primo quando est interdictus personaliter. Secundo cum est causa, quod diuina celebrentur. Tertio cum dicit talia officia, qualia, dicendo violarent Clerici. Quarto cum mentiendo asserens se esse Clericum minorũ, aut habere priuilegia intrat ad audienda diuina. Nau. Man. Conf. cap. 27. nu. 187.

Suspensio, quid sit. *Quæst.* XV.

DEcimoquinto quæro, quid sit suspensio? Respo. est censura Ecclesiastica, qua a lege, vel ab homine alicui personę Ecclesiasticæ prohibetur exercitium sui officij vel beneficij Ecclesiastici in totum, vel in partem in certum tempus, vel in perpetuum, quo ad partem ob suam culpam: ibi censura stat loco generis, c. quęrenti de verb. sign. ibi (a lege, vel ab homine) ad denotandum, quod non potest fieri, nisi ab habẽte iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem, c. dudum, il 2. de elec. quæ fertur quandoque a lege, & quandoque ab homine vt dicã inferius, ibi (personæ Ecclesiasticæ &c.) ad differentiam excommunicationis, & interdicti, quæ in laycos etiam feruntur, vt dicam suo loco inferius, ibi (in totum, vel in partem) nam suspendi potest quis etiam a parte officij sui, Ioh. de Lig. tract. de Eccl. cens. tit. de suspens. num. 1. & seq. ibi (in certum tempus, vel in perpetuum quo ad partem) ad differentiam depositionis, qua quis priuatur in perpetuum officio, vel beneficio, & dicitur priuatio non suspensio, Cardi. Clem. 1. §. cęterum, nume. 6. de priuileg. Abb. c. at si, num. 7. de iud. ibi (ob suam culpam) quia quatenus est censura, de qua loquimur ferri nõ potest absque culpa saltim veniali, Aret. cap. cum non ab homine de iudic. Caiet. versi. suspensio, quia cum sit pœna non infligitur absque culpa, not. c. 2. de const. nam quæ fit ob senectutem, vel aliam ęgritudinem tot. tit. de Clerico ęgr. non est propriè suspensio stricto modo accepta prout hic accipitur.

Suspensio quotuplex sit. *Quæst.* XVI.

DEcimosexto quęro, quotuplex sit suspensio? Respondetur triplex; Prima quidem quo ad se solum, alia, quo ad alios solum, & alia quo ad se, & quo ad alios, Abb. c. si celebrat, nu. 4. de Clerico exc. & hoc in suspensione generaliter sumpta. Secunda sit distinctio, quod suspensio est triplex, officij, & beneficij simul, c. tuarum de priui. officij tantum, vel partis eius; & beneficij, vel rei pertinẽtis ad illud tantum, gl. cap. cupientes, de pœn. Tertia est distinctio, nam suspensio alia fit a iure, alia ab homine, a iure ipso facto, ab homine per sentẽtiam, Nau. Man. Conf. cap. 27. nu. 153.

Suspendere, qui possint. *Quæst.* XVII.

DEcimoseptimo quæro, qui suspendere possint? Respon. quod soli omnes, qui possunt excommunicare possunt etiam suspendere, & quãuis omnis christianus possit excommunicari, solæ tamen personę Ecclesiasticę suspenduntur, Naua. Man. Conf. cap. 27. nu. 151.

Suspensio qualiter ferenda. *Quæst.* XVIII.

DEcimooctauo quęro, qualiter suspensio fiat? Resp. quod ipsa fieri debet in scriptis, sicuti excommunicatio, capit. 1. & ibi not. de sent. exc. 6. item debet pręcedere monitio suspensionem, quãdo infertur ob contumaciam, secus quando ponitur in pœnam, Innoc. cap. fin. de exc. pręlat. Abb. & Doct. ca. reprehensibilis, de appellar. similiter non debet fieri post legitimam appellationem, doctor. com. c. 1. §. & hęc de sent. exc. 6. cap. ad hæc, de appell. c. is cui, §. fin. de sent. exc. 6.

Suspensionis causę. *Quæst.* XIX.

DEcimonono quæro, quibus ex causis suspensio inferatur alicui? Resp. quod ob quodlibet peccatum mortale, immo & veniale suspensio potest inferri, Nau. Man. Confess. cap. 27. nu. 159. & multis ex causis ipso iure incurritur; Primo suspenditur, Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter notorie fornicator, donec pęniteat, vnde quemadmodum ipso iure suspenditur, ita ipso iure tollitur per pœnitentiam c. si qui sunt 81. dist. c. nullus 32. distinct. Secundo suspenditur ipso iure, ille qui absque dispensatione ante ætatem, & extra tempus suscipit ordines, quibus si quis vtatur efficitur irregularis. Tertio suspenditur Clericus, qui prouocat ad duellum, & acceptat prouocationem, no. cap. 1. de Cler. pugn. Quarto suspenditur ille, qui excommunicat absque monitione c. sacro, de sent. exc. Quinto suspenditur ille qui excommunicat absque scripto, cap. 1. de sent. exc. 6. Sexto suspenditur, qui sede vacante vsurpat bona Episcopatus, not cap. quia sæpe, de elect. 6. Clem. statutum, de elect. 6. Septimo hoc idem, si quis Episcopus, aut alter superior vsurpat de bonis Ecclesiæ vacantis, capit. præsenti, de offic. ord. 6. Octauo Iudex Ecclesiasticus suspenditur, qui contra ius, & contra consciẽtiã aggrauat partem gratia, vel sordibus, c. 1. de re iud. 6. Nono suspenditur Clericus, qui admittit

ad diuina, seu sepellit in Ecclesia excommunicatos, cap. Episcoporum, de priuil. 6. Decimo suspenditur, qui admittit aliquem ad professionem ante annum probationis cap. non solum, c. constitutione, de regul. 6. Vndecimo suspenditur ille, qui gestat vestes partitas, seu coloribus distinctas, Clem. 2. de vita, & hon. Cler. Duodecimo suspenditur religiosus, qui contra ius res Ecclesiæ alienat, Clem. 1. de rebus Eccl. non alien. Decimotertio suspenditur qui ordinatur absque titulo valido, not. cap. penult. de simon. & suspenditur Episcopus, qui taliter ordines confert religioso, nondum professo, Nau. Man. Confess. cap. 27. nu. 156.

Suspensionis effectus. Quæst. XX.

Vigesimo quæro, qui sint effectus suspensionis? Resp. quod suspensio ab ordine non suspendit à iurisdictione, a qua, de consecr. Eccles. vel alt. ca. transmissam de elect. & suspensus ab ingressu Ecclesiæ potest excommunicare, & absoluere, c. sacro de sent. exc. quæ potest tolli quibuscumque verbis, c. venerabili de sent. exc. & absolui ab Episcopo, etiam si confirmata per Papam, quando lata est in contumaciam, secus si feratur in pœnam, cap. nuper, de sent. exc. cap. ex literis, de const. Doc. cap. 2. de solu. si quis tamen violat suspensionem peccat mortaliter, not. capit. 2. de maior. & obed. & incurrit irregularitatem, si violat eam exercendo actum solemniter ordinis, siue maioris, siue minoris, cap. primo. de sent. exc. 6. capit. 1. de re iud. eod. tit. vnde psallendo in choro, non efficitur irregularis, & suscipiens sacramentum, quamuis suspendatur a perceptione sacramentorum non est irregularis, cap. si celebrat. de Cler. excommun. similiter non est irregularis, si fuerit suspensus ab officijs sacerdotalibus, ministrat in minoribus ordinibus, neque peccat, si quis tamen suspensus fuerit ab officio prædicandi peccat concionando, & sermocinando, & est irregularis, Nau. Man. Conf. cap. 25. num. 141. Vltimo quemadmodum tenemur vitare excommunicatum, vt dicam infra suo loco, ita, & suspensum, in eo quo est suspẽsus, & peccamus mortaliter, si est denunciatus alias non, not. cap. 1. §. laboret, de pœn. dist. 6. Nau. Man. Confess. cap. 27. n. 163. & not. quod licet suspensus non perdat beneficium, non tamen facit fructus suos Innoc. cap. pastoralis de appellat. gl. & Doct. cap. cupientes de pœnis, Plouius tract. de excom. tit. de suspens. num. 8. esset modo videndum de excom. verum quia degradatio, & irregularitas dici possunt quodammodo censuræ Ecclesiasticæ, prius dicemus aliqua de his, deinde ad materiam excommunicationis deueniemus.

Degradatio, quid sit. Quæst. XXI.

Vigesimoprimo quæro, quid sit degradatio? Respond. quod degradatio propriè importat priuationem executionis legitimæ officiorũ, & beneficiorum Ecclesiasticorum simpliciter, & ex toto absque spe restitutionis cum certa solemnitate, & priuatione priuilegij Clericalis, & differt a depositione, quæ est priuatio eorundem absq; spe restitutionis, sed retento priuilegio Clericali fori, c. si quis suadente 17. q. 4. differt etiam a suspensione, quę est priuatio eorundem simpliciter, vel ad tempus cum ipsa dispensationes, quandoque tamẽ vnum pro alio ponitur, Syl. verß. degradatio nu. 1.

Degradatio quotuplex sit. Quæst. XXII.

Vigesimosecundo quæro, quotuplex sit degradatio? Respond. duplex; Prima est verbalis, quæ est depositio ab ordinibus, seu gradibus Ecclesiasticis. Alia vero est actualis, quæ est solemnis, quando degradandus indutus sacris vestibus in manibus tenens vas, seu instrumentum ad suum ordinem spectans, adducitur ad Episcopum, a quo auferuntur omnia illi data in ordinatione Syl. ver. degradatio nu. 1. Concil. Trident. Sess. 13. cap. 4. de reform.

Degradationis causa. Quæst. XXIII.

Vigesimotertio quæro, quę sint crimina degradatione digna? Respon. quod si sunt grauia, quę tendant in præiudicium alterius, poterit deponi, vt in furto, & huiusmodi, c. cum non ab homine, de iud. at sunt grauiora, vt publica crimina, sed non venit imponenda pœna mortis, & tunc detrudi poterit in monasterium, c. tuæ, de pœn. si verò sunt grauissima, vt imponatur pœna mortis potest damnari in carcerem perpetuum, c. pen. de hæret. c. nouimus; de verb. sig. quod si esset de actũ a[illegible] ò perniciosum, vt tradendus esset iudici sęculari, tũc degradandus esset, doct. d. c. nouimus, Sylu. ver. degradatio, nu. [illegible]. 6.

Degradationis effectus. Quæst. XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, qui sint effectus degradationis? Resp. quod degradatus amittit priuilegium Clerici, & potest iudicari a iudice sęculari, quando actualiter est degradatus, quem, si quis percusserit nõ incidit in canonem, cap. si quis suadente diabolo, secus, si verbaliter tantum, nisi factus esset omnino incorrigibilis, Abb. c. ad abolendam, de hæret. non tamen degradatus etiam actualiter, siue sit sacerdos, siue Episcopus, priuatur facultate conficiendi, & conferendi ordines licèt peccet mortaliter conficiendo, & ordinando, quia quod pendet à potestate ordinis non tollitur, Archid. c. ostenditur, de consecr. dist. 4. Riccard. in 4. dist. 13. & dist. 29. hinc est, quod sacerdos etiam actualiter degradatus, tenetur ad dicendas horas, c. dolentes. de celeb. Miss. quia delicta non liberant ab his, quæ sunt ordinis, non tamen debent officiare Ecclesias, nec dicere, Dominus vobiscum, & alia agere, quæ sunt dignitatis sacerdotalis, si quęras quis possit restituere degradatum? Resp. solus Papa, c. 5. & seq. dist. 50.

Irregu-

Irregularitas quid sit. Quæst. XXV.

VIgesimoquinto quæro, quid sit irregularitas? Resp. irregularitas est canonicum impedimentũ ex facto, seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare, Did. clem. 1. de homicidio p. 1. nu. 1. Spec. tit. de legato, §. iuxta, Host. capit. 2. de cler. exc. Villadieg. de irreg. nu. 1. Sylu. ver. irregularitas, Plou. in tract. de irreg. in prin. Innoc. cap. nisi, nu. 7. de renun. S. Ant. 3. p. tit. 28. c. 1. Nauar. Man. Confess. c. 27. nu. 191. dicitur (Canonicum impedimentum) loco generis, deinde dicitur (quo quis prohibetur &c.) ad differentiam aliorum Canonicorum impedimentorum, quæ irregularitatem nõ inducunt, not. Dom. Sot. in quarta distinctione 24. q. 1. artic. 2.

Irregularitas, quotuplex sit. Quæst. XXVI.

VIgesimosexto quæro, quotuplex sit irregularitas? Respon. multiplex; Prima, quæ prouenit ex defectu sacramenti. Secunda corporis. Tertia ex defectu animæ. Quarta lenitatis perfectæ. Quinta delicti, Nauar. Man. Conf. ca. 27. nu. 192. nulla tamen istarum irregularitas incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id ob quod imponitur, & ideo nulla est mentalis, Did. clem. de homic. in prin. nu. 4.

Bigamia quid sit. Quæst. XXVII.

VIgesimoseptimo quæro, quid sit Bigamia? Respon. Bigamia est status coniugati cum duabus coniugibus, siue ante, siue post Baptismum ductis, gl. ca. acutius, 28. dist. gl. c. a. de bigam. Did. d. loco, §. 2. nu. 2. Simon. Maiol. tract. de irreg. lib. 1. cap. 3. nu. 4.

Bigamia quotuplex sit. Quæst. XXVIII.

VIgesimooctauo quæro, quotuplex sit bigamia? Respond. triplex; scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria, gloss. & doct. commu. ca. 2. de bigam. vera est cum quis duas veras vxores habuit, & cognouit, quamuis vtramque, vel alterã antequam esset Christianus, c. acutius, 26. distinct. Interpretatiua est cum quis fingitur habuisse duas vxores, & vnicam tantum habuit, sed viduam, aut corruptam per alium, secus, si per se, ca. maritum, 33. dist. gl. c. fi. de bigam. similitudinaria est, quando ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam vnica contrahens consumat c. quotquot, 27. q. 1. c. fi. de bigam. si verò fuerit laycus, qui cum vidua, seu corrupta inualidè matrimonium cõtraxerit propter aliquod impedimentum non efficitur irregularis, similiter non est irregularis ille, qui plures concubinas habuit, neq; ille, qui cum pluribus matrimonium contraxit per verba de præsenti, si non haberet copulam, nisi cum vna tantum virgine, c. debitum, de bigamis, nam siquis etiam vnam tantum corruptam vxorem haberet bigamus esset, doc. d. c. debitum, de bigam. ca. 1. de cler. cõiug. 6. &t, si inscius, & ignarus eam corruptã duxerit c. curandum, 34. dist. dummodo non sit corrupta à se ipso &t ante matrimonium, Did. d. loco, §. 2. nu. 3. quia per matrimonium sequens purgatur illud vitium, capitulo tanta, qui filij sint legit. præterea bigamus est, qui, & si vnicam tantum virginem vxorem habuerit, eam tamen post adulterium, ab ea commissum, carnaliter cognouit etiam adulterij ignorans, not. capitulo si cuius, 34. dist. doct. com. capit. 3. de adulter. Did. d. loco, nu. 3. dicit com. esse.

Bigamia quarè impediat sacramentum ordinis. Quæst. XXIX.

VIgesimonono quæro, quæ sit ratio, quod bigamia sit impedimentum ordinis? Res. multiplex, quia bis coniugatus, non potest aptè significare vnionem Iesu Christi cum ecclesia vnica sua, & sancta sponsa, c. debitum, de bigam. Secundo, quia excellentia sacramenti ordinis id non patitur. Tertio quia est signum incontinentiæ, cap. proposuisti, 82. dist. Quarto, quia ad persuadendum castitatem auctoritatem adimit, c. vna, dist. 26. Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 195. hinc dicitur bigamia irregularitas ex defectu sacramenti procedens, Didac. clem. 1. §. 2. nu. 1. de homicid. quæ autem sit ratio, quod vxor corrupta efficiat maritum bigamum, non sic detur bigamia ex ipsius mariti corruptione? Resp. quia actus contrahendi, & contrahentis matrimonium non cadit super se ipsum, sed super alterum coniugem, atque ideo vitium corruptionis nullum efficit defectum, quo ad corruptum, sed quo ad alterum, Did. dicto loco, numero tertio, S. Thom. 4. sen. dist. 27.

Duo matrimonia inualida, an inducant irregularitatem. Quæst. XXX.

TRigesimo quæro, vtrũ, si quis duo matrimonia contraxerit, & consumauerit de facto, quæ de iure non valuerunt, an inducant irregularitatem? Resp. quod sic; & dicitur bigamus, Palud. 4. dist. 27. q. 4. Dom. Sot. d. loco, q. 3. art. 1.

Bigamis à quo dispensetur. Quæst. XXXI.

TRigesimoprimo quæro, à quo dispensetur irregularitas bigamiæ? Respondeo à solo Pontifice: quoad susceptionem ordinis maioris, Did. clem. prima de hom. §. secundo numero quarto Sanctus Thomas. 4. sen. dist. 27. doct. com. cap. super eo, de bigam. Sanctus Ant. tertia parte titulo 28. capitulo tertio Ioan. tract. de bigam. quæst. septimo Nauar. Man. Conf. capit. 27. nu. 197. gl. ca. lector, 34. dist. Dom. Sot. 4. dist. 27. quæst. 3. artic. 3. quo verò ad minores Episcopus dispensat, Dom. Sot. d. loco.

Dese-

Defectus corporis qui irregularitatem inducant.
Quæſt. XXXII.

TRigeſimoſecundo quæro, qui ſint defectus corporis,qui irregularitatem inducant?Reſpon.plures.Et primo defectus cuiuſlibet membri principalis contingens ob culpam, c.1.c.ſi euangelica, 55.diſtin.quamuis membrum eſſet occultum, cap.ſiquis abſciderit, 55.diſtinct.cap.presbiterum, cap.continebatur,de homicidio, hoc idem ſi in pęnam alicuius delicti fuerit ei membrum abſciſſum, cap.ex parte,de corp.vit.non tamen eſt irregularis, ſi abſque eius culpa abſcindatur, dummodo celebrationem non impediat,ſeu magnam deformitatem adferat,capitul.ſecundo.de corp.vit.Secundo monoculus eſt irregularis, capitul. ſi euangelica, 55.diſt.non tamen,ſi caret viſu oculi dexteri, qui alijs videtur ſanus,& ſiniſtro quantum ſatis eſt ad bene celebrandum cernit,gl.cap.2.de verb. ſign.6. Tertio defectus,& exceſſus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium Eccleſiaſticum efficit irregularem ad illud,non autem ad aliud.vnde prohibitus celebrare ob id non prohibetur abſoluere, Abb.cap.2.de Cler. ægrotá. Quarto lepra irregularitatem inducit,ca.cum percuſſio,7.q.1. Quinto qui morbo caduco laborat,c. in literis,7.q.2.Sexto qui Dæmonio vexatur, Alu. de planctu Eccl. lib.1.cap.48. Septimo ermaphroditus,qui ſexu fœmineo præualet, c. illiterato 36. diſt.c.ſi.49.diſt.Octauo,qui vinum nō poteſt bibere,gl.capit.ipſi Apoſtoli,2.quæſt.7. Nono defectus ætatis,cap.fin.de temp.ord.6.Decimo defectus natalium,not.cap.ſi.de fil.præsb.& in iſtis irregularitatibus ſolus Papa diſpenſat,Nau.Man. Confeſſ.c. 27.nu.200.& ſeq.

Irregularitas ex defectu animæ.
Quæſt. XXXIII.

TRigeſimotertio quæro, ex quo defectu animæ proueniat irregularitas? Reſp.ex multiplici.Primo defectus fidei,ita vt qui non eſt baptizatus non eſt capax ordinis cap.1.cap.veniens, de præsb.non bapt.quamuis ſit cathecumenus, & ſanctus,quia character ordinis præſupponit characterem baptiſmi,in quo Summus Pontifex etiam diſpenſare non poteſt, not.c. ſi quando, vbi Nauar. numer.29.de reſcr. Secundo neque hæreticus, neque fautor hæreticorum, quamuis ſit iam conuerſus,c.ſiquis omnem,1.q.7.c.2.§.hæretici,de hęret. 6.Tertio neque Neophitus.i. recenter conuerſus, aut baptizatus,cap.1.& ſeq.48.diſt.cap.conſtituit, 17.q.4.Quarto neque infamis infamia, tam iuris, quam facti,not.Doct.com. cap. infamibus de reg. iur.6.gl.c.2.de ordinatione cogn.ſuper qua diſpenſat Papa,niſi eſſet ſuper delicto,ad quod ſua facultas ſe extendit,& acceſſorie infamiam demit gl.ca. Euphemium,§.1.2.q.3.not.c.Domino 50.diſt.not. cap.at ſi Clerici,§.1.de Iud. Quintus defectu ſanimæ eſt ignorantia;nam penitus ignarus eſt irregularis,cap.illiteratos, 36. diſt. Sextus eſt lunaticus, furioſus,mente captus, & alij carentes iudicio rationis,Nauar.Man.Confeſſ.ca. 27. nu.203.de alijs defectibus animæ dicetur inferius cum de defectibus delicti tractabitur.

Irregularitas quomodo cauſetur ex defectu lenitatis, & manſuetudinis perfectæ.
Quæſt. XXXIIII.

TRigeſimoquarto quæro, quomodo oriatur irregularitas ex defectu lenitatis perfectæ, & manſuetudinis?Reſp. ex occiſione, vel mutilatione membri hominis,etiam in caſu licito,quia viſum eſt Eccleſiæ non poſſe eum ſatis referre lenitatem, atque manſuetudinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti,qui propter nos ſuum proprium ſanguinem fudit & morti ſe tradidit eum,qui occidit,vel mutilat etiam licite,Nau.Man. Confeſſ. capit. 27. nume.208.ex hoc infertur ad plura, & primo omnis diſcretus,& baptizatus ſe ipſum,aut alium hominem illicite deformat, aut cauſam propinquam illicitam illius, aut ſuæ anticipationis præbet dicitur (diſcretus) quia carens ratione non eſt in culpa, Clem. 1.de homic.dicitur (baptizatus) quia prius facta non ſufficit,cap.ſiquis viduam, 50.diſt. dicitur (deformat) ad includendum occidentem, & mutilantem, non tamen debilitantem, dicimus (ſe ipſum) quia cum non ſit dominus membrorum ſuorum,l.liber homo,ff.ad l.Aquil. c. contingit,de ſent.exc.vnde qui ſe ipſum caſtrat, vt caſte viuere poſſit, efficitur irregularis, c.hi qui.55.diſtinct.dicitur (aut alium hominem) quia non ſatis eſt deformare embrionem, nondum anima rationali animatum,cap.ſicut de homicidio, capitul. quod vero, cap. Moyſes 32. q. 2. dicitur (illicite) quia qui ob morbum conſilio chirurgi abſcindi facit,aut abſcindit ſuum,aut alienum,irregularitatem non incurrit,cap.ſiquis à medicis, capit.ſiquis in infirmitate 55.diſtinct. quamuis aliam, quæ ex defectu corporali naſcitur incurreret, ſi ob eam fieret inhabilis,aut deformis ad celebrandum, dicitur (cauſa) qualis eſt,qui facit,mandat, ratificat, vel iuuat, vt cauſa efficiens,vt cauſa vero materialis,qualis eſt qui dat arma, vt formalis cauſa, qualis,eſt,qui inſtruit,docet,aut conſulit,vt cauſa finalis, qualis eſt, qui præmium, aut recuperationem deformatori pollicetur. Secundo eſt irregularis præbens arma ad bellum iniuſtum, ſiquis ex illis aliquis deformetur gl.cap.ita de iudæis, c. quod in dubijs de pœn. Tertio eſt irregularis, qui rixatur illicite, ſi eius amici ſuperueniant deformantes inimicum eius, etiam abſque aliquo eius conſenſu, not.c.Petrus,de homic. Quarto eſt irregularis feras in domo nutriens, quæ aliquem deforment. Quinto medicus, & chirurgus quorum imperitia, ſeu culpa infirmus perierit,ſeu deformatus fuerit, Innoc.cap. tua, de homicid. Sexto eſt irregularis magiſter,qui incircumſpecte caſtigat ſuum diſcipulum,cap.presbyterum, de homic. Septimo qui dormiendo ſuffocat infantem,Nau.Man. Confeſſ. cap.27.num.236.quæ ſpecies irregularitatis ſunt vna cum peccato mortali,quia procedunt ex iniu-

ſtitia:

ſtitia: Incurritur præterea octauo loco irregularitas etiam abſque peccato, quando quis hominem deformat in caſu licito, alio quam infirmitatis, aut dat cauſam propinquam deformandi aliquem, aut ſaltem, vt citius deformetur, quam alias fuiſſet deformatus, extra neceſſitatem ineuitabilem ſuæ vitę defendēdæ, dicitur (alio quam infirmitatis) quia deformitas ob illam inducta deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, ſi per hanc facultas recte celebrandi non adimatur, cap. ſiquis à me, & ſeq. 55. diſt. dicitur (aut eſt cauſa) intellige efficientem, materialem, formalem, & finalem, dicitur propinqua, quia non ſufficit eſſe remotam, cap. de occidendis, 23. q. 5. gl. c. de cętero de homicid. & dicitur cauſa propinqua dictum, vel factum licitum directum ſufficienter in deformationem inde ſequutam dicitur extra neceſſitatem &c. quia neceſſitas defendendi ſe excuſat, Clem. 1. de homic. Nono ſequitur, quod iudex, accuſator, teſtis, notarius, procurator, & quilibet alius interueniens in cauſa ſanguinis, nempe occiſionis, & mutilationis eſt irregularis, c. aliquantos, 51. diſt. cap. Clericis, capitul. ſententiam, ne Clerici, vel Mon. omnes enim deformant, ſeu dant cauſam deformandi. Decimo eſt irregularis ille, qui deformat aliquem ob defenſam iuſtam vitæ alterius etiam patris, etiam in bello iuſto, etiam ob defenſam honoris, & bonorum ſuorum; nam ſolus ille excuſatur, qui neceſſitate ineuitabili ſuæ perſonæ alium deformat Doct. com. Clem. 1. de homicid. nō obſt. quod excommunicationem non incurrant, qui talia faciunt etiam contra Clericum, quia Reſp. quod excommunicatio ſupponit peccatum mortale, ſecus eſt in irregularitate, quæ quandoque incurritur, cum merito, vt quando iudex iuſte profert ſententia mortis, & debitæ executioni demandatur. Vndecimo eſt irregularis, qui defert ligna, vt viuus comburatur hæreticus, ſi ex eis coopereiur ad mortem, S. Ant. 3. p. tit. 28. c. 2. §. 5. Duodecimo qui concomitant ad occidendum, vt notarius, ſatellites, aut cuſtos damnati, & omnis, qui præbet inſtrumentum ad occidendū, ſeu ad aliquod membrum debilitandum. Decimo tertio, qui indicat malefactorem, vt capiatur, & inde mors, & mutilatio ſequatur. Decimo quarto, qui hortatur condemnatum, vt acceleret ad mortem, ſeu ad mutilationem, & qui acuit gladium, vt minori cum dolore fiat executio, Nau. Man. Confeſſ. c. 27. nu. 216. & ſeq. ſuper quibus irregularitatibus ſolus Papa diſpenſat, ſed longe facilius, quam ſuper his, quæ cum delicto proueniunt, ſi tamen fuerit occulta diſpenſat etiam Epiſcopus Conc. Trid. c. liceat Seſſ. 24. de reform. non tamen eſt irregularis, qui ſuæ vtilitatis cauſa indicat furem, ſeu alterum malefactorem ad conſequendam reſtaurationem damni, cum proteſtatione, quod id agit ad redimendam vexationem ſuam, non autem intendit, quod malefactor occidatur, ſeu mutiletur, not. c. prælatis de homicid. 6. ſecus, ſi cauſa alienæ vtilitatis id ageret, Nauar. d. loco, nu. 217. ſimiliter nec Clerici intereſſentes bello iuſto exhortantes ad victoriam milites, abſque animo occidendi & mutilandi, nō ſunt irregulares, nec illi, qui dant arma ad bellandum iuſte cauſa conſequendi victoriam, non autem occidendi, aut mutilandi, Nau. d. loco, nume. 216.

Irregularitas quibus ex cauſis inferatur ratione delicti. Quęſt. XXXV.

TRigeſimoquinto quæro quibus ex cauſis irregularitas inferatur ratione delicti? Reſp. pluribus; Primo qui iterat ſacramentum Baptiſmi, c. eos de confecr. diſt. 4. tam ex parte conferentis, quam ſuſcipientis, c. 2. de Apoſtatis, ampl. etiam, ſi id ignoranter fiat, capi. qui bis ignoranter, de conſ. diſt. 4. niſi ignorātia eſſet probabilis, & iuſta: Scot. in 4. diſt. 6. quæſt. 8. Didac. Clem. 1. de hom. p. 1. in princ. nume. 8. hoc idem non eſt de alijs ſacramentis imprimentibus characterem, vt ſunt confirmatio, & ordo, quia cum irregularitas ſit pęna; ex qua non eſt expreſſa in iure non cenſetur poſita, Scot. in 4. ſent. diſt. 7. q. vl. quem ſequuntur com. doc. Did. d. Cle. 1. p. 1. in prin. num. 8. & hom. Palud. d. diſt. 7. q. 2. Secūdo eſt irregularis, qui egerit ſolemnem pœnitentiam, quia non poterat iniungi, niſi cauſa grauiſſimi & admodū publici criminis, cōc. 4. Cartag. ca. 68. cap. ex pęnitentibus, cap. in capite, cap. ſi quis, capi. canones c. pęnitentes 50. diſtinct. S. Thom. in 4. ſent. diſt. 14 q. 1. ar. 5. vbi Palud. q. 7. S. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 17. §. fin. Tertio eſt irregularis, qui ſuſpenſus ab officio eius miniſterium exequatur, & in eo miniſter erit, capit. 1. de re iudic. c. 1. de ſentent. excommun. 6. Didacus Clem. 1. de homic. par. 1. §. 1. nume. 1. Quarto eſt irregularis, qui exercet actum ordinis in excommunicatione maiori, ſecus in minori ſciens, ſeu ſcire debens, c. ſi celebrat de Clerico excom. min. dicitur ſciens, vel debens ſcire, quia ignorantia craſſa nō excuſat. Quinto eſt irregularis, qui minores ordines, & ſubdiaconatum eadem die ſuſceperit, & qui duos ſacros ordines eadem die accepiſſet, S. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 16. Nau. Man. Conf. c. 27. numer. 241. Sexto qui ordinatur ſciens ab Epiſcopo, qui ſe abdicauit à ſuo Epiſcopatu quamuis facultatem à ſuo Epiſcopo ſe ordinandi ſuſceperit, nam debet intelligi facultas, vt poſſit ab eo, qui poteſtatem habet, capitu. ſecundum. 19. diſtinct. cap. quod quidam, §. quamuis, 1. q. 7. hoc idem, ſi ab Epiſcopo excommunicato, ſeu ſuſpenſo, depoſito, vel degradato, nam licet characterem ſuſcipiat eſt tamen irregularis, capit. gratiam, capit. ſtatuimus, 1. q. 1. Septimo, qui ordinatur per ſaltum eſt irregularis, nam licet ordinem ſuſcipiat non promouetur ad alterum abſque diſpenſatione, gloſſ. capit. ſollicitudo. 52. diſtinct. ca. 1. de Clerico per ſalt. prom. Octauo eſt irregularis, qui vtitur ordine, quem non habet, cap. 1. de Cler. non ord. min. modo illo vtatur ſerio non ioco, cap. illud 15. q. 1. Nono eſt irregularis violans interdictum generale, aut ſpeciale, ſi eſt Clericus, laycus autem violando interdictum, licet peccet mortaliter, non tamen eſt irregularis, Nau. Man. Confeſſ. cap. 27. nu. 190. ſi quis autem exercuerit actum ordinis, tempore quo fuerit facta ceſſatio à diuinis, non eſt irregularis, quia ipſa non eſt cenſura, Nau.

dict. loco, nume. 188. Didacus, capit. Alma mater, parte 2.§.2. num. 2, quo in casu solus Papa ad ascendendum ad maiorem ordinem dispensat, quamuis ad vrendum accepto possit Episcopus, Abb. capit. primo, de Cler. non ord. min. si quis igitur excommunicatus excommunicatione maiori interdictus, aut suspensus, qui sciens, aut scire debens, celebrat diuina officia, faciendo solemniter aliquid alicui certo ordini suo deputatum, tanquam ordinatus tali ordine, aut audit, aut orando est irregularis, Doct. com. c. 2. de Cler. excomm. min. si vis autem plenius instrui de irregularitate, vide Tract. ipsius Simonis Maioli Episcopi Viutrariens.

Casus reseruati, qui sint. Quæst. XXXVI.

Trigesimosexto quæro, qui dicantur esse casus reseruati? hanc q. posui; quia nullus est casus reseruatus Papæ, quin habeat annexam aliquam censuram, quamuis aliud sit casus reseruatus, aliud censura eius, quæ est pęna, Nauar. capit. 27. nume. 151. S. Anton. 3. p. tit. 2. cap. 21. versi. casus, colum. 1. est enim casus reseruatus peccatum, cuius absoluto à iure positiuo est probibita præsbytero, qui solum diuina ab omnibus potest absoluere, iuxta illud quorum remiseritis &c. Iohan. cap. 20. gl. c. 2. de pęni. 6. immo esset hæreticum dicere Episcopum non posse, sibi aliquor casus reseruare, Concil. Trid. Sess. 7. cap. 11. vnde pro solutione huius, q. not. est primo, quod quidam sunt casus qui reseruantur pōtifici, quidam Episcopis: Episcopi tamen possunt absoluere ab omnibus casibus occultis reseruatis Papæ, Concil. Trid. Sess. 24. c. 6. de. reformatio, exceptis ijs, qui sunt in Cæna Domini, & quilibet sacerdos potest absoluere in articulo mortis ab omni casu cuicumque reseruato, Nau. Man. Confess. cap. 27. nu. 254. Secundo not. quod facultas concessa absoluendi à casibus Papalibus conceditur per ipsam facultas absoluendi a censuris Papæ reseruatis; S. Anton. 3. par. titul. 21. Tertio not. quod simplex parrochus potest absoluere ab omni casu habenti annexam censuram, quando dicta censura fuerit sublata arg. cap. cum cessante de appellat. Quarto, si Episcopus concedit alicui facultatem absoluendi à casibus reseruatis, non videtur concessisse absolutionem à censuris, nisi de his expressa mentio fiat; aliud enim est pecccatum, aliud censura, & ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minor. Similiter Episcopus concedendo alicui omnem facultatem suam ad audiendam confessionem, non videtur concedere casus, sibi reseruatos iure communi, aut speciali, aut consuetudine generali, vel speciali, not. c. fin. de offic. vic. 6. nisi ex illa concessione mens illius colligeretur saltim tacita, quod talem facultatem concedere vellet, arg. capit. intelligentia, de verb. sig. Ad quæst. Resp. quod casus reseruati summo Pontifici sunt ij, de quibus dicam cum de excommunicatione agemus, casus autem reseruati Episcopo sunt nonnulli, aliqui tamen habent annexam censuram, de quibus etiam inferius suo loco sunt præterea alij, videlicet incendiarij cap. pessimam, 23. q. 8. Secundo peccatum, ob quod pœnitentia solemnis venit imponenda, quæ imponitur tantum ob peccatum notorium graue, & scandolosum, gl. cap. fin. 26. q. 6. quæ pœnitentia non est amplius in vsu. Tertio reseruatur casus homicidij voluntarij gl. extr. 1. de priuileg. Quarto reseruatur casus falsarij, Abb. ca. 1. de crim. fals. Quinta violatio libertatis, Eccl. Nauar. Man. Confess. c. 25. nu. 17. licet sæpe sit talis, vt reseruetur in Cæna Domini. Sexto, peccatum retinendi incerta aliena idem, c. 17. nu. 92. & isti vltimi tres casus reseruari solent de consuetudine, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 259.

Excommunicatio, quid sit. Quæst. XXXVII.

Trigesimoseptimo quæro, quid sit excommunicatio? Respon. excommunicatio est censura Ecclesiastica propter contumaciam, vel crimen in singulares personas lata à communione fratrum & sacramentorum tantum exclusoria, Iohan. de Lign. tract. de censura Eccl. §. 1. num. 1. ibi censura stat loco generis, ibi propter contumaciam, vel crimen ponitur ibi causa materialis illius, ponitur etiam implicite aliquid de forma, dum dicitur contumacia propter monitionem, quæ requiritur inferenda ab homine capit. sacro, de sent. exc. capit. 1. eod. tit. 6. ibi (in singulares personas) tangitur materialis causa circa quam, & ad differentiam interdicti, quod fertur in vniuersitatem, c. Romana. §. vniuersitatem de senten. excomm. 6. ibi. (à communione fratrum, & sacramentorum tantum exclusoria) comprehenditur maior, & minor; maior quatenus excluditur communio fratrum, & sacramentorum, minor autem quatenus dicitur sacramentorum tantum capit. si celebrat, de Cler. exc. min. & per hoc tangitur effectus, & finis immediatus excommunicationis, & ex hoc dicitur excommunicatio, à communione exclusio, tam sacramentorum, quam fratrum, capitulo nihil 16. quęstio. tertia cap. canonica 2. q. 3. cap. duas, 33. q. 4. Iohan. d. §. 1. numero 3.

Excommunicatio quotuplex sit. Quæst. XXXVIII.

Trigesimooctauo quæro, quotuplex sit excōmunicatio? Resp. duplex, maior scilicet, & minor; maior separat à communione fidelium, & participatione sacramentorum actiue, & passiue; minor autem à participatione passiua tantum sacramentorum, Caiet. ver. excōmunicatio, in princ. nu. 3. & seq. Socinus rubr. de sent. exc. nu. 17. Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 1. est etiam alia lata à iure, alia ab homine.

Excommunicationis appellatione, de qua intelligatur. Quæst. XXXIX.

Trigesimonono quæro, an appellatione excōcationis intelligatur de maiori, an de minori? Resp. quod quamuis in pœnis soleat intelligi de minori c. in pœnis, de reg. iur. 6. tamen cum iur.

seu

seu iudex excommunicat aliquem simpliciter absque expressione maioris, vel minoris intelligit, de maiori excõmunicatione, D. cõ. c. pen. de sent. exc.

Excommunicationis à iure, & ab homine differentia. Quaest. XL.

QVadragesimo quaero, quid differant inter se excommunicatio lata à iure, & ab homine? Resp. quod excommunicatio, quę fertur à iure est, quia generaliter ius commune, vel particulare excommunicat eum, qui illud, aut illud fecerit, aut non fecerit c. 2. de const. 6. Clem. 1. §. verum, de haeret. lata vero ab homine est, quam iudex generaliter fert in eum, qui illud fecerit, vel non fecerit; quae in hoc differunt, nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio, eo, qui eam tulit: S. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 74. dummodo non sit affecta antequam ipse moreretur: at lata à iure secus, not. cap. fin. de offic. delegati, alia est differentia, quia excommunicatio lata ab homine ipse solus potest absoluere, aut successor illius, seu superior, vel delegatus, nisi in casu, c. quaerenti de offic. delegati, & nisi in incendiarijs, qui excommunicantur ab Episcopo, & tamen ab eo non absoluuntur, sed à Papa, c. tua, de sentent. excommunic. & dicam inferius suo loco: excõmunicatio vero à iure potest absolui, quando nemini reseruatur à quolibet habente potestatem absoluendi à peccatis, vt dicam ego suo loco inferius.

Excommunicatio iusta, vel iniusta, an sit timenda. Quaest. XLI.

QVadragesimoprimo quaero, an excommunicatio iniusta sit timenda? Respon. quod sic; c. 1. 1. q. 1. ibi sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit timenda est; si tamen sententia fuerit iniusta obligat excommunicatum ad seruandum eam, quoad populus sibi persuadeat causas iniustas ad euitandum scandalum, not. cap. penul. de sentent. excommun. quo cessante in foro interiori nihil obligat, Caiet. tract. 10. de effect. excomm. q. 2. vbi excommunicatio iniusta nõ est proprie excommun. sicut mortuus homo non est homo, iniusta autem dicitur quinque modis; Primo ex defectu iurisdictionis, capit. nullus de Parroch. Secundo quando fertur contra tenorem priuileg. cap. quando de priuil. Tertio quando fertur post legitimam appellationem, cap. per tuas, de senten. excommun. ca. ad praesentiam de appellat. Quartò, quando continet intolerabilem errorem, & iniustam causam, cap. venerabilis, §. fin. de sent. excom. 6. c. qui praeest, 11. q. 3. Quinto ex defectu formae, nempe, si non praecesserit debita monitio, de qua inferius latius dicetur.

Excommunicatio lata sententia, & ferendae sentẽtia quomodo cognoscatur. Quaest. XLII.

QVadragesimosecundo quaero, quomodo cognoscatur excõmunicatio latae sẽtẽtiae & ferendae sententiae? Resp. pluribus modis; & primo ponam regulas cognoscendi canones latae sententię quarum prima est cum dicitur, aliquatenus locum non habeat, denotat quod si actus fiat erit nullus ipso iure, gl. fin. capitul. praesenti, de sentent. excommun. 6.

Secunda est cum dicitur plenissimam firmitatem habeat, denotat ipso iure actum stabilem.

Tertio, cum dicitur ipso iure denotat ipsum ius disponens absque alia declaratoria hominis.

Quarto omnibus modis denotat ipso iure.

Quinto penitus denotat ipso iure.

Sexto careat, denotat ipso iure.

Septimo fiat excommunicatus denotat ipso facto.

Octauo subiaceat, denotat ipso facto c. si quis 17. q. 4. c. quicumque, de haeret. 6.

Nono, nullatenus fiat, nisi tali modo denotat, quod si fiat contrarium non teneat, & ita actus est ipso iure nullus.

Decimo, nullas vires obtineat denotat ipso iure, quia habetur pro priuato.

Vndecimo, sciat se excommunicatum, nisi satisfecerit: ista sunt verba latae sententiae in casu inobedientiae.

Duodecimo, excommunico te, est canon latę sententiae.

Decimo tertio eo ipso excommunicationem incurrat est canon latae sententiae.

Decimo quarto, praecipimus, & omnino contradicimus ne Missam cantet, vel huiusmodi, ista sunt verba latae sententiae suspensionis.

Decimo quinto interdicimus est canon latę sententiae.

Decimo sexto de iure non tenet, denotat ipso iure.

Decimo septimo non obtineant roboris firmitatem, significat irritum ipso iure.

Decimo octauo: irritum sit denotat nullitatem ipso iure Concil. Trident. capitulo 6. Sess. 25. de reformat.

Decimo nono, alioquin excommunicatũ te esse cognoueris denotat ipso iure.

Vigesimo, noueris te anathemate percussum, est canon latae sententiae.

Vigesimoprimo, nullus ei communicet est canon latae sententię.

Vigesimosecundo, prorsus, protinus, funditus, mox sunt latae sententiae.

Vigesimotertio, alias potestatem tibi noueris interdictam, denotat abdicationem potestatis ipso iure.

Vigesimoquarto, nullius sit roboris, vel momenti, denotat actum esse nullum ipso iure.

Vigesimoquinto, sit excommunicatus, denotat ipso facto, sicuti, si dicatur sit infamis, est latae sententiae.

Vigesimo sexto, sit Anathema est canon latę sententiae, vnde in Concil. Trident. dicitur, si quis dixerit, & c. vt in Sessio. 6. & seq.

Vigesimoseptimo, excommunicationem incurrat, denotat latam sententiam, glossa Cle. prima ver.

verſi.incurrant de vſuris.

Vigeſimooctauo, omnino denotat ipſo iure, ſed quando additur verbo futuri temporis non ſemper, Felin.ca.Rodulphus, num.61.de reſcr. Et hæ ſunt regulæ quibus cognoſcitur canon latæ ſententiæ, aliæ regulæ ſunt quibus cognoſcitur canon ſententiæ ferendæ, quarum.

Prima eſt, amittat, hoc verbum non ſonat in prę teritum, ſed futurum, niſi addatur ipſo iure.

Secundo, puniatur non denotat ipſo facto, ſed requirit ſententiam iudicis.

Tertio, ſub interminatione anathematis, non denotat ipſo iure.

Quarto, cadat ab omni iure ſuo, denotat per ſẽtentiam iudicis.

Quinto, ſubijciatur non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferẽdæ a iudice, ſecus, ſi dicatur ſubiaceat.

Sexto, habeatur pro excommunicato requirit ſententiam.

Septimo, excommunicationem ſe nouerit incurſuram, non eſt canon latæ ſententię, ſed ferendę.

Octauo, nouerit ſe ſuſpenſum eſt canon ferendę ſententię, niſi ex verbis legis, ſeu iudicis, aliter mẽs colligatur.

Nono, ſub pœna excommunicationis prohibemus, non eſt canon latę ſententię, ſed ferendę.

Decimo excommunicentur, non eſt canon latæ ſententiæ, ſed ferendę, quę regulę ponuntur in Cathechiſmo Placentinæ Dięceſ. tit. quando intelligatur canon ſententię latę pag. 577.

Vndecimo, ſi lex dicat prohibemus ſub anathemate, non eſt canon latę ſententię, ſed ferendę, glo. cap. vnico, de ſagittarijs.

Duodecimo, ſi iudex dixerit, præcipio ſub pœna excommunicationis, ſiue ſub interminatione excommunicationis, ſiue anathematis, ſiue excommunicatione, vt hoc facias non eſt excommunicatus contrarium faciens, ſed excommunicandus, c. illud de locato, quæ omnia intelliguntur cum ſub conditione excommunicatio lata fuit, ſi verò iudex dixerit, excommunico, quicunque furtiuè ad órdines acceſſerit, & tunc contrarium faciens eſt excommunicatus, no. c. ſicut, il 2. de ſimon. glo. d. c. vnico, de ſagittarijs.

Excommunicationis maioris, & minoris differentia. Quęſt. XLIII.

QVadrageſimotertio quæro, quibus in cauſis differat excommu. maior a minori? Reſpo. in multis. Primo differunt nomine, l. ſi idem, C. de codicillis. Secundo differunt forma, cap. detrahe, 2. q. 1. non enim eſt eadem forma ferendæ huius excommunicationis, ca. 1. de ſen. excom. 6. Tertio differunt effectu, nam maior ſeparat a communione fidelium, & ſacramentorum, actiue, & paſſiue: minor autem a communione ſacramentorum paſſiue tantum, c. ſi celebrat, de cler. excom. min. c. nemo, 11. q. 3. Quarto differũt in cauſa propter quã, nam maior propter contumaciam, & mortale peccatum propter participationem tantum cum excõmunicato, & propter peccatum veniale regulariter, nam participare cum excommunicatio non eſt mortale in caſu, de quo infra q. 51. not. cap. ſacra, quod met. cau. ca. nuper, de ſent. exc. Ioan. de Lig. tract. de ſen. exc. §. 3. nu. 5.

Excommunicatio maior quotuplex ſit. Quęſt. XLIIII.

QVadrageſimoquarto quæro, quotuplex ſit excommunicatio maior? Reſpo. duplex; nam quædam lata eſt a canone, quædam lata ab homine, lata a canone quædam lata abſque hominis miniſterio, vt cum quis incidit ipſo iure, quædam lata a canone cum hominis miniſterio, vt in canonibus ferendę ſententię; excommunicatio verò lata ab homine eſt, cum iudex, ſeu alter poteſtatem habens prohibet, vel pręcipit aliquid fieri, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſeu ferendæ, prout ſibi expedire videbitur, quas nemo incurrit abſque peccato mortali, Ioan. de Lig. tract. de cenſura eccleſ. §. 3. num. 8.

Ex communicatio minor quotuplex ſit. Quęſt. XLV.

QVadrageſimoquinto quæro, quotuplex ſit excommunicatio minor? Reſp. quòd excommunicatio minor ſumitur aliquando pro ſola ſeparatione a Deo tantum, quæ ſolum per peccatum mortale inducitur abſque alio militantis Eccleſiæ miniſterio, Eſa. 59. iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum, Hoſt. c. quorundam, de iud. & hæc propriè non eſt cenſura eccleſiaſtica, aliquando ſumitur pro ſeparatione a ſacramẽtorum participatione paſſiua, & tunc aut inducitur a canone propter participationem cum excommunicato maiori, c. nuper, de ſen. excom. cap. cum excõmunicato, 11. quæſtio. 3. aut inducitur ab homine per ſententiam, qua aliquando homo ſeparatur a communione fidelium, & non ſacramentorum, quandoque a participatione ſacramentorum, & non fidelium, c. in loco, 5. q. 4. c. placuit, 18. diſtinc. c. quorundam, 33. diſti. cap. ſi quis, de alterius, 58 diſt. ex quibus apparet, quod tot ſunt excommunicationes, quot communiones, Ioan. de Lign. tract. de cenſ. Eccleſ. §. 3. nu. 11.

Excommunicare quis poſſit. Quęſt. XLVI.

QVadrageſimoſexto quęro, qui poſſint excommunicare? Reſpo. quod Papa, & omnes alij prælati, & ſi ſint minores Epiſcopis, vt Abbates, Prępoſiti, & Priores Eccleſiarum collegiatarum regularium, & ſæcularium, etiam, ſi non ſint conſecrati, neque benedicti, modò ſint promiſi, quia hi omnes iuriſdictionem habentes poſſunt excommunicare ſuos ſubditos, cap. tranſmiſſam, c. ſuffraganeis, de elect. cap. cum ab eccleſiarum, de offic. ord. omniſque alius habens iuriſdictionem non ſolum de iure, ſed etiam de conſuetúdine, c. duo ſimul, de offic. ord. cap. cum contingat, de foro competenti.

pet. Similiter capitulum sede vacante excommunicare potest, cap. cum olim, de maior. & obed. Tertio delegati Apostolici, & ordinariorũ, excommunicare possunt, cap. de his, 11. dist. cap. p. G. de de offic. deleg. Quarto Concilium Prouinciale potest excommunicare Episcopum, capit. primates, 2. q. 1. non tamen Episcopus excommunicat extra suam Diœcesim, etiam suos subditos, cap. Episcopum, 11. q. 3. nisi tamen pro causa spectanti ad iurisd. illius, quo casu posset contra ipsum procedere cum monitionibus ad domum eius, & ad loca publica; item nec mulieres excommunicare possunt, neque layci, Didac. c. Alma mater, par. 1. §. 11. nu. 2. & seq. Quarto neque quisquam se ipsum, leg. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. omn. iud. Quinto nec consuetudo sola absque sententia, aut constitutione, ni si legitime præscripta sit, aut approbata à superiore, quia tunc quantum ad suos subditos vim habet statuti, Ang. ver. excommunicatio, il 1. nu. 6. Sexto neque excommunicatus potest excommunicare, c. Abb. c. excommunicato, nu. 5. de rescr.. cum dilecti, de dolo cont. Fel. c. ad probandum, de re iud. Septimo neque delegatus extra causam, sibi commissam, capit. cum olim, il 1. de offic. deleg. Ioan. de Lign. d. loco, §. 22. nume. 5. Neque excom. lata per non suum iudicem potest haberi rata à suo ordinario, Inno. c. prudentiam, de offic. deleg. §. 6. no. c. 1. 9. quæst. secunda.

Excommunicari qui possint. *Quæst.* XLVII.

Q Vadragesimoseptimo quæro, qui possint, vel non excõmunicari? Resp. Primo quod Archiepiscopus à Subdiacono potest excommunicari quando est delegatus à sede Apostolica, c. si Episcopus, 2. q. 6. Secundo Imperator, & Princeps excommunicari possunt à suo Episcopo, cap. Valentinianus, 63. dist. c. duo, 96. dist. capit. quoniam, 8. dist. qui solum pro notorijs, præmissa etiam monitione, excommunicantur, Ioan. de Lig. tract. de censuea eccl. §. 21. nu. 3. Tertio etiam moe tuus excommunicari potest, & absolui, cap. à nobis, de sen. exc. c. vlt. de sepul. cap. si aliquis, 6. q. 7. Quarto ignorans, & absens excommunicari possunt, non tamen obligantur, quoad Deum antè sciẽtiam excommunicationis, c. nemo, 11. q. 2. Non tamen excommunicari potest, nisi Christianus, §. si autem, 24. q. 1. Ioan. de Lig. tract. de cens. eccl. §. 21. nume. 6. Secundo non debet excommunicari male factor, vbi est periculum scismatis, vel scandali, c. cum quisquis, 23. q. 4. c. vt constitueretur, 50. dist. c. ipsa pietas, 23. q. 4. Tertio non subditi excommunicari non possunt. Quarto non potest excommunicari vniuersitas, cap. Romana, §. in vniuersitate, de sen. exc. 6. Quinto non possunt excommuniari ab homine, nisi contumaces, ca. nemo, 2. q. 3. cap. tam sacerdos, 23. q. 3. Ioan. de lig. de cens. Eccl. §. 21. nu. 5. non tamen illi, qui parere nõ possunt. Nau. Man. conf. c. 27. nu. 14.

Excommunicari pluries, an quis possit. *Quæst.* XLVIII.

Q Vadragesimooctauo quæro, vtrum quis possit pluries excommunicari? Respond. quod sic, capitulo engeltrudam, 3. q. 4. & tot absolutiones expediunt quot fuerunt excommunicationes. vel vna, vbi omnia vincula exprimã tur, per habentem potestatem, Inno. c. super his, de fide instr. c. cum pro causa, de sen. exc. Ioan. de Lig. d. tract. §. 21. nu. 3.

Excommunicationis causæ, quæ sint. *Quæst.* XLIX.

Q Vadragesimonono quæro, quæ sint causæ ferendę excommunicationis? Res. quod nemo debet excommunicari excommunicatione maiori, nisi ob contumaciam mortalem, qua persistit in peccato mortali præterito, aut in futura inobedientia non comparendi iusto præcepto facto, præcedente mora, culpa, aut offensa, c. nullus c. nemo, 11. q. 3. ca. 1. de iud. c. à nobis, cap. sacro, de sen. excom. c. Romana, §. caueant, eod. tit. 6. vnde nemo incurrit excommunicationem impositam à canone generali, vel particulari, nisi peccando moe taliter, Palud. 4. dist. 18. q. 1. arg. 1. quod idem dicẽdum est de excommunicatione generali lata ab homine, Nau. Man. conf. c. 27. numer. 10. ex quo fundamento, ita facto infertur primo, quod quis potest excommunicari pro præteritis culpis, & pro futuris præcedente culpa, vel offesa, cap. Romana, de sen. exc. 6. Secundo non solum propter culpam, sed etiam propter negligentiam quis potest excommunicari, c. nemo, de consecr. dist. 2. Tertio dominus potest excommunicari propter contumaciam procuratoris, c. 1. vt lite non cont. c. 1. de dolo, & cont. Ioan. de Lig. d. loco, §. 23. nu. 2. nõ tamen potest fami lia excommunicari ob delictum domini, c. si habes 24. q. 3. Ioan. d. loco, nu. 2.

Excommunicationis causa formalis. *Quæst.* L.

Q Vinquagesimo quæro, quæ sit causa formalis excommunicationis? Resp. quod quãdo excommunicatio fertur à canone, aut statuto, ita vt qui fecerit il'ud, aut illud ipso facto sit excommunicatus, aut quod illud, aut illud non fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ non requirit præcedentem canonicam monitionem, doct. com. c. sacro, de senten. excom. nam statim eo, quod contra legem fit, est quis ipso facto excommunicatus, c. siquis suadente, 17. q. 4. c. à nobis, de senten. exc. quod si ipso facto non inferatur, sed requiratur sententia tunc non debet ferei, nisi præcedẽte trina monitione, cum interuallo saltim duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem aut vnam pro tribus concedendo sex dies pro illis quando non est periculum in mora, nam tunc poset minui tempus, alioquin non præmi ssa monitione,

beneficia conferre; nisi quando est occultus, capit. cum dilectus, de consuet. cap. ad probandum, de re iud. Decimonono excommunicatus in vna ecclesia est excommunicatus in omnibus, quia sequitur ipsum sicuti lepra leprosum, no. c. pastoralis, de appel. c. vt priuilegia, de priu. & excommunicatio lata in vno iudicio praeiudicat in alio, c. per inquisitionem, de elect. c. item 3. q. 3.

Participare cum excommunicatis, quibus in causis liceat? Quaest. LII.

QVinquagesimosecundo quaero, quibus in casibus liceat participare cum excommunicatis? Respondetur in pluribus; qui comprehenduntur istis versibus,

Haec anathema quidem soluunt, ne possit obesse,
Vtile, lex, humilis, res ignorata, necesse,

ibi (vtile) vt qui participat cum excommunicato ad eius conuersionem, cap. responso, cap. cum voluntate, de sent. exco. vel ad vtilitatem propriam petendo, quod sibi debetur in iudicio, aut extra, cap. quoniam legimus, de iudic. aut consilium spirituale valide necessarium, quando non occurrit alius similis, a quo petatur ibi (lex) vt vxor excommunicati, quae lege coniugij obligatur ad manendum cum viro ibi (humile) vt filij, serui, famuli, laboratores, & alij, qui ante excommunicationem erant illi subiecti, qui inseruire tenentur, cap. quoniam, 11. q. 3. nisi eorum consilio, fauore, & auxilio perseueret in ea contumacia, cap. inter, & cap. si verè, de sent. exc. si verò scientes post excommunicationem coeperunt viuere cum eis, non excusantur, ibi (res ignorata) excipitur ignorans ignorantia facti, & etiam quando esset iuris dubij, ibi (necesse) excluditur, qui participat propter magnam necessitatem propriam, vel excommunicati, vt quia alter alterius eleemosyna indiget, quam ab alijs commodè habere non potest, c. quoniam, 11. q. 3.

Excommunicationis minoris effectus. Quaest. LIII.

QVinquagesimotertio quaero, qui sint effectus excommunicationis minoris? Respon. quod proprius, & praecipuus effectus est, vt separet solum a participatione passiua sacramentorum, & ideo potest vti omni iurisdictione, & potest eligere, sed non eligi, capit. si celebrat, de Cler. exc. min. & potest ministrare sacramenta, si dando non recipiat. Secundus est effectus, quod excommunicatio non transit in tertiam personam vnde qui participat cum excommunicato minori non efficitur excommunicatus, gl. c. excellentissimus, 11. q. 3. & excommunicatus excommunicatione minori, si celebrat nō est irregularis, quia nō est suspensus ab aliquo actu ordinis, Didac. capit. Alma mater p. 1. §. 8. nu. 1. cap. si celebrat de Cler. excom. min.

Excommunicatio minor quomodo incurratur. Quaest. LIIII.

QVinquagesimoquarto quaero, quomodo quis incurrat excommunicationem minorem? Respondetur iuxta Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 11. quod refert, Nau. Man. Confess. cap. 27. num. 35. & Cathechis. Placentinae Diaeces. ti. de euitanda excom. pag. 364. vbi, ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniendum conscientijs timoratis, constituimus, vt nemo post hac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in alijs diuinis officijs, aut extra illa ratione alicuius sententiae, aut censurae Ecclesiasticae, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut a iure generaliter promulgata, neque seruare interdictum Ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura, non fuerit promulgata, & denunciata specialiter, & expressè a iudice contra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut locū certum, aut certam, neque manifestè constet incurrisse sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari; quia a communione huius vult, quod se separent iuxta Canonicas constitutiones, per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.

Et quàmuis Nauar. d. loco dicat, quod praedicta Extrauagans sit vsu recepta cum illa sola limitatione de excommunicatione manifesta percussionis Clerici, nihilominus arbitror non esse recedendū a verbis claris d. Extrauagantis, in claris enim, nō est opus coniecturis, l. continuus de verb. oblig. & vbi sunt verba clara, non est habenda quaestio voluntatis; sicuti, qui certius est amplius certiorari nō debet, & facit ratio excommunicationis maioris, quae priuat a communione fidelium, alioquin non procederet, vnde quotiescumque occurrerit, quod aliquis sit notorie excommunicatus, quocumque modo, quo non possit occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari, euitandus esset, nec obst. quod ob multitudinem haereticorum, in Gallia, & in Germania (quia sunt notorie excommunicati) redderetur commercium difficilè per catholicos, quod esset durum, si euitandi forent; nam respon. quod multitudo hereticorum, & necessitas communicandi, & negotiandi facit licitum, quod alias non esset, cap. quod non est licitum de reg. ior. & reducitur sub vno ex illis casibus exceptis nempè (vtile) vel (necesse) dummodo non cōmunicent, nisi in casibus necessarijs, & cum his non agatur de rebus fidei, nisi ad eorum conuersionem, & emendationem: Incurrit etiam minorem excommunicationem, qui publicè in Ecclesia orat pro ex communicato denunciato, Nauar. Man. Confess. c. 27. num. 36.

Absoluere ab excommunicatione quis possit. Quaest. LV.

QVinquagesimoquinto quaero, quis possit absoluere ab excōicatione? Resp. distinguēdo,

aut loquimur de minori excommunicatione, aut de maiori; Primo casu potest absoluere à peccatis. Secundo autem casu, aut est lata à iure, aut ab homine, si fert à iure, aut est alicui reseruata, aut nō si seruata fuerit alicui ab eo tantum absolui potest cui est reserecuata, seu ab eius superiore, si vero nemini reseruata fuerit poterit absolui à quolibet habente potestatem absoluendi à peccatis mortalibus Innoc.& Host.c.nuper, de sent.excomm.S.Thom. & Bonau.in 4.sen.dist.18.vbi Bonau. q. 6.in fine, & S.Thom.q.2.art.6.Sylue.ver.absolutio 1.q.5.& Ang.d.loco,nu.2.Iohan.sum.Conf. lib.3. tit. 33.q. 85.Maior,in 4.dist.18.q.2.dub.3.qui dicit hanc esse com.Nauar.Man.Confess.capit.27.numero 39. Rayn.ver.excommunicatio; cap. 6.Dom. Sot.in 4. dist.22.quæst.2.art.3.Phil.in man.sacerd.Ratio est quia excommunicatio imponitur ratione peccati; ergo quicumque habet potestatem absoluendi à peccatis, habet iurisdictionem absoluendi à censura, quæ imponitur ratione peccati arguendo à concessione antecedentis ad concessionem consequentis; alia ratio est, quia si huiusmodi excommunicatio esset Episcopo reseruata, prout supponunt quidam Canonistæ, non opus esset, vt exprimeretur, cuius absolutionem nobis reseruamus, seu Episcopo; cum ergo ius per huiusmodi clausulas specialiter sibi absolutiones reseruet, signum est, quod non facta reseruatione, quilibet qui potest à peccatis absoluere, possit etiam ab excommunicatione, argum.leg.cum prætor; de iudic. Inclusio enim vnius est exclusio alterius, & ita determinat, Nauar. Man. Confess. capit.27.numero 39.non obst. opinio com. Canonistarum, de qua per Didacum, capit.Alma mater, 1.part.§. 12. numero quinto, de sentent.excomm.6.nam respo.potest, vt iura iuribus cōcordentur, quod illa opinio procedat in foro exteriori; hæc autem in foro conscientię, seu dicas illam opinionem procedere, vbi esset consuetudo, quod tali casu remitteretur absolutio ordinario, Nauar. d. loco non obst. etiam Extrau.1.de priuileg. nam Resp. quod ibi loquitur de regularibus, qui non habent iurisdictionem ordinariam, prout habent parrochi, nisi eis ex priuilegio aliter sit concessum, qui eo in casu tanquam ordinarius in casibus non reseruatis expresse absoluere potest si vero excōmunicatio ferat ab hie ipse solus pōt absoluere, aut eius successor, supior, aut delegatus cap.pastoralis, §.præterea, de offic.deleg. nisi sit delegatus Papæ, qui potest excommunicare intra vnum annum, quo transacto non potest absoluere, capitulo quęrenti, de offic. deleg. Secundo incendiarius denunciatus ab Episcopo non potest absolui ab eo, cap.tua, de sentent.excomm.Tertio, si executor Papæ, quo iubetur excōmunicare certū hominem absque cognitione causę non potest absoluere postquam excommunicauit, Nauarus, dicto loco, numero quadragesimoquarto. Quarto non sacerdos, si excommunicat non potest absoluere ab excommunicatione vna cum peccato coniuncto cum ea; potest tamen absoluere ab excommunicatione tantum etiam in foro conscientiæ ad effectum, vt absolutus ab ea possit absolui à peccatis, etiam, si sit sola prima tonsura initiatus; Sanctus Thomas in 4.sent.distinct. 18. S. Ant. 3.p.tit. 24.cap.77.Tab.ver.absolutio ab excomm. Nauar. d.loco, nu.41.

Absoluere qui potest ab exc. lata à iure absoluet à lata ab homine generali. Quæst. LVI.

Quinquagesimo sexto quæro, vtrum ille, qui potest absoluere ab excommunicatione lata à iure possit absoluere ab ea, quę generaliter fertur ab homine? Resp. quod sic; Imola, c. graue, colu.4.de præb. Fel.cap. pastoralis, §. praeterea, de offic.ord. Iohan. Andr. & Card. d.capitulo graue, & in capitulo ex frequentibus, de inst. nam reseruatur absolutio lata ab homine ei, qui eam tulit, vel eius successori, seu superiori quando est specialis, secus autem quando est generalis, Nau.d.loco, nume.44.

Absolutus à non habente potestatem ob aliquod impedimentum: eo cessante debet iterum absolui. Quæst. LVII.

Quinquagesimoseptimo quæro, vtrum absolutus ab eo, qui absoluendi potestatem non habet, & hoc faciat ob aliquem morbum, seu alterum iustum impedimentum in necessitatis casu, si eo cesseante teneatur iterum absolui ab eo qui potest? Resp. quod non, sed tenetur se repręsentare superiori ad parendum mandatis alioquin recidit in eandem excommunicationem cap.eos, & ibi not.de sent.exc.6.Nauar.Man.Confess.cap. 27. nume.46.

Satisfacere, an quis teneatur ante absolutionem. Quæst. LVIII.

Quinquagesimooctauo quæro, an quis teneatur satisfacere ante absolutionem? Respon. quod sic: si potest, & si fuerit in articulo mortis, satis est, quod det cautionem saltem iuratoriam, si alter dare non potest, quod idem esset dicendum etiam extra mortis articulum, quia impossibilium nulla est obligatio, Nauarrus Manual.Confess.cap.27.numero 47. siquis tamen satisfecerit debitum, cuius causa fuerit excommunicatus, debet tamen ab ipsa nihilominus excommunicatione absolui, & in hoc differt à suspensione, quę eo ipso tollitur quo satisfactum erit, vt dixi superius de suspensione.

Absolutionis forma ab excommunicatione. Quæst. LIX.

Quinquagesimo nono quæro, quæ sit forma absoluendi ab excommunicatione? Respondeo quod non requirit certa verba for ma substantiali, sed satis est, qd dicatur absoluo à vinculo excōmunicationis, seu restituo te vnitati fideliū, seu sacramētis Ecc.& alia huiusmodi, sicuti nulla verba sūt pscrita p forma substantiali excōicationis,

cationis, Nauar. Manual. Confess. capitulo 27. numer. 12.

Excommunicatus ob aliquod delictum, an comprehendatur consentiens, vel mandans. Quæst. LX.

SExagesimo quæro, vtrum lex communicans facientem aliquid cóprehendat consentientem & mandantem? Resp. regulariter quod non; nisi ex legis tenore id expresse, aut tacite colligatur, quia excommunicatio non debet extendi de vno casu ad alium, quæ cum sit pœna est restringenda, & prędicti non sunt vere, & proprie facientes, Tab. ver. excommun. 5. nu. 49. Nau. Man. Cófess. c. 27. nu. 51. quod arbitror verum, nisi faciens, alias non esset facturus, nam qui causam damni dat, damnú dedisse videtur, & per nos facimus, quod per alium facimus, c. qui per alium, de reg. iur. 6.

Excommunicatus qualiter quis probetur, & præsumatur. Quæst. LXI.

SExagesimoprimo quæro, quomodo probetur excommunicatus? Resp. quod eo ipso, quod quis petit absolui, probatur excommunicatus, c. sacro, de sentent. excom. c. venerabilem, de elect. Iohan. de Lign. tract. de cens. Eccl. §. 28. num. 1. Secundo probatur eo, quia ordinarius dicat eum esse excommunicatum, siue verbis, siue literis, qua attestatione facta vitari debet, Iohan. d. loco, nu. 3. si quis tamen fuerit excommunicatus, neque constet de absolutione semper præsumetur excommunicatus, Didacus, c. Alma mater, 1. parte, §. 2. num. 6. si quis tamen alterum dixerit excommunicatum id debet probare, quia est actor, lege secunda de probat. & quia quis præsumitur bonus, leg. merito pro socio.

Excommunicatus excommunicatione minori, an possit absoluere. Quæst. LXII.

SExagesimosecundo quæro, an excommunicatus excóïcatione minori possit absoluere? Respon. quod sic, quia priuatur, participatione sacramentorum passiua, nó autem actiua Doct. cap. duobus, vbi Inno. de sen. exc. Iohan. de Lign. tract. de censura, Eccl. §. 26. nu. 19.

Communicans cum excommunicato in crimine, an sit excommunicatus. Quæst. LXIII.

SExagesimotertio quæro, vtrum participans cú excommunicato in crimine sit excommunicatus excommunicatione maiori, vel minori? Resp. quod, si particípat secum in crimine damnato incidit in maiorem, communicans autem in simplici communione, incidit in minorem, Innoc. c. qui cómunicauerit, 11. q. 3. Ioan. de Lig. tract. de cens. Ecclef. §. 27. nu. 1.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus, quomodo absoluatur. Quæst. LXIIII.

SExagesimoquarto quæro, quomodo absoluatur excom municatus pluribus excommunicationibus? Pro resolutione huius articuli. Resp. Primo, quod excommunicatus pluribus excommunicationibus vnius tantum absolutioné petens non censetur à reliquis non expressis liber, etiam si indefinite fuerit ab excommunicationibus absolutus, Doct. com. c. cum pro causa, de sent. exc. 6. S. Thom. in 4. sent. dist. 18. q. 2. artic. 5. nisi absoluens dixerit: absoluo te ab hac excommunicatione, & ab omnibus alijs, quibus ligatus es, quarum nec memineris, neque memoriam habes, ea enim est absoluentis mens, vt & ad omnes alias excommunicationes, velit absolutionem extendi, Iohan. in summa Confess. tit. 33. q. 120. Secundo Respon. quod excommunicatus pluribus excómunicationibus vnica tantum absolutione ab omnibus absoluatur, si omnes fuerint absoluenti significata, & expressa argu. l. pluribus, ff. de acceptilat. & est có. opin. Doct. de qua per Didac. p. par. relect. §. 11. nu. 53. versiculo tertia sit concl. Tertio Respondeo quod absolutio indefinita ab excómunicationibus pluribus ligatus, vnica tantum in petitione nominatim expressa, etiam quo ad alias: sufficit quoties verisimili coniectura præsumi poterit absoluenté, & à tacitis excommunicationibus nihilominus absoluturum, si earum scientiam habuisset, Palud. in 4. sent. dist. 18. quæst. 5. col. pen. Didacus dicto loco concl. 6. Quarto Resp. quod excommunicatus vnica tantum excommunicatione, pluribus tamen ex causis, non censetur ab excommunicatione absolutus, si impetratione absolutionis causam aliquam tacuerit, Doct. capitulo cum pro causa, de sent. exc. 6. gl. & Doct. c. ex parte, de offic. ord. Sanctus Thomas in quarta sententia distinctione 18 quęst. 2. articulo quinto quod procedit, quoties causa tacita fuit æque principalis ad excommunicandum, alioquin valet absolutio, Doct. Clem. 2. de senten. excommun. ampl. etiam, si absolutio esset generalis, non ad expressam, & petitam referri debet; similiter si quis fuerit excommunicatus ex vnica tantum causa, & petierit absolui non expressa vera causa, nulla erit illius absolutio: Sanctus Thomas in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. cap. offic: j, de sent. exc. gl. com. recepta, cap. ex parte, eod. tit. Didacus, d. lo co, nume. 54.

Absolutus in foro conscientiæ, an sit absolutus in foro exteriori. Quæst. LXV.

SExagesimoquinto quæro, vtrum absolutus in foro conscientiæ dicatur absolutus etiam in foro exteriori? Resp. non, quia inter vnum, & alterum multum interest c. quia de immunit. Eccl. Didacus d. loco, nu. 16.

Facultas concessa absoluendi ab omni casu, an possit absoluere ab haeresi. Quaest. LXVI.

SExagesimosexto quaero, vtrum in facultate generali concessa absoluendi ab omni casu etiã Sedi Apostolicae reseruato, intelligatur facultas absoluendi a crimine haeresis? Respo. quod non: nisi specialiter fuerit casus expressus; in generali enim regula non veniunt ea, quae quis verisimiliter in specie non fuisset concessurus, cap. in generali, de reg. iur. 6. Did. c. Alma mater, p. 1. §. 12. num. 15. de sent. excom. 6.

Excommunicatio, quo iure sit introducta. Quaest. LXVII.

SExagesimoseptimo quaero, quo iure sit introducta excommunicatio? Respondetur quod potestas excommunicandi iure diuino tradita est Ecclesiae, attamen forma ipsa, & effectus, scilicet priuare hominem participatione sacramentorum, & suffragijs, & orationibus, non est expressus in Euangelio licet in eo reperiatur talis authoritas, Math. capit. 18. ibi sit tibi, sicut Ethnicus, & Publicanus, si correptus non audierit Ecclesiam, Dom. Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 1.

Absolui, an debeat quis prius ab exc. quam a peccato. Quaest. LXVIII.

SExagesimooctauo quaero, vtrum quis debeat prius absolui ab excommunicatione, quam a peccatis? Resp. quod prius fiet absolutio ab excommunicatione, quam a peccatis, quod, si prius absolueretur a peccatis nulla habita intentione ad excõmunicationem, vtique non esset absolutus, debet enim quis prius restitui vnitati fidelium, & sacramentis Ecclesię ad hoc, vt fit capax consequendi sacramentum, ita Dom. Sotus, in 4. sent. distin. 22. q. 1. art. 1. vers. sed hoc casu, praesertim quando per ignorantiam inuicibilem absolueret, vel ita scienter, cap. a nobis, de sent. excom. Caiet. vers. absolutionis impedimenta.

Excommunicationis absolutio, an fieri possit sub conditione. Quaest. LXIX.

SExagesimonono quaero, an fieri possit absolutio sub conditione, nempè absoluo te, si satisfeceris? Respondetur quod non: quando conditio est suspendens actum in futurum, secus si esset de praeterito, quae actum non suspendit, vt cum dicitur, baptizo te, si non es baptizatus, Syl. ver. absolutio, il 3. num. 1. excommunicatio tamen ferri posset sub conditione, qua non impleta non afficit, quia conditio nihil ponit in esse.

Dubitans de exc. an petere debeat absolutionem. Quaest. LXX.

SEptuagesimo quaero, vtrum dubitans de excommunicatione petere debeat absolutionem? Respondetur, quod si dubitatio est leuis eam deponat ad consilium boni viri, si vero eam deponere nequit, & sit dubitatio probabilis petat absolui: In dubijs enim tutior pars est eligenda, c. iuuenis, de spons. Syl. ver. absolutio, il 3. nu. 14.

Absens, an possit absolui ab excommunicatione. Quaest. LXXI.

SEptuagesimoprimo quaero, vtrum absens absolui possit ab excommunicatione? Respond. quod sic: & per procuratorem, & per literas, Arch. c. eos de sent. excom. 6. Sylu. ver. absolutio, il 3. nume. 9.

Inuitus, an absolui possit ab excommunicatione. Quaest. LXXII.

SEptuagesimosecundo quaero, vtrum Inuitus ab excommunicatione possit absolui? Respo. quod sic; quia excommunicatio est pęna, quae inuito relaxari potest, Syl. d. loco. nu. 10. doc. ca. ab excommunicato, de rescrp. not. capitu. 1. de sentent. exc. 6.

Mortuus, an absolui possit. Quaest. LXXIIII.

SEptuagesimoquarto quaero, vtrum mortuus absolui possit ab excommunicatione? Respond. quod sic: si ostendit signa contritionis Syl. d. loco, num. 15.

Excommunicatus a pluribus iudicibus quomodo absoluatur. Quaest. LXXV.

SEptuagesimoquinto quaero, vtrum ligatus a pluribus iudicibus sit ab omnibus soluẽdus? Respond. quod sic, nisi vnus esset in causa maior omnibus, quo casu si ei causae exprimerentur posset eum absoluere ab omnib. not. ca. officij de sent. exc. Syl. ver. absolutus, il 3. nu. 12.

Casus reseruati. Quaest. LXXVI.

SEptuagesimosexto quaero, priusquàm species excommunicationis attingam, quid sit casus reseruatus? R. esp. quod casus reseruatus est peccatum, cuius absolutio a iure humano est prohibita praesbytero, qui solo diuino ab omnibus potest absoluere, iuxta illud, quorum remiseritis peccata, &c. Io. c. 20. & differt a censura, quia ipsa est pœna, ille verò est reatus, Nau. Man. Conf. c. 27.

Episcopi, an possint sibi casus reseruare. Quaest. LXXVII.

SEptuagesimoseptimo quaero, an Episcopi possint sibi aliquot casus reseruare? Respo. quod sic: immo haereticum esset asserere contrarium, Concil. Trident. cap. 7. Canon. 11. si tamen Episcopus concesserit casus suos sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem a censuris sibi reseruatis, ex diuersis enim non fit illatio, capitulo ad audien-

audientiam de Decim. similiter concedendo alicui omnem suam facultatem ad audiendam confessionem. & absoluendum subditos, non videtur concedere casus sibi reseruatos iure communi, aut consuetudine, aut suo iure particulari, capitul. final. de offic. Vic. 6. nisi concessio esset adeò generalis, vt si concederet ei omnes suos quoscumque casus, similiter, si dicat concedimus omnẽ facultatem absoluendi, excepto tali casu reseruato censetur concessisse omnes alios casus, quia exceptio in casu nõ excepto firmat regulam, doc. com. rub. & l. 1. ff. de reg. iur. c. Dominus, 32. q. 7.

Casus habentes annexam censuram, qui sint. Quæst. LXXVIII.

SEptuagesimooctauo quæro, qui sint casus expressi in iure habentes annexam censuram? Resp. plures; quos modo referam ordine infrascripto, ex quo ordine, quæ censura sit latæ sententiæ, & quæ ferendæ, & quæ reseruetur, vel non: elicitur.

I.

Absoluentes contra tenorem Bullæ Cœnæ Domini excommunicantur, vt in d. Bulla Gregorij XIII. de anno 1579. num. 22. & nu. 23. 24 ibi.

Cæterum à prędictis sententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesię mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscunque personis Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicãtium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis. ipsisque ordinib. & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domib. ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, nec non laycis, etiã Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per nos, & dictam sedem. ac cuiusuis Concilij Decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Quod, si forte aliqui contra tenorem pręsentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire nouerimus processuri.

Declarantes, ac protestantes quamcumque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam prędictos excommunicatos sub pręsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis cum vero proposito vlterius similia non committendi destiterint: Ac quo ad eos, qui contra libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint. nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint. & ex Archiuijs, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehẽdere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, at etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantumcumque tempore cõtinuata, in pręmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque iuribus Sedis Apostolicę, ac Sanctę Romanę Ecclesię vndecumque, & quomodocumque quæsitis, vel quęrendis nullatenus pręiudicari posset, seu debere, non obstantibus, &c.

Est latę sententię per illa verba (eos excommunicationis sententia innodamus.)

Nemini reseruatur, vt ex litera patet.

Declaratur, vt non comprehendatur hac censura, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia crassa absoluit, quia fertur contra præsumentem absoluere, per illa verba (de facto pręsumpserint) de quorum numero non est, qui sic absoluit, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 74.

2

Absoluendi libertatem vi, vel metu extorquentes excommunicantur, c. vnico, de his, quæ vi met. causa fiunt, ibi.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quacunque reuocatione ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim, vel metum extortam, pręsentis constitutionis authoritate omnino, viribus euacuamus. Ne autem sine vindicta violentię crescat audacia; eos qui reuocationem, seu absolutionem huiusmodi vi, vel metu extorquent, excommunicationis sententia decernimus subiacere.

Est latæ sententiæ, per illa verba (excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.)

Nemini reseruatũr, vt per literam colligitur.

Declaratur primo nõ esse satis metum illatum, nisi absolutio fuerit sequuta. Secundo declaratur, nihil referre ad hoc, an sententia fuerit iusta, vel iniusta, lata ab homine, vel a iure. Tertio non refert, an excommunicatus faciat hoc per se, vel per aliũ. Quarto nihil refert, an metus sit magnus, vel paruus, si verò ex timore innato, & non illato prælatus absoluit, aut reuocat, non est locus huic pœnæ, quia in casu tali nullus extorquet vi, aut metu, sed ipsemet iudex, seu Prælatus meticulosus se ipsum extorquet, Caietan. versicu. excommunicatio, capitul. 41.

3

Absolutus propter mortis articulum ab excommunicatione reseruata, si postquam conualuerit, quam citò commode potest contemnit se præsentare, c. eos, de sent. exc. 6. ibi.

Eos, qui a sententia Canonis, vel hominis, cum ad illum, à quo alias de iure fuerunt absoluendi nequeũt propter immunitatem, mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum ab alio absoluuntur, si cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolui debebant, quam citò commode poterunt contempserint pręsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati erant humiliter recepturi, prout iustitia suadebit decernimus in

eandem sententiam recidere ipso iure. Idem statuimus de ijs, quibus cum a Sede Apostolica, uel legatis ipsius absolutionis beneficium, a quibusuis sententijs consequuntur, iniungitur, ut ordinariorum suorum, uel aliorum quorumlibet suscepturi pœnitentiã ab eisdem se conspectibus repræsentent, & passis iniuriam, seu ijs, quibus propter hoc ligati existunt satisfactionem exhibeant competentem: si hæc cum primum poterunt non curauerint adimplere.

Est latæ sententiæ, per illa verba (decernimus in eandem sententiam recidere ipso iure.)

Reseruatur ei, cui primò competebat d. absolutio, vt ex litera patet.

Declaratur primo, vt prima pars huius textus locum habeat in absolutis a quibuscunque, in secũdo autem non nisi in absolutis a Sede Apostolica, aut eius Nuncijs. Secundo declaratur, quod quoad tempus se præsentandi in foro interius relinquitur arbitrio, & conscientiæ absoluti, gl. c. significasti, de homicid. Nau. Man. Confessorum c. 27. nu. 112. Caietanus uerbo excommunicatio, cap. 69.

4.

Absoluens a nonnullis casib. specialiter reseruatis excommunicatur extrau. & si Dominici, in 1. de pœn. & remis. ibi.

Authoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quod de cætero prætextu facultatum quarumcunque concessarum a nobis, vel authoritate nostra, & quas concedi quomodolibet contingit in futurum, etiam cum clausula, quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ: nullus confessor quemuis, qui offensæ ecclesiasticæ libertatis violationis, interdicti a Sede Apostolica impositi, seu hæres, postquam quis fuerit de ea sententialiter condemnatus, delatus, seu publicè diffamatus, conspirationis in personam, aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensę inobedientię, aut rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictę sedis mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscũque in sacris ordinibus constituti offensę personalis in episcopum, seu alium prælatum inuasionis, deprędationis, occupationis, ac deuastationis Romanę ecclesiæ mediate, vel immediate subiectarum, ac etiam inuasionis Romipetarum, seu quorumcunque aliorum ad Romanam curiam venientium, prohibitionis, deuolutionis causarum ad dictam curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium, vel personalium, ecclesiis, uel ecclesiasticis personis, simoniæ super ordinibus, vel beneficijs consequendis in dicta curia, vel extra eam contractę quomodolibet rebus foret, & generaliter in casibus contentis in literis, quę consueuerunt in die Cęnę Domini publicari, prętextu huiusmodi facultatum absoluere, & per quosuis emissa peregrinationis vltra marinę, visitationis liminum Apostolorum Petri, & Pauli in Cõpostella, & Castitatis, ac Religionis vota, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostra (de qua demum constare censeatur, cum in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit nos ex certa scientia, & de speciali gratia id concedere, cum derogatione præsentis constitutionis illius de verbo ad verbum inserto tenore non autem per clausulas id importantes, vel in articulo mortis constitutum, & tunc in casibus, vbi satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea præstita cautione) commutare præsumant. Et, si aliqui confessorum contra præsentem constitutionem quemquam absoluere, aut excepta vota prędicta commutare attemptauerint, absolutio, & commutatio huiusmodi nullius sint roboris, vel momenti, & contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant. A qua (nisi in mortis articulo cõstituti) ab alio, quàm à Romano Pontifice absolui non possint.

Est latæ sententię, per illa verba (& contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant.

Reseruatur Pontifici, dum dicitur ibi, A qua (nisi in mortis articulo constituti) ab alio, quàm à Romano Pontifice absolui non possint.

Declaratur primo, vt quatenus dictum est de casibus reseruatis in Cęna Domini, tūc, vt dixi supra nu. 1. in reliquis remanet firma dispositio huius canonis, & aduerte, quod, si pœnitens remanserit obligatus ad satisfaciendum, si potest, præmitti debet satisfactio, si nõ potest det idoneam cautionem antequam absoluatur, nempe pignoratitiam, fideiussoriam vel iuratoriam, & hoc intellige quando absoluit cõstitutum in articulo mortis, Caiet. c. 77.

5

Absoluere, si præsumpserint religiosi à censuris reseruatis excommunicantur not. infterius versic. religiosi.

6

Aduocatos impedientes in curia Romana quominus patrocinium præstent excommunicantur, nota infra ver. impedientes.

7

Agnos Dei, seu circulos cereos miniantes consecratos, seu benedictos à Papa excõmunicãtur, vt in Bulla Greg. XIII. quæ incipit, Omnis certe, de anno 1572. anno 1.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur. 8

Alienans bona Ecclesiæ vltra trienium, & ea recipiens excommunicantur, Extrau. ambitiosę de rebus Eccl. non alien. ibi.

Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum, alienationem, omneque pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypoteeam locationem, conductionem vltra triennium, nec nõ infeudationem, vel contractum emphyteoticum, præterquam in casibus à iure permissis, aut de rebus, & bonis, in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc ecclesiarum euidente vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quę seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura cõstitutione præsenti fieri prohibemus, si quis autẽ contra huius nostræ prohibitionis seriem de bonis, eisdem quicquam alienare præsumpserit, alienatio, hypoteca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi, nullius sint momenti, & tam qui alienat, quàm is qui alienatas res bona prędicta receperit, sententiam excommunicationis incurrat, &c.

Est

Est latæ sententiæ, per illa verba (sententiā excō municationis incurrat.)

Nemini reseruatur, vt ex litera patet.

Declaratur primo, vt tam locans, quam conducens excommunicetur, correlatiuorū enim eadem est disciplina l.fin.C. de ind.vid. tol. Secundo declar. vt non comprehendatur casus à iure permissus, quod enim fit lege permittente: pœnam non meretur l.Grachus de adulter. Tertio declaratur, vt nulla locatio valeat anticipatis solutionibus in præiudicium successorum, Seff. 25.c. 11. Conc. Trid. de reform. Nau. cap. 27. numero 150. Caiet cap. 75.

9

Alienatio facta de rebus Ecclesiæ per Principes seculares non valet, & qui eas recipiunt excommunicantur, cap. 2. de rebus Eccl. non alien.

Qui res Ecclesiæ petunt a Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt irrita habeantur, qua obtinent, & a communione Ecclesię (cuius facultatem auferre cupiunt) excludantur.

Est sententię ferendę, per illa verba a communione Ecclesię excludantur.

Nemini reseruatur, vt ex litera patet.

Declarat, gl. hunc textum, quod in quo delique runt in eo puniantur, arg. cap. literas de temp. ord. ca. pastoralis de iure patr. cap. frater 17. q. 4. Socin. ca. contingit, ver. 37. de sent. excom. not. infra nume. 44.

10

Alienatio. Contra commissarios, aut delegatos. ad cognoscendum, an rei Ecclesiasticę alienatio cedat in euidentem vtilitatem Ecclesię.

Qui conscientię suę prodigi in grauamen, aut detrimentum Ecclesię, per gratiam, timorem, vel sordes, alienationi consenserint, aut decretum, vel authoritatem interposuerint, inferiores quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrunt. Is verò, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarum, alienationem fieri procurauerit, aut per sordes, vel impulsionem, alienationis decretum extorserit, similem excommunicationis sententiam incurrit.

Et est absolutio Papalis, & ad restitutionem tenetur Paul. 2. in Extrau. cum in omnibus Clem. 7. Extrau. ex commissi. refert. Cath. Plac. tit. de exc. nume. 169. Sylu. ver. excom. 4 7. vers. 47. Nau. c. 27. nu. 108.

Est latæ sententię.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur procedere in loco, in quo esset usu recepta, ita Nau. d. loco excom. 23.

11

Annatas obligans se soluere Cameræ Apostolicæ, si non soluerit suo tempore, sed qui pro se, si obligauit ad soluendum, incurrit vltra excommunicatio nem etiam priuationem ipsorum beneficiorum, pro quibus tenetur soluere dictam annatam: qui verò pro se alio obligauit soluere, incurrit etiam priuationem omnium beneficiorum obtentorum.

Pius II. Paul. III. Iul. III. Paul. IIII. Cath. Plac. tit. de exc. nu. 151. Hyec. Gig. tract. de pens. q. 26. nu. 2. ex cuius dictis colligitur, quod.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur.

12

Anconitana prouincia.

Quicunque de prouincia Anconitana orinndi, aut aliunde ibi moram trahentes layci, vel clerici cuiuscunque pręeminentia fuerint: Rectorem, seu Rectores, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ authoritate Apostolica prefuerint, vel ipsorum aliquem, vel aut eorum, vel alicuius ipsorum Vicarium, aut Iudicem, aut Iudices, vel ipsius prouincię thesaurarium, aut locumtenentem eiusdem occiderit, aut adoccidendum illum, vel illos infestati fuerint, ceperint, captiuauerint, aut percusserint, aut saltem in fulcum fecerint, aut obsederint, aut de suo officio expulerint, siue dederint consilium, vel fauorem directè, vel indirectè; & sic delinquentes excommunicationis sententia, vniuersitas verò seu communitas, quæ deliquerit in prædictis, eiusque territorium, & districtus interdicto ecclesiastico subiaceant ipso facto, à qua quidem sententia excommunicationis nullus ab alio, quàm à Romano Pontifice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus

Extrau. dierum, Ioan. 22. tit. de pœnis.

Est latæ sententiæ, vt manifeste colligitur.

Reseruatur Pontifici, vt patet ex litera.

13

Appellantes à Summo Pontifice ad futurū Cōcilium excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini nu. 2. Greg. X III. de anno 1579. vbi;

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis nostri, ac Romani Pontificis, pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, vel fauore appellatū fuerit.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt consulens, & auxilium præbens nō eos excommunicantur, donec appellatio subsequatur Nau. c. 27. nu. 58.

14

Archiepiscopum ex sua Diœcesi eijciens excommunicatur not. infra ver. Cardinalis.

15

Arma, & equos deferens Infidelibus excommunicatur in Bulla Cœnę Domini emanata per Greg. XIII. de anno 1579. ibi nu. 7.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta lignamina, canapem funes tam ex ipso canape, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam aliaque huiusmodi quibus Christianos impugnāt deferunt Saracenis, Turcis, & alijs Christi nominis Saracenis, nec non illos, qui per se, vel alium, seu alios de rebus Christianæ

Reip. ſtatum concernentibus, in Chriſtianorum perniciem, & damnum, ipſos Turcas, & Chriſtianæ religionis inimicos certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, cõſiliũ, vel fauorẽ, quomodolibet præſtãt.

Non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs, & conceſſionibus quibuſcunque Principalibus, & Dominijs ſiue priuatis perſonis per nos, & ſedem prædictam hactenus conceſſis, quia illis nolumus in aliquo ſuffragari.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruata eſt Pontifici.

Conc. c. ita c. ſignificauit, c. ad liberandam de Iudæis Extrau. s. Io. aa. eod. tit.

Declaratur, vt procedat etiam, ſi chriſtiani curẽt equos debiles, & infirmos infidelium, vt robuſtiores reddantur. Secundo declar. vt intelligatur tantum de armis bellicis offenſiuis, & defenſiuis Alc. l. armorum. ff. de verb. ſign. Tertio declaratur, vt per ferrum, & aurum intelligatur, tàm factum, quàm infectum, not. l. cum aurum, l. 5. §. 1. ff. de auro, & argen. legato.

16

Arma tenentes Monachos intra ſepta Monaſterij ſine licentia Abbatum ſuorum, ſententiam, excommunicationis ipſo facto incurrere decernimus Clem. ne in agro in fine de ſtat. Monach.

Eſt latæ ſentiæ.

Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt non incurrant Canonici Regulares gloſſ. 3. de Clem. neq; qui habent lapides, & baculos, non quia non ſint propriè arma, ſed quia nõ fuit legis intentio intelligere de illis. Itẽ declara, vt intelligatur de armis, tam offenſiuis quàm defenſiuis, ſecundum Caiet. ver. excommunicatio, ca. 63. non tamen incurrit, qui extra monaſterium venit cum illis, Nau. c. 27. nu. 139.

17

Aſſaſſinus.

Statuimus, vt quicunque princeps, prælatus, ſeu quauis alia eccleſiaſtica. ſæculariſve perſona, quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinos interfecerit, vel interfici mandauerit (quamuis mors forſitan ex hoc non ſequatur) aut eos receptauerit, defenderit, vel occultauerit, excommunicationis ſententiam, & depoſitionis à dignitate ordine, honore, officio, & beneficio incurrat ipſo facto.

cap. pro humani, de homic. 6.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatæ.

Declaratur, vt aſſaſſini non dicantur hic, niſi quędam ſpecialis gens infidelis habens ſuum dominum, quæ cum hodie ſit ignorata, ideò vlterius non eſt inſiſtendum, Caiet. verſic. exc. cap. 16. Nau. c. 27. nume. 135.

18

Auocantes cauſas eccleſiaſticas ad curiam ſæcularem excommunicantur in Bulla Cænę Domini lata à Greg. XIII. de anno 1579. ibi nu. 13. vſque ad nu. 18. excluſiuè, ibi.

Item excõmunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Conſiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque Regum, ac Præſiden tes Cancellariarum, conſiliorum, & parlamentorum, necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum ſæcularium, etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate quocunque nomine nuncupentur: alioſque iudices, tàm ordinarios, quã delegatos, necnon Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & Officiales, qui per ſe, vel alium, ſeu alios authoritate propria, & de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias ſpirituales, & ſpiritualibus annexas cauſas ab Auditoribus, & Commiſſarijs noſtris alijſque iudicibus eccleſiaſticis auocant, illarumue curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt, ac partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas, in eis decretas, & ad faciendum, vel contendendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, & cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui ſtatuunt, & compellunt, vel aliàs executionem literarum Apoſtolicarum, vel executorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum, etiam ſub prętextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos, vt ipſi dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ipſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum, Capitulorum, Conuentuum, & Collegiorum eccleſiarum quarumcunque coram ſe ad eorum tribunal audientium cancellariam conſilium, vel parlamentum, pręter iuris Canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæſito colore: Nec non qui ſtatuta ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quauis alia decereta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quęſito colore, ac etiam prętextu literarum Apoſtolicarum vſu non receptarum, ſeu reuocatarum, vel cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur. ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudicatur.

Necnon, qui Archiepiſcopos, & Epiſcopos, alioſque ſuperiores, vel inferiores prælatos, & omnes alios quoſcumque iudices Eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcumque vtantur, ſecundũ, quod Canones, & ſacrę Conſtitutiones eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt.

Quinè iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apoſtolic. & quaſcumque perſo-

person.is Ecclesiasticas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione vel causa sine Rom. Pont. vel eorum ad quos iure pertinent expressa licentia sequestrant.

Quinè collectas, decimas, taleas, praestantias, & alia onera Clericis, Praelatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorum, & ecclesiarum monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus redditibus, & prouentibus, huiusmodi absque simili Rom Pont. speciali, & expressa licentia imponũt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam a sponte dãtibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per se, vel laium, seu alios directè, vel indirectè praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiusdem auxilium, & consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragiũ palam, vel occultè praestare non verentur, cuiuscunque sint praeminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam, si Imperiali, aut Regali praefulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respub. & alij Potentatus, quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus: et terris quoquo modo praesidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti; Innouantes Decreta super his per sacros Canones tam in Lateranen. nouissimè celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cũ censuris, & poenis in eis contentis.

Est latae sentiae.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur primo, ut in hanc censurã non incidant, nisi qui authoritate iudiciali, & layca haec vetita faciunt secundum ibi (praetextu violentiae) includuntur impedientes executionem literarum Apostolicarum, iustitię, ve gratię ibi num. 16. ver. quive iurisdictiones prouidet indemnitati fructuum ecclesiasticorum, cui indemnitati, vt hic locus, debent concurrere quinque. Primo, quod sint redditus ecclesiastici. Secundo, quod tanquam tales capiantur. Tertio, quòd pertineãt ad aliquem, Quarto, quòd capiantur absque licentia Papae. Quinto, quod capiantur authoritate, & potestate vsurpata, quare latrones, & milites, qui eos capiunt non excommunicantur, Nau. 27. nu. 69.

19

Bannitos, & homicidas receptantes in Regno Siciliae citra Pharum, & aliarum partium Romanae ecclesiae subiect. aut vrbi adiacentium, seu protegentes, vel eis auxilium, consilium, fauorem, quouis quęsito colore praestantes, excommunicantur.

Cath. Plac. cir. de exc. nu. 150. Pius. II. Paul. II. Sixt. IIII. Iul. II. Leo. X. Clem. VII. & Pius. IIII.

Est latae sententiae.

Reseruatus Pontifici, vt refert d. Cath. Plac.

20

Beguinarum status suspectus tribus medijs excõicationi subiaceat, clem. 1. de relig. Dom. ibi.

Sacro approbante Concilio statum beguinarum perpetuo prohibendum ducimus, & à Dei Ecclesia penitus abolendum esse, & alijs mulieribus quibuscumque sub poena excommunicationis (quam cõtrarium facientes incurrere volumus ipso facto) iniũgentes expresse, ac statum huiusmodi, dudum forte ab ipsis assumptum sectentur vlterius, vel ipsum aliquatenus de nouo assumant. Religiosis vero per quos eadem mulieres in huiusmodi statu beguinali foueri, & ad ipsum suscipiendum duci ducuntur, sub simili excommunicationis poena (quam eo ipso, si secus egerint, se nouerint incursuros) districtius inhibemus, ne mulieres aliquas praedictum statum assumptum sectantes, vel de nouo assumentes, quoquo modo admittant praebentes super hoc auxilium, consilium, vel fauorem de relig. do. cap. 1.

Est latae sententiae.

Nemini reseruatur.

Declaratur, quod per hoc non includuntur moniales tertij ordinis S. Dominici, neque S. Francisci, neque foeminae, quae sine regula aliqua degunt in suis domibus Deo seruientes in caelibatu, Nau. Man. conf. cap. 27. num. 140. doct. com. d. clem. 1. Caiet. versic. exc. cap. 6. Soe. ç. contingit, versic. 71. de senten. excommun.

21

Beneficiorum bona occupantes, & in proprios vsus conuertentes excommunicantur, c. 11. Sess. 22. Conc. Triden. de reforma. ibi.

Si quem Clericorum, aut laycorum, quacunque vis dignitate, etiam Imperiali, aut Regali praefulgeat, in tantum, malorum omnium radix, cupiditas occupauerit; vt alicuius Ecclesiae, seu cuiusuis saecularis, vel regularis beneficij, montium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphyteotica, fructus emolumenta, seu quaecumque obuentiones, quae in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laycorum seu quacumque arte, aut quocumque quaesito colore in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare praesumpserit, seu impedire ne ab ijs, ad quos iure pertinent percipiantur: is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque etiam ex donatione supposita personae, peruenerint Ecclesiae eius, quae administratori, siue beneficiato integre restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiae patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra praedictas poenas eo ipso priuatus existat. Clericus vero, qui nefandae fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem poenis subiaceat: necnon quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quacunque alia beneficia inhabilis efficiatur; & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui ordinarij arbitrio suspendatur.

Est latae sententiae per illa verba (is anathemati tamdiu subiaceat &c.)

22

Beneficiorum causa, si prouidentes aliquid inde capiunt, vel sibi promitti faciunt directè, vel indirectè, & contra eos, qui eis nuntiant, vel noua portant, extrau. Greg. 11. quae incipit, solicitè.

Est latae sententiae.

Re-

Reseruatur Pontifici, vt refert Cath. tit. de excommun.numer.101.

23

Beneficia retinentes in confidentiam excommunicantur Pius V.in Bulla intollerabilis de anno 1569.Pontifi.anno.4.pag.116.ibi.

Sed nequisquam etiam vana fiducia fretus, non intcudendi contru se iudicij,in crimine perseueret, vt qua hoc malum grauioris censura stimuli vsqueque prohibeotur,omnes, & singulos, qui huc vsque Ecclesias, Monasteria, beneficia, fructus; pensiones, aliasuè res interdicente hoc confidentia vitio rcceperunt,ac retinent,nisi statim ad se reuersi,& resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint; & quicquid tale admiserint in futurum, etiam omnibus,& singulis alijs Ecclesijs, & Monasterijs, dignitatibus,administrationibus,officijs,& beneficijs obtentis,qua pariter sub dicta reseruatione comprehēdi volumus,necnon fructibus, pensionibus, & alijs rebus Ecclesiasticis,ac etiam Romana curia,& alijs temporalibus,prasentium authoritate priuamus,& ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidiū excommunicationis sententia innodamus, a qua nullus,nisi in mortis articulo constitutus,ab alio, quam a Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere.

Est latæ sententiæ per illa verba in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus.

Reseruatur Pontifici, vt patet ex litera.

24

Beneficiorum resignatio admittens conferens, vel præsentans habitā notitia successoris, excommunicatur, Pius Quintus in Bulla quanta Ecclesiæ;de anno 1568.Pontific. anno 3.ibi pag.79.

Et nihilominus in eos,qui sic suspensi conferre eligere prasentare,confirmare, vel instituere ausi fuerint,excommunicationis quo ad personas, quo vero ad capitulu, & conuentus a diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus alius quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis,siuè relaxationis gratiam (excepto mortis articulo valeat impartiri.)

Est latæ sententiæ,vt patet expressè.

Reseruatur Pontifici,vt in litera constat.

25

Bisochi Fraticelli de paupere vita, & Beghini excommunicantur.Io.22.in extrau. Sancta Romana,refert Caiet.ver.excommunicatio, c. 5.ibi.

Fraticellis,seu fratibus de paupere vita,aut bisochis,siue beghinis, & alijs quibuscunque sub pœna excommunicationis (quam eos, si secus fecerint incurrere volumus ipso facto) iniungimus expressè, ne statum siue sectam huiusmodi ab ipsis assumptam sectentur vlterius, vel ipsum de nouo assumere quo quo modo præsumant. Epos quoque,& eorum superiores,& etiam alios prælatos quoscumque qui prædictis personis, vel alijs ritum viuendi, & habitum supradictos præter specialem Apostolica Sedis auctoritatem deinceps concesserint prædicta excommunicationis pęna ipso iure decernimus subiacere.

Io.22.in Extr.c.Sancta Romana.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt isti habeātur suspecti de hæresi; & prohibet triana de nouo hmōdi secta assumatur,nec in ea perseueretur. Tertio nec concedatur a prælatis Caie. dicto loc.

26

Bona Ecclesiæ Romanæ occupantes excommunicantur in Bulla Cęnę Domini, Greg.XIII. de anno.1579.nu.19.& 20.ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos,qui per se,vel alium, seu alios directè, vel indirectè sub quocumque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hostiliter destruunt, vel inuadunt,aut occupare,detinere, vel destruere, aut inuadere hostiliter præsumpserit in totum,vel in partem almam Vrbem, Regnum Sicilia insulas Sardinia, & Corsica, terras citra Pharum,patrimonium B. Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, comitatum Venarum, sinum Sabinensem, Marchia Anconitana,Massa,Trebaria,Romandiola, campania,& maritimas prouincias,illarumque terras, & loca, & terras specialis cōmissionis Arnulphorum, ciuitatesque nostras Bononiam,Cesenam, Ariminū, Beneuentum,Perusium,Auinionem,Ciuitatem Castelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipsam Rom Ecclesiam pertinentia, dicta que Rom.Ecclesia.mediate,vel immediate subiecta: quiuè supremā iurisdictionem in illis nobis, & eidem Rom.Ecclesia, competentem de facto vsurpare perturbare,retinere, & vexare varijs modis pręsumūt. Nec non adhærentes,fautores, et defensores eorum, seu illis auxilium,consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

Necnon omnes,& singulos supellectilium, librorum,scripturarum,& bonorum Camerę, & Palatij Apostolici, ex eodem Palatio, infirmitatis Rom. Pont. & Sedis Apostolica vacationis tempore, ablatores,raptores,& illorum detemptores, & quoscūque alios, ad quorum manus bonā prædicta quocunque titulo, & ex quauis causa scienter peruenerint.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Materia huius est sacrilegium, quo offenduntur res ecclesiæ Romanæ, Caiet.versic. excommunicatio,cap.17.

27

Bononiensis ante finitum tempus conductionis magistrorum,vel scolarium, si conducit hospitia aliorum scolarium,vel magistrorum,sine eorum consensu excommunicantur.

cap.1.d.locato;

Est latæ sententiæ,vt inquit,ibi glo.

Nemini reseruatur, vt patet ex literis.

28

Bullarum falsarij Pontificis excommunicātur, not.infra ver.falsarij.

29

Cardinales,ac Patriarchas,Archiepiscopos, Episcopos,Sedisque Apostolica Legatos, vel Nuncios, interficientes,mutilantes, vulnerantes, verberātes, percutientes,capientes,carcerantes,detinentes, vel hosti-

hostiliter insequentes, aut eosdem eijcientes a suis Diaecesibus, territorijs, terris, seu dominijs, eaque mādantes, vel rata habentes, seu praestantes eis auxilium, consilium, vel fauorem excommunicantur.
in Bulla Cœnæ Domini, Greg. XIII. de anno 1579.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Pius Quintus extendit hanc ipsam ad non reuelantes in exit. infælicis de anno 1569. anno 4.

30

Cardinales impedientes electionem Romani Pontificis excommunicantur, Iul. I I. in extrau. cū tam, & in Concil. Lateran. comprob. Caiet. versic. excommunicatio, c. 24. ibi.

Inhibemus omnibus, & singulis Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, qui pro tempore, & eorum sacro collegio, ne Apostolica sede vacante, praedictis (scilicet de Rom. Pont. praeter simoniam faciēda electione) vel contra praemissa, vel aliquod praemissorum statuere, disponere, ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare praesumant, quocunque exquisito colore, vel causa, sub excommunicationis latae sententiae poena, quam ipso facto incurrant. Et a qua non nisi per Rom. Pont. canonicè electum absolui possint, nisi in mortis articulo. Iul. I I. in extrau. cum tam diuino, & fuit per Lateranense concilium approbata.
Est latæ sententiæ.
Reseruata est Pontifici.

31

Cardinales reuelantes aliquid de secretis, quod agitur in consistorio, quod Papa praecepit specialiter, & expressè, vt id maneret secretum excommunicātur. Concil. Later. sub Leone 10. Sess. 9.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici, vt per Nauar. Man. Conf. cap. 27. num. 110.

32

Cardinales, qui Sede Apostolica vacante contrauenerint, ordinarint, disposuerint, aut aliquo modo praesumpserint facere, vel attentare contra ordinata à Iulio 2. & approbata in Concil. Later. sub Leon. 10. Sess. 5. vt cum symonia eligatur Papa, excommunicantur.
refert Nauar. Man. Confess. cap. 27. num. 111. not. infra. num. 47.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici.

33

Causas Ecclesiasticas auocantes ad iudicem sæcularem excommunicantur, not. supra versicul. auocantes.

34

Casuum iudicem proponens, & gratiarum cū indulgentijs, ita, quod soluta pecunia quadā possit sibi sumere sacerdotem, a quo valet absolui a casibus reseruatis excommunicatur, si sit inferior Episcopo.
Pius Quintus in Extrau. quam plenum de anno 1569. Anno 4.
Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.

35

Celebrare compellens sacerdotem tempore interdicti excommunicatur. Clem. graue de senten. excomm. ibi.

Grauis ad nos praelatorū querela perduxit, quod nobiles quidam, & domini temporales (terris eorū Ecclesiastico suppositis interdicto) nedum in suorum locorum capellis, sed, & in collegiatis, & alijs insigniū locorum Ecclesijs Missas, & alia diuina officia publice, & solemniter faciunt celebrari. Ad officia eadem celebranda nunc hos, nunc illos vocantes, & interdum (quod est deterius) compellentes. hisque non contenti excessibus per campanarum non solum pulsationem, sed, & voce praeconia populos etiam interdictos, vt (interdicti non obstante sententia) ad audiendas Missas huiusmodi veniant, faciunt euocari. Nonnulli quoque ipsorum suis plerumque subiectis ne (licet excommunicationis, vel Interdicti sententia publicè sint innodati) de Ecclesijs, dum ipsis Missarum celebrantur solemnia, instantibus etiam celebrantibus exeant praecipere non verentur. Ex quo frequenter contingit, quod (non sine Dei offensa, clerique, ac populi scandalo) ipsa Missarum solemnia remaneant inexpleta. Ne igitur excessus sic graues excedentium impunitate trahantur ab alijs in exemplum, praesumptores, praefatos, qui locis interdicto suppositis, quemquam de cetero diuina celebrare officia quomodolibet cogere; aut, qui modo praedicto ad officia eadem audiēda aliquos excommunicationis praesertim, vel interdicti ligatos sententia euocare, seu, qui ne excōmunicati publicè aut interdicti de ecclesijs. dū in ipsis Missarum aguntur solemnia, à celebrantibus moniti, vt exeant prohibere; Ne e non excommunicatos publicè, & interdictos, qui in ipsis Ecclesiis, nominatim à celebrantibus vt exeant moniti, remanere praesumpserint, excommunicationis sententia (à qua per sedem duntaxat Apostolicam possint absolui) sacro approbante Concilio Innodamus.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Declaratur, vt incurrant etiam prelati, si id fecerint habentes temporalem iurisdictionem, Nau. Man. Conf. c. 27. num. 104.

36

Christiani apud Turcas a Christianis seruis reperti libere vnà cum bonis suis abire permittūtur, quod, si quis contrarium fecerit excommunicetur.
Pius V. in Extrau. motu proprio, pag. 232.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.

37

Claustra Monialium violans excommunicatur, & Princeps secularis, qui, vt seruatur requisitus, auxilium non prestat excommunicatur, c. 5. sess. 25. de regular. Concil. Trid. ibi.

Bonifacij Octaui constitutionem, quæ incipit, periculoso, renouans Sancta Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & in terminatione maledictionis aeternæ praecipit, vt in in omnibus monasterijs, sibi subiectionis, ordinaria, in alijs verò Sedis Apostolicæ authoritate clausuram sanctimonialium,

lium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi violata est conseruari maxime procurent, inobedientes, atq; contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas quacunque appellatione postposita compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Quod auxilium, vt præbeatur, omnes christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus iniũgit. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda indultis quibuscunque, & priuilegijs, non obstantibus. Ingredi autẽ intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscunque, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi licentia, vel superioris, in scriptis obtẽta, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, neque alijs vllo modo possit etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia Monasteria sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi constituta malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus sine vlla sæpe custodia sunt exposita; curent Episcopi, & alij superiores, si ita videbitur expedire, vt sanctimoniales ex eis ad noua, vel antiqua monasteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio, si opus fuerit brachij secularis. Impedientes verò, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellantur.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

38

Clausuram monasteriorum violãs prætextu licentiæ sibi concessæ à Pontifice, & ab eo reuocatæ excommunicatur, quinimo etiam, si quis ingrediatur prætextu licentiæ ab ordinario concessæ, & non reuocatæ, sed absque casu necessitatis excommunicatur

Greg. XIII. extrau. ibi gratiæ, de anno 1575. anno quarto, eodem excommunicatione feriuntur ibi Abbatissæ, & Moniales ingredi permittentes.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Hodie dicitur semper reseruata Pontifici, si quis ingrediatur absque causa necessitatis Monasterij.

39

Clericum percutiens excommunicatur, Innoc. 2. c. siquis suadente, 17. q. 4. ibi.

Siquis suadente Diabolo huius sacrilegij vitiũ, vel crimen incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subijcitur. Et nullus Episcoporum præsumat illum absoluere (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur primo, vt cõprehendat, tam masculos, quam fœminas, dummodo iudicium habeant ad peccandũ mortaliter, cap. 1. cap. mulieres, cap. pueris, de sent. excom. Secundo declaratur ibi (suadente Diabolo) quod iniectio manus debet esse illicita adeo vt sit peccatum mortale; nemo enim excommunicatur excommunicatione maiori, nisi pro peccato mortali, vt dictum est, cap. nemo, cap. nullus, 11. q. 3. Tertio per manus intellige etiam brachia, pedes, & alia huius generis, & omne instrumentum aptum ad percutiendum, & saxa, immo etiam, si quis spueret in faciem Clerici, vel in personam, excommunicaretur, aut aliquam aliam violentiam intulit, aut conijcit in carcerem, aut includit aliquo loco, vbi egredi non possit absque pudore, aut equum prouocat, vt inde Clericus cadat, vel quid simile faciat. Quarto declaratur, vt comprehendatur etiam ille, qui consilium, fauorẽ præstiterit, vel ratum habuerit, quod eius nomine gestũ erat, si violentia sequuta fuerit, not. c. mulieres, cap. quantæ, de sent. exc. Quinto per Clericũ intellige etiam prima tonsura initiatum, cap. Cleros, 21. dist. quamuis sit coniugatus cum vnica, & virgine tantum, & habitum, & tonsuram Clericalem gestet, cap. 1. de Cler. coniug. 6. etiam, si sit depositus suspensus, & excommunicatus, dummodo non degradatus, Doct. com. cap. ex parte, de Cler. coniug. vel incorrigibil. cap. cum non ab homine, de iudic. Sexto per Monachum intellige quemlibet professum religionis approbatæ, capit. non dubium, de sente. excomm. etiam, si essent tertiarij, S. Dominici, vel S. Francisci viuentes gregatim, & gestãtes habitũ religionis, & si sit subiectus alicui superiori, non tamen incurrit, si fuerit manus iocosa, & ludicra, cap. 1. de sent. exc. Secundo quando adesset probabilis ignorantia Clericatus, seu Monachatus, cap. si vero, de sent. exc. Tertio percussio eius, qui ter monitus habitum non gestat clericalem, c. contingit, il 2. de sent. exc. Quarto, si ter monitus instruerit rebus sæcularibus, & militaribus, etiam, si gestet habitum Clericalẽ, c. in audientia, de sent. exc. cap. fin. de vita, & hon. Cleric. quæ trina monitio fieri debet cum internallo aliquorum dierum, glo. Clem. 1. de sentent. exc. Abb. cap. fin. eod. tit. Quinto, qui relictis habitu, & tonsura turpibus, & enormibus se immisceret, quamuis non sit admonitus. Sexto bigami, cap. 1. de bigam. Septimo degradati, & depositi verbaliter, cap. cum non ab homine, de iudic. Octauo, qui priuilegium Clericale amisit. Nono, qui percutit principaliter correctionis causa, vt pater, & magister, & alius superior in Ecclesia, cap. 1. cap. cum voluntate, de sent. exc. Decimo, qui percutit Clericum defensionis causa necessariæ, cap. ex tenore, de senten. excommu. aut sui honoris, quando fuga esset ignominiosa illi, Abb. cap. olim, de rest. spoliat. Vndecimo, quando percutit causa recuperandi bona sua, quæ iniuste asportat, seu vi occupat, Doct. cap. cum non ab homine, de iudic. Duodecimo, Minister iustitiæ sæcularis, qui capit Clericum in delicto flagranti, vt illum præsentet suo prælato, Dec. d. c. cum non ab homine, num. 10. Decimo tertio. si quis in suam necessariam defensionẽ a Clerico ensem aufert, aut cogit eum equo desilire quo super eo fugiat. S. Ant. 3. p. tit. 24. cap.

Deci-

Decimo quarto, si quis inuenerit Clericũ inhoneſtè cũ sua vxore, matre, sorore, aut filia legitima, vel naturali, cap. si vero, de sentent. excommu. etiam, si mutilet ipsum, seu interficiat. Decimo quinto, si mulier percutit Clericum eam tentantem de adulterio, seu stupro defendendæ suæ castitatis causa, modo tentatio sit facto non autem solo verbo, quia tunc non liceret ei, nisi defensio verbalis. Decimo sexto, si esset tam parua, quod illata layco non esset mortalis, Caiet. ver. excomm. cap. 20. item not. quod Episcopus potest multos absoluere, qui percutierunt Clericos. Primo cõstitutos in articulo mortis, d. c. siquis suadente diabolo. Secundo potest absoluere moniales, de sent. excom. Tertio omnes mulieres, c. mulieres, eod. tit. Quarto quicumque impeditus ad faciendum iter ad vrbem, quod idem procedit in omni excommunicatione Pontifici reseruata, quod impedimentum dicitur esse tanti temporis; quanti est necesse a discessu ad appulsum, similiter dicitur iustum impedimentum, habere curam animarum & iuste timere eas ob suam absentiã notabile damnum accepturas, nisi posset constitui idoneus Vicarius, & dicitur et iustũ impedimentũ habere is, qui ire nõ potest, quamuis mittere possit, similiter impedimentum dicitur habere, si vadens relinqueret in necessitate extrema, vel valde magna, vxorem, & filios cap. ceterum, §. pasce, 86. distinct. Quinto potest absoluere eos, qui mediocri non enormi percussione ferierunt, enormis autem percussio dicitur, qua quis interficitur, absciditur membrum, aut inutile redditur, & illa, quæ fit cum magno scandalo, & quę fit leuis, seu mediocris relinquitur arbitrio iudicis ordinarij, vel eius delegati, & not. quod nõ dicitur impeditus, qui licet non possit adire Sedẽ Apostolicam, petere potest absolutionem ab eius legato, vel nuncio, si vero percussio fuerit adeo leuis, vt per ipsam non committatur peccatum mortale, non erit excõicatus excõicatione maioris, & quilibet potest absoluere capit. peruenit de sententia excommunicationis.

40

Clerici excommunicantur, qui admittunt excommunicatos a Papa eosque receperunt in officijs c. significauit de sent. exc. ibi.

Significauit nobis, & infra verum. Clericos, qui scienter, & sponte participauerunt excommunicatis a nobis, & ipsos in officijs receperunt, eadem excommunicationis sententia, cum ipsis non dubitamus inuolui, quos etiam pro beneficio absolutionis habendo ad nos volumus cum literarum tuarum insinuatione remitti.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt incurrat quando admitteret ipsum ad diuina officia scienter absque vllo iusto timore. Secundo declaratur, quod esset excommunicatus a Papa iudicialiter, seu nominatim, & esset denunciatus, Nauar. Manual. Confessorum, cap. 27. num. 93.

41

Clericis prohibens ne emant, vel võdant, neve eis officium præstetur excommunicatur, c. fin. de immun. Eccl. 6. ibi.

Eos, qui temporale dominium obtinentes suis subditis, ne prælatis, aut clericis, seu personis Ecclesiasticis, quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdẽ neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicũt. Cum talia in derogationem libertatis Ecclesiasticę præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Declaratur procedere in dominis temporalibus seu temporariam iurisdictionem habentibus, qui excommunicantur etiam si id prohibeant, absque statuto.

42

Commentantes, cap. exiit, de verb. sign. 6. excommunicantur, Nauar. Man. Confess. cap. 27. num 147. exc. 48.

43

Communicans scienter cum nominatim excõmunicato in crimine, criminose excommunicatur, cap. nuper, de sent. excom. refert Caiet. versic. excommunicatio, cap. 57. ibi.

Si quis nominatim excommunicato scienter communicat in crimine criminose ei consilium impendẽdo, auxilium, vel fauorem, cum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit ab eo, vel eius superiore merito delicti eius absolutio requirenda. Et infra, verum si difficile sit ex aliqua iusta causa, quod ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat, concedimus indulgentiam, vt præstita iuxta formam Ecclesiæ cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, a suo absoluatur Episcopo, vel proprio sacerdote.

Inno c. 3. de sent. excommunicationis, c. nuper.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

44

Compellentes Clericos ad alienanda bona Ecclesiæ sunt excommunicati capit. fi. de rebus eccles. non alien. 6. ibi.

Illi vero, qui de cætero prælatos, vel personas easdem ad talia facienda compulerint, cuiuscumque sint conditionis, aut status excommunicationis sint sententia innodati.

Est latę sententiæ.

Nemini reseruatur.

45

Computum non reddens integraliter Cameræ Apostolicæ excommunicatur, Paul. 3. Extr. cum sicut.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, refert Cath. Plac. tit. de exc. num. 117.

46

Concilium Tridentinum interpretans excommunicatur Extrau. Benedictus Deus Pij. 4. anno 1563. anno 5. ibi.

Apostolica authoritate inhibemus omnibus, tã Ecclesiasticis personis, cuiuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laycis, quocunque honore ac potestate præditis, prælatis quidẽ sub interdict

ingressus

ingressus Ecclesię, alijs vero quicumque fuerint, sub excommunicationis latæ sententię pœnis, ne quis sine authoritate nostra audeat vllos commentarios, glossas annotationes, scholia, vllumve omnino interpretationis genus, super ipsius Concilij Decretis quocũque modo edere, aut quidquam quocumque nomine etiam sub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore statuere.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

47

Conclauis.

Nulli fas sit ipsis Cardinalibus, vel ipsorum alicui (scilicet dum sunt in conclaui) nuntium mittere, vel scripturam. Qui verò contrafecerit scripturam mittendo, vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secrete loquendo, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat.

cap. vbi periculum de elect. 6.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt quoad personas sit vniuersalis inter eas, scilicet, quę sunt intus, & inter eas, quæ sũt foris, quo vero ad actiones tria requiruntur mittere scripturas, nuncium, & secretè loqui, Caiet. ver. excom. cap. 55.

48

Concubinas, si qui nõ eiecerint postquam ter moniti fuerint, excommunicatione feriendos esse, Conc. Trid. decreuit, a qua non absoluãtur donec re ipsa admonitioni factæ paruerint, c. graue, Concil. Trid. Sess. 24. de refor. matr.

Est sententiæ ferendæ.

Reseruatur donec admonitioni paruerint.

49

Confessio.

Statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam se contritos existiment habita copia confessoris necessariò præmittendam esse confessionem sacramentalem. Siquis autèm contrarium docere, prędicare, vel pertinaciter assevere, seu etiam publicè disputando defendere pręsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Canon 11. in fine Sess. 13. Conc. Trid.

Est latę sententiæ.

Nemini reseruatur.

50

Confidentia beneficiorum excommunicationem inducit dixi super. ver. beneficium, num. 23.

51

Conseruatores, si de alijs, quam de manifestis iniurijs, & violentijs scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem eo ipso per vnum annum ab officio sint suspensi: pars verò, quæ hoc fieri procurauerit sententiam excommunicationis incurrat, à qua non possit absolui, nisi ei, quem sic fatigauit indebitè primò satisfaciat integraliter de expensis,

c. hac constitutione, de offic. deleg. 6.

Est latæ sententię.

Reseruatur donec satisfactio fiat.

Declaratur primo, vt liget solum partem huius vexationis. Secundò, quoad actiones punit, quando de alijs quam manifestis iniurijs, seu violentijs se conseruatores intromittant, vel quoad ea, quę iudicialem indaginem exigunt suam extendant potestatem, Caiet. ver. excom. cap. 60.

52

Curia Romana, not. infra ver. Roma.

53

Cursores, qui non sunt, & in Romana curia Apostolicas commissiones, intimationes, publicationes, & affixiones pręsumunt præsentare excommunicantur. Clem. 7. in extr. accepimus.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur, refert Cath. Plac. tit. de excom. num. 136.

54

Decimas vsurpantes excommunicantur, Clem. Religiosi de Decimis, refert Caiet. ver. excommunicatio, cap. 48. ibi.

Religiosi quicunque qui noualium, aut alias decimas Ecclesiis debitas ad se non spectantes appropriare sibi pręsumpserint, aut exquisitis fraudibus, siuè coloribus vsurpare, seu qui de animalibus familiarium & pastorum suórum, vel aliorum etiam animalia ipsa eorum gregibus immiscentium, seu qui de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribus locis emunt, emptaque tradunt venditoribus, vel alijs ab ipsis tenenda, seu qui de terris, quas tradunt alijs extolendas, decimas solui Ecclesiis non permiserint, aut prohibuerint: nisi post requisitionem eorum per eos quorum intererit super hoc eis factam, à præmissis destiterint intra mensem; aut, si de ijs, quæ contra præmissa vsurpare, vel retinere præsumpserint intra duos menses damnificatis Ecclesiis emendam non fecerint competentem, sint, & tamdiu maneant ab officijs, administrationibus, & beneficijs suspensi, donec destiterint, & satisfecerint, vt superius est expressum. Quod, si religiosi homini administrationes, vel beneficia non habeant, eo casu quo alij supradictæ suspensionis, ipsi sententiam excommunicationis incurrant ante satisfactionem cõdignam nullatenus absoluendi: priuilegijs non obstantibus quibuscunq; cęterum pręmissa extendi nolumus ad animalia, quę per religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos tenentur; dum tamen religiosis eisdem cum effectu donauerint, aut obtulerint se, & sua.

de decis. c. religiosi, in cle.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur absolutio donec fiat restitutio.

Declaratur, ut comprehendat tãtũ religiosos non habentes administrationes, uel beneficia, non tamen incurrit eo ipso, quod non soluit, nisi appropriet, usurpet, aut prohibeat, uel non permittat, neque quid facit credens pertinere ad eius ecclesiam ex priuilegio, uel præscriptione.

55.

Decimas prædicantes non esse soluendas excommunicantur, clem. cupientes, de pęnis, refert Caie. uer. excomm. c. 66. ibi.

Religiosi, qui scienter postposuerint confitentibus

conscien-

conscientiam facere de soluendis decimis ecclesiis debitis, ab officio prædicationis tamdiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis (si hoc ipsum eis dicendi commodè facultatem habuerint) conscientiam fecerint, excommunicationis incursurt sententiam ipso facto, si prædicare prusumpserit, prædicta negligentia, vt prumittitur non purgata.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur.

Declaratur procedere, quod sit religiosus, quod habeat intentionem auertendi, & audientes sint, qui eas debeant.

56

Defensores hæreticorum excommunicantur, vide infra ver. hæretici.

57

Defendere qui potest clericum a uiolenta manu, & non defendit excommunicatur; cap. quantæ, de sen. exc. ibi.

Quanta præsumptionis, & temeritatis existat in Rectores Ecclesiæ manus inijcere violentas; & infra. Ne autem solos violentiæ huiusmodi authores aliquorum præsumptio existimet puniendos, fatientes, & consentientes pari pœna plectendos catholica condemnat authoritas. Eos delinquentibus, fauere interpretamur, qui tum possint manifesto facinori desinunt obuiare.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, quia punitur eadem perinde ac si percussertit, Soc. cap. cum contingit, nu. 19. de sent. exc.

58

Delegatus Papa lapso anno ad exequendam suã sententiam diffinitiuam ei concesso non potest absoluere ab excommunicatione a se lata ob finitã eius iurisdictionem, & ita absoluit eius superior, qui est solus Papa.

c. quærenti, de offic. deleg.

Reseruatur Pontifici prout ibid.

59

Disputare non licet publicè, vel priuatim de fide catholica cuiquam laycæ personæ, qui vero contrafecerit excommunicationis laqueo innodetur, cap. 2. §. inhibemus, de hæret. 6.

Est sententiæ ferendę, secundum gl. ibi.

Nemini reseruatur.

60

Doctores, aut magistri, qui scienter docent leges, aut Phisitam, aut in scholis suis religiosos habitu suo dimisso retinere prusumpserint excommunicantur, an. c. 2. de cler. vel mona. 6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

61

Duellum exercens excommunicatur, c. 19. sess. 25. Conc. Trid. ibi.

Detestabilis duellorum vus, fabricante diabolo, introductus; vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Princeps, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine domini temporales; qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati: ac iurisdictione, & dominio ciuitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quẽ duellum fieri permiserint, quòd ab ecclesia obtinent priuati intelligantur, & si feudalia sint directis dominis statim acquirantur. Qui uero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur; excommunicationis, ac omnium bonorum suorũ proscriptionis, ac perpetuæ infamię pœnam incurrant; & vt homicidæ, iuxta Sacros Canones puniri debeant. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quam facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quenquam suaserint; necnon spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante quocunque priuilegio, seu praua consuetudine etiam immemorabili.

Est latæ sententię.

Nemini reseruatur.

62

Ecclesiasticas causas ad iudicẽ sæcularem auocantes excommunicantur, no. supra ver. auocãtes.

63

Ecclesię Romanæ bona occupantes excommunicantur. no. supra ver. bona.

64

Ecclesiæ vacantis bona occupantes excommunicantur, c. generali, de elect. 6. ibi.

Generali constitutione sancimus vniuersos, et singulos, qui regalia, custodiam, siue guardiam, aduocationis, seu defensionis titulum in ecclesiis, monasterijs, seu quibuslibet alijs pijs locis de nouo vsurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, quantęcunque dignitatis honore præfulgeant clericos etiam ecclesiarum, Monachos monasteriorum, & personas cęteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt duo sint necessaria ad incurrenda, vt velint vsurpare tale ius, & vt capiunt bona, nisi hoc fecerint ex fundatione, seu antiqua consuetudine.

65

Effractores loci sacri excommunicantur, cap. conquesti, de senent. exc. refert. Caiet. verfic. exc. cap. 21. ibi.

Memoratos sacrilegos (qui scilicet confregerant violenter quasdam ecclesias expoliauerunt) excommunicatos nuncietis, & facietis sicut excommunicatos arctius euitari, donec passis iniuriam congruè satisfaciant, & damna data resarciant, & tum literis vestris rei veritatem continentibus Apostolico se conspectui repræsentent.

extr. de sen. exc. conquesti.

Est latæ sententiæ, vt inquit Caiet. ibi.

Reseruatur Pontifici post denunciationem.

Declaratur, vt quo ad personas sit vniuersalis, quo ad actiones comprehẽdit duas, scilicet simul, fran-

frangere, & expoliare, adeò vt vnum absque alio ad hoc non sufficeret.

66

Electus a paucioribus quam a duabus partibus Cardinalium excommunicatur, c. licet, de elect. refert Caiet. var. exc. c. 9. ibi.

Statuimus, vt, si forsè inimico homine super seminante Zizaniam inter Cardinales de substituendo Summo Pontif non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus tertia pars concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque vlla exceptione ab vniuersalis Ecclesiæ Rom. Pont. habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertia partis nominatione confisus, sibi nomen Episcopi vsurpauerit; tam ipse, quàm qui eum receperint excommunicationi subiaceant. Et infra. Si à paucioribus quā duabus partibus aliquis fuerit electus ad Apostolatus officium; nisi maior cōcordia intercesserit, nullatenus assumatur; & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere,

Extr. de elect. cap. licet.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, quod tam ipse, quàm hi, qui eum recipiunt sint excommunicati, Caiet. d. loco.

67

Electio. Persequens eum, qui rogatus aliquem in aliquam dignitatem Ecclesiasticam eligere, & non elegit excommunicatur, cap. sciant cuncti, de elect. 6. refert Caiet. ver. exc. c. 34. ibi.

Sciant cuncti, qui Clericas, vel quaslibet personas Ecclesiasticas ad quos in aliquibus Monasteriis, aut aliis piis locis spectat electio, pro eo, quod rogati, seu alias inducti eum pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerunt, vel consanguineos eorū, aut ipsas Ecclesias, Monasteria, seu loca cætera beneficiis, seu aliis bonis suis per se, vel per alios spoliando, seu alias iniuste persequendo grauare præsumpserint; ipso facto excommunicationis sententia innodatos,

Greg. de elect. cap. sciant cuncti, lib. 6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur primo, quod fiat actus grauaminis per spolium, vt persecutionem iniustam. Secundo quod grauamen inferatur ex dicta causa electionis; non tamen extenditur ad electiones a laycis in Confraternitatibus vel a tertiariis, Caietanus dicto loco.

68

Electio Pontificis cum fieri debet si officiales defecerint in officio suo excommunicantur,

c. vbi periculum, de elect. 6. refert Caiet. vers. exc. c. 54. dicitur infra ver. officiales.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur primo, quo ad personas, vt comprehendat, dominum, rectores, ac officiales ciuitatis illius, in qua Romanus Pontifex est eligendo. Secundo, quo ad actiones, vt si diligentia non vtatur, & fraudem commiserint.

69

Electio Monialium cum fieri debet, si quis non abstinuerit ab his, quæ pariunt discordiam excommunicantur c. indemnitatibus, de elect. 6. 5. Postremo, Caiet. c. 90. ibi.

Hi quos ad dirigendas in electionibus moniales deinceps contigerit euocari: ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia, vel exorta nutriri: alias eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere.

de election. c. indemnitatibus lib. 6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, quod nihil refert, an sit religiosus, vocatus, masculus, vel fœmina, dummodo sit vocatus ad id faciendum, Nauar. Manual. Confess. c. 27. nume. 124.

70

Emere prohibens clericis victualia excōmunicatur, no. supra nu. 41.

71

Episcopos extra suam Diœcesim eijciens excommunicatur, no. supra ver. Cardinales.

72

Episcopus, qui in ciuitate diuersarum linguarū suscipit gubernationem eorum, qui sunt suæ, priusquam suscipiatur à proprio Episcopo in coadiutorem suum excom. c. quoniam, de offi. ord. refert Caiet. ver. exc. c. 68. ibi.

Quoniam in plerisque partibus intra eandem ciuitatem, atque diœcesim permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus et mores, districtè præcipimus, vt pontifices huiusmodi ciuitatum, siue diœcesum prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitates rituum, & linguarum diuina illis officia celebrent ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos pariter verbo, & exemplo. Prohibemus autem omnino, ne vna eademque ciuitas, siue diœcesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita; quasi monstrum, sed, si propter prædictas causas vrgens necessitas postulauerit, Pontifex loci catholicum præsulem nationibus illis conformem prouida deliberatione constituat sibi Vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus. Vnde si quis aliter se ingesserit excommunicationis mucrone se nouerit percussum, & si nec sic resipuerit ab omni ministerio ecclesiastica deponēdum, adhibito, si necesse fuerit brachio sæculari ad tantam insolentiam repellendam.

Extr. de off. ord. c. quoniam in plerisque.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

37

Ecommunicationis sententiam ferens, si impediatur ab aliquo, impediens excōmunicatur, c. quicunque, de sen exc. 6. refert Caiet. c. 36. ibi.

Quicunque pro eo, quod in Reges, Principes, & barones, nobiles, & ballinos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunque alios excommunicationis, suspensionis, siue interdicti sententia fuerit promulgata,

as, licentiam alicui dederit occidendi, capiendi, seu alias in personis, aut in bonis suis, vel suorum grauandi eos, qui tales sententias protulerint, siue quorum sunt occasione prolatæ, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes; nisi licētiā ipsam re integra reuocauerint uel si ad bonorū captionē occasione ipsius licentię sit processū, nisi bona ipsa fuerint intra septē dierū spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa; eo ipso sententiam excōmunicationis incurrant. Eadem quoq; sint sententia innodati omnes qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquid præmissorum ad quæ committenda dari licentiam prohibemus, aliâs committere suo motu. Qui manserint duorum mensium spatio, ex tunc ab ea non possint, nisi per Sedem Apostolicam, absolutionis beneficium obtinere.

Greg. 10. de sen. exc. quicunque lib. 6.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur, nisi perseuerauerint in d. excommunicatione per duos menses, nam eo casu reseruatur Pontifici.

Declaratur, quod iuste vexando non incurratur huiusmodi sententia, Nau. Man. Confess. capit. 27. numero 99.

74

Executionem litterarum Apostolicarum impedientes excommunicantur, no. infra versiculo impedientes.

75

Falsificantes literas Apostolicas excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, Greg. XIII. de anno 1579. nu. 6. ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios, literarum Apostolicarum, & in forma Breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Rom. Pont. vel S. R. E. vicecācellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pon. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij, aut gerētium vices prædictorum signantes supplicationes easdem extendentes constitutionem felic. rec. Innocentij Papæ 3. quæ incipit; Ad falsariorū cum omnibus pœnis in ea continentis, ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas, & datas, sine nostra, aut datarij nostri licentia.

Est latę sententię.

Reseruatur Pōtifici.

Declaratur, vt non contingat, si quis corrigat, literam, aut punctum, quo non mutetur substantia rei, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 61.

76

Familiares Cardinalium fingentes, vt literas Apostolicas gratis expediant excommunicantur, Inno. 8. Extr. cum sicut, refert Cath. Plac. tit. de excommun. nu. 106.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, vt ibidem.

77

Fauores procurantes Nunnj à Principibus sæcularibus excommunicantur Pius 4. Extrau. si Romanum.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

78

Fautores hæreticorum excommunicantur, not. infra ver. hęretici.

79

Feudum. Cum vacauerit aliquid ad Romanam Ecclesiam pertinens, & aliquis tractauerit, idem subijcere feudo excommunicatur, Greg. XIII. quæ incipit inter cetera, de anno 1572. anno. 1.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

80

Fori Ecclesiastici processus non potest impediri, & impediens excommunicatur, c. quoniam, de immun. Eccl. 6. refert. Caiet. versiculo excommun. cap. 35. ibi.

Statuimus ne quis impetratores literarum nostrarum ad nos, vel ad fauorum Ecclesiasticum recurrentes super causis, quæ ad idem forum de iure, vel de antiqua consuetud ne pertinere noscuntur, per se, vel per alium ad desistendum, vel in foro seculari qq. huiusmodi litigandum, per eorundem iudicium Ecclesiasticorum, vel impetrantium, aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum ipsorum seu rerum illorum, seu Ecclesiarum suarum etiam captionem modis, vel alijs quibuscumque compellat, seu compelli faciat, vel procuret; nec per se alios, vel impediat quominus coram iudicibus Ecclesiasticis delegatis, seu ordinarijs querelantes de causis, quæ (vt præmissum est) ad cognitionem pertinent eorundem possint libere iustitiam obtinere: nec ad præmissa facienda vel auxilium, consilium, vel fauorem. Siquis vero contra præsumpserit, se ipso facto excommunicationi noueris subiacere. A qua nisi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisdictio occupata quam parti, quæ in prosecutione sui iuris turbata fuerit de iniuria, damnis expensis, & interesse prius per eundem fuerit integre satisfactum nullatenus absoluatur.

Bonif. Extrau. de immun. Eccl. quoniam, lib. 6.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur donec satisfactio fiat.

Declaratur, vt sit vniuersalis, quoad personas, quoad actiones sunt quatuor principales; Prima compellere, Secunda compelli facere, Tertia compelli procurare, Quarta per se, seu per alios impedire; accessoriæ vero tres, videlicet ad prædicta facienda, Consulere, auxiliari, fauere.

81

Francia. Iudices deputati in regno Franciæ in causis beneficialibus teneantur eas expedire infra biennium, quo elapso; si malitiose protogare, aut differre studuerint excommunicentur, Extr. ad vniuersalis de tregua, & pace.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

82

Fratribus Minor. & Prædicat. iniuriam inferentes, excommunicantur, Caiet. ver. ex. c. 81. ibi: not. infra ver. religiosi.

Intrantes Monasteria monialium prædicatorum, siue sæculares, siue Ecclesiastica personæ sint, in ca-

lu non conceſſo à conſtitutionibus eorum, vel ſine ſcientia magiſtri ordinis, aut alterius ab ipſo magiſtro habentis ſuper hoc poteſtatem, ſunt ipſo facto ex communicati. A qua excommunicatione non poſſunt abſolui (præter quam in mortis articulo) niſi à Papa, vel magiſtro ordinis, vel ab alio habente ſuper hoc ſpecialem authoritatem ab aliquo prædictorum. Et iſta ſententia eſt lata etiam per Papam in Bulla ordinis.

Intrantes Monaſteria Sanctæ Claræ, ſeu monialiũ ordinum minorum in caſibus non conceſſis in regula ipſarum, vel ſine licentia eorũ, qui dare poſſunt ſunt ipſo facto excommunicati. Et Papa reſeruatur abſolutio, vel generali ipſius ordinis.

Quicumque libellos famoſos in vulgari vel literali ſermone, nec non cantilenas, vel rithmos edere, vel detinere, vel publicare præſumunt in infamiã ſtatus ordinis prædicatorum vel minorum, ſunt excommunicati. A qua excommunicatione non poſſunt abſolui, niſi perſonaliter Sedi Apoſtolicæ ſe præſentent. Alexander in priuilegio ex alto, & in alio non ſine multa.

Quicumque prædicare, docere, vel defenſare præſumunt, quod prædicatores, vel minores non ſint in ſtatu perfectionis, & quod non liceat eis de eleemoſynis viuere, & quod non liceat eis prędicare, vel confeſſiones audire de licentia Summi Pont. aliorũ præfatorum inferiorum, & rectorum Ecclesiarum, aut ſacerdotum parrochialium conſenſu minime, requiſito ſunt excommunicati. A qua ſententia non poſſunt abſolui, niſi perſonaliter Sedi Apoſtolicæ ſe præſentent. Alexander, vbi ſupra.

Idem Boniſa. II. in priuilegio ſacræ religionis: vbi etiam excommunicantur omnes, qui impediunt eoſdem fratres, ne poſſint in ſuis Eccleſiis celebrare, recipere eleemoſynam, vel prædicare.

Quicumque prẹſumunt in loca fratrum prædicatorum violentiam damnabilem exercere, eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrunt. A qua abſolui nequeunt, niſi per ſedem Apoſtolicam, vel per conſeruatores ordini prædicatorum deputatos. Clemens in quibuſdam locis, & in alio.

Quicumque in Monaſterio, vel Eccleſiis ſuis detinent apoſtatas ord. prædicatorum, niſi eos eiicierint poſtquam eis per fratres dicti ordinis, ne eos detineãt fuerit denuntiatum: ſunt excommunicati, Bonif. in priuilegio virtute.

Item fratres minores, qui præſumunt recipere fratres ord. prædicatorum profeſſos ſine licentia Summi Pont. faciente expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, vel niſi prius ſuorum priorum licentia fuerit petita, & obtenta, ſunt excommunicati. Clemens ad minores, quos nos. Idem de eremitanis. Alexander ad eremitas, veſtram.

Magiſtri, rectores artiſtarũ, & ſcholares ſtudij Pariſii qui publicè, vel occultè fratres p̃dicatores, vel minores à cõſortio vniuerſitatis Pariſien. excludere moliuntur, ſunt ipſo facto excommunicati. A qua excommunicatione abſolui nequeunt: niſi perſonaliter Sedi Apoſtolicæ ſe præſentent. Alexander ex alto.

Sunt excommunicationes latæ ſententiæ.

Reſeruantur Pontifici.

Declaratur primus canon, per verbum præſumpſit, quod requirat dolum, adeo vt excuſarentur ingredientes ex ignorantia. Secundus autem canon declaratur, vt non ſint excommunicati detrahentes huiuſmodi religioſis, ſed detrahentes ſtatui religioſo, ita Caiet. d. loco.

83

Fructus, ſeu iuriſdictiones, redditus, & prouentus ad Sedem Apoſtolicam, & quaſcumque Eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorũ, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes quicumque vſurpant, vel etiã quauis occaſione, vel cauſa ſine Romano Pontifice, vel eorum, ad quas iure pertinent expreſſa licentia ſequeſtrant excõicantur, in Bulla Cœnæ Domini de anno 1579.

Latæ ſententiæ. 84

Reſeruatur Pontifici.

Fructus beneficiorum, & bona ipſorum occupantes excommunicãtur, c. 11. Seſſ. 22. de reform. Conc. Trid. dixi ſupra, nu. 21.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

85

Gabellas exigens à clericis, excommunicatur in Bulla Cęnæ Domini de anno 1579. nu. 17. no. ſup. numero 18.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur procedere pro rebus eorum, dũmodo negotiationis cauſa non deferant, not. c. quamquam, de cenſibus.

86

Gabellas nouas imponens excommunicatur in Bulla Cęnę Domini, de anno 1579. nu. 5. ibi.

Item excõmunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes imponunt, vel augent, aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Eſt latę ſententię.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur, vt per noua intelligãtur etiam incrementa veterũ, item per pedagia intelliguntur etiã portoria. Tertio (habentes poteſtatem) intelliguntur omnes, & ſoli illi, qui recognoſcunt ſuperiorẽ in temporalibus ad quem ab eo appellari poteſt, nullus enim talis huiuſmodi poteſtatem habet, & quilibet alius, ſic ibi (exigit) intelligitur hæres imponentis, ſiue ſucceſſor, publicanus, conductor, recipiens famulus. Quinto ibi prohibita debent intelligi, quę à nullis, neque à laycis, neque à clericis iuſtè poſſunt exigi, Nau. Man. Conf. c. 27. num. 61.

87

Habitum religionis dimittens, temere excommunicatur, cap. 2. ne Cler. vel Mon. 6. refert Caiet. ver. excom. c. 61. ibi.

Vt periculoſa religioſis euagandi materia ſubtrahatur, diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquis quicumq; religionẽ tacitè, vel expreſsè profeſſus in ſcholis, vel alibi temere vel habitum ſuæ religionis dimittat; nec accedat ad quauis ſtudia literarum, niſi à ſuo prælato cum conſilio ſui conuentus, vel maioris partis eiuſdem ſibi eundi ad ſtudium licentia primitus ſit

con-

conceſſa. Si quis authorum temerarius violator extiterit excommunicationis ſententiam incurrat ipſo facto. Doctores quoque ſiue magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo leges, vel phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere, ſimili eo ipſo ſint ſententiã innodati:
ne Cler. vel Mon. vt periculoſa liber. 6.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt non procedat, quãdo ob iuſtam, & rationabilem cauſam dimittit, gl. capit. ſi quis Clericus, de vita, & hon. Cleric. Item non incurritur, quando quis dimittit, vt facilius venetur, ſeu ad modicum tempus, non tamen incurrit, qui geſtat occultũ, dummodo adeo non occultet, vt non appareat talis familiaribus; incurrit tamen licet ac cipiat habitum alterius religionis dimittendo pri mum non ſeruatis ſeruandis.

88

Hæretici omnes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, de anno 1579. nu. 1. ibi.

Nos igitur vetuſtum, & ſolemnem hunc morem ſequentes, excommunicamus, & anatematizamus, ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra quoſcumque Huſſitas, Vicleuitas, Lutheranos, Zuniaglianos, Caluiniſtas, Vgonotos, Anabaptiſtas Trinitarios, ac omnes & ſingulos Hæreticos; quocumque nomine nun cupentur, & cuiuſcumque ſectæ exiſtant, & eorum credentes ipſorumque receptatores, & fautores, generaliter cuiuſlibet defenſores, ac eorundem libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine authoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ, ſcienter legentes, aut tenentes, & imprimentes, ſeu quomodolibet ex quauis cauſa, publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore: necnon ſchiſmaticos, & eos, qui ſe a noſtra, & Rom. Pontif. pro tpe exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt vel recedunt.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur, vt qui legit libros catholicorum referentium dicta hæreticorum, etiam deſumpta ad verbum ex libris eorum non excommunicantur, Nauar. Man. Confeſſ. cap. 27. num. 56. Secundo declaratur. vt nec etiam Epiſcopi poſſint abſoluere, etiam ſi hæreſis eſſet occulta, ita Cathech. Plac. in Bulla Cœnę Domini, in fine. pag. 210.

89

Homicidas receptantes, ſi fuerint Sedi Apoſtolicæ ſubiecti, & banniti fuerint ſubditi Romanæ Eccleſię tales receptantes excommunicantur Pius 4. in Extrau. in eminenti, de anno 1568.

Eſt latę ſententię.

Nemini reſeruatur.

90

Humiliati regulares non amplius recipiantur, & recepti ad profeſſionem non admittantur alioquin recipientes excommunicantur, Pius V. Extrau. quemadmodum, de anno 1570.

Eſt latę ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

91

Impedientes cauſas Eccleſiaſticas, & mandata Apoſtolica & executiones literarum Apoſtolicarum excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, de anno 1579. nu. 12. ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alium, ſeu alios, quaſcunq; perſonas Eccleſiaſticas, vel ſæculares ad dictam curiam ſuper eorum cauſis, & negocijs recurrentes illaſque in eadem curia proſequentes, aut procurantes, aut negotiorum geſtores, aduocatos, procuratores ipſos, ſeu etiam auditores, vel iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, vel qui per ſe, vel alium, ſeu alios directè, vel indirectè, prædicta exequi, vel procurare, aut eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur. cuiuſcũque præeminentiæ, & dignitatis fuerint; Ac illos, qui literas Apoſtolicas, & in forma Breuis, tam gratiam, quã iuſtitiam concernentes, ac etiam citationes inhibitiones, ſequeſtra, nominatoria, proceſſus, executoriales, aliaq; decreta, quæcunque a nobis, & ſede Apoſtolica, ſeu Legatis, Nuntijs, Præſidentibus, Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, & Commiſſarijs, alijſque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanata, & quæ pro tempore emanauerint, ſimpliciter, vel ſine eorũ beneplacito, conſenſu, vel examine, executioni demãdari, aut ne tabelliones; & notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſuum executione inſtrumẽta, vel acta conficere, aut confecta parti cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, aut impediri, vel prohiberi procurant. Ac notarios, executores, & ſubexecutores literarum, citationum, monitorũ, & aliorum prædictorum capiunt, carcerant. & detinent, vel capi, carcerari & detineri faciunt. Quiq; & quibuſcumq; perſonis, in genere, vel in ſpecie ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut notarium, ſeu Tabellionem, vel alias quomodolibet retinere præſumant.

Eſt latæ ſententię.

Ræſeruatur Pontifici.

Declaratur primo, quod clauſula hęc includat impedientes curſum cauſarum ad curiam, vel in curia. Secundo impedientes executionem literarũ Curię Sedis Apoſtolicæ. Tertio tractantes malè perſonas illas, & impedientes dari inſtantia ſuper his petita. Quarto impedientes impetrationes literarum gratiæ, vel iuſtitię. Item declar. nihil referre, an fiant hęc impedimenta authoritate publica, vel priuata, ſiue eccleſiaſtica, vel ſęculari.

92

Impetrationi literarum obſtans ſuper cauſis ad forum eccleſiaſticum ſpectantibus, excommunicatur, c. pen. de immu. eccleſ. 6. ibi.

Si quis vero contra præſumpſerit excommunicationi ſe ipſo facto nouerit ſubiacere: a qua (niſi tam iudici cuius cognitio fuerit impedita, vel iuriſdictio

vsurpata, quàm parti, quæ turbata in prosecutione fuerit sui iuris : de iniuria, damnis expensis, & interesse prius per eundem integrè fuerit satisfactum) nullatenus absoluatur.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur proot ibidem.

93

Imperij sed vacaote, siqois nomen Vicarij, sibi absque Romano Pontifice assumpserit, excommunicatur, capitulo si fratrum, io Extrauag. ne sede vacante.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

94

Impugnantes literas electi in Papam, antequam coronetur, sunt ipso facto excommunicati, refert Caiet. ver. excom. c. 28.

95

Incantatores, & inuocantes dæmones excommunicantur ipso facto, quorum absolutio nemini reseruatur, Cath. Plac. tit. de exc. nu. 110.

96

Incendiarij ex quo sunt per Ecclesię sententiam publicati pro absolutionis beneficio ad Sedem Apostolicam sunt mittendi, capitulo tua, de sent. exc.

Declaratur, vt sit vniuersalis, quoad personas, quò verò ad actiones vnam tantum punit, scilicet iniuriose incendere noo, qualitercumque, sed post sententiam.

97

Infidelibus auxilium præbens excommonicatur, uot. supra ver. arma, nu. 15.

89

Ingressum religionis ementes excommunicantur, Vrbanus 5. in Extr. sane oe in vinea, quem refert Caiet. ver. exc. c. 74. ibi.

Vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, & Præpositis, & Magistris, nec non Abbatissis, & Priorissis, aliisque prælatis, quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus (quarumcumque etiā Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, domorum, & locorum quarumlibet religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quàm nō exemptorum quocumque nomine censeantur) ac capitulis, & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore præsentium authoritate Apostolica, quamuis sit eis à iure inhibitum districtius inhibe-mus, ne tam à maribus, quam à mulieribus religionem eorū ingredi volent bus, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, domos, seu loca, iu earundem personarum receptione, aut ante, vel post illam, quæscumque pastus, prandia, eu canas, pecunias, iocalia aut res alias, etiam ad Ecclesiasticum seu quemuis pium vsum alium deputata, vel deputanda, de cetero directè, vel indirectè petere, vel exigere quouis modo præsumant : sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & vestitu, sicut alias personas Ecclesiarum suarum, Monasteriorum, Prioratuum, domorum, aliorumque locorū syncera charitate pertractēt: illa (dūtaxat) quæ ipsæ personæ ingredicutes pure, ac sponte, & plena liberalitate omnique pactione cessante, dare, vel offerre Eclesiis, Monasterijs, Prioratibus, domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi. Nos enim, qui secus egerint si singulares personæ sint. tam dantes, quam recipientes huiusmodi excommunicationis: si verò capitulum seu conuentus fuerit, suspensio is senteutijs eo facto decern mus subiacere. A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui uequeant absque Sedis Apostolicę licentia speciali.

Vrbanus 5. iu Extrauag. sane ne in vinea.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur ex mente, Caiet. d. loco, quod comprehendat omnes scilicet dantes, & accipientes ex pacto, secus, si absqoe pacto darēt, & accipierent, quantumcumque dantium, & accipientium inteutio esset peruersa, excusarentor tamen putantes se pie agere pro consuetudinibus antiquis seruandis non vendentes ingressum religionis, sed exigentes seruari laudabiles consuetudines, si vero Monasterium egeat; ita vt non possit sustentari, possunt licite pacisci, vt portet secum, qood necesse est ad sui substentationem, quoniam hoc naturæ ius exigit, ita Caiet.

99

Ingredi intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia inscriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Conc. Trid. cap. 5. de reform. Sess. 25. §. ingredi.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur; not. supra ver. clausura, & infra verbo moniales. Hodiè tamē reseruatur Pontifici.

100

Inquisitores, & alij ad inquisitionis officij executionem substituti ab Episcopo, vel Inquisitore, si odij gratiæ, vel amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suam omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit super prauitate hæretica procedendum, aut obtentu eodem prauitatem ipsam, aut impediementum officij sui alicui imponendo, cum super hoc præs mpserint quoquo modo vexare; præter alias pœnas, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant.

A qua nisi per Romanum Pontificem (præter quā iu mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa) absolui possint nullo in hac parte priuilegio suffragante.

Clem. multorum, de hæret.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt comprehendat duo genera personarum, scilicet Inquisitores, & alios ad dicti officij executionem deputatos; quoad actiones ponuntur duæ, videlicet omissio procedendi, vbi fuerit procedendum, & vexatio innocentis imponendo illi, vel hæresim, vel quod impediret Inquisitionis officium, Caiet. c. 3.

Inquisitoribus, & tam ipsorum, quam Episcoporum, quam Capitulorū sede vacante, super hoc deputatis

natis commissarijs districtus iniungimus, ne praetextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis, ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentēt Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum, praedicti occasione officij, fisco etiam Ecclesiae applicare. Quod si secus in his, vel eorum altero fecerint excommunicationis sententiae eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui (praeterquam in mortis articulo) donec illis, à quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta, nullis priuilegijs, pactis aut remissionibus super hoc valituris,

Clem. nolentes, de haeret.

Est latae sententiae.

Reseruatur donec restitutio fiat.

Declaratur, ut comprehendat duo genera personarum nempè Inquisitorum, & Commissariorum ad id deputatorum; quoad actiones duae comprehenduntur, videlicet extorsio pecuniae, & applicatio bonorum Ecclesiae ad Fiscum praetextu d. officij Caiet. cap. 2.

102

Inquisitionis officium offendentes & impedientes excommunicātur cap. vt Inquisitionis de haere. 6. refert Caiet. ver. excom. c. 2. ibi.

Vt Inquisitionis negotium contra haereticam prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei, nostris temporibus prosperetur &c. In qua constitutione octo feruntur excommunicationes. Primo enim omnes potestates, domini temporales, & rectores (quibuscumque dignitatibus, vel officijs, & nominibus censeantur) & eorum officiales, & ballini, qui diaecesanis, vel Episcopis, vel Inquisitoribus haereticae prauitatis obediunt in haereticorum, vel ipsorum credentium, vel defensorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione, & custodia diligenti cum ab eis fuerint requisiti excommunicantur.

Secundo, omnes rectores, si praedictas personas non duxerint, vel duci fecerint sine mora postquam fuerint requisiti, in potestatem, seu carcerum Episcoporum, seu Inquisitorum ad aliquem alium locum, de quo ipsi, vel aliqui ex ipsis mandauerint infra eorum dominorum, vel rectorum districtum; vbi per viros catholicos a praefatis Episcopis, vel Inquisitoribus, vel eorundem aliquo deputatos sub arcta, & diligenti custodia tenentur, donec eorum negotium, per iudicium Ecclesiae terminetur, sunt excommunicati.

Tertio, omnes supradicti rectores, & eorum officiales, & Nuntij, si de haeresi ab Episcopis, vel Inquisitorib condemnatos, & eorum brachio derelictos nō statim ceperint indilate animaduersione puniendos, non obstantibus appellationibus praedictorum; sunt excommunicati.

Quarto omnes supradicti rectores, & officiales, si captos pro crimine haeresis, absque dictorum episcoporum, seu Inquisitorum, aut saltem alterius eorum licentia, vel mandato, a captione, vel carcere liberauerint, sunt excommunicati.

Quinto omnes praedicti rectores ipsorumque officiales, si de crimine haeresis (cum merè sit ecclesiasticum) cognouerint quoquomō, vel iudicauerint, sunt excommunicati.

Sexto omnes supradicti, si executionem pro huiusmodi crimine a diaecesanis, vel Inquisitore iniunctā, promptè prout ad suum spectat officium, facere detractent, vel diaecesani, seu Inquisitoris iudicium, sententiam, seu processum directè, vel indirectè impedire praesumant, sunt excommunicati.

Septimo; omnes supradicti, qui praefato fidei negotio Episcopo, vel Inquisitori incumbenti, se opponere praesumpserint, vel ipsum aliqualiter impedire sunt excommunicati.

Octauo omnes qui scienter in praedictis, vel aliquo praedictorum dederint auxilium, cōsilium, vel fauorē sunt excommunicati extrau. de haer. vt Inquisitionis.

Est latae sententiae.

Nemini reseruatur, sed illi contra quos datur incidunt in excommunicationem, quae est in Caena Domini quoties se faciunt fautores huius pestiferae gentis, si vero Episcopus iuberet vnum, & Inquisitor contrarium, debet supersedere iudex saecularis, Nau. Man. Conf. c. 27. nn. 133.

103

Inquisitionis Cardinalibus non obedientes excommunicantur in Bulla Pij IIII. quae incipit motu proprio cum sicut anno 5. & Pius V. pag. 266.

Est latae sententiae.

Nemini reseruatur.

104

Inquisitionis statum, res, & personas offendentes excommunicantur Pius V. extrau. si de protegendis de anno 1569.

Est latae sententiae.

Reseruatur Pontifici, vt colligitur ex illa.

105

Interdictū mateis ecclesiae nō seruantes excommunicantur etiam si sint exempti, clem. ex frequētibus, de sen. exc. refert Caiet. ver. exc. capit. 6 ibi.

Circa interdictorum obseruantiam generalium authoritate Sedis Apostolicae, vel a locorum ordinarijs positorum, de fratrum nostrorum cōsilio districtè praecipiendo mādamus, quatenus religiosi quicunq; tam exempti, quam non exempti, cuiuscumque ordinis, & conditionis existant, cum cathedralem, vel matricem, seu parrochialem loci Ecclesiam illi viderint, aut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscumque appellationibus antea etiam ad eandem sedem, vel alium, seu alios interiectis, & alijs obiectionibus quibuscumque) absque dolo, & fraude, cum moderatione tamen decretalis almae, inuiolabiliter ea obseruent. Alioquin non seruantes excommunicationis sententiae hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis, & in cessationibus à diuinis indictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum authoritate, volumus obseruari. In cessationibus, vero generalibus a diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum quas aliquando ex consuetudine, vel aliàs capitula, collegia, uel conuētus saecularium, aut regularium Ecclesiarum sibi uendicant, idem intelligimus obseruandum. Ipsi uero sint attenti, ut statuta Romanorum Pont. praedecessorum nostrorum super eis edita diligenter obseruent. Porro sanctionem hanc ad pendentia trahimus. non obstantibus priuilegijs.

&c.de ſent. exc.c.ex frequentibus in Cle.
Eſt latæ ſententiæ.
Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt quoad perſonas comprehendat ſolum religioſos quoad actionem ponitur, vna ſcilicet non ſeruare interdictum vniuerſale, emanatum à Papa, à Concilio Prouinciali, ab ordinario, ſeu ab alio inferiore habente hanc poteſtatem, Caiet.d.loco.

106

Interdictum violantes excommunicantur, Cle. grauis de ſent. excom. refert Caiet. verſicu. excom. cap.41.ibi.

Præſumptores præfatos, qui in locis interdicto ſuppoſitis, quemquam de cetero diuina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præſertim, vel interdicti ligatos ſententia reuocare, ſeu qui ne excommunicati publice, aut interdicti de Eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum aguntur ſolemnia à celebrantibus moniti, vt exeant prohibere, nec non excommunicatos publice, & interdictos, qui in ipſis Eccleſiis nominatim à celebrantibus, vt exeant moniti, remanere præſumpſerint excommunicationis ſententia (à qua per ſedem dumtaxat Apoſtolicam poſſint abſolui) Sacro approbante Concilio innodamus,

de ſentent.excomm. grauius in Cle.
Eſt latæ ſententiæ.
Reſeruatur Pontifici.

Declaratur, vt excommunicentur ex quatuor cauſis? Primo cogentes celebrare in locis interdictis. Secundo euocantes ad eadem officia excommunicationis. Tertio prohibentes ne exeant inde excommunicati, aut interdicti moniti. Quarto remanentes in dictis Eccleſijs, ſi publice ſint excommunicati, aut interdicti, & nominatim moniti à celebrantibus, vt exeant.

107

Iudex fingens cauſam, vt accedat ad moniales excommunicatur, c.2.de iudic.6.
Eſt latæ ſententiæ.
Nemini reſeruatur.

108

Iuriſdictionem Eccleſiaſticam impedientes excommunicantur, not.ſupra ver. auocantes.

109

Layci prohibentes Clericis ne emant, aut aliud obſequium perſonale, ſeu reale præſtetur, excommunicantur, not.ſupra ver.Clerici, nu.41.

110

Layci compellentes Clericos ad ſubmittendũ res Eccleſiæ, excommunicantur, cap. x. de rebus Eccl.6.
Eſt latæ ſententiæ.
Nemini reſeruatur.not.infra ver.ſeculares.

111

Legati, & Nuncij Apoſtolici ne recipiantur, ſi quis impedierit excommunicatur, dixi ſupra ver. Cardinales.

112

Legentes in ſcholis, leges, aut medicinam, & docentes religioſos excommunicantur, not.ſupra ver. ſic.docentes.

113

Leges, vel phiſicas religioſi audire volentes, ſi propter hoc exeunt e clauſtro excommunicatur c. ſuper ſpeculam Clerici, vel Mon. refert Caiet. capit.50.ibi.

Contra religioſas perſonas de clauſtris exeuntes ad audiendum leges, vel phyſicam, Alexander prædeceſſor noſter olim ſtatuit in Concil. Turon. vt niſi intra duorum menſium ſpatium redierint ad clauſtrum, ſint excommunicati, & ab omnibus euitentur, & in nulla cauſa (ſi patrocinium præſtare voluerint) audiantur, Reuerſi autem, in choro, menſa, capitulo, & ceteris vltimi fratres exiſtant; & (niſi forte ex Sedis Apoſtolicæ miſericordia) totius ſpem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuerſas excuſationis aliquid aſſumebant: nos volentes, vt de cetero excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrant, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus tã à diœceſanis, & capitulis ipſorum, quam a ceteris Epiſcopis, in quorum diœceſibus ſtudent, tales excommunicati, & prædictis pœnis obn. xij publice nuncientur. Quia vero theologiæ ſtudiũ cupimus ampliari &c. ad archidiaconos, plebanos, decanos, præpoſito, cãtores, & alios clericos perſonatus habentes, necnon presbyteros, niſi ab his intra ſpaciũ præſcriptũ deſtiterint, hoc extendi volumus, & appellatione poſtpoſita firmiter obſeruari.

Honor. III. Extrau.ne cler. vel mon. ſuper ſpecula.
Eſt latæ ſententiæ.
Nemini reſeruatur.

Declaratur primo, vt non incurrat, qui audit in ſtra ſepta monaſterij. Secundo non comprehendit clericos ſæculares non habentes dignitates. Tertio nemo incurrit ex eo tantum, quod eam doceat, no. inf. verbo medicina, & verbo philoſophia.

114

Libros hæreticorum legentes, tenentes, imprimentes, & defendentes excommunicantur, dixi ſupra verb.hæretici.

115

Libros imprimentes de rebus ſacris, abſque licentia ordinarij excõicantur, ſeſſ.4.Conc.Trid.tit. de Canonicis ſcripturis, §.ſed & impſſoribus, ibi.

Sed, & impreſſoribus modum in hac parte, vt par eſt imponere volens, qui iam ſine modo, hoc eſt, putãtes ſibi licere quicquid libet, ſine licentia ſuperiorum Eccleſiaſticorum ipſos ſacræ ſcripturæ libros, vt ſuper illis annotationes, & expoſitiones quorumlibet indifferenter, ſæpe tacito, ſæpe etiã emẽtito prælo, & quod grauius eſt, ſine nomine authoris imprimũt: alibi & impreſſos libros huiuſmodi temere venales habent: decernit, & ſtatuit, & vulgata editio, quã emẽdatiſſime imprimatur; nulliq; liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros de reb. ſacris ſine nomine authoris, neq; illos in futurum vendere, aut ẽt apud ſe retinere, niſi primum examinati, probatiq; fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis, & pecuniæ in canone Concilij nouiſſimi Lateranenſis appoſita.

Eſt latæ ſententiæ.
Nemini reſeruatur.

115

Libros imprimentes infra detentium, impresso, Bononiæ a prima editione computandorum sine licentia deputatorum Bononiæ excommunicantur, Greg. extr. dum nobis, refert Cath. Plac. ut. de exc. num. 26.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici prout ibi.

117

Libertatem ecclesiasticam offendentes excommunicantur, not. supra versic. auocantes, & infra versi. statuentes.

118

Linguarum diuersitas facit, vt Antistes diuersæ nationis deputetur, qui proprio Antistiti sit obediens, & subiectus, quod si aliter se gesserit excommunicetur; dixi superius, ver. Episcopus.

119

Literarum Apostolicarum falsarij excommunicantur, no. superius, ver. falsarij.

120

Literas Pontificis apud Sedem Apostolicam recipiens præterquam à pontifice, vel de eius mandato excommunicatur, ca. dura, de crimine falsi, ibi, Dura sæpe mandata, & inf.

Statuimus, & sub excommunicationis pena, & suspēsionis ordinis, & beneficij districtius inhibemus ne quis apud Sedem Apostolicam literas nostras, nisi à nobis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si verò persona tantæ authoritatis extiterit, vt ipsam deceat per nuntium literas nostras recipere, nuntium ad Cancellariam nostram, vel ad eos ipsos mittat idoneum, per quem literas Apostolicas iuxta formam præscriptam recipiant, si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si laycus fuerit excommunicationi subiaceat: si clericus officij, et beneficij suspensione damnetur. Adijcientes statuimus, vt generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parrochias faciatis frequentius innouari, & si quis falsas literas se habere cognoscit, intra viginti dies literas illas, aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit euadere: quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro, a quoquam nolumus relaxari: nec ēt (si præsumpta fuerit contra hoc) absolutio quicquam habeat firmitatis.

In prima parte est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatæ.

In secunda, quoad laycos est latæ sententię.

Nemini reseruatæ.

Quoad clericos officij, & beneficij suspensione damnetur.

In tertia, quando est promulgata reseruatur Pōtifici, vt ibi.

120

Matrimonium.

Eos qui diuino timore postposito scienter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis constitutione Canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonium contrahentes ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere, clem. 1. de consang. & affin. refert Caiet. verbo excommunicatio, cap. 47.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur primo, vt hæc decretalis non cōprehēdat, nisi psonas, expressas in textu. Secūdo dec. quod ab hac pœna excusat tantum ignorantia facti probabilis. Tertio intellige textum de matrimonio contracto per verba de præsenti, non autē de futuro, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 141.

122

Matrimonij libertatem violans excommunicatur, Conc. Trid. Sess. 24 c. 9. de refor. ibi.

Ita plerunque temporalium Dominorum, ac Magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates exceaceant, vt viros, & mulieres, sub eorum iurisdictione degentes, maxime diuites, vel spem magnæ hæreditatis habentes minis, & pœnis adigant cū ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini, vel Magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit matrimonij libertatē violare, & ab eis iniuriæ nasci, a quibus iura expectantur; præcipit sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gradus, dignitatis, & cōditionis existant, sub anathematis pœna, quā ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscūque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant.

Est latæ sententiæ;

Nemini reseruatur.

122

Medicinam audiens religiosus in scholis excōmunicatur, nu. supra ver. leges.

123

Mendicantes.

Transgressores constitutionis, qua religiosis mendicantibus prohibet ad habitandum domos, vel loca quæcunq; de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea transferre in alios vsus, cuiusuis alienationis titulo quocunque, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, c. 1. de exc. præl. 6. refert Caiet. ver. exc. c. 56.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

124

Mēdicantes non possunt migrare ad alterum ordinem excepto Carthusiensi, alioquin excommunicantur, Mart. V. extrau. viam ambitiosæ, refert Caiet. ver. exc. c. 74. ibi.

In futurum nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium quorumcunque in aliquē monasticum ordinem (tam Sancti Benedicti, quā Cistertien Camalduleu. Vallis Vmbrosæ, Canonicorum regularium Sancti August. vel aliorum monasticorum ordinem (Carthusiensium duntaxat excepto) possit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti virtute alicuius licentię, uel indulti absque Sedis Apostolicæ licentia speciali sub dictis (pœnis scilicet excōmunicationis latæ sentētiæ reseruatæ Papæ) quas tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrant. Et nihilominus secus factu non teneant ipso iure.

Martinus V.in extrau.viam ambitiosæ.

Est latæ sententię.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt comprehendat mendicantes, & Monachos exceptis Cartusiensibus; quo verò ad actiones ligat duas recipi, & recipere.

125

Monasterij ingressum ementes excommunicantur, not.supra ver.ingressus, nu.98.

126

Monasterium ingrediens absq; licentia ordinarij excommunicatur, not.supra ver.ingressus, & in ver.clausura.

127

Monasteria virorum, quorumque si mulieres ingrediuntur, excommunicantur Pius Quintus in Extr.ad perpetuam, de anno 1566.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

128

Moniales ante professionem nihil dent Monasterio vltra victum, & vestitum, alioquin excommunicentur dantes, & recipientes, Concil.Trid.Sess.25. c.16.de reform.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

129

Monialem fieri cogens, vel prohibens excommunicatur, Concil.Trident. Sess.25.capitul.18.de reform.ibi.

Anathemati Sancta Synodus subijcit omnes, & singulas personas, cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quā laycos, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungētes, si quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam preterquam in casibus in iure expressis ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem, quicumque cōsilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem; quoquomodo eidē actui, vel presentiā, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittēdi, quoquo modo sine iusta causa impedierint.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

130

Moniales exeuntes è Monasterio excepta causa incendij magni, ægritudinis lepræ, vel epidimiæ excōmunicantur, hoc idem dantes licentiam prædictis, easque receptantes.

Extr.Pij V.decori, & honestati, de anno 1569.

Est latæ sententię.

Reseruata Pontifici.

131

Monachi conferentes se ad curias principum, vt damnum aliquod inferant suis Prælatis, vel Monaster.excommunicantur, Clem. ne in agro de stat.Monac.refert Caietanus, versiculo excommunicatio, capitulo sexagesimosecundo ibi.

Hoc edicto perpetuo prohibemus ne Monachi, aut regulares Canonici administrationem aliquā non habentes ad curias Principum absque speciali prælatorum suorum licentia se conferant. Quod si, vt damnū aliquod inferant suis prælatis, aut Monasterio, se conferre præsumpserint; excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Prelatis eorum districte nihilominus iniungentes, vt ipsos à curiarum prædictarum accessu, & alijs quibuslibet vagationibus, & discursus, diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdē seuere corigere nō omittāt.

Extrauagant.de stat.Monac.c. ne in agro.in Clem.

Est latæ sententiæ;

Nemini reseruatur.

132

Moniales, si quis dirigere debuerit in electionibus faciendis, & nō fecerit excommunicatur, not. sup.ver.electio.

133

Monetarum falsarij in regno Franciæ excommunicantur, & qui scienter falsas monetas extra dictum regnum emunt, & postea intra regnum ipsum portant eas, vendunt, & expendunt,

extr.prodiens, de crim.falsi.

Est latæ sententię.

Reseruatur Pontifici.

134

Mortuos debumantes, absq; licentia excōmunicantur, extrau.2.de sepul. Caiet.ver.exc. capitulo 70.ibi.

Si defuncti executores, aut familiares eius, seu quiuis alij cuiuscunque gradus fuerint, aliquid contra nostri statuti, et ordinationis tenorem præsumpserint attētare, defunctorū corpora sic inhumaniter, & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excōmunicationis sententiam (quā ex nunc in ipsos proferimus) ipso facto se nouerint incurisse, à qua non nisi per Apostolicā Sedem (præterquam in articulo mortis) possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille cuius corpus sic inhumane tractatum fuerit, Ecclesiastica careat sepultura.

Bonifacius Octauus in extrau. detestandę, de sep.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur non precedere quando moriuntur in terris infidelium. Secundo quando corpus fętet, aut in anathomiam ducitur, aut in cadauero regis, vt magis honoretur, Nau.c.27.nu.105.

135

Mulieres suspectas Clerici retinentes excommunicantur Conc. Trid. Sess. 25. capitulo 14. de reform.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

136

Nauigantium spoliatores excommunicantur, no.infra ver.piratæ.

137.

Naufragium passis bona rapientes excommunicantur in Bulla Cęnę Domini de anno 1579. Gre. XIII.nume. 4.ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes,

omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunque nauibus tēpestate in transuersum, ut dici solet ia ctatis, naufragium passis, aut etiam submersis, siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, vel litore inuenta cuiuscunque generis bona tam in nostri Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscunque alijs cuiuscunque maris regionibus, & litoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta, scienter receperint; ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut lon gissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunq; prætextum excusari possint.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

138

Nuncios Apostolicos impediētes ne recipiātur, seu ipsi exequantur eorum officium excōmunican tur, not. sup. versic. Legati, & versic. Cardinales.

139

Oblationes de sacris ecclesijs, si layci moliti fuerint excommunicantur, c. si. 10. q. 1.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

140

Officiales vrbis, oppidi ve vbi Pontificis noui creatio tractatur, si diligenter, & inuiolabiliter nō obseruauerint, quæ sibi eo in negocio commissa sunt excommunicantur, c. vbi periculum, de elect. & in §. præterea.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

141

Officiales pœnitentiariæ, qui concesserint, quæ sunt interdicta excommunicantur Pius 4. in Extra. in sublimi.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, Cathech. Placent. tit. de excom. nu. 126.

142

Officiales vrbis, & status Ecclesiastici, si permise rint deferri arma breuioris mensuræ trium palmo rum excommunicantur, Pius Quintus Extrauag. cum vices. anno 1572.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

143

Officium, Inhibemus sub interminatione anathematis ne quis sacerdos officium habeant vicecomitis, aut præpositi sæcularis. Siquis autem contra hac ve nire præsumpserit, & commonitus emendare nolue rit excommunicationi subiaceat.

c. Clericis, ne Cler. vel Monac. Caiet. ver. excommunic. c. 76.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt quo ad personas soli sacerdotes comprehendantur, quantum autem ad actiones comprehēdūtur. Primo habere officium vicecomi tis, seu præpositi. Secundo post monitionem nolla emendare Caiet. d. loco.

144

Ordinarij locorū, qui in sibi subditos insistentes in seruitio Papæ, vel Romæ moram trahentes pro suis negocijs, sententiam excommunicationis pro tulerint excommunicantur Extrauag. diuina de priuil.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Papa qui a paucioribus quam à duabus partibus eligitur & gerit se pro Papa excommunicatur, not. supra ver. electio.

146

Participantes.

Clericos, qui scienter, & sponte participauerunt cum excommunicatis à Pontifice, & ipsos in officio receperunt, eadem excommunicationis sententia cū ipsis nos u dubitamus inuolui. Quos etiam pro beneficio habendo absolutionis ad Pontificem sunt remittendi,

c. significauit, de sen. excom.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, quod liget solum Clericos, & punit vnicam actionem, scilicet recipere ad diuina, Caiet. ver. excom. c. 58.

147

Patriarchas ex sua prouincia eijcientes excommunicantur not. supra ver. Cardinales.

148

Patroni præsentantes contra formam Bullæ Pij Quinti, quæ incipit, quanta, de anno 1568. excommunicantur.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici. dicam inferius, versiculo resignatio.

149

Peregrinos ad vrbem proficiscentes impedientes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini de anno 1579. nu. 9. ibi;

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes. romipetas seu peregrinos ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, et prorsus omnes alios ad Sedē Apostolicam accedētes, vel apud eam morantes, aut recedētes ab ipsa, & illis dātes auxiliū cōsiliū, vel fauorē.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt non incidat in eum, qui impedimentum dederit ante, vel post peregrinationem, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 66.

150

Pedagia noua imponentes ad id potestatem non habentes excommunicatur, dixi supra, nume. 86. ver. gabellas.

151

Piratæ, & eorum receptores, & fautores excōicāt in Bulla Cœnę Domini, de anno 1579. n. 3. ibi:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, latrunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare nostrum à Monte argentario vsque ad Terracinam discurrentes, eos, qui in illo nauigant deprędantur, mutilant, interficiunt rebusue bonis suis spo-

ſpoliāt, omneſque receptatores eorundem, & eis auxilium ſcienter dantes, vel fauorem.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur comprehendere ſolū illos, qui principaliter verſantur in agendis prædis in mari, nam ipſi propriè dicuntur piratę, & latrones marini, vnde non comprehendit eos, qui in flumine id agūt, neque qui deprædantur in bello etiam iniuſto nō principaliter, ſed incidēter, includuntur tamen etiam conſulentes ad iſtud, Nauar. Man. Confeſſ.c. 27. num. 59.

152

Phyſicam audientes religioſi in ſcolis publicis, excommunicantur, dixi ſupra ver. leges.

153

Pontificatum ambientes, & qui viuente Pontifice de nouo eligendo tractabūt, & qui in prædictis, per ſe, vel per alium dederint auxilium, cōſilium, vel fauorem excommunicantur, Paul. 4. Extrauag. cum ſecundum.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici, vt refert Cathec. Plac. tit. de excom. nu. 120.

154

Pontificis electi literas impugnantes antequam coronetur excommunicantur, Extrau. fin. de ſent. excommun.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

Ratio eſt, quia eodem momento quo canonice eligitur confirmatur a Deo immediate, & eandem habet poteſtatem quam pōſt coronationem, capit. In nomine, 23. diſtinct. Nauar. Man. Confeſſ. c. 27. num. 147.

155

Papam eligentes Cardinales excommunicantur pręſertim in Extrau. Iulij 2. approbata in Conci. Lateranen. Seſſio. 5. refert Cathech. Plac. tit. de excommun. nume. ſecundo. Nau. Man. Conf. c. 27. num. 110.

156

Prædicans miracula falſa, ſeu prophetias, quæ non continentur ſacra ſcriptura excommunicantur Conc. Later. ſub Leone 10. Seſſ. 9. refert Cath. vt ſupra, num. 33. & Nau. num. 110.

157

Priuilegia prædicatorum, & fratrum minorum violans, quibus in caſibus excommunicentur, not. ſupra ver. fratres.

158

Procuratores impedientes in curia excommunicantur, not. ſupra ver. impedientes.

159

Profeſſio fidei, ſi non fiat, & domini inferiores Epiſcopis, vel Regibus patiantur quem ſortiri cathedram alicuius, ſeu promoueri ad doctoratus ex communicantur, Pius IIII. Extrauagan. Sacroſancta.

Eſt latę ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

160

Raptores mulierum excommunicantur, cap. 6. Seſſ. 24. de reform. Conc. Trid. ibi.

Decernit Sancta Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quod, ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libera conſtituta, illum in virum habere conſenſerit; eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; & ſi clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor, mulierem raptam, ſiue eam in vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

161

Receptatores hæreticorum excommunicātur, dixi ſupra ver. hæretici.

162

Religionis ingreſſum emēs excommunicatur, not. ſupra ver. ingreſſum num. 98.

163

Religionem nouam inducens abſque authoritate Pontificis excommunicatur, cap. 1. de Relig. Dom. §. ſi vero, ibi.

Si vero ſecus pręſumptum fuerit: nec perſonarum receptio, nec domorum, vel locorum acquiſitio, aut ipſorum cęterorumque bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrent.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt non incurratur hęc eo quod aliquis, vel aliqua accipiat nouum habitum, vt per ſe ſolitarius degat in ſua domo, vel in alio loco, Nauar. Man. Conf. cap. 27. nu. 27.

164

Religioſi, qui Clericis, aut Laycis ſacramentum vnctionis extremę, vel Euchariſtia miniſtrare, vel, matrimonium ſolemnizare non habita ſuper his parrochialis presbyteri licentia, aut quemquam excommunicatum a Canone, pręterquam in caſibus iure expreſſis, vel per priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, vel a ſententijs per ſtatuta prouincialia, aut Synodalia promulgatis, ſeu ſi à culpa, & pœna abſoluere quemquam præſumpſerint excommunicationis ſententiam incurrant ipſo facto, a Sede Apoſtolica (dumtaxat) abſoluendi, Clem. religioſi, de priuileg.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur primò, vt ſufficiat, quod ſit religioſus quāmuis non ſit profeſſus, poteſt tamen religioſus alteri religioſo ſacramenta conferre, quia ipſe non eſt ſubiectus parrocho, neque incurreret, ſi ad miniſtraſſet in articulo mortis, quando hoc faceret ob defectum parrochi.

165

Religioſi mendicantes, qui transeunt ad ordinē non

non mendicantium absq; licentia Summi Pontificis, excepta regula Carthusiensium excommunicantur, dixi supra ver. mendicantes nu. 124.

166

Religiosi cuiuscumque religionis, qui sine superioris sui ordinis licentia per patentes literas sibi cõcessa ad parentes transmatinas se transferre præsumunt, vbi pauci fidelium respecto infidelium reperiuntur, excommunicantur, Extrauag. ad nostrum de regularibus.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

167

Religiosi, qui proficiscuntur ad aliqua studia absque licentia excommunicantur, cap. 2. ne Cler. vel Mon. 6. dicitur sup. nu. 87.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt non incurrat hanc, qui proficiscitur ad alium locum, vbi est conuentus sui ordinis, & est studium publicum; Item satis est licentia prælati, qua quis potest habitare extra Monasterium; In secunda autem parte quatuor requiruntur; Primo, quod auditor sit religiosus: Secundo audiat leges, vel medicinam: Tertio id fiat relicto habitu: Quarto, quod doctor id sciat, eumque doceat.

168

Religiosi qui petunt aulas Principum causa nocendi suis prælatis, vel Monasterijs excommunicantur, no. supra ver. Monachi nu. 131.

169

Religiosi, qui concionantur, vel aliàs dicunt aliquid ad auertendos audiẽtes à soluẽdis decimis debitis Ecclesijs excommunicantur, dixi supra ver. decimas nu. 55.

170

Repræsalias aduersus personas Ecclesiasticas, sin bona ipsarum concedentes, vel extendentes ad eas, nisi præsumptionem huiusmodi renocauerint à concessionis, vel extensionis tempore intra mensem, si persona singularis fuerit, sententiam excommunicationis incurrat, si vniuersitas Ecclesiastico subiaceat interdicto.

c. etsi pignorationes de iniur. 6.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur.

Declaratur procedere, tam in iustis, quam in iniustis repræsalijs, non tamen incurreret ille, qui cõcederet propter debita, iudicans, hoc sibi de iure conuenire, Nauar. Man. Confessorum, c. 27. nume. 136. excom. 31.

171

Resignantes, & admittentes resignationem in fauorem in manibus ordinarij excommunicantur, dixi supra ver. beneficium nu. 24.

172

Reuelatio, non reuelantes conscios conspirationis in personam Cardinalis excõmunicantur, Pius Quintus Extr. infælicis.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur,

173

Reuocationem extorquens suspensionis, interdicti, & excommunicationis excommunicatur, ca. 2. de is, quæ vi mei. causa. 6. ibi.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque renocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim, vel metum extorta; præsentis constitutionis authoritate omnino viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta violentis crescat audacia; eos qui absolutionem, seu renocationem huiusmodi vi, vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

174

Romæ vrbis officia, & dignitates vsurpantes excommunicantur c. fundamenta de elect. 6. Caiet. ver. exc. c. 53. ibi.

Nullus Imperator, seu Rex Romanorum, vel alius Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes aut Baro, vel quicumque alterius notabilis potentię, preeminentię, potestatis, & excellentia, seu dignitatis existas, frater, filius, vel nepos, eorum ad tempus, vel in perpetuum, seu quiuis alius vltra annale spatium, quouis modo, colore, vel causa, per se vel aliam personam quomodo libet submittendam; in senatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad vrbis Romæ regimen, seu officiũ nominetur, eligatur, seu aliàs etiam assumatur absq; licentia Sedis Apostolicę speciali per ipsius sedis literas concessionem licentiæ huiusmodi specialiter exprimentes, quod si secus factum fuerit, nominationem, electionem, & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas. Et non solum nominatores, electores, & assumptores, verum etiam nominati, electi, & assumpti, si tali nominationi, electioni, & assumptioni consenserint aut se de ipsis quomodolibet intromiserint, intendentes, & obedientes eisdem, & in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, & assumptoribus, aut nominatis electis, vel assumptis, auxilium, consilium, vel fauorẽ publice, vel occulte, cuiuscumque cõditionis extiterint; ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant Et infra. Contemptores quoque, seu violatores alicuius præmissorum ab huiusmodi excommunicatio nis sententia (præterquam in mortis articulo) absolui non possint, nisi per Rom. Pont. vel de ipsius petita licentia, & obtenta speciali, non obstantibus priuilegijs,

de election. c. fundamenta lib. 6.

Est latę sententię.

Reseruata Pontifici.

175

Romanæ vrbis victualia impedientes excõmunicantur, no. infra ver. victualia.

176

Romanæ Ecclesiæ bona occupantes excommunicantur, not. supra versiculo bona numero vigesimo sexto.

177

Romipetas impedientes peregrinationis causa excommunicantur, not. supra ver. peregrinos.

Roma-

178

Romanam curiam petentes, ſeu ad ipſam recurrentes, ſi impediti fuerint, impedientes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini Greg. XIII. de anno 1579. ibi nu. 12.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alium, ſeu alios, quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, vel ſæculares ad dictam curiam ſuper eum cauſis, & negotijs recurrentes, illaſque in eadem curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumque geſtores, aduocatos, procuratores ipſorum, ſeu etiam auditores, vel iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt, ſeu bonis ſpoliant, vel qui per ſe, vel alium, ſeu alios directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur; cuiuſcumque præminentiæ, & dignitatis fuerint.

Ac illos qui literas Apoſtolicas, & in forma breuis, tàm gratiam, quàm iuſtitiam concernentes, ac etiam citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, proceſſus, executoriales, aliaque decreta, quæcumque a nobis, & Sede Apoſtolica, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus Apoſtolicæ Auditoribus, & Commiſſarijs, alijſque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanata, & quæ pro tempore emanauerint ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito conſenſu, vel examine, executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſum executione, inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt tradere debeant impediunt, vel probibent, aut impediri, vel prohiberi procurant. Ac notarios, executores, ſub executores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, carcerant, detinent, vel capi carcerari, & detineri faciunt. Quique etiam quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas a dicta ſede impetrent, ſeu impetratis vtantur directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut notarium, ſeu tabellionem, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.

Eſt latę ſententiæ.

Reſeruata Pontifici.

Declaratur, vt non loquatur de Roma, ſed de Sede Apoſtolica, vnde cum illa eſſet extra Romam non eſt locus illi Romæ, neque in uenientibus ad eam, vel recedentibus ab ea; Item non procedit in his, qui vadunt, degunt, aut recedunt è loco vbi eſt curia, ſi non proficiſcantur, verſentur, aut reuertantur ratione curiæ.

179

Sacerdos.

Inhibemus etiam ſub interminatione anathematis, nequis ſacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpoſiti ſęcularis, ſi quis autem contra hoc venire præſumpſerit, & commonitus emendare noluerit, ex communicationi ſubiaceat, c. clerici, in fine ne cler. vel mon.

Eſt ſententiæ ferendę ante monitionem post vero eſt ſententiæ latæ.

Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt nō incurrat in iſtam clericus minorum ordinum: non tamen incurrunt prælati habentes einſmodi procurationem annexam ſuę dignitati, aut ſuo patrimonio, Nauarr. Man. Confeſſ. cap. 27. nu. 117.

180

Sacrilegi, effractores, & ſpoliatores eccleſiarum excommunicantur, capit. conquæſtus, de ſent. excom.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur abſolutio donec reſtitutio fiat.

Declaratur, vt duo requirantur, effringere ſcilicet, & ſpoliare.

181

Sagittarij. Artem illam mortiferam, & odibilē baliſtariorum, & ſagittariorum aduerſus Chriſtianos, & Catholicos exerceri de cętero ſub anathemate prohibemus, cap. 1. & ſagittarijs.

Eſt ſententię ferendæ.

Nemini reſeruatur.

182

Salus corporis. Cęterum, cum anima ſit multo pretioſior corpore ſub interminatione anathematis prohibemus nequis medicorum pro corporali ſalute aliquid ęgroto ſuadeat quod in periculum animæ conuertatur, c. cum infirmitas, in fi. de pœ. & remiſ.

Eſt ſententiæ ferendæ.

Nemini reſeruatur.

183

Saracenis auxilium præbens excommunicatur, not. ſupra ver. arma, nu. 15.

184

Schiſmatici excommunicantur, not. ſupra verſi. hæretici.

185

Scripturas palatij Apoſtolici auferens excommunicatur, no. ſupra verſ. bonorum.

186

Sęculares officiales urbis qui tempore ſedis vacantis non benè exercent ipſorum officium excōmunicantur, no. ſupr. ver. officiales.

187

Sęculares iudices non adminiſtrantes iuſtitiam clericis poſt trinam monitionem excommunicantur, c. adminiſtratores, 23. q. 5.

Eſt latæ ſententiæ poſt trinam monitionem.

Reſeruatur donec ſatisfactum fuerit.

188

Sęcularis imponens decimas, taleas, pręſtantias Clericis excommunicantur in Cęna Domini de anno 1579. Greg. XIII. num. 17. ibi dixi ſuperius, num. 18.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

189

Sedis Apoſtolicæ bona vſurpantes excommunicantur, not. ſupra ver. bona, ver. Roma.

Sena-

190

Senatorem Romanum eligentes Imperatorem, Regem, Ducem, Marchionem, Comitem, Principem, aut alium dignitate insignem, siuè eius filiũ vel fratrem, & electi absq; consensu Pontificis excommunicantur, c. fundamenta de elect. 6.

Est latę sententię.

Reseruatur Pontifici.

191

Sepulturã, vt quis eligat apud suas Ecclesias inducentes ad id excommunicantur, Cle. cupientes de pœni. Caie. vet. exc. c. 49. ibi.

Sane temerarios violatores constitutionis illius, quæ religiosis, & clericis secularibus prohibet ne aliquos ad vouendum, iurãdum, uel fide interposita, seu alias promittendum, inducant, vt sepulturas apud eorum Ecclesias eligant, vel iam electam vlterius non immutent, similem sententiam (pœna in dicta constitutione contenta in suo perdurante robore) incurrere volumus ipso facto, ab alio quam à Sede Apostolica (prœterquam in mortis articulo) nullatenus absoluendos: nullis priuilegijs, aut statutis cuiuscumque tenoris existant in contrarium super his valituris,

Extrau. de pœnit. cupientes in Cle.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, quod ista inductio, requiritur cum opere ad hoc quod quis incidat in exc. quia cum huiusmodi pœna sit stricti iuris, effectum requirit Caiet. d. loco.

192

Sepeliens hæreticos excommunicatur, & hoc quando sepelit sciens in loco sacro, capitulo secundum de hæret. sexto Caiet. versiculo excommu. cap. 45. ibi.

Quicumque hæreticos, credẽtes, receptatores, vel fautores eorum scienter præsumpserint Ecclesiastica tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus extumulent publice, & proijciant talia corpora damnatorum: & locus ille perpetuo careat sepultura.

de hęretic. lib. 6.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur absolutio, donec proprijs manibus, extumulentur publice, & proijciantur huiusmodi corpora damnatorum.

Declaratur comprehendat, tam laycos, quam clericos.

193

Sepelientes in cimiterijs tempore interdicti quoscumque in casibus non concessis, aut excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios scienter, excommunicantur Clemen. 1. de sepult. Caietan. versicul. excommu. c. 46. ibi.

Eos, qui proprię temeritatis audacia, defunctorũ corpora non sine contemptu clauium Ecclesiæ in cimiterijs tempore interdicti in casib. non concessis à iure, vel excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios scięter sepelire prę sumunt: ipso facto excommunicationis sententię decernimus subiacere. A qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium diœcesani Episcopi eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerit competentem.

Extrau. de sepul. c. 1. in Cle.

Similiter scriptum est de sepulturis, ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus c. 1. de sepulturis in fine.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur donec arbitrio Diœcesani satisfactio nem exhibuerit competentem.

Declaratur vt hanc incurrant Clerici exempti, vel non exempti.

194

Sequestrationem beneficij impedientes vna diffinitiua sententia contra possessorem promulgata, per loci ordinarium facta, vel fructus sequestratos quoquomodo occupare præsumentes excommunicantur.

Clem. 1. de seq. & pos. fruct. Caiet. ver. excom. cap. 43. ibi.

Definimus, vt vna contra possessorem definitiua sententia super beneficio apud Sedem Apostolicam (dumtaxat) in petitorio, vel possessorio promulgata, beneficium ipsum à possessore huiusmodi (dum tamen triennio pacificè antea possessum ab eo non fuerit) per loci ordinarium apud aliquam idoneum personam sequestretur, &c. Si quis autem sequestrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquomodo præsumpserit occupare, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua (nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eorum fructibus restitutis) nullatenus absoluatur.

Extrauagan. de seq. c. 1. in Cle.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur donec restitutio fiat.

195

Symoniaci in ordine, & beneficijs excommunicantur. Martin. 5. in Concil. Const. Caiet. versic. excom c. 72. ibi.

Multę contra symoniacam prauitatem iam olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari. Volẽtes igitur de cetero, vt possumus attẽtius prouidere, Sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinati symoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacè Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum, quorumcumque deinceps facta, nullæ ipso iure, nullumque per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, ac prouisi faciunt fructus suos; sed ad illorum restitutionem tamquàm iniquè ablatorum teneantur percipientes. Statuentes insuper, quod dantes, & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Mart. 5. in Conc. Constantien.

Est latę sententiæ.

Nemini

Nemini referuatur.

Declaratur, vt non intelligatur, nisi de simonia; quæ committitur in ordine, & beneficio cõc.Paul. in Extrauag.de sym.Nauar. Manual. Conf.cap.27. nume.106.

196

Spirituales causas auocãtes à curia Ecclesiastica excommunicantur, not. supra versiculo auocantes.

197

Statuentes contra libertatem Ecclesiæ excommunicantur, dixi supra ver. auocantes.

198

Supplectilia palatij Apostolici occupantes excommunicantur, not.supra ver.bona.

199

Supplicationes Apostolicas falsificantes excommunicãtur, not.supra ver.falsarij.

Taurorum, ferarumve spectacula publica, aut priuata permittentes fieri in suis terris excommunicantur, Pius Quintus Extr.de salute anno 1567.

Est latæ sententiæ, quoad permittentes,

Nemini reseruatur.

Clerici quoque tam sæculares, quam regulares prohibentur interesse huiusmodi spectaculis, sub pœna excommunicationis, & in hac parte.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

201

Testimonium.

Casus huiusmodi (videlicet , vt iudex vadat personaliter ad mulierem pro testimonio) non fingatur, nec fraus interueniat in hac parte alioquin fictor huiusmodi, vel fraudator ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

c.mulieres, de iud.6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Materia huius Canonis est insidiari pudicitiæ mulierum, & quo ad personas est vniuersalis, quo ad actiones punit duas, idest quãdo fingit causam, fraudemque committit.

202

Taleas, collectas, decimas, & onera imponẽtes clericis, excommunicantur in Bulla Cænæ Domini de anno 1579. numero 17. dicitur supra nu. 18.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

203

Tributa imponentes clericis, rebusque ecclesiæ excommunicantur, capitulo non minus, de immunit.eccl.Caiet.versiculo exc.capitu. 40.dictum est sup.numero 202.nam hodie reseruatur in Cæna Domini.

204

Turcis auxilium præbens excommunicatur, dixi supra ver.arma.

205

Vacantium ecclesiarum bona occupantes excõmunicantur, capitulo generali, de elect. 6.Caiet. versiculo exc.capitulo trigesimoctauo ibi.

Vniuersos, & singulos, qui regalia custodiam, siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulum in Ecclesiis Monasteriis, siue quibuslibet aliis piis locis vacantibus, de nouo vsurpare conantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, aut locorum ipsorum vacantium occupare præsumunt, clericosque Ecclesiarum, Monachos Monasteriorum, & personas ceteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiã decernimus subiacere.

Bonif.de elect.generali, lib.6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Hodie tamen reseruatur Pontifici per Pium V. in extrau. ducnm refert Cath. Plac. titulo de exc. nume.136.

206

Victualia deferentes Romam. si fuerint impediti, illi, qui impediunt excommunicantur in Cæna Domini de anno 1579.nu.8.ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, siue inuadentes eos, qui victualia seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel deferantur impediunt, seu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel facientes defendunt, cuiuscunque fuerint ordinis præeminentiæ, conditionis, & status, etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia, quauis ecclesiastica, vel mũdana præfulgeant dignitate.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt non comprehendat eos, qui ob vtilitatem suæ Reip. iustè prohibent victui necessaria, aut aliqua alia causa huiusmodi prohibet. Nau. Man. Conf. c.27.nu.64.

207

Vindictæ causa, si quis in vrbe, vel in eius districtu domum communitam habuerit, armatos receptauerit, per se, vel per alium excommunicatur, Cath. Plac. tit. de excom. numero 148.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, vt ibidem.

208

Violans interdictum excommunicatur, dixi supra ver.interdictum nu. 106.

209

Virginem Mariam asserentes originali macula fuisse contaminatam, aut oppositum tamquam hæreticum impugnantes excõmunicantur, Extr.graue nimis de relig.& vener.Sanct. Caiet. verbo excom.c.78.ibi.

Motu proprio assertiones quorumlibet prædicatorum, qui affirmare præsumerent eos, qui crederent, aut tenerẽt Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccantes, aut conceptionis officium celebrantes, seu sermones illorum, qui eam sine huiusmodi macula conceptam esse affirmant audientes alicuius peccati reatum incurrere, vt pote falsas, & erroneas, editosque desuper libros id continentes, quoad hoc authoritate Apostolica tenore præsentium reprobamus,

mus, & damnus: ac motu, scientia, & authoritate prę dicti, statuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alij qui de cetero ausu temerario præsumpserint in suis sermoni ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant. A qua ab alio quam à Rom. Pont. nisi in mortis articulo, nequeant, absolutionis beneficium obtinere.

Item motu, scientia, & authoritate similibus, simili pœna, ac censuræ subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes (videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam) hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale; cum hoc nondum sit à Romana ecclesia, & Apostolica Sede decisum.

Sixtus Quartus in extrau. c. graue nimis.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici. Conc. Trid. Sess. 5. in fi. de pecc. orig. fuitque ampliata à Pio Quinto de anno 1570. in extr. super Spec. vt in prædicationibus, non arguatur ad partes, sed vnam tantum partem (quam maluerit) firmet, & teneat.

210

Visitatores monalium, aut mulierũ quæ vulgo dicuntur canonicæ sæculares, siquis in præmissis, seu aliquo præmissorum impedire præsumpserit, nisi monitus resipiscat, ipso facto excommunicationis sententiam se nouerit incursurum. Priuilegijs, statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium non valituris, clem. attendentes, de stat. mon.

Est latæ sententiæ post monitionem.

Nemini reseruatur.

211

Vota commutantes castitatis, Religionis, peregrinationis vltramarinæ, Visitationis liminum Apostolicorum Petri, & Pauli in Compostella, absque licentia Pontificis, seu extra articulum mortis, excommunicantur, Sixtus quartus, in extrau. & si Dominici, de pœn. refert Caiet. versic. excom. cap. 77.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

212

Vsuras per statuta fouentes excommunicantur, clem. 1. de vsur. Caiet. ver. exc. c. 51. ibi.

Quicumque communitatum potestates, capitanei rectores, consules, iudices, consiliarij, aut alij quicumq; officiales, statuta huiusmodi de cetero facere, scribere, vel dictare, quod soluantur vsuræ, vel quod cum solutæ repetuntur non restituantur plene, ac libere scienter iudicare præsumpserint: sententiam excommunicationis incurrant, eandem etiam sententiam incursuri, nisi statuta talia hactenus edita, de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) intra três menses deleuerint; aut, si ipsa statuta, vel consuetudines officium eorum habentes quoquomodo præsumpserint obseruare.

Clemens V. de vsu. il Clem. 1.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

213

Vsuras fouentes Clerici excommunicantur, ca. vsurarum de vsuris 6. Caiet. ver. excommunicatio cap. 52. ibi.

Hac perpetua constitutione sancimus vt nec collegium, nec alia vniuersitas, vel singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum publice fænebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittant sed huiusmodi vsurarios manifestos, omnes intra tres menses de terris suis expellant, numquam aliquos tales de cetero admissuri; nemo illis ad fænus exercendũ domos locet, vel sub alio titulo quocũq; concedat. Qui vero contrafecerint, si personæ fuerint Ecclesiastica, Patriacha, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis; minores vero personæ singulares, excommunicationis; si autem collegium, seu alia vniuersitas; interdicti sententiam ipso facto se nouerint incursuros. Quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum quamdiu in eis ijdem vsurarij commorantur, & tunc Ecclesiastico subiaceant interdicto. Ceterum, si layci fuerint per suos ordinarios omni cessante priuilegio, per censuram Ecclesiasticam compellantur.

de vsuris c. vsurarum lib. 6.

Est latæ sententiæ, quoad Clericos minores.

Est latæ sententiæ ferendæ, quoad laycos.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt nihil referat, an sit Iudeus, vel Christianus; Item non est satis, quod locetur domus, nisi locata fuerit ad fænerandum, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 136.

Accesserunt ad istas nonnullæ excommunicationes, quas collegi ex collectione diuersarum constitutionum, & literarum Rom. Pont. nouissime Romæ impressæ de anno 1579. quarum prima est: pagina 8.

1 Gregorius XI. prohibuit perpetuo ne de Ecclesijs, aut monasterijs vacantibus per Sedem Apostolicam prouisi, aut ad ea translati, ipsarum prouisionum, vel translationum nunciatoribus aliquid dent, aut promittant, vel promissum soluant, ibi.

Nos enim quoscumque præsumentes contrarium quoquomodo, excommunicationis sententiæ subiacere volumus, & decernimus ipso facto à qua nullus ab alio, quam à Rom. Pontifice possit, nisi (dumtaxat) in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere, non obstantibus exemptionibus, &c.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Secunda est pag. 9.

2 Vrbanus 6. perpetuo statuit, quod layci bannientes, seu relegantes, aut proscribentes personas Ecclesiasticas, excommunicationis sententiam incurrant, loca autem, in quibus talia fiunt, Ecclesiastico interdicto ipso facto subiaceant.

Est

Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Hodie tamen est in Bulla Cœnæ Domini Gregorij XIII.de anno 1579.
Tertia ibi pag.12. & seq.

3 *Martinus 5. perpetuo statuit, quod si examinator, vel Clericus antequam exerceant officium examinationis non iurauerint in manibus vicecancellarij de illo fideliter exercendo, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua non possint absolui donec fuerit satisfactio facta.*
Est latæ sententiæ.
Reseruatur donec adimpleatur, quod percipitur.
quarta est ibidem.

4 *Idem Martinus 5. statuit ne bullatores literarum Apostolicarum plus debito percipiant, neque registratores illarum causa extorquendi plus debito eas differant, quod si contrarium fecerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, a qua (mortis casu excepto) per alium quam Romanum Pontificem, nequeant absolutionis beneficium obtinere &c.*
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Quinta est pag.16.

5 Martinus 5. perpetuo prohibuit ne personæ Ecclesiasticæ alias personas Ecclesiasticas, ad forum laycale trahāt sub pęna excommunicationis, finnis causę.
Est latę sententię.
Reseruatur Pontifici.
Hodie vero quatenus in hac Bulla agitur de personis secularibus trahentibus ad forum seculare personas Ecclesiasticas reseruatur in Bulla Cœnæ Domini Greg.XIII. de anno 1579.numero decimotertio, & seq.
Sexta est pag.16.

6 Nicholaus 5.excommunicat deferentes equos ferrum, lignamina, in Alexandriam, vel partes Aegypti, aut mitti, vel deferri permittentes.
Est latæ sententię.
Reseruatur absolutio, nisi tantum de bonis proprijs in terræ sanctę subsidium conuertendum exsoluerit, quantum ad partes prędictas extulerit, vel miserit.&c.
Hodie reseruatur in Cęna Domini, Gregorij XIII.nu.7.de anno 1579.
Septima est pag.17.

7 Paul.2.excommunicat omnes prouocantes ad futurum concilium.
Est latę sententię.
Reseruatur Pontifici.
Hodie est in Bulla Cęnę Domini nu.2. Gregor. XIII.anno 1579.
Octaua est pag.24.

8 Paul.2.excommunicat latę sententię reseruata Pontifici; ne quisquam ad regimen prouinciarum, ciuitatum, & terrarum Romanę Ecclesię deputatus, vel deputandus, aliquod genus muneris (pręter esculenta, & poculenta, quę biduo consumi possint) recipiat.

Est latę sententię.
Reseruatur Pontifici.
Nona est pag.28.

9 Sixtus 4.statuit ne prouinciarum, & aliorum locorum status Ecclesiastici gubernatores prouincias, & alia eorum gubernij loca, vltra quam semel nisi ex magna causa visitent, sub excommunicationis latę sententię pœna.
Est latę sententię.
Nemini reseruatur.
Decima est pag.28.

10 Idem Sixtus 4. excommunicat omnes, qui lapides, & alia ornamenta ex Ecclesijs auferunt, aut illa auferentes auxilium, vel fauorem pręstant.
est latę sententię.
Reseruatur Pontifici.
Vndecima est pag.28.

11 Idem Sixtus 4. prohibet gubernatoribus, & thesaurijs sub pœna excommunicationis latę sententię, vt eis non liceat de maioribus condemnationum gratijs excedere sex florenos, in minoribus vero tertiam partem.
Est latę sententię.
Nemini reseruatur.
Duodecima est pag.50.

12 Innocentius Octauus statuit, vt omnes personę, tam Ecclesiasticę, quam seculares, quas causa in Bulla contenta non tangit, executionū, citationum aut aliorum quorumcunque mandatorum, seu rescriptorum, & prouisionum Apostolicarum impedientes, aut impedimentis auxilium, consilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè pręstantes, cuiuscunque conditionis, vel pręeminentię existant, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, a qua (pręterquam in mortis articulo) constituti, & pręuia satisfactione ab alio quam à Romano Pontifice pro tempore existente, & canonicè intrāte absolutionis beneficium ne queant obtinere, conc.Leo.10.pag.99. & Clem.7. pag.158.
Est latę sententię.
Reseruatur Pontifici.
Hodie est in Bulla Cęnę Domini Greg. XIII. de anno 1579.nu.13.
Decimatertia est pag.64.

13 Iulius II. prohibuit perpetuo ne officiales Romanę Curię pro taxis etiam à sponte dantibus vltra quam in primęua suorum officiorum institutione recipiant, sub pœna excommunicationis latę sententiæ Romano Pontifici reseruatę.
Est latę sententię.
Reseruatur Romano Pontifici.
Decimaquarta est pag.86.

14 Leo X. statuit, vt nullus prędicare præsumat absq; examine, & ordinarij licentia neque alia futura prædicere audeat, sub pœna excommunicationis reseruatę Romano Pontifici.
Est latæ sententię.
Reseruatur pontifici.
Decimaquinta est pag.94.

15 Idem Leo X. excommunicat omnes vtentes pragmatica sanctione pro Regno Francię.

Est

Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Decimasexta est pag. 95.
16 Idem Leo X. excommunicat expedientes literas Apostolicas gratis sub confictо colore exemptionis, & immunitatis, & officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes, ibi excommunicationis sententiam, à qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione præuia) absolui possint, authoritate Apostolica per præsentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam hu iusmodi in dictum euentum, ex nunc prout ex tunc, & è contra incurrisse declaramus, & pro talibus publicè indicari mandamus.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Decimaseptima est pag. 202.
17 Paulus Tertius confirmat literas Iulij I I. contra deferentes alumina de partibus infidelium ad partes Christianorum, eosque excommunicat ipsosque conducentes, venientes & ementes, conc. Iul. 3. pag. 236. Pius 4. pag. 376. & Greg. X I I I. pag. 14.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Decimaoctaua est pag. 228.
18 Iulius Tertius excommunicat dubitantes de facultatibus, & authoritate maioris Pœnitentiarij S. Rom. Eccl. pro tempore existentis, & de validitate S. Pœnitennariæ Apostolicæ, & impedientes ne debite executioni demandentur excommunicantur.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici; sicuti contra impedientes literarum Apostolicarum excommunicantur in Cæna Domini.
Decimanona est pag. 313.
19 Paul. 4. excommunicat omnes, qui occasione beneficiorum obtentorum se alios esse simulauerint, & tanquam tales se in examine supposuerint, aut beneficia pro personis ignorantibus, seu pro se, vel pro alijs cum spe pensionis annuę, aut aliud quamtumuis modicum temporale ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter animo, & intentione ea postmodum in fauorem aliorū etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima est pag. 337.
20 Pius 4. excommunicat omnes dominos Sedi, & Cameræ Apostolicæ subditos, pro quibus ipsorum Vasalli fideiubent, seu obligantur.
Est latę sententiæ.
Nemini reseruatur.
Vigesima prima est pag. 352.
21 Idem Pius 4. prohibuit collectoribus decimarum ne à monialibus exigerent decimas sub pœna excommunicationis
Est sententiæ ferendæ.
Reseruatur excommunicanti.
Vigesima secunda est pag. 357.
22 Idem Pius 4. suspendit omnes prælatos, & excommunicat omnes inferiores conferentes beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, vel affecta cou. idem pag. 377.
Est sententię ferendę.
Reseruata excommunicanti.
Vigesima tertia pag. 510.
23 Idem Pius 4. excommunicat omnes publicantes seu concedentes indulgentias contra tenorem Bullarum, in prima est sententię ferendæ, in secunda est latę sententię.
Nemini reseruantur.
Vigesima quarta est pag. 509.
24 Idem Pius 4. excommunicat inferiores Episcopis, qui contra tenorem dictę Bullæ beneficia resignauerint, seu receperint, vel alia in ea contenta non adimpleuerint.
Est latę sententiæ.
Reseuatur Pontifici.
Vigesima quinta est pag. 512.
25 Idem Pius 4. excommunicat omnes officiales qui excepto salario solito pro regestaturis indulgentijs, quicquam occasione illarum receperit, nam pro Deo gratis expedire debent.
Est sententiæ latæ.
Nemini reseruatur.
Vigesima sexta pag. 184.
26 Paulus 3. decreuit ne excommunicationes S. Eleuterij expediantur, nec publicentur, nec imprimantur, nec quisquam illis vllo pacto vtatur.
Est latæ sententię.
Nemini reseruatur.
Vigesimaseptima est pag. 116.
27 Clem. 7. excommunicat personas Ecclesiasticas, quę in territorio Ecclesiæ admittunt bannitos ad aliquod officium exercendum, seu testimonium ferendum, seu ad aliquem alium actum legitimum, à quo esset suspensus, prout ibidem.
Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima octaua est pag. 128.
28 Iulius 3. excommunicat omnes Impedientes Inquisitores hæreticę prauitatis in suo Inquisitionis officio.
Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima nona est pag. 133.
29 Iulius 3. excommunicat omnes detinentes, & non restituentes libros, & scripturas Camerę Apostolicę, ac etiam scientes, & non reuelantes. Hodie est in Cæna Domini.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Trigesima est pag. 134.
30 Iulius 3. prohibuit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quod in ciuitatibus terris, & alijs locis S. Sedi Apostolicæ immediate subiectis ne alicui sal externum emere liceat: & Greg. XIII. pag. 46.
Est latæ sententiæ.

Nemini

vsurpata, quàm parti, quæ turbata in prosecutione fuerit sui iuris: de iniuria, damnis expensis, & interesse prius per eundem integrè fuerit satisfactum) nullatenus absoluatur.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur prout ibidem.

93

Imperij sed vacante, siquis nomen Vicarij, sibi absque Romano Pontifice assumpserit, excommunicatur, capitulo si fratrum, in Extrauag. ne sede vacante.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

94

Impugnantes literas electi in Papam, antequam coronetur, sunt ipso facto excommunicati, refert Caiet. ver. excom. c. 28.

95

Incantatores, & inuocantes dæmones excommunicantur ipso facto, quorum absolutio nemini reseruatur, Caib. Piac. tit. de exc. nu. 110.

96

Incendiarij ex quo sunt per Ecclesiæ sententiam publicati pro absolutionis beneficio ad Sedem Apostolicam sunt mittendi, capitulo tua, de sent. exc.

Declaratur, vt sit vniuersalis, quoad personas, quò verò ad actiones vnam tantum punit, scilicet iniuriose incendere non, qualitercumque, sed post sententiam.

97

Infidelibus auxilium præbens excommunicatur, not. supra ver. arma, nu. 15.

89

Ingressum religionis ementes excommunicantur, Vrbanus 5. in Extr. sane ne in vinea, quem refert Caiet. ver. exc. c. 71. ibi.

Vniuersis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, & Præpositis, & Magistris, nec non Abbatissis, & Priorissis aliisque prælatis, quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus (quarumcumque etiã Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, domorum, & locorum quarumlibet religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quam nõ exemptorum quocumque nomine censeantur) ac capitulis, & conuentibus, & singularibus personis eorum tenore præsentium authoritate Apostolica, quamuis sit eis à iure inhibitum districtius inhibemus, ne tam à maribus, quam à mulieribus religionem eorũ ingredi volentibus, Ecclesias, Monasteria, Prioratus, domos, seu loca, in earundem personarum receptione, aut ante, vel post illam, quoscumque pastus, prandia, seu cænas, pecunias, iocalia aut res alias, etiam ad Ecclesiasticum seu quemuis pium vsum alium deputata, vel deputanda, de cetero directè, vel indirectè petere, vel exigere quouis modo præsumant: sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant, ac in victu, & vestitu, sicut alias personas Ecclesiarum suarum, Monasteriorum, Prioratuum, domorum, aliorumque locorũ syncera charitate pertractẽt: illa (dũtaxat) quæ ipsæ personæ ingredientes pure, ac sponte, & plena liberalitate omnique pactione cessante, dare, vel offerre Ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus, domibus, & locis huiusmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recepturi. Nos enim, qui secus egerint si singulares personæ fuit, tam dantes, quam recipientes huiusmodi excommunicationis: si verò capitulum seu conuentus fuerit, suspensio is sententijs eo facto decernimus subiacere. A quibus (præterquam in mortis articulo) absolui nequeant absque Sedis Apostolicæ licentia speciali.

Vrbanus 5. in Extrauag. sane ne in vinea.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur ex mente, Caiet. d. loco, quod comprehendat omnes scilicet dantes, & accipientes ex pacto, secus, si absque pacto darẽt, & accipierent, quantumcumque dantium, & accipientium intentio esset peruersa, excusarentur tamen putantes se pie agere pro consuetudinibus antiquis seruandis non vendentes ingressum religionis, sed exigentes seruari laudabiles consuetudines, si vero Monasterium egeat; ita vt non possit sustentari, possunt licite pacisci, vt portet secum, quod necesse est ad sui sustentationem, quoniam hoc naturæ ius exigit, ita Caiet.

99

Ingredi intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Conc. Trid. cap. 5. de reform. Sess. 25. §. ingredi.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur; not. supra ver. clausura, & infra verbo moniales. Hodiè tamẽ reseruatur Pontifici.

100

Inquisitores, & alij ad inquisitionis officij executionem substituti ab Episcopo, vel Inquisitore, si odij gratiæ, vel amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suam omiserius contra quemquam procedere, vbi fuerit super prauitate hæretica procedendum, aut obtentu eodem prauitatem ipsam, aut impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserius quoquo modo vexare; præter alias pœnas, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant.

A qua nisi per Romanum Pontificem (præter quã in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa) ab solui possint nullo in hac parte priuilegio suffragante.

Clem. multorum, de hæret.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt comprehendat duo genera personarum, scilicet Inquisitores, & alios ad dicti officij executionem deputatos; quoad actiones ponuntur duæ, videlicet omissio procedendi, vbi fuerit procedendum, & vexatio innocentis imponendo illi, vel hæresim, vel quod impediret Inquisitionis officium, Caiet. c. 3.

Inquisitoribus, & tam ipsorum, quam Episcoporum, quam Capitulorũ sede vacante, super hoc deputatis

tatis commissarijs districtus iniungimus, ne praetextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis, ab aliquibus pecuniam extorqueant, nec scienter attentēt Ecclesiarum bona ob Clericorum delictum, praedicti occasione officij, fisco etiam Ecclesiae applicare. Quod si secus in his, vel eorum altero fecerint excommunicationis sententia eos subiacere decernimus ipso facto. A qua non possint absolui (praeterquam in mortis articulo) donec illis, à quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta, nullis priuilegijs, pactis aut remissionibus super hoc valituris,

Clem. nolentes, de haeret.

Est latae sententiae.

Reseruatur donec restitutio fiat.

Declaratur, ut comprehendat duo genera personarum nempè Inquisitorum, & Commissariorum ad id deputatorum; quoad actiones duae comprehenduntur, videlicet extorsio pecuniae, & applicatio bonorum Ecclesiae ad Fiscum praetextu d. officij Caiet. cap. 2.

102

Inquisitionis officium offendentes & impedientes excommunicātur cap. vt Inquisitionis de haere. 6. refert Caiet. ver. excom. c. 2. ibi.

Vt Inquisitionis negotium contra haereticam prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei, nostris temporibus prosperetur &c. In qua constitutione octo feruntur excommunicationes. Primo enim omnes potestates, domini temporales, & rectores (quibuscumque dignitatibus, vel officijs, & nominibus censeantur) & eorum officiales, & ballini, qui diaecesanis, vel Episcopis, vel Inquisitoribus haereticae prauitatis obediunt in haereticorum, vel ipsorum credentium, vel defensorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione, & custodia diligenti cum ab eis fuerint requisiti excommunicantur.

Secundo, omnes rectores, si praedictas personas non duxerint, vel duci fecerint sine mora postquam fuerint requisiti, in potestatem, seu carcerum Episcoporum, seu Inquisitorum ad aliquem alium locum, de quo ipsi, vel aliqui ex ipsis mandauerint infra eorum dominorum, vel rectorum districtum; vbi per viros catholicos a praefatis Episcopi, vel Inquisitoribus, vel eorundem aliquo deputatos sub arcta, & diligenti custodia tenentur, donec eorum negotium, per iudicium Ecclesiae terminetur, sunt excommunicati.

Tertio, omnes supradicti rectores, & eorum officiales, & Nuntij, si de haeresi ab Episcopis, vel Inquisitorib condemnatos, & eorum brachio derelictos nō statim ceperint indilate animaduersione puniendos, non obstantibus appellationibus praedictorum; sunt excommunicati.

Quarto omnes supradicti rectores, & officiales, si captos pro crimine haeresis, absque dictorum episcoporum, seu Inquisitorum, aut saltem alterius eorum licentia, vel mandato, a captione, vel carcere liberauerint, sunt excommunicati.

Quinto omnes praedicti rectores ipsorumque officiales, si de crimine haeresis (cum merè sit ecclesiasticum) cognouerint quoquomō, vel iudicauerint, sunt excommunicati.

Sexto omnes supradicti, si executionem pro huiusmodi crimine a diaecesanis, vel Inquisitore iniunctā, promptè prout ad suum spectat officium, facere detractent, vel diaecesani, seu Inquisitoris iudicium, sententiam, seu processum directè, vel indirectè impedire praesumant, sunt excommunicati.

Septimo; omnes supradicti, qui praefato fidei negotio Episcopo, vel Inquisitori incumbenti, se opponere praesumpserint, vel ipsum aliqualiter impedire sunt excommunicati.

Octauo omnes qui scienter in praedictis, vel aliquo praedictorum dederint auxilium, cōsilium, vel fauorē sunt excommunicati extrau. de haer. vt Inquisitionis.

Est latae sententiae.

Nemini reseruatur, sed illi contra quos datur incidunt in excommunicationem, quae est in Caena Domini quoties se faciunt fautores huius pestiferae gentis, si vero Episcopus iuberet vnum, & Inquisitor contrarium, debet supersedere iudex saecularis, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 135.

103

Inquisitionis Cardinalibus non obedientes excommunicantur in Bulla Pij IIII. quae incipit motu proprio cum sicut anno 5. & Pius V. pag. 266.

Est latae sententiae.

Nemini reseruatur.

104

Inquisitionis statum, res, & personas offendentes excommunicantur Pius V. extrau. si de protegendis de anno 1569.

Est latae sententiae.

Reseruatur Pontifici, vt colligitur ex illa.

105

Interdictū matris ecclesiae nō seruantes excommunicantur etiam si sint exempti, clem. ex frequētibus, de sen. exc. refert Caiet. ver. exc. capit. 6. ibi.

Circa interdictorum obseruantiam generalium authoritate Sedis Apostolicae, vel a locorum ordinarijs positorum, de fratrum nostrorum cōsilio districtè praecipiendo mādamus, quatenus religiosi quicunq; tam exempti, quam non exempti, cuiuscumque ordinis, & conditionis existant, cum cathedralem, vel matricem, seu parrochialem loci Ecclesiam illa viderint, aut sciuerint obseruare (non obstantibus quibuscumque appellationibus antea etiam ad eandem sedem, vel alium, seu alios interiectis, & alijs obiectionibus quibuscumque) absque dolo, & fraude, cum moderatione tamen decretalis almae, inuiolabiliter ea obseruent. Alioquin non seruantes excommunicationis sententiae hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis, & in cessationibus à diuinis indictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum authoritate, volumus obseruari. In cessationibus vero generalibus a diuinis ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum quas aliquando ex consuetudine, vel aliàs capitula, collegia, vel conuētus saecularium, aut regularium Ecclesiarum sibi vendicant, idem intelligimus obseruandum. Ipsi vero sint attenti, ut statuta Romanorum Pont. praedecessorum nostrorum super eis edita diligenter obseruent. Porro sanctionem hanc ad pendentia trahimus. non obstantibus priuilegijs.

&c.de sent. exc.c.ex frequentibus in Cle.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt quoad personas comprehendat solum religiosos quoad actionem ponitur, vna scilicet non seruare interdictum vniuersale, emanatum à Papa, à Concilio Prouinciali, ab ordinario, seu ab alio inferiore habente hanc potestatem, Caiet.d.loco.

106

Interdictum violantes excommunicantur, Cle. grauis de sent. excom.refert Caiet.versicu.excom. cap.42.ibi.

Præsumptores præfatos, qui in locis interdicto supposititis, quęquam de cetero diuina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia eadem audienda aliquos excommunicationis præsertim, vel interdicti ligatos sententia reuocare, seu qui ne excommunicati publice, aut interdicti de Ecclesiis, dum in ipsis Missarum aguntur solemnia à celebrantibus moniti, vt exeant prohibere, nec non excommunicatos publice, & interdictos, qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus, vt exeant moniti, remanere præsumpserint excommunicationis sententia (à qua per sedem dumtaxat Apostolicam possint absolui) Sacro approbante Concilio innodamus,

de senent.excomm. grauius iu Cle.

Est latę sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt excommunicentur ex quatuor causis? Primo cogentes celebrare in locis interdictis. Secundo euocantes ad eadem officia excommunicationis. Tertio prohibentes ne exeant inde excommunicati, aut interdicti moniti. Quarto remanentes in dictis Ecclesijs, si publice sint excommunicati, aut interdicti, & nominatim moniti à celebrantibus, vt exeant.

107

Iudex fingens causam, vt accedat ad moniales excommunicatur, c.2.de iudic.6.

Est latę sententiæ.

Nemini reseruatur.

108

Iurisdictionem Ecclesiasticam impedientes excommunicantur, uot.supra ver.auocantes.

109

Layci prohibentes Clericis ne emant, aut aliud obsequium personale, seu reale præstetur, excommunicantur, not.supra ver. Clerici, nu.41.

110

Layci compellentes Clericos ad submittendũ res Ecclesiæ, excommunicantur, cap. 1. de rebus Eccl.6.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.not.infra ver.seculares.

111

Legati, & Nuncij Apostolici ne recipiantur, si quis impedierit excommunicãtur, dixi supra ver. Cardinales.

112

Legentes in scholis, leges, aut medicinam, & docentes religiosos excommunicantur, not.supra ver sic.docentes.

113

Leges, vel phisicas religiosi audire volentes, si propter hoc exeunt e claustro excommunicantur c. super speculam de Clerici, vel Mon. refert Caiet. capit.50.ibi.

Contra religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendum leges, vel physicam, Alexander prædecessor noster olim statuit in Concil. Turon. vt nisi intra duorum mensium spatium redierint ad claustrum, sint excommunicati, & ab omnibus euitentur, & in nulla causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur, Reuersi autem, in choro, mensa, capitulo, & ceteris vltimi fratres existant; & (nisi forte ex Sedis Apostolicæ misericordia) totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationes aliquid assumebant. nos volentes, vt de cetero excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, districte præcipiendo mandamus, quatenus tã à diœcesanis, & capitulis ipsorum, quam a ceteris Episcopis, in quorum diœcesibus student, tales excommunicati, & prædictis pœnis obn. xij publice nuncientur. Quia vero theologiæ studiũ cupimus ampliari &c. ad archidiaconos, plebanos, decanos, præposito, cãtores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros, nisi ab his intra spaciũ præscriptũ destiterint, hoc extendi volumus, & appellatione postposita firmiter obseruari.

Honor. III. Extrau.ne cler. vel mon.super specula.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur primo, vt non incurrat, qui audit intra septa monasterij. Secundo non comprehendit clericos sæculares non habentes dignitates. Tertio nemo incurrit ex eo tantum, quod eam doceat, no. inf.verbo medicina, & verbo philosophia.

114

Libros hæreticorum legentes, tenentes, imprimentes, & defendentes excommunicantur, dixi supra verb.hæretici.

115

Libros imprimentes de rebus sacris, absque licentia ordinarij excõicantur, sess.4.Conc.Trid.tit. de Canonicis scripturis, §.sed & impressoribus, ibi.

Sed, & impressoribus modum in hac parte, vt par est imponere volens, qui iam sine modo, hoc est, putãtes sibi licere quicquid libet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum ipsos sacræ scripturæ libros, vt super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferenter, sæpe tacito, sæpe etiã ementito prælo, & quod grauius est, sine nomine authoris imprimũt: alibi ẽt impressos libros huiusmodi temere venales habent: decernit, & statuit, & vulgata editio, quã emẽdatissime imprimatur; nulliq; liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de reb. sacris sine nomine authoris, neq; illos in futurum vendere, aut ẽt apud se retinere, nisi primum examinati, probatiq; fuerint ab ordinario, sub pœna anathematis, & pecuniæ in canone Concilij nouissimi Lateranensis appposita.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Libros

115

Libros imprimentes infra decenniam, impreßo, Bononiæ a prima editione computandorum sine licentia deputatorum Bononiæ excommunicantur, Greg.extr.dum nobis, refert Cath.Plac.tit. de exc. num.26,

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici prout ibi.

117

Libertatem ecclesiasticam offendentes excommunicantur, not. supra versic. auocantes, & infra versi. statuentes.

118

Linguarum diuersitas facit, vt Antistes diuersæ nationis deputetur, qui proprio Antistiti sit obediens, & subiectus, quod si aliter se gesserit excommunicetur, dixi superius, ver. Episcopus.

119

Literarum Apostolicarum falsarij excommunicantur, no. superius, ver. falsarij.

120

Literas Pontificis apud Sedem Apostolicam recipiens præterquam à pontifice, vel de eius mandato excommunicatur, ca. dura, de crimine falsi, ibi, Dura sæpe mandata, & inf.

Statuimus, & sub excommunicationis pena, & suspensionis ordinis, & beneficij districtius inhibemus ne quis apud Sedem Apostolicam literas nostras, nisi à nobis, vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si verò persona tantæ authoritatis extiterit, vt ipsam deceat per nuntium literas nostras recipere, nuntium ad Cancellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat idoneum, per quem literas Apostolicas iuxta formam præscriptam recipiat, si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si laycus fuerit excommunicationi subiaceat: si clericus officij, et beneficij suspensione damnetur. Adijcientes statuimus, vt generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parrochias faciatis frequentius innouari, & si quis falsas literas se habere cognoscit, intra viginti dies literas illas, aut destruat, aut resignet, si penam excommunicationis voluerit euadere: quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro, a quoquam nolumus relaxari: nec ẽt (si præsumpta fuerit contra hoc) absolutio quicquam habeat firmitatis.

In prima parte est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatæ.

In secunda, quoad laycos est latæ sententię.

Nemini reseruatæ.

Quoad clericos officij, & beneficij suspensione damnetur.

In tertia, quando est promulgata reseruatur Pontifici, vt ibi.

120

Matrimonium.

Eos qui diuino timore postposito scienter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis constitutione Canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonium contrahentes ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere,

clem.1.de consang.& affiu. refert Caiet. verbo excommunicatio, cap.47.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur primo, vt hæc decretalis non cōprehēdat, nisi psonas, expressas in textu. Secūdo dec. quod ab hac pœna excusat tantum ignorantia facti probabilis. Tertio intellige textum de matrimonio contracto per verba de pręsenti, non autē de futuro, Nau.Man.Conf.c.27.nu.141.

122

Matrimonij libertatem violans excommunicatur, Conc.Trid.Sess.24 c.9.de refor.ibi.

Ita plerunque temporalium Dominorum, ac Magistratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates exerceant, vt viros, & mulieres, sub eorum iurisdictione degentes, maxime diuites, vel spem magnæ hæreditatis habentes minis, & pęnis adigant cũ ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi Domini vel Magistratus illis præscripserint. Quare cum maximè nefarium sit matrimonij libertatē violare, & ab eis iniurias nasci, a quibus iura expectantur; præcipit sancta Synodus omnibus, cuiuscunque gradus, dignitatis, & cōditionis existant, sub anathematis pęna, quã ipso facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscũque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant.

Est latæ sententiæ;

Nemini reseruatur.

122

Medicinam audiens religiosus in scholis excōmunicatur, nu. supra ver. leges.

123

Mendicantes.

Transgressores constitutionis, quæ religiosis mendicantibus prohibet ad habitandum domos, vel loca quæcunq; de nouo recipere, seu hactenus recepta mutare, vel ea transferre in alios vsus, cuiusuis alienationis titulo quocunque, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere,

c.1.de exc.prel.6.refert Caiet.ver.exc.c.56.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

124

Mēdicantes non possunt migrare ad alterum ordinem excepto Carthusiensi, alioquin excommunicantur, Mart. V. extrau. viam ambitiosæ, refert Caiet.ver.exc.c.74.ibi.

In futurum nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium quorumcunque in aliquẽ monasticum ordinem (tam Sancti Benedicti, quã Cistercien Camaldulen. Vallis Vmbrosæ, Canonicorum regularium Sancti August. vel aliorum monasticorum ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) possit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti virtute alicuius licentię, vel indulti absque Sedis Apostolicæ licentia speciali sub dictis (pœnis scilicet excōmunicationis latæ sententiæ reseruatæ Papæ) quas tam recipientes, quam recepti ipso facto incurrant. Et nihilominus secus facta non teneant ipso iure.

Martinus V. in extrau. viam ambitiosæ.

Est latæ sententię.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt comprehendat mendicantes, & Monachos exceptis Cartusiensibus; quo verò ad actiones ligat duas recipi, & recipere.

125

Monasterij ingressum ementes excommunicantur, not. supra ver. ingressus, nu. 98.

126

Monasterium ingrediens absq; licentia ordinarij excommunicatur, not. supra ver. ingressus, & in ver. clausura.

127

Monasteria virorum, quorumque si mulieres ingrediuntur, excommunicantur Pius Quintus in Extr. ad perpetuam, de anno 1566.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

128

Moniales ante professionem nihil dent Monasterio vltra victum, & vestitum, alioquin excommunicentur dantes, & recipientes, Concil. Trid. Sess. 25. c. 16. de reform.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

129

Monialem fieri cogens, vel prohibens excommunicatur, Concil. Trident. Sess. 25. capitul. 18. de reform. ibi.

Anathemati Sancta Synodus subijcit omnes, & singulas personas, cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quã laycos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungẽtes, si quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam preterquam in casibus in iure expressis ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emittendam professionem, quicumque cõsilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem; quo quomodo eidẽ actui, vel presentiã, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittẽdi, quoquo modo sine iusta causa impedierint.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

130

Moniales exeuntes è Monasterio excepta causa incendij magni, ægritudinis lepræ, vel epidimiæ excõmunicantur, hoc idem dantes licentiam prædictis, easque receptantes.

Extr. Pij V. decori, & honestati, de anno 1569.

Est latæ sententię.

Reseruata Pontifici.

131

Monachi conferentes se ad curias principum, vt damnum aliquod inferant suis Prælatis, vel Monaster. excommunicantur, Clem. ne in agro de stat. Monac. refert Caietanus, versiculo excommunicatio, capitulo sexagesimosecundo ibi.

Hoc edicto perpetuo prohibemus ne Monachi, aut regulares Canonici administrationem aliquã non habentes ad curias Principum absque speciali prælatorum suorum licentia se conferant. Quod si, vt damnũ aliquod inferant suis prælatis, aut Monasterio, se conferre præsumpserint; excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Prælatis eorum districtè nihilominus iniungentes, vt ipsos à curiarum prædictarum accessu, & alijs quibuslibet vagationibus, & discursus, diligenter compescere; ac super hoc non parentes eistẽ seuere corigere nõ omittãt.

Extrauagant. de stat. Monac. c. ne in agro. in Clem.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

132

Moniales, si quis dirigere debuerit in electionibus faciendis, & nõ fecerit excommunicatur, not. sup. ver. electio.

133

Monetarum falsarij in regno Franciæ excommunicantur, & qui scienter falsas monetas extra dictum regnum emunt, & postea intra regnum ipsum portant eas, vendunt, & expendunt,

extr. prodiens, de crim. falsi.

Est latæ sententię.

Reseruatur Pontifici.

134

Mortuos debumantes, absq; licentia excõmunicantur, extrau. a. de sepol. Caiet. ver. exc. capitulo 70. ibi.

Si defuncti executores, aut familiares eius, seu qui uis alij cuiuscunque gradus fuerint, aliquid contra nostri statuti, et ordinationis tenorem præsumpserint attẽtare, defunctorũ corpora sic inhumaniter, & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excõmunicationis sententiam (quã ex nunc in ipsos proferimus) ipso facto se nouerint incurrisse, à qua non nisi per Apostolicã Sedem (præterquam in articulo mortis) possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominus ille cuius corpus sic inhumane tractatum fuerit, Ecclesiastica careat sepultura.

Bonifacius Octauus in extrau. detestandę, de sep.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur non precedere quando moriuntur in terris infidelium. Secundo quando corpus fętet, aut in anathomiam ducitur, aut in cadauero regis, vt magis honoretur, Nau. c. 27. nu. 105.

135

Mulieres suspectas Clerici retinentes excommunicantur Conc. Trid. Sess. 25. capitulo 14. de reform.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

136

Nauigantium spoliatores excommunicantur, no. infra ver. piratæ.

137.

Naufragium passis bona rapientes excommunicantur iu Bulla Cęnę Domini de anno 1579. Gre. XIII. nume. 4. ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes,

omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcunque nauibus tẽpestate in transuersum, ut dici solet in Italia, naufragium passis, aut etiam submersis, sine in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, vel litore inuenta cuiuscunque generis bona tam in nostri Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscunque alijs cuiuscunque maris regionibus, & litoribus rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab alijs rapta, seu accepta, scienter receperint; ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunq; praetextum excusari possint.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

138

Nuncios Apostolicos impediẽtes ne recipiãtur, seu ipsi exequantur eorum officium excõmunicantur, not. sup. versic. Legati, & versic. Cardinales.

139

Oblationes de sacris ecclesijs, si layci moliti fuerint excommunicantur, c. si. 10. q. 1.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

140

Officiales vrbis, oppidi ve vbi Pontificis noui creatio tractatur, si diligenter, & inuiolabiliter nõ obseruauerint, quæ sibi eo in negocio commissa sunt excommunicantur, c. vbi periculum, de elect. 6 in §. præterea.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

141

Officiales pœnitentiariæ, qui concesserint, quæ sunt interdicta excommunicantur Pius 4. in Extra. in sublimi.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, Cathech. Placent. tit. de excom. nu. 126.

142

Officiales vrbis, & status Ecclesiastici, si permiserint deferri arma breuioris mensuræ iusto palmo sum excommunicantur, Pius Quintus Extrauag. cum vices. anno 1572.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

143

Officium, Inhibemus sub interminatione anathematis ne quis sacerdos officium habeant vicecomitis, aut præpositi secularis. Siquis autem contra hac venire præsumpserit, & commonitus emendare noluerit excommunicationi subiaceat.

c. Clericis, ne Cler. vel Monac. Caiet. ver. excommunic. c. 76.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt quo ad personas soli sacerdotes comprehendantur, quantum autem ad actiones comprehẽdũtur. Primo habere officium vicecomitis, seu præpositi. Secundo post monitionem nolle emendare Caiet. d. loco.

144

Ordinarij locorũ, qui in sibi subditos insistentes in seruitio Papæ, vel Romæ moram trahentes pro suis negocijs, sententiam excommunicationis protulerint excommunicantur Extrauag. diuina de priuil.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Papa qui a paucioribus quam à duabus partibus eligitur & gerit se pro Papa excommunicatur, not. supra ver. electio.

146

Participantes.

Clericos, qui scienter, & sponte participauerunt cum excommunicatis à Pontifice, & ipsos in officio receperunt, eadem excommunicationis sententia cũ ipsis non dubitamus inuolui. Quos etiam pro beneficio habendo absolutionis ad Pontificem sunt remittendi,

c. significauit, de sen. excom.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, quod ligat solum Clericos, & punit vnicam actionem, scilicet recipere ad diuina, Caiet. ver. excom. c. 58.

147

Patriarchas ex sua prouincia eijcientes excommunicantur not. supra ver. Cardinales.

148

Patroni præsentantes contra formam Bullæ Pij Quinti, quæ incipit, quanta, de anno 1568. excommunicantur.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, dicam inferius, versiculo resignatio.

149

Peregrinos ad vrbem proficiscentes impedientes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini de anno 1579. nu. 9. ibi;

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes. romipetas seu peregrinos ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, et prorsus omnes alios ad Sedẽ Apostolicam accedẽtes, vel apud eam morantes, aut recedẽtes ab ipsa, & illis dãtes auxiliũ cõsiliũ, vel fauorẽ.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, vt non incidat in eum, qui impedimentum dederit ante, vel post peregrinationem, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 66.

150

Pedagia noua imponentes ad id potestatem non habentes excommunicatur, dixi supra, nume. 86. ver. gabellas.

151

Piratæ, & eorum receptores, & fautores excõicãtur in Bulla Cœnæ Domini, de anno 1579. n. 3. ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, latrunculos maritimos, & illos præcipue, qui mare nostrum à Monte argentario vsque ad Terracinam discurrentes, eos, qui in illo nauigant deprędantur, mutilant, interficiunt rebusue bonis suis

spoliãt. omnesque receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur comprehendere solũ illos, qui principaliter versantur in agendis prædis in mari, nam ipsi propriè dicuntur piratę, & latrones marini, vnde non comprehendit eos; qui in flumine id agũt, neque qui deprædantur in bello etiam iniusto nõ principaliter, sed incidẽter, includuntur tamen etiam consulentes ad istud, Nauar. Man. Confess. c. 27. num. 59.

152

Physicam audientes religiosi in scolis publicis, excommunicantur, dixi supra ver. leges.

153

Pontificatum ambientes, & qui viuente Pontifice de nouo eligendo tractabũt, & qui in prædictis, per se, vel per alium dederint auxilium, cõsilium, vel fauorem excommunicantur, Paul. 4. Extrauag. cum secundum.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici, vt refert Cathec. Plac. tit. de excom. nu. 120.

154

Pontificis electi literas impugnantes antequam coronetur excommunicantur, Extrau. fin. de sent. excommun.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Ratio est, quia eodem momento quo canonice eligitur confirmatur a Deo immediate, & eandem habet potestatem quam pôst coronationem, capit. In nomine, 23. distinct. Nauar. Man. Confess. c. 27. num. 147.

155

Papam eligentes Cardinales excommunicantur pręsertim in Extrau. Iulij 2. approbata in Concil. Lateranen. Sessio. 5. refert Cathech. Placētit. de excommun. nume. secundo. Nau. Man. Conf. c. 27. num. 110.

156

Prædicans miracula falsa, seu propheтias, quæ non continentur sacra scriptura excommunicantur Conc. Later. sub Leone 10. Sess. 9. refert Cath. vt supra, num. 33. & Nau. num. 110.

157

Priuilegia prædicatorum, & fratrum minorum violans, quibus in casibus excommunicetur, not. supra ver. fratres.

158

Procuratores impedientes in curia excommunicantur, not. supra ver. impedientes.

159

Professio fidei, si non fiat, & domini inferiores Episcopis, vel Regibus patiantur quem sortiri cathedram alicuius, seu promoueri ad doctoratus ex communicantur, Pius IIII. Extrauagan. Sacrosancta.

Est latę sententiæ.

Nemini reseruatur.

160

Raptores mulierum excommunicantur, cap. 6. Sess. 24. de reform. Conc. Trid. ibi.

Decernit Sancta Synodus inter raptorem & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quod, si rapta a raptore separata, & in loco tuto, & libera constituta, illum in virum habere consenserit; eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces; & si clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur prætereà raptor, mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

161

Receptatores hæreticorum excommunicãtur, dixi supra ver. hæretici.

162

Religionis ingressum emẽs excommunicatur, not. supra ver. ingressum num. 98.

163

Religionem nouam inducens absque authoritate Pontificis excommunicatur, cap. 1. de Relig. Dom. 6. §. si vero, ibi.

Si vero secus præsumptum fuerit: nec personarum receptio, nec domorum, vel locorum acquisitio, aut ipsorum cęterorumque bonorum alienatio valeat: & nihilominus contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrent.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt non incurratur hęc eo quod aliquis, vel aliqua accipiat nouum habitum, vt per se solitarius degat in sua domo, vel in alio loco, Nauar. Man. Conf. cap. 27. nu. 127.

164

Religiosi, qui Clericis, aut Laycis sacramentum vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonium solemnizare non habita super his parrochialis presbyteri licentia, aut quemquam excommunicatum a Canone, pręterquam in casibus a iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessis eisdem, vel a sententijs per statuta prouincialia, aut Synodalia promulgatis, seu si à culpa, & pœna absoluere quemquam præsumpserint excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, a Sede Apostolica (dumtaxat) absoluendi, Clem. religiosi, de priuileg.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur primò, vt sufficiat, quod sit religiosus quamuis non sit professus, potest tamen religiosus alteri religioso sacramenta conferre, quia ipse non est subiectus parrocho, neque incurreret, si administrasset in articulo mortis, quando hoc faceret ob defectum parrochi.

165

Religiosi mendicantes, qui transeunt ad ordinẽ non

non mendicantium absq; licentia Summi Pontificis, excepta regula Carthusiensium excommunicantur, dixi supra ver. mendicantes nu. 124.

166

Religiosi cuiuscumque religionis, qui sine superioris sui ordinis licentia per patentes literas sibi cõcessa ad parentes transmarinas se transferre præsumunt, vbi pauci fidelium respectu infidelium reperiuntur, excommunicantur, Extrauag. ad nostrum de regularibus.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

167

Religiosi, qui proficiscuntur ad aliqua studia absque licentia excommunicantur, cap. 2. ne Cler. vel Mon. 6. dicitur sup. nu. 87.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt non incurrat hanc, qui proficiscitur ad alium locum, vbi est conuentus sui ordinis, & est studium publicum; Item satis est licentia prælati, qua quis potest habitare extra Monasterium; In secunda autem parte quatuor requiruntur; Primo, quod auditor sit religiosus: Secundo audiat leges, vel medicinam: Tertio id fiat relicto habitu: Quarto, quod doctor id sciat, eumque doceat.

168

Religiosi qui petunt aulas Principum causa nocendi suis prælatis, vel Monasterijs excommunicantur, no. supra ver. Monachi nu. 131.

169

Religiosi, qui concionantur, vel aliàs dicunt aliquid ad auertendos audiẽtes à soluẽdis decimis debitis Ecclesijs excommunicãtur, dixi supra ver. decimas nu. 55.

170

Repræsalias aduersus personas Ecclesiasticas, seu bona ipsarum concedentes, vel extendentes ad eas, nisi præsumptionem huiusmodi reuocauerint à concessionis, vel extensionis tempore intra mensem, si persona singularis fuerit, sententiam excommunicationis incurrat, si vniuersitas Ecclesiastico subiaceat interdicto.

c. etsi pignorationes de iniur. 6.

Est latę sententię.

Nemini reseruatur.

Declaratur procedere, tam in iustis, quam in iniustis repræsalijs, non tamen incurreret ille, qui cõcederet propter debita, iudicans, hoc sibi de iure conuenire, Nauar. Man. Confessorum, c. 27. nume. 136. excom. 31.

171

Resignantes, & admittentes resignationem in fauorem in manibus ordinarij excommunicãtur, dixi supra ver. beneficium nu. 24.

172

Reuelatio, non reuelantes conscios conspirationis in personam Cardinalis excõmunicantur, Pius Quintus Extr. infælicis.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

173

Reuocationem extorquens suspensionis, interdicti, & excommunicationis excommunicatur, ca. 2. de is, quæ vi met. causa. 6. ibi.

Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque reuocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim, vel metum extorta; præsentis constitutionis authoritate omnino viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta violentis crescat audacia; eos qui absolutionem, seu reuocationem huiusmodi vi, vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

174

Romæ vrbis officia, & dignitates vsurpantes excommunicantur c. fundamenta de elect. 6. Caiet. ver. exc. c. 53. ibi.

Nullus Imperator, seu Rex Romanorum, vel alius Imperator, Rex, Princeps, Marchio, Dux, Comes aut Baro; vel quicumque alterius notabilis potentię, preeminentiæ, potestatis, & excellentiæ, seu dignitatis existat, frater, filius, vel nepos, eorum ad tempus, vel in perpetuum, seu quiuis alius vltra annale spatium, quouis modo, colore, vel causa, per se vel aliam personam quomodo libet submittendam; in senatorem, capitaneum, patricium, aut rectorem, vel ad vrbis Romæ regimen, seu officiũ nominetur, eligatur, seu aliàs etiam assumatur absq; licentia Sedis Apostolicę speciali per ipsius sedis literas concessionem licentiæ huiusmodi specialiter exprimentes, quod si secus factum fuerit, nominationem, electionem, & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas. Et non solum nominatores, electores, & assumptores, verum etiam nominati, electi, & assumpti, si tali nominationi, electioni, & assumptioni consenserint aut se de ipsis quomodolibet intromiserint, intendentes, & obedientes eisdem, & in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, & assumptoribus, aut nominatis electis, vel assumptis, auxilium, consilium, vel fauorẽ publice, vel occulte, cuiuscumque cõditionis extiterint; ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant Et infra. Contemptores quoque, seu violatores alicuius præmissorum ab huiusmodi excommunicationis sententia (præterquam in mortis articulo) absolui non possint, nisi per Rom. Pont. vel de ipsius petita licentia, & obtentu speciali, non obstantibus priuilegijs,

de election. c. fundamenta lib. 6.

Est latę sententię.

Reseruata Pontifici.

175

Romanæ vrbis victualia impedientes excõmunicantur, no. infra ver. victualia.

176

Romanæ Ecclesiæ bona occupantes excommunicantur, not. supra versiculo bona numero vigesimo sexto.

177

Romipetas impedientes peregrinationis causa excommunicantur, not. supra ver. peregrinos.

Roma-

178

Romanam coriam petentes, seu ad ipsam recur rentes, si impediti fuerint, impedientes excommunicantur in Bulla Cænæ Domini Greg. XIII. de anno 1579. ibi nu. 12.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alium, seu alios, quascumque personas Ecclesiasticas, vel saeculares ad dictam curiam super eum causis, & negotijs recurrentes, illasque in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, procuratores ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant, vel qui per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur; cuiuscumque præminentiæ, & dignitatis fuerint.

Ac illos qui literas Apostolicas, & in forma breuis, tàm gratiam, quàm iustitiam concernentes, at etiam citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, processus, executoriales, aliaque decreta, quaecumque a nobis, & Sede Apostolica, seu Legatis, Nuncijs, Præsidentibus Apostolicæ Auditoribus, & Commissarijs, alijsque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanata, & quæ pro tempore emanauerint simpliciter, vel siue eorum beneplacito consensu, vel examine, executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi literarum, & processum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest tradere debeant impediunt, vel prohibent, aut impediri, vel prohiberi procurant. Ac notarios, executores, sub executores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, carcerant, detinent, vel capi carcerari, & detineri faciunt. Quique etiam quibuscunque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs, vel literis impetrandis ad Romanam curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas a dicta sede impetrent, seu impetratis vtantur directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarium, seu tabellionem, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Est latæ sententiæ.

Reseruata Pontifici.

Declaratur, vt non loquatur de Roma, sed de Sede Apostolica, vnde cum illa esset extra Romam non est locus illi Romæ, neque in uenientibus ad eam, vel recedentibus ab ea; Item non procedit in his, qui vadunt, degunt, aor recedunt è loco vbi est curia, si non proficiscantur, versentur, aur recedant tur ratione curiæ.

179

Sacerdos.

Inhibemus etiam sub interminatione anathematis, nequis sacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpositi sæcularis, si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & commonitus emendare noluerit, ex communicationi subiaceat, c. clerici, in fine ne cler. vel mon.

Est sententiæ ferendæ ante monitionem post vero est sententiæ latæ.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt nō incurrat in istam clericus minorum ordinum: non tamen incurrunt prælati habentes eiusmodi procurationem annexam suę dignitati, aut suo patrimonio, Nauarr. Man. Confess. cap. 27. nu. 117.

180

Sacrilegi, effractores, & spoliatores ecclesiarum excommunicantur, capit. conquæstus, de sent. excom.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur absolutio donec restitutio fiat.

Declaratur, vt duo requirantur, effringere scilicet, & spoliare.

181

Sagittarij. Artem illam mortiferam, & odibilē balistariorum, & sagittariorum aduersus Christianos, & Catholicos exerceri de cętero sub anathemate prohibemus, cap. 1. & sagittarijs.

Est sententię ferendæ.

Nemini reseruatur.

182

Salus corporis. Cęterum, cum anima sit multo pretiosior corpore sub interminatione anathema tis prohibemus nequis medicorum pro corporali salute aliquid ęgroto suadeat quod in periculum animæ conuertatur, c. cum infirmitas, in fi. de pœ. & remis.

Est sententiæ ferendæ.

Nemini reseruatur.

183

Saracenis auxilium præbens excommunicatur, not. supra ver. arma, nu. 15.

184

Schismatici excommunicantur, not. supra vers. hæretici.

185

Scripturas palatij Apostolici auferens excommunicatur, no. supra vers. bonorum.

186

Sęculares officiales orbis qui tempore sedis va cantis non benè exercent ipsorum officium excōmunicantur, no. supr. ver. officiales.

187

Sęculares iudices non administrantes iustitiam clericis post trinam monitionem excommunicantur, c. administratores, 23. q. 5.

Est latæ sententiæ post trinam monitionem.

Reseruatur donec satisfactum fuerit.

188

Sęcularis imponens decimas, taleas, pręstantias Clericis excommunicantur in Cęna Domini de anno 1579. Greg. XII. num. 17. ibi dixi superius, num. 18.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

189

Sedis Apostolicæ bona vsurpantes excommunicantur, not. supra ver. bona, ver. Roma.

Sena-

190

Senatorem Romanum eligentes Imperatorem, Regem, Ducem, Marchionem, Comitem, Principem, aut alium dignitate insignem, siuè eius filiū vel fratrem, & electi absq; consensu Pontificis excommunicantur, c. fundamenta de elect. 6.

Est latę sententię.

Reseruatur Pontifici.

191

Sepulturā, vt quis eligat apud suas Ecclesias inducentes ad id excommunicantur, Cle. cupientes de pęni. Caie. ver. exc. c. 49. ibi.

Sane temerarios violatores constitutionis illius, qua religiosis, & clericis secularibus prohibet ne aliquos ad vouendum, iurādum, uel fide interposita, seu alias promittendum, inducant, vt sepulturas apud eorum Ecclesias eligant, vel iam electam vlterius non immutent, similem sententiam (pœna in dicta constitutione contenta in suo perdurante robore) incurrere volumus ipso facto, ab alio quam à Sede Apostolica (praeterquam in mortis articulo) nullatenus absoluendos: nullis priuilegijs, aut statutis cuiuscunque tenoris existant in contrarium super his valituris.

Extrau. de pœnit. cupientes in Cle.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Declaratur, quod ista inductio requiritur cum opere ad hoc quod quis incidat in exc. quia cum huiusmodi pœna sit stricti iuris, effectum requirit Caiet. d. loco.

192

Sepeliens hæreticos excommunicatur, & hoc quando sepelit sciens in loco sacro, capitulo secundum de hæret. sexto Caiet. versiculo excommu. cap. 45. ibi.

Quicumque hereticos, credētes, receptatores, vel fautores eorum scienter præsumpserint Ecclesiastica tradere sepultura, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus extumulent publice, & proyciant talia corpora damnatorum: & locus ille perpetuo careat sepultura.

de hęretic. lib. 6.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur absolutio, donec proprijs manibus, extumulentur publice, & proijciantur huiusmodi corpora damnatorum.

Declar. vt comprehendat, tam laycos, quam clericos.

193

Sepelientes in cimiterijs tempore interdicti quoscumque in casibus non concessis, aut excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios scienter, excommunicantur Clemen. 1. de sepult. Caietan. versicul. excommu. c. 46. ibi.

Eos, qui proprię temeritatis audacia, defunctorū corpora non sine contemptu clauium Ecclesiæ in cimiterijs tempore interdicti in casib. non concessis à iure, vel excommunicatos publicè, vel nominatim interdictos, vel manifestos vsurarios sciēter sepelire prę sumunt; ipso facto excommunicationis sententię decernimus subiacere. A qua nullatenus absoluantur, nisi prius ad arbitrium diœcesani Episcopi eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerit competentem.

Extrau. de sepul. c. 1. in Cle.

Similiter scriptum est de sepulturis, ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus c. 1. de sepulturis in fine.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur donec arbitrio Dięcesani satisfactionem exhibuerit competentem.

Declaratur vt hanc incurrant Clerici exempti, vel non exempti.

194

Sequestrationem beneficij impedientes vna diffinitiua sententia contra possessorem promulgata, per loci ordinarium facta, vel fructus sequestratos quoquomodo occupare præsumentes excommunicantur.

Clem. 1. de seq. & pos. fruct. Caiet. ver. excom. cap. 4?. ibi.

Definimus, vt vna contra possessorem definitiua sententia super beneficio apud Sedem Apostolicam (dumtaxat) in petitorio, vel possessorio promulgata, beneficium ipsum à possessore huiusmodi (dum tamen triennio pacificè antea possessum ab eo non fuerit) per loci ordinarium apud aliquam idoneum personam sequestretur, &c. Siquis autem sequestrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequestratos quoquomodo præsumpserit occupare, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua (nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eorum fructibus restitutis) nullatenus absoluatur.

Extrauagan. de seq. c. 1. in Cle.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur donec restitutio fiat.

195

Symoniaci in ordine, & beneficijs excommunicantur. Martin. 5. in Concil. Const. Caiet. versic. excom c. 7 a. ibi.

Multę contra symoniacam prauitatem iam olim facta sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit extirpari. Volētes igitur de cetero, vt possumus attētius prouidere, Sacro approbante Concilio declaramus, quod ordinati symoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacè Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, personatuum, officiorum, & beneficiorum, quorumcumque deinceps facta, nullæ ipso iure, nullumque per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, ac prouisi faciunt fructus suos; sed ad illorum restitutionem tamquàm iniquè ablatorum teneantur percipientes. Statuentes insuper, quod dantes, & recipientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

Mart. 5. in Conc. Constantien.

Est latę sententiæ.

Nemini

Nemini reſeruatur.

Declaratur, vt non intelligatur, niſi de ſimonia; quæ committitur in ordine, & beneficio cõc. Paul. in Extrauag. de ſym. Nauar. Manual. Conf. cap. 27. nume. 106.

196

Spirituales cauſas auocãtes à curia Eccleſiaſticæ excommunicantur, not. ſupra verſiculo auocantes.

197

Statuentes contra libertatem Eccleſiæ excommunicantur, dixi ſupra ver. auocantes.

198

Supellectilia palatij Apoſtolici occupantes excommunicantur, not. ſupra ver. bona.

199

Supplicationes Apoſtolicas falſificantes excommunicãtur, not. ſupra ver. falſarij.

Taurorum, ferarumve ſpectacula publica, aut priuata permittentes fieri in ſuis terris excommunicantur, Pius Quintus Extr. de ſalute anno 1567. Eſt latæ ſententiæ, quoad permittentes,

Nemini reſeruatur.

Clerici quoque tam ſæculares, quam regulares prohibentur intereſſe huiuſmodi ſpectaculis, ſub pœna excommunicationis, & in hac parte.

Eſt ſententiæ ferendæ.

Nemini reſeruatur.

201

Teſtimonium.

Caſus huiuſmodi (videlicet, vt iudex vadat perſonaliter ad mulierem pro teſtimonio) non fingatur, nec fraus interueniat in hac parte alioquin fictor huiuſmodi, vel fraudator ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat.

c. mulieres, de iud. 6.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

Materia huius Canonis eſt inſidiari pudicitiæ mulierum, & quo ad perſonas eſt vniuerſalis, quo ad actiones punit duas, ideſt quãdo fingit cauſam, fraudemque committit.

202

Taleas, collectas, decimas, & onera imponẽtes clericis, excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini de anno 1579. numero 17. dicitur ſupra nu. 18.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

203

Tributa imponentes clericis, rebuſque eccleſiæ excommunicantur, capitulo non minus, de immunit. eccl. Caiet. verſiculo exc. capitu. 40. dictum eſt ſup. numero 202. nam hodie reſeruatur in Cœna Domini.

204

Turcis auxilium præbens excommunicatur, dixi ſupra ver. arma.

205

Vacantium eccleſiarum bona occupantes excõmunicantur, capitulo generali, de elect. 6. Caiet. verſiculo exc. capitulo trigeſimoctauo ibi.

Vniuerſos, & ſingulos, qui regalia cuſtodiam, ſiue guardiam aduocationis, ſeu defenſionis titulum in Eccleſiis Monaſterijs, ſiue quibuſlibet alijs pijs locis vacantibus, de nouo vſurpare conantes bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacantium occupare præſumunt, clericoſque Eccleſiarum, Monachos Monaſteriorum, & perſonas ceteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipſo excommunicationis ſententiã decernimus ſubiacere. Bonif. de elect. generali, lib. 6.

Eſt latæ ſententiæ.

Nemini reſeruatur.

Hodie tamen reſeruatur Pontifici per Pium V. in extrau. durum refert Cath. Plac. titulo de exc. nume. 136.

206

Victualia deferentes Romam. ſi fuerint impediti, illi, qui impediunt excommunicantur in Cœna Domini de anno 1579. nu. 8. ibi.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſiue inuadentes eos, qui victualia ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel deferantur impediunt, ſeu perturbant, vel qui talia fieri faciunt, vel facientes defendunt, cuiuſcunque fuerint ordinis præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiam ſi Pontificiali, vel Regali, aut alia, quauis eccleſiaſtica, vel mũdana præfulgeant dignitate.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Declaratur, vt non comprehendat eos, qui ob vtilitatem ſuæ Reip. iuſtè prohibent victui neceſſaria, aut aliqua alia cauſa huiuſmodi prohibet, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 64.

207

Vindictæ cauſa, ſiquis in vrbe, vel in eius diſtrictu domum communitam habuerit, armatos receptauerit, per ſe, vel per alium excommunicatur, Cath. Plac. tit. de excom. numero 148.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici, vt ibidem.

208

Violans interdictum excommunicatur, dixi ſupra ver. interdictum nu. 106.

209

Virginem Mariam aſſerentes originali macula fuiſſe contaminatam, aut oppoſitum tamquam hæreticum impugnantes excõmunicantur. Extr. graue nimis de relig. & vener. Sanct. Caiet. verbo excom. c. 78. ibi.

Motu proprio aſſertiones quorumlibet prædicatorum, qui affirmare præſumerent eos, qui crederent, aut tenerẽt Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccantes, aut conceptionis officium celebrantes, ſeu ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant audientes alicuius peccati reatum incurrere; vt pote falſas, & erroneas, editoſque deſuper libros id continentes, quoad hoc authoritate Apoſtolica tenore præſentium reprobamus,

mus, & damnamus: ac motu, scientia, & authoritate prę dicti, statuimus, & ordinamus, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alij qui de cetero ausu temerario præsumpserint in suis sermoni ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, huiusmodi sic per nos improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant. A qua ab alio quam à Rom. Pont. nisi in mortis articulo, nequeant, absolutionis beneficium obtinere.

Item motu, scientia, & authoritate similibus, simili pœna, ac censuræ subijcientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opinionem tenentes (videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam) hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale; cum hoc nondum sit à Romana ecclesia, & Apostolica Sede decisum.

Sixtus Quartus in extrau. c.graue nimis.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici. Conc. Trid. Sess. 5. in fi. de pecc. orig. fuitque ampliata à Pio Quinto de anno 1570. in exit. super Spec. vt in prædicationibus, non arguatur ad partes, sed vnam tantum partem (quam maluerit) firmet, & teneat.

210

Visitatores monialium, aut mulierũ quæ vulgo dicuntur canonicæ sæculares, siquis in præmissis, seu aliquo præmissorum impedire præsumpserit, nisi monitus resipiscat, ipso facto excommunicationis sententiam se nouerit incursurum. Priuilegijs, statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium non valituris, clem. attendentes, de stat. mon.

Est latæ sententiæ post monitionem.

Nemini reseruatur.

211

Vota commutantes castitatis, Religionis, peregrinationis vltramarinæ, Visitationis liminum Apostolicorum Petri, & Pauli in Compostella, absque licentia Pontificis, seu extra articulum mortis, excommunicantur, Sixtus quartus, in extrau. & si Dominici, de pœn. refert Caiet. versic. excom. cap. 77.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

212

Vsuras per statuta fouentes excommunicantur, clem. 1. de vsur. Caiet. ver. exc. c. 51. ibi.

Quicumque communitatum potestates, capitanei rectores, consules, iudices, consiliarij, aut alij quicumq; officiales, statuta huiusmodi de cetero facere, scribere, vel dictare, quod soluantur vsuræ, vel quod cum solutæ repetuntur non restituantur plene, ac libere scienter iudicare præsumpserint: sententiam excommunicationis incurrant; eandem etiam sententiam incursuri, nisi statuta talia hactenus edita, de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) intra tres menses deleuerint; aut, si ipsa statuta, vel consuetudines effectum eorum habentes quoquomodo præsumpserint obseruare.

Clemens V. de vsu. il Clem. 1.

Est latæ sententiæ.

Nemini reseruatur.

213

Vsuras fouentes Clerici excommunicantur, ca. vsurarum de vsuris 6. Caiet. ver. excommunicatio cap. 52. ibi.

Hac perpetua constitutione sancimus vt nec collegium, nec alia vniuersitas, vel singularis persona, cuiuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriundos de terris ipsorum publice fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittant sed huiusmodi vsurarios manifestos, omnes intra tres menses de terris suis expellant, numquam aliquos tales de cetero admissuri; nemo illis ad fœnus exercendũ domos locet, vel sub alio titulo quocũq; concedat. Qui vero contrafecerint, si personæ fuerint Ecclesiastica, Patriachæ, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis; minores vero personæ singulares, excommunicationis; si autem collegium, seu alia vniuersitas; interdicti sententiam ipso facto se nouerint incursuros. Quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terra ipsorum quamdiu in eis ijdem vsurarij commorantur, & tunc Ecclesiastico subiaceant interdicto. Ceterum, si layci fuerint per suos ordinarios omni cessante priuilegio, per censuram Ecclesiasticam compellantur.

de vsuris c. vsurarum lib. 6.

Est latæ sententiæ, quoad Clericos minores.

Est latæ sententiæ ferendæ, quoad laycos.

Nemini reseruatur.

Declaratur, vt nihil referat, an sit Iudeus, vel Christianus; item non est satis, quod locetur domus, nisi locata fuerit ad fœnerandum, Nau. Man. Conf. c. 27. nu. 136.

Accesserunt ad istas nonnullæ excommunicationes, quas collegi ex collectione diuersarum constitutionum, & literarum Rom. Pont. nouissime Romæ impressæ de anno 1579. quarum prima est pagina 8.

1 Gregorius XI. prohibuit perpetuo ne de Ecclesijs, aut monasterijs vacantibus per Sedem Apostolicam prouisi, aut ad ea translati, ipsarum prouisionum, vel translationum nunciatoribus aliquid dent, aut promittant, vel promissum soluant, ibi.

Nos enim quoscumque præsumentes contrarium quoquomodo, excommunicationis sententiæ subiacere volumus, & decernimus ipso facto à qua nullus ab alio, quam à Rom. Pontifice possit, nisi (dumtaxat) in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere, non obstantibus exemptionibus, &c.

Est latæ sententiæ.

Reseruatur Pontifici.

Secunda est pag. 9.

2 Vrbanus 6. perpetuo statuit, quod layci bannientes, seu relegantes, aut proscribentes personas Ecclesiasticas, excommunicationis sententiam incurrant, loca autem, in quibus talia fiunt, Ecclesiastico interdicto ipso facto subiaceant.

Est

Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Decimasexta est pag. 95.

16 Idem Leo X. excommunicat expedientes literas Apostolicas gratis sub conficto colure exemptionis, & immunitatis, & officiales prænissa fieri procurantes, seu permittentes, ibi excommunicationis sententiam, à qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione præuia) absolui possint, authoritate Apostolica per præsentes innodamus, eosque excommunicationis sententiam huiusmodi in dictum euentum, ex nunc prout ex tunc, & è contra incurrisse declaramus, & pro talibus publicè indicari mandamus.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Decimaseptima est pag. 202.

17 Paulus Tertius confirmat literas Iulij I I. contra deferentes alumina de partibus infidelium ad partes Christianorum, eosque excommunicat ipsosque condocentes, venientes & ementes, conc. Iul. 3. pag. 236. Pius 4. pag. 376. & Greg. X I I I. pag. 24.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Decimaoctaua est pag. 228.

18 Iolius Tertius excommunicat dubitantes de facultatibus, & authoritate maioris Pœnitentiarij S. Rom. Eccl. pro tempore existentis, & de validitate S. Pœnitentiariæ Apostolicæ, & impedientes ne debite executioni demandentur excommunicantur.
Est latę sententiæ.
Reseruatur Pontifici; sicuti contra impedientes literarum Apostolicarum excommonicantur in Cæna Domini.
Decimanona est pag. 313.

19 Paul. 4. excommunicat omnes, qui occasione beneficiorum obtentorum se alios esse simulanerint, & tanquam tales se in examine supposoerint, aut beneficia pro personis ignorantibus, seu pro se, vel pro alijs cum spe pensionis annuę, aut aliud quantumuis modicum temporale ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter animo, & intentione ea postmodum in fauorem aliorū etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorom cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procurauerint.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima est pag. 337.

20 Pius 4. excommunicat omnes dominos Sedi, & Cameræ Apostolicæ subditos, pro quibus ipsorum Vasalli fideiubent, seu obligantor.
Est latę sententiæ.
Nemini reseruatur.
Vigesima prima est pag. 351.

21 Idem Pius 4. prohibuit collectoribos decimarum ne à monialibus exigerent decimas sub pœna excommunicationis
Est sententiæ ferendæ.
Reseruatur excommonicanti.
Vigesima secunda est pag. 357.

22 Idem Pius 4. suspendit omnes prelatos, & excommunicat omnes inferiores conferentes beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, vel affecta con. idem pag. 377.
Est sententię ferendę.
Reseruata excommunicanti.
Vigesima tertia pag. 510.

23 Idem Pius 4. excommunicat omnes publicantes seu concedentes indulgentias contra tenorem Bullarum, in prima est sententię ferendæ, in secunda est latę sententię.
Nemini reseruantur.
Vigesima quarta est pag. 509.

24 Idem Pius 4. excommunicat inferiores Episcopis, qui contra tenorem dictę Bullæ beneficia resignauerint, seu receperint, vel alia in ea contenta non adimpleuerint.
Est latę sententiæ.
Reseuatur Pontifici.
Vigesima quinta est pag. 512.

25 Idem Pius 4. excommunicat omnes officiales qoi excepto salario solito pro regestaturis indulgentijs, quicquam occasione illarum receperit, nam pro Deo gratis expedire debent.
Est sententiæ latæ.
Nemini reseruatur.
Vigesima sexta pag. 184.

26 Paulus 3. decreuit ne excommonicationes S. Eleoterij expediantur, nec publicentur, nec imprimantur, nec quisquam illis vllo pacto vtatur.
Est latæ sententię.
Neminl reseruatur.
Vigesimaseptima est pag. 116.

27 Clem. 7. excommunicat personas Ecclesiasticas, quę in territorio Ecclesiæ admittunt bannitos ad aliquod officiom exercendum, seu testimonium ferendum, seu ad aliquem aliom actom legitimum, à quo esset suspensus, prout ibidem.
Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima octaua est pag. 128.

28 Iulius 3. excommunicat omnes impedientes Inquisitores hæreticę prauitatis in suo Inquisitionis officio.
Est latæ sententię.
Reseruatur Pontifici.
Vigesima nona est pag. 133.

29 Iolius 3. excommunicat omnes detinentes, & non restituentes libros, & scripturas Camerę Apostolicę, ac etiam scientes, & non reuelantes. Hodie est in Cæna Domini.
Est latæ sententiæ.
Reseruatur Pontifici.
Trigesima est pag. 134.

30 Iolios 3. prohibuit sub pœna excommonicationis latæ senteotiæ, quod in ciuitatibus terris, & alijs locis S. Sedi Apostolicæ immediate subiectis ne alicui sal exterom emere liceat: & Greg. XIII. pag. 46.
Est latæ sententiæ.

Nemini

Nemini reſeruatur.

Trigeſimaprima eſt pag. 317.

31 Paul. 4. ſtatuit, vt omnes, & ſinguli, tam Clerici, quàm vtriuſque ſexus layci, qui per ſe, vel alios viuente Romano Pontifice, & inconſulto eo tractabunt, vel tentabunt de electione noui Pontificis, ſint ipſo iure, & facto abſq; alia deſuper ferenda ſententia excommunicati excommunicatione maiori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione &c.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Trigeſima ſecunda eſt Greg. XIII. pag. vigeſimaoctaua.

32 Gregorius XIII. innouat conſtitutionem Bonifacij octaui quam edidit contra paciſcentes, ſeu dantes, & accipientes, aut promittentes, & acceptantes, pro expeditionibus gratiæ, vel iuſtitiæ eamque extendit ad eos, qui dederint auxilium conſilium, vel fauorem.

Eſt latæ ſententiæ.

Reſeruatur Pontifici.

Trigeſimatertia eſt Gregorij XIII. pag. trigeſimaprima.

33 Gregorius XIII. excommunicat omnes Religioſos, & Religioſas ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia, recurrentes ad ſæcularia tribunalia, & contemnentes ordinationes ſui generalis miniſtri.

Eſt latæ ſententię.

Reſeruatur Pontifici.

Et ex his ſit poſitus finis Summæ peccatorum Capitalium ſubijciens me in omnibus, & ſingulis iudicio, ac Cenſuræ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & ſpiritus Sancti Amen.

F I N I S.



315

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Quaterniones, præter O qui est Quinternio.



FINE